BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
18 — M
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

DISCEPTATIONES DE DIFFICILIORIBVS MATERIIS CASVVM,

& Dubiorum occurrentium in Conſcientia:

De Pænitentia, De Negotiatione, De Bello publico, et priuato, ac de multis alijs occurrentibus in Audientia Confeſsionum, & extra:

Hinc inde acutiſſimè diſcuſſæ ad mentem Diui Thomæ Doctoris Angelici; & modo Alphabetico ordinatæ;

PER ADMODVM R. P. MAGISTRVM


PAVLVM DE BLANCHIS VENETVM

Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Ordinis Prædicatorum, Prouinciæ vtriuſque Lombardiæ.

Opus perlucidum, valde vtile, Confeſſoribus, Concionatoribus, Curatis animarum, & multis alijs.

In quo continentur quadragintaquatuor diſputationes complectentes Caſus, & Dubia diuerſa circiter quingentos formaliter, & ferè ſine numero virtualiter.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. DC. XXX.

Apud Euangeliſtam Deuchinum.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo ac Reuerendiſsimo D.

D. IOANNI VVENZEK

EPISCOPO ZEMISLENSIS

Dei Gratiæ, & Abbatiæ Clare Icembe, Adminiſtrator perpetuo Domino meo Colendiſsimo.

FRATER PAVLVS DE BLANCHIS VENETVS
SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTER

Ordinis Prædicatorum de obſeruantia, Prouinciæ vtriuſque Lombardiæ.

HVMILIS SERVVS FELICITATEM OPTAT.

CVM propoſuerim Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Præſul quorundam dubiorum, & Caſuum Conſcientiæ Diſputationes, Vigiliarum, & ſtudiorum meorum fructus pro animarum vtilitate, & conſolatione in lucem edere, & tamquam lucernam ſuper candelabrum ponere, vt ſi non omnibus gentibus, ſaltem pluribus luceat, & viam ſalutis oſtendat, in eam deueni ſententiam, vt quo remotioribus beneficium iſtud offerrem, congruentius, recipiatur, & vtilius expendatur. Ea propter eiuſmodi candelabrum, mihi eligendum exiſtimaui, quod non ſolum lucernam ipſam oſtenderet, verum, & eandem decoraret, ac magis, magisq; aſcenderet. Quod quidem haud mihi fuit inuentu difficile. Statim enim quod cuperem, occurrit, Memineram ſiquidem Celſitudinem Veſtram, Candelabrum à Deo electum, in Polonia formatum, in Italia elaboratum, proprijs virtutibus decoratum, in Eccleſia plantatum. Vt in eo non vna tantum lucerna, ſed plures ponerentur ad illuminationem gentium, & ad ſalutem animarum fidelium. In eo igitur candelabro, in quo iam multæ ardent lucernæ, decreui & ego lucernam hanc meam, licet ſemiuiuam collocare, vt lumen maius accipiat, & in ſalutem fidelium diutius ardeat. Cui enim decebat magis animæ lucerna commodari quam Paſtori animarum eoque vigilantiſſimo, quo die noctuque ſuper gregem ſuum vigilat, ne à lupis diſpergantur, qui quæ errantes oues, non peſtilentiæ graſſatione, non barbarum gentium incurſione teritus, congregare nititur, congregataque fouet & pauit, non ſpiritualiter ſolum, ſed vt corporaliter, & temporales prouentus pro ipſis libenter, liberaliterq; expendens. Omitto cæteras egregias virtutes, taceo mirabilem in omnes benignitatem, præſertim in nationem Italam, cuius & procurator, & parens merito appellari poteſt. Teſtis mihi ſit (inter cæteros) nepos meus chariſſimus Ludouicus de Blanchis, qui nunquam ſatis poterit tantis in ſe collatis beneficijs reſpondere. Suſcipiat ergo amplitudo veſtra eadem benignitate, & humanitate, hoc qualecumque ſit opuſculum, Lucernam hanc exiguam, quam ſuper candelabrum veſtrum ſiſto, vt vigorem accipiat, & lumen aliquid afferat gregi ſuo, & ſi forte in aliquo defecerit, oleo ſuæ doctrinæ reuiuiſcat. Sit hoc vel paruum meæ in Celſitudinem veſtram obſeruantiæ argumentum, cui me totum offero atque dedico, non dubitans quin ipſi per ea qua eſt benignitate obſequia mea, licet exigua, grata & accepta ſint futura. Omnipotens Deus Illuſtriſsimam, & Reuerendiſsimam Dominationem veſtram hodie, & ſemper ſeruet incolumem.

Venetijs in die Sancti Andreæ Apoſtoli, Anno Domini 1629.

Digitized by Google

F. PAVLVS DE BLANCHIS VENETVS

MAGISTER IN SACRA THEOLOGIA,

Lectori huius Operis Salutem.

COmmendabilis illa conſuetudo Religionis Sancti Dominici ordinis prædicatorum de decidendis caſibus in conſcientia, in Eccleſijs per annum à Lectoribus poſt lectiones diuinarum ſcripturarum. Et etiam in camera ignis tempore hyemis, excitauit me ad ſcribenda multa in ſua materia ſcilicet pro deciſione caſuum in conſcientia Et pro illorum facilitate ordinare diſputationes has ordine alphabetico, & more ſcolaſtico, arguendo pro vtraquè parte caſuum, & dubiorum, & manifeſtando pro qua parte decidere debemus caſum vel dubia ſcilicet pro parte affirmatiua, vel pro parte negatiua ponendo diuerſas opiniones Doctorum ſi reperiantur, terminando caſus & dubia per concluſiones, ſoluendo argumenta, & inſtantias aduerſariorum, manendo ſemper in doctrina Angelici Doctoris D. Th. Acquinatis & ſuorum diſcipulorum, ſub correctione S. Matris Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, cui ſupponimus nos, & omnia dicta & opera noſtra pro nunc, & ſemper.

In præſenti tractatu circa tria multum inſudauimus, videlicet circa ſacramentum pœnitentiæ in ordine ad eius naturam & proprietatem, & ad partes ſuas eſſentiales, & integrales. Circa varia, & diuerſa genera negotiorum in ordine ad diuerſos ſtatus hominum. Et circa bella, & incitantia ad bella interna, & externa, cum annexis occurrentibus in ordine ad Principes, & ad perſonas priuatas, prout clarè apparet in tabulis diuerſis, quarum prima erit de diſputationibus in opere iſto contentis. Secunda de caſibus & dubijs in illis poſitis. Tertia de rebus notabilibus neceſſarijs pro intelligentia doctrinæ Caſuum & dubiorum. Quæ omnia taliter ordinauimus ſperantes afferre maximam vtilitatem legentibus diſputationes has: Quod ſi ſic erit, vt ſperamus, ſcoperta veritate; Accingemus nos ad imprimendum tractatum de pertinentibus ad peccatum originale, & actuale peccatum, & ad cognoſcendam naturam illorum, & ea quæ circa illa ſunt, præcipue quid ſit peccatum mortale quid peccatum veniale. Et quænam ſunt ſeptem vitia capitalia, cum annexis illorum, quod veniet in maximam vtilitatem pœnitentium, & habentium curam animarum. Quibus expeditis, ponemus coram oculis ſtudentium Clericorum, & laicorum, alium tractatum, ſcilicet de pertinentibus ad iudicium in vtroque foro ſcilicet Eccleſiaſtico & ſeculari. Proponendo diſputationes occurrentes in vtroque foro, non ſolum pro regulandis actionibus ſubditorum, ſed & propriorum in procurando, & diſtribuendo dignitates Eccleſiaſticas vel ſeculares, in remunerando benemeritos, & puniendo præuaricatores. Et tandem (Deo fauente) imprimere facimus diſputationes pertinentes ad tractatum Sanctiſſimi Matrimonij, cum omnibus ferè difficultatibus circa illud occurrentibus. Quos Tractatus imprimere faciemus, iuxta ordinem præfixum, vel alio ordine. Et pro maiori ſatisfactione omnium Clericorum, has diſputationes omnes, ſermone vernaculo, ſeu idiomate vulgari apparere faciemus, vel ſic prolixas, vel ſub minore breuitate, prout ordinatum fuerit ab eo qui regit vniuerſa. Cui danda eſt laus, & cui debetur honor in ſecula ſeculorum. Amen.

Digitized by Google

DISPVTATIONES
DE DIFFICILIORIBVS
Caſuum Conſcientiæ Materijs,
OCCVRRENTIBVS IN CONFESSIONIBVS AVDIENDIS, & Cura Animarum exercenda.

Hincinde accuratiſſimè diſcuſſæ, ſecundum Doctrinam Diui Thomæ, & per ordinem Alphabeticum digeſtæ.

Vbi non eſt ordo, ibi confuſio. Ordinem enim eſſe de eſſentia rei omnes communiter affirmant. Cupientes ergo nos in his noſtris diſputationibus ordinatè procedere, decreuimus dilucidare multos caſus, & dubia in conſcientia. Et vt in tali opere excludamus omnem confuſionem. Ordinauimus diſputationes has more alphabetico, inter quas prima diſputatio erit. De Abortu.

DISPVTATIO PRIMA in litera A.

DE ABORTV.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN hoc caſu quærit Lector. Vtrum ad occultandum peccatum, & ſcandalum vitandum, & ad liberandum prægnantem à periculo mortis, liceat illi dare medicinã, vel quacunque alia via procurare Abortum.

Et pro vtraque parte format ſua argumenta. Primo pro parte affirmatiua, ſic, Regula eſt in iure, quæ probat, quod de duobus malis minus eligi poſſet, ſic ait Lex. De duobus malis minus eſt eligendum, vel vt rectius loquamur maius eſt fugiendum. Sed minus malum eſt fętum imperfectum perdere, quam miſeram illam mulierem occiſionis periculo exponere, ſi partus prodeat, ergo licet dare medicinam, vel alia via, procurare abortum, vbi adeſt periculum prægnantis. Maior: propoſitio clara eſt. Minor, probatur. Nam ſi vxor, vel filia familiæ, vel monialis concepit ex illicito coitu, ſi pareret, ſine dubio maxima infamia oriretur illis, & conſanguineis, vel affinibus illius qua de cauſa faciliter occiderent, ergo in tali caſu minus malum videretur, procurare abortum, quam exponere ſe, & participantes in crimine cum tanto periculo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua tale format argumentum. Inquit Apoſtolus Rom. 3. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ſed abortus voluntarius eſt malum, cum ſit homicidium voluntarium, ergo neque ad ſaluandam, vitam propriam, vel alienam licitum eſt procurare abortum.

Deciſio caſus pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit primo declarat aliqua pro intelligentia iſtius caſus, ſecundo duabus concluſionibus ſatisfacit quęſito, tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuę. Quo ad primum obſeruandum eſt quod Sixtus V. 1588. 4. Kal. Nouembris, contra procurantes abortum, ſua conſtitutione grauiſſimè procedit dicendo (poſt præfationem) quare motus ſit ad promulgandam hanc ſuam conſtitutionem. Ait enim. Vnde non immeritò ſexta Synodo Conſtantinopolitana ſancitum eſt, vt perſonæ quæ dant abortionis medicamenta, & quæ fętus merentia, venena accipiunt homicidæ pęnis ſubijciantur. Sed & veteri Concilio Hylerdenſi cautum eſt, vt qui conceptos ex adulterio fętus necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum, potionibus aliquibus colliſerint, ſi poſtea pœnitentes, ad Eccleſiæ manſuetudinem recurrant, omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant. Si verò clerici fuerint, officium miniſtrandi eis reparare non liceat, omneſque tam Eccleſiaſticæ, quam profanæ leges grauibus pœnis afficiunt eos, qui in vtero matris puerperium intertimũt, aut ne mulieres concipiant, ſiue vt cõceptum

Aſſignantur pœnæ ex ſacris conciliis cõtra procurantes abortum, quæ manens etiam modo.

Digitized by Google

fœtus eijciant nefariam machinantur. Nos igitur, qui poſt repreſſam eorum temeritatem, qui matrimonij iura violare, & quantum, in ipſis eſt, vinculum indiſſolubile, diſſoluere præſumunt, quive turpibus quibuſdam inceſtibus ſe inquinare nõ erubeſcunt, hoc quoque malum, quantum uiribus noſtris à Deo traditis contendere poſſumus, noſtris præcipue temporibus exterminare volentes.

Procurantes quomodocũque abortus fœtus animati, vel inanimati ſubiacent pœnę homicidii

Omnes quoſcunque tam viros, quam mulieres, cuiuſcunque ſtatus, gradus, & ordinis, etiam clericos ſeculares, quauis dignitate, ac præeminentia Eccleſiaſtica, vel mundana fulgentes, qui de cætero per ſe, vel interpoſitas perſonas abortus, ſeu fœtus immaturi, tam animati, quam etiam inanimati formati, vel informis eiectionem procurauerint, percuſſionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque mulieri prægnanti impoſitis, & alijs etiam incognitis, vel maximis exquiſitis rationibus, ita vt reipſa abortus ſecutus fuerit. Ac etiam prægnantes ipſæ mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint, pœnas tam diuino, quam humano iure, ac tam per canonicas ſanctiones, & Apoſtolicas conſtitutiones, quam ciuilia iura aduerſus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & reipſa perpetrauerint, propoſitas, & inflictas, quorum omnium tenores, his noſtris litteris pro expreſſis, & ad verbũ inſertis habemus, eo ipſo incurrere hac noſtra perpetua voluntaria conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ipſaſque pœnas leges, & conſtitutiones, ad caſus præfactos extendimus.

Clerici procurãtes abortum priuãtur clericali beneficio, reſeruatur Papæ.

Eos verò qui clerici fuerint omni priuilegio clericali, officijs, & dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis, quæ ſic vacatura noſtræ, & ſedi Apoſtolicæ diſpoſitioni perpetuo reſeruemus, ipſo facto priuamus, & in futuro inhabiles ad ea ſuſcipienda decernimus. Adeò vt illi qui hoc delictum commiſerint, non ſecus, atque ij, qui ſua voluntate homicidium perpetrauerint iuxta Concilij Tridentini Decreta, & ſi crimen id nec ordine iuridico probatum, nec alia ratione, publicatum, ſed occultum fuerit ad ſacros ordines promoueri, aut in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nullo modo poſſunt. Nec illis aliqua beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi curam non habeant animarum conferre liceat, ſed omni ordine beneficio, ac officio perpetuo careant. Necnon & illi qui clerici non fuerint, & illa perpetrauerint, non ſolum pœnas incurrere ſupranarratas, ſed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Volentes quoque, vt hi qui foro Eccleſiaſtico ſubiecti, vt præfertur, deliquiſſent comperti fuerint, per iudicem Eccleſiaſticum depoſiti, & degradati, curiæ, & poteſtati ſeculari tradentur, quæ de eis illud capiant ſupplicium, quod contra laicos, verè homicidas, & per diuinas leges, & ciuilia iura eſt diſpoſitum.

Præterea eiſdem pœnis teneri omnis ſtatuimus, eos qui ſterilitatis potiones; ac venena mulieribus propinauerint, & quo minus fœtus concipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, ac exequenda curauerint, ſiue quocunque modo in his conſulerint, ac mulieres ipſas, quæ eadem pocula ſponte, ac ſcienter ſumpſerint.

Contra procurantes abortum iudices ſeculares procedere debent.

Quocirca mandamus vniuerſis, & ſingulis iudicibus ordinarijs, & delegatis, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, quibus contra criminum reos, & quoad cauſas huiuſmodi de iure, vel ratione delicti, aut perſonarum legitimè competeret iuridictio, ita tamen vt inter eos præuentionis locus ſit, vt in his delictis, quæ (vt plurimum) in occulto procurantur, contra quoſcunque non ſolum per accuſationem, & delationem, verum & per inquiſitionem, ac ſimplicem denuntiationem procedant. Ac ad illa probanda teſtes (alias de iure inhabiles) eorundem tamen judicium arbitrio, habita rationis perſonarum, cauſarum, & qualitatum illarum, ac circunſtantiarum quorumcunque admittant, ne in eos qui culpabiles fuerint, prout per nos ſancitum eſt, debitum animaduertant.

Inſuper vt immaniſſimi huius delicti grauitati, non ſolum temporalibus, verum & ſpiritualibus pœnis perſpiciamus, ac prouideamus. Omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, tam laicos quam clericos ſeculares, necnon mulieres ſeculares, vel quarumcunque ordine profeſſas, qui vel quæ veluti principales, veluti ſociæ conſciæve ad tale facinus comittendum, ipſum conſilium fauorem potionem, vel alia cuiuſcunque generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiã ſcribẽdo litteras priuatas, vel apochis, vel alias verbis, aut ſignis iuuauerint, vel conſulerint, vltra ſupradictas pœnas ipſo facto, nunc prout ex tunc excõmunicamus, & pro excommunicatis declaramus.

Decernentes, & declarantes, quòd per quæcunque iubilea, & indulgentias etiam cruciatæ, ſancti iubilei, aut quouis alio titulo conceſſas, & concedendas, ac etiam vigore priuilegiorum in ire magno, vel alias quomodolibet nuncupatorum per literas congregationibus Regularium, aut Epiſcopi vigore Concilij Tridentini. Vel alias per nos, & prædeceſſores noſtros, quomodocunque conceſſorum, vel in futurum concedendorum; Nec perſonæ ſic, vt præfertur delinquentes, & excommunicatæ, prçterquam in mortis articulo abſolui valeant. Nec cum his clericis, qui huiuſmodi delicta perpetrauerint, & ſi eius crimen occultum fuerit ſuper irregularitatem præmiſſorum occaſione contracta, nec per locorum ordinarios, nec per alios quouis authoritate fulgentes, quam per nos, & Romanos Pontifices noſtros ſucceſſores.

Caſus abortiuus eruatur Papæ.

Et hoc non niſi vrgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſit, ac tam abſoluendi, quam diſpenſandi facultatem huiuſmodi, etiam quoad forum conſcientiæ in caſibus ſuperius expreſſis, nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus, ſtatuentes ſic in præmiſſis, & vniuerſis, & ſingulis per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, & authoritate in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere.

Irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocunque quouis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit arctari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinibus

Digitized by Google

bus Apoſtolicis, aut alijs Legibus, aliter forſan circa præmiſſa diſpenſantibus, aut in caſibus præfatis diſtinguentibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque &c.

Volumus autem, aut præſentium litterarum exemplis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c. Datum Romæ anno 1588. 4. Kalen. Nouembris.

Hæc ſunt verba Conſtitutionis Sixti V. ex quibus eliciuntur multæ propoſitiones.

In primis prægnantes, dantes operam laboribus, vel incommodis maximis, hac intentione, vt ſequatur abortus ſunt excommunicatæ, & ſubiacent alijs pœnis hic impoſitis. Non autem ſi hoc non faciant ex propoſito.

Oſtenduntur perſonæ, quæ ſubiacent pœnis procurantium abortum.

In eandem excommunicationem, & pœnis incidunt grauidæ, quæ permittunt ſe à dominis ſuis valde affligi, vel pugnis ſuum ventrem percuſſerint, vel valde ſe onerauerint ad hunc finem.

Item omnes illæ, quæ potionibus, vel alia via quærunt impedire fœtus quocunque malo fine, ne ſint hæredes, his pœnis ſubiacent.

In his pœnis inuoluti repeniuntur dantes potiones, vel venena ad fouendum abortum, non ſolum poſt animationem, ſed etiam ante, ſecundum tamen intra ſi fœtus non eſt animatus non eſt homicida, neque irregularis. Et lex dicit, quòd mulier, quæ ſibi vim intulit, vt aborriret non afficitur vltimo ſupplicio, ſed in exilio ponitur, ff. ad legem Corneliam, de ſicarijs, C. ſi mulier. Si autem formatus erat fœtus, vltimo ſupplicio afficiebatur, ff. de pœna, l. ſi quis aliquid. §. ſi quis abortum. Sub Sixto autem V. erat irregularis, vltra hoc quod ſubiacebat pœnis ſupradictis, quod etiam declaratur, quo ad lenones, & conſiliarios.

Hoc ipſum dicendum eſt de propinantibus venena, de vendentibus ſcienter, & de alijs pertinentibus ad hoc, primum cum fœtus ſit animatus, ſimiliter homicida eſt, qui huiuſmodi pocula dedit, non ex odio, ſed ex amore, & mortua eſt, etiam quod hoc non intendebat, quia dedit operam rei illicitæ. Si autem huiuſmodi pocula, vel medicamenta non ſunt ſortita ſuum effectum non incidit in excommunicationem ſit conſumato. Vt not. in capit. ſicut dignum, ex verb. illi autem de homicidio.

Ex eadem conſtitutione, in eiſdem pœnis incidit mulier, quæ pocula ſterilitatis accipit conſilio cuiuſdam iuuenis, qui tantum litteras ſcripſit, vel miſit medici apocham de modo procurandi abortum, ſimiliter incurrit iuuenis, ſecuto effectu per eandem conſtitutionem.

Nota.

Similiter ſi mulier dederit potiones viro ſuo ne poſſit generare, text. eſt in cap. ſi aliqui, de homicidio. Caietanus, 2. 2. articulo primo, quæſtione 154.

Ratio eſt, quia licet pœnæ ſint reſtringendæ, & per conſequens non extendendæ in caſu non expreſſo, tamen ex identitate rationis ſunt amplandæ, vbi agitur de periculo animæ, ſed modo, eſt eadem ratio, in muliere, & viro, quia impeditur Proles, ergo idem ius.

Homicida etiam eſt, & in culpa medicus, qui potionibus, vel alio remedio abortionis fœtus animati cauſam dederit ad ſalutem ipſius prægnantis, ad euitandum partum difficilem, quem habere ſolet mulier. Et ratio eſt, quia debuit Omnipotentis Dei voluntati relinquere, & non partu interficere, his non ſolum eſt illaqueatus medicus, ſed cooperantes ſcienter.

Si filia prægnans, ſuaſionibus impiæ matris abortum fecerit, vt ſuam turpitudinem occultaret, licet quidam dicant quod excuſatur in vtroque foro, in rei veritate non excuſatur in foro poli, quia non tenebatur obedire matri, vt rem tam iniquam faceret.

Item quando abortus cauſatur ex ludo, ſi ludus eſt leuis, & licitus ratione perſonæ, puta ſi ſit cum marito, vel cum fratre, vel propinquo non imputatur illis.

Si ex ludo cauſatur abortus aliquando excuſantur ludentes, & aliquando non, præcipue ſi ludens eſt ſacerdos.

Si autem ludus fuit illicitus, puta cum perſona extranea, ſeu cum ſacerdote, vel religioſo. Vel quia inhoneſtè luderent, ambo incidunt in Conſtitutionem Sixti Quinti, & ſacerdos, ſeu religioſus eſt excommunicatus, & efficitur irregularis, ita eſt text. & tenent Doctores ibi in cap. ſicut, ſecundo, de homicidio.

Attamen ſi quis non ſacerdos probabiliter ignoraret prægnantem eſſe, & propterea luſit cum illa, ex quo poſtea ſequutus fuit abortus non eſſet irregularis, prout docet Couarr. in Clem. §. 4. num. 10. verſ. quinto.

Interrogatio

Inquirit Lector; An incidat in cenſuram is, qui potionem dedit ad faciendum abortum, ſi mulier fatebatur tantum eſſe ſuſpectam ſe fuiſſe prægnantem, ex eo quia ſuſcepta potione, poſt modicum tempus quo illa ſuſpicabatur, ſe eſſe grauidam, fecit ſecundum conſuetudinem aliarum mulierum prægnantium.

Interrogationis reſponſio

Theologus huic quæſito reſpondet dicendo, tam virum, quam feminam incidiſſe in cenſuram. Ratio eſt, quia in dubijs ſemper præſumitur in deteriorem partem, vbi vertitur periculum animæ, prout habet Gloſſa ſing. in capit. vnico, de ſer. Et Abb. in capit. ad audientiam, de homine ex tenore, qui filij ſint legitimi. Vbi inquit; Ad euitandum periculum animarum, conſtitutionem pœnalem eſſe extendendam. Et iſti debent addire ad Summum Pontificem (ſtando in Conſtitutione Sixti Quinti) vt abſoluat eum.

In articulo mortis poteſt abſolui à quocunque ſacerdote. Epiſcopi in caſibus occultis facultate Concilij Tridentini per Nauarrum cap. 27. in noua editione, numero 239. poſſunt abſoluere monialem ſibi ſubditam tali crimine ream, cum non poſſit addire ſedem Apoſtolicam, & eſſet periculum infamiæ, ſi non ſuſciperet Euchariſtiam, cum alijs, modo præſtringatur prudentiſſimis moderationibus, ſecundum Magiſtrum Dominicum à Soto 4. diſtinct. 18. quæſtione ſecunda, artic. 5. quòd videtur affirmare Syl. in verbo, Confeſſor, 3. quæſt. 1. per totum.

De his multa, & doctè quidem ſcribit Iacobus de Graſſijs Monachus Caſſinenſis, quem quiſ-

que pro libito ſuo videre poteſt. Modo autem Conſtitutio iſta Sixti Quinti reuocata eſt per Papam noſtrum Gregorium XIIII. anno 1591. & redacta eſt ad regulas iuris, quæ ſic habentur in compendio Bullarum, ſeu Conſtitutionum Summorum Pontificum.

Confeſſarij deputati ab Epo, poſſũt abſoluere a peccato, & ab excõicatione ex abortu orta.

Sedes Apoſtolica &c. Sixti V. de abortu Cõſtit. ita duximus moderandam. Vt à peccato, & ab excommunicatione contra perſonas ibi expreſſas lata, tam quo ad eos, qui hactenus delinquerunt, quam quo ad alios, qui poſt noſtram conſtitutionem in eiſdem caſibus delinquerint, vt quilibet Presbyter tam ſecularis, quam cuiuſcunque ordinis regularis ad confeſſiones audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter deputatus plenam, & liberam (in foro conſcientiæ tantum) abſoluendi habeant facultatem, eadem prorſus, quam idem Sixtus V. ſibi, ac ſuis ſucceſſoribus reſeruauit.

Quo verò ad pœnas procurantium abortum fętus inanimati, aut exhibentium mulieribus, vel iumentium venena ſterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel conſilium eis dantium in prædicta conſtitutione contentas. Conſtitutionem præfatam in ea parte vbi de his agitur ad terminos iuris communis, ac ſacrorum canonum. Et Concil. Trident. diſpoſitionem authoritate Apoſtolica tenore præſentium, tam quo ad præterita, quam quo ad futura perpetuo renouamus perinde, ac ſi conſtitutio in huiuſmodi partem vnquam emanaſſet. Non obſtantibus &c. Datum Romæ prid. Kalend. Iun. anno 1. Hæc pro primo puncto, nunc ad ſecundum procedamus.

Stantibus his Conſtitutionibus Papalibus, reducentes huiuſmodi caſum ad terminos communes iuris proponendæ ſunt Concluſiones.

Grauiſſimum peccatũ eſt procurare abortum, etiã ſi fiat ad euitandum ſcandalum, & periculum vitæ

Concluſio prima. Nullo pacto procurandus eſt abortus ad occultandum peccatum, & ſcandalum euitandum, & fugiendum periculum vitæ.

Concluſionem hanc probat argumentum pro parte negatiua, caſus, deſumptum ex Apoſtolo Roman. 3. non ſunt facienda mala vt veniant bona. Abortus enim voluntarius peccatum eſt homicidij, perfecti quidem ſi fœtus eſt animatus anima rationali, quia tunc occiditur homo, vnde irregularitas incurritur. Imperfecti verò ſi fœtus adhuc non erat animatus anima rationali, quia tunc occiditur homo, qui generabatur licet actu non ſit homo. Cum igitur tale remedium ſit peccatum, nequaquam eſt adhibendum, quia vbi culpa eſt etiã leuiſſima, potius vitam propriam, & quodcunque bonum creatum perire, permittere debemus, quã illam admittere, inquit Magiſter Dominicus à Soto, in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 4. Et D. Thom. Quolibeto primo, ratio eſt: quia plus præponderat bonum diuinum, contra quod agit culpa bono naturæ creatæ, cui opponitur pœna, excedit enim perpetuitas culpę temporalitatẽ pœnæ; ergo generationem iam inceptam impedire, immò incipiendam, vel quodcunque generationis impedimentum adhibere ante coitum, vel in ipſo coitu, vel poſt coitum, vt ait Syluester, verbo, abortus, peccatum mortale eſt, ſi hac intentione fiat, directè, vel indirectè ad impediendam generationem; ergo hoc modo abortus, quacunque ex cauſa peccatum eſt mortale, grauius autem ſi fœtus erat animatus, quia tunc eſt verè homicidium, non ita graue ſi non erat animatus, quia erat homo tantum in virtute.

Abortus perfectus maſculi eſt poſt cõceptionẽ 40. dies, feminæ vero 80.

Pro cuius maiori intelligentia eſt obſeruandum, quòd fœtus dicitur animatus, ſi maſculus eſt dierum quadraginta, & femina octoginta ab ipſa ſui conceptione. Doctores enim in cap. Si aliquis, de homicidio, probant in capit. Moyſes, 32. quæſt. 2. Et elicitur ex diuina Scriptura Leuitici 12. vbi dicitur, Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ, & dies octauus circuncidetur infantulus, ipſa verò triginta diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ, quòd & ſeruauit Beata Virgo Maria (licet hoc non indigeret, cum eſſet mundiſſima) Ecce quòd dies purificationis correſpondent diebus conceptionis ante animationem fœtus. Hoc idem reſpondet quo ad feminas, prout habetur ibidem, quo in loco ſubditur. Si autem feminam pepererit immunda, erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menſtrui, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Concluſio iſta prima habetur ex D. Th. in 4. diſtinct. 31. vbi dicit de abortu loquendo. Quantum verò ad peccatum eſt mortale, etiam ſi erat animatus ſola anima ſenſibili, immò vegetatiua, immò ſi ante conceptionem fiant, & omne aliud generationis impeditiuum ſi hac ratione fiat, ratio eſt, quia eſt contra bonum prolis generandæ.

Quando fœtus eſt animatus non licet dare prægnãti infirmæ, medicinã, bene ante animationem.

Concluſio ſecunda; Ad præſeruandam prægnantem in articulo mortis, ſi fœtus non erat animatus licet illi dare medicinam, ſi erat animatus minimè, ſcilicet, ſi erat animatus anima rationali, quòd in maſculo eſt poſt quadraginta dies, & in femina poſt octoginta, modo dicto.

Probatur Concluſio iſta ſic. In æqualibus, prius noſtra temporalia, quam aliena ſeruare poſſumus, in ordine autem ad ſpiritualia, illa anteponenda ſunt corporalibus. Vita autem mulieris illius pluris æſtimanda eſt, quæ totali conſtat perfectione, quam illius fœtus vita, quæ ſecundum vegetatiuam, vel ſenſitiuam erat perfecta.

Si tamen incertum eſſet; An talis fœtus anima rationali viueret, tunc tutior pars eſt eligenda, ſcilicet, non præbere medicinam, ne ſe exponeret periculo occidendi animam geniti, quæ magis refert, quam mors corporis.

Impugnatio.

Inſurgit Lector contra hanc concluſionem, dicendo, ſupra dictum eſt, non licere generationem impedire, ergo nec licet præbere prægnanti talem medicinam, valet conſequentia, quia ſi non occiditur proles genita, ſaltem impeditur eius generatio.

Impugnationis reſponſio

Theologus negat conſequentiam. Et ad probationem dicit, quòd non datur directè talis medicina, vt generatio impediatur, ſed ad præſeruandam à morte prægnantem, eo modo quo fit,

quan-

Google

quando inuaſus inuadentem occidit. Inuaſus enim nollet occidere inuaſorem, ſed accipit medium illud, tanquam neceſſarium ad ſui conſeruationem. Ratio etiam hoc ſuadet. Accipiendo medicinam ad ſalutem corporis neceſſariam, non eſt malum, ſed bonum; vnde verba Apoſtoli, ſcilicet, Non ſunt facienda mala, vt veniant bona, non ſunt contra hanc concluſionē, per accidens enim eſt, vt generatio impediatur, quòd procul eſt à ſcientijs. Quando medicina illa ex intentione datur, vel accipitur vt fœtus diſpereat, pro occultando peccato, tunc eſt malum, & grauiſſimum peccatum, vt declaratum fuit, quod per aliquas leges, pœna capitali plectendum erat, vt dictum eſt. Hæc pro ſecundo puncto; Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuę.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

ARgumento adducto, pro parte affirmatiua caſus ſatisfacit Thęologus dicendo, quod dictum illud ex Regula iuris, ſcilicet, De duobus malis minus eſt eligendum, poteſt intelligi dupliciter, vel in ordine ad malum culpæ, vel in ordine ad malum pœnæ. Regula intelligenda eſt de malo, pœnæ, non autem de malo culpæ. Malum enim culpæ non eſt eligibile, nec etiam minimum veniale pro ſalute totius mundi faciendum eſt, prout docet Chriſtus Dominus dicendo; Quid proficit homini ſi vniuerſum mundum lucretur animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. De malis enim pœnæ minus eligere poſſumus ſine peccato. Exempli gratia; Cogor aut alapam aut lęthale vulnus ſufferre. Et in electione mea poſitum eſt, vnum de duobus poſſe amplecti, ſi alapam eligam, nullum eſt peccatum. Verum ſi ille mihi præciperet, vt à meipſo digitum præcidam, & niſi id faciam, ille mihi manus amputabit. Tunc de neceſſitate ſalutis potius teneor ſufferre omnem pœnam, quam à meipſo digitum abſcindere, ratio huius eſt, quia cum non ſimus Domini vitæ noſtræ, nec membrorum noſtrorum, ſi abſcinderem digitum, culpam contraherem mortalem, quòd faciendum non eſt. Non enim facienda ſunt mala, vt veniant bona.

De duob. malis pęnæ minus eſt eligēdum Malum aſit culpæ eligibile nō eſt.

Sed quia de mutilatione membrorum incidit ſermo, vnum dignum obſeruatione adhibet Soto, lib. 5. De iuſt. & iure, quæſt. 2. art. 1. quo in loco dicit, quod cauſa infirmitatis corporalis (de conſilio medici) quilibet permittere poteſt, & debet, membra abſcindere, hoc autem non licet pro ſalute ſpirituali. Ex quo apparet error. Origenis, & nonnullorum, qui ad euitandam moleſtiam carnis, ſe caſtrauerunt, abſcinderuntque membra virilia. Et Euangeliſta Marcus digitos ſuos abſcidit, ne ſacra faceret. Hæc licita non ſunt, niſi Spiritus Sancti inſtinctu ſint facta, prout legitur de Sancta Apollonia, quæ mota à Spiritu Sancto (in confuſione Tyrannorum) proſiliuit ex manibus carnificum, & ſe proiecit in ignem voluntariè, in ſignum conſtantiæ ſuæ, & ad gloriam Chriſti Domini.

Abſcindere mēbra pro ſalute corporali licet, non aſit pro ſalute ſpirituali.

Vt ergo ad noſtrum redeamus intentum, obſeruandum eſt, circa regulam illam, ſcilicet, de duobus malis minus eſt eligendum, quòd vt dictum eſt, regula illa non poteſt intelligi de malis culpæ; potius enim moriendum eſt, quam peccare, etiam venialiter, ex ſententia Thęologorum, loquendo in ordine ad nos ipſos. In ordine ad alios, quandoque de duobus malis culpæ minus eſt eligendum; hoc enim inſinuat D. Gregorius Eccleſiæ Doctor, 13. diſtinct. vbi dicit, quòd non ſolum regula illa intelligitur de malis pœnæ, ſed etiam de malo culpæ, non quidem in ſeipſo, ſed in altero, v.g. Eſt hic, Petrus qui in corde ſuo propoſuit occidere quendam, & iam occaſionem quærit, & opportunitatem illum occidendi.

Cōſulere minus malū ad euitandū maius malū bonum, & non malum eſt.

In hoc caſu conſulere, vt potius vulnus inferat, quam vitam auferre ab illo, poſtquam animum eius diuertere non poteſt ab occiſione perpetranda licet; ſicut fecit Loth (vt docet Magiſter Sotus) ad diſſuadendum execrandum ſodomiæ ſcelus, dicendo illis hominibus: Sunt in vrbe virgines feminæ, cum quibus poteritis veſtram libidinem explere, &c. Ratio autem qua quis poteſt conſulere minus malum culpæ ad euitandum maius eſt iſta; quia quilibet ſuam propriam voluntatem remouere poteſt à toto malo, ſine eo, quòd eligat minus malum quo ad ſe, ſed in alterum non habet hoc dominiū, ideo licet ab altero cum totum malum, remouere nequeat, quærat ſaltem remouere partem, quoniam id conſulere, non malum, ſed bonū eſt obijcere rectè loquēdo. Ratio huius rei eſt, quia qui cōſulit minus malum, non inducit ad malum, ſed tantum remouet à maiori malo, quòd vt ſic bonum eſt. Malum enim quòd facit tribuendum eſt facienti, & non conſulenti. Quod autem tale obiectum in caſu noſtro ſit bonum probatur ſic. Obiectum enim illius conſilij non eſt abſolutè facere hoc malum, ſed eſt quoddam conditionale, ſcilicet, ſi tu illud maius malum terminatus es facere, potius fac hoc minus, quòd à ratione minus diſtat. Concluditur ergo, quòd in caſu iſto conſulere licet minus malum inducere nequaquam. Et hoc dictum eſt, vt habeatur plena intelligentia regulæ illius. De duobus malis minus eſt eligendum, ad obſtruēdum os loquentium iniqua pro excuſatione delicti abortus. Hæc ſint pro caſu iſto.

DISPVTATIO SECVNDA in littera A.

De Abſolutione Sacramentali.

LEctor in hac Diſputatione proponit vnum caſum cum nonnullis dubijs dilucidandis.

In caſu iſto quærit Lector quotuplex clauis requiratur, vt ritè abſoluere poſſit, & abſolutio teneat?

In primo dubio quærit; An abſolutio à peccatis impenſa priuſquam ab excommunicatione teneat, ita quòd non ſit iteranda confeſſio.

In ſecundo dubio poſtulat; An Confeſſarius excommunicatus abſoluendo peccat. Et an abſolutio teneat. Et an peccet pœnitens in tali caſu.

In tertio dubio rogat; An abſolutio conditionalis

tionalis de peccatis, & de excommunicatione ſit valida?

In quarto dubio; Vtrum in articulo mortis, vel in maximo periculo exiſtens, poſſit abſolui à quocunque peccato, à quocunque Sacerdote.

Caſus.

IN hoc caſu quærit Lector quotuplex clauis ad confeſſariũ requiratur, vt ritè abſoluere poſſit, & confeſſio valida ſit, & ipſe abſoluendo non peccet. An ſcilicet ſufficiat vnica clauis. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Dominus de abſolutione peccatorum hæc verba dixit Diſcipulis ſuis. Io. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis; ergo iſta vnica clauis ſufficit, vt Sacerdos ritè abſoluere poſſit, vt confeſſio ſit valida, & confeſſarius non peccet. Valet conſequentia, quia nulla eſt facta reſtrictio circa hoc à Christo Domino.

Partis negatiuę probatio.

Pro parte negatiua ſic argumentatur. Doctor Angelicus in additione ad 3. par. q. 17. art. 3. dicit quòd Sacerdos ad abſoluendum triplicem clauem habere debet, quæ ſunt. Poteſtas iuriſdictionis, ſcientia, idest, authoritas exercendi actum ſcientię, & clauis, ergo non ſufficit clauis vna ad abſoluendum à peccatis.

Deciſio caſus pro parte negatiua.

Ad abſolutionem peccatorum duę claues requiruntur in cõfeſſario ſ. ordinis, & iuriſdictionis.

LEctor Theologus duo facit circa hunc caſum, primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, ſecundo proponit, & ſoluit dubia, tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuæ. Quo ad primum ponitur prima concluſio, quę eſt iſta. Duæ ſunt claues, quarum prima pertinet ad iudicium de idoneitate eius, qui abſoluendus eſt, & alia ad ipſam abſolutionem. Probat concluſionẽ iſtam ſic. In omni actu (inquit Angelicus Doctor) qui requirit idoneitatem, ex parte recipientis, duo ſunt neceſſaria ei, qui actus hos debet exercere, ſcilicet, iudicium de idoneitate recipientis, & expectatio actus. Cum ergo Iudex Eccleſiaſticus per claues recipiat dignos, & excludat indignos, in vtrumque eorum requiritur authoritas, ſiue poteſtas quædam ratio eſt, quia dare non poſſumus, niſi quòd in poteſtate noſtra habemus, nec iudiciũ dicere poteſt niſi vim coactiuam habeat, eo quòd iudicium tantum ad vnum terminatur, quæ quidem determinatio in ſpeculatiuis fit per virtutem primorum principiorum, quibus reſiſti non poteſt. In practicis autem per vim imperatiuam per iudicem exiſtentem. Ex quibus elicitur, quòd cum ad actum clauis requiratur idoneitas in eo, in quem exercetur, ratio huius eſt, quia Iudex Eccleſiaſticus recipit per clauem dignos, & excludit indignos, ideo indiget iudicio diſcretionis in iudicando, ex ipſo recipientis actu. Et ad vtrunque poteſtas quædam, ſeu authoritas requiritur, & ſecundum hoc ſunt hæ duæ claues, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius, qui abſoluendus eſt, & alia ad ipſam abſolutionem, ex quibus Theologus elicit aliam concluſionem.

Duæ claues prædictæ non diſtinguũtur, ſed ratione tantum.

Concluſio ſecunda; Duæ claues prædictæ non diſtinguuntur in eſſentia authoritatis, ſed per comparationem ad actus. Probat hoc quo ad vtranque partem, primo quòd non diſtinguantur, quia ex officio ſibi competit vtrunque. Diſtinguuntur autẽ in comparatione ad actus quomm vnus alium ſupponit, ergo non diſtinguuntur ſecundum rem, ſed ſecundum rationem, hoc probatur: quia vtrunque, ſcilicet, iudicium diſcretionis, de digno, & de indigno, ac ipſa abſolutio ex officio competit ſibi, ſcilicet, authoritati Iudicis Eccleſiaſtici. Secunda autem pars probatur, quia actus vnius ſupponit alium, ſcilicet, abſoluere dignè præſupponit iudicium actum de idoneitate recipientis abſolutionem. Nota ly actus vnius præſupponit alium, ſcilicet, actum abſoluendi à peccatis præſupponit authoritatem, de qua loquuti ſumus, de qua dixit Dominus diſcipulis ſuis, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, idest, Accipite Spiritum Sanctum, ſcilicet, illum, qui eſt Spiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & ſcientiæ &c. præponit remiſſionem peccatorum, & ex ordine verborum deſignatur, quòd actus abſolutionis præſupponit actum ſcientiæ, ſcilicet, an talis ſit dignus, vt abſoluatur, an non. Si ergo omninò indignus abſoluitur, abſoluens mortaliter peccat, & ille non eſt abſolutus, & meritò quidem. Dic mihi quæſo, quomodo Iudex ſecularis actus iuſtitiæ exercere poteſt ſine ſcientia? ſimiliter medicus corporalis ſine infirmitatis cognitione? Iſti enim in his caſibus peccant mortaliter exercentes officia ſua ignoranter; ergo multo magis mortaliter peccant confeſſarij, qui ſe ingerunt ignoranter, ad faciendum iudicium in animarum perniciem. Præſertim cum Sacerdos in hoc diuino iudicio, non poſſit ſoluere, & ligare, ſecundum proprium iudicium, ſed debet ſe conformare iudicio Dei, tanquã inſtrumentum eius. Et niſi ſic faciat, quoties abſoluerit, toties peccans ſe lethalibus magis, ac magis inuoluit. Et licet quandoque iuſtum iudicium faciat, tamen eodem modo peccat, cum tanto ſe diſcrimini exponere, præſumptuosè audeat. Caueant ergo Sacerdotes, & valde caueant, ne ad hoc tam graue munus, vt eſt confeſſionum audientia præſumptuosè ſe ingerant, niſi doctrina iudicio, atque bonitate, ſaltem mediocriter probentur. Itaque dicere cogor, & lachrymabili pietate monere, eo magis, quòd nemo ſit, qui aduertat ingentiſſimum hoc periculum. Immò experientia ipſa docet minus idoneos, ne dicam penitus indignos ad id præcipitanter irruere. Nunc paſſim comperitur lucri gratia, quodcunque vel tenue beneficium, licet ampla curæ, ſed minimè prouentus, tamen auidiſſimè appetitur, & procuratur, ex quo ſequitur id, quod olim Chriſtus Dominus prædixerat. Si cæcus cæcum ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt. His tam paucis meipſum cum alijs mecum indigentibus admonere velim, vt quemadmodum qui hinc præeſt, & animarum ſaluti diligenter ſtudere conatur, copioſum in cęlis mereatur premium, ita

Oſtenditur peccati grauitas confeſſarij ignorãter abſoluentis à peccatis.

ex

ex oppoſito ignoranti Sacerdoti, ait Deus Oſeę 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Repulſus autem à Deo acerrimas in ęternum luet pœnas. Veh inquit Deus paſtoribus. Ex iſta confeſſorum ignorantia, multorum perditio animarum quotidie perſpicitur, hoc enim experientia docet. Ex negligentia confeſſorum, ne dicam ex ignorantia, vel incuria, multi perſeuerant in peccatis. Quot ſunt qui iugiter per multos annos retinent concubinas, adulteras &c. cum quibus turpem rem habuerunt, & quod peius eſt habent? Quot ſunt reſtitutioni obnoxij, vota non reddentes, odium retinentes, nec pacem petenti exhibentes, atque iniurijs, & aliorum peccatorum innumeris inuoluti, nunquam ſe emendantes, quos confeſſarij abſoluunt? Dicant ergo confeſſarij iſti, quomodo hos abſoluere poſſunt, vel quomodo tuta conſcientia poſſunt illorum confeſſiones audire, niſi ad minus faciant, quod in ſe eſt, pręcipiendo illis ſeparationes harum perſonarũ, quę ſunt occaſio proxima peccatorum? Et quomodo hoc prudenter facere poſſunt, cum careant ſcientia?

Error confeſſorum ignorãtium oſtenditur, & grauis culpa illorũ.

Pręcipue ſi ignorant caſus difficiliores. Vt ſunt caſus vſurę, ſymoniæ, matrimonij, luxurię, vt eſt obligatio legatorum per multos annos non ſolutorum, & multa alia diuerſorum genera peccata, vt ſunt excommunicatio, cenſurę, quę quotidie occurrunt confeſſoribus ipſis, & pręcipue ignorantibus. Nec excuſantur multi dicendo, ſe non audire niſi ſimplicium confeſſiones, quoniam vt in pluribus abſoluunt caſus, qui ſibi occurrunt, nec ſatis eſt ſtuduiſſe in Phyloſophia, & Thęologia ſpeculatiua, & non eſſe expertos in caſibus cõſcientię. Accidit ſępiſſimè examinatoribus, ad audientiam confeſſionum minus expertos reperire Doctores iſtos ſpeculatiuorum in his, quæ ad conſcientiam pertinent, quam mediocriter inſtructos. Nec hoc eſt mirum, quoniam iſti totum tempus in ſpeculatiuis ſcientijs phyloſophicis, & id genus multi periti tempus conterunt, moralibus his relictis, & ſcire præſumunt, quòd omninò ignorant, de quibus forſitan loquens Apoſtolus, dicebat; Sapientia mundi huius, ſtultitia eſt apud Deum. Et nos cum illo dicere poſſumus, Sapientiam humanam ſtultitiam eſſe in ordine ad reformandas conſcientias apud Deum. Hęc dicere volui in tanta re, ne cæci cęcos ducentes, omnes inaduertenter in foueam cadant, cum, paſſim, experientia quotidiana id fieri comperiatur.

Nota.

Dubium primum.

IN hoc primo dubio quęrit Lector. An abſolutio à peccatis impenſa priuſquam ab excommunicatione, teneat, ita quòd non teneatur repetere confeſſionem? Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Si excommunicatus ad ordines ſacros ſuſcipiendos accedat, vel ad alia ſacramenta, puta ad confirmationem, vel matrimonium, illa (licet mortaliter peccat) vere recipit, ita eſt de ſacramento pœnitentię, ergo abſolutio à peccatis, ante abſolutionem, ab excommunicatione erit valida.

Pro parte autem negatiua eſt communis Doctorum ſententia; ratio eſt, quia excommunicatio priuat à participatione ſacramentorum Eccleſię, ergo abſolutio à peccatis impenſa priuſquam ab excommunicatione eſt iteranda.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

CIrca huiuſmodi dubium Thęologus duo facit, primo ſatisfacit quęſito, vnica concluſione negatiua, & declarat aliqua neceſſaria circa hãc materiam; ſecundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum talis ponitur concluſio. Si excommunicatus prius à peccatis, quam ab excõmunicatione abſoluatur, ſacramentum, & rem ſacramenti nullatenus conſequitur. Probatur concluſio iſta; quia dum manet excommunicatus eſt membrum precifum ab Eccleſia, & dum ſic ſe habet, illi eſt prohibitum accedere ad ſacramentum Eccleſię, & accedendo peccat mortaliter; vnde dicit Angelicus Doctor in ſupplementum ad 3. par. quęſt. 24. art. 1. ad 2. Cum excommunicatus non ſit particeps ſacramentorum Eccleſię, & ab Eccleſia ſit ſeparatus, Sacerdos non poteſt abſoluere illum à culpa, niſi ſit prius abſolutus ab excommunicatione: hoc tenet Syl. verbo, ſcilicet, Confeſſio, §. 8. Tabiena. verbo, primo abſolutio, §. 10. Magiſter Sotus in 4 diſt. 22. quęſt. 1. art. 1. Ratio concluſionis huius eſt; quia in tali facto, non adeſt materia proxima ſacramenti pœnitentię, quę ſunt actus pœnitentię, ſed dum quis eſt excommunicatus, non poteſt eſſe penitẽs cum ſit contra Eccleſiam, & ab Eccleſia ſeparatus, ergo nullo pacto huiuſmodi confeſſio tenet.

Neceſſario excõicatus q̃ prius eſt abſoluendus ab excõicatione q̃ a peccatis.

Corolarium. Si confeſſarius, & pœnitens ignorãt omninò, incurriſſe in excommunicationem, puta quia vterque ignorat ius, vel factum, ſcilicet, ſi ignorat hoc eſſe prohibitum, ſub pœna excommunicationis, vel talem in hanc excommunicationem incidiſſe: adeſt enim ex vtraque parte ignorantia inuincibilis, & pœnitens non poteſt, vel non tenetur hoc ſcire, ſi ſic accedat ad confeſſionem ex parte ſua verè non peccat, & ſi ſit contritus à Deo abſoluitur, cuius miſericordia ſupplet pro noſtra bona voluntate. In tali caſu iſte non conſequitur ſacramentum, bene rem ſacramenti, quę eſt gratia, & hoc per diuinum auxilium. Verum tamen eſt, ſi poſtea rem ſciuerit, quòd ignorauerit, confiteri tenetur iterum, vel eidem confeſſario, poſtquam abſolutus fuerit ab excommunicatione, dicendo cõfiteor iterum peccata iam confeſſa; ſi autem confeſſarius illa non retinet memorię, vel confiteatur alteri confeſſario, tenetur iterare totam confeſſionẽ. Ex parte autem confeſſarij, ignorantia facti omninò excuſat, nõ tamen excuſat ignorantia iuris, quia iſta confeſſarius omnia ſcire tenetur, & certus eſſe, quòd non poteſt abſoluere excommunicatum à peccatis priuſquam ab excommunicatione. Lopez in corroboratione ſupradictorum dicit. Non valet abſolutio

Abſolutus à peccatis ante abſolutionẽ ab excõicatione inſciũ, põt obtinere gratia Dei.

Digitized by Google

abſolutio à peccatis impenſa excommunicato, ſciẽti eſſe culpam mortalem recipere abſolutionem à peccatis antequam abſoluatur ab excommunicatione, quia hanc culpam talis non confitetur, vel ſi eam confitetur adhuc eſt inualida, quoniam deeſt contritio, vel attritio debita, quæ confeſſionem comitta ri debet. Et hæc ratio concludit etiam de excommunicato ſcienti, excommunicatione minori. Si tamen pœnitens inuincibiliter ius, & factum ignorat, coram Deo non eſſet excommunicatus. Et forte ſua confeſſio eſſet valida, inquit Corradus, & ſubdit. Ea quæ diximus vſque modo, vltra hoc D. Thomas affirmat, & Sylu. vna cum alijs Doctoribus. Siue quis fuerit excommunicatus iuſtè, vel iniuſtè, dum tamen excommunicatio tenet, ſiue ſtet per eum, quod non ſit abſolutus, ſiue non, Non poteſt abſolui à peccatis manente excommunicatione, etiam ſi ſit minor. Vt habetur in cap. Si celebat, quamuis abſoluatur, ſi petet in iudicio Dei, & ratio eſt inſolubilis, quia vt patet ex diffinitione excommunicationis. Omnis excommunicatus, etiã minori excommunicatione, eſt priuatus participatione ſacramentorum paſſiue. His ſic declaratis, ſoluenda eſt inſtantia pro parte affirmatiua dubij.

Omnis excõicatus, ẽt excõicatione minori eſt priuatus participatione ſacramentorũ paſſiue.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarũ ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ dicendo, conſequentiam nullam eſſe. Nam in alijs ſacramentis dum ab excommunicato recipiuntur non reperitur repugnantia, & incapacitas ex parte recipientis, prout reperitur in pœnitente excommunicato, vt declaratum eſt, nam pœnitentiæ abſolutio facit de membro mortuo viuum, per contritionem & abſolutionem, quòd conuenire non poteſt homini, dum manet excommunicatus, & per conſequens non accipit ſacramentum, neque rem ſacramenti.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; An confeſſarius excommunicatus abſoluendo peccet. An confeſſio teneat, & an qui ad talem accedit ſcienter, pro abſolutione peccet. Et quid quando Prælatus eſt illegitimus. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Excommunicatus eſt membrum præciſum ab Eccleſia, ergo miniſtrando ſacramẽta peccat mortaliter cum exiſtat in mortali, per conſequens videtur, quòd abſolutio non teneat, & quòd accedens ad illum pro abſolutione peccet, & non ſit abſolutus.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua, talem adducit rationem. Quicunque communicat in aliquo in peccato mortali, mortaliter peccat, ſed quandoque qui inducit confeſſarium excommunicatum ad audiẽtiam confeſſionis, non peccat: ergo neque confeſſarius talis audiendo confeſſionem peccat, & per cõſequens confeſſio tenet, & eſt valida.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, primo ponit aliquas diſtinctiones, ſecundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit inſtantias, oppoſitum concludentes. Quo ad primum diſtinctionem ponit, vel huiuſmodi confeſſarius eſt nominatim excommunicatus, vel eſt notorius percurſor clerici, vel eſt occultè excommunicatus: ſecundam diſtinctionem addit. Similiter Prælatus illæ, vel eſt de iure in poſſeſſione ſuæ Eccleſię, vel non, vel habuit confirmationem, vel non, vel fuit priuatus ſua dignitate occultè, vel publicè. Iſtis diſtinctionibus pro primo puncto poſitis, pergit ad ſecundum ponit concluſiones.

Concluſio prima; Si confeſſarius fuit nominatim excommunicatus ab Eccleſia, vel fuit notorius percuſſor clerici abſolutio data ab illo non tenet ratio concluſionis eſt, quia eſt Eccleſia inhabilem reddit illum, immò iſte abſoluendo peccat mortaliter, quia ſe ingerit vbi non poteſt, & miniſtrat in mortali, ſimiliter & pœnitens, ſi ſcienter hoc facit, ſcilicet, ſi ſciebat talem ſacerdotem eſſe excommunicatum, & non poſſe abſoluere, accedendo ad cõfeſſionem non eſt abſolutus, & peccauit mortaliter; hoc etiam eſt certum per D. Thom. in additione ad tertiam partem, quæſt. 36. quo ad vtranque partem concluſionis. Nam qui ſcienter accedit ad confeſſorem, quem certus erat non poſſe miniſtare ſacramenta, propterea peccauit mortaliter inducendo eum, & non eſt abſolutus.

Exiſtens in excõicatione abſoluẽdo pœnitentẽ al q..ãdo, abſoluit aliquãdo non, aliquando peccat mortaliter, aliquando non.

Concluſio ſecunda; Si confeſſarius iſte neutro modo ſupradictorum eſt excommunicatus, etiam ſi excommunicatio eius nota eſſet omnibus, abſolutio ab eo data tenet, ratio concluſionis eſt, quia ab Eccleſia toleratur, ad hoc vt eius actus ſint legitimi, & teneant, nec ex eius culpa ſubditi ſunt priuandi iure ſuo, niſi hoc facto ſit ab Eccleſia.

Impugnatio.

Lector impugnat hanc concluſionem dicendo, Excommunicatus notorius, qui nullo modo celari poteſt, ſit eiuſdem ordinis, cum illis primis contentis in prima concluſione, vt habetur in Concilio Conſtantienſi; ergo neque abſolutio iſtius tenet, & peccat abſoluendo.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic impugnationi ſatisfacit dicendo, quòd Martinus Papa viuæ vocis oraculo declarauit, & diffiniuit hoc teneri ſolum in illis duobus prædictis caſibus, prout Magiſter Dominicus à Soto affirmat in 4. diſtinct. 1. quæſt. 5. art. 6. citans D. Antoninum in 3. par. tit. 25. cap. 2. quia duobus Prælatis Epiſcopis fide dignis audiuit eos eidem conſilio interfuiſſe, & ita ſancitum eſſe. Et poſtea adijſſe ipſum Martinum, & ab eo confirmationem huius accepiſſe, quòd & confirmat D. Caietanus dicendo; Sic inquam excommunicatus toleratus, ſi pœnitet, & non poſſet tunc abſolui, & ſolummodo à ſubdito ſuo requiſitus abſoluat, non peccat, & abſolutio tenet. Nec etiam ſubditus peccat vtens iure ſuo. Nec inducit talem ſacerdotem ad peccandum, quia ille, vt dictum eſt, ſi obſeruat conditiones perfectas iuſtè obſeruat, quòd ſibi incumbit.

Excõicatus toleratus põe abſoluere ſubditos ſuos, requiſitus, nec peccat ſubditus quærens, q ſuum eſt.

Immò

Inmò etiam non ſubditus, vt melius ſibi conſulet poteſt adduce confeſſarium excommunicatum, cum eum doctiorem nouerit,& paratum ad quemcunque audiendum, quòd (vt dicit Corradus) confirmat Lopez cum Victoria, dicendo non ſubditũ poſſe adduce confeſſarium excommunicatum, & ſuſpenſum, & inducere, ad ſibi miniſtranda ſacramenta ſine peccato. Et ipſi confeſſarij, ſi ſint contriti (vt dictum eſt) ſine peccato miniſtrare poſſunt, non ſe ingerentes, ſed ab ipſis requiſiti. Et hoc totum ex Concilio illo Conſtantienſi clarè elicitur, quòd indiſcriminatim hanc conceſſiſſe indulgentiam videtur, ſolummodo excludens nominatim denuntiatos, aut clericorum percuſſores notorios. Peccarent autem ipſi confeſſarij, ſi non rogati ſe ingererent, quia (vt inquit Concilium) hæc indulgentia non in talium excommunicatorum leuamen; ſed cauſa ſedandi ſcrupulos conſcientiarum, cum eis communicantium conceſſa eſt. Quare hęc opinio Victoriæ, tute teneri poteſt. Concilium illud diſcriminatiuam hanc indulgentiam videtur conceſſiſſe, exceptis illis, qui in duobus illis caſibus ſunt excommunicati. Reliquos omnes non tenemur vitare. Et quia fauores ſunt ampliandi, ſtandum eſt in noſtra ſententia, aliter hæc Concilij indulgẽtia eſſet plena periculi, quia omnino per agiteremur ſcrupulis dubitantes; An tales miniſtri eſſent parati, nec non. Et vtrum eos induceremus, nec non; licet ergo nos illos inducere, & illi non peccant, ſi (vt dictum eſt) ipſi cum contritione faciant rogati.

Prælati intruſi abſolutio data non tenet, ſed ſi electio eſt inualida ipſius prælati tenet.

Concluſio tertia; Quantum vero ad Prælatum, qui de iure in poſſeſſione non erat, & tamen confeſſiones audierat, & abſoluerat ſic eſt dicendum, quòd ſi iſte ſine authoritate ſuperioris ſe intruſiſſet in beneficio, & Prælatura, geſta per eum indubitanter non valere, quando autem ille habuerit confirmationem à ſuperiore, licet confirmatio vel electio non tenet, tamen geſta per eum retractari non debent, ex quo alias legitima geſta ſunt, cum his concurrit communis error, & ſuperioris authoritas, quæ titulum concedit. Inſuper ſi talis fuit electus, & confirmatus per ſuperiores, & poſtea aliquid egit, propter quod fuit priuatus, ipſo facto, Prælatura, puta quia incidit in hæreſim. Si priuatio fuit occulta tenent omnia geſta, ſed ſi ſuſpenſio præceſſiſſet, vel ſuperioris inhibitio, eius geſta non tenerent. Hæc pro ſecundo puncto. Ad tertium pergamus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſoluit inſtantias dubij pro vtraque parte dicendo, quòd abſolutus à legitimo, alias confeſſario, habente impedimentum occultum, quòd ſi ſciretur impediret ab abſolutione; eſt verè abſolutus, & coram Deo, & coram Eccleſia. Nec ſunt iterandæ confeſſiones ſuperueniente ſciẽtia. Qui verò ignoranter confiteretur intruſis, vel illis, qui nunquam habuerunt confirmationem à ſuo ſuperiore ſi rem ſciuerit, reconfiteri tenetur. Sin autem à Deo per fidem abſoluitur. Hæc apud Syl. verbo, Confeſſor, 1. §. 19. Et Caietanũ, verbo, abſolutio. Circa impedimenta. Hæc ſint pro dubio iſto.

Dubium tertium.

In hoc dubio quærit Lector; An abſolutio conditionalis de peccatis, vel de excommunicatione ſit valida. v.g. Si confeſſarius dicat, ſi reſtituiſti, vel ſi habens animum reſtituendi, vel reſtitueris. Ego te abſoluo. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Quando ſuperiores de reſeruatis dant facultatem abſoluendi, ſolent quandoque cum conditione eam dare, dicendo, ſi tale quid fecerit abſoluatur, alias nequaquam, ergo conditionalis abſolutio tenet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua adeſt validiſſima ratio. Conditionalis nihil ponit in eſſe, per regulam thopicam; ergo abſolutio conditionaliter data nihil valet, neque quo ad excommunicationem, neque quo ad peccata.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hoc dubium tria facit, primo ponit vnam diſtinctionem, ſecundo reſpondet quæſito duabus concluſionibus, tertio ſatisfacit argumentis. Quo ad primum diſtinctio eſt iſta. Abſolutio poteſt referri ad tria, ad præteritum, ad præſens, & ad futurum.

Abſolutio ab excõicatione poteſt eſſe cõditionalis, de futuro, præſenti, & præterito.

Concluſio prima. Abſolutio conditionalis ab excommunicatione, de præterito, vel de præſenti, vel de futuro tenet adueniente conditione.

Probatur concluſio, quo ad ſingulas partes, primo quo ad primũ ſic. Nam in eius forma ponitur hoc. Ego abſoluo te ab excommunicatione, ſi quã, vel quas contraxiſti &c. ſimiliter abſoluo te ab hac excommunicatione quam contraxiſti, ſic vel ſic agendo. De futuro autem quando in tali materia tollitur excommunicatio reſpectu talis perſonæ; ergo abſolutio conditionalis ab excommunicatione tenet. Abſolutio tamen de præterito debet eſſe abſolutio ſimpliciter loquendo. Quando tamẽ neſcimus. An ſacramentum ſit collatum, nec ne poteſt eſſe conditionalis.

Abſolutio de peccatis cõditionata tenet de præterito, & de præſenti, de futuro aũt non.

Concluſio ſecunda. Abſolutio de peccatis conditionata tenet de præterito, & de præſenti, non autem de futuro; de præterito tenet, vt ſi dicas, ſi reſtituiſti ego te abſoluo, de præſenti etiam dicendo, ſi parcis ego te abſoluo. De futuro autem nullo modo tenet, inquit Illuſtriſſ. D. Caietanus in Summa, verbo, abſolutio. Cui ſubſcribunt alij Theologi, & probatur concluſio iſta ſic. Nam non eſt in poteſtate ſacerdotis nunc conferre ſacramentum, & differre in futurum eius effectum, ſcilicet, quando ille reſtituerit, & ratio eſt, quia fieret iniuria ſacramento, & nihil faceret, quoniam præſumere ſub forma dubia tradere, quòd Chriſtus mandauit ſub certa forma miniſtrari; ergo nulla abſolutio conditionalis, data ſub conditione tenet, niſi quando neſcimus, ſi ſacramentum ſit collatum, nec ne, vt de paruulo quando baptizatur ſub conditione. Si enim

ſacerdos

Digitized by Google

ſacerdos non recordaretur. An abſoluerit pœnitentem, quem intendebat abſoluere, tunc ſub conditione poteſt illum abſoluere. Hęc pro ſecundo puncto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarū ſolutio.

THęologus primę inſtantię ſatisfacit dicendo, quòd confeſſor habens authoritatem conditionatam, priuſquam abſoluat, debet proponere pœnitenti quid ſit facturus, ſi promittit abſoluat illum ſine conditione, ſi autem non promittit non poteſt illum abſoluere. Exempli gratia. Si ſuperior inferiori relinquat authoritatem conditionatam à reſeruatis, ſi id promittant pœnitentes, ſine conditione abſoluere debet confeſſarius, dicendo; Ego abſoluo te &c. Si autem pœnitens prius non promiſerit, abſoluere non poteſt, & ſi abſoluerit, non eſſet abſolutus. Quando autem abſoluitur ſi promiſit animo ſeruandi promiſſum, & tamen non obſeruat, talis vtique eſt abſolutus, tamen mortaliter peccat non ſeruando promiſſum. Obſeruandum eſt etiam, quòd quando quis abſoluitur ab eo qui habet authoritatem abſoluendi à reſeruatis, & ab excommunicatione, & ab irregularitate diſpenſanda, vel per Iubilea, vel per aliquas Bullas, vel per priuilegia alicuius ſocietatis (ſi quæ reperiuntur modo, poſt Decretum Clementis VIII.) vel per viſitationem Prælatorum, vel quomodocunque Confeſſarius authoritatem habeat. Si tunc pœnitens aliquid eorum ex obliuione non confiteatur, ſciat primo à cenſuris eſſe abſolutum, per generalia verba, ſcilicet, dicendo; Ego abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, & diſpenſo ſuper quacunque irregularitate contracta, inquantum mihi eſt conceſſum. Poſtea memor factus peccatorum, quæ erant oblita confiteatur, & abſoluatur de reliquis, à quibus prius fuerat abſolutus. Dummodo confeſſarius ritè ſit diſpoſitus. Hæc Nauar. in Manuali cap. 26. num. 12. & 13. cæteri citans Doctores.

Abſoluendus eſt à quocunque ſacerdote à reſeruatis, oblitis, in confeſſione ubi adderat authoritas.

Inſtantia ſecunda.

Contra hoc Lector format ſecundam inſtantiã, quæ ſic ſe habet. Quando in ſacramenta reperitur materia, & forma, cum intentione miniſtri efficitur ſacramentum, ſed aliquando in aliquo caſu conditionato hæc tria reperiuntur, prout ſæpe accidere ſolet in ſacramento baptiſmi, quando non eſt certum, an quis ſit baptizatus, tunc dicitur, ſi non es baptizatus ego te baptizo; ergo conditionalis abſolutio à peccatis tenet.

Inſtant. ſolutio.

Thęologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quòd miniſter ſacramentorum tenetur ſe conformari primo agenti, ſcilicet, Deo, cuius eſt miniſter. Deus abſolutè, & non conditionaliter dimittit peccata, ſic & ſacerdos abſoluere debet. Vnde ad inſtantiam de baptiſmo dicit, quòd non eſt par ratio. Nam in baptiſmo talis miniſter, neſcit An puer iſte baptizatus ſit, propterea iterat ſacramentum baptiſmi, ſub conditione. Confeſſor autem talem pœnitentem cognoſcit non eſſe abſolutum, ideo debet illum abſolutè, & non ſub conditione abſoluere, ſicut qui baptizat, debet abſolutè baptizare, ſi certus eſt iſtum non eſſe baptizatum. Vnde apparet inſtantiam nihil concludere. Hæc ſint pro dubio iſto.

Dubium quartum.

LEctor in hoc dubio quærit. Vtrum in articulo mortis quis exiſtens, vel poſitus in extrema neceſſitate, vel periculo abſolui poſſit à quocunque peccato, etiam reſeruato ſuperiori, & à quocunque ſacerdote, etiam ſimplici, & quòd magis eſt à non ſacerdote, puta enim laico ſeculari. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Eccleſia eſt mater pia, ideo ſuis fidelibus omni modo poſſibiliter ſuccurrit, præcipue tempore neceſſitatis, ſed accidere poteſt, vt aliquis fidelis exiſtens in extremis, vel in aliquo maximo periculo, non poſſit habere copiam confeſſoris habentis authoritatem, quo ad crimina, in quibus eſt inuolutus; ergo videtur, quòd in tali caſu poſſit abſolui iſte à ſimplici ſacerdote, vel à non ſacerdote, ſi non adeſſet commoditas ſacerdotis.

Partis negatiuę probatio.

Pro parte autem negatiua eſt talis ratio. Chriſtus Dominus ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ſcilicet, Epiſcopis, & Sacerdotibus dedit poteſtatem abſoluendi à peccatis, illiſque ſolis dedit poteſtatem clauium; ergo illi ſoli ſunt iudices ordinarij, illique ſoli poſſunt à peccatis abſoluere; ergo hoc facere non poſſunt ſacerdotes ſimplices, & multo minus non ſacerdos. Concluſio eſt clara. Antecedẽs probatur. Inquit enim Dominus Io. 20. loquens ſolis Apoſtolis ſuis. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remiſſa ſunt, & quorum retinueritis retenta ſunt.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

CIrca huiuſmodi dubium tria facit Thęologus, primo facit vnum ſuppoſitum, ſecundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit obiectiones oppoſitum concludentes. Quo ad primum eſt obſeruandum, quòd diſputatio hæc propriè non eſt inter catholicos. Clariſſimum enim eſt apud nos, quòd ſacerdotes Eccleſiæ, miniſtri ſunt huius ſacramenti pœnitentiæ, non autem laici, ſed difficultas iſta, mota eſt à Lutheranis, qui dignitatem ſacerdotalem de medio Eccleſiæ tollere conantur, vt habetur apud Valdenſem: igitur in gratia Eccleſiæ, & contra Lutheranos Lector Thęologus ponit tres concluſiones.

Soli ſacerdotes habent authoritatẽ abſoluendi à peccatis, etiã in caſu extremæ neceſſitatis.

Concluſio prima. Solus ſacerdos eſt miniſter ſacramenti pœnitentiæ, ipſe ſolus poteſt abſoluere à peccatis, & illi ſoli facienda eſt confeſſio. Concluſio iſta certa eſt ex ratione adducta pro parte negatiua dubij præſentis. Et corroboratur alijs authoritatibus, primo Dominus, Matth. 18. Diſcipulis ſuis dicit; Quodcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta, & in cœlis: quòd etiam prius ſingulariter dixerat ipſi Petro, cap. 16. Hoc idem confirmauit Io. 20. dicendo; Quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. Quibus fundamentis poſitis Lector

Thęolo-

Theologus cum Angelico Doctore, format ſuam demonſtrationem in 4. diſt. 17. quæſt. 3. articulo 3. dicens ſic gratia quæ per ſacramenta confertur, a Chriſto capite deriuatur, (hoc non indiget probatione). Nam Chriſtus Dominus illam meruit in ſua paſſione, & ipſe fuit gratiæ author. ergo illa infundenda eſt fidelibus per miniſtros Chriſti? Miniſtri autem Chriſti tantum ſunt ſacerdotes, quales fuerunt Apoſtoli, ergo illi ſoli præparare poſſunt penitentes ad gratiam mediantibus ſacramētis, & liberare illos a peccatis, mediāte abſolutione ſacramentali; teſte Apoſtolo. 1. Cor. 4. quo in loco dicit. Sic ſe exiſtimat homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei, quo in loco, loquitur Apoſtolus de miniſtris præcipue, ſacramenti pœnitentiæ, per quod homines diſponuntur, ad ſuſcipiendum corpus Chriſti. Hoc totum comprobatur hac ratione deſumpta a Magiſtro Dominico a Soto in 4. diſt. 18. q. 4. artic. 1. ſic in qualibet Republica conſtitui ſunt Iudices, qui publice faciant iuſtitiam populis, ergo a fortiori in Eccleſia Dei, diſt. ſupradicta ordinauit Iudices populi Chriſti, qui iudicare poſſent peccati illorum, quæ poſſent ligare, & ſoluere. Iſte ſunt electi a Deo, vt docet Apoſtolus ad Ephesios 4. dicens. Dedit quoſdam Apoſtolos alios Prophetas, alios autem Paſtores, ſcilicet Prælatos, ſeu confeſſores habentes curam animarum. Iſte ſunt confeſſarij, ab Eccleſia approbati. Et quoniam doctrina iſta ſancta, & catholica in totis iuribus eſt tuenda.

Concluſio ſecunda. In articulo mortis, ſeu in caſu extremæ neceſſitatis ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere a quocunque peccato, etiam ſuperiori reſeruato, cōcluſio iſta probatur ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, & confirmatur. Nā in ſimplici ſacerdote reperitur authoritas ordinis quo ad abſoluendū a peccatis, licet in illo nō ſit authoritas iuriſdictionis, quæ a Prælatis conceditur inferioribus ſacerdotibus. Ne ergo fideles in tali neceſſitate poſiti pereant quo ad animam, & ad corpus, Pia Mater Eccleſia conſulit vt ſacerdotes ſimplices illis ſuccurere poſſint, alias Eccleſia nō prouidiſſet ſufficienter ſuis fidelibus in neceſſarijs, quod affirmare videtur. D. Ciprianus lib. 3. ſuarum Epiſtolarum Epiſtola 17. quæ incipit Miror vos, vbi reprehendit illos qui in tempore neceſſitatis non accipiebant abſolutionem ſuorum peccatorum a Diacono. Ibi enim dicit Sanctus ille, hęc verba. Si aliqui incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint non expectent præſentiam noſtram, quia apud Presbyterum quemcunque præſentē illum, abſoluat loquendo de abſolutione a peccatis, non de abſolutione ab excommunicatione ſubdit, vel ſi presbyter repertus non fuerit, & vrgeret exitus cœperit, apud Diaconum quemcunque ſuam confeſſionem facere poſſunt, vt manus ei in penitentia poſita vadunt ad Dominum in pacce. Ecce quod in articulo mortis, per D. Cyprianum quilibet ſacerdos poteſt a peccatis abſoluere.

In articulo mortis ſeu in caſu extremæ neceſſitatis quilibet ſacerdos poteſt abſoluere a quocunq; peccato.

Concluſio tertia. Non ſacerdos non poteſt abſoluere a peccatis peccatorem, poſitum in quacunque neceſſitate. Probatur concluſio iſta ſic. In non ſacerdote non reperitur poteſtas, non ſolum iuriſdictionis verū nec ordinis ergo in vllo caſu poteſtatē illā exercere pōt ille qui non eſt ſacerdos. Antecedēs patet, quia hmōi poteſtas a Chriſto Domino collata fuit vt dictum eſt in ſecunda conclu. ſolum ſacerdotibus. Concluſio etiam eſt clara, quia abſoluere a peccatis eſt actus iuriſdictionis, ergo cum non ſacerdos quilibet careat hmōi iuriſdictione in quacunq; neceſſitate illam exercere non poteſt. Et per conſequens nullus non ſacerdos poteſt a peccatis abſoluere.

Non ſacerdos nō poteſt abſoluere a peccatis in caſu extremæ neceſſitatis.

Argumentatur contra hanc concluſionem inſurgit dicendo. Si laicus vel non ſacerdos tempore neceſſitatis non poſſet abſoluere a peccatis. Eccleſia non ſufficienter prouidiſſet ſuis fidelibus, vale: conſequentia, Multoties enim accedit periculum mortis in quo non ad eſt copia confeſarij nec haberi poteſt, ergo tunc laicus vice ſacerdotis poterit audire confeſſiones, & abſoluere a peccatis, ſicut, & tempore neceſſitatis poteſt baptizare, puerum morientem.

Impugnatio prima.

Theologus negat conſequentiam huius impugnationis rationē negationis aſſignat dicendo, quod peccator in tali caſu per contritionem in re, & per confeſſionem in voto poteſt ſaluari, ſimiliter ad probationem dicit conſequentiam etiam nullam quoniam in tali caſu quilibet Chriſtianus imò etiam infidelis (ſi intendit facere quod facit Eccleſia) poteſt baptizare præcipue infantes, qui nequeunt habere baptiſmum in voto, baptiſmus, qui eſt maxime neceſſitatis, ſine quo nullus poteſt ſaluus eſſe Laicus autem, licet tunc non poſſit audire confeſſionem nec a peccatis abſoluere, bene poteſt, & debet orare pro peccatore illo qui in tali neceſſitate eſt poſitus, vt Deus (ſua benignitate) in illum infundat gratiam ſuam, qua poſſit acquirere donum contritionis ſuorum peccatorum gratiam, & gloriam ęternæ beatitudinis laicus, ergo non poteſt abſoluere a peccatis, & per conſequens, poſitus in extrema neceſſitate non tenetur illi confiteri peccata ſua, licet teneatur illa ſimplici ſacerdoti ſi adeſſet confiteri contra

Impugnationis ſolutio.

hoc inſurgit Argumentator, dicendo D. Auguſtinus in 12. lib. de vera, & falſa religione tenet oppoſitum ergo falſa eſt huius reſponſio, & probat antecedens ſic. Inquit enim ibi D. Auguſtinus prout refertur. diſt. prima canone quem pœnitet, vbi ſic legitur tanta itaque vis confeſſionis, vt ſi deeſt ſacerdos cōfiteatur proximo. Quo in loco videtur D. Auguſtinum affirmare confeſſionem faciendam eſſe in tali caſu, etiam laico.

Impugnatio ſecunda.

Theologus huic dicto. D. Auguſtini ſatisfacit dicendo, quod D. Auguſtinus (illo in loco) non præcipiebat infirmo confiteri peccata ſua laico, (cum talis confeſſio non ſit ſacramentum) ſed hortabatur ad confitendum in generali peccata ſua, vt laicus ille oraret pro ipſo. Et licet per actum illum peccator de attrito non fiat contritus virtute clauium, nec abſoluatur a peccatis virtute earumdem clauium, poterat tamen hoc acquirere, dono ſupra naturali: imò Magiſter Dominicus Sotus dicit, quod in tali caſu, non licet confiteri laico, peccata occultiſſima, & grauiſſima, quæ alicui afferent famam quoniam

Impugnationis ſolutio.

tunc

Digitized by Google

Non licet cõfiteri laico, occulta peccata, ne ex hoc infamia oriatur ſibi, vel alteri.

tunc peccaret mortaliter, infamando ſeipſum, vel alium. Confiteri in generali, tunc licet, dicendo, ſcilicet, ſe eſſe maxime peccatorem, & deſiderare copiã confeſſoris, ad expurgandam conſcientiam ſuam, cõmendare ſe orationibus illius ſecularis. Talis confeſſio facta laico vtilis eſt, non tamen tantæ eſſet vtilitatis, quantæ ſi eſſet facta ſacerdoti. Nihilominus quia talis confeſſio, ore facta ex verecundia reperta in illa, vehementius contritionem accendit, comendabilis eſt. Et bene faciunt Nantæ, quando in maximo periculo exiſtunt, illa confeſſione uti. Sed melius facerent, ſi confiterentur Sacerdoti, antequã fortunæ maris ſe comitterẽt, ut in Dei gratia permanere poſſẽt, ad effugiẽda pericula corporis & animę.

Impugnatio tertia.

Non acquieſcit Argumentator, vult enim, quòd talis confeſſio facta laico in tali caſu ſit Sacramentũ, & probat intentum ſuum, ſic. D. Iacobus Apoſtolus, qui fuit promulgator Confeſſionis. cap. 5. ſuę Epiſtolę, dicit verba hęc. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Ergo cuilibet licet confiteri peccata ſua. Et quilibet ab illis põt abſoluitur, præcipuè tẽpore neceſſitatis. Et confirmatur hoc quia in baptiſmate, quilibet Chriſtianus efficitur Sacerdos Chriſti, prout videtur innuere. Ioan. Apoſtolus Apoc. 10. quo in loco dicit, Chriſto Domino. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quòd Apoſtolus, quia loquebatur Chriſtianis, qui ſciebant ſolis presbyteris faciendam eſſe confeſſionem, prout ex contextu literæ habetur, vbi Apoſtolus hortabatur illos, vt infirmis induceret Eccleſiæ Presbyterum. Inſinuans, quòd illis eſſet facienda cõfeſſio, dicendo igitur Apoſtolus. Confitemini alterutrum peccata veſtra, dicere intendebat. Confiteatur homo homini, non cuilibet homini, ſed ſacerdoti, vt confunderet illos, (hoc docebat) qui confeſſionem auricularem, negabant. Authoritas autem D. Ioan. non facit ad propoſitum. Nam quando dicit Apoſtolus Ioan. Chriſto. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, loquebatur de ipſis Apoſtolis, qui conſecrati fuerunt Sacerdotes a Chriſto Domino, in vltima Cœna. Chriſtiani autem dicuntur. Regnum & Sacerdotes, inquantũ Chriſtus regnat in illis, & ipſi, ſeipſos offerunt Deo.

Impugnatio quarta.

Tandem inſurgit Argumentator, & opponẽdo ſe prædictæ doctrinæ dicit, Sacramentum pœnitentiæ tam neceſſarium eſt his, qui in peccato mortali exiſtunt, quàm baptiſmus his, qui ſunt in originali peccato. Sed in caſu neceſſitatis laicus poteſt baptizare. Ergo ſimiliter in caſu neceſſitatis poterit audire confeſſionẽ, & abſoluere a peccatis. Antecedens eſt certum. Nam ſub eadem forma verborum, inquit Dñs quo ad vtrumque Sacramentum; ſicut enim dicit: Niſi pœnitentiam egeritis, ſimul oẽs peribitis, ſic dicebat. Niſi quis renatus fuerit, ex acqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum, ergo cum pœnitentia non ſit minoris neceſſitatis lapſis, quam baptiſmus in originali exiſtentibus, ſicut laicus tempore neceſſitatis poteſt baptizare; ita etiam poterit abſoluere a peccatis. Hoc. n. obſeruant Nautę tempore maximi naufragij, & alij nonnulli, & quandoque virtute talis confeſſionis, liberantur a periculo, non ſolum animæ, ſed corporis etiam.

Impugnationis ſolutio.

Ex iam dictis Theologus negat ſimilitudinem baptiſmi, & pœnitentiæ. Et ad antecedẽs dicit, ꝙ baptiſmus eſt neceſſarius ſimpliciter etiã non adultis, propterea ne paruuli peteant, cõceditur ab Eccleſia, vt in extremæ neceſſitate, etiam laicus poſſit baptizare paruulum. hoc non permittit Eccleſia reſpectu adulti, cum in illis ſatis ſit baptiſmus flaminis, vel ſanguinis. Confeſſio autem peccatorum, non pertinet niſi adultis, quibus contritio ſufficit in caſu neceſſitatis, ideo laicus in nullo caſu, poteſt abſoluere a peccatis, bene poteſt eſſe præſidium ſuis precibus, & monitis peccatori, in periculo exiſtenti, vt declaratum fuit. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus pro inſtantiæ ſolutione dicit, quòd ex iam dictis habetur, quid ſit dicendum. Concedit Theologus, quod in caſu extremæ neceſſitatis, puta in articulo mortis, quando haberi non poteſt copia confeſſoris, ſimplex ſacerdos poſſit abſoluere peccatorem a quocumque peccato, etiam a reſeruatis a iure, vel ab homine. Similiter a quacumque excommunicatione, & cenſura, hoc tamen facere non poteſt non ſacerdos rationibus adductis in Conc. 3. Neque ex hoc ſequitur, quòd pia mater Eccleſia ſufficienter non ſuccurrat in neceſſarijs: quia Eccleſiæ vires, a Chriſto Domino, ſunt limitatæ. Et in caſu illo ſufficit contritio, quæ in voto habet confeſſionem. Tandem Theologus ſatisfacit argumento caſus.

Laicus in caſu neceſſitatis poteſt baptizare nõ tamẽ abſoluere a peccatis.

Solutio argumenti caſus principalis.

Argumenti ſolutio.

EX iam dictis manet ſolutum argumentũ. Nã ad abſolutione peccatorum inquit Theologus duę claues requirũtur. Clauis ſcientiæ ad cognitionẽ peccatorum. Et clauis iuriſdictionis, & dicit, quòd vtrũque reperiebatur in clauibus traditis Apoſtolis, & ſacerdotibus a Chriſto Domino. Vnde errãt qui oppoſitum tenent. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs eius.

Obſeruanda, circa hanc materiam abſolutionis.

CIrca authoritatem Regularium, quo ad abſolutionẽ a peccatis, & a cenſuris, vi priuilegiorũ ſeruandũ eſt dictũ illud. Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas; facultas. n. abſoluendi a caſibus reſeruatis ipſis ordinarijs, in hoc noſtro ſeculo ſeruandum eſt decretum Clementis Octaui datum Romæ, die 9. Ianuarij 1601. quod habetur in compendio ſummorum Pontificium.

Decretum, ne regulares abſoluant a caſibus Bullæ Domini, &c. Vel reſeruatis locorum Ordinarijs.

COngregatio Cardinalium ſanctæ Romanę Eccleſiæ. Negotijs & conſultationibus Epiſcoporum

Digitized by Google

porum.& Regularium Præfata de Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Octaui ſpeciali mandato, viuæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus, etiam Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus, ad audiendas confeſſiones probatis. Quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium. Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis Ieſu &c. præcipit ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, facultatum quarumcunque &c. ſub quibuſlibet tenoribus &c. Ad cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum inſtantiam conceſſarum alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quam Secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis ab vllo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla Cœnæ Domini contentis, vel alias quomodolibet Sede Apoſtolicæ reſeruatis. Aut in futurum per ſanctitatem ſuam, eiuſque ſucceſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis. Nec etiam à caſibus Locorum Ordinarijs reſeruatis, vel reſeruandis, nullo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in articulo mortis, ſeu cum noua, & ſpeciali Sanctitatis ſuæ, vel Succeſſorum, vel Ordinariorum, quo ad caſus ab ipſis reſeruatis, reſpectiuè, impetrata in ſcriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda, abſolutionis beneficium, de cetero impendere audeat, ſub pœna excommunicationis, priuationis officij, dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatiſq; audiendi confeſſiones, & ad quęcunque officia, pręlaturas & beneficia obtinenda ipſo facto, ſine alia declaratione incurrenda, ſuper quibus à ſolo Romano Pontifice habilitatis diſpenſatio, excepto mortis articulo, obtineri poſſit. Facultates in hac parte conceſſæ irritæ ſunt. Abſolutio obtenta contra hanc prohibitionem nulla eſt. Monentur Ordinarij, vt paucos, eoſque magis neceſſarios ad retinendam Chriſtianam diſciplinam, & ad ſalutem omnium animarum caſus reſeruent.

Limitantur caſibus confeſſoribus à Papa Clemente authoritas abſoluendi à reſeruatis, etiam locorum ordinarijs.

Obſeruandum eſt, quod Paulus Quintus anno 1608. Confirmauit Indulgentias, & Priuilegia Societatis Sanctiſſimi Roſarij, quam Bullam debent prudenter conſiderare confeſſarij, ne abſoluant à quibus non poſſunt, cum detrimento & animarum ſuarum, & pœnitentium. In his enim maxima diligentia eſt adhibenda.

Priuilegia Sanctiſſ. Roſarij, & indulgentiæ confirmata ſunt.

In ordine ad ea, quæ pertinent circa abſolutionem Regularium, præcipuè Mendicantium, videnda ſunt priuilegia Mendicantium, & non Mendicantium, præcipuè in Compendio Priuilegiorum R.P.F. Hieronymi à Sorbo Prædicatoris Ordinis Capucinorum; ſimiliter conſideranda eſt Collectio Priuilegiorum Sacrorum Ordinum Fratrum Mendicantium, & non Mendicantium R. D. Ioannis Baptiſtæ Conſetij Florentini Prothonotarij Apoſtolici. De his ſatis.

DISPVTATIO TERTIA in littera A.

De contractu Aſſicurationis.

IN hac diſputatione Lector tantum vnum caſum proponit diſputandum, in quo quærit, ſi contractus aſſicurationis ſit licitus, non ſolum in ordine ad res maritimas, verum ad res terreſtres. Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua, tale format argumentum. Sententia communis Theologorum, & Iuriſtarum pro certiſſima, & veriſſima habetur, ſed ſecundum communem ſententiam Theologorum, & Iuriſtarum contractus aſſicurationis eſt licitus, ergo pro licito eſt habendus. Valet conſequentia. Nam in his quæ ad conſcientiam pertinent, ſententijs Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſtarum ſtare debemus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua procedit ſic. Videtur huiuſmodi contractus damnari in cap. nauiganti. Vbi Summus Pontifex declarat hoc eſſe vſurarium, ſcilicet, certam mutuans pecuniæ quantitatem cum pacto, quod in ſe ſuſcipiat periculum, ſed recipere aliquid vltra ſortem vſurarium eſt; ergo pro aſſicuratione non licet aliquid accipere; ergo contractus aſſicurationis non eſt licitus.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione caſus iſtius tria facit, primo ponit aliquas diſtinctiones, ſecundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum pro intelligentia huius contractus obſeruandum eſt, quod aſſicuratio eſt pactum de ſuſcipiendo periculum in ſe rei ad alterum pertinentis pro precio; verbi gratia; Adeſt negotiator habens nauem onuſtam mercibus, quam parat mittere in Ægyptum, vel ad alios populos, timens autem pericula maris, piratarum, & aliorum infortuniorum; quærit aſsicuratorem, & aſsicurare eam facit dato ei precio iuſto pro aſsicuratione. Et quod dicitur de naui dicitur de aſsicuratione vitæ, de aſsicuratione euentus belli, & ſimilium. Vlterius eſt notandum, quod hic contractus multis modis fieri poteſt, primo per modum ſaluiconductus, ſecundo per modum ſponſionis, tertio per modum fideiuſsionis, quarto & vltimo per modum fœnoris nautici.

Aſſicuratio eſt pactum de ſuſcipiendo periculo in ſe rei alienæ pro precio aliquo.

Quando aſsicuratio fit per modum ſaluiconducti, aſsicuratur res illa ab aſſaſsinis. Ad hanc aſsicurationem quilibet Princeps in ſtatu ſuo tenetur. Ratio eſt; quia ad hunc finem recipit pedagia, & gabellas à mercatoribus, & viatoribus pro ſaluo conducto per totum ſuum territorium.

Mercatores enim, viatores, & alij ſoluunt huiuſmodi gabellas, vel pedagia, vt tuto poſsint ducere merces ſuas.

Itaque ſi predones, vel latrones auferrent illis

Aſſicuratio per modū ſal. ui conductus pertinet ad Principē ſtatus, & dñii.

merces ſuas Princeps ille illis ſatisfacere teneretur de damno accepto. Imò Princeps negligens in hoc, quod ex culpa ſua itinera tuta nō ſunt, peccat mortaliter; vltra hoc, quod ad reſtitutionem tenetur. Et hoc non ſolum de mente Iuriſtarum, & Canoniſtarum, verum & Theologorum, & meritò quidem, quia Princeps iſte non facit id ad quod tenetur ex lege. Et quia ex eius incuria multi affliguntur in rebus ſuis, & quod peius eſt in vita aliquando. Si tamen quis iret per viam non rectam, & incideret in latrones, ipſe eſt in culpa, & ſatisfacere pro damno illato non tenetur Princeps, ſed ille debet imputare ſibi ipſi, quia non iuit per viam tutam.

Aſſicuratio per modum ſpōſionis eſt idem, q̄ aſſicuratio p̄ modū ſcomiſſæ.

Aſſicuratio per modum ſponſionis, ſiue per modum ſcomiſſæ, eſt ponere decem contra duo, vel econuerſo, vel quid ſimile; verbi gratia, qui dicit: Pono decem contra duo, vel quid ſimile, quod Petrus erit Epiſcopus, vel Cardinalis. Quod mulier iſta pariet maſculum, quod nauis ſine periculo aliquo veniet ad portum tuta, & quid ſimile, & de hac re proponemus infra concluſiones aliquas.

Aſſicuratio per modū fidei iuſſionis datur pro re dubia.

Aſſicuratio per modum fidei iuſſionis eſt, quando qui promittit pro re dubia, vel in periculo poſita, quinque plus minusve pro centenario; verbi gratia, do tibi mille ſi, nauis mea ſalua veniet ex Alexandria de Ægypto, ſi annus iſte fertilis erit. Sin autem tu mihi ſolues precium omnium mercium mearum, & etiam nauis, vel mihi ſatisfacies pro damno, quod dederit mihi ſterilitas, & quid ſimile.

Aſſicuratio per modū fœnoris. nautici eſt ipſum fœnus nauticum.

Nauticum fœnus accipitur pro periculo, quod quis in ſe ſuſcipit pro mercibus maritimis deducendis trans mare.

Fœnus autem dicitur id, quod accipitur pro aſſicuratione non ſolum mercium maritimarum, verum & illarum, quæ ducuntur per diuerſas partes terræ in vniuerſo mundo.

His diſtinctionibus poſitis, & declaratis, proponendæ ſunt concluſiones, & rationibus corroborandæ.

Contractus aſſicurationis ornatus debitis circunſtā tiis licitus eſt

Concluſio prima eſt affirmatiua. Contractus aſſicurationis licitus eſt, ſi in eo ſunt ſeruatæ debitæ circumſtantiæ.

Et proba Lector Theologus multipliciter hāc concluſionem; primo ſic. Pro quacunque re, quæ precio æſtimabilis ſit, poteſt quiſque mercedem recipere, ſed conſtituere rem in tuto, quæ periculis expoſita eſt, precio æſtimabile; ergo quiſque pro tali aſſicuratione poteſt precium iuſtum recipere, non ſolum pro naui, ſed pro mercibus in ea poſitis. Secundo probatur ipſamet concluſio. Id quod neceſſarium eſt Reipublicæ, licitè exercetur, ſed aſſicuratio talis neceſſaria eſt Reipublicæ, ergo licitè exercetur: Maior patet: Minor probatur. Niſi eſſet aſſicuratio multi mercatores metuerent naues cum tanto periculo mercibus oneratas exponere periculis maris, ſed aſſicurati hoc ſine timore faciunt, ergo contractus aſſicurationis Reipublicæ eſt neceſſarius, & per conſequens licitus. Tertio probatur concluſio ita, licet in ſponſione, vel ſcomiſſa, quod pluet, vel non pluet cras, ergo pari modo licet ponere, v.g. mille aureos in periculo, cum ſpe lucrandi quinquaginta, vel ſexaginta, ergo contractus aſſicurationis eſt licitus.

Impugnatio.

Argumentator contra has rationes pro concluſione hac adductas ſe opponit dicendo; Non eſt viri prudentis ponere in periculo certum pro incerto, iſte ponit mille ſcuta, quod apud ſe habet pro incerto lucro quinquaginta, vel ſexaginta aureorum, ergo ſtultè egit, ergo eius contractus non eſt licitus, neque alius licitè dat quinquaginta, vel ſexaginta ſub ſpe habendi mille in caſu fractionis nauis.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat aſſumptum. Et ad probationem dicit, quod iactura de raro venit. Et contractus de ſe eſt iuſtus. Nam ſi aſſicurator eſt ſtultus, vel qui aſſicurare faciunt, videant ipſi, quomodo res ſe habeat. Satis eſt in conſcientia cognoſcere ſi aſſicuratio facta pro qualitate periculi meretur tantum precium necne. Si eſt proportio periculi ad precium, iuſtus eſt contractus, ſi non, minimè. Si enim quid ſumeret maximum periculum in ſe pro minimo precio; ita ſtupidus eſſet, ſicut ille qui daret multum precium pro minimo periculo.

Aſſicuratio duplex, realis, vel fictitia ex vna, vel ex vtraque parte.

Pro clariori notitia huius materiæ aſſicurationis ponenda eſt vna alia diſtinctio. Contractus aſſicurationis eſt duplex, alius verus, & realis, de quo locuti ſumus in hac prima concluſione, & eſt quando ille qui petit aſſicurationem in facto habet nauem onuſtam mercibus expoſitam, vel exponendam periculis maritimis. Similiter ille, qui aſſicurat habet in bonis ſufficienter vnde ſoluere poſſit pro toto capitali in caſu iacturæ. Fictitius eſt ſicut contractus aſſicurationis dicitur, quando ille qui petit aſſicurationem non habet rem periculo exponendam, ſed fingit illam habere. Vel ille qui aſsicurat, non habet in bonis ſufficientiam correſpondentem rei expoſitæ periculo. Concluſio prima ita: pro contractu aſsicurationis in primo genere, pro contractu reali ex vtraque parte. Aduertendum tamen eſt, quod ad hoc, quod contractus iſte iuſtus ſit oportet, & eſt neceſſe, quod ille, qui petit aſsicurationem, vt explicet periculum quibus expoſita eſt res illa, quam aſsicurare intendit, dummodo pericula omnibus manifeſta non ſint, aliter iuſtè non poterit accipere aſsicurationem ſi res perijt; v.g. ſi nauis talis per aliam viam nauigauit, quam dicebat, & quam non explicauit aſsicuratori, ſi res erat in alia naui, non ita bona, vt dicebat.

Similiter ſi aſsicuratus decipit in tempore. Vt ſi quis aſsicurauit merces ſuas, quæ erāt in naui dummodo nauigatio fiebat tempore Maij, & dominus nauis nauigauit tempore Auguſti. In quo caſu, ſi nauis perijſſet ex magno naufragio, vel fuiſſet à piratis expoliata, & capta. Non teneretur aſsicurator ſoluere precium mercium, vel nauis, ſed dominus mercium, vel nauis teneretur ſoluere precium aſsicurationis.

Si autem dominus nauis non fuit in culpa talis mutationis, ſed ad hoc coactus fuit caſu fortuito,

vel

Digitized by Google

vel alia cauſa vrgenti non tenetur ſoluere precium aſſicurationis, vt tenet Rodolphus.

Quando in contractu aſſicurationis cõuenĩ fraus contractus talis eſt illicitus ſiſe tenet ex parte aſſicurati.

Concluſio ſecunda. Si in contractu aſſicurationis committitur fraus ex parte aſſicurati, contractus non eſt licitus, puta ex varietate nauis; verbi gratia. Conuenit mercator cum aſſicuratore de ferendis mercibus in vna naui magna, & firma, nihilominus ponit illas in naui deteriori, ſi caſu nauis iſta periclitatur, aſſicurator non tenetur ſoluere valorem nauis, vel mercium, ſed mercator debetur illi ſoluere precium aſſicurationis, niſi eodem itinere pereat vtraque nauis, vt tenet idem Rodolphus.

Committitur dolus ex parte domini nauis ratione itineris. Vt dum ire debet per viam ſecuram, pergit per loca periculoſa, plena ſcopulis, vel piratis; ſimiliter, dum applicuit nauis portui, non tuto, ſed periculoſo, culpa ſua. In quo caſu tenetur dominus nauis ſoluere pro mercibus, & pro aſſicuratione.

Committitur etiam dolus ex parte domini nauis in variatione mercium; Verbi gratia, qui defert merces prohibitas ſimul cum licitis, qua de cauſa retenta fuit à Principe regionis illius, & omnia data fuerunt fiſco, & vna cum mercibus fuit combuſta. In quo caſu aſſicurator non tenetur ſoluere precium pro naui, vel mercibus, ſed ad hoc dominus nauis tenetur, ſeu ille, qui fuit in culpa, quod nauis ſimul cum mercibus ſit combuſta.

Si in contractu aſſicurationis cõmititur fraus ex parte aſſicuratoris, cõtractus eſt illicitus.

Concluſio tertia. Si in contractu aſſicurationis committitur fraus ex parte aſſicuratoris, contractus eſt illicitus. Fraus autem ex parte aſſicuratoris eſt, quando aſſicurator nihil habet in bonis, aut parum habet, & ſuſcipit in ſe periculum nauis, vel mercium in magna, vel in parua quantitate exiſtentium, ſub hac ſpe, quod ſi nauis vacua ad portum veniret habebit mercedem talis aſſicurationis, ſi caſu periret præparabit ſe ad fugam. Contractus iſte iniuſtus eſt ex parte aſſicuratoris, propterea ſi nauis ſalua ad portum peruenerit, nihil accipere poteſt pro aſſicuratione, & ſi accepit, reſtituere tenetur totum illud, quod accepit.

Probatur concluſio iſta: quia iſte reuera nihil aſſicurauit, cum non habeat vnde ſoluat precium rei, ſi fortè periret. Immò totum periculum manet ipſi negotiatori.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem ſe opponit argumentator dicendo; Aſſicurator iſte verè effectus eſt dominus precij dati, vel dandi pro aſſicuratione facta. Nam talis aſſicurator ſubiacet periculis carceris triremium, & ſimilium; ergo pro tali periculo debetur ei precium aſsicurationis.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, nullam eſſe conſequentiam. Et reſpondet probationi factæ, dicendo, quòd periculum tale non prouenit ex parte aſsicurationis, ſed ex parte ipſius aſsicuratoris, qui fraudulenter proceſsit: quia fecit, quod facere non debebat, nec poterat propter pro actu illo nihil meretur.

Negotiatori autem periculum talis aſsicuratoris, non eſt vtile, ſed moleſtum, magis gratum ſibi eſſet habere ſolutionem ab eo nauis fractæ, vel capte, ſeu mercium aſsicuratarum, quam ipſum habere in carcerem cum expenſis.

Interrogatio

Argumentator tamen quærit vnum in fauorem iſtius aſsicuratoris dicendo; Dato caſu, quod aſsicurator iſte habeat in bonis medietatem bonorum, quæ fingit ſe habere; verbi gratia, habeat in bonis quinquaginta millia ſcuta aurea, & fingit habere centum millia. Quæritur ſi in caſu, quo nauis ſalua in portum perueniret, talis aſsicurator cum bona conſcientia poſsit recipere medietatem precij promiſsi pro aſsicuratione. Videtur quod ſic quia realiter exponit bona illa periculo, ſcilicet, ſoluendi in caſu naufragij quinquaginta millia; ergo iſte iuſte ratione talis periculi poterit pro parte illa accipere precium, pro qua realiter periculo ſe expoſuit.

Interrogationis ſolutio.

Theologus cum Bannenſi dicit, quod talis aſsicurator nihil pro aſsicuratione illa recipere poteſt; quæ ſententia, tutiſsima eſt in conſcientia, & eſt rationi conformis. Nam talis aſsicurator non alio titulo recipere poteſt illam mercedem, ſcilicet, medietatem precij, niſi ex contractu aſsicurationis, prout eſt notum per ſe, ſed contractus ille fuit nullus, & inuoluntarius ex parte petentis aſsicurationem; ergo nihil poteſt accipere aſsicurator ex iſto contractu.

Maior, propoſitio eſt certa. Minor, probatur; Nam ſi ille, qui poſtulauit aſsicurationem ſciuiſſet impotentiam aſsicuratoris, nullo modo confeciſſet contractum cum eo, ſed liberius cum alio; ergo contractus iſte rationabiliter, & interpretatiuè eſt inuoluntarius, & per conſequens nullus.

Confirmatur hoc; quia ille aſsicurator fraudulenter fecit maximam iniuriam petenti aſsicurationem.

Cum ille peteret aſsicurationem totius nauis, vel mercium. Et iſte aſsicurator reliquit illam expoſitam periculo amittendi quinquaginta millia aureorum contra ſuam voluntatem; ergo ex hac iniuria illi facta in tali contractu non oritur ipſi aſſecuratori ius aliquod, propterea non poteſt recipere medietatem precij aſsicurationis; licet exponat ipſe ſuam ſubſtantiam. Nam propter fraudem commiſſam remanet priuatus omni vtilitate.

Petenti autem aſsicurationem naſcitur ius, vt poſsit exigere illa quinquaginta millia, quæ habet fraudulentus aſsicurator ſi nauis periret. Ex his dicitur ad opinantes in contrarium.

Dixit ergo Theologus, quod fraudulentus aſsicurator ſua propria voluntate ſe expoſuit tali periculo ſine voluntate alterius contrahentis, qui intendebat facere contractum aſsicurationis pro toto capitali, & non pro parte. Et qui amat periculum peribit in illud, propterea iſte in pœnam ſui peccati ſubiacet damno, & non conſilij.

Dubium.

MOuet dubium vnum Lector, in quo quærit. Vtrum ſi quis eligeret naui vacua nauigare, quam tamen aſſicurare vult, tanquam ſi eſſet onuſta mercibus. An contractus iſte aſſicurationis ſit licitus; pro vtraque parte adſunt rationes, quòd liceat patet, quia ipſe ſubiacet precio aſſicurationis, & poteſt de ſuo facere quicquid ſibi videtur.

Partis vtriuſque probatio.

Pro parte autem negatiua. Ad realitatem contractus requiritur conſenſus ex vtraque parte. Aſſicurator conſentit in aſſicuratione nauis onuſtæ mercibus, quæ reuera non eſt, ergo talis contractus eſt nullus.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium, tria facit; primò ponit vnam diſtinctionem, ſecundò duabus concluſionibus iuxta membra, vel vnica concluſione bimembri diſtinctionis dubio ſatisfacit, tertiò ſoluit inſtantias contrarium concludentes. Quoad primum eſt talis diſtinctio. Vel iſte contractus aſſicurationis facit cum eo, qui nouit intentum ipſius negotiatoris, vel non; ſtante hac diſtinctione ponitur concluſio bimembris reſponſiua.

Concluſio: Si iſte facit contractum aſſicurationis cum eo, qui ſcit intentionem ſuam, licitus eſt, ſin autem non.

Aſſicuratio facta circa nauē vacuā, vt onuſtā mercibus pōt eſſe licitus, & non licitus.

Probatur prima pars concluſionis, & poſtea ſecunda.

Quoad primam partem probatur ſic. Contractus factus cum ſciente, eſt contractus depoſitionis, ſeu venditionis, ideſt ſcomiſſa, quòd nauis illa tutè ad portum peruenerit, ſed hoc licitè fieri poteſt, ergo contractus talis aſſicurationis cum ſciente eſt licitus. Valet conſequentia, quia talis contractus eſt voluntarius ex vtraque parte. Et ſcienti, & volenti non fit iniuria, ergo licitus ex vtraque parte eſt.

Secunda pars concluſionis manifeſtatur ſic. Ad realitatem contractus requiritur, quòd ſit voluntarius, & quòd omnes conditiones contractus notę ſint vtrique parti. In hoc contractu nihil eſt, quod aſſicuratur. Et aſſicurator iniuſtè hanc aſſicurationem facit. Nam ſi ſciret, nauem eſſe vacuam non feciſſet talem contractum eo, quod timeret periculum nauis. Clarum eſt enim, quod dominus nauis non ponit tantam diligentiam in conſeruando à periculis nauem vacuam, ac ſi eſſet mercibus onuſta. Et in caſu iſto timendum eſſet de fraude. Ne ſcilicet conſultò ſubmergi illam faceret. Vt lucretur precium non ſolum nauis, ſed mercium in illa non exiſtentium. Addit tamen vnum Bannes, ſcilicet, quod talis contractus eſſet validus, ſi adhiberetur tanta diligentia in ſeruanda nauis vacuæ, atque ſi eſſet onuſtā mercibus. Et probat hoc. Nam tunc nulla fit iniuria aſſicuratoris, neque nauis exponitur maiori periculo, immò minori; Cum facilius ducatur in portum, & remoueatur à periculis nauis vacua, quam onuſta, ſed in tali caſu contractus iſte propriè non eſt aſſicurationis, ſed depoſitionis, vel ſcomiſſæ. In foro tamen exteriori talis contractus pro reali non admitteretur, ſed iudicaretur, quod eſſet factus in fraudem, vt deciperet aſſicuratorem. In foro conſcientiæ tamen ſtandum eſt in ſententia Bannenſis, qui & vnum aliud obſeruat, ſcilicet, quod quando contractus iſte fit cum ignoranti, & nauis non periclitatur, nec totaliter ſubmergitur, ſed in parte patitur iacturā, aſſicurator non tenebitur ſoluere totum precium nauis, ſicut ſi eſſet onuſta.

Rationem aſſignat, quia ſi tenera eſſet onuſta, & plena mercibus, pars, quæ ſalua facta eſſet, pertineret ad aſſicuratorem in partem ſolutionis ſui debiti.

Nam omnia, quæ recuperantur, vel recuperari poſſunt de naufragio, ſunt aſſicuratoris. Vnde diminuendum eſſet de precio ſolutionis ad iudicium boni viri in tali negotio experti. Si tamen nauis illa omninò eſſet ſubmerſa, teneretur ſoluere totum precium conſtitutum inter eos loquendo in foro conſcientiæ; Quia in foro fori contractus iſte non approbaretur. Ex quibus rationes pro vtraque parte dubij manent ſolutæ.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus per diſtinctionem dictam ſoluit vtranque rationem pro dubio adductam.

Inſtantiarum ſolutio.

Ad illam pro parte affirmatiua dicit, quòd concludit in foro conſcientiæ, quia in rei veritate nulla fuit fraus, nec defectus in procuranda ſalute nauis, tanquam ſi fuiſſet onuſta mercibus precioſis.

Ad rationem pro parte negatiua dicit, quod concludit in foro fori, quia contractus iudicatur factus fuiſſe in fraudem, & non eſſet omninò voluntarius. Vnde in his cautè eſt procedendum ad euitanda ſcandala. Et hęc ſint pro dubio iſtu.

Supereſt obſeruare vnum corolarium pro maiori intelligentia dictorum, ſcilicet, quod contractus aſſicurationis non ſolum fieri poteſt pro ſorte principali, ſed etiam pro lucro per eum ſperando. Verbi gratia, dando, vel recipiendo quinque certa pro quindecim incertis, relinquendo decem pro aſſicuratione capitalis, & accipiendo quinque pro incerto lucro.

Contractus aſſicurationis fieri poteſt, & pro ſorte principali, & pro lucro per eum ſperando.

Obſeruandum tamen eſt, quòd huiuſmodi actio non eſt facienda in vno ſolo contractu.

Formandi enim ſunt tres contractus aſſicurationis, non ſimul, ſed ſucceſſiuè, vnus ſit contractus ſocietatis, alius aſſicurationis, tertius emptionis, & venditionis. Societatis in aſſicurando in ſolidum. Aſſicurationis formando contractum talem cum negotiatore. Emptionis, & venditionis, emendo, vel vendendo lucrum ſperatum ex tali aſſicuratione.

Item non ſolum alius poteſt accipere precium aſſicurationis, ſed etiam ille, qui mutuat pecuniam Nauiganti, recipiendo in ſe periculum

lum

Digitized by Google

lom ı ſuis, dummodo ſint ſeruatæ iſtæ duæ conditiones, prima quod reuera adſit periculum probabile. Neque hoc eſt contra illud quod dicitur in capitulo nauiganti, in quo Papa præcipit, vt mutuator nihil accipiat de mutuo ratione periculi, quia Papa intelligebat, ſi mutuator relinquebat periculum ei qui accepit mutuum, ſed quando mutuator accipit periculum in ſe, vt in caſu noſtro, pro aſſicuratione capitali aliquid accipere poteſt, cum talis pecunia danda ſit pro ſubleuatione a tali periculo, talis enim ſubleuatio æſtimabilis eſt pecunia, ſecunda conditio ſeruanda eſt, vt nõ fiat obligatio, ſ. vt recipiẽs mutuum, teneatur recipere mutuantis ipſum in aſſicuratorem, & non alium ratio eſt quia relinquendus eſt liber, qui accipit peccuniam, ad aſſicurandum, vel non cum eo, qui mutuauit vel cũ alio. Vltimum, quod eſt ſeruandum in quocunque contractus eſt, ſcilicet vt præcium aſſicurationis ſit iuſtum, quia ſi vna iſtarum conditionum deficeret contractus eſſet vſurarius, ex ſententia Syl. Nauaræ, & aliorũ prout patet diſcurrentibus.

Aſſicuratio etiã fieri poteſt de rebus terreſtribus ſi idem periculum aliquid.

Magiſter Dominicus a Soto dicit, quod aſſicuratio non ſolum in maritimis fieri poteſt, ſed idem ſeruari poteſt in terreſtribus ſi adeſt, vbi adeſt periculum aliquod præcipue per modum ſcomiſſæ, v. g. nauis Franciſci eſt in mari, dicit Petrus Paulo, ſi nauis illa ſalua in portum peruenerit dabis mihi quinquaginta. Sin autem dabo tibi mille, ſimiliter negotiator mittit merces ſuas in nundinas poteſt petere aſſicuratorem maris mercium non ſolum quod tute ad locum nundinarum peruenerint, ſed quod tantum ſit lucraturus. Et alius poteſt illum aſſicurare de vtroque, & contractus licitus erit.

Quæſitum.

Quæſiti probatio pro vtraque parte.

ET quod dicimus de rebus quærit lector de vita vtrum quis, ſcilicet poſſit alium aſſicurare de vita. Pars affirmatiua videtur certa, quia non eſt maior ratio de vno, quam de reliquo. Pro parte negatiua tamen videtur ratio. Nam quia aliquis puta hæres, poſſet procurare mortem illi ſuper quo facta eſt aſſicuratio, vt habeat illam pecuniam.

Reſponſio quæſiti pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus breuiter ſatisfacit huic quæſito dicendo tria, primo dicit, quod Doctores in hoc quæſito ſunt diuerſarum ſententiarum Magiſter Sotus tenet partem affirmatiuam. Alij nonnulli citati a Syl. in verbo negotiatio tenent partem negatiuam, ſententiam tamen pro parte affirmatiua eſt ſolidior. In ſignum cuius eſt obſeruandum, quod hoc in loco loquimur de iuſtitia contractus aſſicurationis, & non de his quæ poſſunt accidere. Id autem quod adducunt alij a Soto pertinent ad vitium, quod eſt contra charitatẽ, quod non mutant naturam talium contractuum, nec faciunt illos iniuſtos ſi ſunt ex ſui natura iuſti vnde tales contractus ex obiecto conſiderandi ſunt. Clarum eſt quod talis contractus in ſe eſt in vſu, apud timentes Deum, v. g. petit filius familias mutuum centum ſcuta a Petro Petrus dabit hanc pecuniam, hoc pacto tamen, & condictione, quod ſi Pater illius contigerit mori ante filium pecunia ſit duplicata, ſi autem filius ante Patrem moriatur ammiſſa ſit pecunia. Si autem aſſicurator, vt acquirat hanc pecuniam occiderit Patrem vel mutuatarium occideret filium, hoc non facit, quod contractus de ſe non eſſet iuſtiſſimus. Imò de ſe iuſtiſſimus eſt, & liciſſimus, ergo licet aſſicurare vitam hominis quantum ſit ex ſe, & ex natura cõtractus, ſicut licet aſſicurare quamcunque aliam rem incertam, & ſubiectam periculis ex quibus ſoluitur inſtantia partis negatiuę quæſiti.

Contractus aſſicurationis vitæ hominis de ſe eſt licitus, licet per accidens aliquando non ſit licitus.

Inſtantiæ ſolutio.

Inſt. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ dicendo, quod quando loquimur de aliquo contractu loquendũ eſt de illo per ſe ex parte obiecti, non autem ex his quæ oriuntur per accidens, modo contractus aſſicurationis vitę alicuius licitus eſt per ſe, quantum ſit ex parte contractus; per accidens autem ex malitia hominis, aliquando non eſt licitum, ſicut aſſicuratio nauium, & mercium quæ per ſe eſt licita, & iuſta, tamen aliquando eſt illicita ex parte negotiatoris aliquando ex parte Domini nauis, aliquando ex parte aſſicuratoris prout in concluſionibus, & dubio oſtenſum fuit. De hoc quæſito ſatis ſit dictum. Nunc autem ſoluamus argumenta caſus partis negatiue.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus, primo argumento dicit quod illo in loco Summus Põtifex prohibet, vnde eſt periculũ mutuantis non in perſonã, ſed in perſonã quæ accipit mutuum, ſimiliter ſi vellet accipere aliquid ex vi contractu mutui, vltra id quod recipit ex contractu aſſicurationis quę erat vſura palleata ſub pallio aſſicurationis, prout declaratum fuit in deciſione caſus, & dubij.

Arg. ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem inſurgit, dicendo quod pro precio periculũ in ſe reccipit, puta onuſtæ nauis, nihil facit aut ſocietati committit, imò abſque vllo negotio pecuniam lucratur, ergo pro nihilo aliquid recipit quod habet ſpeciem vſuræ.

Argumenti ſolutio.

Thologus huic argumento reſpondet, dicendo verum eſſe, quod aſſicurator nihil erit nihil ponit in ſocietatem tamen ex periculo, quod ſummit in ſe, cum ſit æſtimabile pecunia, poteſt accipere lucrum licite, & abſque ſcrupulo aliquo. De hoc caſu, & dubio, acquiſitis ſit ſatis dictum, & pro tota hac diſputatio.

Digitized by Google

DISPVTATIO QVARTA
De Auaritia.

LEctor in hac diſputatione proponit tres caſus cum aliquibus dubijs annexis, dignis conſideratione.

In primo caſu quærit Lector, Vtrum Auaritia ſit peccatum.

In primo dubio inueſtigat, An Auaritia ſit peccatum ſpeciale.

In ſecundo dubio deſiderat ſcire cui virtuti opponatur Auaritia.

In primo enim caſu quærit Lector. Vtrum auaritia ſit peccatum. Et vt mala natura eius appareat format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum D. Paulus ad Hebreos vltimo inquit, ſint mores ſine auaritia contentis præſentibus ergo auaritia eſt peccatum, valet conſequentia quia ſi auaritia peccatum non eſſet, non præciperet Apoſtolus, vt mores eſſent ſine auaritia.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum; Auaritia dicitur quaſi æris auiditas, quia ſcilicet in appetitum pecuniæ conſiſtit per quam bona exteriora omnia intelligi poſſunt, ſed appetere exteriora bona non eſt peccatum ergo auaritia non eſt peccatũ. Maior propoſitio nõ indiget probatione. Minor probatur ſic. Appetere aliquid naturaliter non eſt peccatum, ſed homo appetit bona exteriora naturaliter, ergo non eſt peccatum illa appetere. Secũdo probatur, quia iſta naturaliter ſubiecta ſunt homini, & ſubſtãtia hominis dicuntur ergo appetere illa non eſt peccatum, ergo de primo ad vltimam concludendum eſt, quod auaritia nõ ſit peccatum.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro iſto caſu duo facit primo vnica concl. affirmatiua ſatisfacit quęſito. Et pro maiori eius intelligentia proponit, & terminat illa duo dubia poſita ſuperius. Et ſtatim ſecundo loco ſoluit argumenta partis negatiuę.

Auaritia eſſe peccatum res certiſſima eſt, quia appetitus inordinatus habendi bona exteriora.

Concluſio eſt iſta. Auaritia eſt peccatum. Et quod hoc ſit verum Angelicus Doctor hoc modo oſtendit. In quibuſcunque bonum exiſtit indebita menſurã, neceſſe eſt, quòd per exceſſum, vel diminutionem illius menſuræ malum proueniat. Bona autem exteriora habent rationem vtilium ad finem; quatenus ſunt neceſſariæ ad vitam eius cuius ſunt, & in exceſſu iſtius menſuræ conſiſtit peccatum, dum ſcilicet aliquis ſupra debitum modum vult ea acquirere, vel detinere in quibus conſiſtit ratio auaritiæ. Auaritia enim, ideſt inordinatus appetitus, habendi bona exteriora, & per conſequens cum exeat a debita menſura, in requirendo, vel detinẽdo res exteriores erit peccatum. Et manifeſtatur concluſio iſta per exempla. Medicina bene ordinata ſanat infirmum: ſi autem eſt nimis debilis, vel fortis occidit ęgrotum. Res temporales prudenter acquiſitæ, & retentæ ducunt ad vitam. ſi excedunt occidunt animam. Ecce quòd auaritia cum occidat animam erit peccatum. Secundo probatur concluſio iſta. Virtus in medio duorum vitiorum conſiſtit quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum verò per exceſſum. Liberalitas conſiſtit inter vitium Auaritiæ, quòd opponitur ei per defectum appetitus habendi. Et vitiũ prodigalitatis quod opponitur eidem per exceſſum appetitus dandi. Ex quibus conſtat quod diffinitio auaritiæ talis eſt, ſcilicet; Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ſicut bonorum exteriorum. Prodigalitas ex oppoſito eſt vitium, vel inordinatus appetitus diffundendi pecunias, vel diſtribuendi bona ſua, qui ergo cum maxima auiditate accumulat, vel retinet res exteriores, peccat & eſt auarus.

Impugnatio.

Argumentator, vna cum Illuſtriſſimo D. Caietano impugnat id quod hic adductum fuit ex doctrina D. Th. ſcilicet, quòd Auaritia conſiſtat in exceſſu menſuræ debitæ bonorum exteriorum. Nam ſi hoc verum eſſet, ſequeretur quod abſque peccato; nullus poſſet cumulare ſibi pecuniam, vt mutet ſtatum quem habet in maiorem. Cuius oppoſitum experientia docet, & fit abſque remorſu conſcientiæ, & abſque aliqua repręhenſione patet ſequela. Nam ſi homo non poteſt excedere menſuram neceſſariorum ad conditionẽ ſui ſtatus. non poterit aliquid accumulare. Et ſic ruſticus erit ſemper ruſticus. Artifex ſemper artifex, & pauper ſemper in ſua ęgeſtate erit.

Impugnationis ſolutio.

Soluit hanc impugnationem Theologus cum ipſomet Illuſtriſſimo Domino Caietano dicendo quod acquiſitio pecuniæ ex fine regulatur, qui eſt ſubſtentatio ſui & familiæ, & filiorum decenter. Sũt enim hic duo indubio vera, primũ quod amor pecuniæ debet eſſe menſuratus homini, quo ad ſe quidem ſecundum conditionem ſuá, quo ad alios autem iuxta opera virtutum. Secundum veriſſimũ eſt quod appetitus in infinitum, vel inordinatus pecuniæ illicitus eſt Cũ a recta ratione diſcordat. Hac diſtinctione notata ex ipſa ſoluitur difficultas.

Vel perſona eſt talis quod ſit tantæ virtutis vt ad altiorem gradum poſſit accendere, vel non, hoc dicitur de familia. Vel familia iſta capax eſt gradus altioris, vel non (hoc fundamento facto) ad rationem in contrarium adductam dicit, quod ſi nec ipſæ, nec familia capax eſt altioris gradus, quia ſunt depreſſi ingenio, ei non licet acquirere, & retinere bona exteriora, vltra illa quę neceſſaria ſunt ad ſtatum ſuum, & occurrentia accidentia; puta ad infirmitates lites pro defenſione bonorum ſuorum, & ſimilia, quoniam ſi vltra hoc procederet eſſet amor inordinatus pecuniæ niſi illa ſuperflua diſtribueret in pauperes. Dicente Domino. Quod ſupereſt datę eleemoſinam. Si autem ipſæ vel filij familiæ altioris eſſent ingenij, & valoris, poſsẽt aliquid accumulare ad hoc vt mutet ſtatum, moderatè tamen. Et ſic artifex poteſt eleuari ad ſtatum ciuium, & ciues ad ſtatum nobilium,

Aliquibus licet acquirere moderate diuitias vt poſſint mutare ſtatum in melius, aliquibus non.

& ſic

Digitized by Google

& ſic aſcendendo;quoniam talis accumulatio non procederet ex auaritia, ſed a prudentia humana. Vnde dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod a natura, datæ ſunt aliquæ virtutes aliquibus, vel ab extrinſico eas acquiſierunt, ita quod inter homines, ipſi velut aliorum Domini nati ſunt, vel facti, quãuis Domini non ſint, propterea ſi iſti appetant dominium, ſi ad hoc accumulent pecuniam, vt dominium temporale emant, non recedunt a iuſto. Et ſimile iudicium erit de alijs virtutibus, quibus homo idoneus redditur ad mutandũ ſtatum ſuum puta de milite in Ducẽ, vel in Regẽ, &c. & hac de cuaſa licet ei accumulare pecuniam. Qui verò ſola libidine aſcendendi, & glorię accumulant pecunias, iſti irrationabiles ſunt, & auari. Nã auarus ſemper ſitit, vt numquam ſatiabitur pecunijs, propterea dignus eſt reprehenſione accerba. Nã appetitus iſtæ illicitus eſt, & eſt peccatũ mortale, prout videbimus in ſequenti caſu. His igitur relictis, proponenda ſunt dubia, vt hoc ſit clarius.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit ſi Auaritia ſit ſpeciale peccatum diſtinctum ab alijs, & per vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuę probatio.

Ratio pro parte affirmatiua eſt manifeſta inquit Lector. Apoſtolus Paulus Rom. primo connumerat auaritiam inter alia peccata capitalia, ergo eſt ſpeciale peccatum. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur. Ibi enim Apoſtolus dixit hæc verba. Repletos omni iniquitate, malitia fornicatione auaritia, &c. Fornicatio eſt ſpeciale peccatum, ergo & auaritia eſt ſpeciale peccatum, cũ per D. Paulum. Auaritia diſtinguatur a fornicatione, ergo Auaritiam eſſe ſpeciale peccatum affirmare neceſſe eſt.

Partis negatiuę probatio.

Pro parte negatiua, tale format ratiocinium. Auaritia ex D. Aug. in lib. de lib. arb. eſt immoderata cupiditas. Sed in omni peccato eſt immoderata cupiditas alicuius rei. Ergo Auaritia, non eſt ſpeciale peccatum. Maior probatur inquit enim D. Auguſt. vt ſupra Auaritia, quæ Gręcè phylargiria dicitur, non in ſolo argento, vel in nummis, ſed in omnibus rebus quæ immoderatè cupiuntur intelligenda eſt, ergo per D. Auguſt. Auaritia eſt inordinata cupiditas. Minor propoſitio probatur, ſcilicet, quod in omni peccato reperiatur immoderata cupiditas, conſtat. Nam peccatum, eſt ſpreto bono incommutabili, bonis commutabilibus inhęrere, p. 2. q. 71. art. 6. argum. 3. ergo auaritia non eſt ſpecialeſed generale peccatum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus, pro hoc dubio tria facit. Primo ponit vnã diſtinctionẽ. Secundo vnica concluſione ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuę.

Diſtinctio eſt iſta, D. Anton. dicit, prout elijcitur ex doctrina D. Th. quod Auaritia ſiue cupiditas eſt triplex, vel tripliciter ſumitur, primo, put eſt pœna, vel radix peccati, vel vt inquit Thabiena eſt paſſio habitualis ſequens peccatum originale, vt eſt fomes peccati, & ſic non eſt ſpeciale peccatum, ſed pœna vel radix peccati. Conſiderata.n. auaritia hoc modo nil aliud eſt quam quędam inclinatio naturę corruptę ad bona corruptibilia, & temporalia inordinate appetita, de qua loquebatur Apoſtolus ad Timoth. 6. dicendo. Cupiditas. i. auaritia eſt radix omnium malorum, ideſt homo per diuitias acquirit facultatem ad quodcumque peccatum peragendum. Secundo modo ſumitur auaritia prout eſt genus ad omnia peccata in quo ſenſu loquitur D. Greg. in quadam Homilia, dicendo, Auaritia eſt appetitus inordinatus non ſolum pecunię, ſed ſcientię, & altitudinis, & cuiuſcumq; boni temporalis. Et D. Aug. in libro de lib. arbit. Auaritia non in ſolo argento, vel in numis, ſed in omnibus rebus quę inordinate cupiũtur intelligenda eſt. Et alibi. Radix omnium malorum cupiditas. Et ex oppoſito, Radix omnium bonorum claritas.

Auaritia ſ ſumitur tripliciter primo vt radix omniũ malorum, ſecundo vt eſt appetitus inordinatus ad omnia indifferenter, tertio vt ſpeciale peccatum.

Impugnatio.

Contra hanc ſecundam acceptionem Auaritię, ſe opponit Argumentator dicendo, ſi per D. Aug. Auaritia eſt appetitus inordinatus non ſolum pecunię, ſed ſcientię, & aliorum, ergo non poteſt eſſe ſpeciale peccatum diſtinctum a ſuperbia cum ſuperbia dicatur inordinatus appetitus honoris.

Impugnationis reſponſio

Theologus negat conſequentiam huius impugnationis. Et aſſignat rationẽ negationis, dicendo quia diuerſa eſt ratio qua Auaritia dicitur inordinatus appetitus ſcientię attitudinis, & honoris, ab ea qua ſuperbia dicitur inordinatus appetitus, ſcientię celſitudinis, & honoris. Nam ſuperbia reſpicit peccatum ex parte auerſionis a Deo, cuius pręcepto ſuperbus recuſat ſubijci. Auaritia reſpicit peccatum ex parte auerſionis, ſcilicet ad bonũ commutabile, quia inordinate Auarus diligit hęc bona inferiora externa.

Tertio modo ſumitur auaritia prout eſt peccatum ſpeciale diſtinctum a cæteris, in quo ſenſu definitur dum dicitur. Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ideſt inquit Illuſtriſ. D. Caietanus eſt appetitus rei vtilis, & declarat hoc dicendo. Nomine pecuniæ prout eſt materia auaritiæ non intelligitur quidquid eſt pecunia cõperabile, ſed ſolummodo quicquid habet rationem boni vtilis. Ita quod cum peccunia ex ſui ratione habeat rationem boni vtilis vt principalis ſui generis, bonum vtile ponitur obiectum auaritiæ ducens ſecum totum ſuum genus, & ſubdit Illuſtriſ. Dominus Caietanus, Auaritię obiectum, eſſe bonum vtile tantum audis memẽto, vt intelligas id, quod per ſe eſt de genere bonorum utilium vt ſunt agri ouilia armenta, & huiuſmodi., Nec cum his amiſſas bona utilia per accidens', vt ſunt honor ſcientia volup as, &c. quia iſta ex illorum natura non ſunt de numero bonorum vtilium, ſed dicuntur vtilia ex intentione alicuius appetentis hæc, non propter ſe ſed, propter lucrum. Obiecta namque, & materiæ virtutum, & vitiorum penes ea quæ per ſe in ſunt diſtinguntur, & non ea penes, quæ ſunt per accidens ſuper hoc enim fundatur

Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ideſt inordinatus appetitus boni vtilis.

tur

Digitized by Google

tur tota litera. D. Th. dicendo, quod peccata ſortiuntur ſpecies ſecundum obiectū, obiectum autem peccati eſt illud bonum in quo tendit inordinatus appetitus, & ideo vbi eſt ſpecialis ratio boni, quod inordinate appetitur ibi eſt ſpecialis ratio peccati. Et ſubdit, alia eſt enim ratio boni honeſti alia boni vtilis, alia boni delectabilis. Diuitiæ enim ſecundum ſe habent rationem vtilis inquantum in ſpeciali viſu veniunt hominum, & ideo ſpeciale quoddam peccatum eſt auaritia, in quantū eſt inordinatus amor habendi poſſeſſiones, quæ nomine pecuniæ deſſignantur ex qua ſumitur auaritiæ nomen. In hoc ſenſu dicebat Eccleſiaſt. quinto. Auarus non implebitur pecunijs. Et qui amat diuitias non capit fructum ex eis, & D. Paulus Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum magnum diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, deſiderium diuitiarum inuitant homines ad furta, ad vſuras, & ad multa, alia mala, vnde bonum eſt contemnere diuitias, vt fecit ille Thebanus Crates, cum ad philoſophiam pergeret magnum auri pōdus proijcit in mare, exiſtimans ſe ſibi non poſſe poſſidere diuitias, & virtutes. His ſic terminatis pro ſecundo puncto pergendum eſt ad tertium, ſcilicet ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio. THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod D. Auguſtinus loquebatur de auaritia non proprie ſumpta, ſed communiter ſumpta, prout declaratum fuit in deciſione dubij in quo ſenſu loquebatur, etiam D. Gregorius in Homelia 6. in Euangelium circa principium & medium dicendo, quod auaritia eſt non ſolum pecuniæ, ſed ſcientiæ, & celſitudinis, vel altitudinis. Nos autem loquimur de auaritia proprie ſumptà.

Inſtantiar. 2. Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector dicendo, Auaritia dicitur quaſi auidus æris per D. Iſidorum lib. 10. Ethym. cap. 1. circa medium, i. pecuniæ, nomine pecuniæ intelligūtur omnia bona exteriora quorum precium poteſt pecunia menſurari, ergo auaritia conſiſtit in appetitu cuiuslibet rei externæ ergo, &c.

Inſtantiarum ſolutio. Theologus ſoluit hāc inſtantiā dicendo, quod omnes res exteriores, quæ veniunt in vſum humanæ vitæ, nomine pecuniæ intelliguntur inquantum habent rationem boni vtilis. Et addit doctor Sanctus. Sunt enim aliqua bona exteriora, quæ poteſt aliquis pecunia conſequi ſicut voluptates & honores. Et alia ſimilia quæ habent aliam rationem appetibilitatis. Illorum appetitus non dicitur auaritia ſecundum quòd eſt vitium capitale.

Inſtantiar. 3. Lector non acquieſcit contra prædicta adducit Gloſam in verbis illis Pauli Rom. 2. Nam concupiſcentiam neſciebam. &c. dicendo, Bona eſt lex quæ dum cōcupiſcentiam prohibet omne malum prohibet. Videtur autem ſpecialiter lex prohibere concupiſcentiam auaritiæ, vnde dicitur Exod. 20. Non concupiſces rem proximi tui, ergo concupiſcentia auaritiæ eſt omne malum. Ergo in auaritia non eſt ſpeciale peccatum, ſed generale.

Inſtantiarum ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod Gloſſa illa loquitur de concupiſcentia inordinata cuiuſcumque rei. In qua prohibitione poſſumus intelligere prohibitionē concupiſcentiæ rerum poſſeſſarum, & illarum quæ poſſunt acquiri, ſed hoc præciſe non pertinet ad auaritiam, prout eſt inordinatus appetitus pecuniæ. Hæc pro dubio iſto accedamus ad ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc ſecundo dubio Lector quærit. An Auaritia opponatur liberalitati. Rationes ex vtraq; parte exiſtunt.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt Eccleſiaſt. 5. quo in loco dicit ſapiens. Auarus non implebitur pecunia. Et qui amat diuitias fructus non capit ex eis. Sed impleri pecunia, & inordinate illas amare eſt cōtrarium liberalitati, quæ in appetitu diuitiarum medium tenet, ergo auaritia opponitur liberalitati.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua format tale ratiocinium. Inquit enim D. Chriſoſt. in verbis illis Matth. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam dicit, quod duplex eſt iuſtitia vna generalis, & alia ſpecialis cui opponitur Auaritia, & idem dicit Ariſt. 5. Eth. cap. 1. & 2. Ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit primo ponit vnam diſtinctionem, ſecundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Quo ad primum ponitur talis diſtinctio. Supponendo vnum, ſcilicet quod auaritia importat immoderantiam quandam circa diuitias. Et hoc dupliciter. Vno modo immediate, & extrinſece, alio modo immediate, ſed intrinſece. Stante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Auaritia prout importat immoderatā acceptionē, & conſeruationem diuitiarum opponitur iuſtitiæ. Concluſio prima Auaritia ſecundum, quod importat immoderantiā exteriorem circa diuitias opponitur iuſtitiæ. Probatur concluſio iſta, quia auaritia ſic ſumpta immediate eſt circa acceptionē, atque conſeruationem diuitiarum inquantum, ſcilicet aliquis acquirit pecuniam vltra debitum aliena accipiendo, vel retinendo. Et hoc modo accipitur auaritia apud Ezech. 22. inquit Doctor ſupradictus. Vbi dicitur Principatus eius, in medio eius, quaſi lupi rapientes predā ad effundendum ſanguinem, & auara lucra ſectanda.

Auaritia in corde exiſtēs opponitur liberalitati. Concluſio ſecunda Auaritia ſecundum, quod importat immoderātiam interiorem circa diuitias opponitur liberalitati, quæ moderatur huiuſmodi interiores affectiones, puta cum quis nimis amat, vel deſiderat diuitias, vel nimis delectatur in eis, etiam ſi nolit rapere aliena. Et hoc modo accipitur auaritia a D. Paulo 2. Cor. 6. Præparent repromiſſam benedictione acceptam eſſe, & quaſi

bene-

benedictionem hanc paratam eſſe,& ſic quaſi benedictionem,non quaſi auaritiam; Gloſſa, ſcilicet, vt doleant pro dato, & parum ſit, quòd dent. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quòd D.Io. Chryſoſt. & Ariſt. illis in locis loquebuntur de auaritia primo modo dicta, de qua non loquimur, auaritiā ſecundo modo dictā, de qua eſt ſermo Ariſt. vocat illam illiberalitatem.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator contra prædicta dicendo. Peccatum auaritiæ in hoc conſiſtit, quòd homo tranſcendit menſuram in rebus poſſeſſis; Sed huiuſmodi menſura ſtatuitur per iuſtitiam; ergo auaritia directè opponitur iuſtitiæ, & non liberalitati.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo ad maiorem, quòd tranſcendere menſuram ſtat dupliciter, conſideratam vel ſecundum debitum legale, vel ſecundum debitum moralem. Iuſtitia propriè ſtatuit menſuram in acceptionibus,& conſeruationibus diuitiarum ſecundum rationem debiti legalis, vt ſcilicet, homo non accipiat, nec retineat alienum. Sed liberalitas conſtituit menſuram rationis, principaliter quidem in interioribus affectibus, & per conſequens in exterioribus acceptionibus, & conſeruatione pecuniarum, & emiſſione earum, ſecundum quòd ex interiori affectione procedunt, non obſeruando rationem debiti legalis, ſed debiti moralis, quòd attenditur ſecundum regulam rationis.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit argumentator, inſtat tertio loco dicendo. Liberalitas eſt virtus media inter duo contraria, vt patet per Philoſophum in 2.& 4.Eth. Sed auaritia non habet peccatum contrarium, & oppoſitum per Philoſophum 5. Ethic. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit dicendo ad minorem, quòd auaritia non habet contrarium, ſecundum quòd opponitur iuſtitiæ, benè autem, ſecundum quòd opponitur liberalitati. Nam vt opponitur iuſtitiæ, auaritia conſiſtit in plus habendo, quam debeat ſecundum iuſtitiam. Et huic opponitur minus habere, quòd non habet rationem culpæ, ſed pœnæ. Auaritia autem, ſecundum quòd opponitur liberalitati, habet vitium prodigalitatis oppoſitum. Et hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod appetitus rerum exteriorum naturalis vtique eſt homini, ſicut eorum quæ ſunt propter finem. Et ideo in tantum vitio caret, in quantum continetur ſub regula ſumpta ex ratione finis. Auaritia autem hanc regulam excedit, ideo eſt peccatum.

Argumentum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem Lector format ſecundum argumentum dicendo. Omne peccatum aut eſt in Deum, aut in proximum, aut in ſeipſum, vt docet Doctor ſanctus par.2. queſt.72.art.4. ſed auaritia non eſt propriè peccatum contra Deum. Cum non opponatur Religioni, neque virtutibus Theologicis, quibus homo ordinatur in Deum, neque eſt peccatum in ſeipſum. Cum propriè pertineat ad gulam, & luxuriam, prout docet Apoſtolus 1.Corint.6.dicendo. Qui fornicatur in corpore ſuo peccat, ſimiliter etiam videtur non eſſe peccatum in proximum: quia per hoc, quòd homo retinet ſua, nulli facit iniuriam; ergo auaritia non eſt peccato.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quòd auaritia directè non eſt peccatum contra Deum, vel ſeipſum, vel proximum, indirectè autem contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum ſuum, quòd manifeſtat Doctor ſanctus dicendo, quod auaritia poteſt importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter, vno modo immediatè plus debito modo illas acquirendo, vel retinendo, & ſecundum hoc peccatum eſt in proximum: ratio, inquit Doctor ſanctus, eſt; quia in exterioribus diuitijs vnus non poteſt abundare, niſi alteri deficiat. Bona enim temporalia non poſſūt ſimul poſſideri à multis. Alio modo auaritia poteſt importare inordinantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, amando, vel deſiderando illas cum delectatione inordinata. Et ſic eſt peccatum hominis in ſeipſum: quia per hoc deordinatur eius affectus. Alio modo tāquam per vitia carnalia. Et ſic peccatum contra Deum, in quantum propter bona temporalia contemnuntur æterna. Et licet videatur, quod bona temporalia naturaliter quis appetat, nihilominus ſi inordinatè appetat illa, talis eſt appetitus naturæ corruptæ, ſicut eſt appetitus naturę perfectæ dum ſecundum rationem illa deſiderat. Per quod apparet, quod ſenes non excuſantur à peccato, dum inordinatè appetunt diuitias. Si tamen illa appeterent, vt ſubuenire ſibi poſſent in ſua neceſſitate, ratione imperfectionis ſui ſtatus non peccarent, ſed prudenter agerent. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs. Nunc pergamus ad alium caſum, & dubia annexa.

Auaritia q̄ſque eſt cōtra Deū, quādoque contra pximum, quandoque cōtra ſeipſum.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu diſputare intendit. Vtrum auaritia ſit ſemper peccatum mortale, ſi eſt grauiſſimum, & ſi eſt peccatum ſpirituale.

In caſu enim inquirit Lector. Vtrum auaritia ſit ſemper peccatum mortale.

In primo dubio inueſtigat, ſi auaritia ſit grauiſſimum peccatum.

In ſecundo dubio interrogat, ſi ſit peccatum carnale, vel ſpirituale.

In tertio inquirit; An habens de ſuperfluo poſſit cogi ad dandum illud pauperibus.

In caſu igitur quærit Lector: Vtrum auaritia ſemper ſit peccatum mortale. Et pro vtraque parte caſus format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Nullus enim dignus eſt morte, niſi pro peccato mortali,

mortali, ſed propter auaritiam homines digni ſunt morte, ergo auaritia ſemper eſt peccatum mortale; Maior propoſitio non indiget probatione; Minor autem probatur ſic. Cum enim Apoſtolus Paulus ad Rom. 1. præmiſiſſet, eos repletos eſſe omni iniquitate fornicatione, auaritia &c. Concludit, qui talia agunt digni ſunt morte, ergo auaritia reddit homines dignos morte, & per conſequens ſemper eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, eſt tale argumentum. Apoſtolus Paulus 1. ad Corinth. 3. Super fundamentũ, quod eſt Chriſtus, aliquis ædificat aurum, aliquis argentum &c. dicit ibi Gloſſa, quod lignum fęnũ ſtipulam ædificat ille, qui cogitat, quæ mundi sũt quomodo placeat mundo, quod pertinet ad peccatum auaritiæ. Ille autem qui ædificat lignum fęnum, & ſtipulam non peccat mortaliter, ſed venialiter. Cum de tali ędificatore ibi dicatur, quod ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, ergo auaritia quandoque eſt peccatum veniale.

Deciſio caſus pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione ponit vnã diſtinctionem, & poſtea tribus concluſionib. ſatisfacit quæſito, & pro maiori intelligentia illarum, proponit dubia, & ſoluit, tandem ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ.

Diſtinctio ergo eſt. Auaritia dupliciter conſideratur, primo ſecundum quod opponitur iuſtitiæ, ſecundo prout opponitur liberalitati modo declarato ſuperius; ſtante hac diſtinctione ponit ſuas concluſiones.

Auaritia ſecũdum ꝙ opponitur iuſtitiæ eſt peccatum mortale ex ſuo genere, ꝓpterea aliquãdo eſt peccatũ veniale.

Concluſio prima. Auaritia ſecundum quod opponitur iuſtitiæ, ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Et probat concluſionem iſtam; Auaritia ſic conſiderata includit furtum, vel rapinam, ſed furtum, & rapina ex genere ſuo eſt peccatum mortale; ergo & auaritia, prout opponitur iuſtitiæ mortale peccatum erit. Si enim aliquis motus ex auaritia iniuſtè accipit, vel retinet rem alienam, quod pertinet ad rapinam, vel ad furtum, quod de ſuo genere eſt peccatum mortale, peccabit mortaliter, ratione iniuſtitiæ contra proximum illatæ.

Concluſio ſecunda, contingit quandoque auaritiam, prout opponitur iuſtitię, eſſe peccatum veniale propter imperfectionem actus. Probatur Concluſio iſta, quia hoc idem accidit in furto, & rapina, propter imperfectionem actus, vel paruitatem materiæ, prout docet Doctor ſanctus, 2. 2. q. 66. ar. 6. & 8.

Concluſio tertia. Auaritia ſecundum quod opponitur liberalitati, eſt quandoque mortale peccatum, quandoque veniale.

Auaritia ꝓut opponitur liberalitati qñ eſt peccatum mortale, & quandoque veniale.

Concluſio iſta probatur quo ad vtranque partem. Et primo quo ad primam. Nam amor diuitiarum quandoque in tantum creſcit, vt præferatur charitati, & huius amor eſt ſignum, quod auaritia iſta eſt peccatũ mortale. Quandoq. talis amor non in tantum creſcit, licet ſit inordinatus, ſed ſiſtit infra limites charitatis. Et hoc accidit, quando homo propter diuitias non vult aliquid facere contra Deum, & proximum, licet ſuperflue amet diuitias tunc auaritia peccatum veniale eſt, quod & clarius percipitur, ſi conſideretur natura auaritiæ. Auaritia enim poteſt eſſe in damno alterius, & ſine damno. Si eſt ſine damno, opponitur tantum liberalitati, & poteſt eſſe veniale. Si autem eſt cum damno alterius, non ſolum opponitur liberalitati, ſed iuſtitię etiam, & de ſe eſt mortalis culpæ, vt dictum eſt in prima concluſione. Eadem ratione prodigalitas, quæ fit ſine damno, licet exorbitet à liberalitate, eſt tamẽ culpa venialis. Si autem prodigalitas eſſet cum damno alterius, eſſet peccatum mortale, quoniam opponitur iuſtitiæ; Vnde qui inordinatè retinet, vel prodigit in damnum alterius, peccat mortaliter, qui ſine damno, peccat venialiter. Et hoc totum docet Doctor ſanctus, dicendo; Si amor diuitiarum in auaro tantum creſcit, quod præferatur charitati; v. g. ſi propter amorem diuitiarum non veretur aliquid agere contra Deum, vel contra proximum, talis auaritia eſt peccatum mortale, auarus ille non pręfert amorem diuitiarum amori diuino, ideſt, ſi propter diuitias non intendit agere aliquid contra Deum, vel proximum, eſt peccatum veniale. Ex qua regula faciliter quis cognoſcere poteſt, quando aliquis peccat mortaliter in amãdo creaturas, & quando venialiter; Quando inordinatus appetitus, ſiue gulæ, ſiue ſuperbiæ, ſiue alterius peccati, ita creſcit, quod talis peccator, vt exequatur intentum ſuum, non veretur agere contra Deum, vel proximum, eſt peccatum mortale, ſi in tali actione non intendit contra Deum, vel contra proximum agere, eſt veniale peccatum, dummodo ſit paratus relinquere opus inceptum, vel incipiendum, quando cognoſceret illud eſſe contra Deum, vel contra proximum, quod magis percipi poteſt per ea, quæ modo dicemus.

Multipliciter homo peccare põt mortaliter, peccato auaritiæ, & venialiter.

Obſeruandum igitur eſt, quod auaritia multipliciter eſt peccatum mortale. Primo quando ex cupiditate quis accipit rem alienam, vel retinet illã inuito domino, ſi autem dominus rei eſſet contentus, acceptio non eſſet furtum, nec retentio rapina. Vnde formaliter non eſſet auaritia, nec mortale peccatum. Similiter ſi res rapta eſſet parui momenti, veniale eſſet. Peccat etiam mortaliter ſi inuito domino retinet rem alicuius momenti penè ſe dũ determinat illam nolle reſtituere. Peccat etiã mortaliter, quando acquirit rem inuito domino, ſcilicet, per uſuram, uel ſimoniam, peccat mortaliter appetendo animo deliberato aliqua illicitè, ita quod procederet in opus, ſi adeſſet facultas, licet non perueniat ad acta, peccat mortaliter; quia tale deſiderium eſt contra legem Dei, in quo ſcriptum eſt; Non concupiſces rem proximi ſui, peccat etiam mortaliter, quoniam ita amat iſta tẽporalia, quod non curat ſubuenire proximo ſuo in maxima neceſſitate exiſtenti; prout oſtendit D. Io. cap. 3. ſuæ Epiſtolæ, dicendo: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei eſt in illo? quaſi dicat in eo non eſt charitas Dei. Quoniam in quo eſt charitas Dei, in eo eſt dilectio proximi. Vltimo auaritia eſt peccatũ mortale

tale

tale ex ſuo genere ratione finis, quem pertinet.

Nota. Duplex eſt finis. Vltimus, & medius; finis ad quem, & finis quo: ſimiliter duplex bonum, bonũ ſimpliciter, & bonum tale; bonum ſimpliciter reſpondet fini vltimo, fini ad quem. Et bonum tale reſpondet fini quo; ſimiliter duplex amor, ſcilicet, amor ſimpliciter, & amor talis. Amor ſimpliciter reſpondet bono ſimpliciter, & fini vltimo, ſiue ad quem. Amor talis, ſed non principalis reſpondet fini ſecundario. Auaritia igitur, prout eſt amor inordinatus rerum temporalium. Ita quod in illis reperitur peccatum mortale, in quibus finis talis actionis non eſt finis ſimpliciter vltimus, ſed finis medius, non primarius ſimpliciter, ſed in tali genere, nec mirãdum eſt de hoc, quia in iſtis affectib. auerſio eſt ab incommutabili bono ad bonum commutabile, ex quibus ſequitur, quod auaritia in quantum ordinat auarum ad temporale bonum, in quãtum auarus fruitur bonis temporalibus, & vltimum ſuum finem ponit in illis, eſt peccatum mortale, in mortali que exiſtit auarus ipſe. Immò eſt in peccato mortali grauiſſimo, quia peccat contra proximum, contra pietatem, quæ eſt maxima virtus inter illas virtutes, quę ſunt ad proximum. prout in primo dubio modo proponendo clarè apparebit.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit; An auaritia ſit maximum peccatorum. Et pro vtraque parte adducit rationes efficaces.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua ratio deſumitur ab auctoritate. Dicitur enim Eccleſiaſt. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius, & poſtea ſubdit. Nihil eſt iniquius quã amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet. Et Tullius in 1. de officijs 2. cuius titulus eſt. Vera magnanimitas in duobus ſita eſt, dicit. Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parui, quam amare pecuniam, ſed hoc pertinet ad auaritiam; ergo auaritia eſt grauiſſimum peccatorum.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua adducit talem rationem. Adulterium eſt grauius peccatum, quam furtum. Vt habetur 6. Prouerb. furtum autem pertinet ad auaritiam; ergo auaritia non eſt maximum peccatorum.

Dubij deciſio pro utraque parte.

Oſtẽditur in quibus conſiſtit formaliter peccatũ, & peccatorũ grauitas. LEctor Theologus quo ad hoc dubium tria facit, primo declarat aliqua pro intelligentia doctrinæ, ſecundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuæ: quo ad primum dicit, quòd Angelicus Doctor pro fundamento doctrinæ declarat illa, quæ in omni peccato inueniuntur, dicendo, quòd omne peccatum ex eo ipſo, quod eſt malum, conſiſtit in quadam priuatione, vel corruptione alicuius boni. In quantum eſt voluntarium conſiſtit in appetitu alicuius boni, ſtante hoc ponit aliam diſtinctionem, circa ordinem peccatorum, dicendo. Ordo peccatorum dupliciter poteſt attendi, primo ex parte boni, quod per peccatum corrumpitur, vel contemnitur. Et ſecundum hanc conſiderationem tanto grauius eſt peccatum, quantum dignius eſt bonum, quod corrumpitur, vel contemnitur. In quo ſenſu peccatum, quod eſt cõtra Deum grauiſſimum eſt, & ſub iſto eſt peccatum, quod eſt contra perſonam hominis, ſub quo eſt peccatum, quod eſt contra res exteriores, quæ ad vſum hominis ſunt deputatæ, & in hoc conſiſtit peccatum auaritiæ. In quo ſenſu auaritia non eſt maximum peccatorum.

Alio modo poteſt attendi gradus peccatorum, ſcilicet, ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus. Nam quanto minus eſt bonum illud, cui adhæret appetitus inordinatus, tanto magis peccatum eſt deforme. Cum turpius ſit ſubeſſe inferiori bono, quam ſuperiori.

Bonum autem rerum exteriorum eſt infimum inter bona humana, cum ſit inferius non ſolum ad bonum animæ, verum ad bonum corporis; ſupra quæ bona ſimpliciter præſtantius eſt bonum diuinum. Et quia auaritia ordinatur ad hæc bona inferiora, apparet grauitas peccati illius. Hæc pro primo puncto. Modò ponemus concluſiones.

Conclusio prima. Ex parte boni, quod contemnitur, vel corrumpitur peccatum exiſtens contra Deum eſt grauiſſimum, poſtea, quod eſt contra perſonam hominis, tertio contra res, quæ ſunt ad vſum hominis deputatæ, in quorum numero computatur auaritia. In quo ſenſu auaritia non eſt maximum peccatorum, ſed minimum. — Auaritia ex parte obiecti non eſt maximum peccatorũ, ſed minimũ ex parte boni cui ſubicit homo.

Concluſionis probatio habetur ex dictis in notandis. Nam bonum diuinum eſt maius, quam perſona hominis. Et perſona hominis eſt maius bonũ, quam res exteriores, in ordine ad quas eſt auaritia. Et quanto maius eſt bonum, quod contemnitur, vel corrumpitur, tanto grauius eſt peccatum; ergo in hoc ſenſu auaritia non eſt grauiſſimum peccatorum, ſed grauiora peccata ſunt illa, quæ immediatè ſunt contra Deum, vel contra proximi perſonam.

Concluſio ſecunda. Ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus peccatum auaritię habet maiorem deformitatem. — Auaritia turpiſſimũ peccatum eſt.

Probatur concluſio iſta. Turpius, ſeu deformius eſt ſubijci inferiori bono, quam ſuperiori. Et res externæ ſunt infimum quid inter res humanas; ergo eſt etiam grauiſſimum peccatum, quia eſt contra pietatem, & miſericordiam. Cum auarus ita ſit crudelis, quod permittit perire pauperem fame, vel alia miſeria, potius quam priuare ſe bonis ſuis, & illi ſubuenire poſito in tali, & tanta neceſſitate. Auaritia grauiſſimum peccatum eſt, quia eſt contra iuſtitiam. Iuſtitia enim medium tenet inter ſuperfluum, & diminutum. Auaritia excedit in accipiendo, & retinendo, deficit verò in dando. Accipit ab alijs pluſquam debet furando, rapiendo, extorquendo, fœnerando, & fraudulendo. Minus dat ſibi, & alijs in neceſſitatibus occurrentibus. Auaritia contraria eſt liberalitati, quæ facit homines alijs gratos, dando, & recipiendo, dando pro paruo magnum. Liberalis non appreciat diuitias propter ſeipſum, benè autem propter alios, ſcilicet, — Ex multis auaritia eſſe grauiſſimum inter peccata oſtẽditur.

vt

Digitized by Google

vt eas det alijs. Auarus appetit diuitias propter ſeipſum, quia in ipſis ſuam felicitatem ponit, non propter alios, quia illas alijs dare non vult. Qua de cauſa non mirum eſt, ſi Eccleſiaſticus dicat; Auaro nihil eſt ſceleſtius, ideſt, pronius ad peccatum, vel nihil ſceleſtius, ideſt, turpius, & vilius. Cum auarus præferat bonum minimum commutabile bono maximo incommutabili. Et ſubdit nihil iniquius, quam amare pecuniam, quoniam pro ſe parui momenti dat animam ſuam, dimittit bona cœleſtia, & acquirit bona terrena. Ex auaritia procedunt omnia ſupplicia, quoniam ab illa originem trahunt omnia vitia. Primo ſuperbia, cum diuitiæ faciant hominem ſuperbum. Oritur luxuria, in ſignum cuius Dominicus aſſociauit diuitijs voluptatem dicens. A diuitijs, & voluptatibus euntes ſuffocauerunt illud. Hinc ortum habet ira, nam ſibiipſis inuidunt auari inueta, talia facit inuidia, præcipuè cum alius eo ditior factus fuerit. Deſcendit accidia, ſi non lucratur; Grauiſſimum peccatum ergo eſt auaritia, nam in grauitate præcedit prodigalitatem; primo quia magis opponitur liberalitati. Magis enim ad liberalitatem pertinet dare, in quo abundat prodigus, quam accipere, & retinere, in quo ſuperabundat auarus; ſecundo quia prodigus eſt vtilis illis, quibus dat ſuum. Auarus nullis vtilis eſt, immò neque ſibiipſi, ex 4. Ethic. tertio, quia prodigus faciliter ſanatur per hoc, quod declinat ad ſenectutem, quæ eſt contraria prodigalitati. Et etiam quia diſtribuendo ſua venit ad paupertatem, quæ neceſſitat retinere ſua, & remouere à ſe vitium prodigalitatis. Auarus autem non de facili ſanatur, immò ſemper deterioratur, quia ſemper ſitit, & quãto nũmi abundant, tãto auaritia creſcit. His tamen non obſtantibus ponitur vltima concluſio cum vno corolario, vt clarius doctrina percipiatur.

Ex auaritia multa mala, & peccata nõ pauca oriuntur.

Concluſio tertia. Auaritia non eſt ſimpliciter maximum peccatum. Probatio concluſionis eſt: quia magis iudicanda eſt grauitas in peccato, ex parte boni, quod corrumpitur, quam ex parte boni, cui appetitus peccantis ſubijcitur, ratio eſt, quia primum formaliter ſe tenet ex parte peccati, ſecundum autem materialiter ſe habet in peccato.

Auaritia nõ eſt ſimpliciter maximũ peccatum.

Corolarium. Ergo in peccatis magis attenditur grauitas ex parte auerſionis, quam ex parte conuerſionis, ergo in eis auerſio ſe tenet formaliter: conuerſio autem materialiter, ideſt, in peccato auerſio eſt formale, conuerſio autem materiale. His igitur poſitis pro deciſione dubij ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus dicit primæ inſtantiæ, quod authoritates illę loquuntur ex parte boni, cui ſubditur appetitus, non autem ex parte boni, quod contemnitur. Argumentum loquitur materialiter, non autem formaliter. Vnde in Eccleſiaſtico pro ratione ſubditur, quod Auarus ſuam animam habet venalem, ideſt, quia animam ſuam, ideſt, vitam ſuam exponit periculis pro pecunia. Vnde ibi ſubdit; Quoniam in vita ſua proiecit, ideſt, contempſit intima ſua, vt, ſcilicet, pecuniam lucraretur. Tullius autem in loco citato in argumento dicit. Hoc eſſe anguſti animi, vt, ſcilicet, velit pecuniæ ſubijci.

Auarus non timet perdere vitam, vt poſſidere poſſit pecunias

Inſurgit argumentator dicendo: Tanto aliquod peccatum eſt grauius, quanto magis charitati contrariatur. Sed auaritia maximè contrariatur charitati, ergo auaritia eſt maximum peccatorum. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor ſic probatur. Dicit enim D. Auguſtinus, in lib. 83. quæſtionum, quod venenum charitatis eſt cupiditas; ergo auaritia maximè contrariatur charitati.

Inſtantia 2.

Theologus negat Minorem, & ad probationem dicit, quod D. Auguſtinus ibi accipit cupiditatem generaliter pro quocunque temporali bono, non autem ſpecialiter, prout accipitur pro auaritia. Cupiditas enim cuiuſcunque temporalis boni eſt venenum charitatis, in quantum, ſcilicet, homo ſpernit bonum diuinum, propter hoc, quod inhęret bono temporali.

Inſtantiarum ſolutio.

Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo. Ad grauitatem peccati pertinet, quod ſit incurabile, ſed auaritia eſt peccatum inſanabile; ergo auaritia eſt grauiſſimum peccatorũ. Et probat vtranque propoſitionem. Maiorem ſic. Peccatum in Spiritum Sãctum dicitur grauiſſimum, quia eſt irremiſſibile; ergo ad grauitatem peccati pertinet, quod ſit irremiſſibile. Minorem probat ſic. Inquit Ariſt. in 4. Ethic. cap. 2. quod ſenectus, & omnis impotentia auaros facit, ergo auaritia eſt peccatum inſanabile.

Inſtantia 3.

Theologus ad minorem dicit, quod aliter eſt inſanabile peccatum in Spiritum Sanctum, & aliter auaritia. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt inſanabile ex parte contemptus, in quantum homo contemnit miſericordiam, vel iuſtitiam diuinam, vel aliquid eorum, per quæ hominis peccata ſanantur. Vnde talis inſanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati. Auaritia autem habet inſanabilitatem ex parte defectus humani, in quem ſemper procedit humana natura; quia quo aliquis eſt magis deficiens, eo magis indiget adminiculo exteriorum rerum, & ideo magis in auaritiam labitur. Vnde per talem inſanabilitatem non oſtenditur peccatum eſſe grauius, ſed quodammodo periculoſius.

Inſtantiarum ſolutio.

Non manet ſatisfactus argumentator, propterea de nouo inſtat dicendo; Idolatria eſt grauiſſimum peccatorum, ſed auaritia per D. Paulum ad Epheſios, eſt Idolorum ſeruitus, ergo auaritia vndequaque eſt grauiſſimum peccatorum.

Inſtantia 4.

Theologus ſoluit hãc inſtantiam dicendo, quod D. Paulus loquitur non propriè, ſed comparatiuè, per quandam ſimilitudinem, quam habet auaritia ad Idolatriam, quia ſicut Idolatra ſubiecit ſe creaturæ exteriori, ita etiam auarus, non tamen eodem modo. Idolatra quidem ſubiecit ſe creaturæ exteriori, vt exhibeat ei cultũ diuinũ. Auarus autem ſubiecit ſe creaturę exteriori immoderate eam concupiſcendo ad vſum, non tamen ad cultum.

Inſtantiarum ſolutio.

Auaritia dicitur idolatria, non propriè, ſed impropriè.

Et ideo (inquit D. Thom.) non oportet, quod auaritia habeat tantam grauitatem, quantam habet

Ido-

Digitized by Google

Idolatria. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

Lector in hoc dubio quærit, ſi auaritia ſit peccatum carnale, vel ſpirituale. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod ſit peccatum ſpirituale, tale ratiocinium adducit. D. Gregorius 31. Moralium, comparat auaritiam cum vitijs ſpiritualibus; ergo auaritia eſt vitium ſpirituale, & non carnale, valet conſequentia, aliter ſua comparatio non eſſet vera, & realis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic procedit. Peccata ſpiritualia videntur eſſe circa ſpiritualia bona, ſed materia auaritiæ ſunt bona corporalia. ſ. exteriores diuitiæ; ergo auaritia non eſt peccatum ſpirituale.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus, quo ad dubiū iſtud tria facit, primo declarat aliqua neceſſaria ad intelligentiam concluſionis, ſecundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum, dicit cum D. Thom. quod cum peccatum præcipuè in affectu conſiſtat, peccatum non eſſet peccatum, niſi eſſet voluntarium. Et omnes paſſiones, ſiue affectiones animæ terminantur ad delectationes, & triſtitias, prout docet Phyloſophus 2. Ethic. c. 5. circa principium tomi 5. Carnales quidem delectationes dicuntur, quæ in ſenſu carnis complentur, ſicut delectationes ciborum, & venereorum. Delectationes verò ſpirituales dicuntur, quæ complectuntur in ſola animæ apprehenſione. Ex quibus infertur concluſio, ſcilicet. Auaritia eſt peccatum ſpirituale, & non carnale, Concluſio conſtat authoritate D. Gregorij in ratione adducta pro parte affirmatiua dubij. Et probatur ratione. Delectationes ſpirituales dicuntur, quæ complectuntur in ſola animæ apprehenſione. Illa igitur peccata dicuntur ſpiritualia, quæ perficiuntur in ſpiritualibus delectationibus abſque carnali delectatione: talis eſt auaritia; ergo eſt peccatum ſpirituale. Maior propoſitio habetur ex D. Th. Minor probatur ſic. Delectatur auarus in hoc, quod conſiderat ſe eſſe poſſeſſorem diuitiarum, ſaltem in certa ſpecie; ergo auaritia conſiſtit in delectatione ſpirituali, non autem carnali. Nam carnales delectationes dicuntur, quæ in ſenſu carnis complentur, ſicut delectatio ciborum, & venereorum, de numero iſtorum non eſt auaritia vt patet; ergo non carnale, ſed ſpirituale peccatum eſt auaritia. His declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Auaritia cōputatur inter peccata ſpiritualia, nō autem inter venialia peccata.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ dicit, quod licet auaritia verſatur circa corporale obiectum, non tamen quærit delectationem corporalem, ſed ſolum animalem, prout homo in hoc delectatur, quod diuitias poſſideat, & ideo non eſt peccatum carnale. Et addit vnum Angelicus Doctor. ſ. quod peccatum auaritiæ, ratione obiecti, medium tenet inter peccata pure ſpiritualia, quæ quærunt delectationem ſpiritualem circa illa obiecta ſpiritualia, ſicut ſuperbia eſt circa excellentiam. Et vitia pure carnalia, quæ quærunt delectationem puram corporalem circa obiectum corporale. Ex quibus patet, quod peccata ſpiritualia totaliter ſūt circa obiecta ſpiritualia, quærendo delectationem ſpiritualem inordinatam de eis: ſpiritualia media aūt ſunt circa obiecta corporalia, inordinatam delectationē ſpiritualem quærendo de eis, prout dicimus de auaritia, de qua eſt diſputatio.

Auaritia eſt vitiū mediū inter vitia corporalia, & ſpiritualia formaliter tamē eſt ſpirituale

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra prædicta dicendo. Peccatum ſpirituale contra carnale diuiditur, ſed auaritia videtur eſſe vitium carnale, ſequitur. n. corruptionem carnis, vt patet in ſenibus, qui propter naturalem carnis defectum in auaritiam incidunt; ergo auaritia non eſt peccatum ſpirituale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem ad probationem. Et dicit, quod nihil concludit. Nam motus recipit ſpeciē ad terminum, ad quem, & nō à termino à quo. Vnde vitium dicitur carnale, quia tendit in delectationem carnalem, non autem ex eo, quod prouenit ex aliquo defectu carnis. Auaritia autem licet proueniat ex defectu carnis, eſt vitium ſpirituale, quod auarus delectatur in illa complacentia, orta ex poſſeſſione diuitiarum.

Inſtantia 3.

Contra hanc reſponſionem inſtat de nouo argumentator dicendo. Peccatum carnale eſt, per quod etiam corpus hominis deordinatur, iuxta illud Apoſtoli 1. Corint. 6. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat, ſed auaritia etiam corporaliter hominem uexat, prout docet D. Chryſoſt. in Matth. 5. quo in loco comparat auarum demoniaco, qui in corpore vexatur; ergo auaritia non uidetur eſſe uitium ſpirituale, ſed corporale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem. Et ad probationem dicit, quod D. Chryſoſt. comparat auarum demoniaco, non quia uexatur in carne ſicut demoniacus, ſed per oppoſitum: quia ſicut demoniacus ille, de quo legitur Matth. 5. ſe denudabat, ita auarus ſe ſuperfluis diuitijs onerat. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit primo argō dicendo: ꝙ quando inordinatus appetitus tpalium rerū excludit charitatē Dei, & proximi, eſt auaritia mortalis: qñ non excludit charitatem, eſt peccatum veniale. D. Paulus in argumento loquebatur de auaritia primo modo ſumpta, & non ſecundo modo.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra ſupradicta dicendo: Nullus excæcatur ſpirituali cæcitate, niſi per peccatum mortale, quia animam priuat lumine gratię. Sed D. Chry. Hom. 15. in Matth. dicit. Tenebra animæ eſt pecuniarum cupido; ergo auaritia, quæ eſt pecuniarum cupido, eſt peccatum mortale.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſtat ī prima reſpōſione & dicit, ꝙ cupido diuitiarum obtenebrat aīam propriè, quando excludit lumen charitatis, præferendo amorem diuitiarum amori diuino: Si autem eſt cupido diuitiarum,

tiarum, quę non excludit charitatem obtenebrat animam aliqualiter, non autem totaliter, propterea talis cupido diuitiarum non eſt peccatum mortale, ſed veniale; diſponit tamen ad mortale.

Argumentum tertium.

Vltimo loco inſurgit Lector dicendo. Minimum in auaritia eſt, quod aliquis inordinatè retineat ſua, ſed hoc videtur eſſe peccatum mortale; ergo multo magis omnis auaritia eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur. Dicit D. Baſilius in ſermone ad diuites auaros, declinando ad finem. Eſt panis famelici quem tu tenes. Nudi tunica quam conſeruas. Indigentis, argentum quod poſſides. Quocirca à tot iniuriatis quot exhibere valeres, ſed iniuriari alteri eſt peccatum mortale, quia contrariatur dilectioni proximi; ergo retinere ſuum inordinatè, quod eſt minimum in auaritię vitio eſt peccatum mortale.

Aureum dictum contra auaros, D. Baſilii.

Argumenti reſponſio.

Theologus cum D. Thoma huic argumento ſatisfacit dicendo, quod D. Baſilius loquitur in illo caſu, in quo aliquis tenetur ex debito legali, bona ſua pauperibus erogare, vel propter periculum neceſſitatis, vel etiam propter ſuperfluitatem habitorum.

Dubium tertium.

Ex hac reſponſione Illuſtriſſimus D. Caietanus format vnum dubium, & quia valde vtile, & neceſſarium, cum ipſo Illuſtriſſimo formabimus illud, & declarabimus. In hoc enim dubio quærit; An habens de ſuperfluo, poſſit cogi ad dandum illud pauperibus: rationes ſunt ex vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt ratio aſſignata hic ab Angelico Doctore; dicit enim, quod ex debito legali tenetur habens de ſuperfluo dare pauperibus, ſed id ad quod homo tenetur ex debito legali poteſt homo à iudice cogi, prout docet ipſemet D. Th. 2.2.q.80. ergo & in hoc caſu poteſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tamen, ratio oppoſitum ſuadet. In iudicio requiritur actor, iudex, & reus, ſed in hoc iudicio nullus adeſt actor; ergo iudex non poteſt cogere diuitem hunc ad dandum ſuperfluũ pauperibus. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur. Nulli pauperum competit agere contra talem diuitem pro iure ſuo, quia nullum ius acquiſiuit ſuper ſuperfluis diuitijs, cum non ſit maior ratio de vno pauperum, quam de alio; ergo non datur actor in hoc iudicio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro dubio iſto tria facit, primo declarat aliqua pro intelligentia litteræ, ſecundo duplici concluſione ſatisfacit quæſito, & oſtendit quibus modis pauper habeat ius in his bonis, quomodo poſſit procedere in acquiſitione illorum, tandem ſoluit inſtantiam partis negatiuæ. Quo ad primum obſeruandum eſt, quod in iſta reſponſione Doctor ſanctus loquitur non ſolum de habentibus ſuperfluum, ſed etiam abſolutè de vidente pauperem in periculo neceſſitatis extremæ, quod ex legali debito tenetur erogare ſua pauperibus. Quod autem teneatur ratione periculi exiſtentis in extrema neceſſitate, certum eſt, quod legale debitum cogit, quoniam tempore extremæ neceſſitatis omnia ſunt communia. Ac per hoc bona quę alter poſſidet ſunt mea, ſi patior extremam neceſſitatem. Et ſi ſponte poſſidens non vult mihi dare, poſſem cogere. Et ſi hæc via deficit, poſsũ occultè, quaſi per modum furti accipere. Vel manifeſtè, quaſi per viam rapinæ accipere quãtum mihi opus eſt. Ratio eſt, quia tunc non accipio aliena, ſed communia negata, & impoſſibiliter aliter haberi in extrema neceſſitate.

Diues aliquãdo ex debito iuſtitiæ tenetur eleemoſynã facere indigẽtibus, & pôt cogi ad hoc à iudice, vel ab ipſo paupere.

Exponitur Concluſio prima. Exiſtenti in extrema neceſſitate habens ſuperfluum, tenetur eleemoſynam facere, & iudex poteſt ad hoc diuitem cogere, & pauper iſte omni meliori via poteſt ſibi neceſſaria aſſumere etiam vi. Concluſio iſta ex iam dictis conſtat, & manifeſtatur ſic. Nam extrema neceſſitas facit res alterius mihi communes, quod ex debito legali mihi debentur, & cogi poteſt à iudice, & in eius defectu à meipſo poſſum illam accipere per modum furti, vel rapinæ, ſub titulo neceſſitatis extremæ, in qua omnia ſunt communia.

Extra tẽpus extremæ neceſſitatis iudex pôt cogere diuitem erogare ſupfluum, quod habet pauperibus.

Concluſio ſecunda, extra tempus extremæ neceſſitatis iudex poteſt cogere diuitem erogare ſuperfluum quod habet pauperibus. Pro intelligentia huius concluſionis obſeruandum eſt, quod dupliciter aliquis à iudice poteſt compelli. Vno modo propter debitum alicui certæ perſonæ. Vt ſi furatus quis fuerit alicui perſonę bona illius, vel alias ei debitor fuerit ratione depoſiti, vel mutui &c. Alio modo ratione debiti non alicui particulari perſonæ, ſed propter commune bonum. Exempli gratia, ſi quis homicidium commiſerit, & nullus conqueratur, poteſt iudex ex officio propter commune bonum iuſtitiæ ſeruandum punire hominem homicidam. Sic in propoſito noſtro, iudex, etiam non requiſitus poterit cogere diuitem de ſuperfluo ſubuenire indigentibus, etiam quod ſponte hoc facere non intendat. Itaquod poteſt Princeps ex officio. Vt iuſtitia in diuitijs ſeruetur à nolente ſuperfluum naturæ, & perſonæ diſpenſare, diſtribuereque illud indigentibus, tanquam auferendo diſpenſationem diuitiarum commiſſam diuiti ab ipſo indigno. Nam iuxta Sanctorum doctrinam, diuitiæ ſuperfluæ non ſunt diuiti, niſi vt diſpenſatori conceſſæ à Deo, vt habeat meritum bonæ diſpenſationis. Fundatur ergo legale debitum in hoc caſu ſuper ipſa diuitiarum iuſtitia, quæ cum in genere boni vtilis ſit ſuperfluitas non diſpenſata, ſed retenta contra vtriuſque vtilitatem occupatur. Nam & contra detinentem occupatur, quia ſua eſt, vt ſibi proſit diſpenſatio. Et contra indigentium vtilitatem occupatur, quia quod in eorum vſum cedere debet occupatur. Et vt D. Baſilius dixit ipſorum indigentium eſt ex debito (licet non de facto.) Et ideo indigentibus fit iniuria non diſpenſando ſuperflua, quoniam ſua ſunt. Vnde Princeps vt puniat talem iniuriam, cum ſit cuſtos iuſtitiæ, ex officio debet auferre huiuſmodi bona, & diſpenſare pauperibus ſi conſtat euidenter.

His

Digitized by Google

Inſtantia 4. De nouo ſe opponit argumentator dicens. Phyloſophus in 4. Ethic. cap. 1. circa finem, ponit multa genera vitiorum pertinentium ad auaritiam, quam nominat illiberalitatem, videlicet, parcos, tenaces chirubiles, liberales operantes. Et de meretricio paſtos, & vſurarios, & aleatores, & mortuorum ſepelitores, & latrones; ergo videtur, quod prædicta enumeratio ſeptem filiarum ſit inſufficiens.

Inſtant. ſolutio. Ad antecedens dicit Theologus, quod Ariſt. ibi enumerauit ſpecies auaritiæ, & non filias. Vnde argumentum non concludit. Poteſt tamen, inquit D. Thom. aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo, quod deficit in dando. Et ſi parum det, vocatur parcus; Si autem nihil, tenax. Si cum maxima difficultate det, vocatur chirubelis, quaſi chiruini venditor, qui de paruis magnam vim facit. Quandoque aliquid dicitur illiberalis, vel auarus, quia excedit in accipiendo. Et hoc dupliciter; primo, quia turpiter lucratur, vel vilia, & ſeruilia opera exercendo per illiberales operationes. Vel quia de aliquibus vitioſis actibus lucratur, ſicut de meretricio, vel de aliquo huiuſmodi. Vel quia lucratur de eo, quod gratis oportet concedere ſicut vſuranj. Vel quia lucratur parua cum magno labore. Alio modo, quia iniuſtè lucratur, vel nimis vim inferendo ſicut latrones, vel mortuos ſpoliando. Vel ab amicis auferrendo ſicut aleatores.

Inſtantia 5. Adhuc non acquieſcit argumentator, ait enim Tyranni maximas violentias ſubditis inferunt. Et tamen iſti per Ariſtotelem non dicuntur auari; ergo violentia non debet poni filia auaritiæ. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur. Dicit enim Ariſt. lib. 4. Ethic. cap. 1. circa finem, quod Tyrannos ciuitates deſolantes, & ſacra predantes, non dicimus illiberales, ideſt, auaros; ergo violenti non dicuntur auari, erga &c.

Inſtant. ſolutio. Concedit totum argumentum Theologus, ſed negat conſequentiam, vel illationem conſequentis; ratio eſt: quia ſicut liberalitas eſt circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vnde Tyranni, qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur illiberales, ideſt, auari, ſed dicuntur iniuſti. His ſic terminatis, pro dubio, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. THeologus concedit totum argumentum, & negat illationem concluſionis, & aſſignat rationem talis negationis dicendo, quod non eſt eadem ratio de vitio, & de virtute, quia virtus perficitur ſecundum rationem. Vitium autem perficitur ſecundum inclinationem appetitus ſenſitiui. Non enim ad idem genus principaliter reſpicit ratio, & appetitus ſenſitiui; & ideo non oportet, quod principale vitium opponatur principali virtuti. In propoſito autem non eſt eadem ratio de his tribus, ſcilicet, liberalitate, prodigalitate, & auaritia. Vnde licet liberalitas nõ ſit principalis virtus, auaritia tamen eſt principale vitium, quia reſpicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona ſenſibilia, ratione adducta in deciſione caſus. Prodigalitas autem non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, ſed magis videtur procedere ex defectu rationis. Hoc manifeſtat Ariſt. in 4. Ethic. dicendo, quod Prodigus magis dicendus eſt vanus, quam malus.

Lector contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum, dicendo ex ſupradictis. Illa dicuntur eſſe vitia capitalia, quæ habent principales fines, ad quos ordinantur fines aliorum vitiorum, ſed hoc non competit auaritiæ: cum diuitiæ non habeant rationem finis, ſed magis rationem eius, quod eſt ad finem, prout docet Ariſt. 1. Ethic cap. 5. circa finem tomi 5. ergo auaritia non eſt vitium capitale. Argumẽtum ſecundum.

Theologus negat minorem propoſitionem, ſcilicet, quod auaritiæ non competat habere principales fines, ad quos ordinantur fines aliorum vitiorum; pecunia enim ordinatur ad alium finem, inquantum eſt vtilis ad omnia ſenſibilia acquirenda, continet quodammodo virtute omnia. Et ideo habet quandam ſimilitudinem felicitatis. Vt dictum eſt in deciſione caſus. Argumenti ſolutio.

Vltimum argumentum defert in medium Lector dicendo; D. Gregorius 15. Moralium dicit, quod auaritia quãdoq. oritur ex illatione, quandoque ex timore. Dum enim quidam deficere ſibi neceſſaria ad ſumptum æſtimant mentem ad auaritiam relaxant. Sunt alij, qui dum potiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum ſuccedunt; ergo auaritia magis oritur ab alijs vitijs, quam ipſa ſit vitium capitale reſpectu aliorum. Argumẽtum tertium.

Theologus negat illationem, & aſſignat rationem talis negationis, dicendo; quod nihil prohibet vitium capitale, interdum à quibuſdam alijs oriri. Vt docet Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 36. art. 4. ad primum, & p. 2. quæſt. 84. art. 4. dicitur tamen capitale tale vitium dum ſoleat plerunque alia vitia ab illo oriri, prout in propoſito noſtro de auaritia, quæ inter vitia capitalia connumerantur. Hæc ſint pro caſu iſto, & pro tota diſputatione hac. Et pro ſigillo diſputationum in littera A. Argumenti ſolutio.

DISPVTATIO PRIMA in littera B.

De Bannito.

IN hac prima diſputatione Lector vnum tantum quærit, ſi liceat cuilibet occidere bannitum. Difficultas enim huius caſus in hoc conſiſtit; An liceat cuilibet occidere eum, qui rebellis eſt ſuæ ciuitati, vel Principi noxius, & bannitus, repertus extra terminos ſuæ iuriſdictionis; verbi gratia, ſi ipſa ciuitas eum banniuit ſub hoc ædicto publico, vt ſi quis eum vbique occidat, premium recipiat pecuniæ, cum authoritate liberandi alios bannitos &c.

Pro vtraque enim parte Lector format argumenta.

DISPVTATIO QVARTA
De Auaritia.

LEctor in hac diſputatione proponit tres caſus cum aliquibus dubijs annexis, dignis conſideratione.

In primo caſu quærit Lector, Vtrum Auaritia ſit peccatum.

In primo dubio inueſtigat, An Auaritia ſit peccatum ſpeciale.

In ſecundo dubio deſiderat ſcire cui virtuti opponatur Auaritia.

In primo enim caſu quærit Lector. Vtrum auaritia ſit peccatum. Et vt mala natura eius appareat format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum D. Paulus ad Hebreos vltimo inquit, ſint mores ſine auaritia contentis præſentibus ergo auaritia eſt peccatum, valet conſequentia quia ſi auaritia peccatum non eſſet, non præciperet Apoſtolus, vt mores eſſent ſine auaritia.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum; Auaritia dicitur quaſi æris auiditas, quia ſcilicet in appetitum pecuniæ conſiſtit per quam bona exteriora omnia intelligi poſſunt, ſed appetere exteriora bona non eſt peccatum ergo auaritia non eſt peccatũ. Maior propoſitio nõ indiget probatione. Minor probatur ſic. Appetere aliquid naturaliter non eſt peccatum, ſed homo appetit bona exteriora naturaliter, ergo non eſt peccatum illa appetere. Secũdo probatur, quia iſta naturaliter ſubiecta ſunt homini, & ſubſtãtia hominis dicuntur ergo appetere illa non eſt peccatum, ergo de primo ad vltimam concludendum eſt, quod auaritia nõ ſit peccatum.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro iſto caſu duo facit primo vnica concl. affirmatiua ſatisfacit quæſito. Et pro maiori eius intelligentia proponit, & terminat illa duo dubia poſita ſuperius. Et ſtatim ſecundo loco ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Auaritia eſſe peccatum res certiſſima eſt, quia appetitus inordinatus habendi bona exteriora.

Concluſio eſt iſta. Auaritia eſt peccatum. Et quod hoc ſit verum Angelicus Doctor hoc modo oſtendit. In quibuſcumque bonum exiſtit in debita menſurã, neceſſe eſt, quòd per exceſſum, vel diminutionem illius menſuræ malum proueniat. Bona autem exteriora habent rationem vtilium ad finem; quatenus ſunt neceſſariæ ad vitam eius cuius ſunt, & in exceſſu iſtius menſuræ conſiſtit peccatum, dum ſcilicet aliquis ſupra debitum modum vult ea acquirere, vel detinere in quibus conſiſtit ratio auaritiæ. Auaritia enim, id eſt inordinatus appetitus, habendi bona exteriora, & per conſequens cum exeat a debita menſura, in requirendo, vel detinẽdo res exteriores erit peccatum. Et manifeſtatur concluſio iſta per exempla. Medicina bene ordinata ſanat infirmum; ſi autem eſt nimis debilis, vel fortis occidit ægrotum. Res temporales prudenter acquiſitæ, & retentæ ducunt ad vitam. ſi excedunt occidunt animam. Ecce quòd auaritia cum occidat animam erit peccatum. Secundo probatur concluſio iſta. Virtus in medio duorum vitiorum conſiſtit quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum verò per exceſſum. Liberalitas conſiſtit inter vitium Auaritiæ, quòd opponitur ei per defectum appetitus habendi. Et vitiũ prodigalitatis quod opponitur eidem per exceſſum appetitus dandi. Ex quibus conſtat quod diffinitio auaritiæ talis eſt, ſcilicet; Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ſicut bonorum exteriorum Prodigalitas ex oppoſito eſt vitium, vel inordinatus appetitus diffundendi pecunias, vel diſtribuendi bona ſua, qui ergo cum maxima auiditate accumulat, vel retinet res exteriores, peccat & eſt auarus.

Impugnatio.

Argumentator, vna cum Illuſtriſſimo D. Caietano impugnat id quod hic adductum fuit ex doctrina D. Th. ſcilicet, quòd Auaritia conſiſtat in exceſſu menſuræ debitæ bonorum exteriorum. Nam ſi hoc verum eſſet, ſequeretur quod abſque peccato; nullus poſſet cumulare ſibi pecuniam, vt mutet ſtatum quem habet in maiorem. Cuius oppoſitum experientia docet, & ſit abſque remorſu conſcientiæ, & abſque aliqua reprehenſione patet ſequela. Nam ſi homo non poteſt excedere menſuram neceſſariorum ad conditionẽ ſui ſtatus. non poterit aliquid accumulare. Et ſic ruſticus erit ſemper ruſticus. Artifex ſemper artifex, & pauper ſemper in ſua egeſtate, erit.

Impugnationis ſolutio.

Soluit hanc impugnationem Theologus cum ipſomet Illuſtriſſimo Domino Caietano dicendo quod acquiſitio pecuniæ ex fine regulatur, qui eſt ſubſtentatio ſui & familiæ, & filiorum decenter. Sũt enim hic duo indubio vera, primũ quod amor pecuniæ debet eſſe menſuratus homini, quo ad ſe quidem ſecundum conditionem ſuã, quo ad alios autem iuxta opera virtutum. Secundum veriſſimũ eſt quod appetitus in infinitum, vel inordinatus pecuniæ illicitus eſt. Cũ a recta ratione diſcordat. Has diſtinctione notata ex ipſa ſoluitur difficultas.

Vel perſona eſt talis quod ſit tantæ virtutis vt ad altiorem gradum poſſit aſcendere, vel non, hoc dicitur de familia. Vel familia iſta capax eſt gradus altioris, vel non (hoc fundamento facto) ad rationem in contrarium adductam dicit, quod ſi nec ipſæ, nec familia capax eſt altioris gradus, quia ſunt depreſſi ingenio, ei non licet acquirere, & retinere bona exteriora, vltra illa quæ neceſſaria ſunt ad ſtatum ſuum, & occurrentia accidentia; puta ad infirmitates lites pro defenſione bonorum ſuorum, & ſimilia, quoniam ſi vltra hoc procederet eſſet amor inordinatus pecuniæ niſi illa ſuperflua diſtribueret in pauperes. Dicente Domino. Quod ſupereſt datę eleemoſinam. Si autem ipſæ vel filij familiæ altioris eſſent ingenij, & valoris, poſsẽt aliquid accumulare ad hoc vt mutet ſtatum, moderatè tamen. Et ſic artifex poteſt eleuari ad ſtatum ciuium, & ciues ad ſtatum nobilium,

Aliquibus licet acquirere moderate diuitias vt poſſint mutare ſtatum in melius, aliquibus non.

& ſic

Digitized by Google

& ſic aſcendendo; quoniam talis accumulatio non procederet ex auaritia, ſed a prudentia humana. Vnde dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod a natura, datæ ſunt aliquæ virtutes aliquibus, vel ab extrinſico eas acquiſierunt, ita quod inter homines, ipſi velut aliorum Domini nati ſunt, vel facti, quãuis Domini non ſint, propterea ſi iſti appetant dominium, ſi ad hoc accumulent pecuniam, vt dominium temporale emant, non recedunt a iuſto. Et ſimile iudicium erit de alijs virtutibus, quibus homo idoneus redditur ad mutandũ ſtatum ſuum puta de milite in Ducẽ, vel in Regẽ, &c. & hac de cauſa licet ei accumulare pecuniam. Qui verò ſola libidine aſcendendi, & glorię accumulant pecunias, iſti irrationabiles ſunt, & auari. Nã auarus ſemper ſitit, vt numquam ſatiabitur pecunijs, propterea dignus eſt reprehenſione acerba. Nã appetitus iſtæ illicitus eſt, & eſt peccatũ mortale, prout videbimus in ſequenti caſu. His igitur relictis, proponenda ſunt dubia, vt hoc ſit clarius.

Dubium primum.

Lector in hoc dubio quærit ſi Auaritia ſit ſpeciale peccatum diſtinctum ab alijs, & per vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiue probatio. Ratio pro parte affirmatiua eſt manifeſta inquit Lector. Apoſtolus Paulus Rom. primo connumerat auaritiam inter alia peccata capitalia, ergo eſt ſpeciale peccatum. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur. Ibi enim Apoſtolus dixit hæc verba. Repletos omni iniquitate, malitia fornicatione auaritia, &c. Fornicatio eſt ſpeciale peccatum, ergo & auaritia eſt ſpeciale peccatum, cũ per D. Paulum. Auaritia diſtinguatur a fornicatione, ergo Auaritiam eſſe ſpeciale peccatum affirmare neceſſe eſt.

Partis negatiue probatio. Pro parte negatiua, tale format ratiocinium. Auaritia ex D. Aug. in lib. de lib. arb. eſt immoderata cupiditas. Sed in omni peccato eſt immoderata cupiditas alicuius rei. Ergo Auaritia, non eſt ſpeciale peccatum. Maior probatur inquit enim D. Auguſt. vt ſupra Auaritia, quæ Gręcè phylargiria dicitur, non in ſolo argento, vel in nummis, ſed in omnibus rebus quæ immoderatè cupiuntur intelligenda eſt, ergo per D. Auguſt. Auaritia eſt inordinata cupiditas. Minor propoſitio probatur, ſcilicet, quod in omni peccato reperiatur immoderata cupiditas, conſtat. Nam peccatum, eſt ſpreto bono incommutabili, bonis commutabilibus inhęrere, p. 2. q. 71. art. 6. argum. 3. ergo auaritia non eſt ſpeciale, ſed generale peccatum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus, pro hoc dubio tria facit. Primo ponit vnã diſtinctionẽ. Secundo vnica concluſione ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuę.

Diſtinctio eſt iſta, D. Anton. dicit, prout elijcitur ex doctrina D. Th. quod Auaritia ſiue cupiditas eſt triplex, vel tripliciter ſumitur, primo, prout eſt pœna, vel radix peccati, vel vt inquit Thabiena eſt paſſio habitualis ſequens peccatum originale, vt eſt fomes peccati, & ſic non eſt ſpeciale peccatum, ſed pœna vel radix peccati. Conſiderata. n. auaritia hoc modo nil aliud eſt quam quędam inclinatio naturę corruptę ad bona corruptibilia, & temporalia inordinate appetita, de qua loquebatur Apoſtolus ad Timoth. 6. dicendo. Cupiditas. i. auaritia eſt radix omnium malorum, ideſt homo per diuitias acquirit facultatem ad quodcumque peccatum peragendum. Secundo modo ſumitur auaritia prout eſt genus ad omnia peccata in quo ſenſu loquitur D. Greg. in quadam Homilia, dicendo, Auaritia eſt appetitus inordinatus non ſolum pecunię, ſed ſcientię, & altitudinis, & cuiuſcumq; boni temporalis. Et D. Aug. in libro de lib. arbit. Auaritia non in ſolo argento, vel in numis, ſed in omnibus rebus quę inordinate cupiũtur intelligenda eſt. Et alibi. Radix omnium malorum cupiditas. Et ex oppoſito, Radix omnium bonorum claritas.

Auaritia ſumitur tripliciter primo vt radix omniũ malorum, ſecundo vt eſt appetitus inordinatus ad omnia iodifferenter, tertio vt ſpeciale peccatum.

Impugnatio. Contra hanc ſecundam acceptionem Auaritię ſe opponit Argumentator dicendo, ſi per D. Aug. Auaritia eſt appetitus inordinatus non ſolum pecunię, ſed ſcientię, & aliorum, ergo non poteſt eſſe ſpeciale peccatum diſtinctum a ſuperbia cum ſuperbia dicatur inordinatus appetitus honoris.

Impugnationis reſponſio Theologus negat conſequentiam huius impugnationis. Et aſſignat rationẽ negationis, dicendo quia diuerſa eſt ratio qua Auaritia dicitur inordinatus appetitus ſcientię altitudinis, & honoris, ab ea qua ſuperbia dicitur inordinatus appetitus, ſcientię celſitudinis, & honoris. Nam ſuperbia reſpicit peccatum ex parte auerſionis a Deo, cuius pręcepto ſuperbus recuſat ſubijci. Auaritia reſpicit peccatum ex parte auerſionis, ſcilicet ad bonũ commutabile, quia inordinate Auarus diligit hęc bona inferiora externa.

Tertio modo ſumitur auaritia prout eſt peccatum ſpeciale diſtinctum a cæteris, in quo ſenſu definitur dum dicitur. Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ideſt inquit Illuſtriſs. D. Caietanus eſt appetitus rei vtilis, & declarat hoc dicendo. Nomine pecuniæ prout eſt materia auaritiæ non intelligitur quidquid eſt pecunia cõperabile, ſed ſolummodo quicquid habet rationem boni vtilis. Ita quod cum peccunia ex ſui ratione habeat rationem boni vtilis vt principalis ſui generis, bonum vtile ponitur obiectum auaritiæ ducens ſecum totum ſuum genus, & ſubdit Illuſtriſs. Dominus Caietanus, Auaritię obiectum, eſſe bonum vtile tantum audis memẽro, vt intelligas id, quod per ſe eſt de genere bonorum utilium vt ſunt agri ouilia armenta, & huiuſmodi. Nec cum his amiſſas bona utilia per accidens, vt ſunt honor ſcientia volup as, &c. quia iſta ex illorum natura non ſunt de numero bonorum vtilium, ſed dicuntur vtilia ex intentione alicuius appetentis hæc, non propter ſe ſed, propter lucrum. Obiecta namque, & materiæ virtutum, & vitiorum penes ea quæ per ſe in ſunt diſtinguntur, & non ea penes, quæ ſunt per accidens ſuper hoc enim funda-

Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, ideſt inordinatus appetitus boni vtilis.

tur

tur tota litera. D. Th. dicendo, quod peccata ſortiuntur ſpecies ſecundum obiectū, obiectum autem peccati eſt illud bonum in quo tendit inordinatus appetitus, & ideo vbi eſt ſpecialis ratio boni, quod inordinate appetitur ibi eſt ſpecialis ratio peccati. Et ſubdit, alia eſt enim ratio boni honeſti alia boni vtilis. alia boni delectabilis. Diuitiæ enim ſecundum ſe habent rationem vtilis inquantum in ſpeciali vſu veniunt hominum, & ideo ſpeciale quoddam peccatum eſt auaritia, in quantū eſt inordinatus amor habendi poſſeſſiones, quæ nomine pecuniæ deſſignantur ex qua ſumitur auaritiæ nomen. In hoc ſenſu dicebat Eccleſiaſt. quinto. Auarus non implebitur pecunijs. Et qui amat diuitias non capit fructum ex eis, & D. Paulus Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum magnum diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, deſiderium diuitiarum inuitant homines ad furta, ad vſuras, & ad multa alia mala, vnde bonum eſt contemnere diuitias, vt fecit ille Thebanus Crates, cum ad philoſophiam pergeret magnum auri pōdus proiicit in mare, exiſtimans ſe ſibi non poſſe poſſidere diuitias, & virtutes. His ſic terminatis pro ſecundo puncto pergendum eſt ad tertium, ſcilicet ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod D. Auguſtinus loquebatur de auaritia non propriè ſumpta, ſed communiter ſumpta, prout declaratum fuit in deciſione dubij in quo ſenſu loquebatur etiam D. Gregorius in Homelia 6. in euangelium inter principium & medium dicendo, quod auaritia eſt non ſolum pecuniæ, ſed ſcientiæ, & celſitudinis, vel altitudinis. Nos autem loquimur de auaritia propriè ſumptā.

Inſtantiar. 2.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector dicendo, Auaritia dicitur quaſi auidus æris per D. Iſidorum lib. 10. Ethym. cap. 1. circa medium, i. pecuniæ, nomine pecuniæ intelligūtur omnia bona exteriora quorum precium poteſt pecunia menſurari, ergo auaritia conſiſtit in appetitu cuiuslibet rei externæ ergo, &c.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſoluit hāc inſtantiā dicendo, quod omnes res exteriores, quæ veniunt in vſum humanæ vitæ, nomine pecuniæ intelliguntur inquantum habent rationem boni vtilis. Et addit doctor Sanctus. Sunt enim aliqua bona exteriora, quæ poteſt aliquis pecunia conſequi ſicut voluptates & honores. Et alia ſimilia quæ habent aliam rationem appetibilitatis. Illorum appetitus non dicitur auaritia ſecundum quòd eſt vitium capitale.

Inſtantiar. 3.

Lector non acquieſcit contra prædicta adducit Gloſam in verbis illis Pauli Rom. 2. Nam concupiſcentiam neſciebam &c. dicendo, Bona eſt lex quæ dum cōcupiſcentiam prohibet omne malum prohibet. Videtur autem ſpecialiter lex prohibere concupiſcentiam auaritiæ, vnde dicitur Exod. 20. Non concupiſces rem proximi tui, ergo concupiſcentia auaritiæ eſt omne malum. Ergo in auaritia non eſt ſpeciale peccatum, ſed generale.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod Gloſſa illa loquitur de concupiſcentia inordinata cuiuſcumque rei. In qua prohibitione poſſumus intelligere prohibitionē concupiſcentiæ rerum poſſeſſarum, & illarum quæ poſſunt acquiri, ſed hoc preciſe non pertinet ad auaritiam, prout eſt inordinatus appetitus pecuniæ. Hæc pro dubio iſto accedamus ad ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc ſecundo dubio Lector quærit. An Auaritia opponatur liberalitati. Rationes ex vtraq; parte exiſtunt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Eccleſiaſt. 5. quo in loco dicit ſapiens. Auarus non implebitur pecunia. Et qui amat diuitias fructus non capit ex eis. Sed impleri pecunia, & inordinate illas amare eſt cōtrarium liberalitati, quæ in appetitu diuitiarum medium tenet, ergo auaritia opponitur liberalitati.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium. Inquit enim D. Chriſoſt. in verbis illis Matth. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam dicit, quod duplex eſt iuſtitia vna generalis, & alia ſpecialis cui opponitur Auaritia, & idem dicit Ariſt. 5. Eth. cap. 1. & 2. Ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit primo ponit vnam diſtinctionem, ſecundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Quo ad primum ponitur talis diſtinctio. Supponendo vnum, ſcilicet quod auaritia importat immoderantiam quandam circa diuitias. Et hoc dupliciter. Vno modo immediate, & extrinſece, alio modo immediate, ſed intrinſece. Stante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Auaritia prout importat immoderatā acceptionē, & conſeruationem diuitiarum opponitur iuſtitiæ.

Concluſio prima Auaritia ſecundum, quod importat immoderantiā exteriorem circa diuitias opponitur iuſtitiæ. Probatur concluſio iſta, quia auaritia ſic ſumpta immediate eſt circa acceptionē, atque conſeruationem diuitiarum inquantum, ſcilicet aliquis acquirit pecuniam vltra debitum aliena accipiendo, vel retinendo. Et hoc modo accipitur auaritia apud Ezech. 22. inquit Doctor ſupradictus. Vbi dicitur Principatus eius, in medio eius, quaſi lupi rapientes predā ad effundendum ſanguinem, & auara lucra ſectanda.

Auaritia in corde exiſtēs opponitur liberalitati.

Concluſio ſecunda Auaritia ſecundum, quod importat immoderātiam interiorem circa diuitias opponitur liberalitati, quæ moderatur huiuſmodi interiores affectiones, puta cum quis nimis amat, vel deſiderat diuitias, vel nimis delectatur in eis, etiam ſi nolit rapere aliena. Et hoc modo accipitur auaritia a D. Paulo 2. Cor. 6. Præparent repromiſſam benedictione acceptam eſſe, & quaſi bene-

Digitized by Google

benedictionem hanc paratam eſſe,& ſic quaſi benedictionem,non quaſi auaritiam; Gloſſa, ſcilicet, vt doleant pro dato, & parum ſit, quòd dent. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quòd D.Io. Chryſoſt. & Ariſt. illis in locis loquebuntur de auaritia primo modo dicta, de qua non loquimur, auaritiā ſecundo modo dictā, de qua eſt ſermo Ariſt. vocat illam illiberalitatem.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator contra prædicta dicendo, Peccatum auaritiæ in hoc conſiſtit, quòd homo tranſcendit menſuram in rebus poſſeſſis; Sed huiuſmodi menſura ſtatuitur per iuſtitiam; ergò auaritia directè opponitur iuſtitiæ, & non liberalitati.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo ad maiorem, quòd tranſcendere menſuram ſtat dupliciter, conſideratam vel ſecundum debitum legale, vel ſecundum debitum moralem. Iuſtitia propriè ſtatuit menſuram in acceptionibus, & conſeruationibus diuitiarum ſecundum rationem debiti legalis, vt ſcilicet, homo non accipiat, nec retineat alienum. Sed liberalitas conſtituit menſuram rationis, principaliter quidem in interioribus affectibus, & per conſequens in exterioribus acceptionibus, & conſeruatione pecuniarum, & emiſſione earum, ſecundum quòd ex interiori affectione procedunt; non obſeruando rationem debiti legalis, ſed debiti moralis, quòd attenditur ſecundum regulam rationis.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit argumentator, inſtat tertio loco dicendo. Liberalitas eſt virtus media inter duo contraria, vt patet per Philoſophum in 2.& 4. Eth. Sed auaritia non habet peccatum contrarium, & oppoſitum per Philoſophum 5. Ethic. ergo auaritia non opponitur liberalitati.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit dicendo ad minorem, quòd auaritia non habet contrarium, ſecundum quòd opponitur iuſtitiæ, benè autem, ſecundum quòd opponitur liberalitati. Nam vt opponitur iuſtitiæ, auaritia conſiſtit in plus habendo, quam debeat ſecundum iuſtitiam. Et huic opponitur minus habere, quòd non habet rationem culpæ, ſed pœnæ. Auaritia autem, ſecundum quòd opponitur liberalitati, habet vitium prodigalitatis oppoſitum. Et hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quòd appetitus rerum exteriorum naturalis vtique eſt homini, ſicut eorum quæ ſunt propter finem. Et ideo in tantum vitio caret, in quantum continetur ſub regula ſumpta ex ratione finis. Auaritia autem hanc regulam excedit, ideo eſt peccatum.

Argumentum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem Lector format ſecundum argumentum dicendo. Omne peccatum aut eſt in Deum, aut in proximum, aut in ſeipſum, vt docet Doctor ſanctus par.2. quæſt.72. art.4. ſed auaritia non eſt propriè peccatum contra Deum. Cum non opponatur Religioni, neque virtutibus Theologicis, quibus homo ordinatur in Deum, neque eſt peccatum in ſeipſum. Cum propriè pertineat ad gulam, & luxuriam, prout docet Apoſtolus 1.Corint.6. dicendo. Qui fornicatur in corpore ſuo peccat, ſimiliter etiam videtur non eſſe peccatum in proximum: quia per hoc, quòd homo retinet ſua, nulli facit iniuriam; ergo auaritia non eſt peccato.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quòd auaritia directè non eſt peccatum contra Deum, vel ſeipſum, vel proximum, indirectè autem contra Deum, contra ſeipſum, & contra proximum ſuum, quòd manifeſtat Doctor ſanctus dicendo, quod auaritia poteſt importare immoderantiam circa res exteriores dupliciter, vno modo immediatè plus debito modo illas acquirendo, vel retinendo, & ſecundum hoc peccatum eſt in proximum: ratio, inquit Doctor ſanctus, eſt; quia in exterioribus diuitijs vnus non poteſt abundare, niſi alteri deficiat. Bona enim temporalia non poſſunt ſimul poſſideri à multis. Alio modo auaritia poteſt importare inordinantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, amando, vel deſiderando illas cum delectatione inordinata. Et ſic eſt peccatum hominis in ſeipſum: quia per hoc deordinatur eius affectus. Alio modo ſiquam per vitia carnalia. Et ſic peccatum contra Deum, in quantum propter bona temporalia contemnuntur æterna. Et licet videatur, quod bona temporalia naturaliter quis appetat, nihilominus ſi inordinatè appetat illa, talis eſt appetitus naturæ corruptæ, ſicut eſt appetitus naturę perfectæ dum ſecundum rationem illa deſiderat. Per quod apparet, quod ſenes non excuſantur à peccato, dum inordinatè appetunt diuitias. Si tamen illa appeterent, vt ſubuenire ſibi poſſent in ſua neceſſitate, ratione imperfectionis ſui ſtatus non peccarent, ſed prudenter agerent. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs. Nunc pergamus ad alium caſum, & dubia annexa.

Auaritia quẽque eſt cõtra Deũ, quãdoque contra proximum, quandoque cõtra ſeipſum.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu diſputare intendit. Vtrum auaritia ſit ſemper peccatum mortale, ſi eſt grauiſſimum, & ſi eſt peccatum ſpirituale.

In caſu enim inquirit Lector. Vtrum auaritia ſit ſemper peccatum mortale.

In primo dubio inueſtigat, ſi auaritia ſit grauiſſimum peccatum.

In ſecundo dubio interrogat, ſi ſit peccatum carnale, vel ſpirituale.

In tertio inquirit; An habens de ſuperfluo poſſit cogi ad dandum illud pauperibus.

In caſu igitur quærit Lector: Vtrum auaritia ſemper ſit peccatum mortale. Et pro vtraque parte caſus format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Nullus enim dignus eſt morte, niſi pro peccato mortali,

Digitized by Google

mortali, ſed propter auaritiam homines digni ſunt morte, ergo auaritia ſemper eſt peccatum mortale; Maior propoſitio non indiget probatione, Minor autem probatur ſic. Cum enim Apoſtolus Paulus ad Rom. 1. præmiſiſſet, eos repletos eſſe omni iniquitate fornicatione, auaritia &c. Concludit, qui talia agunt digni ſunt morte, ergo auaritia reddit homines dignos morte, & per conſequens ſemper eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, eſt tale argumentum. Apoſtolus Paulus 1. ad Corinth. 3. Super fundamentũ, quod eſt Chriſtus, aliquis ædificat aurum, aliquis argentum &c. dicit ibi Gloſſa, quod lignum fęnũ ſtipulam ædificat ille, qui cogitat, quæ mundi sũt quomodo placeat mundo, quod pertinet ad peccatum auaritiæ. Ille autem qui ædificat lignum fęnum, & ſtipulam non peccat mortaliter, ſed venialiter. Cum de tali ędificatore ibi dicatur, quod ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, ergo auaritia quandoque eſt peccatum veniale.

Deciſio caſus pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione ponit vnã diſtinctionem, & poſtea tribus concluſionib. ſatisfacit quæſito, & pro maiori intelligentia illarum, proponit dubia, & ſoluit, tandem ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ.

Diſtinctio ergo eſt. Auaritia dupliciter conſideratur, primo ſecundum quod opponitur iuſtitiæ, ſecundo prout opponitur liberalitati modo declarato ſuperius; ſtante hac diſtinctione ponit ſuas concluſiones.

Auaritia ſecũdum ꝙ opponitur iuſtitiæ eſt peccatum mortale ex ſuo genere, ꝓpterea aliquãdo eſt peccatũ veniale.

Concluſio prima. Auaritia ſecundum quod opponitur iuſtitiæ, ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Et probat concluſionem iſtam; Auaritia ſic conſiderata includit furtum, vel rapinam, ſed furtum, & rapina ex genere ſuo eſt peccatum mortale; ergo & auaritia, prout opponitur iuſtitiæ mortale peccatum erit. Si enim aliquis motus ex auaritia iniuſtè accipit, vel retinet rem alienam, quod pertinet ad rapinam, vel ad furtum, quod de ſuo genere eſt peccatum mortale, peccabit mortaliter, ratione iniuſtitiæ contra proximum illatæ.

Concluſio ſecunda, contingit quandoque auaritiam, prout opponitur iuſtitię, eſſe peccatum veniale propter imperfectionem actus. Probatur Concluſio iſta, quia hoc idem accidit in furto, & rapina, propter imperfectionem actus, vel paruitatem materiæ, prout docet Doctor ſanctus, 2. 2. q. 66. ar. 6. & 8.

Concluſio tertia. Auaritia ſecundum quod opponitur liberalitati, eſt quandoque mortale peccatum, quandoque veniale.

Auaritia put opponitur liberalitati qñ eſt peccatum mortale, & quandoque veniale.

Concluſio iſta probatur quo ad vtranque partem. Et primo quo ad primam. Nam amor diuitiarum quandoque in tantum creſcit, vt præferatur charitati, & huius amor eſt ſignum, quod auaritia iſta eſt peccatũ mortale. Quandoq. talis amor non in tantum creſcit, licet ſit inordinatus, ſed ſiſtit infra limites charitatis. Et hoc accidit, quando homo propter diuitias non vult aliquid facere contra Deum, & proximum, licet ſuperfluè amet diuitias tunc auaritia peccatum veniale eſt, quod & clarius percipitur, ſi conſideretur natura auaritiæ. Auaritia enim poteſt eſſe in damno alterius, & ſine damno. Si eſt ſine damno, opponitur tantum liberalitati, & poteſt eſſe veniale. Si autem eſt cum damno alterius, non ſolum opponitur liberalitati, ſed iuſtitię etiam, & de ſe eſt mortalis culpæ, vt dictum eſt in prima concluſione. Eadem ratione prodigalitas, quæ fit ſine damno, licet exorbitet à liberalitate, eſt tamẽ culpa venialis. Si autem prodigalitas eſſet cum damno alterius, eſſet peccatum mortale, quoniam opponitur iuſtitiæ; Vnde qui inordinatè retinet, vel prodigit in damnum alterius, peccat mortaliter, qui ſine damno, peccat venialiter. Et hoc totum docet Doctor ſanctus, dicendo; Si amor diuitiarum in auaro tantum creſcit, quod præferatur charitati; v.g. ſi propter amorem diuitiarum non veretur aliquid agere contra Deum, vel contra proximum, talis auaritia eſt peccatum mortale, auarus ille non præfert amorem diuitiarum amori diuino, id eſt, ſi propter diuitias non intendit agere aliquid contra Deum, vel proximum, eſt peccatum veniale. Ex qua regula faciliter quis cognoſcere poteſt, quando aliquis peccat mortaliter in amãdo creaturas, & quando venialiter; Quando inordinatus appetitus, ſiue gulæ, ſiue ſuperbiæ, ſiue alterius peccati, ita creſcit, quod talis peccator, vt exequatur intentum ſuum, non veretur agere contra Deum, vel proximum, eſt peccatum mortale, ſi in tali actione non intendit contra Deum, vel contra proximum agere, eſt veniale peccatum, dummodo ſit paratus relinquere opus inceptum, vel incipiendum, quando cognoſceret illud eſſe contra Deum, vel contra proximum, quod magis percipi poteſt per ea, quæ modo dicemus.

Multipliciter homo peccare põt mortaliter, peccato auaritiæ, & venialiter.

Obſeruandum igitur eſt, quod auaritia multipliciter eſt peccatum mortale. Primo quando ex cupiditate quis accipit rem alienam, vel retinet illã inuito domino, ſi autem dominus rei eſſet contentus, acceptio non eſſet furtum, nec retentio rapina. Vnde formaliter non eſſet auaritia, nec mortale peccatum. Similiter ſi res rapta eſſet parui momenti, veniale eſſet. Peccat etiam mortaliter ſi inuito domino retinet rem alicuius momenti penè ſe dũ determinat illam nolle reſtituere. Peccat etiã mortaliter, quando acquirit rem inuito domino, ſcilicet, per uſuram, uel ſimoniam, peccat mortaliter appetendo animo deliberato aliqua illicitè, ita quod procederet in opus, ſi adeſſet facultas, licet non perueniat ad acta, peccat mortaliter; quia tale deſiderium eſt contra legem Dei, in quo ſcriptum eſt; Non concupiſces rem proximi ſui, peccat etiam mortaliter, quoniam ita amat iſta tẽporalia, quod non curat ſubuenire proximo ſuo in maxima neceſſitate exiſtenti; prout oſtendit D. Io. cap. 3. ſuæ Epiſtolæ, dicendo: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei eſt in illo? quaſi dicat in eo non eſt charitas Dei. Quoniam in quo eſt charitas Dei, in eo eſt dilectio proximi. Vltimo auaritia eſt peccatũ mortale

tale

Google

tale ex ſuo genere ratione finis, quem pertertit.

Nota.

Duplex eſt finis. Vltimus, & medius; finis ad quem, & finis quo: ſimiliter duplex bonum, bonũ ſimpliciter, & bonum tale; bonum ſimpliciter reſpondet fini vltimo, fini ad quem. Et bonum tale reſpondet fini quo; ſimiliter duplex amor, ſcilicet, amor ſimpliciter, & amor talis. Amor ſimpliciter reſpondet bono ſimpliciter, & fini vltimo, ſiue ad quem. Amor talis, ſed non principalis reſpondet fini ſecundario. Auaritia igitur, prout eſt amor inordinatus rerum temporalium. Ita quod in illis reperitur peccatum mortale, in quibus finis talis actionis non eſt finis ſimpliciter vltimus, ſed finis medius, non primarius ſimpliciter, ſed in tali genere, nec mirãdum eſt de hoc, quia in iſtis affectib. auerſio eſt ab incommutabili bono ad bonum commutabile, ex quibus ſequitur, quod auaritia in quantum ordinat auarum ad temporale bonum, inquãtum auarus fruitur bonis temporalibus, & vltimum ſuum finem ponit in illis, eſt peccatum mortale, in mortaliq; exiſtit auarus ipſe. Immò eſt in peccato mortali grauiſſimo, quia peccat contra proximum, contra pietatem, quæ eſt maxima virtus inter illas virtutes, quę ſunt ad proximum. prout in primo dubio modo proponendo clarè apparebit.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit, An auaritia ſit maximum peccatorum. Et pro vtraque parte adducit rationes efficaces.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratio deſumitur ab authoritate. Dicitur enim Eccleſiaſt. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius, & poſtea ſubdit. Nihil eſt iniquius quã amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet. Et Tullius in 1. de officijs 2. cuius titulus eſt. Vera magnanimitas in duobus ſita eſt, dicit. Nihil eſt tam anguſti animi, tamque parui, quam amare pecuniam, ſed hoc pertinet ad auaritiam; ergo auaritia eſt grauiſſimum peccatorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua adducit talem rationem. Adulterium eſt grauius peccatum, quam furtum. Vt habetur 6. Prouerb. furtum autem pertinet ad auaritiam; ergo auaritia non eſt maximum peccatorum.

Dubij deciſio pro utraque parte.

Oſtẽditur in quibus conſiſtit formaliter peccatũ, & peccatorũ grauitas.

LEctor Theologus quo ad hoc dubium tria facit, primo declarat aliqua pro intelligentia doctrinæ, ſecundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuæ: quo ad primum dicit, quòd Angelicus Doctor pro fundamento doctrinæ declarat illa, quæ in omni peccato inueniuntur, dicendo, quòd omne peccatum ex eo ipſo, quod eſt malum, conſiſtit in quadam priuatione, vel corruptione alicuius boni. In quantum eſt voluntarium conſiſtit in appetitu alicuius boni, ſtante hoc ponit aliam diſtinctionem, circa ordinem peccatorum, dicendo. Ordo peccatorum dupliciter poteſt attendi, primo ex parte boni, quod per peccatum corrumpitur, vel contemnitur. Et ſecundum hanc conſiderationem tanto grauius eſt peccatum, quantum dignius eſt bonum, quod corrumpitur, vel contemnitur. In quo ſenſu peccatum, quod eſt cõtra Deum grauiſſimum eſt, & ſub iſto eſt peccatum, quod eſt contra perſonam hominis, ſub quo eſt peccatum, quod eſt contra res exteriores, quæ ad vſum hominis ſunt deputatæ, & in hoc conſiſtit peccatum auaritiæ. In quo ſenſu auaritia non eſt maximum peccatorum.

Alio modo poteſt attendi gradus peccatorum. ſcilicet, ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus. Nam quanto minus eſt bonum illud, cui adhæret appetitus inordinatus, tanto magis peccatum eſt deforme. Cum turpius ſit ſubeſſe inferiori bono, quam ſuperiori.

Bonum autem rerum exteriorum eſt infimum inter bona humana, cum ſit inferius non ſolum ad bonum animæ, verum ad bonum corporis; ſupra quæ bona ſimpliciter præſtantius eſt bonum diuinum. Et quia auaritia ordinatur ad hæc bona inferiora, apparet grauitas peccati illius. Hæc pro primo puncto. Modò ponemus concluſiones.

Auaritia ex parte obiecti non eſt maximum peccatorũ, ſed minimũ ex parte boni cui ſubijcit homo.

Concluſio prima. Ex parte boni, quod contemnitur, vel corrumpitur peccatum exiſtens contra Deum eſt grauiſſimum, poſtea, quod eſt contra perſonam hominis, tertio contra res, quæ ſunt ad vſum hominis deputatæ, in quorum numero computatur auaritia. In quo ſenſu auaritia non eſt maximum peccatorum, ſed minimum.

Concluſionis probatio habetur ex dictis in notandis. Nam bonum diuinum eſt maius, quam perſona hominis. Et perſona hominis eſt maius bonũ, quam res exteriores, in ordine ad quas eſt auaritia. Et quanto maius eſt bonum, quod contemnitur, vel corrumpitur, tanto grauius eſt peccatum; ergo in hoc ſenſu auaritia non eſt grauiſſimum peccatorum, ſed grauiora peccata ſunt illa, quæ immediatè ſunt contra Deum, vel contra proximi perſonam.

Auaritia turpiſſimũ peccatum eſt.

Concluſio ſecunda. Ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus peccatum auaritię habet maiorem deformitatem.

Probatur concluſio iſta. Turpius, ſeu deformius eſt ſubijci inferiori bono, quam ſuperiori. Et res externæ ſunt infimum quid inter res humanas; ergo eſt etiam grauiſſimum peccatum, quia eſt contra pietatem, & miſericordiam. Cum auarus ita ſit crudelis, quod permittit perire pauperem fame, vel alia miſeria, potius quam priuare ſe bonis ſuis, & illi ſubuenire poſito in tali, & tanta neceſſitate. Auaritia grauiſſimum peccatum eſt, quia eſt contra iuſtitiam. Iuſtitia enim medium tenet inter ſuperfluum, & diminutum. Auaritia excedit in accipiendo, & retinendo, deficit verò in dando. Accipit ab alijs pluſquam debet furando, rapiendo, extorquendo, fœnerando, & fraudulendo. Minus dat ſibi, & alijs in neceſſitatibus occurrentibus. Auaritia contraria eſt liberalitati, quæ facit homines alijs gratos, dando, & recipiendo, dando pro paruo magnum. Liberalis non appreciat diuitias propter ſeipſum, benè autem propter alios, ſcilicet,

Ex multis auaritia eſſe grauiſſimum inter peccata oſtẽditur.

vt

vt eas det alijs. Auarus appetit diuitias propter ſeipſum, quia in ipſis ſuam felicitatem ponit, non propter alios, quia illas alijs dare non vult. Qua de cauſa non mirum eſt, ſi Eccleſiaſticus dicat; Auaro nihil eſt ſceleſtius, ideſt, pronius ad peccatum, vel nihil ſceleſtius, ideſt, turpius, & vilius. Cum auarus præferat bonum minimum commutabile bono maximo incommutabili. Et ſubdit nihil iniquius, quam amare pecuniam, quoniam pro re parui momenti dat animam ſuam, dimittit bona cœleſtia, & acquirit bona terrena. Ex auaritia procedunt omnia ſupplicia, quoniam ab illa originem trahunt omnia vitia. Primo ſuperbia, cum diuitiæ faciant hominem ſuperbum. Oritur luxuria, in ſignum cuius Dominicus aſſociauit diuitijs voluptatem dicens. A diuitijs, & voluptatibus euntes ſuffocauerunt illud. Hinc ortum habet ira, nam ſibi ipſis inuidunt auari lucra, talia facit inuidia, præcipuè cum alius eo ditior factus fuerit. Deſcendit accidia, ſi non lucratur; Grauiſſimum peccatum ergo eſt auaritia, nam in grauitate præcedit prodigalitatem; primo quia magis opponitur liberalitati. Magis enim ad liberalitatem pertinet dare, in quo abundat prodigus, quam accipere, & retinere, in quo ſuperabundat auarus; ſecundo quia prodigus eſt vtilis illis, quibus dat ſuum. Auarus nullis vtilis eſt, immò neque ſibi ipſi, ex 4. Ethic. tertio, quia prodigus faciliter ſanatur per hoc, quod declinat ad ſenectutem, quæ eſt contraria prodigalitati. Et etiam quia diſtribuendo ſua venit ad paupertatem, quæ neceſſitat retinere ſua, & remouere à ſe vitium prodigalitatis. Auarus autem non de facili ſanatur, immò ſemper deterioratur, quia ſemper ſitit, & quãto nũmi abundant, tãto auaritia creſcit. His tamen non obſtantibus ponitur vltima concluſio cum vno corolario, vt clarius doctrina percipiatur.

Ex auaritia multa mala, & peccata nõ pauca oriuntur.

Auaritia nõ eſt ſimpliciter maximũ peccatum.

Concluſio tertia. Auaritia non eſt ſimpliciter maximum peccatum. Probatio concluſionis eſt: quia magis iudicanda eſt grauitas in peccato, ex parte boni, quod corrumpitur, quam ex parte boni, cui appetitus peccantis ſubijcitur, ratio eſt, quia primum formaliter ſe tenet ex parte peccati, ſecundum autem materialiter ſe habet in peccato.

Corolarium. Ergo in peccatis magis attenditur grauitas ex parte auerſionis, quam ex parte conuerſionis, ergo in eis auerſio ſe tenet formaliter: conuerſio aũt materialiter, ideſt, in peccato auerſio eſt formale, conuerſio autem materiale. His igitur poſitis pro deciſione dubij ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus dicit primæ inſtantiæ, quod authoritates illę loquuntur ex parte boni, cui ſubditur appetitus, non autem ex parte boni, quod contemnitur. Argumentum loquitur materialiter, non autem formaliter. Vnde in Eccleſiaſtico pro ratione ſubditur, quod Auarus ſuam animam habet venalem, ideſt, quia animam ſuam, ideſt, vitam ſuam exponit periculis pro pecunia. Vnde ibi ſubdit; Quoniam in vita ſua proiecit, ideſt, contempſit intima ſua, vt, ſcilicet, pecuniam lucraretur. Tullius autem in loco citato in argumento dicit. Hoc eſſe anguſti animi, vt, ſcilicet, velit pecuniæ ſubijci.

Auarus non timet perdere vitam, vt poſſidere poſſit pecunias

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator dicendo: Tanto aliquod peccatum eſt grauius, quanto magis charitati contrariatur. Sed auaritia maximè contrariatur charitati, ergo auaritia eſt maximum peccatorum. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor ſic probatur. Dicit enim D. Auguſtinus, in lib. 83. quæſtionum, quod venenum charitatis eſt cupiditas; ergo auaritia maximè contrariatur charitati.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus negat Minorem, & ad probationem dicit, quod D. Auguſtinus ibi accipit cupiditatem generaliter pro quocunque temporali bono, non autem ſpecialiter, prout accipitur pro auaritia. Cupiditas enim cuiuſcunque temporalis boni eſt venenum charitatis, in quantum, ſcilicet, homo ſpernit bonum diuinum, propter hoc, quod inhęret bono temporali.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo. Ad grauitatem peccati pertinet, quod ſit incurabile, ſed auaritia eſt peccatum inſanabile; ergo auaritia eſt grauiſſimum peccatorũ. Et probat vtranque propoſitionem. Maiorem ſic. Peccatum in Spiritum Sãctum dicitur grauiſſimum, quia eſt irremiſſibile; ergo ad grauitatem peccati pertinet, quod ſit irremiſſibile. Minorem probat ſic. Inquit Ariſt. in 4. Ethic. cap. 2. quod ſenectus, & omnis impotentia auaros facit, ergo auaritia eſt peccatum inſanabile.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ad minorem dicit, quod aliter eſt inſanabile peccatum in Spiritum Sanctum, & aliter auaritia. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt inſanabile ex parte contemptus, in quantum homo contemnit miſericordiam, vel iuſtitiam diuinam, vel aliquid eorum, per quæ hominis peccata ſanantur. Vnde talis inſanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati. Auaritia autem habet inſanabilitatem ex parte defectus humani, in quem ſemper procedit humana natura; quia quo aliquis eſt magis deficiens, eo magis indiget adminiculo exteriorum rerum, & ideo magis in auaritiam labitur. Vnde per talem inſanabilitatem non oſtenditur peccatum eſſe grauius, ſed quodammodo periculoſius.

Inſtantia 4.

Non manet ſatisfactus argumentator, propterea de nouo inſtat dicendo; Idolatria eſt grauiſſimum peccatorum, ſed auaritia per D. Paulum ad Epheſios, eſt Idolorum ſeruitus, ergo auaritia vndequaque eſt grauiſſimum peccatorum.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſoluit hãc inſtantiam dicendo, quod D. Paulus loquitur non propriè, ſed comparatiuè, per quandam ſimilitudinem, quam habet auaritia ad Idolatriam, quia ſicut Idolatra ſubiecit ſe creaturæ exteriori, ita etiam auarus, non tamen eodem modo. Idolatra quidem ſubiecit ſe creaturæ exteriori, vt exhibeat ei cultũ diuinũ. Auarus autem ſubiecit ſe creaturę exteriori immoderate eam concupiſcendo ad vſum, non tamen ad cultum.

Auaritia dicitur idolatria, non propriè, ſed impropriè.

Et ideo (inquit D. Thom.) non oportet, quod auaritia habeat tantam grauitatem, quantam habet

Ido-

Digitized by Google

Idolatria. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

LEctor in hoc dubio quærit, ſi auaritia ſit peccatum carnale, vel ſpirituale. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod ſit peccatum ſpirituale, tale ratiocinium adducit. D. Gregorius 31. Moralium, comparat auaritiam cum vitijs ſpiritualibus; ergo auaritia eſt vitium ſpirituale, & non carnale, valet conſequentia, aliter ſua comparatio non eſſet vera, & realis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic procedit. Peccata ſpiritualia videntur eſſe circa ſpiritualia bona, ſed materia auaritiæ ſunt bona corporalia. ſ. exteriores diuitiæ; ergo auaritia non eſt peccatum ſpirituale.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus, quo ad dubiũ iſtud tria facit, primo declarat aliqua neceſſaria ad intelligentiam concluſionis, ſecundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum, dicit cum D. Thom. quod cum peccatum præcipuè in affectu conſiſtat, peccatum non eſſet peccatum, niſi eſſet voluntarium. Et omnes paſſiones, ſiue affectiones animæ terminantur ad delectationes, & triſtitias, prout docet Phyloſophus 2. Ethic. c. 5. circa principium tomi 5. Carnales quidem delectationes dicuntur, quæ in ſenſu carnis complentur, ſicut delectationes ciborum, & venereorum. Delectationes verò ſpirituales dicuntur, quæ complectuntur in ſola animæ apprehenſione. Ex quibus infertur concluſio, ſcilicet. Auaritia eſt peccatum ſpirituale, & non carnale, Concluſio conſtat authoritate D. Gregorij in ratione adducta pro parte affirmatiua dubij. Et probatur ratione. Delectationes ſpirituales dicuntur, quæ complectuntur in ſola animæ apprehenſione. Illa igitur peccata dicuntur ſpiritualia, quæ perficiuntur in ſpiritualibus delectationibus abſque carnali delectatione: talis eſt auaritia; ergo eſt peccatum ſpirituale. Maior propoſitio habetur ex D. Th. Minor probatur ſic. Delectatur auarus in hoc, quod conſiderat ſe eſſe poſſeſſorem diuitiarum, ſaltem in certa ſpecie; ergo auaritia conſiſtit in delectatione ſpirituali, non autem carnali. Nam carnales delectationes dicuntur, quæ in ſenſu carnis complentur, ſicut delectatio ciborum, & venereorum, de numero iſtorum non eſt auaritia vt patet; ergo non carnale, ſed ſpirituale peccatum eſt auaritia. His declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Auaritia cõputatur inter peccata ſpiritualia, nõ autem inter venialia peccata.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod licet auaritia verſatur circa corporale obiectum, non tamen quærit delectationem corporalem, ſed ſolum animalem, prout homo in hoc delectatur, quod diuitias poſſideat, & ideo non eſt peccatum carnale. Et addit vnum Angelicus Doctor. ſ. quod peccatum auaritiæ, ratione obiecti, medium tenet inter peccata pure ſpiritualia, quæ quærunt delectationem ſpiritualem circa illa obiecta ſpiritualia, ſicut ſuperbia eſt circa excellentiam. Et vitia pure carnalia, quæ quærunt delectationem puram corporalem circa obiectum corporale. Ex quibus patet, quod peccata ſpiritualia totaliter sũt circa obiecta ſpiritualia, quærendo delectationem ſpiritualem inordinatam de eis: ſpiritualia media aũt ſunt circa obiecta corporalia, inordinatam delectationẽ ſpiritualem quærendo de eis, prout dicimus de auaritia, de qua eſt diſputatio.

Auaritia eſt vitiũ mediũ inter vitia corporalia, & ſpiritualia formaliter tamẽ eſt ſpirituale

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra prædicta dicendo. Peccatum ſpirituale contra carnale diuiditur, ſed auaritia videtur eſſe vitium carnale, ſequitur. n. corruptionem carnis, vt patet in ſenibus, qui propter naturalem carnis defectum in auaritiam incidunt; ergo auaritia non eſt peccatum ſpirituale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem ad probationem. Et dicit, quod nihil concludit. Nam motus recipit ſpeciẽ ad terminum, ad quem, & nõ à termino à quo. Vnde vitium dicitur carnale, quia tendit in delectationem carnalem, non autem ex eo, quod prouenit ex aliquo defectu carnis. Auaritia autem licet proueniat ex defectu carnis, eſt vitium ſpirituale, quod auarus delectatur in illa complacentia, orta ex poſſeſſione diuitiarum.

Inſtantia 3.

Contra hanc reſponſionem inſtat de nouo argumentator dicendo. Peccatum carnale eſt, per quod etiam corpus hominis deordinatur, ioxta illud Apoſtoli 1. Corint. 6. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat, ſed auaritia etiam corporaliter hominem uexat, prout docet D. Chryſoſt. in Matth. 5. quo in loco comparat auarum demoniaco, qui in corpore vexatur; ergo auaritia non uidetur eſſe uitium ſpirituale, ſed corporale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem. Et ad probationem dicit, quod D. Chryſoſt. comparat auarum demoniaco, non quia uexatur in carne ſicut demoniacus, ſed per oppoſitum: quia ſicut demoniacus ille, de quo legitur Matth. 5. ſe denudabat, ita auarus ſe ſuperfluis diuitijs onerat. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit primo argõ dicendo: ꝙ quando inordinatus appetitus tpalium rerũ excludit charitatẽ Dei, & proximi, eſt auaritia mortalis: qñ non excludit charitatem, eſt peccatum veniale. D. Paulus in argumento loquebatur de auaritia primo modo ſumpta, & non ſecundo modo.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit contra ſupradicta dicendo: Nullus excæcatur ſpirituali cæcitate, niſi per peccatum mortale, ꝙ aĩam priuat lumine gratię. Sed D. Chry. Hom. 15. in Matth. dicit. Tenebra animæ eſt pecuniarum cupido; ergo auaritia, quæ eſt pecuniarum cupido, eſt peccatum mortale.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſtat ĩ prima reſpõſione & dicit, ꝙ cupido diuitiarum obtenebrat aĩam propriè, quando excludit lumen charitatis, præferendo amorem diuitiarum amori diuino. Si autem eſt cupido diuitiarum,

Digitized by Google

Inſtantia 4. De nouo ſe opponit argumentator dicens. Phyloſophus in 4. Ethic. cap. 1. circa finem, ponit multa genera vitiorum pertinentium ad auaritiam, quam nominat illiberalitatem, videlicet, parcos, tenaces chirubiles, liberales operantes. Et de meretricio paſtos, & vſurarios, & aleatores, & mortuorum ſepelitores, & latrones; ergo videtur, quod prædicta enumeratio ſeptem filiarum ſit inſufficiens.

Inſtant. ſolutio. Ad antecedens dicit Theologus, quod Ariſt. ibi enumerauit ſpecies auaritiæ, & non filias. Vnde argumentum non concludit. Poteſt tamen, inquit D. Thom. aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo, quod deficit in dando. Et ſi parum det, vocatur parcus; Si autem nihil, tenax. Si cum maxima difficultate det, vocatur chirubelis, quaſi chiruini venditor, qui de paruis magnam vim facit. Quandoque aliquid dicitur illiberalis, vel auarus, quia excedit in accipiendo. Et hoc dupliciter; primo, quia turpiter lucratur, vel vilia, & ſeruilia opera exercendo per illiberales operationes. Vel quia de aliquibus vitioſis actibus lucratur, ſicut de meretricio, vel de aliquo huiuſmodi. Vel quia lucratur de eo, quod gratis oportet concedere ſicut vſurarij. Vel quia lucratur parua cum magno labore. Alio modo, quia iniuſtè lucratur, vel nimis vim inferendo ſicut latrones, vel mortuos ſpoliando. Vel ab amicis auferendo ſicut aleatores.

Inſtantia 5. Adhuc non acquieſcit argumentator, ait enim Tyranni maximas violentias ſubditis inferunt. Et tamen iſti per Ariſtotelem non dicuntur auari; ergo violentia non debet poni filia auaritiæ. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur. Dicit enim Ariſt. lib. 4. Ethic. cap. 1. circa finem, quod Tyrannos ciuitates deſolantes, & ſacra predantes, non dicimus illiberales, ideſt, auaros; ergo violenti non dicuntur auari, erga &c.

Inſtant. ſolutio. Concedit totum argumentum Theologus, ſed negat conſequentiam, vel illationem conſequentis; ratio eſt; quia ſicut liberalitas eſt circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vnde Tyranni, qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur illiberales, idest, auari, ſed dicuntur iniuſti. His ſic terminatis, pro dubio, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Theologus concedit totum argumentum, & negat illationem concluſionis, & aſſignat rationem talis negationis dicendo, quod non eſt eadem ratio de vitio, & de virtute, quia virtus perficitur ſecundum rationem. Vitium autem perficitur ſecundum inclinationem appetitus ſenſitiui. Non enim ad idem genus principaliter reſpicit ratio, & appetitus ſenſitiuus; & ideo non oportet, quod principale vitium opponatur principali virtuti. In propoſito autem non eſt eadem ratio de his tribus, ſcilicet, liberalitate, prodigalitate, & auaritia. Vnde licet liberalitas nō ſit principalis virtus, auaritia tamen eſt principale vitium, quia reſpicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona ſenſibilia, ratione adducta in deciſione caſus. Prodigalitas autem non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, ſed magis videtur procedere ex defectu rationis. Hoc manifeſtat Ariſt. in 4. Ethic. dicendo, quod Prodigus magis dicendus eſt vanus, quam malus.

Argumẽtum ſecundum. Lector contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum, dicendo ex ſupradictis. Illa dicuntur eſſe vitia capitalia, quæ habent principales fines, ad quos ordinantur fines aliorum vitiorum, ſed hoc non competit auaritiæ: cum diuitiæ non habeant rationem finis, ſed magis rationem eius, quod eſt ad finem, prout docet Ariſt. 1. Ethic. cap. 5. circa finem tomi 5. ergo auaritia non eſt vitium capitale.

Argumenti ſolutio. Theologus negat minorem propoſitionem, ſcilicet, quod auaritiæ non competat habere principales fines, ad quos ordinantur fines aliorum vitiorum; pecunia enim ordinatur ad alium finem, inquantum eſt vtilis ad omnia ſenſibilia acquirenda, continet quodammodo virtute omnia. Et ideo habet quandam ſimilitudinem felicitatis. Vt dictum eſt in deciſione caſus.

Argumẽtum tertium. Vltimum argumentum defert in medium Lector dicendo; D. Gregorius 15. Moralium dicit, quod auaritia quãdoq. oritur ex illatione, quandoque ex timore. Dum enim quidam deficere ſibi neceſſaria ad ſumptum æſtimant mentem ad auaritiam relaxant. Sunt alij, qui dum potiores videri appetunt, ad alienarum rerum ambitum ſuccedunt; ergo auaritia magis oritur ab alijs vitijs, quam ipſa ſit vitium capitale reſpectu aliorum.

Argumenti ſolutio. Theologus negat illationem, & aſſignat rationem talis negationis, dicendo, quod nihil prohibet vitium capitale, interdum à quibuſdam alijs oriri. Vt docet Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 36. art. 4. ad primum, & p. 2. quæſt. 84. art. 4. dicitur tamen capitale tale vitium dum ſoleat plerunque alia vitia ab illo oriri, prout in propoſito noſtro de auaritia, quæ inter vitia capitalia connumerantur. Hæc ſint pro caſu iſto, & pro tota diſputatione hac. Et pro ſigillo diſputationum in littera A.

DISPVTATIO PRIMA in littera B.

De Bannito.

IN hac prima diſputatione Lector vnum tantum quærit, ſi liceat cuilibet occidere bannitum. Difficultas enim huius caſus in hoc conſiſtit; An liceat cuilibet occidere eum, qui rebellis eſt ſuæ ciuitati, vel Principi noxius, & bannitus, repertus extra terminos ſuæ iuriſdictionis; verbi gratia, ſi ipſa ciuitas eum banniuit ſub hoc ædicto publico, vt ſi quis eum vbique occidat, premium recipiat pecuniæ, cum authoritate liberandi alios bannitos &c.

Pro vtraque enim parte Lector format argumenta.

Digitized by Google

His conclnſionibus poſitis, & declaratis, ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Pauperes habẽt ius ſuper diuitias ſuperfluas diuitũ, ad illos diuitiæ iſtæ pertinent.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ, dicendo ad Minorem propoſitionem, quod licet nulli determinato pauperi ſit acquiſitum ius, vt debeatur ſibi id, quod diues habet de ſuperfluo, quia ex arbitrio diuitis pendet diſpenſatio, vt illi, vel illi indigenti det. Quia tamen communi bono hominum acquiſitum eſt ius; Vt quæ ſuperſunt vni, detur indigentibus, ideo Princeps, cuius eſt curam habere de communi bono, poteſt ex officio ad hoc cogere tales diuites. Et quia inquit Illuſtriſſimus D. Caietanus, violatio legalis debiti in diuitijs, iuſtitiam violat, non liberalitatem, ut docet D.Thom. in reſponſione ſecundi argumenti caſus: iniuſtitia autem ex ſuo genere eſt peccatum mortale, vtpotè contra bonum proximi, vt ex ſupradictis conſtat, ideo diues non diſpenſans ſuperflua, ſed cumulans ad emendum ſibi dominium, ex ſola aſcendendi libidine, non ſolum illicitè agit propter libidinem dominandi, & inordinatum amorem pecuniæ, ſed mortaliter peccat, contra proximorum indigentiam occupando ſuperflua, quæ pauperibus debentur ex hoc ipſo, quod ſuperflua ſunt; ut habes ex D.Baſilio, & ex D.Th. in litera. Hæc ſint pro dubio iſto, & pro diſputatione caſus præſentis, & dubiorũ eius. Nunc aũt accedamus ad vltimũ caſum.

Caſus tertius.

LEctor in hoc vltimo caſu quærit; Vtrum auaritia ſit vitium capitale. Et in eius dubio inueſtigat, quæ nam ſunt filiæ illius.

In caſu ergo quærit Lector. Vtrum auaritia (peſſimum peccatum) ſit vitium capitale.

In dubio autem inueſtigat. An proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obduratio, ſint auaritiæ filiæ.

In caſu igitur quærit Lector; Vtrũ auaritia ſit vitiũ capitale, & format argumenta pro vtraq. parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. D.Gregorius 31. Moralium; Auaritiam computat inter vitia capitalia, ergo hoc affirmare debemus.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, nihilominus eſt argumentum apparens. Auaritia enim opponitur liberalitati ſicut medio, & prodigalitati ſicut extremo, ſed neque liberalitas eſt principalis virtus, neque prodigalitas eſt vitium capitale; ergo neque auaritia debet poni vitium capitale.

Lector Theologus pro deciſione caſus duo facit, primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, poſtea manifeſtat quantitatem, & qualitatem filiarum eius, quæ continentur in dubio ipſiuſmet caſus: ſecũdo ſoluit argumẽta partis negatiuæ.

Auaritia quæ cõſiſtit in appetitu, vel deſiderio pecuniæ, eſt peccatum capitale

Concluſio. Auaritia, quæ conſiſtit in appetitu, vel deſiderio pecuniæ, eſt capitale peccatum. Et probat hanc concluſionem. Illud dicitur, & eſt vitium capitale, ex quo oriuntur alia peccata in ratione finis appetibilis. Auaritia in ordine ad multa alia peccata ſic ſe habet, vt ex ſuperioribus patet; ergo auaritia eſt vitium capitale. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur. Inquit Ariſt. 5. Ethic. Denario vtimur quaſi fideiuſſorio ad omnia. Per pecuniam enim homo habet, quod cor ſuum deſiderat; hoc enim prędixerat Sapiens Prouerb. Pecunię obediunt omnia, ergo auaritia, quæ eſt appetitus pecuniæ, eſt illa, qua homo ad omnia tendere poteſt; ergo de ſe auaritia eſt peccatum capitale. Et confirmatur hoc. Illud eſt peccatum capitale, quod habet multas filias, vel ex quo fluunt multa peccata, Auaritia ſic ſe habet, ergo eſt peccatum capitale. Vlterius. Auaritia, prout ex iam dictis patet, eſt ſuperfluus amor habẽdi diuitias, primo dicitur amor ſuperfluus in retinendo, & in acquirendo ſecundo, vnde ſicut capilli ex ſuperfluitatib. humoris capitis oriũtur, ita & vitia multa ex auaritia, ergo auaritia dicitur, & eſt peccatũ capitale diſtinctum ab alijs. D.Thom. optimè hanc veritatem manifeſtat dicendo. Vitium capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur ſecundum rationem finis. Finis autem maximè appetibilis, eſt beatitudo, vel felicitas, quæ eſt vltimus finis vitæ humanæ, prout habetur p. 2. q. 1. ar. 4. 7. & 8. Et ideo quanto magis quid accipit conditionẽ felicitatis, tanto magis eſt appetibile. At vna de cõditionibus felicitatis eſt, vt ſit per ſe ſufficiẽs, alioquin non quietaret appetitum, tanquam vltimus finis, ſed per ſe ſufficientiam maximam repromittunt diuitiæ, per Boetium lib. 3. proſa 3. circa medium; cuius ratio eſt, quia ſicut Philoſophus dicit in 5. Ethic. Denario vtimur tanquam fideiuſſore, ad omnia habenda. Et Eccl. 10. dicitur. Pecuniæ obediunt omnia. Et ideo auaritia, quæ conſiſtit in appetitu pecuniæ, eſt vitium capitale. Sed vt clarius hoc percipiatur, proponendum eſt dubium de eius filiabus, quænam ſunt illæ?

Dubium.

LEctor quærit in hoc dubio. An proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentiæ, & contra miſericordiam obduratio, ſint auaritiæ filię? rationes adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, eſt authoritas D.Gregorij 31. Moralium. Vbi enumerat has ſeptem ſupra enumeratas eſſe filias ſuperbiæ, ergo ſunt de facto.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, eſt ratio validiſſima. Auaritia opponitur liberalitati, vt dictum eſt in caſu præcedenti. Proditio autem, fraus, & fallacia opponuntur prudentiæ, periuriũ Religioni, inquietudo ſpei, vel charitati, quæ quieſcit in amato. Violentiæ opponuntur iuſtitiæ, obduratio miſericordię; ergo huiuſmodi vitia non pertinent ad auaritiam, nec ſunt eius filiæ.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto dua facit, primo vnica concluſione, ex qua deducit ſex corolaria ſatisfacit quæſito, ſecundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio reſpõſiua quęſito. Ex auaritia oriũtur

 tan-

ſta et in vtero. Et ſubdit. Nunc verò cum ipſe etiã, ſcilicet, infans baptizatur, nõ vtique ad maternum corpus, cum eſſet vtero pertinebat. Ex quibus concludit Doctor ſanctus; Nullo modo infantes in maternis vteris exiſtentes baptizari poſſunt. Dato quod matres, in ventre quarum exiſtunt filij geniti, etiam animati ſuſcipiant ſacramentum baptiſmi. Hoc enim iam terminatũ fuerat in Concilio Neocæſarienſi, cuius Canones per Synodum 5. Conſtantinopolitanam, in Trullo celebratam, probati fuerunt, vbi habetur, quod pueri in maternis vteris non poſſunt baptizari. Cum igitur dicat ſacrum Concilium Canone 6. Grauida oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc, quæ parit naſcenti communicat, propterea quod vniuſcuiuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaratur. Hæc dicuntur in prima editione illius Concilij, in ſecunda tamen clarius loquitur. De prægnantibus, quod oportet eas baptizari quando volunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi, qui de eius vtero fuerit editus, quia vniuſcuiuſque in illa confeſſione libertas arbitrij declaratur. Ecce quod apertè determinat, quod in ſacramento baptiſmi, quo baptizatur mater, nihil communicat infans vtero eius incluſus. Ergo à fortiori innuit Concilium, quod per hoc, quod corpus matris iam baptizatæ lauatur aqua baptiſmali ad baptizandum puerum intus exiſtentem, non attingitur puer ille a ſacramento. Si igitur ſacramentum baptiſmi collatum matri baptizandæ non pertingit ad puerum baptizandum, multo minus aqua ſuperfuſa matri baptizatæ iam; & non baptizat matrem baptizabit infantem. Nec valet ſi reuertatur ad intentionem volẽtem baptizare infantem non matrem, quoniam loquitur Concilium de re ipſa in ſe conſiderata. Si enim vidiſſet, quod ſecundum rem ipſam poſſet baptiſmus matris baptizaret & incluſum puerum, cur non dixiſſet. Baptizantes non matrem grauidam habentis intentionem ad baptizandum etiam ſimul puerum. Certè hoc dicere facile erat Concilio, & facilius pro ſalute pueri, ſi verum eſſet. Potuiſſet enim, & tunc ipſa confeſſio matris, qua reſpondebat credo reputari etiam pro puero, ſicut & confeſſio patrini talis, computatur nunc pro puero nato baptizando: potuiſſet etiam formam baptiſmi proferri ſic. Ego baptizo vos, ſicut & nunc fieret, quando tempore neceſſitatis multi baptizant, quæſt. 7. art. 5. ad quartum, 3. p. Ceterum, quia vidit Concilium, illum baptiſmum in rei veritate nõ poſſe attingere prolem incluſam, ideo de intentione tali forma, nec verbum fecit, immò patenter aperuit, quod in hoc baptiſmatis ſacramẽto nihil communionis habet naſcitura proles. Eadem ratione motum fuit ad non dicendum. Baptizatus matrem grauidam. Non habeatis intentionem ad baptizandum prolem, ſiue potius habeatis intentionem, quod non vultis per talem baptiſmum matris baptizare prolem, & eritis ſecuri, quod proles tunc non erit baptizata.

Baptizata matre prægnãte non eſt baptizatus filius in vtero eius exiſtens.

Vnde ſcrupulo conſcientiæ agitabantur dicentes. Si poſtea baptizabimus prolem, erimus, ac rebaptizantes. Si non baptizemus illam ſcandalizabitur populus, videndo puerum naſci ex baptizata, & ad Eccleſiam pro baptiſmo recipiendo non portari. Qua iuriſdictione, domini Patres? Melius eſt vt non baptizetur mater donec emiſerit infantem. Sic enim & conſcientiæ noſtræ à præmiſſis ſcrupulis liberabuntur. Et nihilominus mater ſi prægnans fuerit, & moriatur, ſaluabitur per baptiſmum in voto. Et tunc puer ex ventre matris aperto extractus ad Eccleſiam portabitur. Et cum ædificatione populi baptizabitur ſolemniter?

Reſponderunt Patres Concilij ad iſtos Presbyteros dicentes, vt ſupra. Quaſi dicerent, Relinquatis vos Plebani iſtud ſcrupulum, quod baptizantes matres, baptizatis ſimul & prolem, quoniam hoc omninò falſum eſt. Baptizanda mater, confeſſione propria ſymboli, per baptiſmum ſaluabitur baptizatus poſtea puer natus, confeſſione Eccleſiæ de ſymbolo fidei facta, & ipſe per baptiſmum actu nunc ſuſceptum ab originali mundabitur. Reſpondit ſic Concilium. Poterat enim ſi dubitaſſet de baptizatione pueri in vtero exiſtentis reſpondere adhuc, vt omnia conſona fiant, & conſcientiæ noſtræ ſcrupuloſæ non lædantur; poſtea portato puerolo ad Eccleſiam omnes cerem onias baptiſmo circunſtites facietis circa illum excepto, quod illum non baptizetis, quia iam baptizata matre baptizatus fuit. Vel ſi eum baptizare vultis ad cautelam, ac forte tunc non fuerit baptizatus, baptizabitis illum ſub conditione hac, ſcilicet, ſi non es baptizatus ego te baptizo. Sed quia ſacrum Concilium nihil dubitauit de hoc, ſtabilem ſententiam reſoluto pro reſponſo dedit, ſcilicet quod puer ille nullo modo erat (baptizata matre) baptizatus. Immò hoc clarius oſtenditur à Concilio Martini Papæ, in quo dixit. Si qua mulier prægnans deſiderauerit gratiam baptiſmi percipere; quando voluerit, habeat poteſtatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui naſcitur, propterea quod vniuſcuiuſque propria voluntas in confeſſione monſtratur. Ex his apertè apparet veritas noſtræ concluſionis eſſe deſumpta à ſacris Concilijs. Et licet in hac materia Illuſtriſſimus D. Caietanus (pietate motus) à tramite veritatis deuiaſſet, ſubmiſit ſe, & dicta ſuæ correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ. Dicebat enim quod pueri Chriſtianorum decedentium, ſine baptiſmo, ſaluabantur in fide parentum.

Nota ꝙ non ſaluat puer non baptizatus in fide parentũ fideliũ ſi moriatur ſine baptiſmo,

Tenet igitur Sancta Mater Eccleſia, quod nullus ſine baptiſmo ſaluari poteſt, niſi ex priuilegio, ſcilicet, ſi ſanctificati eſſent in vtero matris, & eſt ſententia D. Auguſtini in Epiſtola 28. ad D. Hieronymum de origine animæ, quo in loco dicit; Quiſquis dixerit, quod in Chriſto viuificabuntur paruuli, qui ſine ſacramenti eius participatione de uita exeunt, hoc profecto contra prædicationem uenit, & totam condemnat Eccleſiam. Et multis alijs rationibus (alijs in locis) idem confirmat. Ex quibus apparet inefficacia rationum Caietani.

In primis benedictio parentum in filios non baptizatos, & uota pro illis emiſſa à parentibus, non ſunt apta ad promerendam primam gratiam paruulis ipſis, quod ſuadetur hac ratione. Nam ſi orationes parentum, & uota pro filijs, qui ſine baptiſ-

mo

Digitized by Google

tanti vita, nō eſt vera vniuerſaliter. Nā ſi homicida iſte eſſet pauper, & parum lucraretur, non haberet vnde viueret ipſe, & multo minus familia ſua, ſi daret familiæ defuncti quidquid lucrabatur defunctus occiſus. Vnde non omnes qui erant coniuncti cum occiſo, habent ius in hæreditatem illius, cum nec opere, neque expenſis illius viuebant; ergo homicida iſte ad tantam reſtitutionem non tenetur. Reſtitutio præſupponit obligationem. Et priuatio habitum ſupponit. Occiſor iſte nihil abſtulit ab his conſanguineis remotis. Iſti nunquam poſſeſſionem bonorum defuncti habuerunt; ergo ad illos tales reſtitutio non ſe extendit. Vlterius; vbi non eſt debitum legale, non adeſt obligatio ad reſtitutionem, ex ſententia Illuſtriſſimi D. Caietani 2. 2. q. 72. art. 2. Nemini autem cui non eſt ius in re, vel ad rem, conuenit debitum legale; cum ergo non omnibus parentibus defunctis conueniat ius in lucro, vel ad lucrum, ſed ſolum his qui legitimè eius hęredes ſunt, qui tali lucro victitabant, ſequitur nō teneri homicidam iſtum ad ſuſtentandum omnes propinquios banniti defuncti, ſed tantum hæredes propinquos naturales.

Quo ad quantitatem reſtitutionis, ſtandum eſt iudicio viri periti, cum non poſſit aſſignari certa regula iuris. In hoc enim penſandę ſunt circumſtantiæ perſonarum, ſcilicet occidentis, & occiſi, quo ad ſingula neceſſaria. (non reſpectu vitæ quæ eſt precij ineſtimabilis) ſed quo ad damnum illatum, quo filij, & hæredes eius paſſi ſunt. Nam vt ad propoſitum noſtrum deſcendamus. Non tanti valet vita patris banniti filijs, ſicut non banniti, cum in continuo periculo maneret, ſcilicet, vt à miniſtris iuſtitiæ caperetur, & ſententia mortis puniretur, in quo periculo non exiſteret ſi non fuiſſet bannitus. Etiam ætas minuit, quoniam pergit ad ſenectutem, quæ minuit de lucro, & auget de expenſis faciendis. Caſus fortuiti ſecūdum rectam rationem, & coniecturam minuunt de damno dando. Stando in caſu noſtro. Si bannitus occiſus, v.g. lucrabat centum ſcuta ſingulis annis, ſatis eſt reſtituere hæredibus defuncti quinquaginta pro ſingulo anno, reliqua retinere pro victu, & periculis occurrentibus ex infirmitatibus &c. Nec ſtandum eſt in puncto, ſed poteſt variari reſtitutio pro varia conditione perſonarum &c.

Aſſignatur modus faciēdi reſtitutionem pro bannito occiſo hæredib. ab occiſore.

Item conſtitutio iſta non eſt facienda pro toto tempore vitę homicidiarij, ſatis eſt, quod hoc faciat per ſpacium, v.g. quindecim annorum in circa. Nam bannitus iſte eſt bonę ætatis, & dies hominis breues ſunt, multiſque infirmitatibus concuſſis, & in ſequenti vires deficiunt, ſimiliter filij tranſacto iſto tempore poſſunt ſibiipſis prouidere ſic iſta relinquenda ſunt prudentię periti confeſſarij, cui Dominus illuminabit cor. Hęc ſint pro ſecundo puncto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuę caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus reſpondet dicendo, quod miniſtris iuſtitię licet occidere tale bannitum in ſtatu ſui Principis. Et in alieno de licentia Principis loci illius. Argumentum concludit de perſonis priuatis, quod libenter concedimus.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo; Quotiens aliquis per ſententiam publicam eſt adiudicatus morti, non eſt iam filiorum, & familię ſuę vita; ergo qui interficit illum, non tenetur ad reſtitutionem. Conſequentia eſt plana. Antecedens probatur: ius, quod habebant filij, & familia in patrem, tollitur per ſentētiam Iudicis, qua damnatur iſte ad mortem. Cum Iudex propria authoritate poſſit occidere maleficos, vt habetur 21. diſt. q. 5. cap. reos; ergo nulla manet obligatio reſtitutionis.

Argumenti ſolutio.

Qui occidit bannitum authoritate priuata operatē contra ius familiæ illius, & ad reſtitutionem tenetur.

Theologus negat ſimpliciter antecedens, & ad probationē dicit, quod interficiens bannitum, cum authoritate publica, vltra hoc quod eſt homicida, tenetur ſatisfacere filijs, & familiæ dè damno dato, & negamus, quod non habeant ius in patrem condemnatum ad mortem, dum illę de facto remanet viuus, tum quia eis pater lucratur victum, quo priuati ſunt per mortem patris eius, iuxta decretum cap. finis, de iniuria, & damno dato, quo in loco dicitur. Si tua culpa datum eſt damnum iure ſuper his ſatisfacere te oportet: hoc præcipuè facere debet qui occidit bannitum illum, non vt perſona publica, ſed vt priuata. Iſte bannitus interim quo capitis ſententia in ipſum non exequatur, erat quoddam bonum filiorum, & familiæ ſuæ, vt de ſe patet; ergo qui tollit illi vitam, non ſecundum ordinem iuris damnum dat iniuſtè filijs, & familiæ. Ex quibus formaliter ad argumentum dicitur, aſſumptum eſſe falſum. Et ad probationem dicitur, quod ius, quod habent filij, & familia in patrem per ſententiam capitalem Iudicis, tollitur de iure, ſed non de facto, pro nunc; de facto poſtea tollitur, quando exequitur ſententia, & non primo.

Argumētum tertium.

Contra hanc reſponſionem Lector format tertium argumentum dicendo. Si huiuſmodi bannitus à miniſtris iuſtitiæ captus eſſet, & ductus ad patibulum, & propè patibulū occideretur ex odio ab aliquo, non diceremus talem homicidam teneri ad reſtitutionem faciendam filijs, & familiæ: quia vita iſtius ſuſpendendi non eſſet amplius filiorum, nam morti damnata erat, & ad mortem ducebatur; ergo eadem ratione ſi quis talem bannitum occidit priuata authoritate poſt damnationem eius latam à Iudice, licet peccet contra charitatem, non tamen contra iuſtitiam; quoniam nihil abſtulit à filijs, cum iam ab illis pater ablatus ſit edicto, & banno publico.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam; ratio negationis eſt: quia alia eſt ratio de miniſtris iuſtitiæ, & alia de non miniſtris, primi ſunt exequutores iuſtitiæ, non autem ſecundi, propterea licet primi peccent hoc ex odio operando, non tamen ad reſtitutionem tenentur, cum in hoc exequātur ordinationem Principis, ſecundi autem peccant cum ex odio hoc faciant. Et ad reſtitutionem tenentur, quia ponunt falcem in meſſem alienam.

Argumētum quartum.

Non acquieſcit Lector in hac optima doctrina, inquit enim; Si miniſter iuſtitiæ occideret hunc

banni-

ſubmitto me terminationi Eccleſiæ Catholicæ pro qua paratus ſum exponere hanc vitam. Hæc ſint pro deciſione caſus, ſed vt magis percipiatur proponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

IN primo dubio quærit Lector cum non poſſit baptizari puer periclitans in vtero matris ſuæ, in tali caſu poſſit aperiri corpus matris laborantis in extremis, vel morti damnatæ, ad hoc, vt filius viuat, & non decedat ex hac vita ſine baptiſmo? rationes pro vtraque parte adſunt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, deſumpta ex iure, ſcilicet: De duobus malis minus eſt eligendum, minus malum eſt mors corporis, quam mors animæ; ergo ſi puer in ventre matris exiſtens non poteſt baptizari, minus malum eſt, quod mater aperiatur, & puer vi eductus baptizetur, quam quod puer æternaliter damnetur decedens ab hac vita abſque baptiſmo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Apoſtolus Paulus ad Roman. 3. vbi dicit. Nō ſunt facienda mala, vt veniant bona; occidere matrem prægnantem malum eſt; ergo non eſt occidenda mater; vt baptizetur puer.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus tria facit pro terminatione dubij, primo ponit vnam diſtinctionem, ſecundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas cōcluſiones reſponſiuas quæſito, tertio ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ. Quo ad primum, talis eſt diſtinctio; Vel mater illa in tali ſtatu exiſtens eſt condemnata morti, propter aliquod ſuum delictum, vel eſt libera, & à nullo iudice damnata. Stante hac diſtinctione, ponitur concluſio pro ſecundo membro.

Non licet occidere mulierem prægnātem laborantē ī extremis vt ex ventre eius extrahatur filius, & baptizatur.

Concluſio prima. Si mulier iſta non eſt ſententiata, nec morti condemnata, vllo modo licet eam occidere, vt puer viuus ex ventre acceptus baptizetur, etiam quod ſententia medicorum mulier ſimul cum prole in partu, vel ante eſſent morituri.

Probatur concluſio iſta per Apoſtolum, ſcilicet, Non ſunt facienda mala, vt ueniant bona. Occidere matrem maximum malum eſt, licet baptizare filium ſit bonum. Non eſt etiam incidenda mater ante mortem, quoniam talis incíſio abſque nece talis fœtus, uix poteſt fieri. Vnde in caſu mors anticipata eſt cauſa maximi mali, non ſolum ex parte matris, uerum ex parte filij naſcituri de prope. Et in caſu etiam eſt poſſibile, quod Deus liberet utrunque ab illo periculo, cum non ſit abbreuiata manus Domini, & potens eſt eripere nos de manu mortis. Vnde dato caſu iſto, debent permittere perire infantem potius, quam committere homicidium in matrem infantis, cum periculo uitæ etiam infantis.

Mortua autem matre, licet eā aperire ſtatim, & fœtum uiuum extrahere, & baptizare. Accidit enim aliquando, quod mortua matre, uiuat filius in utero eius; Vt narrant Hiſtoriæ de Iulio Cæſare, in quo caſu obſtetrix, uel ille, cui commiſſa eſt cura mulieris prægnantis morientis, debet ſtatim, quod ſpirauit animam, aperire os cadaueris defunctæ, ut filius exiſtens in utero illius attrahere poſſi aerem ad reſpirandum. Et quamprimum aperire ventrem matris, aliter infans in utero eius moreretur. In hāc ſententiam ueniunt omnes Theologi, ſcilicet, quod non licet occidere matrem laborātem in extremis, ut filius eius extraheretur uiuus. Et rationem adducunt dicendo, quod nemo eſt Dominus uitæ mulieris talis, ut illam poſſit occidere propter filium, neque etiam ipſa permittente ſi laboraret in extremis. Nam nec ipſa eſt domina ſui, cum non habeat dominium ſupra ſeipſam. Rogent igitur Deum ipſa cum alijs pro anima pueri. Et Deus, cuius poteſtas ſacramentis non eſt alligata, ſua benignitate eā ſanabit, & pariet, & baptizabitur infans. Et ſi petitio non eſſet conformis uoluntati diuinæ, damnabitur puer, ſicut damnantur animæ aliorum multorum.

Mortua muliere prægnāte, ſtatim aperienda eſt, & filiū viuū ab ea accipere, & baptizare.

In ſecunda parte diſtinctionis, ſcilicet, de muliere prægnante iam ad mortem damnata, in qua adeſt periculum infantis, ſententiæ ſunt diuerſæ. Dicunt aliqui, quod mulier grauida, ad mortem condemnata, ſi peruenerit ad tale periculum, non eſt aperienda, antequam à iuſtitia fuerit mortua, benè poſt mortem ſtatim eſt aperienda, & dicunt, quod hoc indifferenter affirmant ſacri Canones. Alij oppoſitum tenent, inter quos eſt Franciſcus Soarez, & ſuadet hoc multis rationibus. Pro hac ſententia ponitur alia concluſio.

Si mulier dānata morti veniret ad hos terminos, eſſet aperiendū corpus eius, & extrahere infantem, vt baptizaretur

Concluſio ſecunda. Si mulier prægnans in tali periculo exiſteus, eſſet damnata ad mortem, licitum erit eam aperire, extrahere infantem, ut baptizaretur.

Concluſio iſta ex ſacris Canonibus elicitur. Nam ſacri Canones ordinant in l. prægnantem, §. de pœnis, quod differendum eſt ſupplicium matris vſque ad partum, propter bonum prolis. In caſu autem, quo moreretur paruulus, antequam ad partum, uel ad natiuitatem pueri perueniret; In tali caſu (licet in iure non ſit expreſſum) licebit anticipare ſupplicium quantum fieri poteſt, ſeruato ordine iuris, & iuſtitiæ, quia tunc nulli ſit iniuriá, & cedit in maximum bonum ſpirituale prolis. Nam dilatio illa eundi ad ſupplicium non eſt conceſſa propter matrem, ſed in filij vtilitatem; ſi ergo tempus dilationis, non ſolum non eſt vtile filio in caſu noſtro, immò iudicatur in maximum detrimentum prolis eſſe; ergo non eſt neceſſarium, neque legi conſentaneum expectare, propterea non eſt differendum ſupplicium.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem iuſurgit Lector dicēdo: Ceſſante fine legis in particulari non ceſſat obligatio legis; Sed lex obligat ne interficiatur mater, quo ad vſque pariat filium, ſimiliter illicitum erat in lege Moyſis occidere agnum cum matre; ergo & in caſu noſtro hoc non licet.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod ceſſare finem legis particularis ſtat dupliciter, ſcilicet, negatiuè, vel contrariè. Ceſſante fine legis in particulari negatiua non ceſſat obligatio legis, ſed ceſ-

ſante

ſante fine legis contraria, ceſſat & obligatio legis. Modo in propoſito noſtro ceſſaret finis legis, non negatiuè, ſed contrariè, quia non ſolum non eſt vtilis talis dilatio ſupplicij, ſed eſſet in maximum detrimentum prolis; ſecundo reſpondetur, quod lex illa propriè non eſt lex, ſed potius eſt priuilegium in ſeruitio prolis, non eſt præceptum, ſed priuilegium conceſſum in gratia prolis. Vnde ſi in cauſa particulari non habet rationem beneficij, & priuilegij, ſed potius nocumenti, talis caſus non cenſetur ſub lege comprehendi. Et hæc ſententia veriſſima eſt ni fallor, tamen caſus moraliter loquendo non videtur dabilis, quoniam ſemper maius periculum imminet proli, ſi mater interficiatur, quam ſi viuat, quoadvſque puer ſit natus; ideo moraliter loquendo ſemper differendum eſt ſupplicium vſque ad partum; quibus ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Dabilis eſt caſus, in quo aperienda eſt mater prægnãs, vt filius viuus extrahatur, & baptizetur.

Inſtantiarum ſolutio.

In inſt. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ dicendo, quod minor propoſitio eſt falſa. Primò negat minorem propoſitionem. Et ratio negationis eſt, quia ſi in caſu illo interficeretur mater, non ſolum periclitaret corpus, ſed forſitan anima matris, quæ ſperaret, quod abſque ſui morte, poſſet filium parere viuum, etiam quod ſpes eius vana eſſet. Ponere in periculum animam, & corpus matris maius malum eſt, quam permittere animam pueri decedere abſque baptiſmate. Vlterius, quia anima pueri non baptizati punitur vtique pœna damni in alia vita, non tamen pœna ſenſus. Priuatur vtique viſione Dei, ſeu non guſtat flagella, & ſupplicia inferni. Anima autem matris in inferno vtraque pœna cruciaretur; Vnde patet, quod talis iactura matris eſſet maius malum quam iactura filij.

Regulariter non eſt aperiendus venter matris grauidæ, vt filius poſſet baptizari.

Ad aliud membrum, ſi daretur caſus de muliere prægnante, damnata ad mortem, vbi adeſſet periculum prolis in ventre, dico, quod ſi daretur caſus, eſſet præueniendum eius ſupplicium pro bono prolis, & quod in tali caſu non fieret malum, vt veniret bonum, quoniam malum eſt iam factum, & eſt iam mater damnata ad mortem, & ſi illi concedebatur vita vſque quo parturiat, hoc conceſſum eſt illi in gratia prolis. At in caſu huiuſmodi dilationis non eſſet in commodum, ſed in nocumentum prolis, propterea iudex dimiſſo illo indulto, poteſt illam interficere, iudice tamen, & præbere occaſionem, vt filius extraheretur ex ventre, & baptizaretur. Et hæc ſatis ſint pro dubio iſto. Nunc proponendum eſt aliud.

Nota.

Dubium ſecundum.

IN hoc ſecundo dubio quærit Lector. Si infans antequam moreretur mitteret caput, vel brachium, vel pedem extra vterum matris, tunc poſſet baptizari tale membrum, & eſſet verum ſacramentum, quod duceret animam eius ad vitam æternam. Pro vtraque parte ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Quandoque aliqua pars pueri egreditur ex vtero, antequam puer naſcatur. vt contingit de filijs Tamar, Geneſ. 38. Aliquando in tali caſu imminet periculum mortis; ergo videtur, quod in tali caſu poſſit baptizari puer adhuc exiſtens in vtero matris.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt alia ratio validiſſima, quæ ſic ſe habet. Quod poteſt fieri per pauciora, & æque bene, non debet fieri per plura. Sed ſi baptizatur membrum pueri, egreſſum de vtero matris, puer eſſet baptizandus poſt natiuitatem; ergo ſuperflua fuiſſet prima baptizatio; ergo non erit licitum baptizare membrum illud.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione tria facit, primò declarat aliqua pro maiori intelligentia difficultatis, ſecundo reſpondet quæſito vnica concluſione bimembri, tertio ſatisfacit inſtantię partis negatiuæ.

Quo ad primum, dicit ex doctrina D. Thomæ, ſcilicet, eſſe obſeruandum, quod ſi quando mulier laborat, & affligitur doloribus partus; accidit quod filius ponat aliquod membrum extra vterum. Vt dictum eſt de Phares, qui poſuit extra vterum brachium, obſtetrix Tamar parturientis, poſuit filum ad brachium pueri, vt cognoſceret illũ, Phares manum in vterum traxit, & ſtatim ex vtero exiuit frater eius, ſæpe accidere ſolet in his anguſtijs membrum aliquod infantis exire ex vtero. In his caſibus oportet conſiderare, quale membrum ſit illud, quod apparet, ſi eſt caput, vel pes, vel manus; Similiter conſiderandum eſt, ſi mater, vel filius, vel vterque ſit in periculo mortis, vel non. Si non occurrit mortis periculum, expectanda eſt tota natiuitas, antequam baptizetur infans, quoniam talis non eſſet caſus neceſſitatis. Si adeſſet periculum, ponitur concluſio iſta. Imminente mortis periculo, ſi puer ex vtero emiſerit caput, in quo vigent omnes ſenſus, tute poterit baptizari: Si autem apparuerit manus, vel pes, baptizandus eſt, cum hac cautela tamen, quod ſi naſcatur puer viuus; ſi in capite fuit baptizatus, non amplius eſt baptizandus. Si autem baptizatus fuerit in alio membro, denuo eſt baptizandus, tamen ſub hac conditione. Si non eſt baptizatus, ego te baptizo. Et aſſignat rationem Angelicus Doctor dicendo. Nam in capite vigent omnes ſenſus, non autem in alio quocunque membro corporis, propterea baptizato capite, ſine dubio infans eſt baptizatus, quod non eſt certum, ſi erit baptizatus in alio quocunque membro.

In periculo mortis ſi puer ex vtero emiſerit aliquod mẽbrum, baptizãdus eſt, diuerſimode tamen.

Inſurgit Lector contra vtranque partem huius concluſionis, ſcilicet, quod puer in vtero matris exiſtens, ſi in capite eſt baptizatus, non eſt baptizandus denuo; ſi eſſet baptizatus in alio membro, eſſet rebaptizandus. Ratio, quia omnes ſenſus vigent in capite, & non in alio quocunque ſenſu. Nam oculi, aures, olfatus, & guſtus ſunt in capite; non autem in manu, vel pede, vel in quocunque alio membro corporis, vt experientia docet. In ſignum cuius, baptizatur puer extra vterum à miniſtris Eccleſiæ in capite.

Contra

Digitized by Google

Impugnatio Prima.

Contra igitur vtranque rationem format ſua argumenta argumentator, dicendo: Primo, per baptiſmum anima mundatur ab originali peccato, & ab actuali, ſi in tali baptizato reperitur, quia baptiſmus fit propter animam, non autem propter corpus.

Anima autem, quantum ad ſuam eſſentiam, eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, cum ſit forma ſubſtantialis; ergo vna parte corporis baptizata, totus homo, vel puer eſt baptizatus; ergo non eſt amplius baptizandus ille, qui in aliquo membro baptizatus eſt.

Impugnatio ſecunda.

Ex alia parte probat, quod baptizandus denuo ſit ille, qui baptizatus fuit in capite, antequam egrederetur de ventre matris ſuæ; & hoc ſuadet authoritate Diui Auguſtini. Inquiebat D. Auguſtinus (prout diximus ſupra) Non poteſt renaſci, qui prius non eſt natus, ſed infans, qui protulit manum, vel caput, vel pedem, & non potuit egredi è ventre matris ſuæ, non eſt natus; ergo non poteſt renaſci per baptiſmum; ergo ſi debet ſaluari, poſtquam egreſſus fuerit à ventre matris ſuæ, baptizari debet.

Impugnationis dilutio.

Theologus has impugnationes ſoluit, pulcherrimè quidem, & ad primam dicit; quod non eſt eadem ratio de capite, ſicut de alijs membris, propterea negat conſequentiã, & rationem negationis aſſignat dicendo: verum eſſe animam eſſe in toto, totãque in qualibet parte corporis, ſecundum ſuam eſſentiam: ſecundum tamen virtutem operationis, perfectiori modo eſſe in capite, quam in alijs partibus corporis. In alijs partibus vtique eſt per ſenſum tactus, & virtualiter præcipuè in corde, tamen ſenſibiliter, quo ad omnes ſenſus; non ſolum exteriores, ſed interiores, eſt in capite. Nec mirum eſt, quoniam cerebrum reſidet in capite: quia de cauſa caput dicitur pars principalis. Immò, quia in hominis capite conſiſtit dignitas, terminatum eſt, quod locus, vbi caput Chriſtiani ponendum eſt, ſit ſacer. Hoc tenet Ioan. Andreas, & Innocentius Papa, cap. Deletum. de baptiſmo; Vnde ſi illa pars, quæ egreſſa eſt de vtero, eſt caput, debet aſpergi aqua benedicta, dicendo: Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et verè eſt baptizatus. Si autem aliud membrum apparet, & adeſt periculum mortis, eodem modo debet baptizari, tamen ſi naſcatur viuus puer, ad cautelam eſt rebaptizandus, ratione iam dicta: quia illud non eſt membrum principale, & quia in illo non reſident omnes ſenſus, nondum interiores, neque exteriores: nullus ſenſus interior in illo reperitur, ſed ſolus tactus, quo ad exteriores.

Perfectiori modo eſt in capite aĩa, q̃ in alio quocunque membro, ideo baptizatus ĩ capite, non eſt rebaptizandus.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem. Si neceſſario ablutio baptiſmalis eſſet facienda in capite, ſequeretur quod multi illorum, quod ab Apoſtolis fuerunt baptizati, quod verè non recepiſſent ſacramentum baptiſmi. Probatur hoc: quia in tanta multitudine, quæ ab Apoſtolis baptizabatur credibile eſt, quod aqua baptiſmi non tangeret caput vniuſcuiuſque illorum, qui aſpergebantur,

Impugnationis dilutio.

Theologus negat ſequelam, & ad probationem dicit, quod tunc baptiſmus validus erat, etiam ſi caſu ablutio baptiſmalis caput aliquorum illorum non tangebat, & hoc ex diuina diſpenſatione. Nam ſicut forma baptiſmi tunc ex diuina diſpenſatione tenebat, ita etiam ablutio aquæ baptiſmalis.

Ex diuina diſpenſatione baptiſmus receptus nõ in capite validus eſt.

Nam Apoſtoli baptizabant in nomine Chriſti. Et nihilominus præcepit Dominus, vt baptizarent in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcilicet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Ex eadem diſpenſatione diuina procedebat, quod omnes, ad quos perueniebat aqua illa, qui ab aqua baptiſmalis tangebantur, in quacunque parte ſui corporis, verè recipiebant ſacramentum ſanctiſſimi baptiſmi, & realiter erant baptizati.

Impugnationis ſolutio.

Ad ſecundam impugnationem principalem dicit Theologus, quod D. Auguſtinus in illis verbis, ſcilicet, quod qui non eſt natus, non poteſt renaſci, non loquebatur de natiuitate propriè ſumpta, ſed in genere loquebatur de egreſſu à ventre matris, qualiſcunque eſſet ille, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid. Ad hoc enim, quod aliquis poſſit baptizari, ſatis eſt, quod aqua baptiſmalis poſſit in toto, vel in parte corpus baptizandi abluere, etiam ſi propria natiuitas non præcedat.

Non põt renaſci per baptiſmum, qui non eſt natus ſimpliciter, vel aliquo modo.

Subſtantia enim ſacramenti baptiſmi conſiſtit in debita forma verborum: Vnde ſi mortua fuerit mater, habens in vtero infantem, & aperiatur, & detegatur puer; illa non eſt corporalis natiuitas propriè, & tamen in puero illo poteſt perfici ſacramentum baptiſmi, nec ſolum hoc poteſt, ſed fieri debet, quando mater mortua eſt.

Idem conſtat de puero baptizato, non perfectè egreſſo de corpore matris; quia ille natus eſt incomplete, non tamen complete, & hæc natiuitas ſufficit ad receptionem baptiſmi ſacramenti.

Quod autem baptiſmus, factus per infuſionem aquæ, vel per trinam immerſionem, non variat ſubſtantiam ſacramenti, quæ conſiſtit in ablutione: congruentiſſimum tamen eſt, per immerſionem fieri baptiſmum. Et hoc, quia maiorem conformitatem habet cum ſepultura Chriſti Domini. Inquit enim Paulus Apoſtolus, Roman. 6. Quicunque enim baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, & in morte eius baptizati ſumus; conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte ipſius &c. Vnum tamen dicit Doctor ſanctus, quod totum corpus, & anima eſt infecta peccato originali, & quod totum corpus eſſet abluendum, tamen quando totum corpus commodè perfundi non poteſt, oportet caput perfundi, in quo principium vitę animalis viget. Ex his etiam datur ſolutio impugnationibus factis, quo ad vtranque partem dubij.

Inſtantiarum ſolutio,

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus gloſſat dictum Ariſt. ſcilicet, quod poteſt fieri per pauciora, ſcilicet æque bene non debet fieri per plura. Modo negatur Minor: Et ratio negationis eſt, quando in partu occurrunt talia accidentia, adeſt periculum vitæ infantis; propterea tunc eſt baptizandus, nec eſt neceſſe amplius puerum baptizari, ſi ablutio facta fuit in capite. Si autem in alio membro facta fuit ablutio, ad cautelam, & conditionaliter, & non abſolutè eſt rebaptizandus: & ſic actio illa fruſtra facta non fuit. Hæc ſint pro dubio iſto.

Dubium tertium.

LEctor interrogat in hoc dubio, quid eſſet agendum ſi dum infans pergit ad fontem ſanctiſſim bapt ſmi, decedit ſine baptiſmate, propter defectum aquæ, vel alia de cauſa, anima iſtius pueri eſt ſalua, vel damnata? Ex vtraque parte adſunt ationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt ratio, ſcilicet, quod anima iſta ſit ſalua. Ratio ſuadet. Filius ex Chriſtianis parentibus natus eſt, parentes m ſerunt illum ad Eccleſiam, vt baptizaretur, ſed facienti, quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam; ergo nec huic infantulo Deus negabit gratiam baptiſmalem, cum culpa non inueniatur ex parte pueri, neque ex parte parentum. Et remota culpa, remouetur & pœna; ergo anima iſta non eſt damnata.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, adeſt Domini ſententia. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei. Iſte puer non eſt renatus ex aqua, & Spiritu Sancto, cum non ſit baptizatus; ergo non poteſt introire in Regnum Dei. Et per conſequens anima eſt damnata.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo ad memoriam ducit aliqua notata deſuper. Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Quo ad primum dicit, obſeruanda, & notanda ſunt ea, quæ diximus in caſu, & in dubijs præcedentibus, ſcilicet, quod nullus ſine baptiſmo, de lege communi, ſaluatur, ſcilicet, ſine baptiſmo fluminis, vel flaminis, vel ſanguinis; ſimiliter, quod non eſt par ratio de pueris Hebræorum decedentium ſine circumciſione, & Chriſtianorum decedentium ſine baptiſmo: quia illi non poterant circumcidere pueros, niſi in die octauo. Pueri autem Chriſtianorum baptizari poſſunt omni tempore, & à quocunque intelligente facere, quod facit Eccleſia. Dictum tamen eſt, quod non eſſet inutile apud Chriſtianos preces emittere pro filijs ſuis decedentibus, vt Deus ſua omnipotentia illos ſaluet, vel concedat viuis gratiam ſuam.

Baptiſmus aquæ, vel ſpiritus, vel ſanguinis, facit videre regnũ Dei, & ſine illo nullus regnum Dei videre poteſt.

Concluſio igitur reſponſiua: De lege ordinaria filius, qui etiam defertur ad ſacram fontem, ſi moriatur ante receptionem baptiſmi, ſaluari non poteſt. Hoc manifeſtat ratio, adducta pro parte negatiua dubij: Quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei. Iſte, baptizatus non fuit baptiſmate fluminis: quia antequam perueniſſet ad fontem, mortuus eſt.

Non fuit baptizatus baptiſmo flaminis, quoniam non habetur talis baptiſmus, ſine proprio actu voluntatis, qui in puero, non habenti vſum rationis, reperiri non poteſt.

Non fuit baptizatus baptiſmo ſanguinis, quia pro Chriſto mortuus non eſt. De lege ordinaria non ſaluatur in fide parentum; ergo ex ſufficienti diſcurſu, anima pueri iſtius non fuit ſaluata, nec poteſt videre Regnum Dei.

Interrogatio.

COncluſio certiſſima eſt; ſed pius Chriſtianus quærit, quid agendum eſſet in caſu neceſſitatis aquæ; verbi gratia, adeſt infans in extremis. In loco illo, & circumcirca non reperitur aquæ. Reperitur, exempli gratia, aqua in puteo profundiſſimo, vel non niſi in flumine in profundiſſimo vallium, & puer eſt in cacumine montium, vbi non adeſt vas ad hauriendam aquam, nec alio in loco inuenitur aqua, quid agendum eſſet in caſu iſto?

Parentes, & omnes, qui præſentes ſunt, deſiderant baptizare puerum, preces pro ipſo mittunt, moritur tandem infans ſine baptiſmo. Nunquid damnabitur anima illa? ſi damnabitur, vbi eſt miſericordia Domini? ſi non damnabitur, quomodo ſtat veritas verborum Domini? Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt videre Regnum Dei?

Interrogationis reſponſio.

CIrca huiuſmodi quæſitum, inquit Theologus, multi multa dicunt, quos non erit inutile audire. Aliqui dicunt, quod puer eſſet proijciendus in profundum putei, vel fluminis, dicendo. Ego te baptizo, id eſt, immergo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen: & ſic eſſet baptizatus, & anima illius videret Regnum Dei, & licet moreretur, nihil ad rem; quoniam præſupponimus eum non poſſe viuere, neque expectare, vt deferatur aqua.

Reſponſio iſta non placet, cum Diuus Paulus dicat, non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Et forſitan antequam puer perueniret

ad

Digitized by Google

ad aquam ; ex violentia aeris moreretur , & ſine fructu , & cum maxima culpa eſſet proiectus in talem profunditatem. Panormitanus in vno cap. de Baptiſmo, narrant caſum contigiſſe, & dicit probabile eſſe, talem puerum ſic proiectum verè baptizatum fuiſſe , ſi tamen viuus aquam attingit , Hoc opus hic labor eſt. Idem tenet Gabriel. diſtinct. 4. quæſt. 2. & dicit , quod Olcoth eſt huius ſententiæ . Scotus dicit duo ; primo , quod illa proiectio eſſet peccatum mortale, quod eſt veriſſimum : quia eſt occiſio pueri : ſecundo dicit , quod in caſu puer ille non eſſet baptizatus. Magiſter Dominicus à Soto, in quarto diſtinct. 3. quæſt. vnica, artic. 8. venit cum Scoto in primo dicto : Dicit enim, quod baptizare puerum cum intentione nocendi in vita , vel occidendi , vel alio ſiniſtro propoſito, eſt peccatum graue , & mortale: quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona. In ſecundo dicto non concordat cum Scoto , & dicit , quod verè eſſet baptizatus. Et probat hoc , quia ibi adeſt materia , & forma ſacramenti, & intentio miniſtri . Clarum eſt, quod ibi eſt materia ſacramenti, quæ eſt aqua naturalis; forma adeſt, qu a ille cum proijcit infantē in aquā illam, dicit ; Ego te baptizo ; & intentio miniſtri ſupponitur ; ergo eſt verum ſacramentum , & eſt baptizatus ; ſi autem proijceretur puer abſque intentione baptizandi, non eſſet baptizatus, etiam quod diceret , ego te baptizo ; quoniam intentio miniſtri neceſſaria eſt ad ſacramentum . Siue igitur talis proiectio eſſet baptiſmus , ſiue non , talis proiectio eſſet grauiſſimum peccatum homicidij. Ex quo talis homicidiarius efficeretur irregularis. Si puer tamen moreretur , dum ſacerdos eum manibus immergeret, non peccaret, & eſſet baptizatus, ſi ante mortem dixiſſet verba ſacramenti, cum intentione baptizandi illum : ſin autem , minimè .

Quo ad caſum, cum omnium iſtorum reuerentia dicerem ego , quod ſi quis in tali caſu reperiretur, ſi non poteſt aliter tangere aquam, mittat cum fune in cribro , vel alio vaſe , puerum in puteum , vel flumen, dummodo poſſit commodè immergi, & emergi : & dicat , ego te baptizo ; ſed ſi res ad talem anguſtiam perueniret , vt non reperiretur funis , neque vas ; Si non poteſt aliter tangere aquam , per funem mittat ſudarium , vel aliquod pannum in aquam . Si non habent funem, ſpolient ſe omnes, & puerum etiam, & ſcindant veſtimenta , & ex illis faciant funiculum , & ſi non pertingant ad aquam, addantur ligna, & omnia, quæ ad hoc opus poſſunt deſeruire , cum omni dexteritate , & extremitate illius panni tangat aquam , & illa extracta , baptizetur puer.

Quid agendum, vbi eſt difficile habere aquam ad baptizandum, & puer laborat in extremis.

Quando impoſſibile eſſet omninò habere aquam, commendetur anima pueri ei , qui non eſt ligatus ſacramentis, vt ſua miſericordia illi ſuccurrat, vel per Angelos ſanctos , vel conſeruando illum in vitam, vel quomodo illi placuerit.

Caſus curioſus quidem eſt , ſed non videtur dabilis, quoniam elementum aquæ reperitur in quacunque parte mundi , & ſuper montes ſtabunt aquæ.

Sed dicet, quid ſi timeretur ex baptizatione acceleratio mortis, quid agendum ? Dicitur, aut timetur de parua acceleratione , aut de multa : ſi de multa, eſt differendum: ſi de parua, non; quia habetur iam pro mortuo . Nunc ſoluenda eſt inſtantia partis affirmatiuæ.

Inſtantiæ ſolutio.

Theologus ad principalem inſtantiam dicit, quod ſtando in lege communi , puer ille non ſaluabitur cum non fuerit baptizatus . Et ad probationem Minoris dicit, quod propoſitio illa verificatur quantum ſit ex parte orantis , non tamen ſemper pro eo , pro quo fit oratio ; Vnde ſi anima pueri iſtius ſaluatur , hoc non fit ſecundum legem , ſed ſupra legem .

Inſtant. ſolutio.

De hoc non poſſumus aliquid affirmare , cum ſit ſecretum diuinum, de quo dicit Dominus Deus, Secretum meum mihi. ſecretum meum mihi. Hęc ſint pro dubio, ponatur vltimo.

Dubium vltimum.

Lector in hoc vltimo dubio quærit . An infideles, qui neſciunt, neque ſcire poſſunt præceptum baptiſmi , ſine quo non ſaluantur, ſint excuſabiles, & aliquo modo, & via ſaluentur ? rationes ſunt ad vtranque partem.

Pro parte igitur affirmatiua eſt talis ratio. Deus vult illos ſaluare, ipſi deſiderant ſuam ſalutem; ergo ſaluantur.

Partis affirmatiuæ probatio.

Conſequentia certa eſt . Antecedens probatur , quo ad vtranque partem.

Quo ad primam, quia Deus vult omnes homines ſaluos fieri , & ad agnitionem Dei peruenire, inquit Apoſtolus.

Antecedens probatur . Quo ad ſecundam partem. Nam per D. Thom. Quilibet appetit naturaliter ſuam beatitudinem : appetitus naturalis nō poteſt eſſe fruſtratorius, ſi defectus non eſt ex parte noſtri. In caſu noſtro. Defectus non eſt ex parte talium infidelium, cum neſciant præceptum de baptiſmo; ergo ſaluabuntur ſine illo.

Pro parte negatiua eſt authoritas Chriſti , iam adducta ſuperius, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto , non poteſt introire in Regnum Dei; ergo iſti non ſaluabuntur.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro utraque parte.

Lector Theologus vna cum Viguerio veritate diuina, de baptiſmo , vna concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, quæ declarata, ſoluit difficultates.

Aſſignatur modus, quo infidelis aliquis poſſit ſaluari abſq; baptiſmo in re.

Concluſio reſponſiua. Si talis infidelis in primo inſtanti vſus rationis , conuertat ſe in finem honeſtum , Deus infundit gratiam , & dimittit peccatum originale.

Digitized by Google

Si ad talem finem non ſe conuertit, vltra quod non acquirit gratiam Dei, peccat mortaliter in illo actu.

Si ergo in primo actu vſus rationis, infidelis talis conuertit ſe ad bonum honeſtum, Deus qui non deficit in neceſſarijs, illuminabit eum ante mortem, interius, vel exterius, nec permittet eum mori abſque baptiſmo in voto, vel in re: & dato, quod moreretur abſque ſacramento baptiſmi in re, ſacramentum baptiſmi in voto ſuppleret, vel alio dono diuinitus infuſo a Deo ſacramentorum authore, qui ſacramentis non eſt alligatus. Et per donum iſtud infidelis conſequeretur a Deo diuinam gratiam, in qua Dei miſericordia conſeruaretur, qua mediante appeteret, quæ nam ſit voluntas Dei, & adimplere illam quæreret, & tale deſiderium eſt ſacramentum baptiſmi, in voto.

Interrogatio. Lector quærit, quomodo poſſibile eſt, quod talis infidelis, qui nihil omninò nouit de præcepto baptiſmi, habeat baptiſmum in voto, per fidem implicitam?

Hoc enim videtur contra id, quod dicit Apoſtolus ad Rom. 10. inquit enim: Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit, ſed quomodo illi, qui ignorant omnino Euangelium, inuocare poſſunt Chriſtum? Dicit enim ibi Apoſtolus. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo autem prædicabunt niſi mittantur? ergo cum iſti infideles non habeant prædicatores, non poſſunt credere in Chriſtum, nec appetere, & deſiderare eius baptiſmum.

Interrogationis reſponſio. Huic interrogationi aliquis dicere poteſt, quod prædicatores Apoſtolici ibi inſonuerunt, prout dicit Dauid Rex: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, propterea non ſunt modo excuſabiles, ſi non ſeruant præceptum baptiſmi.

Impugnatio. Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector, dicendo, quod caſus ponitur ex ſuppoſitione, ſcilicet, quod ad aures iſtorum non peruenerit præceptum baptiſmi; verbi gratia, ſupponimus, quod in Inſulis illis tempore Apoſtolorum peruenisſet Euangelium Chriſti, iam ad obliuionem traditum eſt. Et iſti ſunt excuſabiles, licet antiqui illorum grauiter peccauerunt non narrando Euangelij præceptum filijs ſuis à generatione in generationem. Non ſatis eſt, quod lex ſit promulgata, ſed oportet, quod perueniat ad aures. Cum lex Euangelica ad notitiam iſtorum non peruenerit; ergo ad obſeruantiam illius non tenentur illi.

Impugnationis ſolutio. Theologus ex doctrina Doctoris ſancti 2. 2. reſpondet dicendo; quod duplex eſt infidelitas, prima contraria, ſecunda negatiua, prima non excuſat, ſecunda excuſat, Turcarum, & Saracinorum infidelitas eſt culpabilis, & per illam damnantur, quia ſciunt eſſe legem Chriſti. Infidelitas Inſularum eſt excuſabilis, & ſi damnentur, damnantur propter peccata actualia. Si tamen aliquis illorum viueret ſecundum legem naturæ, & quod ſe conuerterent ad Deum, per auxilium ſpeciale Dei, ſine quo nemo conuertere ſe poteſt; Deus qui diues eſt in miſericordia ſua, oſtenderet ei modum, quo ſaluari poſſet; Vt factum fuit Cornelio Centurioni, prout habetur 10. Actuum, & de Eunucho baptizato ab Apoſtolo Philippo, mitteret illi Deus Angelum, vel aliquem ſeruorum ſuorum, & baptizarentur. Hæc pro dubio: ad inſtantiam pergamus.

Hii qui nequeunt notitiam habere de baptiſmo, ex Dei miſericordia forſitan ſaluarentur.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus ſatisfacit inſtantiæ partis affirmatiuæ, dicendo, Quod veriſſimum eſt dictum Apoſtoli, ſcilicet quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri; non abſolutè, ſed illi, qui ſaluantur; Omnes illi, qui obſeruant legem Dei. Omnes in quibus eſt fides viua. Vult etiam omnes abſolute ſaluare, quantum ſit ex ſe, ſed ſi omnes non ſaluantur, in cauſa ſunt peccata illorum, qui non ſaluantur, vel peccata primorum parentum; vel quia præuaricatores, & non obſeruatores diuinæ legis fuerunt.

Licet Deus ex parte ſui, vult ſaluare omnes, multi non ſaluantur ex culpa propria.

In illis enim non reperiebatur voluntas perfecta acquirendi beatitudinem, ſed velleitas quædam tantum. Nec prouenit ex impotentia Dei, quod non ſaluentur iſti, Deus enim omnipotens eſt. Sed non ſaluantur, quia ipſi noluerunt, prout affirmat Deus ipſe. Perditio tua ex te, ſalus autem ex me.

Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus partis affirmatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. THeologus dicit ad primum argumentum, veriſſimum eſſe, quod donum Dei eſt efficacius ad ſaluandum, quam peccatum Adæ ad condemnandum.

In hoc ſenſu tamen, quia per peccatum Adæ, ex ſententia Diui Pauli, contrahimus originalem culpam tantum; per donum autem Dei, non ſolum peccatum originalem, ſed etiam omnia peccata actualia delentur.

Secundo dicit, quod cum pueri illi non ſint nati, non poſſunt recipere donum baptiſmi per miniſterium hominis: tamen actione diuina poſſunt à Deo ipſo ſanctificari, & quia non ſunt nati hominibus, ab hominibus non poſſunt baptizari. Nati tamẽ ſunt Deo, & à Deo poſſunt ſanctificari, vt patet de illis, qui in vtero fuerunt ſanctificati. Et vt ſic poſſunt ſaluari abſque alio baptiſmate.

Efficacius eſt donum Dei ad ſaluãdum homines, q̃ peccatũ Adę ad damnandum illos.

Quod enim infantes morientes in maternis vteris damnentur, non eſt ex inſufficientia doni baptiſmalis, cum baptizati non ſint, ſed ex hoc, quia donum baptiſmi non acceperunt.

Vnde

Digitized by Google

Sanctificati in vtero non indigebãt baptiſmo, pro ingreſſu cœlorum.

Vnde defectus non prouenit ex inefficacia doni, ſed ex non ſuſceptione doni, propterea vt recipiant donum hoc, poſtquam nati ſunt, baptizantur. Nec eſt mirum, ſi pueri Chriſtianorum non ſaluantur in fide parentum, vt ſaluabantur filij incircumciſi Hebræorum in fide ſuorum parentum; quia dignitas, ad quam perducuntur filij Chriſtianorum, eſt præſtantior, id eſt Regnũ Cœlorum; Vnde maior diſpoſitio in iſtis requiritur, quam in illis quorum animæ ad Lymbum deſcendebant. Vnde non mirum ſi dicat Chriſtus Dominus; Niſi quis renatus.

Argumẽtum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector dicendo. Per Criſtum non fuit arcta via ſalutis cum dicat ipſe, Ioan. 10. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant, ſed ante aduentum Chriſti ſaluabantur aliqui filij in fide parentum; ergo modo multo magis ſaluantur filij Chriſtianorum in fide parentum.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad Maiorem propoſitionem dicit, verum eſſe, quod per Chriſtum ampliata eſt via ſalutis, quoniam ipſe aperuit ianuam cœli hominibus, eiſque præparauit vitam æternam, quæ ante Chriſtum parata non erat; immò clauſa erat porta cœli à peccato Adæ.

Negamus tamen, quod ex hoc ſequatur, quod ſi filij Hebræorum ſaluabantur in fide parentum, abſque circumciſione, quod ſimiliter, & multo magis ſaluentur filij Chriſtianorum, qui moriuntur ſine baptiſmo. Ratio negationis eſt, quia facilius eſt eos baptizare, quam recurrere ad alia beneficia. Et etiam, quia maior diſpoſitio requiritur in iſtis, quam in illis.

Argumẽtum tertium.

Contra hanc reſponſionem format tertium argumentum. Ampliato fine, ampliari etiam debent ea, quæ ſunt ad finem illum, ſed finis, ſcilicet, ingreſſus ad vitam æternam eſt ampliatus, vt ex ſuperioribus patet; ergo ſicut pueri illi in fide parentum ſaluabantur; ergo & iſti ſimiliter.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & ad maiorem dicit cum D. Thom. quod in hoc ſenſu ampliatum eſt id, quod eſt ad finem, quoniam vltra fidem requiritur baptiſmus, immò quia datur ingreſſus cœli, requiruntur illa, quæ ad tale ingreſſum ſunt neceſſaria, quæ eſt baptiſmus, vltra fidem, & in adultis vltra hæc, requiruntur opera, quia fides ſine operibus mortua eſt. Hæc ſint pro tota diſputatione caſus, & dubiorum.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc caſu quærit, quando Principes, & Magnates quærunt eſſe ſuſceptores infantis abſentis, qui baptizatur à fonte baptiſmatis, & ſuſcipiunt talẽ filium per procuratores, quos mittunt ad hoc officium. An in hoc caſu cognationem ſpiritualem contrahant ipſi Principes, vel magnates cum infante leuato à fonte, & parentibus eius, an hanc cognationem contrahant procuratores miſſi ad hoc.

Rationes enim ſunt vndique.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod contrahant Principes, & non procuratores miſſi, ratio ſuadet, quoniam ad hoc finem mittuntur; ergo cognationem iſtam contrahunt Principes, & non procuratores, aliter & Principes ipſi, & procuratores deciperentur, quia illi, qui reputantur compatres, & patrini, non eſſent, ſed alij.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt argumentum validiſſimum. Ad contrahendam talem cognationem requiritur, quod patrinus ſuſcipiat puerum de fonte, tangatque illum dum baptizatur, hoc non faciunt Principes, & Magnates; ergo non ipſi, ſed procuratores miſſi ab illis contrahunt cognationem ſpiritualem.

Deciſio caſus pro parte negatiua.

LEctor Theologus breuiter ſe expedit circa deciſionem huius caſus. Primo, relictis multis diſtinctionibus, ponit tantum vnam diſtinctionem: ſecundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito: tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Quo ad primum ponit hanc diſtinctionem dicẽdo. Negotia quæ tractanda ſunt in duplici differentia ſunt. Alia tractari poſſunt mediatè, & immediatè, alia tantum immediatè. Prima poſſunt tractari in propria perſona, & etiam per procuratorem; Vt ſunt negotia forentia, & etiam ſponſalia, vt habetur cap. fin. de procuratore, lib. 6.

Et ratio aſſignatur, quia ſolus conſenſus ſufficit, qui haberi poteſt, & per litteras, & per procuratores. Ea autem, quæ in actione perſonali conſiſtunt ex propria natura, nequeunt per procuratores fieri. Et hac ratione in caſibus de confeſſionibus, prout habebimus loco ſuo. Et habetur in 4. D. 18. apud Magiſtrum Dominicum à Soto, per litteras, neque per procuratorem nemo poteſt confiteri, aut ſacramentaliter abſolui. Ex hac diſtinctione elicitur concluſio ad quæſitum pro parte negatiua; quæ ſic ſe habet.

Nõ Princeps mittens procuratorẽ ad leuãdum de fonte baptiſmi, eſt patrinus, ſed procurator ipſe.

Cognatio ſpiritualis in ſuſceptione à fonte baptiſmatis contrahitur, non inter Principes mittentes procuratores ad hoc, ſed inter procuratores, & baptizatum, & parentes infantis.

Probatur concluſio iſta, officium ſuſceptoris baptizati, eſt officium immediatum, & conſiſtit in actione perſonali, quæ eſt tenere, & ſuſcipere baptizatum, ſed reuera nemo per procuratorem poteſt eſſe immediatè ſuſceptor, ſeu patrinus, vt cognationem contrahat; ergo cum immediatè non ſuſcipiat puerum à fonte per procuratorem hoc faciendo, non ſunt compatres, vel patrini, ſed Procuratores, qui immediatè ſuſcipiunt baptizatum, ipſi realiter ſunt compatres, & patrini, & non Principes ipſi. Quando autem hoc faciunt magnates, eſt quædam ceremonia ad ſtringendam amicitiã, ad pacem cõciliandam pro bono publico. Quare tunc procurator ille delegatus eſt verè ſuſceptor de fonte, & ipſe verè contrahit talem cognationem. Ratio huius eſt, quia ad contrahendam iſtam cognationem, neceſſaria eſt actio realis tangendi, quæ quidem actio non reperitur in Prin-

cipibus, & magnatis illis, ſed in ipſis procuratoribus; ergo ſoli procuratores contrahunt cognationem ſpiritualem. Sicut ſi Papa officium confirmandi ſimplici presbytero committeret, tunc non Papa ſed presbyter ille eſſet confirmator. Similiter neque tota Ciuitas, vel Collegium, vel Reſpublica poteſt eſſe ſuſceptor infantis à fonte baptiſmatis, ſed ſolus eſt patrinus ille, qui miſſus eſt ad hoc officium peragendum. Et confirmatur hoc ex tenore Concilij, & declaratione Cardinalium, quibus in locis dictum eſt, quod patrini debent puerum ſuſcipere de fonte ſacro, ad contrahendam cognationem ſpiritualem; ergo ſolum procuratores ipſi contrahunt cognationem talem. Ex quibus dicendum eſt argumento pro parte affirmatiua, declarato primo dubio.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector; An ſi quis baptizatus baptizet filium infidelis, contrahatur compaternitas inter baptizantem, & patrem infidelem.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua adducit talem rationem. Nam iſte, qui baptizat contrahit cognationem ſpiritualem cum baptizato; ergo & cum patre baptizati ſimiliter.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Semoto fundamento relationis, non datur relatio, fundamentum compaternitatis eſt fides; ergo remota fide remouetur compaternitas; ergo baptizans filium infidelis, non poteſt eſſe compater patris infidelis.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus duo facit circa hoc dubium, primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, ſecundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Baptizans filium infidelis eſt patrinus filij baptizati, non tamẽ eſt cõpater eius patris infidelis.

Concluſio eſt iſta: Baptizans filium infidelis, eſt patrinus filij baptizati, non tamen eſt compater eius patris infidelis. Concluſio iſta habetur ex probatione, facta pro parte negatiua dubij. Et licet oppoſitum dicant Sylu. verbo, Matrimonium, q. 7. §. 12. & alij cum illo.

Nihilominus concluſio noſtra pro parte negatiua eſt certiſſima; hanc concluſionem docet Magiſter Dominicus à Soto, apud P. F. Petrum de Ledeſma, quam partem tenent multi. Et confirmatur ſic. Pars iſta certiſſima eſt, oppoſita autem eſt ſine fundamento, cum non fundetur in aliquo textu iuris.

Pars negatiua eſt certiſſima; Quia non poteſt ſpiritualis cognatio reperiri in infideli. Cognatio enim ſpiritualis fundatur in fide, quæ in infideli non reperitur. Immò hac de cauſa Angelicus Doctor in reſponſione ad tertium, dicebat, quod infidelis non poteſt de fonte leuare, quia eſt expers ſpiritualis vitæ; per conſequens eſt dicendum, quod ſi non poteſt eſſe patrinus, neque compater poterit eſſe, quia compaternitas fundatur in eadem vita ſpirituali, qua & patrinus; ergo pars iſta certiſſima & propriè ſuſtinenda eſt. Et ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

AD inſtantiam ergo adductam pro parte affirmatiua dicit Theologus, veriſſimum eſſe, quod baptizatus filius infidelis contrahit cognationem ſpiritualem cum baptizante, & cum ſuſcipiente ex fonte ſacro, non tamen tales patres ſpirituales contrahunt cognationem ſpiritualem cum patre infideli talis filij. Ratio eſt, quoniam filius eſt capax talis cognationis, quia factus eſt membrum Chriſti. Pater infidelis non eſt capax, cum careat fide. Quæ nam conuenientia eſt tenebræ ad lucem, fidelium, cum infideli? nulla certè; ideo non datur talis cognatio.

Inſtantia 2.

Contra hanc ſolutionem ſe opponit argumentator dicendo: Filius relatiuè ſe habet ad patrem; ergo qui eſt affinis filio, erit affinis & patri, ergo qui eſt patrinus filij, erit compater patri; ergo patrinus filij infidelis, erit compater patris filij baptizati infidelis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod in tali patre non reperitur fundamentum relationis ad talem filium, vt ſic, ſcilicet, ad filium baptizatum, & ad ſuſcipientem cum careat fide pater ipſe. Vnde ad argumentum dicitur, quod quamuis baptizatus filius ſecundum ſe, ſit capax talis cognationis ſpiritualis in ordine ad baptizantem, & ſuſcipientem, non tamen eſt capax talis cognationis in ordine ad non baptizatum. Et aſſignatur optimum ſimile. Baptizatus capax eſt ſacramenti matrimonij, abſolutè loquendo, non tamen eſt capax illius in ordine ad non baptizatum, propter diſparitatem cultus. Sic in propoſito. Baptizatus eſt capax cognationis ſpiritualis, abſolutè loquendo, non tamen eſt capax illius cum infideli, propter diſparitatem cultus. Hac de cauſa pater ſpiritualis, & antedictus filius infidelis, non ſunt compatres cum patre infideli filij baptizati, & ſuſcepti ab illis. Et hæc dicta ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

AD argumentum pro parte affirmatiua caſus, dicit Theologus, quod Principes in tali caſu intelligunt ſe colligare in amicitiam, dando amico tantum honorem. Vel poſſumus dicere, quod in tali facto, & magnates ipſi decipiuntur: nec mirum eſt, quoniam, & ipſi homines ſunt. Sed prima reſponſio eſt conformior dignitati talium magnatorum. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis, & tota diſputatione hac.

DISPV-

Digitized by Google

DISPVTATIO TERTIA in littera B.

De Bello.

IN hac diſputatione Lector proponit tres caſus diſputandos, cum dubijs, dignis cõſideratione.

Caſus primus.

IN primo caſu quærit Lector. Vtrum aliquod bellum ſit iuſtum?

In caſu ſecundo quærimus, ſi licita ſint clericis bella?

In tertio caſu; An liceat vti inſidijs in bello?

In primo dubio poſtulat; An licitum ſit bellare inter Chriſtianos?

In ſecundo dubio interrogat; Si authoritas indicendi bellum reperiatur in ſolo Principe non habente ſuperiorem in terra?

In tertio dubio inueſtigat; Vtrum licitum ſit, quando inditum eſt bellum iuſtum contra Chriſtianos, vocare in ſuum auxilium milites infideles?

In quarto dubio petit; An quando bellum exercetur, authoritate priuata, & non publica, teneantur bellatores ad reſtitutionem?

In quinto dubio ſcire deſiderat; Si liceat Principi, dubio de iuſtitia belli, indicere bellum alteri Principi?

In ſexto dubio quærit Lector; Vtrum milites teneantur examinare iuſtitiam belli, & militare in bello dubio?

In ſeptimo dubio inquirit; Si fuerint iuſtæ conditiones pacis, ſubiaceant reſtitutioni omnia bona rapta, & damna data in bello?

In octauo dubio petit; An quando bellum eſt iniuſtum, ex eo, quia non vult acceptare conditiones ſufficientes, teneatur reſtituere omnia?

In nono dubio inueſtigat; Si ſiniſtra intentio Principis indicentis bellum, ſit peccatum mortale, obligans ad reſtitutionem?

In decimo dubio ſcire deſiderat; Vtrum in bello iuſto licitum ſit Principi, & militibus, afferre mala iſta innocentibus?

In vndecimo dubio interrogat; An in iuſto bello, licitum ſit occidere innocentem?

In duodecimo dubio poſtulat; Si illi, qui capti ſunt in bello iuſto, poſſint fugere dominos ſuos abſque peccato?

Lector enim in caſu diſputare intendit; Vtrum aliquod bellum ſit licitum. Et more ſolito adducit argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt D. Auguſtinus in ſermone de puero Centurionis, & habetur Epiſtola 5. ad Marcellinum; inquit enim ſanctiſſimus Pater Auguſtinus. Si Chriſtiana diſciplina omninò bella culparet, hoc potius conſilium ſalutis petentibus in Euangelio daretur, vt abijcerent arma, ſeque militiæ omninò ſubtraherent. Dictum eſt autem eis. Neminem concutiatis. Eſtote contenti ſtipendijs veſtris & concludit. Quibus proprium ſtipendium ſufficere potent militare non prohibet; ergo bellum poteſt eſſe licitum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum. Pœna non infligitur, niſi pro peccato. Sed bellantibus à Domino indicitur pœna, prout habetur Matth. 26. dicendo. Omnis qui accipit gladium, gladio peribit, ergo omne bellum eſt illicitum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Ad bellũ iuſtum, tria requiruntur, authoritas Principis, cauſa iuſta bellandi, & recta intẽtio bellantiũ

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, primo diſtinguit ipſum bellum, ſecundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & terminat dubia varia, tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Diſtinctio ergo ſumitur ex D. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 1. quo in loco dicit D. Th. quod duplex eſt bellum, iuſtum, & iniuſtum, & declarat ea quæ requiruntur ad hoc, quod bellum ſit iuſtum, dicendo, quod tria requiruntur ad hoc, quod aliquod bellum ſit iuſtum. Primo quidem authoritas Principis, cuius mandato bellum eſt gerendum. Aſſignat rationes huius dicti, dicẽdo. Non enim pertinet ad perſonam priuatam bellum mouere. Nam iſte poteſt ius ſuum in iudicio ſuperioris proſequi. Similiter conuocare multitudinem, quod in bello oportet fieri, non pertinet ad priuatam perſonam. Cum ergo cura Reipublicæ commiſſa ſit Principibus, ad eos pertinet, Rempublicã, Ciuitatẽ, vel Regnũ, ſeu Prouinciã ſibi ſubiectã tueri. Et non ad quemlibet Principem hoc pertinet, ſed ad eos, qui non cognoſcunt ſuperiorem in regimine ſui ſtatus; vt eſt Papa, Imperator, Reges, Reſpublicæ, & alij Principes abſoluti. Iſti poſſunt bella agere contra eos, qui iniuſtè rapiunt, vel poſſident bona ſua, vel bona illorum, qui cum illis ſunt confederati. Illis enim dicit Diuina ſcriptura. Eripite pauperem, & egenũ de manu peccatoris liberate eos, de quibus loquebatur Apoſtolus Rom. 5. dicens. Non ſine cauſa gladium portant, miniſtri enim Dei ſunt ad vindictam malorum, & ad laudem bonorum. Vnde Auguſtinus dicit contra Fauſtum lib. 22. cap. 72. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas, atque conſilium penes Principes ſit. Secundum, quod requiritur ad iuſtum bellum eſt cauſa iuſta, ſcilicet, vt illi, qui impugnantur propter aliquam culpam, hoc recipiant, quæ eſt contumacia ex parte illius, contra quem bellum mouetur, & correctio ex parte eius, qui mouet bellum; hoc enim manifeſtat D. Auguſtinus in lib. 83. Quæſtionum, ſuper Ioſue, quæſt. 10. in medio tom. 4. vbi dicit. Iuſta bella ſolent diffiniri, quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens, vel ciuitas plectẽda eſt, quæ vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per iniuriam ablatum eſt. Tertium, quod requiritur ad iuſtum bellum eſt, recta intentio ex parte agentis bellum, id eſt, iuſtus affectus, quo mouetur ad indicendum bellum aliquod, quia ſuccenditur, vel vt bonum promoueatur. Vel vt malum in tereat. Vnde D. Auguſtinus de verbis Domini, & habetur 23. q. p. cap. Apud, veros Dei cultores etiam illa bella

pecci-

peccata non ſunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur. Poteſt autem contingere, vt ſit legitima cauſa, & authoritas ſimiliter indicendi bellum. Nihilominus propter prauam intentionem bellum reddatur illicitum. Praua igitur intentio reddit bellum iniuſtum; vnde ad bellum licitum r[illegible] etiam recta intentio. Dicit enim D. Augustinus contra Fauſtum; Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus, & implacabilis animus, feritas bellandi, libido dominandi, Et ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur. Ex his enim apparet quinque modis bellum reddi iniuſtum, primo ratione rei, v.g. quando mouetur bellum, non pro recuperatione boni publici, non pro defenſione patriæ, ſed pro aliquo malo fine, ſecundo ex parte cauſæ, ſcilicet, quando abſque cauſa motum eſt bellum contra proximum ſuum, tertio quando bellum malo animo, & ex vindicta mouetur, quarto quando fit non ex authoritate Principis, ſed authoritate priuata, quinto & vltimo bellum dicitur iniuſtum ratione perſonæ à qua procedit; quia, ſcilicet, eſt perſona Eccleſiaſtica, cui licitum non eſt effundere ſanguinem. Prælati tamen, qui habent iuriſdictionem temporalem, poſſunt per alios mouere bellum, & bellare, præcipuè contra raptores, & poſſeſſores iniuſtos bonorum Eccleſiæ. His declaratis, pertinentibus ad iuſtum, & iniuſtum bellum, ponendæ ſunt concluſiones particulares pro maiori captu doctrinæ.

Quinque ex cauſis bellũ redditur iniuſtum, & illicitũ, & eſt peccatum cõtra charitatẽ, & iuſtitiam.

Concluſio prima. Militibus licet ire ad iuſtum bellum, non ſolum in his, quæ ad fidem pertinent, & pro bono Eccleſiæ, ſed etiam ad alia bella iuſta, & contra infideles, & contra contumaces, & rebelles, immò aliquando ad hoc tenentur in conſcientia.

Militibus licet ire ad iuſtum bellum non ſolũ quo ad ea, quæ ad fidem pertinent, ſed ad alia bella iuſta.

Probatur concluſio iſta: Quilibet tenetur pugnare pro patria, & pro illa vitam ponere, & defendere veritatem. Infideles, contumaces, & rebelles damnum maximum ferunt patriæ, & offuſcant veritatem; ergo contra illos non ſolum licet bellare, ſed debemus, & neceſſe eſt; ergo pergentes ad hoc iuſtum bellum, non peccant, ſed merentur, ſi recta intentione illud exercent.

Concluſio ſecunda negatiua. Militibus non licet ad bellum iniuſtum pergere; probatur hoc, quia tunc non pugnant pro bono publico, ſed expugnãt illud, affligunt innocentes, damnificantque illos iniuſtè; ergo peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur. Et agunt contra id, quod dicit Præcurſor Chriſti Ioannes militibus illis, qui quærebant modum militandi, ſine Dei offenſa, dicebatq; illis. Neminem concutiatis, contenti eſtote ſtipendijs veſtris.

Milites pergẽtes ad bellum iniuſtũ, peccãt mortaliter, & ad reſtitutionẽ tenentur, etiã ad bellũ dubiũ aliquando.

Ex his concluſionibus eliciuntur aliqua corolaria. Primum, Miles ad præceptum Domini ſui iuſtè, & licitè poteſt bellare; probatur hoc: quia ei in rebus iuſtis obedire tenetur, ergo ſi præcipit ei, vt ad bellum iuſtum contra hoſtes ſe accingat, debet ſeruare præceptum eius, & ſtrenuè defendere Dominum ſuum, & iura, & bona illius. Secundum corolarium. Debet etiam obedire, quando dubitat, ſi bellum ſit iuſtum, vel iniuſtum, vt habetur 23. q. 1. cap. qui culpatur; modo quæſierit, ſi tale bellum ſit iuſtum, vel non. Corolarium tertium. Si nouit bellum eſſe iniuſtum, vllo modo obedire debet Principi ſuo, præcipienti vt pergat ad bellum, aliter mortaliter peccaret, & ad reſtitutionem teneretur, ex ſententia Apoſtoli. Non ſolum facientes, ſed conſentientes, digni ſunt morte. Corolarium quartum. Milites autem non ſubditi tali Domino, & amici, & nõ ſtipendiati, ad bellum dubium, ire non debent: ratio, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda. Pars autem tutior pro ſalute animæ, & corporis eſt manere in pace, quam bellare, propterea ſtandum eſt in quiete. Nec excuſantur iſti propter timorem admittendi feudum, vel ſtipendium, vel quid ſimile, quoniam non ſunt facienda mala, vt veniant bona.

Lector huic doctrinæ ſe opponit dicendo. Aduocato licet defendere cauſam dubiam, ergo & militi licebit bellare in bello dubio.

Impugnatio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo: quod cauſa dubia eſt materia aduocandi, nec deſiſtere debet aduocatus, niſi certus de iniuſtitia. In bello autem viribus corporalibus negotio nititur, propterea non eſt par ratio de aduocato, quia ſcientia vtitur ad defendendam ſuam ſententiam. Immò neque Princeps poteſt mouere bellum in re dubia, cum bellum iuſtum ex vtraque parte eſſe non poſſit, propterea debet bene conſulere caſum, & non mouere bellum in incerto: vt igitur clarius percipiamus hęc omnia, diſputanda ſunt dubia.

Impugnationis reſponſio

Dubium primum.

LEctor igitur in hoc primo dubio quærit, ſi ſit licitum bellare inter Chriſtianos. Et pro vtraque parte format ſuam probationem.

Pro parte affirmatiua eſt validiſſima ratio. Finis iuſti belli eſt pax, & tranquillitas Reipublicæ iuxta illud commune axioma Sanctorum, & Philoſophorum. Bella gerimus, vt in pace agamus, quod docet Ariſt. lib. 10 Ethic. & lib. 7. Polit. c. 14. & 15. Quod confirmat D. Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 12. ergo quando ſeruentur honeſtæ conditiones, bellum contra Chriſtianos etiam licitum eſt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Bellum eſt inſtitutum ad iniuriam propulſandam, vel ad vindictam inferendam: ſed inter Chriſtianos licitum non eſt propulſare iniuriam, vel illam vindicare, ergo bellum inter eos non eſt licitum. Minor probatur, quoad primam partem: Omnis iniuria, vel à propria perſona, vel à ſocio repellitur, ſed vtrunque horum lege Euangelica prohibetur: Matth. 5. Ego autem dico vobis non reſiſtite malo, &c. Si qui te percuſſerit in vnam maxillam, prębe ei, & alteram. Et D. Paulus, Rom. 12. Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Vbi prohibetur propriam iniuriam repellere. Item dicit Dominus Petro, volenti defendere illum, Matth. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam. Secunda

Partis negatiuæ probatio.

pars

Digitized by Google

pars minoris propoſitionis probatur. Inquit enim Deus (vt affirmat Apoſtolus, Rom. 12.) Mihi vindictam, & ego retribuam; ergo inter Chriſtianos non licet bellare.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Circa hoc dubium, Lector Theologus tria facit, primo obſeruat aliqua, ſecundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod circa hanc quæſtionem fuerunt variæ ſententiæ hæreticorum, vt habetur apud Alphonſum de Caſtro, lib. 3. contra hæreticos, titulo Bellum, hæreſi prima, & ſecunda. Fuerunt Manichæi, vt refert D. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74. tomo 6. iſti damnabant vniuerſa bella, dicendo; illa eſſe a malo Deo. Immò Lutherus apud Roſenſem Ar. 34. taliter inſaniit, quod damnabat omnia bella Chriſtianorum contra Turcas, & contra alios hoſtes fidei, affirmans illud eſſe repugnare Deo caſtiganti peccata noſtra per ipſos. Sunt enim flagella Dei, inquit Lutherus, cui non licet reſiſtere. Alij ex Lutheranis, v. Oecolampadius, & Cornelius Agrippa, damnant illa bella, quæ Chriſtiani exercent contra Chriſtianos, aſſerentes illa eſſe contra Euangelium. Quem errorem prolixè defendit Eraſmus in annotationibus ſuper Lucam, cap. 3. & 22. quem referunt, & impugnant Ioannes Arboreus lib. 2. Theoſophiæ, c. 14. & Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſacra lib. 6. annot. 156.

Secundum obſeruandum eſt, quod aliquod poteſt dupliciter conſiderari, primo ſecundum ſpeciem ſuam in communi, nudè conſiderando naturam rei, vt ſic: ſecundo poteſt conſiderari, prout eſt in indiuiduo, cum accidentibus communibus, v. g. homo poteſt conſiderari ſecundum ſubſtantiam ſuam, prout eſt animal rationale tantum, præſcindendo ab omnibus accidentibus, præcipuè quæ non ſequuntur ſpeciem. Alio modo conſiderari poteſt, prout eſt in indiuiduo. Similiter actus dupliciter poteſt conſiderari; primo ex ſpecie ſua ex parte obiecti in vniuerſali, & in abſtracto. Alio modo in concreto in indiuiduo, in exercitio. Et D. Th. Quolib. 9. ar. 15. dicit, quod operationes humanæ quædam ſunt per ſe, & intrinſecè bonæ, & ſunt illæ, quæ ex parte obiecti habent bonitatem, vt dilectio Dei. Aliæ autem ſunt intrinſecè malæ, quæ ex parte obiecti habent intrinſecam malitiã, vt mendacium. Aliæ autem ex parte obiecti ſunt indifferentes, quæ bene, & male poſſunt fieri ex accidentibus coniunctis. Aliæ verò ſunt, quæ ſi per ſe ſumũtur, diſſonare videntur rationi, quæ tñ poſſunt honeſtari ex finis circumſtantijs, Vt venditio officioſum ſecularium, pluralitas, & negotiatio beneficiorum. His ſic notatis, conſiderandum venit, in quo genere iſtorum ſit bellum, quod habebimus ex conſideratione concluſionum.

Nota.

Bellum non eſt per ſe intrinſece malum, ſed eſt licitũ in omni lege, ſeruatis iuſtis conditionibus.

Concluſio prima. Bellum non eſt per ſe, & intrinſecè malum, ſed ſeruatis iuſtis conditionibus, ſemper fuit licitum in quacunque lege, & oppoſitum aſſerere eſt hæreſis. Concluſio iſta pluribus vijs probatur; primo ex ſacris literis, Geneſis 14. Abraham geſſit bellum, & parta victoria, commendatus eſt, & accepit benedictionem à Melchiſedech; quod autem bellum illud fuerit iuſtum, & ſanctum, conſtat ex ipſa Diuina Scriptura. Hoc oſtendit D. Ambro. à Geneſi, vſque ad libros Machabæorum, & numerat multos ſanctos geſſiſſe bella iuſtiſſima, Moyſes, Gedeon, Ioſue, Dauid; Sancti per fidem vicerunt regna, inquit Apoſtolus, ſecundo probatur concluſio ex teſtimonijs Noui Teſtamenti; In primis D. Io. Baptiſta. Lucæ 3. approbat munus militare dicendo militibus qui eum interrogabant de neceſſarijs ad ſalutem. Neminem concutiatis, Contenti eſtote ſtipendijs veſtris, quo teſtimonio vtuntur ſancti ad probandum bellum non eſſe peccatum. Hoc facit D. Auguſtinus in Epiſtola 5. ad Marcellinum & multis alijs in locis hoc affirmat. In hoc autem non eſt audiẽdus Eraſmus, qui dicit Io. Bapt. pertinere ad Vetus Teſtamentum iuxta illud Matth. 11. Lex & Prophetæ, vſque ad Ioannem. Vnde dicit, quod clareſcente Euangelio, non licet bellare, ſed decipitur in multis Eraſmus ipſe. Primo, quia Io. Bap. multo magis pertinet ad Nouum Teſtamentum, quam ad Vetus; Secundo, quia lex non pertinet ad Nouum Teſtamentum, tamen vnane ſi ſancti Patres Noui Teſtamenti accipiunt eius ſententiam, & ex ea colligunt bella eſſe licita, etiam in lege Euangelica; Tertio, quoniam Chriſtus Dominus, qui dedit Euangelium pertinens ad legem nouam, dixit Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; loquens de illis vectigalibus, quæ dantur in ſtipendium militibus. Hoc medio vtitur D. Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 22. cap. 74. ad probandam bella eſſe licita. Et D. Paulus ad Rom. 13. de terreno Principe dicit. Eſt enim Dei miniſter vindex in ira ei, qui male agit; ergo ſi Reſpublica læditur ab aliquo Principe, Reſpublica poteſt vindicare ſeipſam. Tertio, confirmatur concluſio ex teſtimonio Sanctorum, præcipuè D. Ambr. lib. 1. Officiorum, cap. 27. & 29. vbi dicit in bellis ſeruari veram iuſtitiam, & cap. 40 & 41. adducit multa exempla Sacræ Scripturæ, quibus commendat iuſta bella Sanctorum contra hoſtes patriæ: ad quem modum loquuntur omnes ſancti Patres, qui de iuſto bello verbum faciunt. Quarto, Principes iure naturæ poteſtatem habent vindicandi ſubditos ſibi ab iniurijs, & repetendi res ab ipſis iniuſtè ablatas, cum illis commiſſa ſit cura Reipublicæ, & Ciuium; ergo poteſt contra hos bellum facere. Antecedens probatur ex D. Auguſtino lib. 6. 83. q. ſuper Ioſue, q. 10. Iuſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias. Conſequentia probatur. Nam cum Princeps non habeat iudices ſuperiores in temporalibus, ipſo iure naturæ Princeps, qui infert iniuriam, fit ſubiectus alteri Principi, qui illã patitur, & infert iuſtum bellum. Confirmatur hoc: Finis iuſti belli eſt pax, & tranquillitas Reipublicæ, vt dictum eſt in proponendo dubium; ergo quando ſeruantur honeſtæ conditiones, bellum eſt licitum, & iuſtum.

Tan-

Digitized by Google

Tandem probatur concluſio iſta; In Eccleſia eſt inſtituta Religio ad militandum armis contra hoſtes fidei, de qua re loquitur D.Thom. 2.2.q. 188.art.3. & D.Bernardus in Sermone ad milites Templi, cap. 3. Sed finis Religionis, quam Eccleſia approbat eſt ſanctus; ergo etiam bellum contra hoſtes fidei. Confirmatur experientia totius populi Chriſtiani, qui ſemper expertus eſt Imperatores Catholicos à Coſtantino Magno, vſque ad hæc tempora, ex conſilio Summorum Pontificum geſſiſſe bella contra hoſtes fidei. Immò verò in ipſa coronatione Imperatoris, datur illi à Summo Pontifice ſanctus gladius ad defenſionem Eccleſiæ, & fidelium; ſicut olim datus ſuit Iudæ Machabæo à Sancto Hieremia, 2.Machab.15

Bellũ, ſi per ſe ſumatur, videtur rationi diſſonare, poteſt tamẽ dehoneſtari ratione finis.

Concluſio ſecunda: Bellum ſi per ſe ſumatur videtur diſſonare rationi; vt negotiatio &c, quoniam bellum ſi conſideretur ſecundum ſe habet annexa multa mala, & incommoda in Republica, vt de ſe patet; ergo de ſe ſonat malum; Vt hominis occiſio, & quid ſimile. Honeſtari tamen poteſt, vt dictum eſt in præcedenti concluſione. Nam hæc mala, & incommoda, relata ad finem pacis, & tranquillitatis Reipublicæ, compẽſantur optime. Exemplum habemus in medicina. Medicus à principio curat ægrotum potionibus amaris, & rigidis, quæ ipſos infirmos cruciant, & humores perturbant: poſtea tamen humores turbatos expellunt, & ſanitatem reſtituunt. Eodem modo bellum à principio habet annexa illa incommoda, vt cedes, perturbationes &c. quod inſinuat D. Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 28. dicendo. Sicut mors vitæ, ita bellum paci videtur eſſe contrarium. Et D.Thom. eadem ratione tractat de bello inter illa vitia, quæ opponuntur paci. At verò in fine, bellum inducit tranquillitatem Reipublicæ, cuius gratia tolerantur omnia mala; Vnde quamuis de ſe, & ex obiecto ſuo bellum ſonat in malum, tamen accidentibus, & honeſtatiuis circumſtantijs poteſt eſſe bonum, & ſic eſt licitum. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ negat conſequentiam, & ad authoritatem Domini, Matth. 5. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo, ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe illi & alteram: ſimiliter ad D.Paulum, Non vos defendentes chariſſimi; dicimus, quod huiuſmodi præcepta ſemper ſunt ſeruanda in præparatione animi; vt ſemper homo paratus ſit non reſiſtere, vel non ſe defendere ſi opus fuerit: quia ex intentione nullus debet reddere malum pro malo, formaliter loquendo: licet aliquando materialiter oppoſitum accidat, quando hoc fit authoritate publica, quæ data eſt à Deo, ad vlciſcendã iniuriam oppreſſorum. Et hoc inſinuat Illuſtriſſimus D. Caietanus ibi ſuper Matthæum, dicendo: hoc præceptum regulariter dari priuatis hominibus, & in ordine ad priuatas iniurias; non tamẽ datur tale pręceptum publicis hominibus, qui authoritate publica habent vindicare iniurias, & punire peccata Reipublicæ, quo pacto vindicari ſolent per bellum iuſtum: Vel cum D. Auguſtino lib. 22. contra Fauſtum, cap. 76. dicendum eſt, quod verba illa non ad præceptum, ſed ad Conſilium referenda ſunt, & pertinebant ad perfectionem Euangelicam, qua Apoſtoli, & Martyres pro Chriſto, & Euangelio non reſiſtebant perſequutionibus Tyrannorum, ſed patienter tolerabant; quæ tolerantia fuit excellentior omni victoria Principum. Ad dictum Dominum, 26. Matth. D. Thom. vt videbimus ad primum argumentum, ex doctrina D.Auguſtini contra Fauſtum, cap. 70. dicit: quod dictum illud intelligitur de authoritate priuata, & hoc dicebat Chriſtus, inquit D.Auguſtinus ibi cap. 76. vt exemplo, & verbo doceret Apoſtolos ſeruare patientiam in tribulationibus. Et Caietanus in illo loco dicit, quod in illis verbis Chriſtus voluit ſignificare pœnam talionis, latam fuiſſe in lege contra homicidas, eo modo, quo dicitur Geneſ. 9. Qui fuderit ſãguinem, fundetur ſanguis illius. Et Apoc. 13. Qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Ex hoc tamen non ſequitur, quod authoritate publica non liceat vti gladio, immò verò id ſequitur ex D.Paulo, Roman. 13. Non ſine cauſa gladium portat, & ſtatim ſubdit, Dei enim miniſter eſt; & ad inſinuandum, quod vtitur gladio illo, authoritate Dei: Vnde ille Iudex, qui ſecundum gradum ſui ordinis vindictam exercet in malos non vſurpat ſibi, quod Dei eſt, ſed vtitur poteſtate ſibi diuinitus data.

Inſurgit argumentator, & inſtat ſecundo loco, dicendo, reſponſionem iſtam non cõcordare cum Diuina Scriptura. Nam Iſaiæ 2. dicitur: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra prælium; in ſignum, quod tempore legis Euangelicæ tollenda erant omnia bella à populo Dei, quod confirmat Zacharias 9. dicendo: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus; & ſubdit. Et diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, quod confirmat Chriſtus multis in locis: ex quibus teſtimonijs explicatur voluntas Dei; ergo bellum, maximè inter Chriſtianos, eſt contra diuinam voluntatem, & per conſequens eſt malum. Nam omne, quod eſt contra diuinam voluntatem, malum eſt, & illicitum. Inſtantia 2.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ, dicendo: Quod locus ille Iſaiæ, eſt aperta prophetia de tempore aduentus Chriſti, quod totus orbis debebat in pace exiſtere, quæ pax erat ſpeciale ſignum Meſſiæ, qui erat redẽpturus orbem, prout declarat Origenes. Secundo dicitur, quod dictum Iſaiæ ſignificat Apoſtolos Chriſti, & Martyres, qui non vi, & armis, ſed doctrina, patientia, & tolerantia, propagaturi erant fidem Chriſti per totum orbem terrarum; Vel poſſumus dicere, quod Propheta in verbis illis intendebat, quod per Chriſtum erant debellandæ aduerſariæ poteſtates ſpiritualium inimicorum, vt non poſſent præualere contra Chriſti fideles. Et hoc forſan inſinuabat Dauid Rex, in Pſal. 45. Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferrens bella &c. Inſtant. ſolutio.

Bella in aduẽtum Domini ceſſare debebãt, licet per neceſſitatis ſint licita.

D.Ambr.

Digitized by Google

D.Ambr. dat ſuas expoſitiones; primam de pace data vniuerſo orbi tempore aduentus Chriſti, vt pateret locus prædicationi Apoſtolorum: ſecundam expoſitionem dat de hoſtibus ſpiritualibus iam deuictis virtute Chriſti. Et ad eundem modum explicandum eſt dictum *Zachariæ*, Ad id autem, quod in argumentum adducitur, ſcilicet, quod bellum eſt contra diuinam voluntatem, diximus illud eſſe falſiſſimum, nam pari ratione probaret eſſe iniuſtum, & malum, adhibere medicinam contra peſtem, quem Deus mittit propter peccata hominum, quod eſt abſurdum.

Inſtantia 3. Argumentator de nouo inſtat dicendo: ratio iſta non eſt conformis interpretationibus Sanctorum Patrum. Origenes tractatu 35. ſuper Matth. dicit, quod Euāngelica doctrina abhominatur militiam, & vindictam, eo quod aduerſus neminem debemus vti gladio. Et D.Ambr. ſuper Lucam 22. dicit: Cur præcepit Dominus emere gladium? & ſtatim ſubdit, quod loquebatur de gladio ſpirituali. Et Tertullianus in lib. de corona militis, & lib. contra Marcionem dicit: Prælia interdicta eſſe Chriſtianis, quibus gladio ſpirituali, & non corporali, vtendum eſt.

Inſtant. ſolutio. Dupliciter Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ: primo dicit, quod Sancti damnant bella, & gladio, quando vſurpantur priuata authoritate, aut iniuſtè, & tyrannicè bellum fit: ſecundo dicitur, quod Patres illi intendebant docere perfectionem Euangelicam, quæ magis amplectitur tolerātiam paſſionum, quam vſum armorum. In quo ſenſu dicebat D. Hieronymus in Epiſtola ad Gratian. Pro illo tempore antiquo dicebatur bellatoribus accingere gladio tuo &c. Nunc verò audit Petrus. Reconde gladium tuum in vaginam.

Vti bello nō licet perſonis priuatis, publicis autem ſic.

Inſtantia 4. Argumentator vult probare intentum ſuum ratione dicendo: Bellum opponitur paci; ergo bellum ex ſui natura eſt illicitum; valet conſequentia, tum quia rixa, & diſcordia ſunt illicita, ſimiliter & ſchiſma; quia ex natura ſua opponuntur paci; tum etiam, quia per D.Thom. 2.2. quæſt. 29. artic. 3. Pax eſt effectus charitatis, & per conſequens quicquid contrariatur paci, contrariatur charitati ſaltem mediatè. Antecedens probatur. Nam Doctor ſanctus ibidem art. 2. numerat bella inter alia multa, quæ opponuntur paci; ergo bellum eſt illicitum.

Inſtant. ſolutio. Facilis eſt reſponſio; falſum eſt, quod bellum opponatur paci, inquit Theologus; immò ordinatur ad pacem obtinendam, prout declarauimus in hac ſecunda concluſione, in deciſione dubij; Vnde concedimus, quod pax eſt effectus charitatis, ſed procedit à bello aliquando, tanquam à cauſa inſtrumentali.

Inſtantia 5. Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo. Actiones humanæ ſunt iudicandæ, ſecundum quod regulariter, & vt in plurimum contingunt; ſed ex bello regulariter, & vt in plurimum ſequuntur detrimenta in Republica; ergo eſt illicitum. Minor conſtat experientia. Maior probatur ratione, & exemplo. Ratione nam in ſpeculatiuis id, quod regulariter, vt in plurimum contingit eſt neceſſarium, vt quod in vere ſit tonitrua; ergo illud erit malum in moralibus, quod regulariter, & vt plurimum habet adiunctam malitiam. Exemplo probatur. Nam non reddere depoſitum eſt contra ius naturæ, quoniam non reddere regulariter, & vt in pluribus eſt malum. Confirmatur hoc. Fornicatio ideo eſt intrinſecè mala, quoniam regulariter, & vt in plurimum ſequitur malum prolis; licet in aliquo caſu non ſequatur, ſed ex bello vt diximus regulariter, & vt plurimum ſequitur detrimentum in Republica; ergo eſt malum.

Inſtant. ſolutio. Theologus per diſtinctionem ſatisfacit argumento dicendo: quod actiones, quæ regulariter, & vt in pluribus ſunt malæ, ſunt in duplici differentia, quædam ſunt tales per ſe, & ex natura ſua, & hæ ſunt intrinſecè malæ, vt denegatio depoſiti per ſe, vt in pluribus, & regulariter eſt mala, quamuis aliquando, & per accidens talis denegatio ſit bona, ſcilicet, quando petitur ad damnum ſui, vel proximi. Aliæ autem tales ſunt, non ex propria natura, ſed propter vitium ſubiecti, vel propter accidentia, & circumſtantias. Et huiuſmodi actiones non ſunt intrinſecè malæ, ſed ſonant in malum, & præſeferunt turpitudinem. Et iſte actiones, quoniam ex natura ſua non habent intrinſecam malitiam, honeſtari poſſunt aliquibus circumſtantijs, ita vt fiant bonæ moraliter, & huiuſmodi eſt bellum.

Bellū ex ſua natura nō eſt malū, pōt eſt dehoneſtari aliquibus circumſtantiis.

Ad confirmationem autem dicit, ex iam dictis, quod fornicatio ideo eſt intrinſecè mala, quoniam ex ſe, & ex natura ſua ſequitur detrimentum prolis, licet per accidens non ſequatur aliquando. Ex bello autem iuſto non ſequūtur per ſe, & ex natura rei huiuſmodi detrimenta, ſed per accidens, ideo non eſt intrinſecè malum.

Inſtant. vlt. Contra hoc inſtat Lector dicendo. Mouere bellum eſt illius, qui habet ius, & poteſtatem ſuper alium, ſed Princeps nullus habet poteſtatem, aut imperium in alium Principem ſibi æqualem; ergo non poteſt illi mouere bellum. Cum nec homo priuatus poſſit vti gladio in alium, & vindicare ſe, quia non habet poteſtatem in illum.

Inſtant. ſolutio. Theologus ad Minorem dicit, quod illa Reſpublica, vel Princeps, qui intulit iniuriam alteri Principi, vel Reipublicæ, ratione iniuriæ incurrit ſubiectionem ad illum Principem, cui intulit iniuriam. Ideo ille Princeps, qui affectus eſt iniuria habet ius indicendi bellum alteri. Et hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio, quærit Lector; An authoritas indicendi bellum ſit ſolum in Principe, ſuperiorē in terra non habente. Et more ſolito pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Et primo pro parte affirmatiua ſic. In illo eſt authoritas indicendi bellum contra aliquem, qui habet authoritatem ſuper illum, ſed huiuſmodi authoritas non reperitur, niſi in Principe, qui non habet ſuperiorem in terra; ergo authoritas indicendi

Digitized by Google

di bellum reperitur ſolum in Principe, ſuperiorem in terram non habente.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale ratiocinium formatur. Iure naturæ conceſſa eſt vnicuique defenſio ſui, & rerum ſuarum; ſed aliquando Princeps inferior non poteſt defendere ſe, & res ſuas, niſi gerendo bellum; ergo vnuſquiſque Princeps habet ius indicendi bellum; ergo talis authoritas non manet in Principe ſolum, non habente ſuperiorem in terra.

Confirmatur hoc dupliciter: Primo Princeps ſumitur, & diſtinguitur contra perſonam priuatam, ſed Princeps, qui habet Principem ſupra ſe, diſtinguitur à priuata perſona; ergo etiam talis poteſt indicere bellum alteri Principi.

Confirmatur ſecundo. Nam ad eum ſpectat gladium bellicum mouere contra extraneos, ad quos ſpectat gladio materiali vti contra intraneos, ſed contra intraneos non requiritur Princeps carens ſuperiore, vt de ſe patet, ergo nec ad indicendum bellum contra intraneos.

Dubij ſolutio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo notat aliqua, pro intelligentia doctrinæ. Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Primum enim notandum eſt, quod Reſpublica & Princeps eius eſt duplex. Alia eſt Reſpublica perfecta, quæ nec dependet ab alia ſuperiori, nec recurrit ad illam, ſed ſibi ad omnia eſt ſufficiens in omnibus, quæ ad debitam gubernationem pertinent; Vt eſt Reſpublica Hiſpaniarum, Galliarũ, Venetiarum, & ſimilium, inquit Bannenſis. Alia eſt Reſpublica imperfecta, & ſimiliter Princeps eius imperfectus, quæ dependet ab altera ſuperiori, & ad illam recurrit in ſuis omnibus: vt Reſpublica alicuius Domini, vel Comitis, in Hiſpania, in Gallia, in Neapoli. Ex quo ſequitur, quod Princeps Reipublicæ perfectæ, eſt abſolutè, & ſimpliciter Princeps. At verò Princeps Reipublicæ imperfectæ eſt Princeps ſecundum quid; vt notat hic Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in dubio primo. Et Victoria in relectione a. 3. & 4.

Secundo obſeruandum eſt, quod poteſtas quã habet Princeps, tota eſt ab ipſa Republica, ſiue Princeps ſit per electionem, ſiue per ſucceſſionẽ. Et in hoc differt à poteſtate ſpirituali quam habet Summus Põtiſex. Nam poteſtas ſpiritualis, quam habet Papa, eſt immediatè ab ipſo Deo. Poteſtas autem temporalis Principis, eſt immediatè ab ipſa Republica, de communi ſententia Doctorum, D. Thom. præcipuè in 2. 2. quæſt. 10. artic. 10. Ex quo rurſus ſequitur quod Princeps non habet maiorem poteſtatem, quam habet ſua Reſpublica, ſiquidem ipſa Reipublica tranſtulit in eum ſuam poteſtatem; vt dicitur in l. 1. ff. de conſtitutione Principum.

Tertio notandum eſt, quod Princeps Reipublicæ perfectæ, quæ paſſa eſt iniuriam, eſt iudex, & ſuperior contra illam Rempublicam, vel Principem, qui intulit iniuriam: quod ſic oſtenditur. Nam cum in Republica perfecta debeant eſſe omnia neceſſaria ad eius bonam gubernationem, & ſuſtentationem, debet eſſe in ea iuſtitia vindicatiua. Et cum bellum ſit ſupremus actus iuſtitiæ vindicatiuæ, fit vt Princeps, qui exercet bellum, illud iuſtè moueat, exercens actus illius iuſtitiæ. Quare in mouendo bellum, debet ſe habere vt iudex iuſtus, ſcilicet, vt pęna, quam infert bellando, non excedant quantitatem culpæ iniuriæ illatæ. Et ſecundum menſuram delicti, debet eſſe plagarum modus.

Vltimo eſt notandum, quod bellum eſt duplex. Alterum aggreſſiuum. Alterum verò defenſiuum. Stantibus his pro primo puncto, pro ſecundo ponuntur concluſiones.

Reſpublica imperfecta, & eius Princeps põt vti bello defenſiuo, abſque facultate Principis ſupremi.

Concluſio prima. Reſpublica imperfecta, vel Princeps eius, poteſt vti bello defenſiuo contra hoſtes, nec oportet expectare facultatem ſupremi Principis.

Concluſio eſt communis omnibus Theologis, & Iuriſperitis. Hoc enim ſuadet argumentum pro parte negatiua. Et confirmatur ſic. Nam quælibet priuata perſona iure naturali, poteſt defendere ſeipſam, iuxta illud dictum communiſſimum Iuriſtarum; Vim vi repellere licet; ergo multo magis licet Reipublicę, quamuis ſit imperfecta. Et probatur hoc. Nam bonum commune, eſt excellentius, & vniuerſalius, ac ſubinde diuinius, quam particulare.

Hoc enim affirmat Illuſtriſſimus D. Caietanus dicendo: quod non eſt quæſtio de bello defenſiuo, quando ſcilicet aliquis bellum facit, defendendo ſe ab indito ſibi bello: Hoc enim inquit, à naturæ iure, quilibet populus habet; ſed quæſtio eſt de indictione belli, quæ ſcilicet authoritas ad hoc exigatur? ideo deſcendamus ad alias cõcluſiones.

Reſpublica imperfecta, & eius Princeps nõ põt gerere bellũ aggreſſiuum ſine authoritas ſupremi Principis.

Concluſio ſecunda. Hæc Reſpublica imperfecta non poteſt gerere bellum aggreſſiuum, ſine authoritate ſupremi Principis. Concluſio licet ſit certa, probatur ſic. Nam ita ſe habent inter ſe duo Principes imperfecti in ordine ad ſupremum Principem, ſicut ſe habent duo conciues in ordine ad iudicem, ſed iſti duo conciues non poſſunt eſſe aggreſſores in alterutrum, quia tenentur confugere ad iudicem ſuperiorem; ergo ſimiliter illi duo Principes Reipublicæ imperfectæ. Antecedens probatur, quia illi duo Principes habent etiam ſuperiorem, apud quem poſſunt terminari illorum differentiæ.

Probatur ſecundo. Nam qui habet ſuperiorem, facit illi iniuriam, ſi vſurpat eius authoritatem, ſed ille, qui mouet bellum aggreſſiuum, ſine licentia ſuperioris, vſurpat ſibi illius authoritatem, nam facit ſe ſuperiorem cum non ſit; ergo illicitè operatur.

Tertio probatur concluſio. Nam ſi vnuſquiſque vellet mouere bellum, cederet in maximam perniciem Reipublicæ; ex hoc enim nullus eſſet ſecurus in dominio ſuo.

Vltimo probatur concluſio, congruentiſſima ratione. Bellum aggreſſiuum, eſt ſupremus actus iu-

ſtitiæ

ſtitiæ vindicatiuæ. Sed vt docet Doctor ſanctus, 2.2 q. 108. ar. 1. & Illuſtriſſimus D. Caietanus ibidem. Actus conſumatus iuſtitiæ vindicatiuæ, ſolum conuenit habenti publicam authoritatem, vt iudici, prout explicat optimè ibi Dominus Caietanus; ergo ſupremus actus vindicationis, qualis eſt bellum aggreſſiuum, ſolum debet competere illi, qui habet ſupremam poteſtatem publicam, ſ. ſupremo Principi, vel Reipublicæ; ergo non conuenit alijs inferioribus. Ex qua doctrina habemus, quod D. Th. & Caietan. ponunt Principes imperfectos, & Reſpublicas imperfectas inter perſonas priuatas, ad quas non pertinet mouere bellũ aggreſſiuũ.

Concluſio tertia. Quælibet Reſpublica perfecta, ſiue Princeps illius, poteſt gerere bellum, etiam aggreſſiuum contra hoſtes.

Reſpublica perfecta, vel eius Princeps poteſt gerere bellũ aggreſſiuum cõtra hoſtes.

Concluſio iſta multipliciter probatur. Primo, bellum iſtud quandoque eſt neceſſarium, & iuſtũ; ergo Reſpublica, vel Princeps eius poteſt illud gerere. Antecedens habetur in dubio ſuperiori. Conſequentia probatur. Non. n. eſt alius, qui poſſit mouere bellum iſtud, niſi Reipub. perfecta, vel eius Princeps; ergo poteſt hoc facere in tpe neceſſitatis.

Secundo probatur. Iſta Republica, qñ patitur iniurias, poteſt exigere ab hoſtibus ſatisfactionem debitam, ſed nulla alia via reſtat, niſi per bellũ aggreſſiuum; ergo poteſt illud facere. Maior propoſitio probatur, qm̃ alias Reſpublica illa non eſſet ſibi ſufficiens, & per conſequens non eſſet perfecta. Minor etiam probatur. Qm̃ cum iſti Principes in tpalibus non habeant ſuperiorem, vt poſſint corã illo cauſam ſuam agere, ſequitur, quod non eſt ſibi via, vt liberent ſe ab oppreſſoribus.

Tertio probatur. Si tales Republicæ, & Principes non poſſent gerere bellum aggreſſiuum, daretur occaſio, & cauſa latrocinijs, & homicidijs, ſi ſcirent, quod Principes non poſſent bello aggreſſiuo contra illos ire, & illos punire.

Quarto probatur, ratione D. Tho. q. 108. art. 2. 2.2. Quælibet. n. Reſpublica habet naturalem inclinationem ad remouenda à ſe nocumenta, ſed nocumenta iſta per hoc remouentur, quod ſe defendit cõtra iniurias per bellum defenſiuum, ne ei inferantur, vel iniurias illas vlciſcitur non intentione nocendi, ſed remouendi nocumenta de cætero, & ſatisfaciendi Reipublicæ per bellum vindicatiuũ. Maior propoſitio eſt manifeſta. Nam quælibet res habet inclinationem naturalem ad remouenda nocumenta, in cuius ſignum a natura datur animalibus vis iraſcibilis diſtincta à concupiſcibili, vt ſe defendant a nocuis; ergo multo magis hoc habet Reſpublica perfecta, & eius Princeps, cum non habeant ſuperiores, qui illos poſſint defendere. Cum ergo D. Th. dicat, quod requiritur authoritas Principis ad mouendum bellum, intelligitur de Principe Reipublicæ perfectę, ſeu de ipſa Rep. perfecta.

Princeps perfectus q paſſus eſt iniuriã ab alio Principe, põt legitime cõtra illũ inire bellum.

Quarta concluſio. Princeps perfectus, qui paſſus eſt iniuriam, eſt verè iudex illius Principis, aut Reip. quæ illi fecit iniuriã. Probatur concluſio iſta. Bellum eſt ſupremus actus iuſtitiæ vindicatiuæ, vt iam dictum eſt, ſed talis actus ſp pertinet ad verũ iudicem; ergo Princeps iſte in iſto caſu eſt verus iudex. Probatur Maior. In bello multantur homines grauiſſimis pœnis, ſ. morte, ſeruitute, expoliatione bonorum, quæ oĩa pertinent ad iuſtitiam vindicatiuam. Secundo probatur concluſio, ex D. Aug. lib. 6. Quæſt. ſup. Ioſue c. 10. vbi bella iuſta vocat, qñ Princeps vlciſcitur iniurias ſuæ Reipublicæ. Et lib. 4. Reg. c. 25. Nabucodonoſor, Sedechiam, & filios eius captos in bello grauiſſimè puniuit. Quo in loco dicit Diuina ſcriptura: Locutus eſt cum eo iudicium. Vel ſicut habet litera Ieremiæ, c. 39. & 52. Locutus eſt ad eum iudicia. Quæ verba apertè indicant munus ſuperioris, & iudicis; quam doctrinam manifeſtat Illuſtriſ. D. Caietanus in 1. dubio caſus præſentis, dicendo. Ad priuatam perſonam non ſpectat, niſi vim vi repellere, moderamine inculpatæ tutelæ. Extra moderamen, inquit inculpatæ tutelæ eſt, vt ſi quis priuatus ſe, vel alios vlciſcatur, propter quod non licet priuato occidere occiſorem ſui patris. Reſpublica autem, & ſuorũ membrorum, & ſui ſic curam habet, vt non ſolum poſſit moderatè vim repellere, ſed etiam vindicare poteſt iniurias ſui, & ſuorum, non ſolum contra ſibi ſubditos, ſed etiam contra extraneos. De ſubditis eſt clarum, qm̃ punitiua iuſtitia ad Rempub. pertinet. De extraneis conſtat ex iam dictis. Qm̃ Reſpublica debet eſſe ſibi ſufficiens, vt patet in 3. Politic. Conſtat autem, quod niſi poſſet licitè de extraneis populis, & Principibus ſe vindicare, eſſet valde imperfecta. Nam Tyranni, & iniuſti rapientes, capientes, occidentes, & quolibet iniuriam facientes alienæ Reipublicæ ciuibus, remanerẽt naturaliter inutiles. Probatur hoc idem alia via. Si Reſpublica non poſſet indicere bellum ex ſe, ſed indigeret authoritate ſuperioris, vel iſte eſſet ſuperior ipſi Republicæ, & illius, contra quem indicendum eſt bellum, vel vnius, vel nullius illorum. Si nullius, non poſſet dare talem libertatem. Si omnium, Rex ille, vel Imperator põt ſedare, & punire delinquentem. Si Reip. eſſet Princeps abſolutæ, nõ eſſet Reſpub. perfecta, de qua eſt ſermo. Cum igitur dr̃, q ad indicendũ bellum iuſtũ requiritur authoritas Principis, intelligendũ eſt, inquit Caiet. vel de Republica perfecta, vel de perfectè gerẽte vices Reipub. vt ſunt Reges, vel alij ſimiles Principatus. His ſic declaratis, ad tertiũ punctum eſt deſcẽdendum ſ. ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus ad primam inſtantiam dicit, quod argm̃ concludit euidenter de bello defenſiuo, q quidem licitum eſt Reip. imperfectæ. Ad primam cõfirmationẽ dicit cum Caiet. q ſi accipiatur Princeps, vt perſona publica, diſtinguitur à pſona priuata, ſed non loquimur de perſona publica, ſeu de Principe perfecto, de his. n. loquitur litera. Notãdum eſt igitur pro maiori intelligentia, quod Principes imperfecti, cum non ſint ſupremi, ſunt quodammodo medij inter Principes ſuperiores ſupremos, & perfectos, & perſonam priuatam. Et ita ſi comparentur cum ſupremo Principe, induunt rationem priuatæ perſonæ, ſicut color medius reſpe-

Quilibet Prĩceps vti põt bello defenſiuo, offenſiuo, ſolum ſupremus.

Digitized by Google

ctu vnius extremi,ſcilicet,nigredinis, induit rationem albedinis.

Ad ſecundam confirmationem dicit, quod bellum contra interiores, & exteriores hoſtes ad eoſdem pertinet ex natura officij. Ad multos tamen ſpectat ex commiſſione vti gladio contra internos hoſtes, quibus non conceditur indicere bellum contra extraneos,vt patet in rectoribus ciuitatum, & in multis dominis,qui in ditione ſua iudicant in cauſa ſanguinis. Faciliùs enim hoc conceditur à principibus perfectis, quam authoritas contra extraneos. Doctor ſanctus loquitur de his, qui poſſunt hoc ex propria authoritate,quales ſunt domini abſoluti.

Inſtantia 2. Argumentator contra iam dicta inſtat ſecundo loco dicendo. Non poteſt Princeps,etiam non abſolutus, bene defendere ſuam Rempublicam ab hoſtibus,qui illi inferũt iniuriam, niſi aggrediatur illos,vt puniat; ergo poteſt et bello aggreſſiuo, & offenſiuo contra illos ire. Antecedens probatur: quia ſi hoſtes ſcirent ſe non fore puniendos bello aggreſſiuo,ſed tantum defenſiuo,ſtatim redderentur audaciores contra Rempublicam; ergo & iſto bello contra horum procedere poſſunt.

Inſtant. ſolutio. Theologus dicit, quod inſtantia concludit de Republica perfecta, non autem de imperfecta; ſimiliter de Principe perfecto, non de imperfecto. Imperfecta Reſpublica, & Princeps imperfectus poſſunt recurrere ad ſuperiorem ſuum, qui poteſt auferre audaciam à temerarijs infeſtatoribus internis,vel externis.

Inſtantia 3. Contra,inquit argumentator,cõſtituamus duos duces, quorum vnus alterum afficiat iniuria, aut ſuæ ditioni iniuriam inferat: & Rex nolit,vel non audet vindicare iniuriam illam; tunc ille dux, qui offenſus eſt iniuria, non poteſt benè defendere ſuã Rempublicam,niſi exercendo vindictam in alium bello aggreſſiuo; ergo in tali caſu illam poteſt exercere.

Inſtant. ſolutio. Theologus dicit,quod in tali caſu duces iſti non poſſunt vindicare iniurias ſibi illatas; debẽt.n.pro iuſtitia recurrere ad Principem ſuperiorem; quod ſi ipſe noluerit facere, quod in ſe eſt, & quod attinet ad ſuum officium,patienter debet ſuſtinere iniuriam, & defendere ſe. Non.n. licet Principi inferiori,etiam in tali caſu, vindicare ſeipſum.

Inſtantia 4. Vltimo loco ſe opponit argumentator dicens. Reges non ſunt ſupremi Principes in tẽporalibus, cum ſint ſubiecti Imperatori. Immò Imperator ipſe ſubiectus eſt Pontifici (vt dicit D.Bernard,lib.4. de conſider.ad Eugen.c.3) tamen Reges,& Imperator poſſunt mouere bellum aggreſſiuum contra illos,qui inferunt iniuriam ſuæ Reipublicæ; ergo etiam Principes inferiores,& Reſpublica imperfecta hoc facere poteſt.

Inſtant. ſolutio. Bannes,ex ſnĩa Magiſtri Dominici à Soto,lib.4. de iuſt.& iure,q.4.ar.2.& ex Caietan. hoc in loco, & ex ſnĩa in ſumma Theologorum dicit,ꝙ quamuis Imperator gerat quandam ſuperioritatem ſupra Reges,quoniam poteſt illos cõuocare pro bono publico Eccleſiæ; tamen ſuperioritas illa eſt ſecundum quid. Similiter in temporalibus Imperator, Reges, & Principes abſoluti,non ſunt ſubiecti Summo Pontifici directè, inquit Bannenſis, prout prolixè diſputat 22.q.10.a.10. ſubiecti tamen illi ſunt indirectè,in ordine ad bonum ſpirituale, quia bona temporalia ordinata ſunt ad ſpiritualia, nec debent exire ab illis, propterea talis ordo manet ſub correctione Summi Pontificis, & hoc dicitur indirectè; licet directè ſint domini abſoluti,prout docet Innocentius Tertius in c.per venerabilẽ,extra qui filij ſunt legitimi, dicendo: Reges non cognoſcere ſuperiorem in temporalibus. Hæc ſint pro dubio iſto. Accedamus ad aliud.

Dubium tertium.

IN hoc dubio quærit Lector; An licitum ſit,quãdo indictum eſt bellum iuſtum contra Chriſtianos, vocare in auxilium milites infideles?

Pro parte affirmatiua eſt authoritas Diuinę ſcripturæ, 1. Machabęorum 11. Ionathas miſit plures milites in auxilium Regi Demetrio infideli; & Iudas Machabæus, 1. Machabæor. 8. iniuit fœdus cum Romanis,vt mutuo ſe iuuarẽt in bellis, quod confirmatum fuit à Ionatha, & Simone eius ſucceſſoribus. Similiter Carolus Quintus, ex conſilio Theologorum, in bello aduerſus Gallos, vſus eſt militibus Germanis, qui erant Lutherani infideles. Et Franciſcus Rex Galliæ duxit Turcas contra fideles; ergo hoc licet. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua adducit Lector talem rationem, 2. Paralipom.cap.16. Reprehendit Scriptura Regem Aſſa, eo quod aduocauit exercitum Syriæ in auxilium ſui contra Regem Iſrael, & dixit ei Propheta. Stultè igitur egiſti. & propterea aduerſus te bella conſurgent. Et eodem lib.cap.19. Reprehenſus eſt Rex Ioſaphat, eo quod præbuit auxilium impio Regi Achaz, & dixit illi Propheta: Impio præbes auxilium,& his,qui oderunt Dominum amicitia iungeris? idcircò iram Dei merebaris, quod conſiderans Doctor ſanctus, 2.2. quæſt. 186. artic. 10. ad ſecundum; docet Regem iſtum peccaſſe, non ex malitia, ſed ex infirmitate humanæ affectionis; ergo illicitum eſt tale auxilium. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus pro dubio iſto, tria facit. Primo obſeruat vnum dignum conſideratione apud Theologos. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes.

Quo ad primum, in hoc dubio,ſupponenda eſt communis doctrina Theologorum, ſcilicet quod multa ſunt per ſe, & abſolutè licita, quæ ratione ſcandali, vel aliarum circumſtantiarum, redduntur illicita, verbi gratia, comedere carnes (per ſe loquendo) licitum eſt. At ratione ſcandali poteſt eſſe illicitum. Qua ratione dicebat Apoſtolus, ad Romanos 14. & prima ad Corinthios octauo. Non eſſe comedendas carnes, ſi comeſtione illa frater ſcandalizatur, vel offenditur;

ſtante

ſtante hoc fundamento, ponendæ ſunt concluſiones.

Per ſe loquẽdo licitũ eſt cõducere in auxilium iuſti belli, milites extraneos, etiam infideles.

Concluſio prima. Per ſe & abſolutè loquendo, licitum eſt adducere in auxilium iuſti belli, milites extraneos, etiam infideles. Concluſio iſta eliciſtur ex Caietano, inquit hic Bannenſis, ex verbis illis Caietani in articulo hoc, ſcilicet, licitum eſſe vocare in auxilium belli iuſti, etiam extraneos milites. Sed apertius hanc concluſionem docet Syl. in verbo, Bellum. 1. q. 8. concl. 3. & Io. Maioris in 4. d. 15. q. 15. & eſt communis ſententia Theologorum, inquit Bannes. Nihilominus ratione probatur: In bello iuſto licitum eſt vti auxilio beſtiarũ, vt Elephantorum, Leonum, & ſimilium; ergo & licitum erit vti infidelibus.

Secundo probatur, licitum eſt Principibus Chriſtianis (per ſe loquendo) auxilium ferre in bello iuſto infidelibus, etiam ſi bellum eſſet contra Chriſtianos, inquit Bannenſis; ergo à fortiori erit licitum vti eorum auxilio in bello iuſto contra Principes Chriſtianos. Confirmatur hoc. Nam Abraham Gen. 14. præbuit auxilium Regi Sodomorum, & pugnauit contra hoſtes illius, licet hoc fecerit ad liberandum Loth. Dauid præbuit auxilium Achis Regi Paleſtinæ contra Regem Iſrael, prout habetur 1. Reg. c. 28. & 29. vbi conſtat dediſſe auxilium infidelibus contra fideles; ergo & hoc licebit Principibus Chriſtianis, niſi adeſſet ſcandalum.

Per accidẽs, & rõne malorũ effectuũ illicitum, & grauiſſimum peccatum eſt ducere milites infideles in auxilium iuſti belli.

Concluſio ſecunda. Per accidens, & ratione aliarum circumſtantiarum poteſt contingere, vt ſit illicitum, & grauiſſimum peccatum adducere milites infideles in auxilium iuſti belli contra Chriſtianos.

Concluſio iſta probatur argumento, adducto pro parte negatiua dubij. Et confirmatur alijs rationibus. Nam hac de cauſa, Franciſcus Rex Galliæ huius nominis Primus, malè audiuit apud Principes Chriſtianos, quia adduxit Turcas in ſui auxilium contra Carolum Quintum Regem Hiſpaniarum: quia hac de cauſa multi Chriſtiani, etiam non inimici, captiui Turcarum ducti fuerunt; ergo illud erat illicitum.

Tertio probatur concluſio iſta. Nam regulariter ſolet oboriri maximum ſcandalum in Republica Chriſtiana ex aduocatione infidelium, ergo non eſt licitum.

Vltimo probatur. Quia etiam ipſis, qui infideles vocant in auxilium, regulariter cedit in malum, quia infideles milites neque ſeruant iura belli, neque reuerentiam exhibent locis ſacris, ſed omnia prophanantur, & captiuos ducunt infantes, vt eos apoſtatare faciant, & alijs pluribus calamitatibus omnia perdunt, vt experientia docet. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ pro parte negatiua adductæ, loquendo abſolutè, prout in prima concluſione, tripliciter reſpondet, primo dicit, quod etiam illi duo Reges peccauerunt, petendo auxilium ab infidelibus, vel præſtando illis auxilium; quia ex hoc oboritur eſt ſcandalum in populo Dei, & detrimentum diuini honoris, prout declaratum eſt in ſecunda concluſione. Secundò dicit q; Aſſa, quando habuit hoſtem Regẽ Iſrael, tenebatur habere fiduciam in Domini auxilio, cuius ope paulò ante ſuperauerat exercitum maximum Ethiopum, vt habetur in c. 14 propterea peccauit collocando ſpẽ ſuam in auxilio Regis Syriæ. Ita docet D. Amb. in oratione de obitu Theodoſij, & D. Chryſ. hom. 1. operis imperfecti, ſuper Matt. Quod Aſſa peccauerit nõ habens fiduciam in Deũ certum eſt: quia in tempore ſuæ infirmitatis vocauit medicos, non confidens in Deo ſuo, prout notauit Amb. in comment. ſupra Epiſt. ad Rom. c. 3. in verbis illis, Non eſt requirens Deum. Tertio reſpondet, & dicit, quod Ioſaphat ex eo, quod cũ amicitiam contraxerat, & exercebat cum iniquo Rege Achaz, peccauit; vt Abulenſis oſtendit 2. Paral. c. 18. q. 47. & magis peccauit, eo quod auxilium, & neceſſaria ad bellum illi præſtitit, prout docet D. Auguſtinus lib. 2. contra Epiſt. Parmen. cap. 18. & Chryſoſt. in illa hom. oper. imperfecti, vnde Sacra Scriptura, vtrunq. illi obiecit, & auxilium, & amicitiam. Hæc pro dubio iſto. Ad aliud accedamus.

Dubium quartum.

LEctor in hoc dubio quærit: Vtrum qui bella exercent authoritate priuata, & non authoritate Principis, teneantur bellatores ad reſtitutionem eorum, quæ in bello capta ſunt, & ad reſtitutionem detrimentorũ, quæ ſequuntur in ſua Republica, & aliena. Pro vtraq. parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt ratio: Agere bellũ aggrediendo quoſcunq. hoſtes ſine authoritate Principis, eſt peccatũ contra iuſtitiã, ſed illi, qui bella exercentur authoritate priuata, nõ agunt authoritate Principis; ergo peccant cõtra iuſtitiam, & per conſequens ad reſtitutionem tenentur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua, format tale rõcinũ; Chriſtiani milites ſæpenumero inuadunt Turcas, vel alios infideles, ſine authoritate Principis, & diripiunt, & capiunt prædas illorum; ſed nemo eſt, qui compellat iſtos ad reſtitutionẽ quin potius ab omnibus laudantur; ergo ſignum eſt, quod iſti non peccant, neque ad reſtitutionem tenentur.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium, duo facit. Primo tribus concluſionibus pro parte affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Agere bellũ aggrediendo quoſcunq. hoſtes, ſine authoritate Prĩcipis, eſt peccatum mortale.

Concluſio prima. Agere bellum, aggrediendo quoſcunque hoſtes, ſine authoritate Principis eſt peccatum mortale. Concluſio iſta, vltra q; eſt cõis opinio Theologorum, probatur dupliciter. Primo authoritate D. Th. ex mente D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum c. 75. prout in deciſione caſus, authoritas indicendi, & gerendi bellum reſidet penes Principem Reipublicæ; ergo vſurpare iſtam authoritatem eſt peccatum mortale.

Secundo probatur à ſimili: Licet enim homo

 propter

propter delictum ſit reus mortis, tamen peccatum eſſet authoritate priuata interficere illum, vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 3. ex mente D. Auguſtini, lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 21. & 26. & prout oſtenſum eſt in diſputatione de Bannito; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro: patet conſequentia. Quoniam in vtroque caſu vſurpatur legitima authoritas iudicis.

Deuaſtantes oppida, vel incendentes bona hoſtiũ, priuata authoritate, ad reſtitutionẽ tenentur, niſi fecerint ea bona ſua propria.

Concluſio ſecunda. Non licet militibus, priuata authoritate, deuaſtare oppida, vel incendere bona hoſtium, quod ſi fecerint, tenentur ad reſtitutionem. Iſtam concluſionem apertè colligimus ex prima concluſione.

Et probatur hæc concluſio ſic, Milites non ſunt legitimi iudices, ſed exequutores Principis, qui eſt verus iudex; ergo non licet illis damna inferre hoſtibus authoritate priuata. Hoc confirmat Syl. verbo, Bellum, 1. q. 10. dicendo: quod ſi lata eſſet ſententia excommunicationis contra deuaſtantes illam Ciuitatem aut incendentes, ſine dubio illi milites incurrerent illam pœnam.

Secunda pars concluſionis probatur. Quoniam iniuſtè ablata, ſunt neceſſario reſtituenda, ſed illi milites inferunt damna contra iuſtitiam; ergo tenentur ad reſtitutionem. Confirmat hoc, ex doctrina D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 8. ad ſecundum; vbi docet nũquam eſſe licitum auferre bona infidelium, authoritate priuata; & ſic auferentes committerent rapinam; ergo tenentur ad reſtitutionem. Obſeruandum tamen eſt, quod ſi milites iſti recuperarent bona ſua propria ab illis piratis, qui ab eis abſtulerant, non peccarent contra iuſtitiam in ordine ad illos, nec tenerentur ad reſtitutionem. Ratio eſt: quia etiam inter ipſus conciues, hoc non eſt contra ipſam iuſtitiam, in ordine ad alterum, licet ſit peccatum, quoniam non ſeruatur ordo iuris, quando patet recurſus ad ſuperiorem, prout docet Magiſter Dominicus à Soto, lib. 5. de iuſt. & iure, quæſt. 3. art. 3. in ſolutione, ad ſecundum; ergo à fortiori inter hoſtes bellatores, non eſt contra iuſtitiam.

Illi q̃ pugnãt ſine authoritate Prĩcipis, tenentur reſtituere omnia damna, q̃ ex tali bello ſequuntur.

Concluſio tertia. Illi qui pugnant ſine authoritate Principis, tenentur reſtituere omnia damna, quæ ex tali bello ſequuntur in propria Republica.

Probatur concluſio iſta. Quoniam illi mouent bellum contra voluntatem ſuperioris, & ſunt cauſa damnorum propriæ Reipublicæ; ergo tenentur illa damna reſtituere. Probat conſequentiã: quia cauſam dat damni, ideo ad ſatisfactionem illius damni tenetur. Hæc pro primo puncto. Notanda tamen ſunt aliqua pro maiori intelligentia ſupradictorum, antequam ad ſolutionem inſtantiarum deſcendamus.

In primis Doctor ſanctus circa ſecundam conditionem iuſti belli, duas cauſas aſſignat ex mente D. Auguſtini. Prima eſt, ſi Ciuitas, vel Reſpublica, ſiue Princeps vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt. Propter quam cauſam Dauid intulit bellum filijs Ammon, vt habetur 2. Reg. c. 10. Secunda cauſa eſt, ſi Reſpublica neglexerit reſtituere, quod per iniuriam ablatum eſt, propter quam cauſam publica bella eſſent iuſta. In his cauſis conueniunt Theologi, & Iuriſtæ. Secundo notandum eſt, cum Caietano Illuſtriſſ. quod in hac re hi cenſendi ſunt nobiſcum .ſ. amici noſtri, & ſocij. Poteſt .n. licitè gerere bellum ad vindicandas iniurias amicorum, vel ſociorum, vel ad recuperanda bona illorum. Cum amicus ſit alter ego, & amicorum bona ſint communia; ergo iniuria amicorum eſt ẽt quaſi propria, opinio eſt ſnĩa cõis, & pro certa habetur à Phyloſophis, & Theologis.

Tertio eſt notandum, quod etſi adſit cauſa grauis belli indicendi, tñ ex ſnĩa D. Auguſtini. c. Noli, 23. q. 1. pacem habere voluntatis eſt: bellum aũt neceſſitatis, prius debet Princeps tentare oĩa media, vt alia Reſpublica ſatisfaciat damnis illatis, antequam moueat bellum contra illam. Debet. n. primo mittere nuntios ad hoc peragendum, quod ſi hoc non ſufficiat, licitè poterit procedere ad bellum. Colligitur hoc ex Deut. 20. & Iud. 20. vbi ſic fecerunt filij Iſrael, in pugna contra filios Beniamin. His igitur ſic declaratis: ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus reſpondet inſtantiæ adductæ dicendo, quod per ſe loquendo, milites illi tenentur reſtituere bona capta ab infidelibus, priuata authoritate, vt ex iam dictis patet; ſecũdo dicit, quod aliqñ excuſari poſſunt (ex voluntate Principis interpretatiua) v. g. qñ eſt maxima opportunitas, & aliunde non poteſt facilè conuerti Princeps, vt conferat facultatem, tunc non ſolum excuſatur ab obligatione reſtituendi, ſed ẽt excuſatur à peccato. Ratio eſt, inquit Theologus, qñ hmõi infideles ſunt publici hoſtes Chriſtianorum; ergo bellum illud virtualiter procedit ex licita cauſa, vel ex ratihabitione Principis. Ex quo ſequitur, quod bona capta in hmõi bello, manifeſtare debent milites ſuo Principi, vt ipſe diſponat de ipſis ſuo arbitrio, vel donando, vel remittendo in partem ſatisfactionis iuſti belli, prout clarius infra apparebit. In cuius cõfirmatione eſt egregiũ teſtimoniũ D. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 3. vbi dicit, ꝙ Abrahã, prout habetur Gen. 14. Nihil accepit de ſpolijs illorum, quos bello ſuperauit, ſed oĩa ſeruauit Regi Sodomorum (cum tñ præda ſit in poteſtate vincitoris) vt doceret militarem diſciplinam, ꝙ Regi ſeruantur oĩa. Tertio dicit Theologus, quod Principes rariſſimè concedunt iſtã facultatem priuatis hoĩbus ſaltẽ formaliter, ne prætextu defenſionis Reipublicæ euadant Tyranni, & exerceant latrocinia, ẽt in Chriſtianos, quemadmodũ experiẽtia docet; vnde etiam tpibus noſtris negata fuit hęc facultas, quibuſdam prouincijs à Principibus noſtris. Hęc ſint pro dubio iſto: ad aliud properamus.

Bona capta ab infidelib. ſi adeſt cõſenſus Principis bellantis contra illos, etiã tantum interpretatiua, nõ ſubiacent reſtitutioni.

Dubium quintum.

LEctor quærit in hoc dubio, ſi liceat Principi dubio de iuſtitia belli, indicere bellum alteri Principi. Rationes adducit pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt tale rõciniũ. In cauſa dubia,

Digitized by Google

Partis affirmatiuæ probatio.

dubia, licitum eſt cuicunque ciuium vocare in iudicio alterum ciuem; licet ſciat quòd facturus ſit magnas expenſas; ergo à ſimili, in tali caſu licebit Principi indicere bellum alteri.

Partis negatiuæ probatio.

Antecedens eſt certum quoniam regulariter in qualibet lite ſunt rationes probabiles ex vtraque parte. Conſequentia probatur. Nam ſicut mouentur lites inter conciues, vt vterque ius ſuum conſequatur, & agat coram iudice, Sic etiam bellum inter Principes ad hoc ordinatur, vt vnuſquiſque Princeps per ſeipſum accipiat ius ſuum, cum non habeat ſuperiorem, vt poſſit alterum principem conuenire coram iudice.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Si liceret principi dubio de iuſtitia belli, indicere bellum, vel totus mundus eſſet in armis, vel omnia caderent in manu dominorum potentiorum. Addo, iſta ſunt maxima inconuenientia; ergo principi dubio de iuſtitia belli, non licet indicere bellum alteri principi. Minor propoſitio nō indiget probatione. Maior de ſe eſt clara. Nam cuilibet principi daretur occaſio de prætenſione alicuius ſtatus, vel iuriſdictionis: ſimiliter cum ius ſit in armis, apud principes potentiores acciperet dominium omnium, & ſic fierent Monarchæ Mundi.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium tria facit. Primo ſupponit duo. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantiam partis affirmatiuæ.

Quo ad primum, dicendum, inquit, eſt, ſi prouincia, vel ſtatus, de quo Rex, vel princeps dubitat, an ſit ſua, itaquod ſit in pacifica eius poſſeſſione, vel eſt in poſſeſſione alter princeps, vel nullus eſt in poſſeſſione: v.g. quia mortuus eſt princeps, abſque legitimis ſucceſſoribus, vel propter quancunque aliam cauſam.

Secundum eſt ſupponendum, quod bellum ſemper ſupponit iniuriam factam alicui principi, vel Reipublicæ. Ratio huius eſt: quia vt prius dictum fuit; Bellum eſt actus ſupremus iuſtitiæ vindicatiuæ. Iuſtitia autem vindicatiua intrinſecè præſupponit iniuriam factam, ſicut pœnitentia præſupponit peccatum. His ſuppoſitis, ponendæ ſunt concluſiones.

Princeps diligentiſſimè examinare tenetur cauſas iuſti belli, antequam moueat bellum alteri Principi.

Concluſio prima. Princeps diligentiſſimè examinare tenetur, & inquirere cauſas iuſti belli per ſe, & per alios, adhibito concilio etiam ſapientum virorum, antequam indicet bellum.

Probatur concluſio iſta multipliciter. Primo, princeps, qui bellum indicit, gerit vicem iudicis in re grauiſſima, prout dictum eſt in dubio ſecundo, ſed iudex tenetur inquirere diligenter, & examinare cauſas deſeruientes ad pronuntiandam iuſtam ſententiam. Nam ideo dicitur ſnīa, & iudicium, qui præcedit talem inquiſitionē; ergo quæ militant pro parte alterius principis, qui nec vocatus eſt in iudicio, nec ſe defendit, ſunt diligenter examinanda.

Confirmatur hoc. Nam ſicut Epiſcopus volens dare beneficium Eccleſiaſticum, tenetur ad illud admittere meliorem. propterea tenetur facere diligentem inquiſitionem, vt ſciat, qui ſit dignior. Sed princeps in bello indicendo habet locum iudicis, qui debet proferre ſententiam ſecundum formam iuſtitiæ diſtributiuæ; ergo tenetur diligenter inquirere cauſas, quę faciunt ad iuſtitiam belli.

Secundò probatur: in cauſis criminalibus, ciuilis iudex debet procedere cum maxima diligentia: ſed bellum eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ in cauſa criminali grauiſſima; ergo debet illum præcedere examinatio diligentiſſima. Maior propoſitio patet ex Iob 29. Et cauſam quam neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam. Quod dictum commendat Diuus Gregorius lib. 19. Moralium, cap. 23 Immò communis Regula Iuriſperitorum eſt, quod probationes in criminalibus debent eſſe clariores luce meridiana. Et Magiſter Victoria in relatione de iudicio 20. & 21. expreſsè docet, quod ad iuſtitiam belli non ſufficit, quod princeps credat ſe habere iuſtam cauſam ad bellum, alias ſemper eſſet bellum iuſtum. Nam omnes principes ſemper ſe crederent habere iuſtam cauſam. Oportet enim ad bellum iuſtum examinare, magna diligentia iuſtitiam, & cauſam belli, & audire etiam rationes aduerſariorum, ſi vellent ex æquo & bono diſceptare. Nam cum in rebus moralibus difficile ſit verum, & iuſtum attingere, ſi negligenter iſta tractentur, faciliter errabimus: nec talis error excuſabit authores, maximè in tanta re, vbi agitur de periculo, & calamitate multorum, quos diligere debemus, ſicut noſipſos.

Concluſio ſecunda. Si poſt ſufficientem examinationem, & deliberationem, adhuc manet æqualiter dubia iuſtitia belli, & alter ſit in poſſeſſione, non poteſt princeps indicere bellum illi. Iſta ſententia eſt communis Doctorum, præcipuè Victoriæ, & Bannenſis; verbi gratia, inquiunt; Si Rex Francorum eſt in legitima poſſeſſione alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, ſi dubium eſt æquale, an habeat ius ad illam, vel non, Rex Hiſpaniarum non poteſt illam armis repetere.

Si iuſtitia belli, facto diligenti examine eſt dubia, non pōt quis bellare cōtra eum, qui eſt in pacifica poſſeſſione.

Et probatur concluſio iſta. Nam bellum (vt alias dictum eſt) eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ aliter, quod princeps ſit verè iudex, ſed, vt habetur in regulis iuris, in 6. Decret. Regula 11. Cum iura partium ſunt obſcura, reo potius fauendum eſt, quam actori; ergo in hoc caſu, cum ſit dubium, fauendum eſt poſſeſſori, qui ſe habet vt reus. Et confirmatur hoc per Regulam 65. quæ ſic ait: In pari delicto, vel cauſa, melior eſt conditio poſſidentis; ergo manente æquali et dubia iuſtitia belli, potius ſtat iuſtitia pro altero principe, cui indicitur bellum, & qui eſt in firma poſſeſſione.

Secundò probatur idem. Stante cauſa dubia, ſi iudex proferat ſententiam capitis contra aliquem, peccat mortaliter. Nam probationes contra reum debēt eſſe luce meridiana clariores. Reus. n. habet ſe, veluti qui reſpondet, qui dum dicit probabilia, non conuincitur, nec concluditur. Sed indicere bellum eſt proferre ſententiam criminalem capitis; ergo non poteſt fieri quandiu cauſa manet dubia.

Tertio probatur: Bellum non poteſt eſſe iuſtum ex vtraque parte, per ſe loquendo, ſed ex contrario huius concluſionis daretur bellum ex vtraque parte iuſtum, ſecluſa ignorantia; ergo ſi iuſtitia belli eſt dubia, non poteſt vltra procedi. Maior propoſitio, licet ſit axioma Theologorum, & Iuriſtarũ, probatur ratione. Nam cum bellum ſit actus iuſtitiæ vindicatiuæ, debet neceſſario exerceri in illos, qui aliquod crimen admiſerunt. Cum ſine culpa nemo ſit puniendus, per regulam 23. Iuris, quod confirmat D. Auguſtinus, lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 15. vbi dicit. Nullum bellum eſſe ſine peccato, quoniam licet iuſtè agatur, ſemper tamen pro peccato contrario dimicatur. Et antea lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 5. dixit; boni ſi perfecti ſunt, non pugnant contra bonos, ſed pugnant mali, & mali, aut boni, & mali; vnde in tali dubio bellare non poteſt.

Quarto probatur. Si quis habet dubium ſi res aliqua ſit ſua, & poſtea facta omni diligentia, manet in eodem dubio, legitimè poſſidet rem illam, & licet maneat dubius ſpeculatiuè, eſt tamen maxima certitudo practica, quod res illa ſit ſua, ſic deſcribitur in materia de dominio in quæſt. de præſcriptione: ſed in noſtro caſu, alter Princeps poſſidet & poſt ſufficientem diligentiam manet æquale dubium; ergo certitudo moralis eſt, quod res illa, de qua eſt dubium, ſit illius Principis qui poſſidet illam, ac ſubinde alter non poteſt illi indicere bellum.

Tandem probatur concluſio. Si duo Principes huius ſubditi, litigarent apud ipſummet Principem de aliqua re, non expoliaret in dubio æquali legitimum poſſeſſorem; quoniam in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. Ergo ipſe in cauſa propria non poteſt ſpoliare alterum re quam iuſtè poſſidet, ſi ſit æquale dubium. Valet conſequentia. Nam vtrobique hic eſt equalis ratio, & in vtroque caſu Princeps habet rationem iudicis. Ex quo ſequitur quod ſtante dubio, ſi ille, qui poſſidet ſpoliaretur Caſtro, vel Prouincia; poteſt iterum illam per bellum iuſtum recuperare, quoadusque conſtet de iuſtitia alterius partis: Quoniam illi iam eſt illata iniuria; ergo habet iuſtam cauſam belli. Ex quo ſequitur iterum, quod qui accepit talem Prouinciam, teneatur reſtituere illam, niſi forte timeat rationabiliter, quod examinata cauſa, alter non reſtituat, & ſi conſtat rem illam non eſſe ſuá, tunc in depoſito eſſet ponenda res illa. Cum hoc, ne legitimus poſſeſſor pro nunc detrimentum patiatur: ſequitur præterea, quod ſi Princeps, qui non poſſidet ante ſufficientem examinationem, velit examinare cauſam, & adhibere iudices arbitros. Et ille, qui poſſidet, in dubio exiſtens reſiſtat, poteſt tunc illum debellare: ratio, quia ille, qui poſſidet facit iniuriam alteri, qui habet ius, vt eius cauſa examinetur. Sequitur tandem, quod ſi in eo caſu Princeps, qui bellum indicet, non poteſt per ſe examinare iuſtitiam belli, ſine conſultatione alterius Principis, tenetur mittere ad illum legatos, vt poſtulent, quod per iudices arbitros examinetur tota cauſa, quod ſi Princeps non vult aſſentire legationi, poteſt alter indicere bellum, quoniam in hoc facit ſibi iniuriam, & agit contra iuſtitiam.

Concluſio tertia. Si illud, de quo dubitatur, non habet legitimum poſſeſſorem, & dubiũ eſt æquale, & vnus Princeps velit diuidere cum altero, partibus æqualibus, vel recompenſare alteram partem, non poteſt alter mouere bellum cõtra iſtum, nec talem rem occupare.

Si res dubia non poſſidetur ab aliquo debet diuidi, vel per recõpenſationem ſe Principes cõuenire, nec licet bellare.

Probatur concluſio iſta ſic. Nam iudex iuſtus non applicaret rem integram vni parti, ſed illam diuideret partibus æqualibus in caſu illo, ſed Princeps eſt iudex in bello, propterea debet diuidere Prouinciam in caſu illo.

Confirmatur hoc. Nam alias bellum eſſet iuſtum ex vtraque parte. Ex oppoſito enim vnus iniuſtè occuparet totam alter verò iuſtè ſe defenderet; ergo datur bellum iuſtum ex vtraque parte, quod eſt impoſſibile.

Confirmatur hoc: quod in pari cauſa, nulla prorſus eſt iniuria æqualem petere partem; ergo diuiſio iuſta eſt facienda. At ſi dubium non eſt æquale, ſed inclinat magis ad alteram partem, diuidenda eſt res pro qualitate dubij; itaquod ſi eſt aliqua veriſimilitudo pro vna parte, maior tamen pro alia. Maior pars concedenda eſt illi, pro quo eſt maior veriſimilitudo. Hoc enim eſt certum. Nam iudex (vt docet D. Thom. in loco ſupracitato) debet ſeruare formam iuſtitiæ diſtributiuæ in prolatione ſententiæ iuſtæ. Iuſtitia diſtributiua hoc exigit, vt vnicuique tribuatur iuxta ſua merita; ergo qui maiorem habem veriſimilitudinem per ſe, debet maiorem partem conferre.

Inquiſitio.

Lector quærit, quid agendum eſſet, quando Princeps, qui non eſt in poſſeſſione illius dominij, videtur magis prætendere, quam ille, qui eſt in poſſeſſione: poteſtne in iſto caſu ille, qui non eſt in poſſeſſione, indicere bellum alteri Principi pro aliqua parte, videtur quod non: quoniam ille, qui poſſidet reus, eſt puniendus ab altero Principe per actum iuſtitiæ vindicatiuæ; ergo ad hoc, quod iudex iuſtè poſſit indicere bellum, non ſatis eſt dubium eſſe inæquale, ſed debet eſſe manifeſtum, Nam cum partium iura ſint obſcura, reo fauendum eſt, non actori.

Reſponſio ad quæſitum.

Lector Theologus, vt ſoluat quæſitum, addit quartam concluſionem, ſcilicet: In hoc caſu, quod Princeps, qui non poſſidet, poſt factam ſufficientem diligentiam, ſi ſit dubium inæquale: ratio magis tamen dependet ex parte illius, qui non eſt in poſſeſſione; Ille qui non poſſidet poteſt petere partem ab eo, qui poſſidet pro qualitate dubij, quod ſi alter nolit dare, poteſt illi bellum indicere. Ratio huius concluſionis eſt: quia perſona particularis, quæ poſſidet cum dubio inæquali, tenetur partem aliquam reſtituere pro qualitate dubij; ergo etiam in noſtro caſu, ac ſubinde ſi non reſtituat

Principi, qui nõ eſt in poſſeſſione ſtatus, debet reſtituere, ſi maior eſt eius iuſta prætẽſio, ſi aſſit qui eſt in ſtatu hoc non vult facere, ſubiacet bello ſibi inhibendo,

ſtituat iniuriam facit, & poteſt alter Princeps illi bellum indicere. Ratio eſt aperta. Nam in tali caſu non eſt cauſa poſſidentis, & non poſſidentis eadem; ergo fauendum eſt non poſſidenti, quia magis rationabiliter prætendit.

Item probatur hoc. Nam ſi dubium illud ita attenueretur ex parte poſſidentis, vt nulla maneret veriſimilis ratio dubij pro illius parte, ſed ratio appareret ex parte non poſſidentis, ſine dubio ille teneretur reſtituere totam rem in integrum alteri; ergo quando tenuatur in eo gradu, vt licet aliqua ſit veriſimilitudo pro parte illius, qui poſſidet, eſt tamen maior pro alterius parte, tenebitur pro rata portione aliquid alteri refundere. His poſitis pro ſecundo puncto, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ huius quæſiti, & poſtea ſoluemus inſtantias dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio. THeologus ad rationem adductam pro iſto quæſito dicit, quod in caſu huius dubij Princeps, qui poſſidet cum illo dubio, eo ipſo, quo non refundit aliquam partē rei poſſeſſæ efficitur reus, & eius iniuria eſt manifeſta; vnde licitè illi alter Princeps poteſt indicere bellum. Nam tenebatur ex iuſtitia refundere partem cum poſſidet eam ſimili dubio, & non refundit. Nunc ad inſtantias dubij.

Inſtant. ſolutio. Ad primum argumentum dubij, Lector negat conſequentiam. Rationem negationis aſſignat dicendo. In lite ciuium adhuc manet inquiſitio iurium, & iudicis, antequam ſententia exequutioni mandetur. Et propterea ſufficit illud dubium ad litigandum iuſtè. At verò indicere bellum eſt proferre ſententiam, & mandare exequutioni; vnde licet ſufficiat dubium illud ad litigandum iuſtè, non tamen ad indicere bellum. Cum indicere bellum, ſit proferre ſententiam, & mandare exequutioni contra alterum Principem; quapropter neceſſarium eſt: vt prius ſit manifeſta iuſtitia belli. Quomodo in ipſa lite ciuium, ad hoc vt iudex pronuntiet ſententiam, & mandet exequutioni, neceſſe eſt, vt ſit manifeſta iuſtitia cauſæ. Secundo reſpondet dicendo; quod illud argumentum infert noſtram tertiam concluſionem, ſcilicet, quod Princeps vocare poteſt per legatum alterum Principem ad examinandam iuſtitiam belli (ſtante illo dubio) ſicut poteſt ciuis vocare alterum ciuem, vt compareat coram iudice.

Dubiū ſufficiens ad mouendam litē, non eſt ſufficiens ad indicendum bellum.

Inſtantia 2. Sed quis poteſt dicere, ergo in tali dubio iudex ſupremus poterit ſibi applicare dimidium ſtatum plusve minus pro qualitate dubij, & non mouere bellum. Cum ipſe Princeps ſit iudex, & poteſt terminare ſine armis, id, quod per bellum eſſet terminandum.

Inſtant. ſolutio. Theologus concedit totum argumētum, dummodo Princeps ipſe oſtendat ſe non agere contra iuſtitiam.

Inſtantia 3. Contra hanc reſponſionem format argumentator tertiam inſtantiam dicendo: Bellum eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ, qui ordinatur ad puniendam iniuriam ſibi factam. Et ita in hoc caſu, ſi neuter eſt in poſſeſſione, poterit admonere alterum Principem ne accipiat vltra dimidietatem illius hæreditatis. Et ſi non facit, iam facit ſibi iniuriam, & poterit indicere bellum pro dimidietate. Cæterum ſi alter eſt in poſſeſſione, non poteſt indicere bellum, quoniam in tali caſu melior eſt conditio poſſidentis, & ita nullam facit iniuriam.

Inſtant. ſolutio. Ex dictis in quarta concluſione patet, quid ſit dicendum; quod Princeps, qui non eſt in poſſeſſione poteſt petere, & dimidium, & plus, & minus iuxta proportionem dubij, vt declaratum eſt. Et quando alter Princeps noluerit acquieſcere, poterit illi indicere bellum iuſtè, vtique.

Inſtantia 4. De nouo inſtat argumentator dicendo: Ex hac doctrina ſequitur, ſi daretur caſus, quod ex parte illius, qui poſſidet attenueretur dubium; ita vt ſit maior conſimilitudo ex parte illius, qui non poſſidet, tunc ſaltem ſequitur, quod in hoc caſu poſſit Princeps indicere bellum pro aliqua parte illius hæreditatis: probatur ſequela. Nam in tali caſu ille, qui poſſidet, tenetur reſtituere partem pro qualitate dubij, vt dicitur in materia de dominio, quod ſi non reſtituerit, iniuriam facit alteri Principi, ac ſubinde poterit Princeps indicere bellum.

Inſtant. ſolutio. Ex iam dictis concedimus totum ſcilicet argumentum: doctrina eſt bona, prout declarauimus in concluſionibus, ſi paſſio non priuat Principem ratione.

Inſtant. vlt. Argumentator inſtat vltimo loco dicendo: Demus, quod ſit dubium circa iura, & ſint æquales opiniones probabiles, tunc argumentatur ſic. Sequitur, quod in hoc caſu poſſit Princeps indicere bellum pro tota hæreditate, etiam ſi alter ſit in poſſeſſione, conſequens eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur; ſequela probatur. Nam probabile eſt, quod ille, qui poſſidet, inferat mihi iniuriam poſſidendo hæreditatem, ſed iudex ex dubijs opinionibus æquè probabilibus, poteſt ſequi quem maluerit; ergo & in caſu iſto falſitas conſequentiæ probatur. Nam in hoc caſu eſt dubium & alter eſt in poſſeſſione; ergo non poteſt indicere bellum.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo; quod ex dictis in ſecunda concluſione habetur eius ſolutio, ſcilicet, quod ſtantibus opinionibus probabilibus ex vtraque parte, Iudex non poteſt declinare ad quam partem maluerit, præcipuè in detrimentum poſſidentis: Dictum eſt enim ex 6. regula iuris, quod cum iura partium ſint obſcura, reo potius fauendum eſt, quam actori, ſimiliter ex regula 65. In pari delicto, vel cauſa melior eſt conditio poſſidentis: Vnde Princeps in tali caſu non poteſt indicere bellum Principi poſſidenti, ſed debet relinquere illum in pacifica poſſeſſione, quoadusque dilucidentur magis eius prætenſiones. Et hæc ſint pro dubio iſto, præponatur aliud.

Dubium ſextum.

IN hoc dubio quærit Lector; An milites teneantur examinare iuſtitiam belli. Et ſi in bello dubio poſſunt militare; rōnes ſunt pro vtraq. parte.

Pro

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Preco poteſt optimè publicare edictum ſui Principis, vel ſui Prælati, etiam ſi dubitat in illo reperiri ſana doctrina, vel non, cum ad eius officium non pertineat huiuſmodi examinatio; ergo nec milites tenentur examinare iuſtitiam belli; ergo in bello dubio militare poſſunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio validiſſima. Princeps non poteſt cum illo dubio indicere bellum, prout oſtenſum eſt in dubio præcedenti; ergo neque milites in eo poſſunt pugnare. Conſequentia probatur. Quoniam milites ſunt exequutores ſententiæ Principis; eſt enim grauiſſimum peccatum exequi ſententiam iniuſtam; ergo & ire ad bellum dubium de iuſtitia, & in eo bellare.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium, tria facit. Primo ponit aliquas diſtinctiones. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluuntur inſtantiæ partis negatiuæ.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod milites ſunt in duplici differentia. Alij verò ſunt ſubditi tali Principi, alij non. Subditi ſunt, qui ſunt eius vaſſalli, vel ſtipendiarij ab ipſo, etiam ſi ſunt extranij. Non ſubditi ſunt, qui ſunt de extraneo regno, nec accipiunt ſtipendium à Principe ipſo.

Secundo eſt notandum de cauſa belli, vel eſt manifeſtè iuſta, vel dubia, vel manifeſtè eſt iniuſta: ſi eſt iuſta, non eſt dubium, quod milites omnes poſſunt militare: ſi iniuſta manifeſtè, nullus ſub illo militare poteſt: ſi dubia, de hoc ponendæ ſunt concluſiones.

Milites ſubditi & ſtipendiarij in bello dubio de iuſtitia, poſſunt militare, & ſuum ſequi Principem.

Concluſio prima. Milites, qui addicti ſunt militiæ certis ſtipendijs, ſi ſunt ſubditi ipſi Principi, etiam quod dubitent de iuſtitia belli, militare poſſunt, & ſequi ipſum Principem.

Concluſio iſta multipliciter probatur. Primo ex D. Auguſtino, lib. 22. contra Fauſtum, cap. 75. & refertur à Gratiano 23. quæſt. 1. cap. Quod culpatur: Vbi docet, quod vir iuſtus, ſi forte ſub Rege, etiam ſacrilego, militat, benè poteſt, ipſo iubente, bellare, ſi quod iubetur, vel non eſſet contra Deum, vel contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit certum non eſt, ita vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi.

Secundo probatur ratione. Non pertinet ad militem examinare cauſam iuſtitiæ belli, cum hoc ſit proprium munus Principis, & illorum, qui ſunt ei à conſilio; ergo ſtante illo dubio poſſunt milites præliare.

Et confirmatur. Lictor poteſt exequi ſententiam iudicis, etiam quod dubitet de ſententia illius: ratio eſt, quia non ſpectat ad illum examinare illam; ergo & milites in bello dubio poſſunt pugnare. Conſequentia valet, quoniam milites ſunt exequutores ſententiæ Principis.

In dubiis tutior pars eſt eligenda per Clementē 3.

Tertio probatur ſic. In dubijs, tutior pars eſt eligenda; vt docet Clemens Tertius, in cap. Ad audientiam, extra de homicidio; ſed tutius eſt in caſu illo, vt milites ſequantur ius ſui Principis, cui ſunt ſubiecti, vel cuius ſtipendijs ducuntur, ergo.

Quarto probatur ſic. In caſu dubij, quo mulier dubitat, an iſte ſit vir ſuus, poteſt immò tenetur illi reddere debitum, quandiu non conſtat veritas: vt habetur ex cap. Inquiſitioni, extra de ſententia excommunicationis, & cap. Dominus, extra de ſecundis nuptijs; ergo ſimiliter miles poteſt, & tenetur pugnare præcipiente Principe.

Quinto probatur concluſio. Nam hic videntur ſe offerre duo dubia, alterum nocendi proprio Principi, alterum nocendi extraneo, ſed magis tenetur miles vitare incommodum Principis proprij, quam extranij Principis; ergo cum tali dubio poteſt bellare.

Confirmatur hoc. Nam cederet in magnam perniciem Reipublicæ, ſi omnibus militibus eſſet reddenda ratio iuſtitiæ belli; ergo ſufficienter prouiſum erit militibus his, ſeu illorum conſcientijs, ſi ſequantur ſuos Principes in tali dubio.

Vltimo probatur concluſio. Quotieſcunque ſubditus præcipitur facere aliquid, in cuius exercitio ſe habet, vt inſtrumentalis cauſa in ordine ad effectum cauſæ principalis, tenetur obedire, etiam ſi dubitat, quod Prælatus iuſtè præcipiat, ſed miles in bello iuſto habet ſe, vt inſtrumentum reſpectu Regis; ergo obedire debet. Maior propoſitio ſuadetur ratione & exemplis: Ratione ſic. Nam hæc eſt differentia inter cauſam inſtrumentalem, & principalem: quia cauſa principalis agit per propriam formam, inſtrumentalis autem non, ſed mota à cauſa principali. Et ita in moralibus cauſa principalis debet agere per proprium conſilium, & deliberationem. Inſtrumētalis verò, ſecundum quod mouetur ab alio. Exemplis verò patet: Prædicator enim, qui eſt cauſa principalis prædicandi non poteſt prædicare aliquid, de quo dubitat; An ſit ſacra doctrina, etiam præcipiente Epiſcopo. Preco autem poteſt publicare illud edictum Epiſcopi, etiā ſi dubitet de doctrina illa, quia ad ipſum non pertinet huiuſmodi examinatio. Officium militandi, non eſt examinare cauſas iuſti belli, hoc eſt primi agentis; ergo poteſt militare in bello dubio. Ex quo ſequitur, quod milites inferioris ordinis, qui non admittuntur ad conſilium belli, non tenentur examinare iuſtitiam belli, ſed poſſunt militare credentes maioribus. Ratio eſt: quia vltra, quod Princeps non tenetur reddere omnibus rationem publicorum negotiorum; ſatis eſt illis, quod putent bellum eſſe iuſtum, & quod publica authoritate, & concilio ſit indictum. Milites principales, qui admittuntur ad conſilia belli, certi eſſe debent de iuſtitia illius, prout affirmat Victoria, Bannenſis, & Scola Theologorum, & Iuriſperitorum.

Milites non ſubditi, neq. ſtipendiarij à Principe, nō poſſunt bellare ſi dubitāt de iuſtitia belli.

Concluſio ſecunda. Milites, qui non ſunt ſubditi, aut ſtipendiarij Principis, non poſſunt bellare, ſi dubitant de iuſtitia belli.

Probatur concluſio primo ſic. In 6. lib. de regulis iuris habetur in regula 19. Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet, ſed bellum illud non pertinet ad hos milites; ergo imputatur illis ad culpam.

Secundo probatur, iſti milites ſunt liberi, & poſ-

ſunt

Digitized by Google

ſunt non pugnare, & pugnando exponunt ſe periculo faciendi iniuriam alteri Principi; ergo non poſſunt militare. Conſequentia patet. Quoniam in dubijs, tutior pars eſt eligenda.

Confirmatur hoc. Iſti milites non ſunt ſubditi, neque tenentur obedire Principi, nec illi irrogant iniuriam, ſi illum non ſequuntur in tali bello, & ita ex hac parte nullum eſt periculum. Et ex alia parte exponunt ſe periculo faciendi alijs iniuriam, ſi eum ſequuntur; ergo in tali militia non poſſunt militare.

Confirmatur ſecundo. Teſtis interrogatus à iudice, dubitans an iudex iuridicè procedat, tenetur reſpondere, ſi non immineat alteri periculum. Rationem aſſignat dicendo, quoniam ex teſtificatione nullum ſequitur detrimentum, & ex ſilentio eſſet periculum inobedientiæ. Sed milites in hoc caſu, ſi militant, exponunt ſe periculo faciendi iniuriam alteri Principi: ſi verò non militant, nulli periculo ſe exponunt; ergo tenentur non militare.

Tertio probatur concluſio. Mulier, quæ dubitat de morte prioris viri, non poteſt alteri nubere: quia non nubendo, nullum eſt periculum, ſi nubat, periculum eſt iniuriæ prioris viri; ergo ſimiliter miles, qui eſt liber, non poteſt adhærere vni Principi, quando dubitat, an inferat iniuriam alteri.

Nullus miles, qui certus eſt, quod Princeps eſt dubius de iuſtitia belli, poteſt ſub illo militare.

Concluſio tertia. Si milites eſſent certi, quod Princeps eſt dubius de iuſtitia belli, non licet illi pugnare, quamuis ſint ſubditi, vel ſtipendiati.

Concluſio iſta probatur primo ſic. Illud bellum eſt iniuſtum, vt in primo dubio oſtenſum eſt, & milites hoc ſciunt; ergo non licet eum ſequi.

Secundo, Lictor non poteſt ſequi ſententiam iudicis, quam ſcit eſſe iniuſtam, ex eo, quod iudex non rectè examinauit cauſam; ergo ſimiliter, & milites. Probatur conſequentia. Quoniam vt ſæpè diximus, milites ſunt quaſi lictores, & executores ſententiæ Principis.

Ex dictis in his concluſionibus, ſequuntur hæc corolaria. Primo, quod ſi milites nec dubitant de iuſtitia belli, neque ſciunt cauſas iuſtitiæ belli, non tenentur eas inquirere, ſed poſſunt præſupponere ſuos Principes eſſe viros timoratos, & pios, & habere iuſtas cauſas bellandi, & poſſunt illum ſequi, inquit Magiſter Victoria, vna cum Bannenſi, prout eſt in vſum militum, qui ad bellum pergunt.

Accedentes ad bellū indifferēter, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum, ſunt in ſtatu peccati mortalis.

Corolarium ſecundum. Illi milites, qui ſunt parati ad quodcunque bellum, in quocunque euentu, non attendendo iuſtitiam, vel iniuſtitiam cauſæ, ſed vbi ſunt maiora, vel minora ſtipendia, iſti ſunt in ſtatu peccati mortalis, nec poſſunt abſolui, niſi mutent propoſitum. Ratio eſt: quia iſti habent animum paratum ad quodcunque bellum, etiam iniuſtum, & ſunt ſimiles illis hominibus, qui parati ſunt accedere ad mulieres, non attendentes, an ſint vxores ſuæ necne; ergo ſunt in affectu peccati mortalis.

Et confirmatur hoc. Meretrices enim ſunt in ſtatu mortalis peccati, etiamſi quod actualiter non fornicentur, quia paratæ ſunt ad fornicationem. Item, quia etiam in tali ſtatu eſt, qui paratus eſt ad iuran dum ſiue verum, ſiue falſum. Hoc corolarium habetur à Caietano in Summa, verbo, Bellum, & à Syl. verbo, eodem, q. 1. concluſ. 4.

Corolarium 3. Milites qui ſunt parati ad bellum iuſtum tantum, ſiue ſubditi ſint, ſiue non, poſſunt ſequi Principem, quem ſciunt eſſe bonæ conſcientiæ, & nulli facientem iniuriam. Ratio eſt: quia alias ferre omnes milites ſic diſpoſiti procedunt ad bellum, & operantur ſecundum prudentiam ſequendo maiores ſuos; immò ſi id non facerent, exponerent ſe manifeſto periculo faciendi iniuriā ſuo Principi. Si tamen eſſet tam manifeſta iniuſtitia, vt eſſet nota omnibus, militibus magni, & parui non excuſantur ſi militant in tali bello. Quare milites infideles non excuſantur à peccato, ſequendo ſuos Principes. Hæc ſunt pro ſecundo puncto: nunc autem ad tertium deſcendamus, & ſoluamus inſtantias partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & rationem reddit, dicendo. Ad Principem, tanquam ad iudicem pertinet examinare diligenter iuſtitiam belli, vt proferat ſententiam iuſtam. Ad militem autem non pertinet examinare iuſtitiam belli, ſed ſolum exequi ſententiam Principis iam prolatam, propterea, ſicut diximus ſupra, non requiritur tanta certitudo de iuſtitia belli in militibus, quanta requiritur in Principe. Secundo dicit, quod argumentum probat ſecundam concluſionem in dubij deciſione, ſcilicet, quod ſi militis ſunt certi, quod Princeps eſt dubius de iuſtitia belli, non poſſunt ſub illo militare.

Inſtantia 1.

Contra hanc reſponſionem inſtat argumentator dicendo. Milites, qui dubitant de iuſtitia belli, habent conſcientiam dubiam, ſed per D. Thom. p. 2. qu. 19. artic. 5. & 6. peccatum eſt agere contra conſcientiam dubiam. Omne enim, quod non eſt ex fide peccatum eſt; ergo miles dubius de iuſtitia belli, non poteſt militare. Et confirmatur, Stante illo dubio, milites exponunt ſe periculo peccandi; ergo non poſſunt militare. Conſequentia currit; dicitur enim Eccleſ. 3. Qui amat periculū, peribit in illo. Antecedens probatur. Nam dubitans, an bellū ſit iuſtum, per conſequēs dubitat, an peccet, inferendo iniuriam alteri Principi, ſed dubitat de antecedenti; ergo dubitat de conſequenti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod duplex eſt dubium, aliud practicum, aliud ſpeculatiuum. In caſu argumenti miles habet dubium ſpeculatiuum, non autem dubium practicum, non eſt certus de iuſtitia belli, eſt tamen certus, quod tenetur militare, quando Princeps imperauerit; dubium enim ſpeculatiuum non includit obligationem in conſcientia.

Dubiū in moralibus eſt duplex, ſpeculatiuum, & practicum: ſed ſolum obligat in conſcientia, non autem primum.

Ad confirmationem dicit, quod conſequentia eſt bona, ſed miles non dubitat de antecedenti practicè, ſed ſolum ſpeculatiuè, & ita non peccat operando, & militando. Et ad id, quod additur in confirmatione, dicit quod conſequentia illa eſt bona, ſed tamen non dubitat practicè de antecedenti.

ti. Quemadmodum vir, qui dubitat, an iſta ſit vxor ſua, vel è conuerſo dubio ſpeculatiuo, certus eſt tamen practicè; ſimiliter certa eſt mulier, quod reddendo debitum non peccat. Et ſic iſte non peccat operando, & militando.

Inſtantia 3.

Contra hoc inſtat vltimo loco argumentator dicendo. Teſtis qui interrogatur de crimine alterius, ſi dubitat, an iuridicè interrogetur, non tenetur reſpondere, vt habetur 22. quæſt. 70. art. 1. immò ſi reſponderet, inferret alteri iniuriam; ergo miles in caſu dubij, non poteſt militare, & ſi militat, peccat mortaliter contra iuſtitiam: valet conſequentia, quia eſt omninò eadem ratio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus concedit antecedens, & negat conſequentiam, & aſſignat rationem differentiæ. Nam teſtis eſt cauſa principalis teſtificandi in ordine ad condemnationem rei, vel abſolutionem; vnde ad illum pertinet examinare, an procedatur iuridicè, vel non. Miles autem non eſt cauſa principalis belli, ſed tantum inſtrumentalis. Et hęc ſint pro dubio iſto; pergamus ad aliud.

Dubium ſeptimum.

Oĩa capta, & damna data ĩ bello iniuſto, obnoxia ſunt reſtitutioni, & eſt faciẽda a Pricipe, & á militibus.

LEctor quęrit in hoc dubio; An ſi defuerint iſtę conditiones poſitæ ſupra, omnia capta in bello, & omnia damna illata ſint obnoxia reſtitutioni? In dubio iſto non procedimus more ſolito, arguendo pro vtraque parte, ſed ad concluſiones reſponſiuas deſcendamus.

Concluſio prima. Quando conſtat bellum eſſe iniuſtum, certiſſimum eſt, omnia capta, & omnia damna data eſſe reſtituenda, non ſolum à Principe, ſed etiam à quocumque alio milite ex illis, qui bello interfuerunt, eo modo, quo facienda eſt reſtitutio, quando plures conueniunt in vnum furtum, vel homicidium, prout in diſputationibus de furto, & de reſtitutione videbimus (Deo fauente.) Aliquando enim ſatis eſt militi reſtituere, quod abſtulit, ſi non ſint cauſa talis damni, aliquando & plus, ratione damni dati, & iniuriæ illatæ.

Ad dãna reſarcienda in bello iniuſto, ex ignorãtia regulariter tenetur Princeps, milites autem non, niſi ex cauſa.

Concluſio ſecunda. Quando bellum eſt iniuſtum ex ignorantia, tunc regulariter loquendo, illa ignorantia eſt culpabilis in Principe. In militibus autem regularite, loquendo, eſt inculpabilis.

Prima pars concluſionis habetur ex dubio 5. & 6. In quibus dictum eſt, quod Princeps tenetur adhibere maximam diligentiam in examinanda iuſtitiam belli, quoniam eſt iudex in illa cauſa tam graui, ſed ſi apponat iſtam diligentiam regulariter cognoſcit iniuſtitiam belli; ergo ſi illam ignorat, ſua culpa ignorat.

Secunda pars concluſionis probatur. Milites non tenentur examinare iuſtitiam belli, ſed in dubio poſſunt ſequi ſuum Principem, vt dictum eſt in dubio 5. & 6. ergo ignorantia iſtorum regulariter eſt inculpabilis, ſicut ignorantia illorum, qui ſunt executores ſententiæ miniſtræ iudicis, regulariter eſt inculpabilis, ita in iſto caſu regulariter ignorantia iniuſti belli in militibus, eſt inculpabilis.

Concluſio tertia. Quando ignorantia eſt culpabilis, omnia capta in bello iniuſto, & damna illata, ſunt obnoxia reſtitutioni.

Probatur concluſio iſta: Ignorantia culpabilis non excuſat illos à peccato iniuſtitiæ, ſed quando bellum eſt apertè iniuſtum, omninò ſunt obnoxia reſtitutioni, vt dictum eſt in 1. concluſione; ergo & quando bellum eſt iniuſtum, ex ignorantia culpabili ad talem reſtitutionem obligat.

Concluſio quarta. Quando ignorantia eſt inculpabilis, ſolum illa ſunt obnoxia reſtitutioni, in quibus facti ſunt ditiores, non autem reſtituenda ſunt animalia, quæ occiderunt, vel domos, quas incenderunt, & alia huiuſmodi. Concluſio, inquit Bannenſis, eſt Syl. verbo Bellum, 1. q. 9. concluſ. 3. & 4. & q. 10. & latius in verbo, reſtitutio, 3. q. 6. & 7 cauſa docet Magiſter Victoria in illa relatione numero 33. & Magiſter Sotus, de iuſtit. & iure, lib. 4. quæſt. 7. art. 2.

Ignorantia inculpabilis, licet in parte excuſat à reſtitutione, nõ tamen à toto

Et ratione ſic ſuadetur concluſio. Ille, qui ex ignorantia inculpabili conſumauit rem alienam, ſolum tenetur reſtituere illa, in quibus factus eſt ditior; vt habetur 2. 2. quæſt. 62. art. 6. & 7. ergo ſimiliter in iſto caſu.

Secunda probatur. Iſti ſolum tenentur ad reſtitutionem ratione rei acceptæ, ſed de re accepta ſolum habent illa, in quibus facti ſunt ditiores; ergo illa ſola tenentur reſtituere.

Doctrina iſta Bannenſis (ni fallor) dat occaſionem militibus damnificantibus contra iuſtitiam, in bellum oppreſſos ab illis, non reſtituere ea, ad quæ tenentur: non enim apparet, qua ratione non debeant reſtituere animalia ab illis occiſa, ſatisfacere pro domibus combuſtis, & pro bonis ablatis: permitto enim, quod ignorantia excuſet illos à furibus, quos ciues oppreſſi ſua induſtria ex rebus ſuis habuiſſent, ſed quod non teneantur omnia ablata, ſine quæ vſu conſumuntur, ſiue non, reſtituere, non mihi videtur omninò verum. Nihilominus nollem corrigere dicta tantorum Doctorum. Hæc ſint pro dubio iſto, proponamus aliud.

Dubium octauum.

QVærit Lector in hoc dubio. Quando bellum redditur iniuſtum, quia Princeps non vult acceptare conditionem ſufficientem: Vtrum teneatur reſtituere omnia damna lata, & bona capta? Rationes ſunt ex vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua: Si Princeps iſte non teneretur ad reſtitutionem, bellum eſſet iuſtum ex vtraque parte, conſequens eſt impoſſibile; ergo & antecedens. Probatur ſequela. Illi, qui in hoc caſu offerunt condignam ſatisfactionem, ſi Princeps nolit illas acceptare, poſſunt ſe licitè defendere. Cum non teneantur aperire hoſtia ciuitatis, & ſubmittere collum gladio; ergo ſi Princeps iſte infert bellum, bellum erit iuſtum ex vtraque parte.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale ratiocinium. Nam iudex, quando punit reum iuſtè, non tenetur reſtituere damna, quæ ex illius morte ſequuntur, quamuis ipſe reus offerat iudici condignam ſatisfactionem. Sed Princeps, qui indicit bellum eſt iudex, &

gerit

gerit vicem iudicis, & ille, cui indicitur bellum, habet vicem rei, vt dictum eſt in dubio 2. ergo non tenetur acceptare ſatisfactionem. Et confirmatur argumentum hoc: leges bene regulatæ Reipublicæ, quando pars læſa remittit iniuriam, ordinant, quod iudex non puniat reum pœna ordinaria legis, tamen quando iudices hoc non obſeruant, non obligantur ad reſtitutionem, ergo neque, ſcilicet, in caſu noſtro obligatur Princeps.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium, tria facit. Primo obſeruat aliqua, & ponit diuerſas opiniones in hac materia. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod quando pars vult dare ſatisfactionem alteri parti, pro qua eſt bellum; vel bellum in illo tunc eſt inchoatum, vel nondum eſt inchoatum, quia multum differt huiuſmodi conditio temporis.

Prima ſententia eſt Sylu. in verbo, Bellum, 1. q. 10. concl. 5. vbi enim dicit expreſsè hæc verba. Habens iuſtum bellum, ſi vltra id, quod ſatisfactum eſt ſibi, & ſuis de omni damno, & operis labore, vel donec ſe aduerſarius offert ad ſatisfactionem plus abſtulit, vel damnificauit de illo, tenetur reſtituere id, quod plus accepit: quo in loco videtur Syl. tenere, quod eo ipſo, quod alius Princeps ſe offert ad ſatisfactionem, bellum amplius non eſt iuſtum, etiam quod ſit inchoatum.

Secunda ſententia eſt Illuſtriſſimi D. Caietani huic oppoſita, in Summa, verbo, Bellum, puncto 3. quod videtur innuere 2. 2. quæſt. 40. art. 1. dicit, quod ſi bellum eſt iam inchoatum, & ſubſequutæ ſunt cædes, tunc non tenetur Princeps acceptare ſatisfactionem, quamuis illi offeratur, ſed poteſt bellum proſequi.

Tertia ſententia eſt media, & eſt aliquorum Magiſtrorum, inquit Bannẽſis, aſſerentium, quod bellum iam inchoatum, poteſt habere duplicem ſtatum. Primus eſt, quando hoſtes ſunt in actuali conflictu. Secundus eſt, quando etiam ſi præliatum ſit aliqua vice, tunc tamen non ſunt in actuali conflictu, & dicunt, quod ſi offeratur ſatisfactio, in hoc ſecundo ſtatu tenetur Princeps offenſus illam acceptare ſi ſit ſufficiens. Si tamen exercitus eſt in actuali conflictu, non tenetur Princeps offenſus acceptare ſatisfactionem; Et rationem aſſignant dicendo, quod hæc eſt differentia inter iudicem ordinarium, & Principem: Iudex ordinarius poteſt punire reum ſecundum totum rigorem iuris, quoniam ſic expedit ad bonum commune totius Reipublicæ, & iſte eſt cuſtos legum; vnde poteſt vti toto rigore. At verò Princeps in cauſa belli, non eſt iudex ordinarius, & per ſe, ſed eſt iudex occaſionaliter ad prouidendum bonum ſuæ Reipublicæ: Et ideo tunc non poteſt vlterius procedere, quia tantum poteſt mouere bellum, in caſu, quo non poſſit accipere aliter ſatisfactionem, quia illud expedit ad bonum commune ſuæ Reipublicæ. Doctrina eſt bona, regulanda tamen per concluſiones infra ponendas.

Concluſio prima. Quando ſatisfactio offertur, antequam bellum ſit inchoatum, tenetur Princeps acceptare illam, & diſſoluere exercitum, ſi habet congregatum, quod ſi non faciat, tenetur ad reſtitutionem, ſicut quando bellum eſt iniuſtum.

Si bellũ non eſt inchoatũ, Princeps tenetur acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam, aliter ad reſtitutionem tenetur.

Concluſio iſta probatur ſic. Bellum gerendum eſt vrgente neceſſitate, vt dicitur 23. q. 1. c. Noli. & D. Auguſtinus, lib. 4. de Ciuitate Dei, cap. 15. dicit: Belligerare malis videtur fœlicitatis, bonis verò neceſſitatis, ſed quando offertur condigna ſatisfactio, iam vlla vrget neceſſitas; ergo efficitur bellum iniuſtum, & conſequenter omnia ſunt reſtitutioni obnoxia.

Confirmatur hoc, ex D. Auguſtino, lib 6. ſuper Ioſue, cap. 10. Iuſta bella dici ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias; ergo quando offertur condigna ſatisfactio, iam non reſtat iuſta cauſa belli gerendi.

Secundo probatur. Princeps, qui habet iuſtam cauſam belli, eſt iudex alterius, quaſi per accidens, eo quod non eſt recurſus ad ſuperiorem, qui poſſit componere litem, & compenſare iniuriam; ergo quando non vult acceptare condignam ſatisfactionem, iam non procedit vt iudex, authoritate publica, ſed potius authoritate priuata, & ex conſequenti bellum iniuſtum eſt.

Probatur etiam. Nam pœnæ ſemper ſunt reſtringendæ, vt habetur in regulis iuris, Regula 15. Sed illa poteſtas, quæ data eſt Principi, data eſt in pęnam alicuius Principis; ergo reſtringenda eſt ad illos caſus, in quibus non offertur illi condigna ſatisfactio.

Notandum eſt tamen, quod nomine ſatisfactionis cõdignæ, debetur ſic intelligi, quod ſi Princeps habet exercitum congregatum, tenetur reſtituere illi omnes ſumptus, quos fecit congregando exercitum.

Concluſio ſecunda. Si bellum eſt inchoatum, & ſubſequutæ ſunt cædes (de rigore iuſtitiæ, addam ego) non tenetur Princeps acceptare ſatisfactionẽ ſibi oblatam, ſed poteſt proſequi bellum. Concluſio eſt Caietani, quem ſequitur Bannenſis. Et probatur multipliciter.

Si bellum eſt inchoatũ, & ſubſequutæ ſunt cædes, non tenetur Princeps acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam.

Primo, Princeps habens iuſtum bellum inchoatum, gerit perſonam iudicis criminaliter procedentis ad vindictam. Et effectus eſt iudex; ergo etiam ſi ei offeratur ſatisfactio, poteſt vltra procedere, & punire.

Conſequentia probatur. Nam iudex poteſt punire malefactorem, etiam ſi offerat condignam ſatisfactionem. Antecedens conſtat. Nam prælium eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ, quæ propriè eſt virtus Principis, ſeu Iudicis, vt habetur ex D. Thom. q. 108. a. 1. & 2. 2. 2. non eſt virtus perſonæ priuatæ. Quod verò criminaliter procedat, patet, quia procedit ad cędem, & damnum rerum.

Confirmatur argumentum. Nam Princeps habens iuſtum bellum, non eſt par reſpectu alterius Principis, cui indicitur bellum, ſed ſuperior, prout docet Angelicus Doctor in deciſione caſus. Eadẽ ratione poteſt Princeps in perturbatores Rei-

publicæ

publicæ intraneos, & extraneos vti gladio propria authoritate, ſcilicet, ex ratione perfectæ Reipublicæ; ſed contra intraneos poteſt procedere ad vindictam, etiam ſi offerant cōdignam ſatisfactionem, ergo etiam contra extraneos.

Secundo probatur. Princeps ille inchoato bello iuſto, quamuis offerat ſatisfactionem domino, non tenetur dominus acceptare illam, ſed inchoato bello, iam Princeps eſt conſtitutus dominus cauſæ; ergo poteſt proſequi bellum.

Tertio probatur concluſio iſta. Nam Princeps in hoc caſu eſt exequutor iuſtitiæ, & ſententiæ; ergo non tenetur tunc ceſſare à bello: probatur conſequentia; quoniam iudex poteſt punire reum ſecundum (tantum) rigorem iuris, non accipiendo illam ſatisfactionem; ergo non tenetur acceptare ſatisfactionem illam.

Vltimo probatur concluſio iſta argumento, adducto pro parte negatiua dubij, quod concludit in rigore iuſtitiæ, in ordine ad iudicem regularem. Attamen quia inter Chriſtianos non eſt procedendum in rigore iuris, præcipuè dum reus ſe humiliat, & vnde tractatur de bono publico, quod conſiſtit in quiete, & pace, & tranquillitate populorum; ideo additur tertia cōcluſio, quæ ſic ſe habet.

Pricepſ Chriſtianus debet ex charitate acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam, & remouere bellum, cum omni cautela tamen.

Concluſio tertia, remoto rigore iuſtitiæ, Princeps Chriſtianus tenetur acceptare ſatisfactionem congruam (etiam incepto bello, & ſequuta ſtrage multorum.) Concluſio iſta probatur rationibus adductis pro tertia ſententia, & confirmatur. Inquit Dominus, exemplū .n. dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ipſe Dominus Deus paratus eſt acceptare peccatorem ad pœnitentiam, ſi ex corde conuertatur. Dicit enim Deus, In quacunque hora gemuerit peccator, &c. Et Dominus puniuit ſeruum illum, qui noluit habere patientiam in conſeruum ſuum, ipſum rogantem. Immò dicit Dominus. Niſi dimiſeritis fratri veſtro de corde veſtro, nec Pater meus dimittet vobis peccata veſtra; ergo talis Princeps, ſi non de rigore iuſtitiæ, ex debito charitatis tenetur ſatisfactionem ſibi oblatam ab inimico ſuo acceptare, ſi ex corde offeratur, dico ſi ex corde, quia in tali caſu Princeps innocens omni cautela procedere debet, ne illudatur ab inimico, ſi eſt fictus, & ſeductor. Concluſio iſta ſuadetur ratione adducta pro parte affirmatiua dubij. Nihilominus, quia dubium ſoluendum eſt in rigore iuſtitiæ, ſtandum eſt in ſententia Caietani Illuſtriſſimi, & Bannenſis, & ſoluendæ ſunt inſtantiæ adductæ, & adducendæ pro hac tertia concluſione, quæ vt diximus, veriſſima eſt in ordine ad virtutem charitatis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſtando in rigore iuſtitiæ, negat ſequelam: rationem negationis aſſignat dicendo; quod inchoato iam bello, & ſubſequūtis cædibus, manet neceſſitas vrgens ex parte Principis, qui inchoauit illud ex iuſta cauſa. Nec interrumpitur illa neceſſitas ex ſatisfactione, quæ nūc offertur ab hoſtibus: quia vt iam diximus in ſecunda concluſione, illi non ſunt in ſtatu ſatisfaciendi propter ſuam culpam, quare ſibiipſis debent imputare mala illa, quæ patiuntur, quia tardè ſe ad miſericordiam Principis verterunt.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit, & format ſecundam inſtantiam dicendo. Capta victoria, non poteſt Princeps offenſus accipere aliquid vltra condignā ſatisfactionem; ergo ſi modo offeratur illi ſufficiēs ſatisfacio (etiam incepto bello) non poterit vltra procedere: omnia ſunt clara; ergo tenetur ad pacem Princeps.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ Theologus ſatisfacit dicendo: quod cum iam bellum inchoatum eſt, non ſunt hoſtes in ſtatu ſatisfaciendi, ſed potius ſatis patiendi. Et ideo poteſt Princeps, qui tunc eſt iudex ſumere vindictam vt iudex, & hoc pertinet ad condignam ſatisfactionem iniuſti belli hoſtis.

Inſtantia 3.

Contra hoc inſtat argumentator dicēdo: Nam bellum eſt neceſſitatis, vt dictum eſt ex ſententia D. Auguſtini; ergo vbi non eſt neceſſitas, prout in caſu noſtro, bellum erit illicitum.

Confirmatur hoc, quoniam ſecundum eundem D. Auguſtinum, ſola iniuria illata eſt cauſa iuſti belli, ſed tunc cum plena offertur ſatisfactio, nulla remanet iniuria. Valet conſequētia, quia Princeps offert ſatisfactionem pro iniuria illata.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod illa neceſſitas, quæ erat in principio ad mouendum bellum, durat modo ad ipſum proſequendum. Et ſibi imputet, qui offendit, quod noluit à principio ſatisfacere cum poſſet, & negamus, quod per talem oblationem ablata ſit iniuria perfectè.

Inſtant. vlt.

Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo. Si conſtitueretur aliquis iudex arbiter inter iſtos duos Principes, ſecundum iuſtitiam iudicaret, quod iſte acceptaret ſatisfactionem ſibi oblatam; Sed Princeps læſus eſt iudex, ergo tenetur proferre hanc ſententiam. Confirmatur hoc; nam acceptando illam ſatisfactionem, euitantur mala vnius, & alterius Reipublicæ; ergo tenetur illam acceptare.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod iudex arbiter benè faceret proferendo illam ſententiam, ſi offenſus vellet acceptare illam. Non tamen tenetur illam acceptare.

In aliquo caſu Princeps tenet remouere bellum abſolutè, non ab inimico.

Ad confirmationem dicit Bannes, quod ex charitate multoties tenebitur Princeps offenſus acceptare ſatisfactionem quotieſcunque, & vbicunque illi offeratur. Et hoc eſt, quod affirmabamus in tertia concluſione. At verò ex iuſtitia Princeps ipſe non tenebitur ad id faciendum.

Ex his deducitur vnum corolarium, ſ. quod Princeps iſte non tenetur reſtituere damna, quę intulit poſt oblatam ſatisfactionem, quam non acceptauit, quia bellum iam erat inceptum, quod videtur affirmare Syl. loco ſupracitato.

Inſtant. ſolutio.

Et ad inſtantiam pro parte negatiua dicit, quod antequam bellum ſit inchoatum, non habet rationem veri iudicis, ſi alter offerat condignam ſatisfactionem, prout declaratum eſt in prima concluſione.

Ad confirmationem autem negatur conſequentia.

Digitized by Google

tia. Ratio negationis aſſignatur ex differentia reperta inter Iudicem, & Principem: quia Princeps eſt iudex occaſionaliter, & per accidens in caſu, quod altera Reſpublica nolit ſatisfacere; Vnde ſi alia Reſpublica velit ſatisfacere, non amplius eſt iudex. Et hæc de iſta difficultate ſufficiunt,

Dubium nonum.

IN hoc dubio quærit Lector; An ſiniſtra intentio Principis indicentis bellum, faciat peccatum mortale, & obliget ad reſtitutionem; verbi gratia, quando indicit bellum ex odio, vel ex libidine dominandi; pro vtraque parte ſunt argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, Iudex debet procedere ex zelo iuſtitiæ, & quando odio, vel cupiditate procedit, peccat contra iuſtitiam. Sed Princeps mouet bellum, vt iudex; ergo ſi mouet illud odio, vel cupiditate, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. Actio quæ procedit ex inſtinctu naturæ, non eſt peccatum, neque ad reſtitutionem obligat, ſed indicere bellum ex odio, vel ex cupiditate prouenit ab inſtinctu naturæ, prout experientia docet; ergo ſiniſtra intentio Principis in bellando, non eſt peccatum mortale, neque ad reſtitutionem obligat.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium, tria facit. Primo obſeruat aliqua digna conſideratione. Secundo duabus concluſionibus, & corolarijs duo ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Recta intētio eſt vna cōditio ad bellū iuſtū neceſſaria, cuius finis eſt pax.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quid ſit agere bellum recta intentione. Vna enim conditio iuſti belli eſt, quod procedat ex recta intentione Principis, quoniam intentio recta finis confert bonitatem, mala intentio confert malitiam actibus humanis, ex D.Thom. 1.2. quæſt. 18. art. 4. & quæſt. 19. art. 7. & 8. Eſt autem finis belli pax Reipublicæ, & bonum illius ſiue ſpirituale, ſiue temporale, prout confirmat D.Auguſtinus, lib. 17. de Ciuitate Dei, cap. 12. At quia bellum eſt valde rigidum, & ex eo ſequuntur multa mala, quæ huic fini aduerſantur, idcirco prius tenenda ſunt omnia alia media, quam indicatur bellum. Nam & peritus medicus prius apponit leniores medicinas, quam apponat graues, & periculoſas, & quæ ſolent applicari membris iam deſperatis. Vnde Deuteronom. vigeſimo, ſic præcipitur. Quando acceſſeris ad expugnandam aliquam ciuitatem, offeres illis prius pacem &c. Et Iudicum 20. Filij Iſrael pugnaturi aduerſus filios Beniamin, prius miſerunt legatos, vt ipſis ſuaderent reos puniendos, & ceſſarent bella.

Duplex intētio recta bellandi cōis, vt in omni actione virtuoſa, & propria bellandi.

Secundo eſt notandum, quod bellum fieri ex recta intentione, dupliciter intelligitur. Primo ex recta intentione, ſecundum communem rationem virtutis, ſicut recta intentio eſt neceſſaria omni bono operi. Secundo in ordine ad particularem finem ad quem ordinatur bellum. Ad hoc enim bellamus, vt in pace viuamus. Et ita finis belli eſt pax vt alias oſtenſum eſt.

Tertio eſt notandum, quod ſi bellum ex odio Principis, eſſet iniuſtum; adeò, quod non procederet ex iuſta cauſa, prout oſtendimus in ſeptimo dubio, illud eſſet grauiſſimum peccatum, obligans ad reſtitutionem omnium damnorum, immo eſſent reſtituenda omnia bona in bello capta. Immò verò, & ſuæ Reipublicæ teneretur reſtituere omnia damna illata: ratio, quia iniuſtè illam grauat,

Quarto ſupponendum eſt, quod caſu, quo bellum non eſſet iniuſtum, ſed tantum procederet ex odio Principis, vel alia ſiniſtra intentione, tunc iſta ſiniſtra intentio poteſt eſſe cauſa, vt inferantur mala ſuæ Reipublicæ, vel Reipublicæ contrariorum. Hæc pro primo puncto. Nunc ponantur concluſiones.

Conclusio prima. Si ratione ſiniſtræ intentionis inferantur ſolum mala Reipublicæ inimicorum, contra quos eſt iuſtum bellum: tunc bellare erit peccatum mortale, vel veniale iuxta malitiam intentionis; nulla tamen erit obligatio ad reſtitutionem. — Bellare ex malitia, in iuſto bello, pōt eſſe peccatū mortale, vel veniale, non obligās ad reſtitutionem.

Declaratur huiuſmodi concluſio; v.g. ſi procedat ex odio Principis erit peccatum mortale, ſi verò ex inani gloria erit peccatum veniale.

Prima pars concluſionis probatur. Nam ſecundum malitiam intentionis redditur mala operatio; vt habetur p. 2 quæſt. 19. a 7. & 8.

Secunda verò pars probatur. Tunc Princeps nullo modo peccat contra iuſtitiam; ergo non tenetur ad reſtitutionem.

Et confirmatur hoc. Nam iudex, qui punit reum pœna, quam meretur, non tenetur ad reſtitutionem, quanquam peccet mortaliter; ergo ſimiliter Princeps iſte in tali bello non tenetur ad reſtitutionem, licet peccet mortaliter.

Concluſio ſecunda. Si illa praua intentio eſt cauſa, quod inferatur malum ſuæ Reipublicæ, non ſolum eſt peccatum mortale, ſed obligat ad reſtitutionem.

Prima pars huius concluſionis probatur. Nam Princeps iſte infert damnum ſuæ Reipublicæ, & turbat illam, inducendo maiora mala, quam ſint illa, propter quæ indicitur bellum; ergo peccat mortaliter. — Praua intentio Principis bellantis dānificans propriam Rēpublicā, eſt peccatum mortale, & obligat ad reſtitutionem.

Secunda pars concluſionis etiam probatur. Princeps ille tenetur ex officio conſeruare bonum ſuæ Reipublicæ; ergo ſi ex culpa ſua inferantur ei mala, tenetur ſatisfacere pro illis. Confirmatur hoc Si iudex ex odio puniat reum, ex quo ſequuntur grauiora mala in Rep. quam ſi non puniret, tunc teneretur reſtituere illa damna; ergo ſimiliter & Princeps in hoc caſu tenetur.

Ex hac doctrina educuntur aliqua corolaria Primū, quod Princeps, qui indixit bellum iniuſtum, non ſolum tenetur ſatisfacere pro damnis illatis ipſis hoſtibus, ſed etiam ad hoc tenentur illi, qui ſuis conſilijs, vel mandato ſocios induxerunt

ad bellandum, quando ſocij bona fide proceſſerunt ad pugnandum, & alias non accederent. Ita docet Sylu. verbo, Bellum, quæſt. 10. Immò addit etiam quod bellum eſſet iniuſtum. Si tamen Princeps ſuit negligens in conſiderando, & prouidendo damna, quæ ſequuta ſunt, tenetur reſtituere damna illa militibus non ſubditis, quos vocant in adiutorium, niſi illi veniant conducti ſtipendijs, vel ex ſua libera voluntate gratis.

Princeps, qui indixit bellũ iniuſtum, & illi qui duxerũt ſocios ad bellandũ, ad reſtituenda damna tenentur.

Corolarium ſecundum. Si verò exiſtente bello iniuſto, ſocij veniant ex mandato, vel conſilio Principis mala fide, ſcientes bellũm eſſe iniuſtum, de mente Sylueſt. eadem 10. quæſt. concluſ. 1. ſi voluntariè acceperunt, non tenetur Princeps reſtituere damna.

Et probat hoc; Ex Inſtituta, de mandato, §. illud, vbi habetur, quod ex furti cauſa nulla oritur obligatio contra mandantem; ergo à fortiori nulla oritur obligatio contra non mandantem. Alij exiſtimant (inquit Magiſter Bannes) quod quando eſt mandatum Principis, quamuis bellum ſit iniuſtum, debet Princeps illis reſtituere damna. Et ratio illorum eſt: Quoniam ſi mandatum eſt de re honeſta, ſi ſequantur illa mala, tenetur Princeps ad reſtitutionem, ſed turpitudo mandati eſt impertinens; ergo tenetur etiam reſtituere. Et probant Minorem dicendo. Illa obligatio ad reſtituendum, ſolum oritur ex damno illato, illis quibus mandatur, alias melioris conditionis eſſet, qui mandat rem turpem. Ad Inſtitutam, quam adducit Sylueſt. dicunt, quod illa eſt lex pœnalis habens effectum ſuum in foro exteriori; ſecus autem eſſet in foro interiori conſcientiæ. Hæc pro ſecundo puncto, nunc ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad Maiorem propoſitionem inſtantiæ dicit, quod procedere ex inſtinctu naturæ, ſtat dupliciter, vel ex natura integra, vel corrupta. Indicere bellum ex odio, vel cupiditate regnandi eſt ex cupiditate naturę corruptæ, & non integræ, propterea eſt peccatum contra charitatem, & iuſtitiam aliquando, propterea eſt peccatum obligans ad reſtitutionem. Hæc pro dubio iſto, ecce aliud.

Dubium decimum.

IN hoc dubio quærit Lector; An in bello iuſto licitum ſit Principi, & militibus inferre mala bellica innocentibus. Ecce argumenta.

Pro parte affirmatiua proponit tale ratiocinium, ex ſacris litteris deſumptum. Nam Iudicum 20. habetur, quod filij Iſrael interfecerunt filios Beniamin, quoſcunque potuerunt obtinere, etiam parta victoria. Et Deuteronom. 20. dicitur: Percuties in ore gladij omne, quod in ea eſt generis maſculini: & Deuteronom. vndecimo, dicitur: Omne quod calcauerit pes veſter, veſtrum erit; ergo licitum eſt interficere omnes viros innocentes in iuſto bello.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Bellum eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ; ergo debet fieri ſecundum menſuram delicti, vt Reſpublica, quæ plus peccauit, plus puniatur, & è conuerſo iuxta illud Deuteron. 25. Iuxta modum delicti erit, & plagarum modus.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium, tria facit. Primo notat aliqua. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ. In primis eſt obſeruandum, quod in dubijs præcedentibus oſtenſæ ſunt illę conditiones neceſſariæ, requiſitæ ad iuſtum bellum. Nunc autem explicandum eſt id, quod attinet ad ius belli. Et quænam ſunt mala illa, quæ hoſtibus inferri poſſunt à Principe, qui indicit bellum iuſtum, quamuis nondum actu geratur. Vbi notandum eſt primo, quod inter hoſtes alij ſunt nocentes, & rei, videlicet illi, qui ſunt in cauſa & in culpa gerendi bellum, qui quamuis non poſſint arma capere, præſupponuntur nocentes. Alij autem ſunt innocentes, ex iure poſitiuo, ſicut Presbyteri, Monachi, Agricolæ, Peregrini, & alij huiuſmodi, vt habetur expreſsè in cap. Innouamus, extra de tregua, & pace. Quamuis Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in Summa, verbo, Bellum, puncto 4. dubitet; An contraria conſuetudine ſit abrogatum ius illud &c.

Notanda diſtinctio.

Secundum obſeruandum eſt, tria eſſe genera malorum, quę communiter ſolent inferri hoſtibus, ſcilicet, expoliationem bonorum mobilium, redactionem in ſeruitutem, occiſionem hominum, de quibus in dubijs ſequentibus eſt diſputandum. Hæc pro primo puncto. Nunc ponendæ ſunt concluſiones.

Concluſio prima. Quando bellum iuſtum eſt defenſiuum tantum, tunc ſolum licet hoſtes lædere, quantum ſatis eſt ad defenſionem, vel recuperationem rerum propriarum, etiam ſi bellum fiat authoritate priuata Reipublicæ.

Quando bellum iuſtũ eſt defenſiuum tãtũ, tunc ſolum licet hoſtes lædere, quantum ſatis eſt ad defenſionẽ, vel recuperationem rerum propriarum.

Probatur concluſio iſta. Nam ita ſe habet Reſpublica, quæ ſe defendit in ordine ad aliam Rempublicam, quæ offendit, ſicut ſe habet homo priuatus, qui ſe defendit ab alio homine priuato, ſed iſte homo priuatus ſolum poteſt facere, quę ſunt neceſſaria. Vt vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ; ergo ſimiliter hoc facere poteſt Reſp. quæ ſe defendit. Pro maiori intelligentia huius concluſionis eſt obſeruandum, quod iſta concluſio per ſe gaudet veritate, per accidens, tamen aliquando licet illi inferre hoſtibus oia illa mala, quæ poſſunt inferri hoſtibus in bello iuſto aggreſſiuo; hoc autem contingit, qñ illa Reſp. habet voluntatem interpretatiuam ſui Principis, quæ voluntas præſumitur in ordine ad vindicandas iniurias, quando aggreſſores ſunt hoſtes publici, & non eſt facilis recurſus ad Principem; vnde in tali caſu ipſa Reſpublica poteſt illos punire, ſicut punit latrones.

Cõcluſio ſcda. In bello iuſto aggreſſiuo licitũ ẽ

inferre

Digitized by Google

inferre hoſtibus omnia illa mala, vſque ad plenam ſatisfactionem, & vſque ad ſtabiliendam tranquillitatem Reipublicæ. Itaquod licitum eſt deſtruere arces, & ædificare nouas, occupare regna, interficere malefactores, ſi omnia iſta ſunt neceſſaria ad compenſandam iniuriam, & ſtabiliendam pacem.

Quando bellũ aggreſſiuũ eſt iuſtum, licitum eſt inferre hoſtib. omnia damna neceſſaria ad compẽſatioñe, & ſtabiliẽdam pacem.

Hæc concluſio probatur, Princeps qui bellum iuſtum gerit, eſt iudex reſpectu alterius Principis, cui bellum indicitur, vt iam plures dictum fuit; ergo poteſt illa mala illi inferre, quando ſunt neceſſaria ad vindicandam iniuriam.

Secundo probatur. Finis belli eſt pax, & tranquillitas Reipublicæ, vt dictum eſt ſupra; ergo omnia neceſſaria ad iſtam pacem ſtabiliendam, licita ſunt Principi. Rationes enim mediorum definimus in ordine ad finem.

Tertio probatur. Bellum ad hoc ſuſcipitur, vt fiat æqualitas, & compenſatio damnorum; ergo licitum eſt facere omnia neceſſaria ad hanc æqualitatem, & compenſationem. Quarto, hoſtes ipſi tenebantur omnia illa damna reſtituere; ergo poteſt Princeps illa accipere, cum non ſit alia via ad illa recuperanda.

Obſeruandum tamen eſt pro hac concluſione, quę nam ſit ſufficiens ſatisfactio. Certum eſt, quod non conſiſtit in puncto, relinquitur arbitrio viri prudentis; vix tamen poteſt fieri, quin in tali facto, non ſit aliquis exceſſus in accipienda ſatisfactione; non.n. poteſt moraliter iſta vindicta habere talem menſuram in tali conflictu. Credo tamen, inquit Bannenſis, hanc regulam poſſe haberi, quæ quidem deſumenda eſt ex intentione Principis, & militum. Si intendunt vindictam iuſtam ſumere de aduerſarijs, & in ipſo conflictu aliquis fuerit exceſſus, non videtur adeò eſſe ſcrupuloſum. Si verò poſtea parrata victoria, excedunt milites Principis voluntatem iuſtam in vindicta ſumenda, etiam ſi Principes conſentiant, vel permittant exceſſum iuſtæ vindictæ, tenebitur ad reſtitutionem.

Bona mobilia quæ à militibus capiũtur ĩ iuſto bello, ſunt ipſorum militũ, nec computantur in ordine ad ſatisfactionem.

Cooclusio tertia. Omnia bona mobilia, quæ in actuali conflictu capiuntur à militibus, ſunt ipſorũ capientium, nec computantur inter partes ſatisfactionis illius rei, pro qua bellum geritur.

Hanc concluſionem probat argumentum adductum pro parte affirmatiua dubij. Et confirmatur ex ſententia omnium Doctorum, qui aſſerunt omnia capta in bello iuſto, eſſe capientis, quod paroloquium colligitur ex D. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 3. vbi dicit, quod præda capta in bello, eſt in poteſtate victoris. Confirmatur ex vſu in bello contra Turcas, in quo omnia mala inferuntur.

Probatur concluſio iſta denuo. Nam quãdo bellum eſt iuſtum, tota Reſpublica hoſtium eſt in culpa, abſolutè loquendo; ergo omnia illa mala poſſunt illi inferri, quod videtur affirmare D. Th. Syl. & alij.

Impugnatio.

Inſurgit Lector dicendo: quod hoc eſt contra id quod dicit Ariſt. lib. 2. Polit. cap. 4. qui ait, quod illa lex, quæ iubebat, bona in bello capta eſſe eorum, qui capiunt, à quibuſdam reprehenditur, tanquam iniuſta.

Impugnationis ſolutio.

Reſpondet huic difficultati Theologus dicendo, quod ipſemet Ariſt. excludit hanc impugnationem ibidem dicendo: Nos autem & iuſtam, & licitam reputamus illam .ſ. ſicut habet concluſio. De hac re multa dicit Couarr. in p. 2. §. 11. num. 1. & 6. Ex his colligitur, quod ſi in bello procedatur ad libitum in inferendis malis, & vltra quod iuſtitia poſtulat, ita vt bellum reddatur iniuſtum: Immo ex tunc Princeps, & milites tenentur reſtituere damna, quæ vltra iuſtum intulerunt. Ratio huius eſt: quia ſecundum rectam iuſtitiam, modus plagarum, debet eſſe ſecundum mẽſuram delicti, iuxta regulam Domini, Deut. 25. Ergo ſi exceditur modus, iam fit iniuria hoſtibus, & ex conſequenti, incipit obligatio ad reſtituenda damna illa. Hæc pro ſecundo puncto, quo ad textum.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus dicit, quod filij Iſrael, ex 20. Iudicum, grauiter peccauerunt interficiendo ad libitum filios Beniamin, quoniam occiderunt multos innocentes, ſicut infantes, & mulieres. Ignorantia tamen potuerunt illi excuſari, prout clarius in dubio ſequenti videbimus. Hæc ſint pro dubio iſto.

Dubium vndecimum.

QVærit Lector in hoc dubio: An licitum ſit occidere innocentes in bello iuſto. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, Lector ratiocinator ſic. In Deuteronom. 20. habentur hæc verba. Ex his ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittas viuere, ſed interfice eos in ore gladij: hoc autem ad plenum ſeruauit Ioſue in expugnatione vrbis Ierico, vt patet Ioſue 6. ſimiliter idem mandatum impoſitum fuit, 1. Regum 15. idem præceptum fuit Sauli in ordine ad extirpandos Amalechitas; ergo in iuſto bello licitum eſt occidere innocentes.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt D. Th. 2. 2. quæſt. 64. artic. 6. quo in loco dicit, quod nunquam eſt licitum occidere innocentem. Immò hoc habetur ex ore Dei, Exodi 23. Inſontem, & innocentem non occidas. Et Deuteronomij 24. Non occidentur filij pro parentibus; ergo neque in iuſto bello licet interficere innocentes.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium, tria facit. Primò ponit vnam diſtinctionem. Secundo iuxta membra diſtinctionis, ponit duas concluſiones. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Diſtinctio ergo eſt: Occidere innocentes, ſtat dupliciter: Primò directè, per ſe, & ex intentione. Secundo indirectè, per accidens, & præter intentionem. Stante hac diſtinctione, ponuntur concluſiones.

In bello iuſto per ſe, directe, & ex intẽtione, nõ licet occidere innocentẽ

Concluſio prima. Directè, per ſe, & ex intentione, nunquam licet occidere innocentes.

Concluſio iſta, ex ratione adducta pro parte negatiua dubij habetur, & declaratur, & poſtea probatur. Occidere per ſe directè, & ex intentione innocẽtem, eſt intrinſecè malum (niſi fiat iuſſu Dei.)

Concluſio eſt Doctoris ſancti, prout in argumento pro parte negatiua dubij, & probatur. Nam fundamentum iuſti belli eſt iniuria, prout oſtenſum eſt ſupra. Innocens autem nullam infert iniuriam alicui, alias non eſſet innocens; ergo non licet vti bello contra illum.

Confirmatur hoc. Non licet in Republica pro delictis malorum interficere innocentes apud hoſtes.

Probatur hoc. Nam eadem eſt authoritas contra intraneos, & extraneos hoſtes Reipublicæ, ſed Reſpublica non occidit intraneos innocentes; ergo non licet interficere extraneos innocentes in iuſto bello.

Tandem probatur concluſio iſta. Dixit Deus, Deut. 20. filijs Iſrael. Cum vi cepiſſent ciuitatem, alios quidem interficerent, parcerent autem mulieribus, & paruulis. Et ratio huius præcepti erat, quoniam illi ſunt innocentes; ergo in bello iuſto non licet interficere innocentem.

Colligitur ex his, quod miles non poteſt occidere innocentem, quem ſcit eſſe innocentem. Immò etiam ſi ſciat, quod ille, qui modo eſt innocens, poſtea futurus eſſet nocens, non poteſt illum occidere. Cum dicat Apoſtolus. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona; ergo multo minus vt vitentur mala maiora, quoniam ad cauenda mala futura ſunt ordinata multa media.

Ex his colliguntur aliqua corolaria. Primum, quod in iuſto bello, etiam contra Turcas, non licet interficere infantes, inquit Bannenſis; ex ſententia Victoriæ, quoniam ſunt innocentes, immò nec fœminæ infideles inter infideles commorantes. Ratio eſt: quia quantum ad bellum præſumuntur innocentes. Niſi fortè conſtaret de aliqua fœmina, quod eſſet in culpa. Idem iudicium eſt faciendum de innoxijs agricolis apud Chriſtianos; immò de alia gente pacifica; quia omnes iſti præſupponuntur innocentes, niſi contrarium conſtaret. Hac etiam ratione, nec peregrinos licet occidere, vel hoſpites, qui verſantur apud hoſtes: quia præſumuntur innocentes, nec verè ſunt hoſtes. Eadem ratione nec clerici, & religioſi poſſunt occidi: quia præſupponuntur innocentes in bello, niſi contrarium appareat, quod fit quando actualiter pugnant in bello.

Ex his etiam colligitur, quod meritò fuit reprehenſus Theodoſius Imperator à Diuo Ambroſio, propterea, quod iuſſit interficere Theſſalonicenſes ſine delicto. Cuius rei meminit Ruffinus lib. 2. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.

Occidere in iuſto bello, per accidens, & præter intentionem, innocentes, non eſt peccatũ.

Concluſio ſecunda. Occidere in iuſto bello per accidens, & præter intentionem innocentes, non eſt peccatum, v.g. quando expugnatur ciuitas ab eo, qui habet iuſtum bellum, & non poteſt aliter expugnari, niſi inſtrumentis bellicis, quamuis ſciat multos innocentes eſſe interficiendos, licitum eſt illi expugnare vrbem.

Concluſionem hanc docet Magiſter Victoria, vbi ſupra. Magiſter Dominicus à Soto, lib. 5. de iuſtitia. & iure, quæſt. 1. artic. 7. Bannes 2. 2. loco ſupracitato, dubio 11. & eſt communis ſententia Doctorum.

Probatur tamen rationibus; primo quidem ex ratione adducta pro parte affirmatiua dubij; Secundo tali ratione: Illa occiſio innocentium non eſt voluntaria; ergo non eſt peccatum. Probatur conſequentia, ex Regula D. Auguſtini, lib. de vera Religione, cap. 14. vbi aſſerit peccatum in tantum eſſe peccatum inquantum eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum.

Antecedens probatur. Illa occiſio innocentium ſola eſt voluntaria in ſua cauſa, ſed propter hanc cauſam non tenentur milites vitare talem occiſionem, cum habeant iuſtum bellum; ergo non eſt illis voluntarium. Probatur conſequentia: quia illud, quod non tenemur vitare, non eſt nobis voluntarium ad culpam, ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. artic. 4. & quæſt. 43. art. 8.

Tertio probatur concluſio. In mei defenſionem licitum eſt occidere, etiam innocentem, qui per ignorantiam me inuadit. Et talis occiſio non eſt mihi voluntaria, quoniam non teneor vitare meam defenſionem, nec deſiſtere ab illa, ſimiliter Princeps non tenetur deſiſtere à bello iuſto; ergo poteſt licitè occidere inuaſores, & talis occiſio non eſt illi voluntaria.

Confirmatur concluſio. Clarum eſt, quod licitum non eſt procurare abortum, per ſe intendendo abortum, licet tamen dare mulieri prægnanti infirmæ medicinam, vt ſanetur, ex qua medicina ſequitur ſanitas per ſe, per accidens tamen abortus. In hac tamen re, cautè eſt procedendum; prout notauimus loco ſuo. Vlterius, talis occiſio innocentis, per accidens eſt neceſſaria ad pacem, & tranquillitatem, ergo talis occiſio non eſt peccatum.

Probatur conſequentia. Nam ſi talis occiſio non eſſet licita, non poſſet geri bellum contra nocentes, cum ſemper in tali bello pereant aliqui innocentes.

Obſeruandum tamen eſt, quod ſi in aliquo oppido ſunt multi innocentes, pauci verò nocentes, quod tunc non liceret oppidum expugnare. Ratio eſt: quia maius malum eſt, quod ſequitur, quam bonum, quod intenditur. His concluſionibus, additur alia.

Licitum eſt in bello iuſto expoliare & in captiuitatem ducere innocentes, cognitos innocentes.

Concluſio tertia, licitum eſt in bello iuſto expoliare, & in captiuitatem ducere innocentes, etiam illos, quos ſcimus eſſe innocentes. Concluſio eſt Victoriæ, & ſuſtinet cauſam Bannenſis, & probat multipliciter. Primo ex vſu gerentium bellum iuſtum, tam contra fideles, quam contra infideles: omnes n. ita faciunt. Secundo probatur, huiuſmodi innocentes ſunt partes Reip. contra quam eſt iuſtũ bellum, & ſunt filij, aut vxores, aut ſerui illorum, qui ſunt nocentes; ergo poſſunt puniri hac pœna. Probatur concluſio iſta. Nam multoties pœna amiſ-

ſionis

Digitized by Google

ſionis bonorum, plerunque puniuntur filij pro parentibus, vt patet de hæreticis, & de illis, qui ſunt rei læſæ maieſtatis.

Et confirmatur hoc per Regulam 23. Iuris, in 6. Sine culpâ nemo eſſet puniendus, niſi adſit iuſta cauſa; quo in loco, non dicitur abſolutè, non eſſe puniendos innocentes, ſed exigitur quando eſt iuſta cauſa, ſcilicet, delictum Reipublicæ, vel parentum; ergo tales innocentes poſſunt puniri hac pœna.

Tertio probatur. Aliter non poſſet conſequi victoriam, quæ eſt finis belli, niſi expoliando, & in captiuitatem ducendo innocentes; ergo tali pœna innocentes poſſunt puniri tempore iuſti belli. Quod intelligendum eſt, inquit Magiſter Victoria, quando ipſum bellum, aut victoria, aut condigna ſatisfactio, alio modo non poteſt haberi, vel commodè exerceri.

Obſeruandum tamen eſt, quod ſi hoſtes nollent reſtituere res per iniuriam ablatas. Et Reſpublica, quæ leſa eſt, non poteſt aliunde commodè recuperare illas, poſſunt milites huius Reipublicæ, authoritate ſui Principis, expoliare alios innocentes, qui ſunt in regno hoſtium. Ratio eſt, quoniam ille Princeps negligit vindicare, quod à ſuis improbè factum eſt, & reſtituere, quod iniuſtè ablatum eſt; ergo alter Princeps habet ius contra illum, & ex conſequenti poteſt ex qualibet parte ipſius regni accipere condignam ſatisfactionem.

Et confirmatur hoc. Si Petrus per rapinam abſtulit à Paulo pallium, poteſt Paulus ex alijs bonis Petri accipere condignam ſatisfactionem (quando non eſt recurſus ad ſuperiorem) ergo ſimiliter Princeps ille poteſt accipere ſatisfactionem condignam ex qualibet parte regni alterius (cum non habeat ſuperiorem.) In quo caſu ille Princeps, vel Reſpublica, vel quicunque alius, qui fuit cauſa iniuſti belli, tenetur reſtituere illis innocentibus vniuerſa bona ab illis ablata, & damna illata. Ratio huius eſt: quoniam innocentes illi patiuntur ſpoliatione illorum bonorum, ex eo, quia Princeps, peccando contra iuſtitiam, dedit cauſam illius dãni; ergo tenetur illa reſtituere ex iuſtitia. Et hæc ſint pro ſecundo puncto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio. Theologus ſatisfacit primæ inſtãtiæ dicẽdo: quod dicta illa Diuinæ ſcripturæ, erant ſeruanda ex ſpeciali ordinatione, & præcepto Domini, propter peccatum illarum gentium, prout docet Angelicus Doctor 1. 2. quæſt. 105. ar. 3. ad 4.

Inſtantia 2. Contra hoc inſtat argumentator dicendo: ex ipſo contextu eiuſdem c. 20. Nam eodem cap. præcipitur etiam de illis ciuitatibus, quæ non erant procul, vt expugnata vrbe, omnes occiderentur præter paruulos, & mulieres, tamen inter hos multi erant innocentes, qui nullam cauſam bello dederant; ergo iſtos licitum eſt interficere.

Inſtant. ſolutio. Theologus ſatisfacit dicendo: quod in vrbe hoſtium omnes illi, qui poſſunt arma capere, præſumuntur nocentes. Quapropter poſt patratam victoriam poſſunt occidi. Nam Princeps, vel milites non tenentur examinare poſtea, qui fuerunt innocentes, & qui nocentes. Et fortaſſis per hoc voluit Deus inſinuare filijs Iſrael .ſ. omnes illos hoſtes, qui poſſunt arma capere præſumi nocentes, & poſſe occidi; Et ideo ſolum excipit paruulos, & mulieres. Ex quo probabiliter dicere poſſumus, quod ſi apertè poſſit diſcerni in illa Republica innocẽtes, qui nec auxilium, nec conſilium dederunt, tales nullo modo poſſunt occidi. Nam bellum ad hoc, vt ſit iuſtum, debet exerceri cum minimo damno innocentum, poſſibiliter tamen, cum hoc expoſtulet charitas proximorum.

Contra hoc inſtat argumentator dicendo: Licitum eſt concedere militibus ciuitatem in prædam .ſ. dare ad ſaccum (vt dicitur vulgariter) vel tradere illam ferro, & igni, prout experiẽtia belli docet; Et quia multoties ſic expedit ad obtinendam victoriam, ad deterrendos hoſtes, & ad militum animos accendendos, ſed tunc plurimi innocentes occiduntur, etiam paruuli, & mulieres; ergo licitum eſt in bello iuſto occidere innocentes. Inſtantia 3.

Theologus ad antecedens dicit, quod regulariter, & communiter non licet tradere ciuitatem, aut ferro, & igni, propter plurima mala temporalia, & ſpiritualia, quæ inde ſequuntur. At verò in caſu, quo victoria aliter non poſſit obtineri, licitum erit hoc facere, ſicut tenet Syl. verbo, Bellum, 1. q. 10. concl. 3. In quo caſu vniuerſa illa mala, quæ inferuntur innocentibus, conſequenter ſunt per accidens, & præter intentionem. Et ideo non imputantur militibus. Inſtant ſolutio.

De nouo inſtat argumentator dicendo: Licitum eſt Principi habenti bellum iuſtum inferre oĩa mala, quæ ſunt neceſſaria ad compenſandam iniuriã, & ſtabiliendam pacem, vt ex dubio antecedenti conſtat, ſed ad hoc neceſſarium eſt aliqñ, vt patrata victoria occidantur innocentes; ergo hoc licet, Minor probatur, maximè in bello contra infideles: q̃m veroſimile eſt, quod cum paruuli illorum adoleuerint, erunt hoſtes noſtri peiores parentib. prout docet experientia in filijs Saracenorum de quibus rectè dicere poſſumus illud, quod dicit D. Chryſ. hom. 42. in Matth. in opere imperf. Pulli ſerpentiũ ætate minores ſunt, veneno autem pares, & catuli luporum, & ſi venationem exercere non poſſunt, tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt; ergo licitum eſt Principi iure defenſionis præuenire illud obſtaculum interficiendo paruulos hos. Inſtantia 4. Nota.

Theologus huic inſtãtiæ dicit, ex ſnia cõi oium Doctorum, illud eſſe manifeſtè illicitum .ſ. q̃ puniantur innocentes, ne efficiantur nocentes; eſt.n. intolerabile malũ, vt aliquis puniatur pro futuro peccato. Item, quia Princeps alia via põt conſulere ſuæ Reipublicæ, ſcilicet, vendendo illos pueros, aut mittendo in exilium, inquit Bannenſis: vendere autem, nobis non placet (cum ſint Chriſtiani) Occidere autem illos nullo modo licet, quoniam hoc eſſet facere mala, vt poſtea eueniant bona. Nec etiam licet nobis præuenire hoſtes, niſi quando ſumus in actuali conflictu, alias liceret nobis inter- Inſtant. ſolutio. In bello non licet interficere innocentes etiã pp timorem futuri damni.

ficere illos, quos ſimus, vel putamus eſſe futuros inimicos noſtros, & occiſores eſſe noſtri, quod impium eſt dicere, & multo magis facere.

Inſtantia 5.

Non acquieſcit Lector, inquit enim, ſi non licet interficere innocentes, ſequitur quod non licet expoliare illos, nec in captiuitatem ducere; conſequens eſt falſum; ergo & antecedens: ſequela probatur ſic. Acceptio rei alienæ ab innocente, ita eſt intrinſecè mala, ſicut occiſio. Cum ſit furtum, vel rapina.

Inſtant. ſolutio.

Repubł. pōt priuare nocē tes bonis exterioribus, vita aūt non.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem diſcriminis dicendo, quod illa bona temporalia poteſt Reſpublica tollere ab innocentibus, quoniam in caſu illo eſt domina bonorum illorum, quorum ipſi ciues habēt dominium. At Reſpublica non habet dominium vitæ ſuorum ciuiū, ſicut nec ipſi ciues habent tale dominium, vt habebimus in diſputationibus de homicidio. Ex quo ſequitur, quod qui habet bellum iuſtum contra illam Rempublicam, poteſt priuare innocentes illis bonis, quorum Reſpublica habet dominium, quod ſi ipſi innocentes non conſenſerint, erunt inuiti irrationabiliter. At verò occidere illos ex intentione non poterit, quia Reſpublica non habet dominium vitæ illorum; vnde non licet illos occidere ex intentione.

Inſtantia 6.

Contra, inquit Lector; Sequitur ex hac reſponſione, quod ſecluſa ignorantia, poſſet dari bellum iuſtum ex vtraque parte. Conſequens eſt falſum; ergo & antecedens, ſequela probatur. Innocentes (ſecluſa ignorantia) iuſtè ſe defendunt, quando milites expugnant arcem, in qua ſciunt illos eſſe, & ex alia parte iuſtè milites expugnant arcem; ergo bellum eſt iuſtum ex vtraque parte.

Confirmatur hoc. Nam ſequeretur, quod pari ratione liceret medico dare potionem mulieri prægnanti, quamuis ſciat inde ſubſequuturum abortum. Conſequens eſt falſum, & contra Syl. verbo, Medicus, quæſt. 4. ergo probatur ſequela. Nam ſicut miles per ſe non intendit occidere, niſi nocentes, & per accidens occidit innocentes, ita etiam medicus ille per ſe, & directè, ſolum intendit purgare mulierem ab humoribus, ad conſeruandam propriam vitam, ergo.

Inſtant. ſolutio.

Ex ignorātia, & p accidēs pōt dari bellum iuſtū ex vtraq parte, per ſe non.

Theologus huic inſtantiæ reſpondet dicendo: Concedo, quod ſicut ex ignorantia poteſt dari bellum iuſtum ex vtraque parte; ita etiam per accidens dari poteſt ſine ignorantia, vt in caſu argumenti: in quo caſu, illi qui expugnant arcem conſiderant illos innocentes, vt partes Reipublicæ, quæ in culpa eſt. At verò ipſi innocentes, qui ſe defendunt, conſiderant ſeipſos tanquam veros innocentes, & qui non ſunt in cauſa, vel in culpa iuſti belli. Quapropter non datur iuſtum bellum ex vtraque parte, reſpectu eiuſdem cauſæ, vel tituli, ſed reſpectu diuerſorum, hoc nullum eſt inconueniens affirmare. Ecce ſimile: innocens damnatus ad mortem per ſententiam iuſtam, ſecundum allegata, & probata, poteſt ſeipſum defendere, ſecluſo ſcandalo. Et iudex poteſt illum condemnare; vbi datur bellum iuſtum ex vtraque parte, non per ſe, ſed per accidens.

Medicina data prægnanti poteſt cauſare abortus p ſe, vel per accidens.

Ad confirmationem autem dicit, quod medico nunquam licet dare medicinam mulieri prægnanti hac intentione, vt fiat abortus, quamuis conſequenter ſequatur ſalus mulieris. Quemadmodum non licet interficere innocentes ex intentione, quāuis inde ſequatur ſalus Reipublicæ. At verò licet medico dare medicinam mulieri prægnanti ad purgandos humores nociuos, quamuis timeatur abortus, quoniam tunc abortus ille ſequitur per accidens, & præter intentionem. Quemadmodum in bello iuſto mors innocentum ſequitur per accidēs, vt dictum eſt in ſecunda concluſione, non tamen ſequitur per ſe ex intentione gerentis bellum iuſtum. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc autem procedamus ad aliud.

Dubium duodecimum.

IN hoc dubio quærit Lector; An illi, qui capti ſunt in bello iuſto, poſſint fugere dominos ſuos, à quibus capti ſunt abſque peccato, & abſque obligatione ad reſtitutionem. Pro vtraque parte adſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Syln. verbo, ſeruitus, q. 3. vbi expreſſè dicit huiuſmodi ſeruos captos in bello iuſto peccare, ſi fugiant dominos ſuos. Idem tenet Cardinalis Turrecremata ſuper cap. Ius gentium, d. 1. a. 4. ſolutione, ad quintum. Et Nauarrus in Manuali cap. 17. nu. 104. affirmat, quod etiam Chriſtiani ſi capiantur ab infidelibus in bello iuſto, ſi poſtea fugiant dominos ſuos tenentur illis reſtituere honeſtum precium, quamuis non teneantur redire in propria perſona, propter periculum fidei.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Nam ſi liceret eis fugere, conſequenter liceret eis conſulere hanc fugam: conſequens eſt falſum; ergo & antecedēs: ſequela probatur. Nam quod licet facere ſeruis ſine peccato, licet eis conſulere. Minor verò probatur ex Concilio Gangrenſi, cap. 3. cuius verba referuntur 17. quæſt. 4. cap. ſi quis ſeruum, 1. & 2. vbi prohibetur hoc Concilium diſcedendi ab obſequio dominorum ſuorum, prætextu etiam religionis; ſimiliter prohibetur hoc Concilium iure ciuili, ff. de ſeruo corrupto, & ff. de ſeruis fugitiuis.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium, duo facit. Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio igitur eſt iſta. Huiuſmodi capti in bello iuſto, ſi inuenta occaſione fugiant dominos ſuos, nec peccant, nec tenentur illis reſtituere aliquod precium. Concluſio habetur à Couarruuia libro Variarum Reſolutionum, cap 2. num. 10. & in relectione ſic per regulam Peccatum, p. 2. ſ. 11. num. 6. maximè quantum ad ſeruos captos ab infidelibus in bello iuſto, tamen abſolutè de omnibus captis in bello iuſto.

Captiui capti ī bello iuſto, ſi data occaſione fugiūt dños ſuos, nō peccant, neq. ad reſtitutionem tenētur

Probatur concluſio. Primo ex §. item 1. Inſtit.

de

de rerum diuiſione, vbi dicitur iure belli fieri hoſtes captiuos. Et poſtea ſubdit, ſi noſtram poteſtatem euadant, & ad ſuos redeant, priſtinum ſtatum recipiunt.

Secundo probatur concluſio. Iſta ſeruitus introducta eſt iure gentium, ſed eodem iure eſt approbatum, quod illi, qui fugiunt dominos ſuos, cenſentur liberi, etiam ſi nullum precium reſtituãt, ergo. Probatur Minor, ex communi vſu gerentium bella, inter quos nemo vnquam poſtulauit hoc precium à ſeruis fugitiuis, nec illi illis vnquam miſerunt.

Tertio probatur concluſio. Hoc genus ſeruitutis, quod incurritur per hoc, quod capitur in bello iuſto, eſt nobiliſſimum, differt vnquam maximè à ſeruitute, quæ incurritur per venditionem; ergo tales captiui fugere poſſunt.

Non licet captiuis fugere dños ſuos, ſi illis dederſit fidem de nõ fugiendo.

Obſeruat tamen vnum Theologus, quod concluſio iſta intelligitur, quantum ſit ex vi captionis in bello iuſto. Nam aliunde, inquit potest eſſe, quod teneatur non fugere, puta ſi ſeruus captus in bello iuſto, dedit fidem de non capienda fuga, in tali caſu non poſſet fugere: quia qui fecit illum captiuum, & ab illo accepit fidem, non adhibet tantam diligentiam circa cuſtodiam illius, quantam alias adhiberet. Et ideo non debet pati detrimentum ex eo, quod adhibuerit fidem ipſi captiuo. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam inſtantiæ factæ, & ad probationem dicit, quod eodem iure gentium, quo approbatur fuga captiuorum, reprobatur Concilium illud capiendi fugam; Vnde licet ſerui poſſint fugere (data opportunitate,) non tamen licet alijs conſulere, vel adiuuare ad fugam ſine peccato, præcipuè verò in ordine ad dominos ſi eſſent infideles: quia daretur illi occaſio blaſphemandi Chriſtum, & Chriſtianam religionem, ſi hoc titulo aliquis perſuaderet ſeruo fugã. Et addit, quod forſitan Concilium illud loquebatur de ſeruis precio emptis ab infidelibus, quam de illis in bellis captis. Illi enim, qui empti ſunt, non poſſunt tuta conſcientia dominos ſuos effugere; nam de iuſtitia tenentur ſeruare conuentionem à principio factam. Secundo dicit, quod conſequentia etiam eſt nulla, quod ſic oſtenditur. Nam illi, qui detinentur in carcere, licitè poſſunt fugere, tamen miniſtri iuſtitię vllo modo licitè poſſunt conſulere illis talem fugam.

Seruis emptis in bello, non licet fugere dominos ſuos.

Inſtantia 2.

Vltimo loco inſtat Lector dicendo: Domini puniunt ſeruos captos in bello iuſto, ſi fugiunt (vt experientia docet) ergo ſerui ipſi non poſſunt fugere. Valet conſequentia. Cum pœna non ſit infligenda, niſi propter culpam.

Inſtant. ſolutio.

Soluit hanc inſtantiam Theologus dicendo: quod ſicut propter bonum publicum vincti elapſi de carceribus, puniuntur, licet iuſte, & ſine peccato fecerint. Ita pro conſeruatione rei ſuæ, poteſt dominus ſeruum coercere. Et quamuis puniatur ſine culpa, non tamen ſine cauſa, vt habetur in regulis iuris, in 6. Regula 16. Hæc ſunt pro deciſione caſus, & terminatione dubiorum. Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus primo argumento ſatisfacit dicendo, ad probationem Minoris, cum D. Auguſtino, quod ille accipit gladium, qui nulla ſuperiori, aut legitima poteſtate, aut iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. Qui verò ex authoritate Principis, vel iudicis (ſi ſit perſona priuata, vel ex zelo iuſtitiæ) quaſi ex authoritate Dei (ſi ſit perſona publica) gladio vtitur, non ipſe accipit gladium, ſed ab alio ſibi commiſſo eo vtitur. Et huic non debetur pœna. Vltra hoc, ex D. Th. dicit, quod nec illi, qui cum peccato gladio vtuntur, ſemper gladio occiduntur, ſed ipſi ſuo gladio ſemper pereunt; quia pro peccato gladij, æternaliter puniuntur, niſi pœniteant.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector dicendo: reſponſio eſt bona, ſed non ſatisfacit ad plenum, quod tali ratione probatur. Nam quicquid contrariatur diuino præcepto eſt peccatum, ſed bellare contrariatur diuino præcepto; ergo bellare ſemper eſt peccatum. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur. Dicit D. Math. 5. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo. Cui ſubſcribit etiã Apoſtolus Paulus, Roman. 12. dicendo: Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ; ergo bellare eſt contra præceptum diuinum.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat Minorem, & ad probationem dicit, cum D. Auguſtino, lib. 1. de ſermone Domini in Monte, cap. 34. 35. & 36. tom. 4. quod huiuſmodi præcepta ſeruanda ſunt in præparatione animi, vt, ſcilicet, ſemper homo ſit paratus non reſiſtere, vel ſe non defendere, ſi opus fuerit, ſed quandoque aliter eſt agendum propter commune bonũ, vel propter bonum, cum quibus pugnatur, prout docet D. Auguſtinus, Epiſt. 5. ad Marcellinum. Agenda ſunt etiam multa cum inimicis, benigna quadam aſperitate plectendis. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil eſt infelicius infelicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur.

Argumẽtum tertium.

De nouo Lector inſurgit dicendo: Nihil contrariatur actui virtutis, niſi peccatum, ſed bellare contrariatur paci; ergo bellum ſemper eſt peccatum. Dicit enim Dominus. In hoc cognoſcent homines, quod verè diſcipuli mei eritis, ſi charitatem ad inuicem habeatis.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad Minorem, quod etiam illi, qui iuſta bella gerunt, pacem intendunt, & ita paci non contrariantur, prout dicit D. Auguſtinus ad Bonifacium, in 1. Epiſt. inter 21. quæ ſunt in fine tomi 2. Non quæritur pax, vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. Et ſubdit. Eſto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Ex quibus habemus, quod lex Euangelica eſt lex pacis.

cis. Et quod Chriſtiani debent eſſe pacifici, vt filij Dei vocentur, & cognoſcantur Diſcipuli Chriſti Domini noſtri.

Argumentum quartum.

Format vltimum argumentum Lector dicendo: Omne exercitium ad rem licitam, licitum eſt; vt patet in exercitijs ſcientiarum, ſed exercitia bellorum, quæ fiunt in torneamentis, prohibentur ab Eccleſia, rationabiliter quidem: quia morientes in huiuſmodi tyrocinijs, Eccleſiaſtica ſepultura priuantur; ergo bellum videtur eſſe ſimpliciter peccatum.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſoluit hoc argumentum dicendo: quod exercitia bellica ſunt in duplici differentia; aliqua facta debito modo, & aliqua facta modo indebito: non enim exercitia ad res bellicas ſpectantia, ſunt vniuerſaliter prohibita, ſed inordinata exercitia, & periculoſa, ex quibus occiſiones, & deprædationes proueniunt. Apud antiquos (inquit Doctor ſanctus) exercitationes ad bella ſine huiuſmodi periculis erant, & dicebantur meditationes armorum, vel bella ſine ſanguine, prout habetur à D. Hieronymo in quadam Epiſtola. Ex quibus habetur formalis reſponſio, ſcilicet, quod exercitia torneamentorum non prohibentur: quia præciſè bellica ſunt, ſeu ordinata ad bellum, ſed quia inordinata, vel periculoſa ſunt; Vnde Illuſtriſſimus D. Caietanus ponit diſcrimen inter exercitia bellica periculoſa, & non periculoſa: quia in periculoſis, vt in pluribus, læſiones notabiles eueniunt. In non periculoſis vel nunquam, vel raro; & addit,

Declaratur qualia torneamenta ſunt licita, & qualia non, ſeu prohibita, vel non prohibita.

Moralia autem iudicantur ſecundum id, quod in pluribus inueniuntur, propterea in iudicando de his prudenter procedere debemus, præcipue in iudicando actiones particulares. Gladiatoriæ enim exercitia artis, proculdubio licita ſunt, cum enſes ipſi abſque acumine ſint, & ſimiliter haſtiludia illa, quæ cum lanceis proportionaliter diſpoſitis (vt de enſibus dictum eſt) fiunt.

His addit Magiſter Dominicus Bannenſis. Nota quod in Decretalibus eſt ſpecialis titulus de torneamentis, in quo priuantur Eccleſiaſtica ſepultura, quicunque in illis exercitijs moriuntur, ſed hoc debet intelligi, quando illa torneamenta ſunt periculoſa in ſe, & inordinata, & quaſi hoſtilia, quod patet; Nam in cap. 1. illius tituli dicitur. Ex quibus mortes hominum, & animarum pericula frequenter ſolent prouenire. Cæterum ſi quis præter opinionem, & quaſi per accidens in illis exercitijs bellicis moriatur, non ideò priuandus erit Eccleſiaſtica ſepultura. De illis torneamentis, quæ ſunt licita, & non periculoſa intelligit D. Thom. hoc in loco, eſſe quaſi media neceſſaria, & præludia, vt ſint viri fortes ad exercenda bella Reipublicæ. Et ita docet Sylu. in Summa, verbo, Torneamentum, & in verbo, Ludus, quæſt. 8. & Nauarrus in Manuali, c. 15. num. 9. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis.

Caſus ſecundus.

Lector in hoc ſecundo caſu ordinat huiuſmodi diſputationem de bello, ad Clericos, & Prælatos Eccleſiæ.

In caſu quærit: Vtrum Clericis, & Epiſcopis ſit licitum bellare, ſeu pugnare?

In primo dubio inueſtigat, An omnibus clericis in vniuerſum ſit prohibitum bellare?

In ſecundo dubio inueſtigat; Quo iure ſit prohibitum bellare, Diuino, vel Humano?

In tertio dubio poſtulat; An clerici poſſint aliquando bellare, ſine licentia Pontificis?

In quarto dubio petit; Vtrum clerici bellantes, ſine licentia Pontificis, maneant irregulares?

In quinto dubio quærit, An quando non peccat clericus bellando, incurrat irregularitatem?

In ſexto dubio inueſtigat; An clerici in bello iuſto poſſint expoliare hoſtes bonis ſuis?

In ſeptimo dubio interrogat; An licitum ſit militibus accipere bona clericorum, & eccleſiaſticorum in bello iuſto?

In caſu ergo quærit Lector; Vtrum Clericis, & Epiſcopis licitum ſit pugnare, vel bellare. Et format ſua argumenta pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua ſic. Bella inquantum ſunt licita, & iuſta (prout dictum eſt in caſu præcedenti) inquantum tuentur pauperes, & totam Rempublicam ab hoſtium iniurijs, ſed hoc videtur maximè ad prælatos pertinere, prout dicit D. Gregorius homil. 14. in Euangelium, inter medium, & principium, dicendo: Lupus ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus, & raptor fideles quoſcunque, atque humiles opprimit, ſed is, qui videbatur eſſe Paſtor, & non erat, relinquit oues, & fugit: quia dum ſibi ab eo periculum imminet, reſiſtere eius iniuſtitiæ non præſumit; ergo prælatis, & clericis licitum eſt pugnare, ſeu bellare.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt authoritas Domini, dicentis Petro, Matth. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam; ergo prælatis non licet pugnare, ſeu bellum gerere in propria perſona.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

Lector Theologus circa huiuſmodi caſum, tria facit. Primo vnam diſtinctionem ponit. Secundo ſatisfacit quæſito quattuor concluſionibus, & pro illarum maiori cognitione proponit, & terminat multa dubia. Tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuæ. Diſtinctio igitur eſt. Pugnare, ſeu bellare contingit dupliciter. Primo propria manu. Secundo manu militum, vel ſecularium; ſtante hac diſtinctione ponit concluſiones.

Concluſio prima. Illis qui maioribus negotijs deputantur, prohibentur minora. Probatur hæc cõcluſio. Nam diuerſa à diuerſis melius, & expeditius aguntur, ex phyloſopho in Politica, lib. 1. & 2. parum à medio; Quædam enim negotia ſunt adeo repugnantia, vt conuenienter ſimul exerceri non poſſint; ergo illis, qui maioribus deputantur,

prohi-

prohibentur minora. Probatur conſequentia. Nam ſecundum leges humanas, militibus, qui deputantur ad exercitia bellica, negotiationes interdicuntur; ergo qui deputantur ad exercitia maiora, non debent ſe minoribus occupare.

Bellica exercitia maximè repugnāt illis officijs, q. bus epiſcopi, & clerici deputātur, ideo clericis ſunt prohibita.

Concluſio ſecunda, ſequens ex hac generali concluſione. Bellica exercitia maximè repugnant illis officijs, quibus Epiſcopi, & clerici deputantur. Et hoc propter duo, inquit Doctor ſanctus. Probatur, quoad primum: quia maximas inquietudines habent officia bellica contraria magis, quam negotiationes, religioſis interdictæ, cum multum impediant animum à contemplatione diuinorum, & à laude Dei, & ab oratione pro populo, quæ ad officium pertinent clericorum; ergo ſicut negotiationes, propter hoc, quod nimis implicant animū, interdicuntur clericis, ita & bellica exercitia interdicuntur eiſdem, prout habetur à D. Paulo, 2. ad Timoth. 2. vbi dicitur: Nemo militans Deo, implicet ſe ſæcularibus negotijs. Secundo hoc inhibetur clericis propter ſpecialem rationem. Nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſterium, in quo ſub ſacramento repræſentatur paſſio Chriſti, prout inſinuat Apoſtolus, 1. Corinth. 11. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Ex his enim habemus, quod non licet clericis pugnare propria manu. Hoc autem inſinuatum à Pontificibus Summis, & à ſacris Concilijs. Hoc inſinuatum fuit per Nicolaum Papam diſt. 50. cap. Clericum. Cum diſcreti ſint milites ſæculares, à militibus Eccleſiæ, non conuenit militibus Eccleſiæ militare ſæculo, per quam militiam ad effuſionem ſanguinis neceſſe eſt peruenire. Vnde in Concilio Toletano, 4. dicitur Canone 44. dicitur. Clerici, qui in quacunque factione arma volentes ſumpſerunt, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterio, pœnitentiæ tradantur. Et in Concilio Matiſconenſi, 2. Canone 19. Statuimus vt ad locum, vbi pro reatus ſui qualitate quiſque interficiendus eſt, nullus clericorum accedat. Et in Concilio Ilerdenſi dicitur Canone 1. Clerici in obſidionis neceſſitate poſiti, à ſanguine humano, etiam hoſtili ſe abſtineant.

Clericis non competit effundere ſanguinem aliorum, ſed eſſe parati ad effundendum proprium pro Chriſto.

Concluſio tertia. Non competit Epiſcopis, & clericis occidere, vel effundere ſanguinem, ſed magis eſſe paratos ad proprij ſanguinis effuſionem pro Chriſto Domino.

Probatur concluſio iſta. Nam clerici debent eſſe parati imitari opere, quod gerunt miniſterio. At miniſterium ipſorum eſt effundere ſanguinem pro Chriſto, & non effundere ſanguinem aliorum, in ſignum cuius ab Eccleſia eſt inſtitutum; vt effundentes ſanguinem, etiam ſine peccato, eſſent irregulares, & inhabiles ad miniſterium ſacramentorum.

Concluſio quarta. Clericis non licet omninò bellum gerere, quod ordinatur ad ſanguinis effuſionem.

Probatur concluſio iſta: quia nullus, qui eſt deputatus ad aliquod officium, licet id, per quod ſuo officio incongruus redditur, ſed clericus incongruus, & inhabilis redditur ſuo officio, per effuſionem ſanguinis (etiam ſine peccato) per quam efficitur irregularis; ergo clerico non licet omninò bellum gerere, quod ordinatur ad ſanguinis effuſionem; vt igitur clariora ſint iſta, proponamus dubia.

Dubium primum.

IN hoc primo dubio quærit Lector; An omnibus clericis in vniuerſum ſit prohibitum bellare. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Pro parte affirmatiua eſt Syl. verbo, Clericus, 1. & colligitur ex cap. Cum contingat, extra de qualitate, & ætate ordinandorum; ergo tenet abſolutè.

Pro vtraque parte, pbatio

Pro parte negatiua videntur illa, quæ dicta ſunt in deciſione caſus: quia hoc eſt interdictum clericis, propter repugnantiam officiorum, hoc autem apparet tantum in ordine ad Sacerdotes, & Diaconos, & Subdiaconos; ergo clericis in vniuerſum non eſt prohibitum bellare.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus notat vnum pro tituli intelligentia, & ſtatim duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Notat, ſcilicet, quod nomine clericorū in titulo quæſiti intelliguntur omnes habentes aliquem ordinem Eccleſiaſticum, etiam ſi ſit prima tonſura. Hoc ſuppoſito, ponuntur concluſiones.

Clerici in minoribus conſtituti, nō peccant mortaliter bellando, benè autem venialiter.

Concluſio prima. Clerici in minoribus conſtituti, non peccant mortaliter bellando.

Probatur multipliciter. Primo ex communi vſu, quia tales non reprehenduntur à viris doctis.

Secundo probatur, quia iſti non peccant mortaliter ducendo vxores; ergo nec bellando. Valet conſequentia; quia non minus repugnat officio clerici, ducere vxores, quam bellare.

Tertio probatur: quia licet omnes ordines dirigantur ad ſacrificium altaris; ordines autem minores mediatè, & remotè ordinantur ad illud; ergo tales bellando, non peccant mortaliter.

Confirmantur iſta omnia. Prohibitum eſt clericis venire ad ſæculares honores, cap. Eos qui, 20. quæſt. 3. ſimiliter agitare cauſas ſanguinis, cap. His à quibus, 23. quæſt. 8. tamen clerici in minoribus conſtituti, licet proferant ſententiam in cauſa ſanguinis, non peccant mortaliter; ergo neque peccant mortaliter, bellando. Quarè, inquit Bannenſis, leges quæ prohibent bella clericis, vel intelliguntur de his, qui ſunt in maioribus conſtituti tantum, vel ſunt abrogatæ quantum ad eos, qui ſunt in minoribus conſtituti. Cum hoc tamen aliqui viri docti aſſerunt, quod peccant venialiter bellando. Ratio eſt: quia licet immediatè non ordinantur, ad ſacrificium Miſſæ; mediatè tamen ordinantur ad illud, & diſponuntur.

Concluſio ſecunda. Clerici in maioribus ordinibus conſtituti, peccant mortaliter bellando, ſine licentia Papæ, tam in bello offenſiuo, quam defenſiuo.

Proba-

Clerici ĩ maioribus cõſtitutis, bellando ſine licentia Papæ, peccãt mortaliter, & quo ĩ bellum ſit defenſiuũ

Probatur concluſio iſta multipliciter. Primo authoritate Doctorum. Nam concluſio iſta eſt communis ſententia Theologorum, & Iuriſperitorum.

Secundo probatur quia huiuſmodi clerici bellantes, puniuntur in iure grauiſſimis pœnis; ergo peccant mortaliter. Valet conſequentia: quia grauiſſima pœna non datur, niſi pro culpa grauiſſima. Antecedens autem probatur; Tales priuantur executione ordinum ſuorum, cap. Clerici, & c. Quicunque, 23. quæſt. 8. & ſunt perpetuò recludendi in aliquo Monaſterio, vt habetur cap. Clerici ibidem. Et ſi talis clericus mortuus fuerit in bello, præcipitur, ne fiant pro eo oblationes, nec orationes, cap. Quicunque ibidem; ergo peccant mortaliter bellandò, illi, qui ſunt promoti ad ordines maiores. Et addit Bannenſis, quod hæc concluſio extenditur ad omnes Monachos, & Regulares omnes, vt patet cap. Eos qui, 20. q. 3.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

EX his enim rationes pro vtraque parte dubij manent ſolutæ: Ratio pro parte affirmatiua concludit pro ſecunda concluſione: illa pro parte negatiua concludit pro prima, & ſic omnia ſunt conſona. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc ſecundo dubio quærit Lector, quo iure ſit prohibitum clericis bellare? ſit hoc ne prohibitum iure diuino? pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt ratio deſumpta ex Euangelio Matth. 26. quo in loco dixit Chriſtus Petro. Conuerte gladium tuum in locũ ſuum: hoc autem dictum eſt a Chriſto Petro, nomine clericorum, & epiſcoporum; ergo bellare interdictum eſt clericis de iure diuino.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt prohibita de iure diuino. Sed Papa diſpenſat cum aliquibus clericis in aliquibus caſibus in bellando; ergo prohibitio iſta non eſt de iure diuino.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus (vno notato) ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus, poſtea ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ. Notat enim ſcilicet, quod aliqui Canoniſtæ, moti argumentis partis affirmatiuæ, dicunt bellare eſſe prohibitum clericis iure diuino, & non iure humano, inter quos eſt Turrecremata c. Clerici, diſt. 50. Hoc tamen non obſtante, ponuntur concluſiones.

Bellare non eſt prohibitũ clericis, iure diuino, vel naturali, ſed ſolo iure poſitiuo eccleſiaſtico, fundato in iure diuino.

Concluſio prima. Bellare non eſt prohibitum clericis iure diuino, vel naturali, ſed ſolo iure poſitiuo Eccleſiaſtico. Hoc ius habetur 23. quæſt. 8. vbi congeruntur multa decreta Pontificum, quæ hoc prohibent.

Et probatur ratione. Nam in toto Euangelio id non prohibetur.

Secundo probatur: quia clericus, ex diſpoſitione Summi Pontificis, poteſt proferre ſententiam in cauſa ſanguinis, & ſic fit Romæ; ergo & poteſt bellare. Nam ita eſt prohibitum vnum, ſicut & aliud.

Tertio probatur quia ſic habet communis opinio Theologorum & Iuriſperitorum; ergo prohibitio iſta eſt de iure poſitiuo.

Concluſio ſecunda. Hæc lex Eccleſiaſtica habet maximum fundamentum in lege naturali, & diuina. Hanc concluſionem oſtendunt rationes D. Th. adductæ in deciſione caſus, quæ optimè inferunt congruentiam, vt hæc lex fieret ab Eccleſia.

Ex his concluſionibus ſequitur quod Papa poteſt diſpenſare, cum aliquibus clericis ad bellandum, ſi ſit magna neceſſitas, alias malè faceret, diſpenſando, ſicut malè faceret, diſpenſando communiter, & abſolutè, cum omnibus clericis. Eſt enim maxima indecentia ſtatus clericalis bellare. Hæc pro primo, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ reſpondit dicendo: quod verba Chriſti non ſolum ad clericos eſſe limitanda, docuit Doctor ſanctus, prout in deciſione primi caſus, ex mente D. Auguſtini, lib. 22. contra Fauſtum, cap. 70. ſed intelligenda ſunt de omnibus, qui authoritate priuata accipiunt gladium: Secundo dicitur, quod verba illa non ſunt intelligenda ſimpliciter, ſed tantum ex decentia, cum indecens ſit clericis bellare.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit dicendo: quod non videtur vera reſponſio iſta. Nam Gratianus 23. q. 8. cap. De Epiſcopis; dicit de Epiſcopis verò, & quibuſlibet clericis, quod nec ſua authoritate, neque authoritate Summi Pontificis arma ſumere valeãt facilè probatur ex illo Matth. 26. Mitte gladium tuum in vaginam. Et ad Rom. 12. Non noſmetipſos defendentes chariſſimi; ergo ſi authoritate Summi Pontificis clerici non poſſunt bellare; ergò talis prohibitio eſt de iure diuino, & non de iure humano Pontificum; Cum ſuperius humanum Papa diſpenſare poſſit.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat dictũ Gratiani, & dicit illud eſſe falſum, niſi intelligatur de decentia. Nam textus citatus non habet maiorem authoritatem, quam Gratianus ipſe. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad tertium.

Dubium tertium.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN hoc dubio inueſtigat Lector, An clerici poſſint aliquando bellare, ſine licentia Summi Pontificis: rationes ſunt ex vtraque parte.

Pro parte affirmatiua ſic. Neceſſitas non habet legem, ſed aliquando accidit caſus ita neceſſarius, vt non permittatur tempus mittendi ad Summum Pontificem, pro licentia bellandi obtinenda; ergo

in

Digitized by Google

in tali caſu clericus licitè poterit bellare ſine licentia Summi Pontificis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt argumentum. Pro euitando quocunque periculo, non eſt peccandum mortaliter, ſed ſi ſine licentia Summi Pontificis, clericus militat, peccat mortaliter, prout oſtenſum eſt in caſu; ergo non licet aliquo pacto clerico bellare ſine licentia Summi Pontificis, aliter incideret in multas pœnas grauiſſimas, prout oſtenſum eſt ſupra in caſu, & dubijs.

Dubij deciſio pro utraque parte.

Lector Theologus huic dubio ſatisfacit, tria faciendo. Primo ponendo vnam diſtinctionem. Secundo ſex concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias oppoſitam concludentes. Diſtinctio eſt iſta. Bellare aliquis poteſt dupliciter. Primo propria manu. Secundo per manum alienam; Vt ille, qui mouet bellum, & conuocat milites, ſimiliter ille, qui hortatur alios ad pugnam, quod fit multipliciter. Primo exortando ad virtutem, exhortando vt fortiter ſe habeat in bello. Secundo admonendo, vt hoſtes occidant. Stantibus his, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

In tempore extremæ neceſſitatis, clerico licet bellare in bello defenſiuo manu propria, etiam ſine diſpenſatione Papæ.

Concluſio prima. Si Reſpublica eſſet in extrema, vel grauiſſima neceſſitate, licitum eſſet clerico bellare manu propria in bello defenſiuo, etiam ſine diſpenſatione Summi Pontificis; v.g. eſt ciuitas oppreſſa ab hoſtibus, puta infidelibus, & eſt maxima probabilitas, quod defenderentur ab hoſtibus, ſi clerici manu propria pugnarent, alias caperetur. In tali caſu poterunt clerici pugnare. Concluſio iſta eſt Illuſtriſſimi D. Caietani hoc in loco. Et probatur ſic. Nam de iure naturali debet vnuſquiſque defendere patriam, & ſuam Rempublicam, ſed ius poſitiuum, quo clerici arcentur, ne pugnent manu propria, venit ad caſum, in quo ſi adeſſet Legiſlator diſpenſaret, & vellet clericos bellare; ergo in tali caſu, licitè bellare poſſunt.

Et confirmatur hoc à ſimili, ſicut gratia non deſtruit, ſed perficit naturam, ita lex Eccleſiaſtica nõ deſtruit legem naturalem, ſed perficit, nec repugnat cum illa, ſed lex naturalis inclinat hunc ad pugnandum, hic & nunc. Conſequens eſt, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod licitè clericus ſciens benè dirigere bombardas (alijs ad hoc non exiſtentibus) vel alio ſimili caſu, manu propria ſaluet patriam. Ex quo ſequitur, quod in tali caſu non ſolum poteſt clericus pugnare, ſed tenetur etiam. Et probatur. Nam lex Eccleſiaſtica non deobligat aliquem ab eo, quod tenetur ex lege naturæ, ſed iure naturæ tenetur vnuſquiſque defenſare ſuam Rempublicam; ergo etiam clerici in his caſibus poſſunt bellare, & debent bellare præſertim, ſi cum infidelibus agatur. Nam ſicut bene dixit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, 2.2. quæſt. 33. art. 7. Status clericalis, vel monachalis non eximit hominem ab obligatione iuris naturæ. Nam gratia perficit, & non deſtruit naturam.

Corolarium huius concluſionis, ſcilicet: Quod dictum eſt vſque modo de bello defenſiuo extendendum eſt, etiam ad bellum offenſiuum (inquit Bannes) ſi eſſet extrema, & maxima, atque grauiſſima neceſſitas Eccleſiæ, ſeu ſtatus Chriſtianitatis maxima vtilitas, puta in debellando viros infidelibus, vel hæreticis, vt non audeant conturbare Catholicos, præcipuè quando maximè ſunt moleſti. Probatur hoc: quia in tali caſu ſi adeſſet Legiſlator certè diſpenſaret, & vellet talem religioſum, vel clericum pugnare. Ex alia parte quilibet tenetur fauere Eccleſiæ in ſuis neceſſitatibus; ergo & clerici iſti in tali caſu tenerentur bellare manu propria in bello etiam offenſiuo.

Clerici etiã in bello offẽſiuo, poſſunt manu ꝑpria militare, ſi adſit maxima neceſſitas Eccleſiæ, & vtilitas ſtatus Chriſtianitatis.

Non licet clerico bellare manu ꝑpria in bello offẽſiuo, ſolum ad victoriam conſequendam.

Concluſio ſecunda. Non licet clerico bellare manu propria in bello offenſiuo, ſolum ad conſequendam victoriam, regulariter loquendo. Hanc concluſionem probant Caietanus, & Bannenſis ſimiliter; Quoniam Reſpublica tunc non eſt in extrema neceſſitate. Et ex alia parte prohibitum eſt, ne clerici pugnent; ergo in tali caſu non poſſunt pugnare. Maior propoſitio probatur. Nam tunc non eſt neceſſarium bellum, niſi ad recuperationem rerum, vel ad punitionem hoſtium, vel ad expellendos eos à regno: hæc autem non eſt extrema neceſſitas; ergo in tali caſu non poterit pugnare. In concluſione additum eſt, regulariter loquendo, ad ſeruandum id, quod dictum fuit in corolario primæ concluſionis.

Impugnatio.

Lectori non ſatisfacit hæc doctrina, inquit enim etiam in caſu ſecundæ concluſionis eſt eadem neceſſitas, quæ in prima: periclitatur enim ſalus multorum, honor, etiam & fama Principis, qui ſi victus maneat, magno dedecore, cum ſua Republica affici poterit; ergo tunc clericus poterit propter eandem rationem pugnare.

Impugnationis ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſoluit hanc impugnationem dicendo: Vel ad conſequendam victoriam tunc eſt neceſſe ſimpliciter clericum pugnare, vel ad obtinendam illam cum maiori facilitate; ſi primo, poteſt clericus pugnare, vt dictum eſt in corolario; ſi ſecundum, nullo modo ei licet propria manu pugnare, alias ſemper liceret clericis pugnare. Ipſis enim cum alijs pugnantibus, facilius conſequeretur victoria. Si tamen clerici opera eſſet neceſſaria ſimpliciter ad victoriam conſequendam, ſic tamen, quod ſine clerico operante, non conſequeretur. Vt ſic (inquit Bannes) valde probabile eſt, quod poteſt clericus ſuum adiuuare Principem: quia in tali caſu videtur grauiſſima neceſſitas Principis, & Reipublicę. Certum eſt enim, quod ſi adeſſet Summus Pontifex, diſpenſaret in lege hac. Immò videtur, quod tunc teneretur ad bellandum, & non ſolum, quod poſſet bellare.

Clericus in bello defenſiuo, & offenſiuo (ipſe neceſſitatis) bellare poteſt.

Clericus habens dñium tẽporale in Republica perfecta, põt indicere iuſtũ bellũ, & duces conſtituere &c.

Concluſio tertia. Clericus habens dominium temporale in Republica perfecta, poteſt indicere bellum iuſtum, & duces conſtituere, qui eius bella gerat, ſententia eſt Syl. verbo, Bellum, 3. quæſt. 1. & Bannenſis ſimiliter, & probatur tali ratione. Ad Rempublicam perfectam pertinet, vt poſſit bella mouere, ſed omnis poteſtas Reipublicæ in Principe reſidet; ergo poteſt Princeps clericus indicere bellum, & conſtituere duces, & alia ad bellum neceſſaria. Antecedens habetur ex caſu præcedenti.

Et

Digitized by Google

Et confirmatur hac ratione, Nam alias talis clericus, v.g. Epiſcopus non eſſet Princeps perfectus, cum non eſſet ſibi ſufficiens: quia non poſſet bella iuſta mouere, quod eſt contra id, quod ſupponimus in concluſione, & quod in præcedentibus oſtenſum fuit. Vnde credendum eſt, quod cum Summus Pontifex tradidit huiuſmodi dominium Epiſcopo, diſpenſet cum illo, vt poſſit bella mouere, quando opus fuerit, & Epiſcopus ipſe expediens iudicauerit.

Secundo probatur. Quoniam licet prohibitum ſit clericis dicere ius in cauſa ſanguinis, tamen clericus habens dominium temporale, poteſt iudicem conſtituere, qui huius negotia exerceat; ergo hoc id poteſt facere in bello.

Quicunque clericus, etiã nõ habẽs dominium tpale, põt conuocare Principẽ ſęcularem, q bella gerat p defẽſione ſuę Eccleſiæ.

Concluſio quarta. Quicunque clericus, etiam non habens dominium temporale, poteſt conuocare Principem ſęcularem, qui bella gerat pro defenſione ſuæ Eccleſiæ. Concluſio iſta habetur 23.q.3. cap. Maximianus. Vbi dicitur, quod Maximianus quidam Epiſcopus petiuit auxilium ab Imperatore, pro tuenda ſibi credita Eccleſia, quod ſi prætermiſiſſet, non eſſet laudanda ſua patientia, ſed negligentia eius meritò eſſet culpanda.

Ex his duabus concluſionibus aliqua corolaria ſequuntur. Primum, quod huiuſmodi clerici poſſunt hortari ſuos milites ad victoriam ante actualem conflictum, induſtriamque eis præbere, atque fauorem, ſententia eſt communis Doctorum. Et ratio aſſignari poteſt: quia qui poteſt intendere victoriam, poteſt etiam media licita apponere ad ipſam conſequendam, quæ eſt induſtriam præbere militibus, & fauorem debitum.

Corolarium ſecundum. Multo magis licebit adiuuare milites medijs ſpiritualibus, ſcilicet, orationibus, ieiunijs, eleemoſynis &c. hortando ipſos ad pœnitentiam, quod omnibus licet clericis non ſolum Principibus, verum & particularibus. Cum tale officium ſit clericorum.

Clericis non licet hortari milites ad occidendos hoſtes in bello iuſto, vllo tẽpore.

Concluſio quinta. Nulli clerico, ſiue habenti dominium temporale, ſiue non habenti, licet dicere militibus, occidite hoſtes, ſiue ſint in actuali conflictu, ſiue ante illud, per ſe loquendo.

Concluſio iſta habetur in deciſione caſus, & eſt ſententia communis omnium Doctorum; vt patet etiam ex iuribus citatis, In quibus non ſolum prohibetur clericis occiſio, ſed etiam interdicitur ne ſint cauſa occiſionis. Addictum eſt in concluſione, per ſe loquendo. Nam ſi talis caſus daretur, quod ad defenſionem Reipublicæ, vel ad defenſionem propriam eſſet neceſſarium ſimpliciter hoſtes occidere, ſicut licet clerico, tunc propria manu occidere hoſtem, ita licitum eſt etiam alteri dicere, occide illum.

Clericis licet perſuadere militibus, vt fortiter ſe habeãt in bello

Concluſio ſexta. Probabile eſt, quod liceat cuicunque clerico ante actualem conflictum perſuadere militibus, vt fortiter ſe habeant in bello, immò & in ipſo conflictu.

Concluſio iſta eſt Doctoris Nauarri in Manuali, cap. 27. num. 211. Et probatur authoritate Iuriſperitorum. Inquit enim Nauarrus, quod concluſio iſta eſt communis ſententia Iuriſperitorum. Et videtur colligi ex cap. Quicunque ex clero, 23.q. 8. vbi dicitur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, ſed alios ad arripiendum, ad oppreſſorum defenſionem, atque ad inimicorum Dei impugnationem eos licet hortari; ergo hoc ſine ſcrupulo aliquo clerici facere poſſunt.

Impugnationes.

Impugnatio prima.

ARgumentator inſurgit contra hanc concluſionem dicendo, quod contra hanc concluſionem eſt id, quod ſcriptum eſt in cap. Quod in dubijs, extra de pœnis; vbi Innocentius III. dicit, quod clericus, qui alios incitat ad pugnam, enormiter peccat; ergo non licet clericis alios ad bellum hortari.

Impugnationis ſolutio.

Syluеſt. dicit, quod Innocentius tenet, quod in actuali conflictu non licet clerico hortari milites ad fortiter pugnandum, etiam quod non licet hoc clericis habentibus dominium temporale, niſi in bello defenſiuo. Ita tenet Panorm. quem ſequitur Syl. Bannes autem dicit, quod ille textus loquitur, quando ille, qui incitat ad pugnam habet formalem, vel virtualem intentionem, quod milites occidant hoſtes, vel quando incitant ad bellum iniuſtum, & non aliter.

Impugnatio ſecunda.

Contra hoc, ex iam dictis non licet clerico perſuadere militi, vt occidat hoſtem, prout in quinta concluſione dictum eſt; ergo nec licet perſuadere militi ante conflictum, ne fortiter pugnet. Valet conſequentia. Nam primum ideò non licet, quia eſt cauſa occiſionis, ſed etiam iuſto caſu eſt cauſa occiſionis, cum ex forti pugna militum ſequatur occiſio hoſtium; ergo clerico non licet taliter hortari milites.

Impugnationis ſolutio.

Clericis habentib. dominium tpale, licet ſuadere militibus, vt fortiter bellent contra hoſtes.

Theologus negat conſequentiam, & ratio negationis eſt: quia cum clericus alicui ſuadet, vt fortiter pugnet, vtitur iure ſuo, quare dato, quod inde ſequatur mors, non illi imputatur, nec talis mors reputatur voluntaria reſpectu eius. Cum ad hoc, quod ſit voluntaria requiratur, quod poſſit illam vitare, & teneatur: quare in tali caſu clericus non eſt cauſa moralis talis mortis. Ecce exemplum. Qui conſtituit iudicem in cauſa ſanguinis non cenſetur velle mortem malefactoris, quamuis regulariter talis iudex debeat occidere, vel mutilare malefactores, quoniam quando conſtituit illum iudicem, vtitur iure ſuo. Similiter inquiſitores, quando tradunt hæreticos brachio ſęculari, non cenſentur velle combuſtionem eorum. Eodem modo dicitur in caſu noſtro, ex ſententia Nauarri, & Bannenſis, quod licet clericis conferre arma militibus, non tantum defenſiua, ſed etiam offenſiua, dum tamen non habeant intentionem occidendi.

Ex concluſionibus igitur, & corolarijs habetur ſolutio inſtantiarum. Ideò nil aliud eſt dicendum pro iſto dubio. Ideò ad aliud pergamus.

Dubium

Dubium quartum.

LEctor quærit in hoc dubio; Vtrum clerici bellantes ſine licentia Pontificis, maneant irregulares. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Irregularitas ſequitur ad voluntariam occiſionem, vel mutilationem, ſed clerici bellantes, præcipuè ſine licentia Papæ, hac intentione bellant; ergo manent irregulares.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Clerici, qui de licentia Summi Pontificis pergunt ad bellum, non ſunt irregulares; ergo non erunt irregulares illi, qui ſine licentia Summi Pontificis pergunt ad bellum. Valet conſequentia, in caſu neceſſitatis ad hoc obligat lex naturalis, quæ magis ligat, quam lex Pontificia.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus tria facit circa hoc dubium. Primo declarat aliqua pro intelligentia quęſiti. Secundo concluſionibus duabus ſatisfacit petitioni. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quando clericus bellat de licētia Papæ, in quocūque bello, nō efficitur irregularis.

Quo ad primum, pro intelligentia tituli quæſiti eſt obſeruandum, quod ſi clericus bellaret de licentia Pontificis, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum, talis clericus non eſſet irregularis. Nam irregularitas eſt pœna iuris poſitiui; ergo cum primo concedit Pontifex clerico licentiam bellandi, cenſetur diſpenſare cum eo in irregularitate, ſiue de hoc faciat mentionem, ſiue non.

Et probatur ratione à ſimili. Nam cum Prælatus tribuit licentiam faciendi aliquam rem, cenſetur omnia tollere impedimenta, quæ eius obſunt poteſtati. Non enim eſt credendum, quod cum tanta iactura vellet ſuperior licentiam concedere. Hoc tenet Syluest. verbo, Homicidium, 3 quæſt. 8. 2.

Secundo eſt notandum; vel bellum in quo reperitur clericus, eſt iuſtum, vel iniuſtum. His ſtantibus ponuntur concluſiones, inter quas.

Clericus bellando, ſine licentia Sūmi Pontificis, in bello iniuſto, efficitur irregularis.

Prima concluſio eſt iſta. Clericus bellando (ſine licentia Summi Pontificis) in bello iniuſto, in quo occiditur, vel mutilatur aliquis, efficitur irregularis.

Concluſio iſta ſic probatur. In bello iniuſto, quando conſequitur mors, vel mutilatio, omnes qui in illo pugnant, ſunt irregulares, prout docet Syluest. verbo, Bellum, 3. quæſt. 3. & prout habetur in cap. Præſentium, de clerico percuſſore, & in cap. Continebatur, extra de homicidio, ſed clericus iſte computatur inter omnes illos; ergo effectus eſt irregularis, ſi in illo ſequutum eſt homicidium, vel mutilatio: ſi ab irregularitate poſſint abſolui ab ordinario necne, pro nunc nihil refert.

In bello iuſto nō niſi ſit cauſa occiſionis, vel mutilationis, in quo caſu nō poteſt abſolui ab Epiſcopo.

Concluſio ſecunda. Si bellum, in quo militat clericus iſte eſt iuſtum, & ipſe non occidit, nec mutilauit, non efficitur irregularis.

Probatur concluſio. In bello iuſto ſolum illi efficiuntur irregulares, qui ſunt cauſa occiſionis, vel mutilationis; ergo iſti qui non mutilant, neque occidunt, non ſunt irregulares. Valet conſequentia: quia iſti non reputantur aliquo modo concurrere ad illas occiſiones, vel mutilationes. Si tamen in particulari fuiſſent cauſa occiſionis vel mutilationis iam ſunt irregulares, & non poteſt cum illis diſpenſare Epiſcopus, etiam poſt Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. capit. 6. vbi datur Epiſcopis facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus, quæ proueniunt ex delicto occulto. Occiſio enim illa, quæ fit in bello, non eſt occultum delictum. Illuſtriſſimus autem Dominus Caietanus in Summa, verbo, Irregularitas, circa finem dicit, quod Prælati ordinum mendicantium poſſunt diſpenſare cum illis, qui in bello iuſto occiderunt hoſtes; Cui ſubſcribit Bannes hic in dubio quarto, & adducit rationem dicendo: quod Prælati mendicantium poſſunt diſpenſare ſuper irregularitate cum illis in omni irregularitate, exceptis in illis, quæ proueniunt ex bigamia, vel homicidio voluntario. Sed occiſio in bello iuſto non eſt propriè homicidium, quamuis ſit occiſio hominis; ergo cum fauores ſint amplianda illi, poſſunt diſpenſare in irregularitate, quæ prouenit ex occiſione hominis licita.

Prælatus mēdicantiū pōt diſpenſare in omni irregularitate, exceptis in bigamia, & homicidio voluntario.

Nota.

Ex his concluſionibus ſequitur vnum corolarium, quod ſi clericus bellaret illicitè, ſine authoritate Summi Pontificis, incurrit irregularitatem, ſi occidat aliquem, vel mutilet, vel etiam ſi ipſe non occidat, occidant tamen alij, vel mutilent. Hæc ſententia eſt communis inter omnes Theologos, & Iuriſperitos.

Clericus bellans illicitè, ſine Papæ licentia, efficitur irregularis.

Dubium quidem non eſt, quod clericus ille, ſi manu propria mutilat, vel occidat, quin maneat irregularis. Cum omnes illi, qui illicitè occidunt, vel mutilent, maneant irregulares, ſed clericus iſte eſt talis; ergo manet irregularis. Maior propoſitio habetur expreſsè in cap. Epiſcopum, 45. diſtinct. & in cap. Aliquantos, 51. diſtinct. & 23. quæſtione 8. cap. Clerici, & capit. Quicunque, & extra de homicidio, per multa capita.

Secunda pars corolarij probatur: quoniam talis clericus, vel eſt cauſa, vel concauſa occiſionis, vel mutilationis, omnis namque exercitus eſt cauſa totalis: Iſte autem clericus eſt pars exercitus; cauſa autem occiſionis, vel mutilationis, efficitur irregularis, vt habetur capit. De cætero, extra de homicidio; ergo & iſte eſt irregularis. Immò non tantum eſt irregularis, ſi manu propria bellaret in bello iuſto, ſed ſi ſit in illo bello ex parte illorum, qui gerunt iniuſtum bellum ad præſtandum illis induſtriam, vel fauorem, vel arma, manent irregulares ſi eueniant occiſiones, vel mutilationes, ſecundum communem ſententiam Iuriſperitorum, quæ colligitur ex cap. Quod in dubijs, extra de pœnis, & cap. Clericos, de homicidio. His ſtantibus, manent ſolutæ inſtantię pro vtraque parte dubij.

Digitized by Google

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus ad inſtantiam pro parte affirmatiua dicit, certum eſſe, quod ſi in bello illo ſequatur homicidium, vel mutilatio, ſiue per ſe, ſiue ab alio illius exercitus, ſi bellum eſt iniuſtum, quod talis clericus manet irregularis, vt declaratum eſt in prima concluſione, & in corolario.

Inſtant. ſolutio.

Ad inſtantiam pro parte negatiua dicit Theologus, quod ſi talis clericus pergit ad bellum iuſtum ex neceſſitate, vt declaratum fuit in ſecunda concluſione, & in dubio præcedenti, non efficitur irregularis, niſi propria manu occidat, vel mutilet, ſed ſi propria manu alterum illorum faciat, effectus eſt irregularis, prout declaratum fuit. Hæc ſunt pro dubio iſto, proponatur aliud.

Dubium quintum.

IN hoc dubio quærit Lector; An quando non peccat clericus bellando incurrat irregularitatem. Pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Irregularitas non conſequitur ad peccatum, ſed ad voluntariam occiſionem, vel mutilationem, ſed in iſto caſu eſt voluntaria occiſio, vel mutilatio; ergo etiam quando non peccat clericus bellando, incurrit irregularitatem.

Pro parte negatiua talem rationem adducit. Nemo fit inhabilis ad ſuum officium exercendum ex impletione præcepti diuini; ergo ſaltem quando clericus tenetur pugnare, non fit irregularis, & inhabilis ad ſuum officium exercendum.

Probatur conſequentia, quia alias non liceret illi pugnare ſi inde redditur inhabilis ad ſuum officium; vt docet Angelicus Doctor in caſus deciſione.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium tria facit. Primo recitat aliquas opiniones. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quoad primum dicit, quod in hac quæſtione ſunt variæ, & diuerſæ ſententiæ.

Prima ſententia eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani 2. 2. quæſtione 33. art. 7. & Nauarro in Manuali, cap. 27. numero 215. & nonnullorum aliorum, quę in hoc conſiſtit, ſcilicet, quod clerici, qui pugnant etiam quando tenentur pugnare, ſunt irregulares ſi occidant, vel mutilent, aliter non.

Secunda ſententia eſt huic oppoſita, ſcilicet, quod in tali caſu non incurritur irregularitas. Hanc ſententiam tenent Sylueſt. verbo, Bellum, 3. quæſt. 3. & Didacus Couarruuias ſuper Clementinam, Si furioſus, de homicidio, p. 2. §. 3. num. 2. & §. 4. numero 9. Ait enim homicidium à perſona priuata commiſſum, nunquam imputari ad irregularitatem, niſi habeat peccati malitiam, & multo fuſius par. 3. §. vnico, numero quinto, quam ſententiam ſequuntur alij quamplurimi.

Tertia ſententia eſt media, quæ ait, quod clerici conſtituti in ſacris, ſi occidant alterum in caſu, quo tenentur in defenſione Reipublicæ, vel alterius proximi, non efficiuntur irregulares. Cæterum ſi occidant cum non teneantur occidere, ſed tamen licitè poſſunt, incurrunt irregularitatem.

Quoad ſecundum, licet Bannenſis dicat ſecundam, & tertiam ſententiam eſſe probabilem, dicit tamen primam eſſe probabiliſſimam, ideo cum prima ponatur concluſio reſponſiua.

Concluſio. Clerici qui pugnant, etiam quando tenentur pugnare, fiunt irregulares ſi occidant, vel mutilent.

Clerici q pugnant, etiam quando tenẽtur pugnare, fiunt irregulares ſi occidant, vel mutilent, niſi in ſui defenſione.

Concluſio iſta, vltra quod communiter tenetur à Doctoribus, probatur rationibus multis.

Primo ratione adducta pro parte affirmatiua dubij.

Secundo probatur. In iure nullibi excipitur ille, qui occidit alterum, etiam in defenſione ſuæ Reipublicæ, vel proximi ſui, ſed ſolum excipitur ille, qui occidit alterum in defenſionem propriam; ergo omnes alij manent irregulares.

Tertio probatur concluſio noſtra: Quoniam iſta irregularitas incurritur etiam propter actum bonum, & obligatorium, vt patet de iudice, qui profert ſententiam in malefactores, quam ſententiam ex iuſtitia tenetur proferre. Item in illo, qui occidit alterum in defenſione patris, vel matris ſuæ, quos conſtat teneri defendere; ergo etiam ille, qui pugnat in defenſione Reipublicæ, vel proximi ſui ex neceſſitate, ſi mutilat, vel occidit, incurrit irregularitatem.

Quarto probatur contra tertiam ſententiam. Quoniam ex ea ſequitur, quod clericus in ſacris conſtitutus, quando non ex obligatione præcepti, ſed ex libera charitate defendit proximum, ille peccat mortaliter. Conſequens eſt falſum, & contra D. Thomam 2. 2. quæſt. 64. artic. 7. ergo & iſta ſententia eſt falſa. Sequela probatur: Quoniam clericus, qui occidit in defenſione alterius, non ex obligatione præcepti, incurrit iſtam irregularitatem, ſed ſecundum hanc ſententiam hæc irregularitas non incurritur ab illis, niſi propter culpam, quod debet intelligi de culpa mortali; ergo iam peccaret mortaliter, quod eſt falſiſſimum.

Quinto probatur, intentum noſtrum contra tertiam ſententiam. Nam ex illa ſententia ſequitur etiam, quod quando quis occidit in defenſione alterius, quando non tenetur, quamuis poſſit licitè non incurrat irregularitatem, conſequentia eſt contra eandem ſententiam; ergo eſt falſa ſententia illa, ſequela probatur. Non incurrit irregularitatem propter culpam (vt conſtat) & per conſequens non habet rationem pęnæ, nec propter ſignificationẽ, prout patet. Nemo. n. dicitur minus perfectè manſuetus, & lenis, cum defendit proximum ſuũ ex libera charitate. His ſic declaratis pro prima ſenten-

tia,

Digitized by Google

ua, & contra tertiam ſoluendæ ſunt rationes ſecundæ ſententiæ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio

In bello aliqui clerici efficiuntur irregulare occidendo, vel mutilando, licet non peccent.

THeologus reſpondet primæ inſtantiæ dicendo, quod talis irregularitas non habet rationem pœnæ, ſed eſt indecentia quædam; Vnde dicimus, quod nullum eſt inconueniens, quod propter actum virtutis, qui eſt in præcepto, fiat aliquis inhabilis ad exequendum tale officium, ſicut fit inhabilis ad recipiendum. Et ratio huius rei eſt: Quia Eccleſiaſtici non ſolum debent habere manſuetudinem apud Deum, & in corde, ſed opere exteriori debent illam repræſentare, non occidendo, nec mutilando. Et ideo licet interius aliquis actus non contrariatur manſuetudini, tamen in exteriori foro, & repræſentatione non repræſentat manſuetudinem. Nec debet videri durum, quod propter reuerentiam diuini cultus arceatur aliquis ab executione ordinis, abſque culpa ſua.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator contra hanc reſponſionem dicendo. Qui occidit aliquem in ſui defenſione cum debito moderamine, non incurrit irregularitatem, vt patet ex Clementina, cap. Si furioſus, de homicidio; ergo ſimiliter, qui occidit alterum in defenſionem Reipublicæ. Valet conſequentia, quoniam maiori vinculo tenetur homo ad defenſionem Reipublicæ, quam ad defenſionem ſui, cum ſit bonum diuinius, & excellentius, vt habetur 2.2.q.26.a.5.

Inſtant. ſolutio.

Ex mutilatione, & occiſione incurritur irregularitas ſp. niſi quã fit in propria defenſione, cũ moderamine &c.

Theologus huic inſtantiæ dicit, conſequentiam non currere, propterea negatur, & aſſignat rationem dicendo. Quando quis occidit in ſui defenſione, non incurrit irregularitatem: quia hoc habetur expreſſè in iure, vt patet in Clementina illa: Si furioſus. Non autem quando occidit in defenſione Reipublicæ, vel alterius. Immò habetur, quod incurrit, & ita non eſt eadem ratio, licet Nauarrus in Manuali, cap 27. num. 209. dicat, quod Clementina, Si furioſus, non continet ius nouum, ſed antiquum declarat. Et aſſerit hoc contra Caietanum 2.2.quæſt.64.art.7. ad tertium: ſed quia ſine fundamento loquitur, non aſſignat rationem ſui dicti. Attamen ſi eſſet aſſignanda ratio pro Nauarro (inquit Bannenſis) eſſet: Quia iure Pontificio incurritur irregularitas ex homicidio voluntario, vel ex caſuali, cum quis dat operam rei illicitæ, vel non adhibet diligentiam; Sed occidere hominem defendendo ſe, vel ſua, vel proximum, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non eſt voluntarium homicidium, eſt præter intentionem, neque eſt caſuale, quia præuiſum, neque dat operam rei illicitæ; ergo ex iure non incurritur irregularitas, ac per conſequens Clementina, Si furioſus, non eſt nouum ius. Hoc eſt argumentum pro Nauarro.

Impugnatio

Impugnationis diſſolutio.

Ad hoc reſpondet Bannenſis dicendo, quod ſecundum iura antiqua ſola occiſio hominis omninò, vel mutilatio caſualis excipiebatur ab irregularitate, vt patet cap.9.& 13. de homicidio, & eſt communis ſententia.

Cæterum omnis, qui occidebat, vel mutilabat, exercens actionem etiam licitam, ex qua tamen ſciebat ſequi occiſionem, vel mutilationem, fiebat irregularis; Vnde Clementina, Si furioſus (vera exceptio fuit) alias ſi ratione ſolum declaratur, quod ſe defendens, non eſt irregularis, pari ratione non erit irregularis, qui proximum, vel ſubſtantiam proximi licitè defendit, & occidit aliquem.

Inſtantia 3.

Argumentator apud Bannenſem adducit aliquas inſtantias, quæ non concludunt, ſcilicet quod irregularitas in his habet rationem acerbiſſimæ pœnæ, ſicut etiam ſuſpenſio, etiam quod non incurritur in propoſito propter culpam, nec propter ſignificationem; ergo vllo modo incurritur.

Inſtant. ſolutio.

Ex iam dictis, inquit Theologus, inſtantiæ iſtæ ſunt ſolutæ. In primis irregularitas in his non habet rationem pœnæ, ſed ſignificationis, & indecentiæ, ſuſpenſio autem ſic. Et negamus, quod non incurratur irregularitas, propter ſignificationem, alias enim hoc declaratum fuit, de his ſatis. Accedamus ad aliud dubium.

Dubium ſextum.

IN hoc dubio quærit Lector; An clerici in bello iuſto poſſint expoliare hoſtes bonis ſuis. Et pro vtraque parte ſunt rationes,

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic argumentatur. Quod conuenit omnibus militantibus in iuſto bello, conuenit & clericis militantibus in illo, ſed ſpoliæ ex iuſto bello captæ ſunt militum capientium illas; ergo clerici in iuſto bello poſſunt expoliare hoſtes bonis ſuis, & illa poſſidere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua. Illi qui pugnant in bello iuſto, ſine authoritate Principis, nequeunt expoliare hoſtes bonis ſuis, neque illa tenere penes ſe. Clerici, qui ſine licentia Papæ militant in bello iuſto, militant ſine authoritate Principis; ergo non poſſunt expoliare hoſtes bonis ſuis, nec illa bona retinere.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, ex quibus elicit vnum corollarium pro complemento doctrinæ, ex quibus ſoluuntur inſtantiæ.

Concluſio prima. Quando clerico licitum eſt bellare, licet etiam ei bona hoſtium accipere; patet hæc concluſio: quia clericus tunc habet ius ad bellandum; ergo habet ius ad finem belli, ſicut alij milites, ſed alij milites poſſunt hoſtes bonis ſuis expoliare; ergo & clerici hoc poſſunt.

Aliquib. clericis in iuſto bello licet expoliare hoſtes bonis ſuis. aliquib. non.

Concluſio ſecunda. Quando clerico non licet bellare, non licet ei bona hoſtium accipere.

Probatur hæc concluſio, quoniam tantum iure belli poſſumus hoſtes bonis ſuis expoliare, ſed ille non habet ius ad bellum; ergo non habet ius ad expoliandum hoſtes bonis ſuis.

Concluſio tertia. Si clericus authoritate Prin-

cipis, qui habet ius ad bellum militat, poteſt bona hoſtium accipere, ſicut alij milites.

Concluſio iſta probatur. Nam Princeps poterat bona illa accipere, & clerico conferre; ergo & ipſe clericus immediatè poterat accipere; quoniam quamprimum Princeps confert illi poteſtatem ad bellandum, confert etiam illi poteſtatem ad accipiendum; ergo bona illa poteſt accipere.

Concluſio quarta. Si clericus ſine Principis authoritate, illa bona accipiat, tenetur illa reſtituere illis, quorum ſunt, niſi eſſent bona ab illis clericis alias ablata; vel etiam niſi Princeps, qui habet bellum iuſtum præberet illis talia bona. Nam clericus tunc iuſtè illa accepit, nec ad reſtitutionem tenetur.

Ex his deducitur corolarium vnum, ſcilicet, quod Monachi, & Clerici appoſtatæ, qui ſunt in bellis, tenentur ad reſtitutionem illorum, quæ accipiunt. Nam iſti regulariter loquendo, pugnant ſine Principis authoritate. Immò Dux ſemper præcipit, vt tales à ſuo exercitu egrediantur. Si autem conſtaret de voluntate formali, vel interpretatiua Principis, poſſent ſtipendia, & ſpolia hoſtium accipere. Ex his igitur manent ſolutæ rationes pro vtraque parte dubij adductæ.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantijs pro vtraque parte dubij adductis dicendo, quod inſtantia prima adducta pro parte affirmatiua dubij, confirmat primam, & tertiam concluſionem noſtram. Et quod inſtantia adducta pro parte negatiua dubij, confirmat ſecundam, & quartam concluſionem, & ſic optimè concludunt in bono ſenſu. Hæc ſint pro dubio iſto. Accedamus ad vltimum.

Dubium vltimum.

IN hoc dubio quærit Lector; An licitum ſit militibus accipere bona clericorum, & Eccleſiarum in bello iuſto. Et adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua argumentatur ſic. De iure belli, bona hoſtium pertinent ad milites; ergo videtur, quod ad illos etiam pertineant bona iſta.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua, ex ſuperioribus oſtenſum eſt, quod non licet, & ex intentione interficere innocentes, inter quos numerati fuerunt clerici, nec per ſe bona illorum pertinebant ad milites victores, nec bona Eccleſiæ ſunt tangenda; ergo non licet militibus accipere bona clericorum, & Eccleſiarum.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione ponit vnam diſtinctionem, poſtea ſoluit quæſitum ſex concluſionibus, ex quibus ſoluit inſtantias.

Diſtinctio ergo eſt iſta. Accipere bona clericorum, & Eccleſiarum in bello iuſto contingit dupliciter, per ſe, vt talia bona ſunt, & per accidens.

Concluſio prima, quo ad Eccleſias. Eccleſiæ per ſe expugnari non poſſunt, benè tamen per accidens, & ſi opus fuerit, etiam ignibus tradi quando hoſtes fugiunt ad illas, vt ibi ſe defendant, & pugnant contra milites. In quo caſu quæcunque mala ſubſequuntur, etiam ſpiritualia, vt combuſtio Euchariſtiæ, vel quid ſimile, ſunt præter intentionem illorum, qui habent iuſtum bellum, ſicut dictum fuit in caſu præcedenti, dubio 11. de occiſione innocentum, de qua re agit Syl. verbo, Bellum, 3. q. 6. & 8. & hæc communis ſententia. Cæterum ſi milites confugientes ad Eccleſiam in illa recipiant ſe, & bona ſua, non vt pugnent, ſed vt ibi protegantur beneficio immunitatis Eccleſiæ, tunc non poſſunt expoliari, ſed gaudent illo beneficio ad modum, quo gaudent alij rei confugientes ad Eccleſiam, de qua re eſt illud celebre exemplum, quod refert D. Auguſt. lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 1. & 4. quod cum Gothi expugnarent vrbem Romæ, omnes qui confugierunt ad Eccleſias, euaſerunt ſalui, & incolumes. Eccleſiæ in bello iuſto expugnari per ſe nō poſſūt, per accidens autem aliquādo ſic.

Concluſio ſecunda. Non licet, per ſe loquendo, bona Eccleſiæ, vel clericorum accipere in bello iuſto. Nō licet militibus in bello iuſto per ſe accipere bona Eccleſiæ, vel clericorum, per accidēs autem ſic.

Probatur concluſio iſta. Quoniam bona iſta ſunt exempta à iure, in cap. Innouamus, extra de treuga, & pace.

Concluſio tertia. Talia bona per accidens poſſunt milites accipere. Et ipſos clericos occidere, & Eccleſias ſubuertere.

Probatur concluſio iſta. Nam poſſunt milites in bello iuſto facere omnia neceſſaria ad conſequendam victoriam, poterit autem eſſe aliquando ad id neceſſarium clericos occidere, & Eccleſias ſubuertere, vt dictum eſt in prima concluſione, ergo.

Notandum tamen eſt, quod ſi clerici pugnant in actuali conflictu poſſunt expoliari, & occidi. Ratio eſt: quia tunc ex clericis facti ſunt hoſtes. Parta autem victoria, non licet clericos occidere, aut expoliare: quia Princeps non eſt iudex clericorum extra conflictum actualem.

Concluſio quarta. Si hoſtes confugiant ad Eccleſiam ad ſe defendendum, & non imminet periculum in poſterum illis, qui gerunt bellum, gaudent hoſtes immunitate Eccleſiæ, nec poſſunt extrahi ab Eccleſia, neque in ipſa occidi, niſi in caſibus præmiſſis à iure. Hoſtes in bello iuſto aliquando gaudent immunitate Eccleſiæ, aliquando non.

Probatur concluſio. Nam Princeps non habet maiorem poteſtatem in hoſtes, quam habeat in proprios ſubditos, ſed proprios ſubditos, non poteſt ab Eccleſia extrahere; ergo nec hoſtes. Ita colligitur ex cap. Sicut antiquitus, 17. q. 4. Bona etiam hoſtium gaudent hac immunitate, vt colligitur ex c. citato, & prout docet D. Auguſtinus, 1. de Ciuitate Dei, cap. 1.

Concluſio quinta. Si hoſtes qui ſunt intra Eccleſiam pugnauerunt ex ipſa Eccleſia contra gerentes bellum iuſtum, poſſunt ipſi, & eorum bona extrahi ab Eccleſia.

Probatur hoc, quia ipſi primò fregerunt immunitatem Eccleſiæ; ergo non debent illa gaudere,

Ita

Ita tenet Sylueſt, verbo, Bellum, 3. quæſt. 8.

In bello iuſto in aliquo caſu licet cõburere Eccleſias, & illas, q in illa ſũt, qñ vrget neceſſitate, aliter non.

Concluſio vltima, Si timeatur ex hoſtibus periculum in futurum, etiam ſi ipſi de Eccleſia non bellent, etiam ab Eccleſia extrahuntur, & intra Eccleſiam occidi poſſunt, ſi opus fuerit, vel comburi cum Eccleſia ipſa.

Probatur concluſio iſta, quoniam tunc expedit ad pacem, & tranquillitatem acquirendam, quæ finis eſt belli. Notandum eſt tamen, quod antequam comburatur, vel deſtruatur Eccleſia, omnia alia media tentanda ſunt, alias enim impium eſſet ſacramentum comburere, & imagines, aliaſque reliquias. Si autem non inueniatur aliud medium, poſſunt hoc aſſumere proteſtando ſe non intendere ſacramentum comburere, neque rebus ſacris iniuriam facere, quoniam licet ſpecies ſacramenti comburantur, Chriſto tamen in propria perſona non fit aliqua læſio magis, quam ſi per calorem naturalem digerentur ſpecies ſacramenti. Hæc ſint pro caſu, & dubijs. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit primo argumento dicendo, quod Prælati debent reſiſtere non ſolum lupis, qui ſpiritualiter interficiunt gregem, ſed etiam raptoribus, & tyrannis, qui in corporalibus vexant gregem, ſed hoc facere debent non materialibus armis, in propria perſona vtendo illis, ſed armis ſpiritualibus, prout docet Apoſtolus 2. Cor. 10. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo. Quæ quidem arma, inquit D. Thomas ſunt ſalubres admonitiones, deuotæ orationes, contra pertinaces, excommunicationis ſententia.

Argumẽtum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector, & format ſecundum argumentum dicendo, quod Prælati Eccleſiæ vti etiam debent armis materialibus, prout habetur 23 quæſt. 8. cap. Igitur cum ſæpe, Epiſtola ad Ludou. Auguſt. Leo Papa ſcribit: Cum ſæpe aduerſa à Saracenorum partibus prouenians nuntia, quidam in Romanum Portum Saracenos, clam, furtiueque venturos eſſe dicebant, pro quo noſtrum congregari præcipimus populum, maritimumque ad litum deſcendere decreuimus; ergo Paſtor Eccleſiæ debet reſiſtere lupis, etiam armis materialibus.

Argumenti ſolutio.

Theologus cum Doctore ſancto huic argumento dicit, quod Prælati, & clerici authoritate ſuperioris, poſſunt intereſſe bellis. Non quidem vt ipſi propria manu pugnent, ſed vt iuſtè pugnantibus ſpiritualiter ſubueniant, ſicut in veteri lege mandatur, Ioſue 6. quod Sacerdotes ſacris buccinis in bellis clangerent. Et ad hoc primum fuit conceſſum, quod Epiſcopi, vel clerici ad bella procederent. Quod autem aliqui propria manu pugnent, abuſionis eſt, inquit Angelicus Doctor. Manu aliena clerici iuſtè bellare poſſunt.

Clericis ĩ bellis pugnare debẽt armis ſpiritualibus, non aũt materialibus.

Argumẽtum tertium.

Lectori non ſatisfacit reſponſio iſta, ideò illam impugnat tali argumento dicendo. Eiuſdem rationis eſt, quod homo aliquid faciat, & quod facienti conſentiat, prout inſinuat Apoſtolus, Roman. 1. Non ſolum digni ſunt morte qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus. Sed maximè conſentit, qui ad aliquid faciendum aliquos inducit. Licitum eſt autem Epiſcopis, & clericis inducere alios ad bellandum. Dicitur enim 23. quæſtione 8. cap. Hortatu, quod hortatu, & precibus Adriani Romanæ Vrbis Epiſcopi, Carolus bellum contra Longobardos ſuſcepit; ergo etiam eis licet pugnare.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento dicit ad Maiorem, quod eiuſdem rationis eſt vtrique, quod homo aliquid faciat, ſi hoc ei liceat, & quod conſentiat facienti: modo, negatur Minor. Facere enim, ideſt pugnare manu propria non congruit clericis, quibus tamen conuenit diſponere de pugna, quod manifeſtat D. Thom. dicendo, prout dixerat 2. 2. qu. 23. art. 4. ſcilicet, quod omnis potentia, vel ars, vel virtus ad quam pertinet finis, habet diſponere de his, quæ ſunt ad finem. Bella autem carnalia in populo fideli, ſunt referenda, ſicut ad finem, ad bonum ſpirituale diuinum, cui clerici deputantur. Et ideò ad clericos pertinet diſponere, & inducere alios ad bellandum bella iuſta. Et ſubdit: Non enim interdicitur bellare clericis; quia peccatum ſit, ſed quia tale exercitium eorum perſonis non congruit. Ex quibus colligit Poretta, quod authoritas D. Pauli, in argumento non deſeruit propoſito: quia authoritas illa tenet in his, quæ peccata ſunt propria, nihil concludit contra intentum articuli.

Clerici poſſunt inuitare Principes ad bellũ iuſtum, illiſq. præbere auxilium, mutare manib. propriis illis non licet

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus vnum obſeruat, ſcilicet, quod alia eſt conditio belli iuſti ex iuſtitia cauſæ, & alia authoritas, qua indicitur bellum. Et ſubdit. Attendere oportet in bellis non ſolum authoritatem indicentis, ſed etiam cauſam, & hinc ſumere, quod nulla authoritas ſufficit ad iuſtitiam belli, ſi iuſtitia deſit in cauſa; Vnde licet ad Papam ſpectet indicere bellum, vt hic dicit Doctor ſanctus, non propterea oportet iuſtum illud eſſe cum perſona, quæ Papatus authoritate fungitur, poſſit eſſe iniuſta, & libidine dominandi, vel vindictæ affecta, ſicut & alia enormia crimina habere. Nec excuſantur dantes ei auxilium in bello ſine iuſta cauſa, ſicut nec miniſtrantes eidem ad rapinam, homicidia, veneficia, adulteria, luxuria, & huiuſmodi.

Argumẽtum quartum.

Doctrina eſt bona, inquit Lector, ſed nondum ad plenum ſatisfacit. Nam illud, quod eſt ſecundum ſe honeſtum, & meritorium, non eſt illicitum Prælatis, & clericis, ſed bellare quandoque eſt honeſtum, & meritorium; ergo licitum eſt Epiſcopis, & clericis bellare. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur, Nam 23. quæſtione 8. cap. Omni timore, dicitur, quod ſi aliquis pro veritate fidei, & ſaluatione patriæ, ac defenſione Chriſtianorum mortuus fuerit, à Deo cœleſte premium conſequetur; ergo bellare quandoque eſt honeſtum, & meritorium.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit totum argumentum, & ad Minorem dicit, quod licet exercere bella iuſta ſit meritorium, illicitum tamen redditur. Cleri-

 cis,

ciis. & Prælatis, ſi manu propria illa exerceant, & rationem aſſignat dicendo: quod Prælati, & Clerici ſunt ad opera magis meritoria deputati, & exemplificat dicendo: Sicut matrimonialis actus poteſt eſſe meritorius, & tamen virginitatem vouentibus damnabilis redditur, propter obligationem eorum ad maius bonum, ſic eſt in propoſito. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis.

Caſus tertius.

IN hoc caſu quærit Lector; Vtrum ſit licitum in bellis vti inſidijs? Et hac occaſione tangit nonnulla dubia.

In caſu igitur quærit; Vtrum licitum ſit in bellis vti inſidijs?

In primo dubio poſtulat; An promiſſio, & fides data hoſtibus, ſit illi in omni euentu ſeruanda?

In ſecundo dubio interrogat; An liceat diebus feſtiuis bellare?

In tertio dubio petit; Si tantum in bello defenſiuo ſit licitum bellare in die feſto, & ſi ſit peccatum bellare ſine neceſſitate?

Quærit igitur Lector in caſu iſto; Vtrum ſit licitum in bellis vti inſidijs? Et adducit argumenta pro vtraque parte caſus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentum eſt hoc. D. Auguſtinus in lib. Quæſt. ſuper Ioſue, circa mediū, quæſt. 10. tomi 4. dicit. Cum iuſtum bellum ſuſcipitur, vt apertè pugnet aliquis, an ex inſidijs, nihil ad iuſtitiam intereſt. Et hoc probat authoritate Domini, qui mandauit Ioſue, vt inſidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai, vt habetur Ioſue 8. licet, ergo in bellis vti inſidijs.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua adducit dictum Deuteron. 16. vbi ſcriptum eſt. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris, ſed inſidiæ cum fraudes quædam ſint, videtur ad iniuſtitiam pertinere; ergo non eſt vtendum inſidijs, etiam in bellis iuſtis.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit circa huiuſmodi caſum. Primo ponit vnam diſtinctionem bimembrem. Secundo ponit duas concluſiones reſponſiuas quæſito, declaratque illas, & pro maiori intelligentia format dubia annexa, & reſoluit. Tertio loco ſoluit argumenta.

Quo ad primum ponitur talis diſtinctio. Cum inſidiæ ordinentur ad fallendum, dupliciter aliquis poteſt falli, vel facto, vel dicto alterius. Vno modo ex eo, quod ei dicitur falſum, vel non ſeruatur promiſſum. Alio modo aliquis poteſt falli ex dicto, vel facto noſtro: quia ei propoſitum, vel intellectum noſtrum non aperimus. Hæc pro primo.

Nullus debet hoſtes fallere in bello ei dicendo, falſum, vel nō ſeruando promiſſum.

Concluſio prima. Non licet fallere hoſtes inſidijs dicendo falſum, aut non ſeruando promiſſum.

Concluſio iſta probatur. Dicere falſum, vel non ſeruare promiſſum ſemper eſt illicitum. Et huiuſmodi, ſcilicet, non dicere falſum, atque ſeruare promiſſum pertinent ad illa iura, & fœdera, quæ etiam inter ipſos hoſtes ſeruanda ſunt. Inquit enim D. Ambr. de officiis, lib. 1. cap. 29. & lib. 3. cap. 10. tomi 1. Sunt quædam iura bellorum, & fœdera, etiam inter ipſos hoſtes ſeruanda. Et quod hoc ſit verum, proponamus dubium, vt veritas eluceſcat.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; An promiſſio, & fides data hoſtibus, ſit illi in omni euentu ſeruanda. Argumenta enim adducta pro caſu, deſeruiunt etiam pro dubio iſto, propterea Theologus immediatè duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito.

In bello ſeruanda eſt fides, & promiſſio, per ſe loquendo, per accidens autem aliquādo nō expedit, data hoſtibus.

Concluſio prima. Per ſe loquendo, talis fides, & promiſſio eſt in omni euentu ſeruanda illis, etiam cum detrimento ſeruantis.

Probatur concluſio iſta. Nam iure naturali, & gentium promiſſiones ſeruandæ ſunt & fides nullo modo eſt frangenda, cum ſit fundamentum totius humani conſortij; ergo &c.

Concluſio ſecunda. Si ex eo, quod Princeps ſeruat fidem datam, ſequitur in Republica ſua magnum detrimentum, non tenetur illa ſeruare; v.g. ſi promittit aliquid, quod alter in conſcientia, nec potuit petere, nec poteſt in conſcientia collatum accipere.

Probat hanc concluſionem ſic, Quoniam alter non habet ius ad petendum; ergo nec iſte tenetur dare. Item, quia iſte à principio non potuit promittere aliquid, ex quo ſequitur magnum detrimentum in ſua Republica; ergo in tali caſu non tenetur adimplere promiſſum.

Pro maiori intelligentia harum concluſionum obſeruandum eſt, quod aliter loquendum eſt de promiſſionibus illius, qui gerit bellum iuſtum, & illius, qui bellum iniuſtum habet. Nam licet in promiſſionibus ſpontaneis (fortaſſe) pares ſint, tamen in his, quæ fiunt per metum cadentem in virum conſtantem, non ſunt æquales; v. g. eſt Princeps, qui bellum gerit iuſtum, poſitus in magnis anguſtijs, & vt liberet ſe ab hoſte, promittit illi aliquam ciuitatem, in tali caſu non tenet promiſſio: quia ille metus incuſſus eſt per iniuriam. Tamen ſi iuraſſet, inquit Bannenſis, daturum ſe illi ciuitatem, teneretur dare illam (ratione iuramenti) niſi ſequeretur iniuria innocentum. Dicit, niſi ſequeretur iniuria innocentum, quoniam cum tali iniuria ſicut non poteſt promittere, ita nec promiſſum adimplere. Poterit tamen petere relaxationem iuramenti, quam petendo, de facili obtinebit. Si autem aliud promiſiſſet illi, qui bellum iniuſtum gerit, tenetur promiſſum implere, (dum tamen id, quod promittit, non excedat iuſtam ſatisfactionē) quam alter poteſt accipere. Nam in tali caſu, etiam ſi non permittat illud, tenetur facere illam ſatisfactionem, quam alter poteſt accipere. Nam alter Princeps in caſu iſto poteſt per bellum eam petere. Si autem iuſtam ſatisfactionem excedat, illa promiſſio non eſt ſeruanda: quia videtur per iniuriam eſſe extorta.

Concluſio ſecunda. Fallere licet hoſtes inſidijs occul-

occultãdo illis intellectum, & propoſitũ noſtrum.

Occultatio conſiliorum ne ad hoſtes peruenia͂t, pertinet ad rationem inſidiarum, quibus licitũ eſt vti in bellis iuſtis.

Concluſio iſta probatur; Quia non tenemur reuelare propoſitum, & ſecreta noſtra hoſtibus. Et reddit rationem Doctor ſanctus, quia etiam in doctrina ſacra multa ſunt occultanda, maximè infidelibus ne irrideant, prout docet Saluator noſter dicendo, Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus; Vnde multo magis ea, quæ ad impugnandos inimicos paramus, ſunt occultanda; vnde inter cætera documenta rei militaris, hoc præcipuè ponitur. De occultandis conſilijs, ne ad hoſtes perueniant; vt patet in libro Stratagematum Francorum. Et talis occultatio pertinet ad rationem inſidiarum, quibus licitum eſt in bellis iuſtis vti.

Nota.

Ex his concluſionibus habemus vnde deſtruere poſſimus errores Græcorum dicentium, quod inimicum decipere eſt licitum, neque eſſe peccatum inferre illi damnum, etiam ſi id ad agendum periurijs, aut quouis modo aliquis iuuetur, quod apertè eſt contra id, quod dicitur Leuitici 19. Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. Veritas enim iſta confirmari poteſt authoritate Diuinæ ſcripturæ multis in locis, vt eſt videre apud Magiſtrum Seraphinum à Poretta 2.2.queſ. 40.art.3. in Appendice.

Difficultas.

REmanet, inquit Lector, difficultas circa hanc doctrinam. An illi, qui non ſeruat promiſſum, ſit fides ſeruanda?

Difficultatis ſolutio.

Illi, qui non ſeruat promiſſionem iuſtè factam, non eſt ſeruanda promiſſio, vel fides.

THeologus ſatisfacit dicendo, quod ſi promiſſio erat iuſtè facta, quandiu non adimpletur, non eſt Principi fides data ſeruanda.

Probatur concluſio iſta: quia in omnibus contractibus, & pactis ſemper intelligitur iſta conditio, ſcilicet, Si feceris hoc, faciam ego. Eſt in hac parte dictum illud commune. Frangenti fidem, fides frangatur eidem. Quod verum eſt, etiam ſi interueniat iuramentum ex altera parte. Ratio eſt: quia nunquam valet iuramentum, niſi conditio ſeruetur; vt habetur cap. Peruenit, extra de iureiurando. Hoc autem intelligo, inquit Bannenſis, quando ex toto non ſeruatur promiſſio, & etiam quando aliquid particulare non impletur. Tunc enim alter in nullo tenetur ſeruare fidem: quia iam non ſeruatur conditio; vel etiam niſi res eſſent omninò variatæ, prout inſinuabat Seneca, de beneficijs, dicendo: Factum res eſſe eaſdem, & ego ero idem. Pergamus ad ſecundum dubium.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; An liceat diebus feſtiuis bellare. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt id, quod dicitur 1. Machabæorum 2. Cogitauerunt laudabiliter Iudæi dicentes. Omnis homo, quicunque venerit ad nos in bello in die Sabbatorum, pugnemus aduerſus eum; ergo licet bellare in die feſto.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Feſta autem ſunt ordinata ad vacandum diuinis, ſed bella maximã inquietudinem habent; ergo nullo modo eſt pugnandum in diebus feſtiuis. Minor propoſitio certiſſima eſt. Maior autem probatur. Sabbatum enim repræſentat requiẽ, quæ intelligitur per obſeruationem Sabbati, prout habetur Exodi 20. Nullum opus ſeruile faciatis in die Sabbati.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Exercere bella iuſta in diebus feſtiuis licet, ſi opus fuerit, ceſſante neceſſitate non.

Concluſio igitur eſt, licitum eſt bella iuſta exercere in die feſtiuo, ſi opus fuerit, ad defenſionem Reipublicæ: ceſſante neceſſitate id non licet.

Probatur concluſio iſta. Obſeruatio feſtorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis ſalutem, etiam corporalem; bellum iuſtum ordinatur ad hominis ſalutem corporalem, ſiue ſpiritualem; ergo licitum eſt exercere bella iuſta in diebus feſtiuis, tempore neceſſitatis. Quod autem obſeruatio feſtorum non impediatur à bello iuſto, ſic oſtenditur, ex factis Domini in die feſto, ſcilicet, in ſanatione infirmorum in die Sabbati: vnde Dominus arguit Iudæos, Matth. 7. Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato. Et inde eſt, inquit Doctor ſanctus, quod medici licitè poſſunt medicare homines in die Sabbati; ergo à fortiori bellandum etiam in die feſtorum.

Probatur hoc: quia multo magis ſeruanda eſt ſalus Reipublicæ, quam corporalis ſalus vnius hominis, de quo loquebatur Dominus contra Iudæos. Per bellum autem in die feſto, tempore neceſſitatis, exercitum impediantur occiſionem plurimorum, & innumera mala temporalia, & ſpiritualia. Et ideo pro tuitione Reipublicæ fidelium, licitum eſt iuſta bella exercere in diebus feſtiuis, ſi tamen hoc neceſſitas cognoſcat.

Probatur hoc; quia ſi quis in die feſto (tempore neceſſitatis) nollet bellare, eſſet tentare Deum, qui dedit nobis iudicium, & vires, & qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Addit tamen in concluſione. Ceſſante tamen neceſſitate, non licet bellare in diebus feſtiuis, vt ratio pro parte affirmatiua dubij ſuadet. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod nullo modo in diebus feſtiuis pugnandum eſt, ſine imminente neceſſitate, tamen tempore neceſſitatis licitum eſt, vt patet ex iam dictis in deciſione caſus, propterea dicebat D. Th. quod in diebus feſtiuis licet bellare, ſi tamen neceſſitas adeſt.

Inſtantia 2.

Contra hanc reſponſionem inſurgit argumentator,

tator,

tator adducens ſecundam inſtantiam dicendo: Apud Iſaiam 58. Reprehenduntur quidam qui in diebus ieiunij repetunt debita, & committunt lites, pugno percutientes; ergo multo magis in diebus feſtiuis non licitum erit bellare.

Inſtan. ſolutio.

Theologus dicit, quod inſtantia optimè concludit (neceſſitate ceſſante) vrgente tamen neceſſitate licet debita repetere modeſtè, & bella exercere in diebus feſtiuis.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit argumentator, inquit enim: Nihil eſt inordinatè agendum ad vitandum incommodum temporale, ſed bellare in die feſto videtur eſſe ſecundum ſe inordinatum; ergo pro nulla neceſſitate temporalis incommodi vitandi, debet aliquis in die feſto bellare.

Inſtant. ſolutio.

Ad minorem dicit Theologus, quod bellare in die feſto abſque neceſſitate, vtique eſt inordinatum, tempore tamen neceſſitatis non eſt inordinatum, ſed ordinatiſſimum. Accedamus ad vltimum dubium.

Dubium tertium.

IN dubio tertio quærit Lector: Si in die feſtiuo tantum ſit licitum bellare in bello defenſiuo. Et ſi peccatum eſt bellare ſine neceſſitate? Quin ad vtranque partem dubij ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod tantum liceat bellare bello defenſiuo in die feſto, & non offenſiuo, & quod peccatum ſit bellare ſine neceſſitate, adeſt talis ratio. Angelicus Doctor hoc in loco, in dubio præcedenti dicit, quod pro tuitione Reipublicæ, licitum eſt bellare; ergo tantum intelligit de bello defenſiuo; Videtur autem, quod ſit mortale peccatum bellare ſine neceſſitate: quia operatur contra obſeruationem feſti.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua eſt Illuſtriſſimus D. Caietanus in 4. artic. quæſt. 40. 2. 2. vna cum Bannenſi dicit, quod etiam offenſiuè licet bellare in die feſto, ſi adeſt opportunitas ad acquirendam victoriam. Et quod non eſt peccatum mortale in tali die bellare ſine neceſſitate, ſi in illo amittitur Miſſa, quæ de præcepto eſt.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium iſtud duo facit. Primo duabus concluſionibus (iuxta menbra dubij) ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit obiectiones partis affirmatiuæ.

Licet bellare in die feſto, bello non ſolum defenſiuo, verum & offenſiuo.

Concluſio prima. Licitum eſt bellare in die feſto (tempore neceſſitatis) non ſolum bello defenſiuo, ſed offenſiuo etiam. Quod liceat bellare in die feſto bello defenſiuo, ex dictis in dubio præcedenti conſtat. Et præcipuè, quia Dominus victorias mirabiles contulit Iudæis his diebus, prout habetur 1. Machabæorum 2. prout oſtenſum eſt, etiam 2. Machabæorum 15. vbi dicitur. Nicanorem in die Sabbatorum bellare contra Iudæos decreuiſſe. Conijcitur enim ex hoc, cum Iudas cum ſuis contra Nicanorem pugnauit in die feſto. Cui nihilominus Iudæ tanquam laudabiliter agenti, Dominus memorandum de Nicanore, eiuſque exercitu triumphum donauit. Quod autem liceat bellare in die feſto ſi adſit opportunitas, ſic oſtendit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. Secundum iura canonica licitum eſt, quando occurrit temporaneus euentus piſcium in feſto piſcari. Vt patet extra de ferijs, cap. Licet. Multo magis oblata opportunitate victoriæ, quæ ſi quis in inſtanti non vtitur poſtea non habetur; ergo in tali caſu licet aggredi hoſtes. Eſt enim in hoc, & in ſimilibus caſibus neceſſitas conſequendi tantum bonum, ſcilicet pacem, pro quo tot incommoda ſuſcipiuntur.

Confirmatur hoc. Nam ſi pro magno bono alicuius perſonæ particularis, licet operari in die feſto; ergo multo magis communi bono, quę eſt pax vniuerſalis, quę vtilis eſt non ſolum vni ciuitati, ſed toti Reipublicæ, licet bellare.

Bellare abſq. neceſſitate vrgente in die feſto, ſi non admittatur miſſa, nõ eſt peccatũ mortale.

Concluſio ſecunda. Bellare abſque neceſſitate vrgente in die feſto, ſi non amittatur miſſa, non eſt peccatum mortale.

Declaratur, & probatur concluſio, v. g. ſi ita benè acquireret Princeps victoriam ſi differat bellum vſque ad feriam ſecundam, quam ſi bellet in die Dominico. Probat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus partem negatiuam dicendo, bellare cum non ſit de genere ſuo opus ſeruile, ſed nec opus malum ſecundum ſe. In die autem feſto ſolum eſt prohibitum opus ſeruile; ergo tunc non eſt peccatum mortale bellare. Maior propoſitio probatur: quia bellarę non tam ad ſeruos pertinet, ſed etiam ad dominos, & Principes; ergo per bellum non impeditur obſeruatio feſti. Quod ſit peccatum veniale, ex doctrina Caietani patet, quoniam opus illud aduerſatur fini præcepti de ſanctificatione Sabbatorum. Finis enim illius præcepti eſt vacare rebus diuinis, ſed bellum prohibet, & impedit hominem à vacatione à rebus diuinis; ergo erit peccatum veniale. Minor patet: quia bellum magnas ſecum affert inquietudines, & occupationes. His ſtantibus, dicendum eſt ad inſtantias partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod licet D. Thom. tantum dicat, quod licet bellare bello defenſiuo, nõ tamen dicit, quod non licet bellare bello aggreſſiuo, propterea authoritas nihil concludit contra nos. Secundo dicitur cum ipſomet Domino Caietano, quod Doctor ſanctus per tuitionem Reipublicæ, intelligit omnem cauſam iuſtam bellandi. Acquiſitio enim victoriæ eſt recuperatio rerum perditarum, & vltio inimicorum, quæ dam tuitio eſt Reipublicæ. Ecce quod ex doctrina D. Thom. habemus intentum, licet locus ab authoritate negatiua non concludat.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit dicendo. Solutio iſta non videtur ſatisfacere ad plenum. Nam inquit Pontifex Nicolaus, 23. quæſt. 8. cap. Si nulla, ſi inevitabilis vrgeat neceſſitas, licet omni tempore bellum gerere, ne tentetur Deus; ergo extra illam importunitatem non licebit bellare die feſto, quod confirmatur in argumento pro parte affirmatiua

dubij

dubij præcedentis, 1. Machabæorum 2, vbi dicitur: Cogitauerunt laudabiliter dicentes: Omnis homo, quicunque venerit ad nos in bello in die Sabbatorum pugnemus contra eum; ergo licet in die feſto bellum defenſiuum ſit licitum, non tamen bellum aggreſſiuum, & offenſiuum.

Inſtant. ſolutio.

Licet bellare in die feſto non ſolũ ſpe neceſſitatis, ſed iuſtè opportunitatis.

Huic inſtantiæ ſatisfacit Theologus dicendo, quod Nicolaus Papa non loquebatur de neceſſitate exercendi actum bellandi, hoc vel illo tempore, ſed omni tempore eſt à bellis abſtinendum. Hoc enim conſtat ex D. Auguſtino ad Bonifacium, 23. quæſt. 1. Noli exiſtimare, quod pacem habere ſit voluntatis, ſed neceſſitatis; bellum autem debet eſſe neceſſitatis. Non enim bellandum eſt, niſi neceſſe ſit, vel recuperare, vel vlciſci. Ex quo apparet, quod ſtadeſt opportunitas in bello iuſto victoriæ obtinendæ, quod bellare licet. Neceſſitas tamen vrget defendere ſe in bello. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus partis negatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ad minorem propoſitionem dicit, quod huiuſmodi inſidiæ non dicuntur propter fraudes, quibus dicitur falſum, vel non ſeruantur promiſſum; ſunt autem illa, quibus occultantur conſilia, ne ad hoſtes perueniant, prout declarauimus in ſecunda concluſione caſus.

Argumentum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector, formans ſecundum argumentum dicendo ſic. Inſidiæ, & fraudes fidelitati videntur opponi, ſicut & mendacia: ſed quia ad omnes fidẽ debemus ſeruare, nihil homini eſt mentiendum, prout docet D. Auguſtinus, tom. 4. in lib. contra mendacium; ergo cum fides hoſti ſeruanda ſit; vt D. Auguſtinus dicit ad Bonifacium; non licet vti inſidijs contra hoſtes.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad maiorem propoſitionem, quod fraudes vtique fidelitati opponuntur, non autem inſidiæ modo declarato in concluſionibus; vnde argumentum nihil contra nos concludit: negamus enim, quod inſidiæ ſint mendacia; concedimus enim, quod dicere falſum, vel non ſeruare promiſſum, prout in prima concluſione, opponitur fidelitati, ſed occultare conſilium, fidelitati non opponitur.

Argumentum tertium.

Non acquieſcit Lector, inquit enim, doctrina iſta videtur eſſe contraria doctrinæ Chriſti, Math. 7. quo in loco dicit Dominus: Quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et hoc eſt obſeruandum ad omnes proximos. Inimici autem ſunt proximi; ergo cum nullus ſibi velit inſidias, vel fraudes parari, videtur quod nullus ex inſidijs debeat gerere bellum.

Argumenti ſolutio.

Dicit Theologus cum D. Th. ad hoc argumentum, quod propriè huiuſmodi inſidiæ non vocantur fraudes, nec iuſtitiæ repugnant inſidiæ, nec ordinatæ voluntati, immò eſſet voluntas inordinata ſi aliquis vellet, nihil ſibi ab alijs occultari. Dicit enim: eſſet voluntas ordinata ſi aliquis vellet nihil ſibi ab alijs occultari: quia non oportet ſapere, pluſquam oportet ſapere. Ex quibus apparet arrogantia illorum, qui ſecretiſſimum arcanum gratiæ prædeſtinationis, perſeuerantiæ, vel ſimilium nollent ſibi occultari à Diuina Maieſtate. In ſignum huius iſta ſunt ſibi prohibita per rationem naturalem inquirere, vt habetur p. 1. quæſt. 1. art. 1. ſi aliter prohiberet, & aliter non eſſent inquirenda hæc arcana & ſi oppoſitum facerent, darentur in reprobum ſenſum, quoniam ſecreta diuina nimis temerariè quærunt ſibi manifeſtari. Cum tamen de talibus rebus occultis, aſſertiuè ſemel pro ſemper Dominus Deus dixerit, ſecretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Et quoniam multa ſecreta de qualitate belli apud Deum ſeruantur, orationibus quiſque recurrat ad ipſum, & quod ſibi erit neceſſarium prouidebitur. Nobis enim hæc multa dicta pro hac materia, & diſputatione ſufficiunt. Ideò relicta hac diſputatione, pergamus ad aliam.

Occulta cõſilia belli nõ ſunt manifeſtanda hoſtibus.

DISPVTATIO QVARTA in littera B.

De Blaſphemia in genere.

QVo ad peccatum blaſphemiæ duæ erunt diſputationes. Prima erit de blaſphemia in genere. Secunda de blaſphemia in Spiritu Sancto.

In prima diſputatione Lector proponit duos caſus, cum ſuis dubijs annexis. Similiter in ſecunda diſputatione proponit duos caſus, cum dubijs adhærentibus.

In caſu igitur primo de blaſphemia in genere, quærit Lector; Vtrum blaſphemia opponatur confeſſioni fidei?

In dubio autem inueſtigat; Si ſemper ſit peccatum mortale blaſphemia ipſa? An aliquando poſſit eſſe peccatum veniale?

Caſus primus.

IN hoc caſu primo quærit Lector; Vtrum blaſphemia opponatur confeſſioni fidei? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua deſumit argumentum ex D. Paulo, 1. ad Timot. 1. quo in loco dicit Apoſtolus. Prius fuit blaſphemus, & perſequutor, & poſtea ſubdit. Ignorans feci in incredulitate mea; ergo ex hoc habetur, quod blaſphemiam ad infidelitatem pertineat, & quod opponatur confeſſioni fidei.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua tale argumentum format. Blaſphemare eſt contumeliam, vel aliquod conuitium inferre in iniuriam creatoris, ſed hoc magis pertinet ad maleuolentiam contra Deum, quam ad infidelitatem; ergo blaſphemia non opponitur confeſſioni fidei.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo duabus con-

conclusionibus reſpondet quæſito, ſimulque proponit, & ſoluit dubium. Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod blaſphemia ſecundum ſignificationem propriam importat maledictionem, ſeu execrationem alicuius boni excellentis, prout notat D. Hieron. ad Epheſios 4. in verbis illis: Blaſphemia tollatur à vobis. Et Titum 3. Admone illos neminem blaſphemare. In quo ſenſu blaſphemia extenditur etiam ad homines conſtitutos in aliqua dignitate. Attamen eſt in vſu, vt blaſphemia apud fideles dicatur maledictio, qua quis derogat, & conuitiatur diuinæ excellentiæ; hoc autem dicit D. Auguſt. lib. 2. de moribus Manichæorum, cap. 13.

Blaſphemia ē maledictio, ſeu conuitiū falſum cōtra diuinam excellentiam

Secūdo notandum eſt, quod blaſphemia eſt loquutio falſa contra Deum per modum conuitij. Dicitur conuitium, vt diſtinguatur ab aſſenſu, quoniam non omnis loquutio aſſenſus eſt, neque cum aſſenſu. Contingit enim aliquando, vt iam intus in corde, quam extra in voce dicamus ea, quibus non aſſentimus. Ex hac enim particula blaſphemia ab infidelitate diſtinguitur, quoniam infidelitas requirit aſſenſum mentis. Altera particula in diffinitione eſt, loquutio falſa, ſcilicet, ex parte blaſphemantis. Nam contingit aliquando, quod loquutio, quæ ſecundum ſe vera eſt, blaſphema ſit, quoniam ex intentione loquentis, & intendentis attribuere Deo aliquam imperfectionem, efficitur falſa. In quo ſenſu blaſphemi eſt nominare aliqua membra pudenda Chriſti, aut Beatæ Mariæ Virginis, intendendo per hoc derogare illorum ſanctitati, in quo ſenſu efficitur falſa loquutio. Ad huiuſmodi blaſphemiam reducuntur verba illorum, qui contra Deum dicunt aliqua inter dentes, licet diſtinctè non manifeſtent intentum. Vltima particula adducitur in diffinitione blaſphemiæ ad diſtinguendum blaſphemiam ab infidelitate, de cuius ratione non eſt derogare honori diuino, quin potius hæreticus, vel infidelis putat ſe obſequium præſtare Deo in ſuis erroribus.

Tertio eſt notandum, quod confeſſio fidei accipi poteſt dupliciter. Primo vt eſt ſimplex aſſertio fidei. Secundo, vt eſt quædam laus diuina, & honor.

In primo ſenſu infidelitas contrariatur confeſſioni fidei. In ſecundo blaſphemia opponitur confeſſioni fidei, hoc intendit D. Th. in iſto caſu, & in ſequenti. Ex quo ſequitur, quod formaliter per ſe primo blaſphemia magis contrariatur religioni, quam confeſſioni fidei.

Probatur hoc. Nam blaſphemia prohibita eſt in illo ſecundo præcepto. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, vt docet D. Th. in ar. 3.

Quarto notandum eſt, quod blaſphemia etiam retinens ſpeciem blaſphemiæ, eſt duplex, altera eſt imperfecta, & informis, altera perfecta, & formata. Informis dicitur illa, quæ iactatur in Deum, non ex aliquo odio, & deteſtatione Dei, ſed ex iracundia. Perfecta verò blaſphemia eſt illa, quæ eſt ex odio, & deteſtatione Dei. Sicut fides dicitur perfecta, & formata, quæ procedit ex charitate. In primo ſenſu blaſphemia dicitur ſecundum intellectum, non quia voluntas non concurrat (alioquin non eſſet peccatum) ſed quia non eſt ex affectu directè contra Deum.

Blaſphemia duplex, imperfecta, quę procedit ex ira, perfecta, quæ procedit ex odio contra Deū.

Quintum notanda ſunt aliqua ex Caietano, ſcilicet, in quo actu conſiſtit blaſphemia, quomodo in illa ſemper inueniatur falſitas, & quomodo ad hunc actum ſe habeat fides, & malignitas.

Quo ad primum iſtorum, inquit Caietanus Illuſtriſſimus. Sicut in fide inueniuntur duo, ſcilicet, aſſentire articulis fidei, & dicere loquutione exteriori, vel interiori ea, quæ ſunt fidei. Primum pertinet ad ipſam fidem. Secundum ad confeſſionem fidei, quod inſinuat Dauid dicendo. Credidi, propter quod loquutus ſum. Ita in infidelitate inueniuntur duo, ſcilicet, diſſentire ab eis, quæ ſunt fidei, & dicere intus, vel extra contraria his, quæ ſunt fidei. Primum horum ſpectat ad infidelitatis vitium, & eſt ſpecies illius. Secundum autem pertinet ad blaſphemiæ vitium. Itaquod blaſphemia conſiſtit in dicere intus, vel extra contra Deum ex intentione, ſi id dicatur, vel enuntiatiuè, vel imperatiuè, vel optatiuè, quomodocunque quis dicat contra Deum, blaſphemia eſt. Vide Caietan. 2. 2. quæſt. 13. ar. 1.

Blaſphemia cōſiſtit in dicere intus, vel extra cōtra Deum voluntariè, vel cum fide, vel ſine illa.

Vlterius eſt obſeruandum, quod blaſphemia poteſt eſſe cum fide, & ſine fide. Contingit enim vtroque modo dicere, quod Deus non poteſt facere hoc, vel illud, vel credens certè hoc non poſſe facere Deum, puta conuertere ad ſe talem peccatorem, vel credens oppoſitum, tenens Deum eſſe omnipotentem, tamen delectatur in hoc à ſe dicto ore, vel corde tantum. His ſtantibus pro primo puncto, ponuntur concluſiones.

Concluſio prima. Quicunque negat aliquid de Deo, quod illi conuenit, vel tribuit illi aliquid, quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati, & blaſphemat. Manifeſtat hanc concluſionem Doctor ſanctus dicendo. Nomen blaſphemiæ importare videtur quandam derogationem alicuius excellentiæ, præcipuè Diuinæ. Deus enim eſt ipſa eſſentia veræ bonitatis, vnde quicquid Deo conuenit, pertinet ad eius bonitatem, & quicquid illi non conuenit, longe eſt ab ipſa bonitate perfecta, quæ eſt Dei eſſentia.

Oris blaſphemia cōfeſſioni fidei opponitur, quia illi tribuitur, quod non cōuenit, &c.

Concluſio ſecunda. Derogatio diuinæ bonitatis, ſi tantum ſit in corde, dicitur cordis blaſphemia, ſi verò proferatur exterius, dicitur blaſphemia oris, & ſic opponitur confeſſioni fidei, ſcilicet, prout eſt in ore. Et hoc inſinuat Apoſtolus 1. Tim. 1. dicendo. Bonam conſcientiam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt, de numero quorum fuit Himeneus, & Alexander, quos tradidit Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare. Ecce quod Apoſtolus vocat blaſphemiam oris, naufragium circa fidem. Nam blaſphemus ore vno gradu tantum differt ab hæretico, ſcilicet, inquantum id, quod dicit ſolum ore dicit, ſi hoc diceret etiam corde (puta Deum non eſſe omnipotentem) iſte blaſphemus eſſet hæreticus; dicit tamen Apoſtolus, quod blaſphemia eſt naufragium circa fidem: quia ex malo habitu blaſphemandi faciliter creditur,

Blaſphemus ab hæretico tantū gradu vno differt. quia quod dicit ore, corde nō credit.

quod

Digitized by Google

quod dicunt; vt faciebant Iudæi illi, qui illudentes Dominum noſtrum in cruce blaſphemabant, vt habetur Matth, 27. & Lucæ 23. quibus in locis Euangeliſtæ illuſiones Iudæorum vocant blaſphemias ad oſtendendum, quod confeſſioni fidei de crucifixo dicta illa opponebantur, quod & faciebant Iudæi ipſi contra Apoſtolos promulgatores fidei Chriſti; vt igitur cognoſcere clarius poſſimus malignitatem huius vitij, ad dubium accedamus.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector; An blaſphemia ſit ſemper peccatum mortale, vel ſit aliquando veniale? pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Illud eſt peccatum mortale, cui in pœna taxata eſt mors: Blaſphemia eſt huiuſmodi; ergo ſemper eſt peccatum mortale. Maior eſt clara. Solum enim peccatum mortale reddit hominem dignum morte. Minor probatur, ex Diuina Scriptura, Leuitici 24. Qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur; ergo blaſphematoribus aſſignata eſt mors in pœna ſui peccati.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. Omne peccatum mortale opponitur alicui præcepto Decalogi, ſed blaſphemia non videtur opponi alicui illorum; ergo non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt clara. Minor patet, diſcurrenti ergo.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij ſolutione tria facit. Primo obſeruat aliqua pro intelligentia maiori doctrinæ. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit queſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Tripliciter quis blaſphemat, vel blaſphemare poteſt.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod quis tripliciter blaſphemare poteſt. Primo attribuendo Deo, quod Deo non conuenit. Secundo remouendo à Deo, quod Deo conuenit. Tertio attribuendo creaturæ, quod conuenit creatori, ſed hoc non ſic propriè eſt blaſphemia, vt in primo, & ſecundo modo blaſphemandi. Primo modo blaſphemat ille, qui dicit Deum eſſe impotentem, iniquum, & ſimilia. Secundo modo blaſphemat ille, qui dicit Deus non poteſt facere hoc, vel illud, dicendo: Deus non eſt ſanctus, miſericors &c. Deus delectatur in perditione malorum. Tertio modo blaſphemat ille, qui dicit: Iupiter eſt Deus, vel Sol eſt creator mundi.

Blaſphemia triplex, ore, corde, vel opere, vel quis tripliciter blaſphemare poteſt.

Ad hos modos blaſphemandi reducuntur alij, (qui tamen continentur ſub primis duobus) Primus illorum, qui maledicunt Deum, vel augurãdo illi aliquod malum, tanquam ſi eſſet paſſibilis. Secundus, blaſphemando Sanctos, maledicendo, vel detrahendo &c. Tertius modus blaſphemandi eſt illorum, qui inhoneſtè nominant pudenda Sanctorum. Quartus eſt illorum, qui attribuunt Deo aliquod verum vtique, ſed cum maxima irreuerentia; v.g. iurando per corpus, per ſanguinem Chriſti &c. Iſti modi propriè non ſunt blaſphemiæ, ſed potius maledictiones, contumeliæ, periuria &c.

Blaſphemia autem propriè ſumpta, tripliciter operatur, corde, ore, & opere. Corde, credendo de Deo, vel de Sanctis, quod non eſt credendum, & blaſphemia iſta propriè vocatur infidelitas. Ore blaſphematur, dum attribuitur Deo, quod illi non conuenit, vel remouendo ab eo, quod illi conuenit. Opere blaſphemant idolatræ, adorando Idola, vel ſculptilia, vel aliquas creaturas. His notatis, ponuntur concluſiones.

Concluſio prima. Blaſphemia ex genere ſuo eſt peccatum mortale.

Blaſphemia ex ſuo genere eſt ſemper peccatũ mortale, ratione materiæ põt eſſe veniale, ideſt, materialiter.

Probata fuit concluſio ab effectu, in ratione adducta pro parte affirmatiua dubij. Nunc probanda venit rationibus. Peccatum mortale (inquit Doctor ſanctus) eſt, per quod homo ſeparatur à primo principio ſpiritualis vitæ, quod eſt charitas Dei; Vnde quęcunque charitati repugnant ex ſuo genere, ſunt peccata mortalia. At blaſphemia ſecundum genus ſuum repugnat charitati diuinæ, cum deroget diuinæ bonitati, prout oſtenſum eſt in hoc caſu, quæ charitatis eſt obiectum, ergo blaſphemia ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Ex qua demoſtratione ſequitur corolarium vnum, ſcilicet, blaſphemia eſt ſemper peccatum mortale ex ſuo genere, ſcilicet, ſecundum ſe conſiderata.

Concluſio ſecunda. Blaſphemia in Deum, vel in Sanctos, quatenus ſunt participes diuinæ bonitatis, ſeu ſanctitatis, nunquam eſt peccatum veniale, ſed blaſphemia, materialiter loquendo, quatenus iactatur in Sanctos, vt homines quidem ſunt, poteſt eſſe peccatum veniale.

Probatur concluſio iſta, quo ad vtranque partem. Quo ad primam ſic: Id quod dicitur de Deo, vel de Sanctis, quatenus ſunt participes diuinæ ſanctitatis, blaſphemando, vel eſt contra diuinum intellectum, vel contra diuinam voluntatem, vel contra diuinam eſſentiam. Si primum, ponitur error, & falſitas in Deo. Si ſecundum, ponitur malitia in Deo ipſo, ſi denique ſit contra diuinam eſſentiam eſt tribuere Deo malum naturale, ſed hęc omnia grauiſſima mala ſunt; ergo eſt ſemper mortale peccatum.

Confirmatur denuò huiuſmodi pars concluſionis. Nam nullum periurium aſſertorium eſt peccatum veniale ex paruitate materiæ; ergo nec blaſphemia.

Conſequentia probatur: quia blaſphemia magis repugnat ſecundo præcepto, quam periurium.

Secundo probatur. Nullum homicidium poteſt eſſe peccatum veniale (ex paruitate materiæ) etiam ſi occidatur fœtus in ventre, aut impediatur conceptio: quia vita hominis, quę in potentia erat in fœtu eſt res grauiſſima; ergo nec blaſphemia, ratione paruitatis materię, poterit eſſe veniale peccatum, quoniam eſt contra intellectum, vel contra voluntatem, vel contra eſſentiam Dei: quia eſt in re grauiſſima ſupra modum.

Secunda pars concluſionis probatur: Quia conuitium, quod dicitur in hominem non ſanctum,

poteſt

poteſt eſſe veniale ex parte materiæ; ergo ſi dicatur idipſum in hominem ſanctum, non erit mortale: quia ſanctitas habet ſe tunc per accidens, & non dicuntur verba illa iocoſa de illis, vt ſancti ſunt; v.g. (inquit Bannenſis) ſi quis diceret: de Chriſpino, & Chriſpiniano, quod fuerunt ſutores ex ioco; vel de Ioanne, & Paulo germanis, quod fuerunt Eunuchi, peccaret vtique venialiter, quia non debemus loqui ioco de ſanctis: mortaliter autem non: quia non ex contemptu loquimur.

Impugnatio.

Impugnat hanc partem concluſionis argumentator dicendo, huiuſmodi loquutiones potius ſunt iniuriæ quædam, & contumeliæ, quam blaſphemiæ; ergo ex his non poteſt concludi, quod huiuſmodi loquutiones, ex ioco, de ſanctis dictæ, vt homines fuerunt, & ſunt, quod ſint blaſphemiæ.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod in tali caſu reperitur quædam blaſphemia materialis, quia eſt circa illos, qui ſunt coniuncti in ſanctitate cum Deo eſt venialis, tamen propter paruitatem materiæ dicuntur blaſphemiæ, quia ſancti cum ſint amici Dei, cum eo coniuncti in ſanctitate, debemus illos honorare, etiam in naturalibus, & in his quæ te exercuerunt ſine peccato. His igitur relictis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod cum blaſphemia (ex caſu præſenti) opponatur confeſſioni fidei, eius prohibitio reducitur ad prohibitionem infidelitatis, quæ intelligitur (inquit Doctor ſanctus) in eo, quod dicitur: Ego ſum Dominus Deus tuus &c. vel prohibetur per id, quod dicitur: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Magis enim in vanum aſſumit nomen Dei, qui aliquod falſum de Deo aſſerit, quam qui per nomen Dei aliquid falſum confirmat: Formaliter igitur loquendo, dicitur ad Minorem, quod blaſphemia opponitur præcepto diuino reductiuè; Primo formaliter; Secundo reductiuè contra præceptum de fide, ſcilicet, eſt reductiuè contra præceptum fidelitatis, quo, ſcilicet, & fides erga Deũ ſaluatur, & infidelitas prohibetur: Vt ego ſum Dominus Deus tuus à te, ſcilicet, colendus. Ecce fidelitas, quæ à populo exigitur. Non habebis Deos alienos coram me. Ecce infidelitas, quæ populo interdicitur. Blaſphemia directè formaliter eſt contra præceptum illud. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Blaſphemus magis aſſumit nomen Dei in vanum, quam qui vanè iurat; negatur igitur abſolutè, quod blaſphemia non opponatur alicui præcepto Decalogi.

Blaſphemia opponitur præcepto diuino reductiuè, & formaliter aliquando.

Inſtantia 2.

Argumentator huic doctrinæ ſe opponit, & format ſecundam inſtantiam, probando, quod blaſphemia non ſit ſemper peccatum mortale, ſic. Peccata quæ abſque deliberatione committuntur, non ſunt mortalia. In ſignum cuius, primi motus non ſunt peccata mortalia, quia deliberationem rationis præcedunt, vt habetur 2.2. quæſt. 74. artic. 10. ſed blaſphemia quandoque abſque deliberatione procedit; ergo non ſemper eſt peccatum mortale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus per diſtinctionem huic argumento ſatisfacit dicendo cum D. Thom. Blaſphemia poteſt abſque deliberatione ex ſurreptione procedere dupliciter: vno modo, quia non aduertit hoc, quod dicit eſſe blaſphemiam, quod poteſt contingere (inquit Doctor ſanctus) cum aliquis ſubito ex aliqua paſſione in verba imaginata prorumpit, quorum ſignificationem non conſiderat, tunc eſt peccatum veniale, & non habet propriè rationem blaſphemiæ, de qua modo diſputamus. Alio modo, quando aduertit hoc, quod dicit eſſe blaſphemiam conſiderans ſignificata verborum. Et tunc (inquit Doctor ſanctus) non excuſatur à peccato mortali, ſicut nec ille, qui ex ſubito motu iræ aliquem occidit iuxta ſe ſedentem. Hæc eſt blaſphemia propria, quæ nunquam fit abſque aduertentia ſignificationis verborum, quantumcunque ex ſubito motu iræ fiat: exemplum habemus de homicidio ira perpetrato; ſola igitur inaduertentia verborum excuſat blaſphemum à peccato mortali; ex qua reſponſione Magiſter Seraphinus à Potentia elicit diſtinctionem repertam inter primos motus generatè ſumptos. Inquit enim: Primi motus in propoſito non dicuntur primi, quia ſunt ſubiti, vel quia non fiant ex deliberatione tantum, ſed quia fiunt ex inaduertentia rei, quæ fit. Excuſant igitur à mortali motus, qui fiunt ex inaduertentia rei, quę fit, quando aliquis motus impetuoſa paſſione in verba aliqua prorumpit, quorum ſignificatum nõ aduertit: ſi enim aduertit, blaſphemia ipſa eſt peccatum mortale, in quo faciliter incidunt blaſphemi conſuetudinarij.

Blaſphemãs ex ira motus, ſi aduertit, quod dicit, peccat mortaliter, ſi non aduertit, venialiter peccat.

Obſeruandum nihilominus eſt, quod inaduertentia iſta poteſt eſſe ex repentina paſſione, & ſic excuſat à mortali, vel ex praua conſuetudine, ſeu ex lata negligentia, qua homo peccata euitare non curat, retrahendo ſe ab illo peſſimo habitu, tunc non erit ſine peccato mortali, quia ibi adeſt contemptus implicitus ſuę ſalutis. At quod, maximam confuſionem parit blaſphematoribus eſt Canon ille 22. quæſt. 1. cap. Clerum, vbi dicitur: Si quis per capillum Dei, vel per caput iurauerit, blaſphemia eſt. Et ſi eſt clericus, deponatur. Et nihilominus ex omni parte Chriſtianitatis blaſphematur Deus. Veh mundo à ſcandalis. Veh blaſphematoribus. Relinquamus iſta, & deſcendamus ad ſolutionem argumentorum partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod ille qui contra Deum loquitur, cõuitium inferre intendens, derogat diuinæ bonitati, non ſolum ſecundum veritatem intellectus, ſed etiam ſecundum prauitatem voluntatis deteſtantis, & impedientis pro poſſe diuinum honorem, & hoc eſt blaſphemia perfecta. Ex quibus dicitur ad minorem argumenti, quod ferre contumeliam, pertinet vtique ad maleuolentiam contra Deum, ſi procedat à praua voluntate deteſtante, & pro poſſe impediente honorem diuinum, tamen iſta,

Blaſphemia perfecta formalis, eſt peccatum mortale, imperfecta põt eſſe veniale peccatum.

prout

prout prodeunt exterius per loquutionem (in quo ſenſu loquimus) ſunt blaſphemiæ. Caſus enim eſt de blaſphemia, ſecundum quod exterius prodit per loquutionem, & vt ſic eſt blaſphemia perfecta, inquit D. Thom. Secundo dicitur, quod aliud eſt loqui, de blaſphemia ſecundum intentionem proferentis. Et aliud eſt loqui de illa ſecundum ſonum verborum exterius ab ipſo blaſphemo prolatorum. Hæc diſtinctio virtualiter habetur à Diuo Tho. in hac reſponſione, ex qua dicere poſſumus ad minorem, quod conceditur ex parte intentionis proferentis verba illa, quæ eſt de eſſentia blaſphemiæ ex parte ſignificatione verborum; vnde argumentum extra propoſitum eſt adductum, & nihil contra noſtram concluſionem concludit.

Argumentum ſecundum.

Argumentator inſurgit contra ſupradicta, & format ſecundum argumentum dicendo. Gloſſa in verbis illis Paulinis, ad Epheſios 4. Blaſphemia tollatur à vobis, dicit, quæ fit in Deum, vel in Sanctos; ſed confeſſio fidei non videtur eſſe, niſi de his, quæ pertinent ad Deum, quæ eſt fidei obiectum; ergo blaſphemia non ſemper opponitur confeſſioni fidei.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento ſatisfacit Theologus dicendo ad Maiorem propoſitionem, quod ſicut Deus in Sanctis ſuis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ Deus in Sanctis ſuis facit. Ita & blaſphemia, quæ fit in Sanctos, ex conſequenti in Deum redundat; vtique igitur confeſſio fidei formaliter pertinet ad Deum, qui eſt obiectum fidei, conſequenter etiam pertinet ad Sanctos, prout Deus in illis operatur, prout declaratum eſt.

Argumentum tertium.

Non acquieſcit argumentator, ideò defert vltimum argumentum dicendo. A quibuſdam dicitur, quod tres ſunt ſpecies blaſphemiæ, quarum vna eſt cum attribuitur Deo, quod ei non conuenit. Secunda eſt cum ab eo remouetur, quod ei cõuenit. Tertia eſt, cum attribuitur creaturę, quod Deo appropriatur, & ſic videtur, quod blaſphemia non ſolum ſit circa Deum, ſed etiam circa creaturas. Fides autem habet tantum Deum pro obiecto; ergo blaſphemia non opponitur confeſſioni fidei.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo ad Maiorem propoſitionem, quod ſecundum illa tria non poſſunt, propriè loquendo, diſtinguidiuerſæ ſpecies peccati blaſphemiæ, & reddit rationem dicendo. Attribuere Deo, quod ei non conuenit, vel remouere à Deo, quod Deo conuenit, non differunt niſi ſecundum affirmationem, & negationem, quæ quidem diuerſitas habitus ſpeciem non diſtinguit, cum per eandem ſcientiam innoteſcat falſitas affirmationum, & negationum, & per eandem ignorantiam eodem modo erratur, cum negatio probetur per affirmationem, vt habetur primo poſteriorum. Quod autem ea, quæ ſunt Dei propria, creaturis attribuuntur, ad hoc pertinere videtur, quod aliquid ei attribuatur, quod ei nõ conuenit: Quicquid.n. eſt Dei proprium, eſt ipſemet Deus. Attribuere autem id, quod eſt Dei propriũ alicui creaturæ eſt ipſum Deum, dicere idem creaturæ, inquit Doctor ſanctus. Ex qua reſponſione

Blaſphemia ẽ cõtra Deũ, vel in ſeipſa, vel relatus Deus ad creaturas.

elicitur vnum corolarium, ſ. quod blaſphemia eſt contra Deum, vel in ſeipſo conſiderata, & ſic attribuitur ei à blaſphemis non conueniens, aut remouetur conueniens, vel vt ad creaturas relatam, & ſic proprium Dei attribuitur ab ipſis creaturis. Hoc.n. eſt dicere Deum eſſe creaturam. Igitur de primo ad vltimum blaſphemia quæcunque, ſecundum quod extra per locutionem profertur, eſt oppoſita per confeſſionem fidei.

Blaſphemia non hẽt plures ſpecies, oẽs blaſphemiæ ſunt vnius ſpeciei, modi illarũ tamen ſunt diuerſi.

Ex hac reſponſione Illuſtr. D.Caiet. elicitur tñ eſſe vnam ſpeciem blaſphemiæ, differre tamen huiuſmodi in grauitate peccati; dicit.n. quia ſpecies blaſphemiæ non diuerſificantur per Deũ, & Sanctos, nec per illa tria in litera numerata, nec per enunciationem, & deſiderium, nec per honorem, famã, & hmõi in vna, & eadem ſpecie eſt blaſphemia Dei, & Sanctorum, ſiue ſit per modum maledictionis, ſiue contumeliæ, ſiue irriſionis, ſiue detractionis, & rationem aſſignat dicendo: quodlibet illorũ reſpectu Dei etiam Sanctorum eſſe blaſphemia; Et blaſphemia, propriè loquendo, non habet plures ſpecies, conſequens eſt, quod ſint vnius ſpeciei. Et exemplificat ex dictis in 2.2.q.76.a.2. quo in loco dicit Doctor ſanctus, quod maledicere irrationalibus, inquantum ſunt creaturæ Dei, eſt peccatũ blaſphemiæ. Et rationem aſſignat Illuſtr.D.Caiet. dicendo. Ratio, quare iniuria Sanctorum, & Dei ſit eiuſdem ſpeciei, eſt, quia Sancti vt ſic ad Deum referuntur. Nihil.n. damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Et infert. Et hinc habes confeſſor, quod varietas blaſphemiarum pro diuerſitate ſpecifica non eſt inquirenda, ſed pro maiori grauitate iudicanda; vt in cæteris peccatorum ſpeciebus contingit; cui doctrinæ ſubſcribit Bãnenſis, & dicit, quod talis grauitas peccati eſt explicanda in confeſſione, ſicut in furto debet explicari quantitas materiæ, non ſolum propter reſtitutionem faciendam, ſed ad explicandam grauitatem peccati, etiam ſi de facto non fuerit furatus, ſed voluerit furari. Et hæc ſint pro primo caſu, & dubio ſibi annexo. Nunc proponendus eſt ſecundus.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu quærit; Si blaſphemia ſit maximum peccatorum? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumẽtum. Gloſſa in verbis illis Iſaię 18. Ad populum non credentem dicit. Omne peccatum, blaſphemiæ comparatum leuius eſt; ergo blaſphemiæ peccatum eſt maximum peccatum, ideſt, grauius omnium peccatorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Malum autem dicitur, quia nocet ex teſtimonio D. Auguſtini, c. 12. Enchir. to. 3. ſed magis nocet peccatum homicidij, quod perimit vitam hominis, quam peccatum blaſphemiæ, quod Deo nullum nocumentum poteſt inferre; ergo peccatum homicidij eſt grauius peccato blaſphemiæ; ergo blaſphemia non eſt maximum peccatum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione præſentis caſus tria facit. Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo pro maiori intelligentia dictorum proponit, & reſoluit duo dubia. Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ.

Quo ad primum ſic reſpondet quæſito, ponit hanc concluſionem.

Blaſphemia eſt maximũ peccatũ pertinens ad genus infidelitatis, & aggrauat illud.

Blaſphemia eſt maximum peccatorum, pertinens ad genus infidelitatis, & aggrauat illud.

Concluſio iſta probatur ratione, & authoritate.

Ratione probatur ſic. Blaſphemia ſecundum ſuum genus repugnat charitati, & opponitur confeſſioni fidei (ex præcedenti caſu) per conſequens aggrauat peccatum infidelitatis, ſed infidelitas eſt maximum peccatum ſecundum genus ſuum. Immò infert Doctor ſanctus, quod blaſphemia pertinet ad genus infidelitatis, & ſit grauiſſimum peccatum, cum ſit eius circumſtantia aggrauans.

Secundo probatur concluſio iſta ex ſacris Concilijs; In Concilio Lateranenſi ſub Leone, 10. ſeſſione nona dicitur. Blaſphemiam in maximum diuini nominis, & Sanctorum contemptum eſſe, ex quibus verbis Concilij, concludere poſſumus intentum ſic dicendo. Vbi maior Dei contemptus, ibi maius peccatum reperitur.

Probatur hoc: quia ibi eſt maior auerſio à Deo, ſed in blaſphemia eſt maximus Dei contemptus per Concilium; ergò blaſphemia eſt maximum peccatum.

Probatur etiam authoritate Diuinæ Scripturæ, Iob 34. quo in loco dicit Propheta. Ne deſinas ab homine iniquitatis, qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam, quaſi dicat contra peccata hominis illius. Homo iſte iniquitatis tantum creuit in peccatis committendis, vt ad ſummum tandem peccatorum venerit, ſcilicet, ad blaſphemiam. Item 3. Regum 21. Regina Iezabel ad hoc, vt lapidaretur Naboth, accuſare fecit eum de blaſphemia, quo in loco dictum fuit, ironicè tamen, Naboth benedixit Deum, id eſt, maledixit. Et Iob in eodem ſenſu cap. 1. Ne forte benedixerint Deum, id eſt, maledixerint. Ecce quantum abhorrent ſacræ literę ipſam blaſphemiam. Concludendum igitur eſt, quod ſit grauiſſimum peccatum. Et vt clarius hoc percipiatur, dubium proponamus.

Dubium primum.

LEctor quærit in hoc dubio; ſi blaſphemia includat in ſe grauitatem infidelitatis, & pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt concluſio D. Thom. in caſu, ſcilicet, Blaſphemia eſt maximum peccatum, pertinens ad infidelitatis genus, & aggrauans illud ergo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Blaſphemia poteſt eſſe ſimul cum fide Catholica; ergo non habet grauitatem infidelitatis. Antecedens eſt clarum. Conſequentia probatur: quia infidelitas non eſt grauitas peccati infidelitatis.

Dubij deciſio pro utraque parte.

CIrca huiuſmodi dubium Lector duo facit. Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes.

Infidelitas, ſimpliciter loquendo, eſt grauius peccatũ blaſphemia. Blaſphemia ex odio Dei, eſt grauius peccato infidelitate ipſa.

Concluſio prima. Infidelitas, ſimpliciter loquẽdo, grauius peccatum eſt, quam blaſphemia.

Concluſio iſta probatur ſic. Vniuerſaliter peccata, quæ opponuntur per ſe virtutibus Theologalibus ſunt maxima peccata, ſicut & ipſę virtutes ſunt maximè virtutes. Sed infidelitas directè, & per ſe opponitur fidei; blaſphemia autem tantum reductiuè; ergo maius peccatum eſt infidelitas, quam blaſphemia. Probatur Minor. Blaſphemia enim opponitur confeſſioni fidei, prout dictum fuit in primo caſu quatenus ex confeſſione iſtâ, redundat aliqua laus in Deum.

Concluſio ſecunda. Blaſphemia quæ procedit ex odio Dei, eſt peccatum magis graue, quam infidelitas propter circumſtantiam, non autem ex proprio obiecto. Concluſio quoad vtranque partem eſt manifeſta. Nam odium Dei grauius peccatum eſt, quam infidelitas, quia opponitur charitati, quę eſt maxima virtus. Item, quia per ſe blaſphemia opponitur diuinis laudibus: hoc patet, nam ſicut ad laudes diuinas pertinet proferre, & decantare eius excellentias, ita ex oppoſito ad blaſphemiam pertinet proferre verba detrahentia diuinę excellẽtię.

Blaſphemia cũ odio Dei grauius peccatũ eſt quocunque alio peccato.

Immò in iſto ſenſu blaſphemia eſt grauius peccatum homicidio, cum homicidium ſit peccatum contra proximum, & blaſphemia ſit contra Deũ, etiam eſt peccatum grauius, quam peccatum illorum, qui crucifixerunt Chriſtum, ex teſtimonio D. Auguſtini dicentis: Magis peccant blaſphemantes Chriſtum glorioſum in Cœlis, quam qui eum crucifixerunt verberantes in terris, ad quod annuebat Apoſtolus dicendo. Iterum eum crucifigentes; verum eſt, quod D. Th. 3. p. q. 47. a. 6. dicebat, quod peccatum crucifigentium Chriſtum fuit maximũ peccatum, ſed conſiderabat illos non ſolum vt crucifigentes Chriſtum, ſed vt blaſphemantes etiam Chriſtum. Mouentes capita ſua blaſphemabant eum, dicebat Euangeliſta.

Concluſio tertia. Blaſphemia, quæ eſt cum cognitione eius, quod blaſphematur, grauius peccatum eſt, cæteris paribus, quam illa, quæ eſt cũ ignorantia culpabili, non tamen affectata. Cõcluſio habetur ex Caiet. Illuſtr. & ſuadetur ratione; Blaſphemia, quæ eſt cum tali cognitione plus habet de malitia, quam illa, quæ eſt cum ignorantia, cum plus habeat de voluntario circa obiectum illud. Et hæc vocatur blaſphemia ex parte obiecti, & ex parte blaſphemantis. Probatur ſecundo iſta concluſio: Commune eſt omni peccato, vt ſit grauius cũ ſcientia, quam cum ignorantia, quod oſtendit Dominus, Lucæ 12. narrando de ſeruo illo, qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit illam, qui vapulabit multis à Domino ſuo.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt tamen accidere, quod aliquis habens ſcientiam, non peccet magis, quam qui non habet illam blaſphemando, puta ſi hoc faciat motus ab aliqua maxima paſſione. Et ille, qui habet ignorantiam culpabilem proferat maiorem blaſphemiam.

Aliqui blaſphemant ex ſcientia, alii ex ignorãtia culpabili, & alii ex ignorãtia affectata, & iſta eſt peſſima.

Vnde duo dicebat Bannes in hac concluſione. Primum, cæteris paribus, & cum ignorantia culpabili non affectata. Primum punctum eſt declaratum. Nunc ad ſecundum. Nam ſi ignorantia blaſphemantis eſſet culpabilis, & affectata, ignorantia ipſa non excuſaret, ſed aggrauaret peccatum, quam ſi aueſientet motus ex primo motu hoc faceret, quoniam talis ignorantia affectata eſſet ſignum euidens maioris, & vehementioris voluntatis in malum. Talis fuit blaſphemia Phariſæorum, & Iudæorum blaſphemantium Chriſtum pendentem in Cruce. Verum eſt, quod blaſphemia illorum erat cum ignorantia, & infidelitate, tamen erat ignorantia affectata. Blaſphemia Pauli Apoſtoli, erat minoris culpæ, quam blaſphemia Chriſtianorum, quia illa erat ignorantia culpabilis quidem, ſed excuſans, & minus habens de voluntatio.

Interrogatio.

Interrogatio.

QVærit enim Lector, quid ſi hæreticus Lutheranus conculcaret imagines Chriſti, & Sanctorum cum ignorantia, quam habet infidelitatis iudicans non eſſe colendas imagines. An peccatum illud eſſet grauius, quam ſi hoc idem faceret Chriſtianus Catholicus?

Interrogationis reſponſio

Reſpondet Theologus pro vtraque parte. Primo dicit, quod ſi in huiuſmodi peccato tantum conſideremus, quod eſt proprium blaſphemię maius peccatũ eſt Chriſtiani Catholici, quam Lutherani, quia magis directè ex parte ſuæ intentionis conuitiatur Chriſto, & Sanctis eius, quam hæreticus, qui habet ignorantiam cum infidelitate, non tamen habet affectatam ignorantiam. Secundo dicit, quod ille hæreticus in illa conculcatione imaginis habet etiam hæreſim annexam, & committit peccatum hæreſis, iudicans imagines non eſſe colendas, & adorandas, ex qua parte, ſimpliciter loquendo, magis peccat, quam Catholicus, qui tantum committit peccatum blaſphemiæ. Itaquod blaſphemia hæretici in illo caſu eſt maior ex circumſtantia hæreſis, vnde procedit conculcatio, quam blaſphemia Catholici conculcantis imaginem. Iſtis declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Blaſphemia hæretici conculcãtis imaginẽ Chriſti, eſt maior illa Catholici, ratione circũſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & aſſignat rationem dicendo, quod ſicut in Chriſto Dominò fuit meritum fidei, licet in eo non fuerit fides, ſic in blaſphemo poteſt eſſe demeritum infidelitatis, etiam ſi in illo non ſit infidelitas. Ratio huius eſt, quia demeritum, & grauitas illius attenditur ſecundum intentionem voluntatis. At formalis ratio infidelitatis, aut fidei non perficitur per ſolam voluntatis intentionem, quoniam requirit actionem talem intellectus.

In blaſphemo eſt demeritum infidelitatis, licet in eo non ſit infidelitas.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator dicendo. Apoſtatæ, & hæretici grauius peccant in ſua hæreſi, quam Catholici blaſphemantes; ergo blaſphemia non addit grauitatem ſuper infidelitatem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod blaſphemia non dicitur aggrauare peccatum infidelitatis, ita quod contineat in ſe totam malitiam infidelitatis, & aliquid amplius, ſed in hoc ſenſu. Nam cum blaſphemia reducatur ad genus infidelitatis id ipſum, quod habet infidelitatis aggrauatur per deteſtationem voluntatis, & loquutionem blaſphemam. Cum hoc tamen benè ſtat, quod ſpecies perfectæ, & formales infidelitatis, ſint peccata grauiora, quam blaſphemia.

Inſtantia 3.

De nouo inſurgit argumentator dicendo: D. Thom. dicit, quod blaſphemia aggrauat peccatum infidelitatis ſi ſuperueniat deteſtatio voluntatis. Et adhuc magis ſi prorumpat in verba. Contra: deteſtatio illa voluntatis, pertinet ad odium Dei per ſe; ergo per accidens aggrauat peccatum blaſphemiæ, vt circumſtantia quædam alterius ſpeciei. Item actus exterior non addit malitiam ſuper malitiam actus interioris, ex Diuo Thoma prima ſecundæ, quæſtione vigeſima, articulo quarto; ergo etiam ſi prorumpat in verba blaſphemus, illius peccatum non erit grauius.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod ſicut fides, & diuina laus perficitur ex charitate. Ita etiam blaſphemia perficitur ex odio Dei.

Blaſphemia perficitur ex odio Dei, ſicut laus diuina ex fide.

Obſeruandum tamen eſt, inquit Bannes, quod ſicut intrinſecè fides perficitur in propria ſpecie ex pia affectione voluntatis, quæ quidem voluntas pia eſt magis perfecta cum charitate, quam ſine charitate. Ita etiam blaſphemia perfecta requirit deteſtationem voluntatis, quæ deteſtatio maior eſt, quando eſt cum odio diuinæ bonitatis.

Nihilominus, ſicut poteſt eſſe pia affectio voluntatis, quæ eſt de ratione fidei ſine charitate; ita poteſt eſſe deteſtatio Dei, ſine odio expreſſo diuinæ bonitatis.

His notatis, ad inſtantiam dicitur, quod cum Doctor ſanctus dicit, quod deteſtatio eſt de ratione blaſphemiæ, non accipit deteſtationem pro odio formali diuinæ bonitatis, quod directè opponitur charitati; ſufficit enim, quod talis deteſtatio ſit alicuius excellentiæ diuinæ, vt honoris diuinæ iuſtitiæ, quamuis ſit perfectior, quando eſt cum odio Dei ſecundum ſe.

Blaſphemia in corde aggrauatur ex blaſphemia in verbis data.

Ad confirmationem etiam dicitur, quod actus exterior, prout eſt in executione, nihil addit bonitatis, aut malitiæ ſupra actum voluntatis abſolutè determinatum ad exequendum talem actum. Cæterum actus exterior, prout eſt obiectum talis voluntatis, aggrauat peccatum interius

magis, quam ſi non eſſet obiectum; verbi gratia. ſi quis vult abſolutè proſerre verba blaſphemiæ, & forte lingua eius eſt præpedita paralyſi, tantum peccauit, ac ſi verba diſtinctè protuliſſet.

Peccat tamen minus, qui in corde ſuo Deum blaſphemat, nolens in verba prorumpere: quia ſaltem fingit ſcandalum proximi, non exercendo lingua blaſphemiam ipſam. Hæc ſint pro dubio iſto: accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

PRo complemento doctrinæ, Lector quærit in hoc dubio; An damnari blaſphement? Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua adducit authoritatem Apoſtoli Io. Apoc. 16. Æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Domini habentis poteſtatem ſuper has plagas; vbi dicit Gloſſa, quod in inferno poſiti, quamuis ſciant ſe pro meritis puniri, dolebunt tamen, quod Deus tantam potentiam habeat, quod plagas illis inferat, hoc autem eſſet blaſphemia in præſenti ſeculo; ergo & in futuro eſt blaſphemia.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium. Deterrentur nunc aliqui mali à blaſphemando propter timorem futurarum pœnarum, ſed damnati has pęnas experiuntur; ergo magis illas abhorrent; ergo multo magis à blaſphemia compeſcuntur.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit. Primo vnica cõcluſione ſatisfacit dubio pro parte affirmatiua. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Deteſtatio diuinæ iuſtitiæ reperta in dãnatis, eſt cordis blaſphemia in eis, erit etiam in ore poſt reſurrectionem.

Concluſio. Deteſtatio diuinæ iuſtitiæ eſt in dãnatis interior cordis blaſphemia. Et credibile eſt, quod poſt reſurrectionem erit in illis blaſphemia vocalis, ſicut in Sanctis erit diuina laus.

Concluſio probatur quo ad vtranque partem: quo ad primam ſic. Ad rationem blaſphemiæ pertinet deteſtatio diuinæ bonitatis.

Hanc deteſtationem dupliciter ſemper habebunt; ergo damnati blaſphemant. Maior propoſitio clara eſt. Minor probatur.

Illi qui ſunt in inferno retinebunt peruerſam voluntatem auerſam à Dei iuſtitia in hoc: quia diligunt ea pro quibus puniuntur, ſcilicet, peccata commiſſa in mundo, & vellent eis vti ſi poſſent. Secundo odiunt pœnas, quæ pro huiuſmodi peccatis infliguntur.

Addit Doctor ſanctus; Dolent tamen de peccatis, quæ commiſerunt, non quod ipſa odiant, ſed quia pro eis puniuntur, ex quibus concluditur, quod in illis ſit blaſphemia cordis, blaſphemia interior, non tamen exterior, cum careant lingua corporali vſque ad diem iudicij.

Quoad ſecũdam partem dicit Doctor ſanctus. Credibile eſt, quod poſt reſurrectionem erit in eis etiam vocalis blaſphemia. Ratio: quia in ſanctis poſt reſurrectionem erit etiam vocalis laus. Nam damnati cognoſcent ſe puniri pro meritis, & iuſtè quidem tamen voluntas illorum ex odio, quod cõtra Deum habet, blaſphemabit Deum exercẽtem talem actum iuſtitiæ in eos, licet ſecũdum rectam rationem eum benedicere, atque laudare deberẽt. Et hoc faciunt damnati, quia lignum vbi ceciderit manebit in æternum.

Impugnatio prima.

Doctrina iſta non placet Lectori. Dicit. n. quod ex omnibus adductis pro deciſione dubij, non cõcluditur in damnatis actus blaſphemiæ, vt patet diſcurrenti. Auerſio in primis à iuſtitia Dei in hoc, quod amãtur, quæ ab illo odio habentur, non conſtituit blaſphemiam, alioquin committens fornicationem, & amans illam, quã ſcit odio haberi à Deo blaſphemaret. In hoc etiã, quod odiunt pęnas, blaſphemia non eſt, vt conſtat, quia odium hoc inditum eſt à natura. In vtroque etiam ſimul, quia, ſcilicet, amare peccata pro quibus puniuntur, & dolere de pœnis, nulla blaſphemia eſt, ſed obſtinatio; ergo nullo modo ex his blaſphemia concluditur.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic dubio ſatisfacit dicendo, quod amare malum culpæ, & odio habere malum pęnæ contingit dupliciter. Primo abſolutè, & ſic nõ ſpectat ad blaſphemiam, vt argũ concludit. Secundo in ordine ad Deum, vt prohibitorem mali culpæ, & inflictorem mali pęnæ. Et ſic eſt blaſphemia: quoniam nihil aliud eſt amare mala culpæ, vt prohibita à Deo, q̃ odio habere prohibitorem. Et ſimiliter odio habere malum pœnæ, vt inflictiuum à Deo, quam odio habere punitorem. In quo ſenſu loquitur Doctor ſanctus in litera, cũ in damnatis ſit odium iuſtitiæ diuinæ. In ſignum cuius D. Tho. non dicit abſolutè, quod damnati amant mala, vel odiunt pęnas, ſed dicit amant ea pro quibus puniũtur, & odiunt pœnas, quæ pro huiuſmodi peccatis infliguntur, quaſi diceret: Amant punita, & per hoc deteſtantur punitorem, & prohibitorem. & odiunt inflicta, ac per hoc odiunt inflictorem. Fundatur hoc ſuper conſumata damnatorum voluntate in malum, vt ſcilicet, amor culpæ conſumatus, qui hic interpretatiuè erat deteſtatio prohibitionis, ibi iam fiat conſumationis deteſtatio eiuſdem. Et ſimiliter odium mali pœnæ, quod hic in impœnitente erat interpretatiuè deteſtatio punitoris, ibi conſumatione fiat deteſtatio eiuſdem, iuxta Diui Ioannis authoritatem, cum Gloſſa, prout in litera. Æſtuauerunt homines æſtu magno &c.

Dãnati blaſphemãt, quia amant peccata, & odio habent punitorem illorum

Impugnatio ſecunda.

Contra hanc doctrinam argumentator ſe opponit dicendo. Deteſtatio diuinæ bonitatis eſt actus voluntatis. Blaſphemia interior, quæ in damnatis reperitur eſt actus intellectus, cum ſit loquutio quædam ſpiritualis; ergo ad blaſphemiam non pertinet deteſtatio diuinæ bonitatis.

Impugnationis reſponſio

Theologus hãc impugnationẽ deſtruit dicẽdo, quod dictum D. Thom. eſt verum in ſenſu cauſali, non autem in ſenſu formali, & aſſignat rationem

dicendo,

Digitized by Google

dicendo, quod deteſtatio diuinæ bonitatis eſt cauſa blaſphemiæ,& nõ eſt ipſa blaſphemia formalis.

Impugnatio tertia.

Contra, non ſempet odium Dei, & deteſtatio eſt cauſa blaſphemiæ, inquit argumentator; ergo reſponſio eſt nulla.

Impugnationis ſolutio.

Reſpondet Theologus dicendo,quod argumẽtum concludit in hac vita,vbi voluntas non eſt obſtinata in malum; at in inferno,neceſſario neceſſitate conſequentiæ ſequitur ex voluntate obſtinata in malum, deteſtatio diuinæ iuſtitiæ, & blaſphematio..

Impugnatio quarta.

Non acquieſcit argumẽtator,& impugnat hanc doctrinam: Ex hoc, ſcilicet,quia damnati retinent peruerſam voluntatem, auerſam à diuina iuſtitia, ideo blaſphemant. Ex hoc enim non ſequitur, niſi quod habent animum obſtinatum in malum, non autem quod odio habeant Deum, & quod illum blaſphement ex hoc, vnde non rectè concluditur in litera.

Impugnationis reſponſio

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo,quod amor peccati, & odium pœnæ illatæ poteſt dupliciter conſiderari. Primo abſolutè, & ſecundum ſe, & ſic non eſt blaſphemia, vt tactum eſt ſupra,ex doctrina Caietani Illuſtriſſimi.Secundo poteſt conſiderari in ordine ad illum,qui infert pœnam propter culpam,& prohibet illam. Et ſecundum hanc conſiderationem neceſſario illa efficiunt odium Dei, & deteſtationem diuinæ iuſtitiæ,& ſunt cauſa blaſphemiæ. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento dicit, quod de homicidio, & blaſphemia loqui poſſumus dupliciter.Primo in ordine ad obiecta ſua, in quæ peccatur.Secundo in ordine ad effectum nocendi; in primo ſenſu maius peccatum eſt blaſphemia homicidio; in ſecundo ſenſu,maius peccatum eſt homicidium ipſa blaſphemia.

Blaſphemia ex parte obiecti, grauius peccatũ eſt, quam homicidium, non tamen ex parte damni illati.

In primo ſenſu eſt grauius peccatum blaſphemiæ, quam homicidium, quia blaſphemus magis nocet quantum ad intentionem, cum intendat inferre nocumentum honori diuino, quod plus eſt, quam nocere proximo. Cum bonum diuinum excedat in infinitum bonum creatum;vnde cum blaſphemus intendat nocumentum inferre hono diuino,ſimpliciter loquendo,grauius peccat,quam homicida. Et licet blaſphemus honori diuino,de facto non inferrat nocumentum, vt facit homicida in occiſione proximi,nihilominus peccatum ſuum grauiſſimum eſt,quia grauitas culpæ magis attenditur ſecundum intentionem uoluntatis peccantis,quam ſecundum effectum operis. O impijſſima grauitas peccati blaſphemiæ.

In ſecundo ſenſu homicidium grauius peccatum eſt ipſa blaſphemia, quia plus homicidium nocet proximo, quam blaſphemia Deo. Ex hac parte igitur homicidium tenet primum locum inter peccata in proximum commiſſa.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit, intendens oſtendere blaſphemiam non eſſe grauiſſimum peccatum, etiã quod excedat homicidium in grauitate; inquit enim quicunque periurat,inducit Deum in teſtem falſitatis, & uidetur aſſerere Deum eſſe falſum,ſed non quilibet blaſphemus uſque huc procedit,ut Deum aſſerat eſſe falſum;ergo periurium eſt grauius peccatum, quam blaſphemia.

Argumenti ſolutio.

Ad Minorem dicit Theologus, quod blaſphemia eſt grauius peccatum ipſo periurio, prout dicit Gloſſa ſuper illud ad Epheſios 4. Blaſphemia tollatur à uobis.Inquit enim ibi. Peius eſt blaſphemare,quam periurare; qui enim periurat, non dicit,aut ſentit aliquod falſum de Deo,ſicut blaſphemus, ſed Deum adhibet teſtem falſitatis, non tanquam æſtimans Deum eſſe falſum teſtem,ſed tanquam ſperans, quod Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignum.

Argumẽtum tertium.

De nouo inſurgit Lector dicendo. Hæreſis eſt peſtis in Eccleſia Dei, & facit homines apoſtatare à fide; ergo hæreſis grauius peccatum eſt ipſa blaſphemia, cum blaſphemia hunc effectum non producat in Chriſtianos.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & ad probationem dicit,quod de hæreſi, & blaſphemia loqui poſſumus dupliciter, formaliter ex parte obiecti, & materialiter ex damni proximi. In primo ſenſu peccatum blaſphemię grauius eſt ipſa hęreſi: quia blaſphemia immediate eſt contra Deum & hæreſis contra proximum.Blaſphemus peccat ſcienter, & uoluntariè,ut dictum eſt. Hæreticus peccat ex ignorantia affectata,& craſſa. Hæreticus arbitratur, quod opinio ſua ſit uera, licet cognoſcat illam eſſe contra terminationem Eccleſiæ. Blaſphemus nouit falſiſſimum eſſe id,quod contra Deum dicit, propterea grauius eſt peccatum blaſphemi,quam hæretici. Quando hæreticus conculcat imagines grauiſſimè peccat;cum hoc tamen excuſat ſe dicẽdo,imagines non eſſe colendas:nec in hoc blaſphemus cędit hæretico, quia conculcat imaginata .ſ. Deum, & Sanctos, quos ſcit eſſe colendos.

Blaſphemia ẽ grauius peccatum periurio, & hęręſi. per ſe loquendo.

Argumẽtum quartum.

Lector format ultimum argumentum dicẽdo, Gloſſa ſuper Pſal. 47. in uerbis illis. Nolite extollere in altum cornũ ueſtrum,dixit,maximum eſt uitium excuſationis peccati; non ergo blaſphemia eſt maximum peccatum.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit,quod excuſatio peccati dupliciter conſiderari poteſt. Primum ut peccatum eſt in ſe.Secundo ut circumſtantia peccatorum; in primo ſenſu non eſt maximum peccatum;benè in ſecundo,prout docet Doctor ſanctus dicendo, quod excuſatio peccati eſt quędam circumſtantia aggrauans omne peccatum, etiam ipſam blaſphemiam, & pro tanto excuſatio peccati dicitur eſſe maximũ peccatum,quia quodlibet facit maius; unde argũ nihil concludit contra concluſionẽ,quia concluſio loquitur de grauitate peccati ſm̃ genus ſuum, non de grauitate ſecundum circumſtantiam tantum.

Excuſatio peccati ẽ circumſtãtia aggrauas omne peccatum. & impedit abſolutionem.

Obſeruandum igitur eſt,quod ad remiſſionem peccati,requiritur uera cognitio,contritio, & confeſſio peccati, & ideò quamdiu peccatum excuſatur à peccatore, tamdiu de illo non poteſt haberi remiſſio, immò tandiu aggrauatur, ita quod

ipſa excuſatio eſt quædam peccati aggrauatio: vnde per deteſtationē ſolet dici de aliquo peccatore. Non ſolum iſte peccauit, ſed etiam tantæ præſumptionis eſt, vt excuſet peccatum, ſeu non vult cognoſcere ſe peccaſſe, vel tam grauiter peccaſſe; Excuſatio dicitur aggrauare omne peccatum, quia non ſinit, quod peccatum remittatur, immò facit, quod non poſſit remitti. Et quia ipſa peccati excuſatio aggrauatio eſt, vt in Adam patuit Geneſ. 3. peſſima eſt accuſatio. De hoc caſu & dubijs, & de tota hac diſputatione ſatis dictum ſit.

DISPVTATIO QVINTA in littera B.

De Blaſphemia in Spiritum Sanctum.

IN hac quinta diſputatione, vt clarior ſit doctrina, Lector intendit modo diſputare de blaſphemia in Spiritum Sanctum, & proponit duos caſus, cum dubijs.

In primo caſu inquirit; Si blaſphemia in Spiritum Sanctum ſit idem cum peccato ex certa malitia.

In dubio quærit; Quot & quænam ſunt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum.

Caſus primus.

IN caſu primo igitur quærit Lector; Vtrum blaſphemia in Spiritum Sanctum ſit idem cum peccato ex certa malitia. Et adducit argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentatur authoritate Magiſtri ſententiarum 2. diſtinct. 43 §. A, dicit, quod ille peccat in Spiritum Sanctum, cui malitia propter ſe placet, ſed hoc eſt peccare ex certa malitia; ergo idem videtur eſſe peccatum ex certa malitia, & blaſphemia in Spiritum Sanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum. Peccatum in Spiritum Sanctum, eſt peccatum blaſphemiæ, vt habetur Matth. 12. ſed eſſe peccatum ex certa malitia, non eſt peccatum blaſphemiæ; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem cum peccato ex certa malitia. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor probatur. Malitia comitatur omnia genera peccatorum (cum quomodolibet peccatum poteſt fieri per malitiam) blaſphemia in Spiritum Sanctum non comitatur omne peccatum, vt de ſe patet; ergo non eſt idem cum peccato malitiæ.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro terminatione huius caſus tria facit. Primo obſeruat aliqua pro intelligentia doctrinæ huius diſputationis. Secundo duabus concluſionibus ſoluit quæſitum. Tertio reſpondet argumentis partis negatiuæ.

Quo ad primum dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod duo ſunt notanda in præſentia-rum. Primum, quod directè ſpectat ad propoſitum eſt, quod peccatum in Spiritum Sanctum ſecundum omnem acceptionem blaſphemia dicitur, non quod propriè loquendo ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ, niſi ſecundum primam acceptionem, in qua manifeſtè falſum de Deo, & de Ieſu Chriſto, & de Sanctis ſuis dicitur ignominiosè, propter quod iniuria in filium hominis eſt diſtincta contra iniuriam in Spiritum Sanctum. Iniuria in Spiritum Sanctum dicitur blaſphemia: quia eſt opus contrarium Spiritui Sancto, ſed ea ratione eſt peccatum in Spiritum Sanctum, quia qualitercunque impium, eſt blaſphemia, quoniam eſt opus contrarium Spiritui Sancto, ſicut è conuerſo omne opus pium confeſſio fidei eſt, prout hic docet Angelicus Doctor in reſponſione ad primum; Quot enim modis dicitur vnum oppoſitorum, tot dicitur & reliquum.

Peccatum in Spiritum ſanctum, ſecundum omnem acceptionē dicitur blaſphemia, licet non ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ.

Secundum notandum ex Bannenſi: Blaſphemia in Spiritum Sanctum poteſt contingere duobus modis, ſiue ſit in corde ſiue ſit in opere. Primo formaliter, & directè, & hoc quando quis ex intentione loquitur contra Deum, vel facit aliquid ad ſignificandam blaſphemiam mentalem. Secundo dicitur blaſphemia virtualiter, & interpretatiuè; vt quando aliquis non ex intentione dicit, vel facit aliquid contra Deum, & reuera credit illud in Dei contumelia, & conuitium, quod quidem tenebatur vitare, & ex culpa ſua, vel ex ignorantia culpabili non vitat. Et hac blaſphemia blaſphemat hæreticus, qui conculcat imagines, ita etiam peccat, qui facit aliquid, vel dicit, quod eſt cauſa quod alij blaſphemant nomen Chriſti; de quibus loquitur Apoſtolus dicendo. Nomen Dei propter vos blaſphematur inter gentes. Quemadmodum per contrarium, ſi quis facit opus bonum religionis, vel alterius virtutis coram hominibus; vnde alij Deum laudant, aut conuertuntur ad fidem, tale opus eſt confeſſio fidei, & laus diuina, quod manifeſtat Dominus Matth. 5. dicendo. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. Cui alludit Apoſtolus Petrus prima ſuæ Canonicæ, c. 2. dicendo. Ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter accipitur formaliter, & directè, & virtualiter, & interpretatiuè.

Tertium, quod indirectè occurrit notandum apud Dominum Caietanum eſt, deſumptum eſt à Scoto in 2. diſtinct. 43. quæſt. 2. arguunt, quaſi non affirmantes, ſcilicet, quod voluntas poſſit velle malum formaliter, & ex certa malitia ſic, quod non vellet illud ſub aliqua ratione boni, etiam apparente.

Impugnatio prima.

Pro quo fundamento Lector Theologus format duo argumenta apparentia in fauorē Scoti, illaque ſoluit. Primum, ſi voluntas hoc non poſſet, ſequeretur, quod voluntas creata non poſſet tendere in obiectum ſub aliqua ratione, ſub qua non poſſet tendere voluntas diuina. Probatur ſequela: quia voluntas poteſt tendere in omnem bonum ſubſtractum illi deformitati, licet non ſub illa ratione malitiæ concomitante.

Impugnationis reſponſio

Theologus vna cum Illuſtriſſimo Domino Caietano

Digitized by Google

Caietano dicit, quod argumentum hoc deficit in multis. Primo dicit, quod conſequentia eſt nulla, & quod eius probatio nihil valet: quia præter actũ ſubſtractum malitię in peccato, eſt apparens bonitas illius peccati, quæ apparentiam habet nunc, & non tunc, huic, & non iſti, in quam apparentem bonitatem non poteſt ferri diuina voluntas: quia vt ſic eſt ratio peccandi. Odium Dei apparet bonum impio; Deo autem non poteſt apparere bonum; ſimiliter eſt defectus in argumento, quia æquiuocat de amabili bono: cum non ad quodcunque bonum quæcunque voluntas poſſit tendere. Datur enim apparens bonum: Deus poteſt velle omne verum bonum, non autem bonum apparẽs, cum non poſſit velle peccatum, nec peccare. Peccate enim conſiſtit in velle bonitatem veram, vel apparentem. Concedimus tamen, quod peccans ex malitia poſſit velle malum ſub ratione mali, in ordine tamen ad aliquod bonum à ſe deſideratum; hoc autem Deus velle non poteſt; ergo falſa eſt propoſitio illa, ſcilicet, quod illud, quod poteſt voluntas peccatoris, poſſit voluntas diuina in ſenſu declarato.

Nulla voluntas poteſt, vel malum creato pôi illud velle ſub ſpecie boni, & non aliter.

Impugnatio ſecunda.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector dicendo. Poſito quod apprehendatur odium Dei ab aliqua potentia intellectiua (non errante) ſequitur ex quo non errant, quod non oſtendat odium Dei ſub ratione boni, ſed tantum ſub ratione mali. Tũc ſic, aut voluntas poteſt illud velle, aut non, ſi poteſt illud velle; ergo voluntas poteſt velle malum ſub ratione mali, cum in re illa non ſupponatur aliqua bonitas. Et ſi non poteſt illud velle, niſi ſub ratione boni, non poteſt illud velle ſimpliciter, vel oportet rationem eſſe excęcatam prius naturaliter, quod videtur inconueniens, & contra articulum Pariſienſium &c.

Impugnationis reſponſio

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod argumẽtum hoc etiam in multis deficit. Primo, quia ponit malum integrum, quod implicat contradictionem: ponit enim odium Dei, vt obiectum præueniens actum voluntatis, eſſe tãtum malum; obiectum autem poſitum in intellectu, & in ſolo eſſe obiectiuo voluntatis impoſſibile eſt, quod ſit tantum malum; quoniam oportet, quod includat actum ſubſtractum; v.g. in propoſito noſtro, odium Dei pręſentatum voluntati, includit in ſe actum voluntatis, qui eſt odium, & deformitas ratione indebitæ materiæ, ſcilicet Dei; vnde argumentum continet fallaciam non diſtinguendo, inter odium Dei in actu ſignato, & in actu exercito: vtrunque enim ſignificat malum, quod impoſſibile eſt eſſe integrum. Vnde ad argumentum dicimus, quod eſt impoſſibile odire Deum abſque errore; argumentum enim deficit penes intellectum errantem naturaliter, ſi voluntas fertur in obiectum ſecundum apparentem, & non ſecundum realem exiſtentiam obiecti. In tractatu de Angelis, Doctor ſanctus oſtendit, quod peccare non contingit, niſi voluntas feratur in bonum, vel in apparens bonum, vnde intellectus non poteſt errare naturaliter, ſed errat quando non vult ſeruare regulas, & non aliter. Articulus Pariſienſis, qui oppoſitum affirmat non acceptatur à nobis. Accedamus ad concluſiones.

Concluſio prima. Peccatum ex malitia, vt malitia, dicitur inclinatio habitus, & vt ſic, nõ eſt idem, quod peccatum in Spiritum Sanctum.

Peccatũ ex malitia, vt malitia dicitur inclinatio habitus, & nõ eſt idẽ ꝙ peccatum ĩ Spiritũ ſanctum

Probatur concluſio iſta. Nam peccare ex habitu vitioſo in plus ſe habet, quam peccare in Spiritum Sanctum; ergo non ſunt idem.

Probatur aſſumptum. In quocunque genere peccati contingit peccare ex inclinatione habitus vitioſi, vt ab infirmitate, & ignorantia diſtinguitur. Et tamen ſic peccans non erit peccans in Spiritum Sanctum, quia poterit eſſe neque deſperans, neque arrogans &c. Et ſic licet peccaret ex malitia non tamen peccaret in aliqua ſpecie peccati in Spiritum Sanctum (prout habebimus in dubio ſequẽti) & per conſequens non peccabit in Spiritum Sanctum: hoc enim verificatur de luxurioſis, de ſacrilegis, & de ſimilibus &c. vt clarius modo patebit.

Angelicus Doctor ponit tres expoſitiones peccati in Spiritum Sanctum, ſic enim dicit. De blaſphemia in Spiritum Sanctum tripliciter aliqui loquuntur. Doctores antiqui, ſcilicet, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, & Chryſoſtomus dicunt peccatum in Spiritum Sanctum eſſe, quando ad literam dicitur aliquod blaſphemum contra Spiritum Sanctum, ſiue ſumatur Spiritus Sanctus eſſentialiter, ſiue perſonaliter; eſſentialiter ſi blaſphemia ſit contra quamcunque perſonam ſanctiſſimæ Trinitatis, cum quilibet illarum ſit Spiritus, & ſanctus. Siue blaſphemia ſit contra Spiritum ſanctum perſonaliter, ſcilicet, contra tertiam perſonam ſanctiſſimę Trinitatis. In quo ſenſu Dominus noſter Matth. 12. diſtinguit blaſphemiam in Spiritum ſanctum, contra blaſphemiam in Filium, & in Patrem. Chriſtus enim operatur vtique quædã humanitus comedendo, bibendo, & ſimilia faciendo. Et quædam diuinitus, ſcilicet, dæmones eijciendo, mortuos ſuſcitando, & alia huiuſmodi operando, quæ quidem agebat per virtutem propriè diuinitatis, & per virtutem Spiritus ſancti, quo ſecundum humanitatem erat repletus. Iudæi primò dicebant blaſphemiam in filium hominis vocando illum voratorem, potatorem vini, & publicanorum amatorem. Poſtea eum blaſphemauerunt in Spiritum Sanctum, dum opera, quæ ipſe operabatur virtute propriè diuinitatis, & Spiritus Sancti, attribuendo illa Principi Dæmoniorum, & propter hoc dicuntur blaſphemaſſe in Spiritum Sanctum. D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini in monte, ſerm. 11. poſt medium tom. 10. dicebat; Blaſphemiam in Spiritum Sanctum eſſe finalem impœnitentiam, quando, ſcilicet, aliquis perſeuerat in peccato mortali vſque ad mortem, quod quidẽ non ſolum verbo oris ſui, verbo cordis, & operis, nõ vno, ſed multis modis accumulat iniquitatẽ ad iniquitatem. Hoc autem verbum ſic acceptum dicitur eſſe contra Spiritum Sanctum, qui dixerit uerbum in Spiritum Sanctum, ſcilicet, contra remiſſionem peccatorum, quæ fit per Spiritum Sanctum, qui eſt charitas Patris, & Filij. Nec hoc dixit Dominus Iudæis, quaſi ipſi peccauerint in Spi-

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter ſumi poteſt, ſ. eſsẽtialiter, & perſonaliter.

Blaſphemia ſeu peccatũ in Spiritum ſanctum per D. Auguſt. dicitur finalis impœnitentia.

ritum

ritum Sanctum. Cum nondum eſſent finaliter impœnitentes, ſed admonuit eos, inquit Pater Auguſtinus, ne taliter loquentes, & de Chriſto cogitantes ad hoc peruenirẽt, quod in Spiritum ſanctum peccarent. Et ſic intelligendum eſt id, quod dicit Dominus Matth. 3. poſt verba illa: Qui autem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum &c. Et ſubiungit Euangeliſta, quoniam dicebant, ſpiritum immundum habet. Et in opuſculo 50. lib. 1. retractationum, cap. 19. vbi explicat illud Io. 5. Eſt peccatum ad mortem; non dico, vt pro illo roget quis, & exponit de peccato finalis impœnitentiæ.

Tertia autem explicatio huius dicti, quæ videtur eſſe D. Thom. vt reſpondeat titulo quæſiti, eſt alia à prima expoſitione, eſt tamen quaſi eius moderatio, quoniam appropriata diuinis perſonis cõmunia ſunt ratione diuinæ eſſentiæ; per quam operatur Deus ad extra, etiam opera ſalutis noſtræ per gratiam; vnde Doctor ſanctus inquit. Alij vero aliter accipiunt, dicentes peccatum in Spiritum ſanctum eſſe, quando aliquis peccat contra appropriatum bonum, attributum Spiritui Sancto. Sic enim Spiritui Sancto appropriatur bonitas, ſicut & Patri appropriatur omnipotentia, & Filio appropriatur ſapientia; vnde peccatum in Patrem dicunt eſſe, quando peccatur ex infirmitate, peccatum in Filium, quando peccatur ex ignorantia, peccatum in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex certa malitia, ideſt ex ipſa electione mali, vt alias dicetur, quod quidem contingit dupliciter, inquit Doctor ſanctus: vno modo ex inclinatione habitus vitioſi, qui malitia dicitur. Et ſic non eſt idem peccare ex malitia, & peccare in Spiritum Sanctum, vt oſtenſum eſt in concluſione ſuperiori. Alio modo contingit peccare ex eo, quod per contemptum abiicitur & remouetur id quod electionem peccati poterat impedire, ſicut ſpes per deſperationem, & timor per præſumptionem, & quædam alia ſimilia, quæ manifeſtantur 2. 2. qu. 20 & 21. & dicetur in dubio ſequenti; hæc autem omnia quæ peccati electionem impediunt, ſunt effectus Spiritus Sancti in nobis cauſati. Et ideo ſic ex malitia peccare, eſt peccare in Spiritum ſanctum: quia voluntatè, & ex electione peccat iſte; ex his ponitur concluſio ſequens.

Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur, quod eſt contra bonitatẽ, quæ attributa eſt Spiritui ſancto, ſ. ex certa malitia, & ex electione mali.

Concluſio ſecunda. Peccare ex malitia, vt malitia dicitur contẽptum remedij contra peccatum, ideſt, illius rei, quæ poterat impedire, quod peccatum eligeretur, eſt peccare in Spiritum Sanctum.

Peccare ex contẽptu illorum quæ impediunt electionẽ peccati eſt peccare in Spiritum ſanctum.

Concluſio iſta probatur ſic. Peccare ex malitia eſt per contemptum remouere, abiicere que id, per quod electio peccati poteſt impediri, vt ſpem per deſperationem, timorem per præſumptionem &c, prout in dubio clarius demonſtrabimus, vbi apparebit ſex eſſe ſpecies peccati in Spiritum Sanctum; proponamus igitur dubium.

Dubium.

Lector in hoc dubio quærit; An conuenienter aſſignentur ſex ſpecies peccati in Spiritum Sanctum, ſcilicet, deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio cognitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ. Pro utraque parte dubij ſunt rationes apparentes.

Pro parte affirmatiua format ratiocinium ex D. Auguſtino, in lib. de fide, ad Petrum, capit. 3. per vnum folium ante finem tomi tertij, quo in loco dicit, Illi qui deſperant de indulgentia peccatorũ, vel qui ſine meritis de miſericordia Dei præſumũt, peccant in Spiritum ſanctum. Et in Enchirid. cap. 82. to. 7. dicit, qui obſtinatione mentis diem claudit extremum, reus eſt peccati in Spiritum ſanctũ. Et in lib. de verbis Domini, ſerm. 11. à medio tomi 10. dicit, quod impœnitentia eſt peccatum in Spiritum ſanctum. Et in lib. de vnico baptiſmo dicit, qui veritatem contemnit, aut circa fratres malignus eſt, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione Eccleſia inſtruitur, & ſic videtur, quod peccet in Spiritum ſanctum. Et in lib. 1. de ſermone Domini in monte, capit. 44. paulò à principio dicit, quod inuidiæ facibus fraternitatem impugnare eſt peccatum in Spiritum ſanctum; ergo ſex ſpecies aſſignatæ ſupra ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua taliter argumentatur. Negare diuinam iuſtitiam vel miſericordiam ad infidelitatem pertinet, ſed per deſperationem aliquis reiicit diuinam miſericordiam, per præſumptionem diuinam iuſtitiam; ergo vnumquodque iſtorum potius eſt ſpecies infidelitatis, quam ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro huius dubij deciſione tria facit. Primo ſupponit vnum. Secundo ſatisfacit dubio vnica concluſione affirmatiua. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Suppoſitum deſumitur ex Domino Caietano 2. 2. quæſt. 14. a. 2. quo in loco dicit obſeruandum eſſe, quod quando dicitur peccatum Spiritus ſancti eſſe ſpeciale genus peccati, & quod eius ſpecies ſunt ſex, prout habetur ex Magiſtro 2. diſtinct. 43. ſcilicet, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, impugnatio cognitæ veritatis, impœnitentia, & inuidia fraternæ gratiæ; obſeruat inquit, quod non eſt proprium genus habens ſub ſe has ſpecies, vel quod ſit genus diuiſum in has ſpecies. Ratio eſt: quia differentiæ conſtitutiuæ iſtarum ſpecierum non ſunt eiuſdem generis (vt patet diſcurrendo) Dicitur tamen genus, quod diuiditur in quaſdam ſpecies, quia eſt quoddam prædicatum commune ad quaſdam ſpecies peccatorum. Et hoc ſufficit, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, literæ ponentis differentiam inter peccatum in Spiritum ſanctum, quando eſt generalis conditio, aut circumſtantia eiuſdem peccati, & quando eſt ſpeciale peccatum commune, vt genus ad multas ſpecies. Bannes tamen eodem loco dicit, quod ſi aliquis aſſereret has eſſe propriè ſpecies ſub uno genere, ſatis probabiliter loqueretur. Et reddit rationem dicendo: quia quamuis illæ ſpecies conſideratæ abſolutè, non pertineant per ſe ad illud genus, tamen

Sex ſũt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, impœnitẽtia, impugnatio veritatis cognitæ, & inuidia fraternæ gratiæ.

tamen

Digitized by Google

tamen conſideratæ ſub hac ratione, in qua omnes ſex illæ ſpecies conueniunt, ſcilicet, quatenus remouent directè illud, per quod homo abſtrahitur à peccato, per ſe conſtituitur ſub illa ratione communi proprijs differentijs ſpecificis. In quo videtur etiam conuenire Dominus Caietanus, dum dicit, quod hic non tractatur de iſtis peccatis abſolute, ſed vt ſunt peccata in Spiritum Sanctum, quatenus conſtituuntur per contemptum retrahentium à peccato. Hæc ſint pro fundamento doctrinæ, progrediamur ad concluſionem.

Nota. Concluſio: prædictæ ſpecies conuenienter aſſignantur pro peccatis in Spiritum Sanctum, accipiendo peccatum in Spiritum Sanctum, vt dicit contemptum eius, quod electionem peccati impedire poteſt.

Probatur concluſio iſta. Sex ſunt, per quorum conſiderationem homo ab electione peccati poteſt impediri. Iſtæ ſpecies, vel deſumuntur ex parte diuini iudicij, vel ex parte donorum Dei, vel ex parte ipſius peccati.

Ex parte diuini iudicij primò auertitur homo ab electione peccati ex conſideratione diuini iudicij, in quo reperitur iuſtitia cum miſericordia: per ſpem homo conſurgit ad miſericordiam Dei, quæ dimittit peccata, & dat premia æterna. Hæc ſpes tollitur per deſperationem.

Similiter homo fugit peccatum ex timore pœnæ, quam infert diuina iuſtitia puniendo peccata. Et hic timor tollitur per præſumptionem, dum aliquis præſumit ſe gloriam poſſe adipiſci ſine meritis, vel poſſe obtinere veniam abſque pœnitentia.

Dona autem Dei, quibus homo retrahitur à peccato, ſunt duo, quorum vnum eſt cognitio veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis cognitæ, dum ſcilicet veritatem cognitæ fidei impugnat, vt licentius peccet. Aliud eſt auxilium interioris gratiæ, contra quod ponitur inuidia fraternę gratiæ, dum aliquis non ſolum inuidet perſonæ fratris, ſed etiam inuidet gratiæ Dei creſcenti in mundo.

Ex parte autem peccati duo ſunt, quæ hominem à peccato retrahere poſſunt, quorum primum eſt inordinatio, & turpitudo actus, cuius conſideratio inducere ſolet pœnitentiam in homine de peccato commiſſo, contra hoc ponitur impœnitentia, non eo modo quo dicit permanentia in peccato vſque ad mortem, ſicut accipitur aliquando impœnitentia ipſa. Sic enim eſſet ſpirituale peccatum, ſed accipitur hic impœnitentia, ſecundum quod importat propoſitum non pœnitendi. Aliud eſt paruitas, & breuitas boni, quod quis in peccato quærit, iuxta dictum Apoſtoli, Roman. 6. dicentis. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Cuius conſideratio inducere ſolet hominem ad hoc, quod eius voluntas in peccato non firmetur. Et hoc tollitur per obſtinationem, quando ſcilicet homo firmat ſuum propoſitum in malum, vt firmetur in peccato. Et de his duobus dicitur Hierem. 8. Nullus eſt, qui agat pęnitentiam ſuper peccato ſuo dicens, quid feci. Et hoc quo ad primum dicit: Omnes conuerſi ſunt ad vetum quaſi equus impetu vadens ad pallium, quantum ad ſecundum.

Ex his ſequitur vnum corolarium, ſcilicet, quod ex conſideratione harum ſex ſpecierum peccatorum in Spiritum Sanctum, poteſt haberi cauſa, vnde prouenit, quod homo ſic faciliter peccat, & cum tanta difficultate ad feruorem boni trahatur. Vtrunque enim horum procedit ex inconſideratione debita iſtorum, quæ poſſunt homines ab electione illorum, quæ nos remouent à peccato, vel prohibent peccare ex qua inconſideratione multa committimus peccata. Hæc pro ſecundo puncto: nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ. Inconſideratio ſpecierū peccatorū in Spiritum ſanctū, & remediorū, eſt occaſio, ꝙ multi dānantur.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod peccatum deſperationis, vel præſumptionis non conſiſtit in hoc, quod Dei iuſtitia, vel miſericordia non credatur, ſed in hoc, quod contemnitur; vnde conceditur Maior, & Minor propoſitio, vt iacent, & interpretando ly reijcere, ſcilicet, per contemptum, ſed non attingitur ab arguente ſenſus concluſionis, tantum enim aberrant à vero ſenſu, vt illum non percipiat. Inſtant. ſolutio.

Inſurgit argumentator, & format ſecundam inſtantiam contra has ſpecies dicendo. Impœnitentia videtur reſpicere peccatum præteritum, obſtinatio peccatum futurum, ſed præteritum, & futurum non diuerſificant ſpecies virtutis, vel vitij; ergo. Probatur hoc: ſecundum enim eandem fidem, qua credimus Chriſtum natum, antiqui crediderunt eum naſciturum; ergo obſtinatio, & impœnitentia non debent poni duæ ſpecies peccati in Spiritum Sanctum. Inſtantia 2.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod obſtinatio, & impœnitentia non ſolum differunt ſecundum præteritum, & futurum, ſed etiā ſecundum quaſdam rationes formales ex diuerſa conſideratione illarum, quæ in peccato conſiderari poſſunt. Præteritum enim, & futurum, vt ſic præciſè ſumpta, non conſtituunt ſpecies has, ſcilicet, obſtinationem, & impœnitentiam, vt opinabatur argumentator, propterea non tangit ſenſum concluſionis noſtræ. Inſtant. ſolutio.

Non acquieſcit argumentator, propterea de nouo inſtat dicendo. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, vt habetur Io. 1. ergo videtur, quod impugnatio veritatis cognitæ, & inuidia fraternæ gratiæ, magis pertineant ad blaſphemiam Filij, quam Spiritus Sancti. Inſtantia 3.

Hanc inſtantiā ſoluit Theologus dicendo, quod gratiam, & veritatem Chriſtus fecit vtque, ſed per dona Spiritus Sancti, quæ hominibus dedit; vnde dicitur, quod inſtantia facta nihil concludit contra intentum noſtrum, cum gratia, & veritas per Spiritum Sanctum facta ſit. Si enim gratia, & veritas non eſſet facta per dona Spiritus Sancti, principaliter, inſtantia aliquid concluderet, modo negamus hoc. Inſtant. ſolutio.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo. D. Bernardus dicit in lib. de diſpenſ. quod nolle obedire Inſtantia 4.

dire

dire eſt reſiſtere Spiritui Sancto. Gloſſa etiam dicit ſuper Lucam 7. quod ſimulata pœnitentia eſt blaſphemia Spiritus Sancti. Schiſma videtur etiam directè opponi Spiritui Sancto, per quem Eccleſia vnitur. Et ita videtur, quod non ſufficienter tradunt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod inſtantia iſta concluderet, quando illa tria numerata in argumento non reducerentur ad ſpecies aſſignatas in deciſione dubij, modo negamus, quod non reducantur. Nolle obedire, pertinet ad obſtinationem, ſimulatio pœnitentiæ, reducitur ad impœnitentiam, ſchiſma ad inuidiam gratiæ fraternæ, per quam membra Eccleſiæ vniuntur. Et hæc ſunt pro dubio, & caſu. Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti reſponſio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod ſicut confeſſio fidei non ſolum cōſiſtit in proteſtatione oris, ſed etiam in proteſtatione operis, Ita & blaſphemia in Spiritum Sanctum poteſt conſiderari in ore, in corde, & in opere.

Reſponſio igitur iſta, quæ eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani conſiſtit in hoc, quod ſicut omne opus pium fidelis poteſt dici confeſſio. Ita omne peccatum cordis, oris, & operis poteſt dici blaſphemia, & per hoc multitudines peccatorum, quæ ex certa malitia committi poſſunt, non obſtant quin peccare ex certa malitia ſit blaſphemia, quoniam omnes illæ blaſphemiæ ſaltem operis ſunt in Spiritum Sanctum; inquit Magiſter Seraphinus à Porecta, etiam quod non ſit blaſphemia per locutionem oris prolata contra Spiritum Sanctum, propterea argumentum non concludit, quia credebat concluſionem loqui de blaſphemia oris tantum, quod falſum eſt.

Blaſphemia in Spiritum Sanctum pōt eſſe peccatū oris, cordis, vel operis, & etiam quodlibet aliud peccatum.

Ex his deducitur vnum corolarium, ſcilicet, quod multa alia peccatorum genera, quę non ſunt blaſphemiæ per locutionem oris, poſſunt committi ex certa malitia, vt dicit Minor propoſitio argumenti.

Et tamen, vt dicit concluſio ſecunda caſus, erunt peccata, ſeu blaſphemia in Spiritum Sanctum; ergo illud dictum Domini Matth. 12. intelligitur de blaſphemia, non oris tantum, ſed etiam cordis, & operis, licet tunc Dominus loqueretur ad blaſphemantes ore. Nam in blaſphemia oris iſtorum includebantur, & aliæ, quoniam corde blaſphemabant credentes vnum eſſe, quod ore dicebant, & opere blaſphemabant, quærendo ſic pro ſuo poſſe auertere deuotionem turbarum, ſeu populorum à Chriſto; vnde ex hac Euangelij litera, tanquam in illa fundatus, dicit Doctor ſanctus, quod blaſphemia in Spiritum Sanctum eſt triplex, in ore, in corde, & in opere.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra ſupradicta, & format ſecundum argumentum dicendo. Peccatum ex certa malitia dicitur, prout diſtinguitur contra peccatum ex ignorantia, & contra peccatum ex infirmitate, ſed peccatum in Spiritum Sanctum diuiditur contra peccatum in Filium hominis, prout habetur Math. 12. ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem, quod peccatum ex certa malitia. Probatur hoc ex regula illa Ariſtotelica. Quorum oppoſita ſunt diuerſa, ipſa quoque ſunt diuerſa.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento dicit, ex his, quæ dicta ſunt pro concluſionibus caſus, ſcilicet, quod ſecūdum tertiam acceptionem, blaſphemia in Spiritum Sanctum diſtinguitur contra blaſphemiam in Filium hominis ſecundum quod Filius hominis eſt Filius Dei, ideſt, Dei virtus, & Dei ſapientia; vnde ſecundum hoc (inquit Doctor ſanctus) peccatum in Filium hominis erit peccatum ex ignorantia, vel ex infirmitate, ex quo apparet, quod argumentum non concludit. Nam ſic argumentum concludere deberet affirmatiuè, & non negatiuè, vt facit. Concludere deberet, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt idem, quod peccatum ex certa malitia, & non concludere negatiuè, vt facit. Si autem peccatum ex certa malitia contra peccatum ex ignorantia, & contra peccatum ex infirmitate, peccatumque in Spiritum Sanctum diuiditur contra peccatum in Filium hominis; Vtique ſi peccatum ex ignorantia, vel ex infirmitate eſt contra Filium hominis, ideſt, eſt peccatum in Filium hominis, ſequitur neceſſario, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt idem, quod peccatum ex certa malitia, & ſic ſtante argumento ſic gloſſato, non eſt contra, ſed pro concluſione.

Argumētum tertium.

Non acquieſcit Lector, inſurgit & format vltimum argumentum contra prædicta dicendo. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt, quoddam genus peccati, cui determinatæ ſpecies aſſignantur, ſed peccatum ex certa malitia, non eſt ſpeciale genus peccati, ſed eſt quædam conditio, quæ poteſt eſſe circa omnium peccatorum genera, vel circumſtantia generalis; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem, quod peccatum ex certa malitia.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento per diſtinctionem dicendo: quod peccatum ex certa malitia dupliciter conſideratur. Primo, ſecundum quod prouenit ex malitia habitus, & ſic non eſt peccatum in Spiritum Sanctum, ſed eſt quædam generalis conditio peccati. Secundo conſideratur, prout eſt ex ſpirituali contemptu effectus Spiritus Sancti in nobis. Et ſic habet rationem ſpecialis peccati. Et ſecundum hoc peccatum in Spiritum Sanctū eſt ſpeciale genus peccati; ſimiliter eſt ſpeciale genus peccati ſecundum primam expoſitionem aſſignatam pro concluſionibus, ſecundum expoſitionem ſecundam datam a D. Auguſtino, non eſt ſpeciale genus peccati. Cum finalis impœnitentia poſſit eſſe vniuerſalis circumſtantia cuiuſlibet generis peccati. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubio annexo: ſecundus caſus venit proponendus.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu quærit; Vtrum peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile?

In

Digitized by Google

In dubio poſtulat, An homo poſſit peccare primo in Spiritum Sanctum.

In ſecundo iſto caſu igitur quærit Lector; Vtrũ peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile? Et pro vtraque parte (more ſolito) adducit argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiuã tale format argumẽtum, ſcilicet, quod peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile. Dixit Dominus, Matth. 12. Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Et Diuus Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 44. paulò à principio tomi 4. dicit tanta eſt labes huius peccati, quod humiliatem deprecandi ſubire non poteſt; ergo peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibile.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt tale argumentum. D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini, ſerm. 2. à medio tomi 10. dicit hæc verba. De nullo deſperandum eſt, quandiu patientia Domini ad pœnitentiam adducit, ſed ſi aliquod peccatum eſſet irremiſſibile, eſſet de aliquo peccatore deſperandum, hoc non eſt faciendum; ergo peccatum in Spiritum ſanctum non eſt irremiſſibile.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa huiuſmodi caſum tria facit. Primo obſeruat duo. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, ſcilicet, quod tale peccatum ſit remiſſibile.

Omne peccatum ſecundũ fidem eſt remiſſibile, dũ ſumus ĩ hoc mundo. Quoad primum, ſupponendum eſt ſecundum fidem, nullum eſſe peccatum in hac vita, quod remitti non poſſit; de qua re Angelicus Doctor diſputat in 3. p. quæſt. 86. art. 1. contra Nouatum, & Armacenum.

Quæſitum. Secundum quod eſt obſeruandum, ponitur ab Illuſtriſſimo Domino Caietano pro dubio Nouitiorum. Inquit enim, cum commune ſit omni peccato mortali excludere omnia, per quæ fit remiſſio peccatorum, quoniam tollit gratiam, quæ eſt vita animæ, & conſtituit ipſam infirmabilem, immò mortuam. Cur peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile ex parte peccantis, quia excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum, ſcilicet, miſericordiam pro ſe, gratiam, pœnitentiam, & pronitatem ad bonum.

Quæſiti ſolutio. Satisfacit huic quæſito ipſemet Illuſtriſſimus Caietanus dicendo, quod inter peccata in Spiritum Sanctum, & alia peccata mortalia, hæc eſt differentia, quia peccatum in Spiritum Sanctum excludit directè retractatiuum à peccato; alia autem non excludunt hoc directè, ſed ex quadam ſequela. Non enim omnia peccata mortalia directè excludunt miſericordiam, ſicut deſperans, aut gratiam, aut dolens de diffuſione gratiæ diuinæ, & ſic de alijs. Et propterea huiuſmodi peccatum dicitur irremiſſibile, & morbus incurabilis ex parte peccantis, quia directè tollit ea, per quæ fit remiſſio, & cura, alijs peccatis tollentibus principium curæ ex conſequenti.

Angelicus Doctor pro hoc primo puncto dicit, quod ſecundum diuerſam acceptionem peccati in Spiritum Sanctum, diuerſimodè tale peccatum irremiſſibile dicitur. Si enim dicatur peccatum in Spiritum Sanctum finalis impœnitentia, ſic dicitur irremiſſibile, quia nullo modo remittitur: ſecundum autem alias duas acceptiones dicitur irremiſſibile, non quod nullo modo remittatur, ſed quia quantum eſt de ſe, habet, vt non remittatur. His obſeruatis, ponendæ ſunt concluſiones.

Peccatum in Spiritum ſanctum, prout dicit finalem impœnitẽtiã oĩno eſt irremiſſibile. Concluſio prima. Si dicatur peccatum in Spiritum Sanctum finalis impœnitentia, ſic dicitur irremiſſibile, quia nullo modo remittitur.

Probatur concluſio iſta. Peccatum mortale, in quo homo perſeuerat vſque ad mortem incluſiuè, in hac vita non remittitur per pœnitentiam, neque in futuro dimittitur, cum dicat Eccleſia. In Inferno nulla eſt redemptio. Et Sapiens. Vbi ceciderit lignum, manet in æternum. Taliter enim morientes ſunt in continua morte, quia hoc peccatum nõ dimittitur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, inquit Dominus, Matth. 12. Verba ſimilia videtur dixiſſe Dominus Phariſæis, Io. 8. quando eis dicebat. Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Et infra. Propterea dixi vobis, quod in peccatis veſtris moriemini; Si ergo nõ credītis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Vbi Chriſtus Deus docuit arbitrij libertatem, & gratiæ efficaciam. In hac vita acquiri poſſet, auxilio diuino mediante. Ita vt nemini deſperandum ſit in hac vita, quantumlibet ſit grauiſſimis criminibus irretitus.

Obſeruent peccatores. Dominus tamen noſter in huiuſmodi locutionibus ſignificat difficultatem pœnitentiæ: & conſequenter hortatur homines ad relinquenda peccata, & ad recurrendum ad Dei miſericordiam affirmans, quod ſi hoc non fecerint, in æternum peribunt infallibiliter propter ſuam malitiam.

Ad hoc enim tendit Concilium Cabilonenſe ſecundum, dicens. Peccatum ex certa malitia, eſt idẽ cum peccato in Spiritum Sanctum. Et c. 36. inquit Concilium. Peccata, quæ aut neceſſitate quadam, aut caſu, aut qualibet fiat fragilitate, eleemoſyna extinguit, ea verò, quæ ex induſtria, aut cuiuſmodi libidinis explendæ cauſa, idcircò fiunt vt eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt. Vbi habent ab effectu, quod peccata iſta ſunt irremiſſibilia, aut omninò ſi adſit finalis impœnitentia, aut cum difficultate remiſſibilia. Et in conſtitutionib. Apoſtolicis, authore Sancto Clemente Papa, & Martyre, lib. 2. cap. 27. Si quis de induſtria peccat, tentans Deum, quaſi non vleiſcentem mala, is remiſſionem non conſequetur, quamuis ſecum ipſe dicat, Sit mihi propitius Deus, quoniam ambulo in euerſione cordis mei praui. Talis fuit Amon, Manaſſès filius. Inquit enim Scriptura. Et cognouit Amon cogitationem tranſgreſſionis malam & dixit. Pater meus à iuuentute multa mala iniquè fecit, & in ſenectute pœnitentiam egit. Et nunc ego ambulabo, prout concupiſcit anima mea, & poſtea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conſpectu Domini, ſupra omnes, qui fuerunt ante ipſum. Et exterminauit eum Dominus

Atterrantur præſũptuoſi.

nus

nus citò à terra eius bona, & irruerunt in eum ſerui eius, & occiderunt ipſum in domo ipſius, & regnauit annos duos ſolos. Obſeruent iſta præſumptuoſi, pœniteant, & peccata ſua eleemoſynis redimant. Non enim quis peccare debet, vt eleemoſynis illa redimat, ſed ideò eleemoſynas facere debet, quia peccauit. Mentem enim, & corpus, quæ ad culpam liuido traxit, abiectio, & contritio reducant ad veniam. Obſeruet quiſque dicta Concilij, ne perueniat ad finalem impœnitentiam.

Concluſio ſecunda. Secundum quod peccare in Spiritum Sanctum dicitur peccare ex certa malitia (prout dictum fuit in concluſionibus præcedentis caſus) peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibile non omninò, ſed difficulter. Non quod nullo modo remittatur, ſed quia quantum ſit de ſe habet, vnde non remittatur, neque quoad pœnam, neque quoad culpam. Qui enim ex ignorantia, vel infirmitate peccat, minorem pœnam meretur, qui autem ex certa malitia peccat, excuſationem non habet. Similiter qui blaſphemabant Filium hominis, eius diuinitate nondum reuelata, poterant habere aliquam excuſationem (inquit Doctor ſanctus) propter infirmitatem carnis, quam in eo aſpiciebant, & ſic minorem pœnam merebantur, ſed qui ipſam diuinitatem blaſphemant, opera Spiritus Sancti Diabolo attribuens, nullam excuſationem habet. Vnde D. Io. Chryſoſt. dicebat, quod hoc peccatum non dimittitur Iudæis, neque in hoc ſeculo, neque in futuro: quia pro eo paſſi ſunt pœnam in præſenti vita per Romanos, & in futura vita patiuntur pœnas inferni. Et D. Athanaſius in tractatu, quem fecit de hoc dicto in Euangelio circa medium inducit exemplum de eorum parentibus, qui primo quidem contra Moyſem recalcitrauerunt propter defectum aquæ, & panis. Et hoc Deus ſuſtinuit patienter; habebant enim excuſationem ex infirmitate carnis. Sed poſtmodum grauius peccauerunt, quaſi blaſphemantes in Spiritum Sanctum beneficia Dei, qui eos de Ægypto duxerat, Idolo attribuentes, dum dicerent. Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti; vnde Deus, & temporaliter fecit eos punire: quia ceciderunt in die illa quaſi tria millia hominum. Et in futuro eis pœnas comminatur dicens. Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum illorum. Alio modo hoc peccatum in Spiritum Sanctum poteſt intelligi quo ad culpam, ſicut aliquis dicitur morbus incurabilis, ſecundum naturam morbi per quem tollitur id, per quod morbum poteſt curari; v.g. cum morbo tollit virtutem naturæ, vel inducit faſtidium cibi, & medicinæ, licet Deus talem morbum poſſit ſanare.

In hoc ſenſu peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremiſſibile ſecundum ſuam naturam, inquantum excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum. Per hoc tamen (inquit Doctor ſanctus) non excluditur poteſtas remittendi peccatum, & ſanandi, ab illo omnipotentiæ, & miſericordiæ Dei, per quem aliquando (quaſi miraculosè) ſpiritualiter ſanantur. Ex hoc diſcurſu habetur, quod quando dicitur peccatum in Spiritum Sanctum eſſe irremiſſibile, intelligitur non æqualiter, ſed proportionaliter in hoc ſenſu, & non aliter.

Peccatum enim ex certa malitia, ſcilicet, ex habitu vitioſo eſt minus irremiſſibile, quam peccatum proueniens ex finali impœnitentia. Obſeruandum etiam eſt, quod hoc ſecundum peccatum licet ex parte noſtri ſit omninò irremiſſibile, poteſt tamen quaſi miraculosè, remitti à Deo ex parte noſtri; eſt incurabile, quia ex parte ſui caret remedio, & medicina. Deus autem miraculosè poteſt illud remittere, quia non erit impoſſibile omne verbum apud Deum. Deus poteſt mutare cor pœnitentis, ſeu peccatoris, & ſaluare ipſum. Sanatur tamen peccator iſte difficiliter propter malignitatem peccati.

Peccatum in Spiritum ſanctũ nõ æqualiter dicitur remiſſibile, ſed proportionaliter ſãum.

Scrupulus.

LEctor dicit circa hanc concluſionem ſibi ſuboriri ſcrupulum, quidam circa irremiſſibilitatem peccati in Spiritum Sanctum. Inquit enim. Peccatum eo eſt irremiſſibilius, quo grauius eſt, ſed infidelitas, & odium Dei ſunt grauiora peccata, quam illa, quæ ponuntur peccata in Spiritum Sanctum; ergo ſunt magis irremiſſibilia iſta, quam illa, quia iſta ſunt contra fidem, charitatem, & virtutes Cardinales; ergo cum iſta ex ſua natura ſint remiſſibilia, & illa ſimiliter remiſſibilia erunt.

Scrupuli dilucidatio.

THeologus remouet huiuſmodi ſcrupulum dicendo, quod blaſphemia in Spiritum Sanctum continet in ſe, vt circumſtantiam, malitiam, odij Dei &c.

Contra, inquit Lector, non enim ex hac reſponſione intellectus acquieſcit, odium Dei ex genere ſuo eſt grauius peccatum, quam blaſphemia pro perfectius odium erit grauius peccatum, quam blaſphemia perfecta; ergo tale odium erit grauius peccatum, quam blaſphemia in Spiritum Sanctum.

Impugnatio.

Theologus hanc impugnationem diluit dicendo, quod cum fit comparatio inter peccata debet fieri ſecundum propria vtriuſque obiecti, & non ſecundum quod vnum includitur in alio. Vt ſi fieret comparatio per contrarium inter virtutes Fidem, ſcilicet, & Charitatem. Comparatio non eſt facienda, ſecundum quod fides perfecta includit charitatem, ſed ſecundum id quod fides habet de proprio, & immediato obiecto, quod quidẽ quamuis requirat aliquam affectionem voluntatis, non tamen ad eius eſſentiam pertinet charitas.

Impugnationis ſolutio.

Hoc ſtante, dicit ad argumentum, quod reſponſio data inſtantiæ pro ſcrupulo adducta eſt bona. Et rationem aſſignat dicendo, quod quamuis odium perfectum ſit grauius peccatum, quam perfecta blaſphemia ſi loquimur ex proprijs ipſius obiectis, tamen quia perfecta blaſphemia eſt ſimul cum odio Dei, ſicut perfecta fides eſt ſimul cum charitate. Vnde grauius peccatum eſt blaſphemia includens odium Dei, quam odium Dei ex ſe.

Odium Dei perfectũ grauius peccatũ eſt, quam perfecta blaſphemia, vt ſic, nõ tamẽ vt blaſphemia includit odiũ Dei.

ex ſe. Nam cum voluntas expreſsè deteſtatur diuinam bonitatem, ſtatim ſequitur vt mens loquatur male de Deo, ſcilicet, quod ſit iniuſtus, vel quid ſimile; Vnde odium Dei grauitatem habet blaſphemiæ in ſe, tanquam effectum neceſſarium, ſaltem blaſphemiæ cordis. Et odium Dei, vt ſic, poteſt computari inter blaſphemias in Spiritum Sanctũ; Secunda reſponſio eſt, ſcilicet, quod fieri poteſt, quod vnum peccatum ſit grauius alio, ſimpliciter loquendo, ex proprio obiecto, & tamen non ſit irremiſſibilius illo alio. Rationem aſſignat, quia contigit, quod qui peccatum grauius committit, non ita expreſsè reijciat remedia peccati; hoc videtur docere Angelicus Doctor 2.2 quæſt. 20. ar. 3. quo in loco dicit, quod deſperatio eſt grauius, hoc eſt periculoſius peccatum, quã infidelitas, & odium: quia relinquitur ſine remedio ex parte noſtra. Ex quibus colligere poſſumus, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibilius, quoniam expreſſius reijcit remedium peccati, ſcilicet, diuinam miſericordiam.

...quando peccatũ magis graue eſt remiſſibile, & minus graue eſt irremiſſibile.

Et ad id, quod tãtum de infidelitate dicit, quod infidelitas importat impugnationem cognitæ veritatis mentalis. Non ita vt ſit neceſſarium eſt, φ infidelis quiſquam cognoſcat primam veritatem, q̃ impugnat. Et quod cognoſcat illam, quando eã impugnat. Satis eſt, vt ſit ſibi propoſita, vt neceſſario credibilis. Quapropter illam reijcere eſt quaſi impugnare veritatem cognitam; ſimiliter odium Dei eſt quædam cordis blaſphemia, ex qua in promptu eſt, vt facilè oriatur, & erumpat loquutio oris blaſphemia, aut ſpecialis loquutio. Ex quo ſequitur hæc peccata eminenter continere in ſe grauitatem blaſphemiæ, & peccatorum in Spiritum Sanctum; vnde concedimus hæc peccata non eſſe minus remiſſibilia, quam peccata in Spiritum Sanctum. Hæc ſint pro ſecundo puncto. Et vt clarius exiſtat, dubium proponatur.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector; An homo poſſit primo peccare in Spiritum Sanctum. Et format rationes pro vtraque parte dubij.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Eccleſ. 11. dicit. Facile eſt in conſpectu Dei ſubito honeſtare pauperem; ergo è cõtrario poſſibile eſt ſecundum malitiam dæmonis ſuggerentis, vt ſtatim aliquis inducatur ad peccatum grauiſſimum, quod eſt peccatum in Spiritum Sanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Talis eſt ordo naturæ, vt ab imperfecto ad perfectum procedamus. Cum ergo peccatum in Spiritũ Sanctum ſit grauiſſimum, videtur quod homo ad hoc perueniat peccatum, mediantibus alijs peccatis. Antecedens licet de ſe ſit notiſſimum, probatur ex oppoſito. De bonis operibus dicitur Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux creſcit, & proficit vſque ad perfectum diem, ſed perfectum dr̃ in malis, φ eſt maximum malum, prout docet Phyloſophus 5. Metaphyſ. ergo non procedit de imperfecto ad perfectum; ergo de paruo malo ad maius, & ad maximum; ergo non poteſt homo primo peccare in Spiritum Sanctum, cum ſit maximum peccatum.

Dubij ſolutio pro utraque parte.

LEctor Theologus pro dubij dilucidatione tria facit. Primo declarat titulum quæſiti. Secundo ſex concluſionibus determinat intentũ. Tertio ſatisfacit inſtantijs oppoſitum concludentibus.

Quo ad primum aduertendum eſt, φ aduerbiũ illud in titulo quæſiti, ſ. ly primo. Circa hoc dicit Illuſtr. D. Caiet. quod ly primum non dicit ordinẽ ad omnimodam negationem peccatorũ in præteritũ, ſed ad negationem peccatorum perſeuerantiũ, ſeu permanentium. Ita φ non eſt quæſtio. An homo poſſit peccare in Spiritũ ſanctum, antequam peccet in alijs generibus peccatorũ. Sed an homo mundus à peccato per pœnitentiam, vel per innocentiam baptiſmalem, vel ẽt per hoc, φ nunquam peccauit mortaliter, poſſit peccare in Spiritum ſanctum primo. Et quod hic ſit ſenſus intellectus à D. Th. habetur ex litera reſpondente quæſito diuerſimode de caſu perfectorum, & de caſu malè diſpoſitorum. Homin. n. aliqui ante confeſſionem, & contritionem aſſueti ſunt deſperationibus, infidelitatibus, & luxurijs, abſq. multa difficultate reſiduando contemnunt Spiritum Sanctum, pp aliqua præcedentium ſcelerum malas diſpoſitiones ad hoc inclinantes, quibus faciliter conſentiunt.

Secundo obſeruandum eſt, quod ex ſcripturis habetur, quod cõicetur homo non peccat in Spiritũ ſanctum, niſi ſuppoſitis alijs peccatis. Hoc inſinuat Dominus Lucæ 11. dicendo. Cum immũdus ſpiritus exierit ab hominẽ &c. Vadit & ſumit alios ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, Et fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Ecce φ homo paulatim à minoribus peccatis ad maiora progreditur. Dixi cõiter, quia hoc non verificatur ſemper, & quo ad ſingulos homines. Ex quo ẽt habetur, quod nemo, vt in pluribus repente fit ſumus, vt in prouerbio dicitur. Hæc pro primo puncto, procedamus ad concluſiones.

Concluſio prima. Peccare in Spiritum ſanctum (non propriè dictum) ſcilicet, peccare ex certa malitia, ideſt, ex inclinatione habitus, nunquam contingit à principio.

Peccare in Spiritum ſanctum ex certa malitia, ſ. ex inclinatione habitus à principio nũquam contingit.

Concluſio iſta ſic declaratur ab Angelico Doctore. Inquit. n. ex iam dictis. ſ. in primo caſu, peccare in Spiritum ſanctum vno modo eſt peccare ex certa malitia, ex certa autẽ malitia dupliciter peccare contingit, vno modo ex inclinatione habitus, quod non eſt propriè peccare in Spiritũ ſanctum. Et hoc modo peccare ex certa malitia, contingere non poteſt à principio. Ratio huius concluſionis eſt; quia oportet actus peccatorum præcedere, ex quibus cauſatur habitus inclinans ad peccandum.

Concluſio ſecunda. Peccare in Spiritum Sanctum ex certa malitia, ideſt, abijciendo per contemptum retrahentia à peccando, præſupponit plerunque alia peccata. Et hoc eſt propriè peccare in Spiritum Sanctum, prout oſtenſum fuit in primo caſu.

I Proba-

Peccare in Spiritum ſanctũ ex certa malitia, abijciendo p cõtemptũ retrahentia à peccando, ſupponit plerũque alia peccata.

Probatur concluſio iſta authoritate Prouerbiorum 18. Impius cum in profundũ peccatorum venerit, contemnit. Ecce quod ante contemptum adeſt multitudo peccatorum.

Concluſio tertia. Poteſt contingere, quod aliquis in primo actu peccati in Spiritum Sanctum, peccet per contemptum.

Probatur concluſio iſta ex pluribus capitibus; tum propter deliberationem arbitrij, tum etiam propter multas diſpoſitiones præcedentes, tum etiam propter aliud vehemens motiuum ad malum, & faciens debilem effectum.

Vir imperfectus poteſt in primo actu peccare ĩ Spiritũ ſanctum, non tamẽ vir perfectus.

Concluſio quarta. In viris perfectis hoc vix, aut vnquam accidere poteſt, ſcilicet, quod ſtatim à principio peccent in Spiritum Sanctum.

Probatur concluſio iſta: quia viri perfecti habent fortem affectum ad bonum, etiam quòd ex alia parte habeant forte motiuum ad hoc malum peragendum, quod confirmat Origenes lib. 1. Periarchon cap. 3. circa finem tom. 4. dicendo: Arbitror, quod aliquis ex his, quæ in ſummo perfectionis gradu conſtiterit ad ſubitum euacuetur, aut decidat, ſed paulatim, ac per partes, eum decidere neceſſe eſt.

Concluſio quinta. Si peccatum in Spiritum Sanctum accipitur ad literam pro blaſphemia Spiritus Sancti, non poteſt eſſe primum peccatum: quia talis blaſphemia ſemper ex malitia contemptus procedit, per conſequens præſupponit alia peccata, vel iniquitates, à quibus procedit.

Vltima impœnitentia, q̃ eſt peccatum in Spiritũ ſanctum, homo non põt peccare primo, quia finis præſupponit præcedentia.

Concluſio ſexta. Si per peccatum in Spiritum Sanctum intelligatur finalis impœnitentia, tunc homo non poteſt peccare primò in Spiritum Sanctum, non præſuppoſitis alijs peccatis.

Probatur concluſio iſta: quia ad tale peccatum requiritur cõtinuatio peccatorum vſque ad finem vitæ, prout manifeſtauit D. Auguſtinus ſerm. 11. de verbis Domini, à medio tomi 10. Hæc ſint pro deciſione dubij. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit veriſſimum eſſe, quod tam in bonis, quam in malis, vt in pluribus proceditur ab imperfecto ad perfectum, prout homo perficitur ſiue in bono, ſiue in malo. Nihilominus poteſt occurrere in vtroque, quod vnus poſſit incipere à maiori, quam alius. Et ita illud à quo aliquis incipit, perfectus eſſe poteſt in bono, vel in malo ſecundum genus ſuum. Et per conſequens à peccato propriè dicto in Spiritum Sanctum, licet (inquit Doctor ſanctus) illud eſſet imperfectum, ſecundum ſeriem proceſſus hominis proficientis in peius, ideſt, ad alia peccata. Non quod alia peccata ſint peiora peccato in Spiritum Sanctum, dicitur hoc, ſed quia alia peccata, quæ ſequuntur, iuncta ſimul cum iſto, erunt quid maius, quam iſtud peccatum ſolum.

Inſtantia 2.

Lector contra hoc inſtat dicendo, Peccare in Spiritum Sanctum eſt peccare ex malitia certa, ſiue ex electione, ſed ſtatim non poteſt hoc homo, antequam multoties peccauerit, prout dicit Philoſophus 5. Ethic. vbi dicit, quod & ſi homo poſſit iniuſta facere, non tamen poteſt ſtatim operari, vt iniuſtus, ſcilicet, ex electione; ergo videtur, quod peccatum in Spiritum Sanctum non poſſit committi, niſi poſt alia.

Inſtant. ſolutio.

Theologus breuiter cum D. Thom. ſoluit hanc inſtantiam dicendo: quod ratio illa procedit de peccato commiſſo ex malitia certa, ſiue ex electione, In concluſione ſermo eſt de peccato propriè in Spiritum Sanctum, & non tam largè, vt facit argumentum. Immò vt ſic argumentum eſt in fauorem concluſionis.

Inſtantia 3.

Vltimo loco infingit argumentator, & inſtat ſic dicendo, Pœnitentia, & impœnitentia ſunt circa idem, ſed pœnitentia non eſt niſi de peccatis præteritis; ergo etiam impœnitentia, quæ eſt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum, erit de peccatis præteritis; ergo ſupponit alia peccata.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ reſpondet dicendo; quod laboramus in æquiuoco, hic fit æquiuocatio de pœnitentia; argumentum eſt de impœnitentia oppoſita pœnitentiæ, quæ eſt tertia pars ſacramenti illius, illa vtique præſupponit peccata; Nos autem loquimur de impœnitentia habituali, ſecundum quod ponitur ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, & ſic impœnitentia poteſt eſſe ante peccata. Poteſt enim ille, qui nunquam peccauit habere propoſitum, vel pœnitendi, vel non pœnitendi ſi contingerit ei peccare. Et hoc eſt, quod intelligimus in noſtris concluſionibus. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus partis affirmatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit primo argumento dicendo: quod de nemine deſperandum eſt in hac vita, conſiderata omnipotentia, & miſericordia Dei, ſed conſiderata conditione peccati, dicuntur aliqui filij diffidentiæ apud D. Paulum ad Epheſios 2. primò de quibus deſperari poteſt, Apoſtolus Io. Epiſtola 1. cap. 5. vtrunque ſimul conſiderauit, ſcilicet, omnipotentiam, & miſericordiam Dei, & conditionem peccati ex certa malitia, quando dixit; Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Dixerat prius, quod erat rogandum pro peccante, peccato non ad mortem. Et poſtea de peccato ad mortem ſubdit, Non pro illo dico, vt roget quis. Et hoc dixit, quia cõſiderabat malignitatem peccati, tamen ſi haberemus oculos ad omnipotentiam Dei, & ad miſericordiam eius, rogandũ eſt pro omnibus, vt per hoc oſtendat, quod ambobus his conſideratis de talibus peccatoribus, neque omninò eſt deſperandum, neque eſt omninò de conuerſione illorum præſumendum. In præmiſſis conformat ſe Eccleſia in quadã collecta dicens Deo, vt dimittat, quæ conſcientia metuit, & addiciat, quod oratio non præſumit. Huius ſñiæ videtur eſſe Apoſtolus Paulus ad Hebræos. Dum ex vna parte, i. ex parte malignitatis peccati dicit; Impoſſibile eſt, quod qui ſemel ſunt illuminati guſtarunt

De nemine peccatore in hac vita deſperandũ eſt attenta Dei miſericordia, benè aũt atẽta malignitate peccati.

quiꝫ competit pecuniæ per ſe ſecundario, vt commutatio pecuniæ pro pecunia. Dicitur per ſe talis vſus: quia competit pecuniæ, vt pecunia eſt. Dicitur ſecundarius: quia per ſe ordinatur ad illum vſum primarium, ſicut vſus calcei eſt per ſe calcei, primo venditiò illius eſt, vſus illius ſecundarius.

Pecuniæ vſus per accidens eſt, qui competit ei, non inquantum pecunia eſt, ſed ob alias cauſas; v.g. pecunia auri datur aurifici ad deaurandum, vel datur alicui ad oſtentationem, vel etiam poteſt dari ad medicinam, uel ad ſecuritatem pro pignore.

Onera triplicia, quæ variant lucra cābiorum licite ex illis acquiſita.

Tandem (ut ad propoſitum noſtrum deſcendamus) declarandum eſt id, quod requiritur ad cambium. Ad hæc enim, quod cambium ſit ſimplex requiritur utriuſque rei exiſtentia, itaquod qui recipit cambium in promptu habeat pecuniam illi alteri tribuendam, qui cambium dedit.

Item quantum maiora, & plura ſunt onera ad cauſam cambij pertinentia, tanto magis licitum eſt in lucro aſcendere, & è conuerſo.

Onera iſta ſunt in triplici differentia, quædam ſunt antecedentia, quædam concomitantia, quædam autem ſunt ad cambium ſubſequentia. Antecedentia ſunt pecuniæ diuerſarum generum, aggregandæ per miniſtros ad cambium ipſum. Concomitantia eſt numerare pecunias cambiendas in uno, uel diuerſis locis, in libro ſcribere, & exponere pecunias has multoties. Subſequentia ad cambium eſt, pati aliquod intereſſe, anxietas de ſolutione, non ſine expenſis uarijs, timor iuſtus de infortunijs, quæ omnia non tenetur campſor gratis ſufferre, cum omnia illa ſint precio æſtimabilia. Et per conſequens ex cambio accipere lucrum moderatè poteſt.

His igitur ſtantibus, pro fundamento totius doctrinæ, & pro primo puncto caſus præſentis, ponenda eſt concluſio, & ſic terminabimus ſecundum punctum.

Cambium ſecundū ſe turpitudinē quādam denotat honeſtis tamen de cauſis licitū eſt.

1 Concluſio. Ars campſoria, quam nummulariam appellat Ariſtoteles, ſi per ſe ſecundum ſonum uocis conſideretur, habet neſcio quid turpitudinis, non ex intrinſeco: quia ex parte finis, ſi ornata eſt debitis circumſtantijs eſt licita; tamen, quia ordinatur ad lucrum, quod inſatiabilitatem inſinuat, habet neſcio quid turpitudinis.

Concluſio iſta habet duas partes, & quo ad utranque eſt probanda.

Prima pars primo declaratur, & poſtea probatur. Quatuor enim ſunt genera actionum. Alia de ſuo genere bona, ut ſunt uirtutes. Alia de ſuo genere mala, ut ſunt peccata. Alia ſunt indifferentia, ut ambulare, ſedere, &c. Alia autem, quæ per ſe nudè conſiderata in malum ſonant, tamen ornata debitis circumſtantijs poteſt eſſe bona; ut negotiatio, ars campſoria, & ſimilia. Ars nummularia habet annexam turpitudinem, quia eſt circa pecuniam, quæ non eſt uenalis, ſed menſura rerum uenalium eſt, quæ lucratur ſine periculo, quod non fit in negotiatione aliqua.

Vnde concluſio iſta (inquit Bauienſis) ea ratione probatur, qua D. Thomas 2. 2. quæſtione 77, articulo quarto, probat ſimilem concluſionem de negotiatione. Eſt autem ratio ibidem D. Thomæ: Negotiatio importat quoddam fomentum cupiditatis, cui nullus eſt terminus, cum exerceatur lucri gratia; ergo de ſe iſta ars dicit quandam turpitudinem.

Quo ad ſecundam partem, ſcilicet, quod poſſit dehoneſtari aliquibus circumſtantijs, aſ patet quia tale lucrum poteſt ordinari uel ad neceſſitatem uitæ, uel ad bonum Reipublicæ, uel ad alias cauſas honeſtas, unde non ſolum à Theologis ars campſoria exiſtimatur licita, ſed Reipublicæ permaxime neceſſaria.

Clarum eſt enim, quod aliquando neceſſarium eſt ciuibus prouidere rem in netam cum ulterioribus commoditate; unde ſi ars iſta redditur illicita, totum prouenit ex parte campſoris: quia non candidè procedit in ſuo officio, quod melius patebit ex ſequentibus. Nunc accedamus ad primum dubium.

Dubium primum.

IN primo dubio quærit Lector; Vtrum plures ſint cambiorum ſpecies. Et pro utraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Argumentator rationem pro parte affirmatiua dicit eſſe manifeſtam; quia receptiſſimus uſus eſt, non ſolum apud uulgares, uerò apud Doctores plures eſſe ſpecies cambiorum; ergo dantur plures ſpecies cambiorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Cambium nil aliud eſt, quam rerum permutatio, ſed ex hoc, quod materia rei permutatur, non multiplicantur ſpecies; ergo ex diuerſa materia cambiorum, ſpecies cambiorum non multiplicantur, ergo non dantur plures ſpecies cambiorum.

Dubij deciſio pro utraque parte.

CIrca hoc dubium Theologus duo facit. Primo quinque concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias.

Cambiū non eſt genus plurium ſpecierum in ordine ad res, ut res ſunt.

Quo ad primum. Concluſio prima ponitur. Si res ipſæ, quatenus res ſunt, exiſtimentur cambium non eſt genus plurium ſpecierum.

Concluſio iſta eſt nota, ex ratione adducta pro parte negatiua dubij. Nam eadem eſt ratio cambire uinum pro oleo, & aurum pro domo, uel argentum pro auro, aut pro alio metallo. Actiones non ex materia, ſed ex obiecto ſpeciem mutant. Eadem enim eſt ars ſtatuaria ſiue in ligno ſculptio fiat, ſiue in lapide. Et in nummis eadem ſpecies furti eſt auri, & argenti. Similiter, ut in omnibus cambiorum generibus poſitis in uſu exemplum ponamus. Eadem eſt ratio iuſtitiæ, & iniuſtitiæ, cambire uinum pro oleo, & pecuniam pro frumento, atque nummum aureum pro argenteo. Nam æqualitas in illis omnibus

ipſa excuſatio eſt quædam peccati aggrauatio: vnde per deteſtationē ſolet dici de aliquo peccatore. Non ſolum iſte peccauit, ſed etiam tantæ præſumptionis eſt, vt excuſet peccatum, ſeu non vult cognoſcere ſe peccaſſe, vel tam grauiter peccaſſe; Excuſatio dicitur aggrauare omne peccatum, quia non ſinit, quod peccatum remittatur, immò facit, quod non poſſit remitti. Et quia ipſa peccati excuſatio aggrauatio eſt, vt in Adam patuit Geneſ. 3. peſſima eſt accuſatio. De hoc caſu & dubijs, & de tota hac diſputatione ſatis dictum ſit.

DISPVTATIO QVINTA in littera B.

De Blaſphemia in Spiritum Sanctum.

IN hac quinta diſputatione, vt clarior ſit doctrina, Lector intendit modo diſputare de blaſphemia in Spiritum Sanctum, & proponit duos caſus, cum dubijs.

In primo caſu inquirit; Si blaſphemia in Spiritum Sanctum ſit idem cum peccato ex certa malitia.

In dubio quærit; Quot & quænam ſunt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum.

Caſus primus.

IN caſu primo igitur quærit Lector; Vtrum blaſphemia in Spiritum Sanctum ſit idem cum peccato ex certa malitia. Et adducit argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentatur authoritate Magiſtri ſententiarum 2. diſtinct. 43 §. A, dicit, quod ille peccat in Spiritum Sanctum, cui malitia propter ſe placet, ſed hoc eſt peccare ex certa malitia; ergo idem videtur eſſe peccatum ex certa malitia, & blaſphemia in Spiritum Sanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum. Peccatum in Spiritum Sanctum, eſt peccatum blaſphemiæ, vt habetur Matth. 12. ſed eſſe peccatum ex certa malitia, non eſt peccatum blaſphemię; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem cum peccato ex certa malitia. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor probatur. Malitia comitatur omnia genera peccatorum (cum quomodolibet peccatum poteſt fieri per malitiam) blaſphemia in Spiritum Sanctum non comitatur omne peccatum, vt de ſe patet; ergo non eſt idem cum peccato malitiæ.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro terminatione huius caſus tria facit. Primo obſeruat aliqua pro intelligentia doctrinæ huius diſputationis. Secundo duabus concluſionibus ſoluit quæſitum. Tertio reſpondet argumentis partis negatiuæ.

Quo ad primum dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod duo ſunt notanda in præſentiarum. Primum, quod directè ſpectat ad propoſitum eſt, quod peccatum in Spiritum Sanctum ſecundum omnem acceptionem blaſphemia dicitur, non quod propriè loquendo ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ, niſi ſecundum primam acceptionem, in qua manifeſtè falſum de Deo, & de Ieſu Chriſto, & de Sanctis ſuis dicitur ignominioſè: propter quod iniuria in filium hominis eſt diſtincta contra iniuriam in Spiritum Sanctum. Iniuria in Spiritum Sanctum dicitur blaſphemia: quia eſt opus contrarium Spiritui Sancto, ſed ea ratione eſt peccatum in Spiritum Sanctum, quia qualitercunque ſumptum, eſt blaſphemia, quoniam eſt opus contrarium Spiritui Sancto, ſicut è conuerſo omne opus pium confeſſio fidei eſt, prout hic docet Angelicus Doctor in reſponſione ad primum; Quot enim modis dicitur vnum oppoſitorum, tot dicitur & reliquum.

Peccatum in Spiritum ſanctum, ſecundum omnem acceptionē dicitur blaſphemia, licet non ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ.

Secundum notandum ex Bannenſi: Blaſphemia in Spiritum Sanctum poteſt contingere duobus modis, ſiue ſit in corde ſiue ſit in opere. Primo formaliter, & directè, & hoc quando quis ex intentione loquitur contra Deum, vel facit aliquid ad ſignificandam blaſphemiam mentalem. Secundo dicitur blaſphemia virtualiter, & interpretatiuè; vt, quando aliquis non ex intentione dicit, vel facit aliquid contra Deum, & reuera cedit illud in Dei contumelia, & contumium, quod quidem tenebatur vitare, & ex culpa ſua, vel ex ignorantia culpabili non vitat. Et hac blaſphemia blaſphemat hæreticus, qui conculcat imagines, ita etiam peccat, qui facit aliquid, vel dicit, quod eſt cauſa quod alij blaſphemant nomen Chriſti; de quibus loquitur Apoſtolus dicendo. Nomen Dei propter vos blaſphematur inter gentes. Quemadmodum per contrarium, ſi quis facit opus bonum religionis, vel alterius virtutis coram hominibus; vnde alij Deum laudant, aut conuertuntur ad fidem, tale opus eſt confeſſio fidei, & laus diuina, quod manifeſtat Dominus Matth. 5. dicendo. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. Cui alludit Apoſtolus Petrus prima ſuæ Canonicæ, c. 2. dicendo. Ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter accipitur formaliter, & directè, & virtualiter, & interpretatiuè.

Tertium, quod indirectè occurrit notandum apud Dominum Caietanum eſt, deſumptum eſt à Scoto in 2. diſtinct. 43. quæſt. 2. arguunt, quaſi non affirmantes, ſcilicet, quod voluntas poſſit velle malum formaliter, & ex certa malitia ſic, quod non vellet illud ſub aliqua ratione boni, etiam apparente.

Impugnatio prima.

Pro quo fundamento Lector Theologus format duo argumenta apparentia in fauorē Scoti, illaque ſoluit. Primum, ſi voluntas hoc non poſſet, ſequeretur, quod voluntas creata non poſſet tendere in obiectum ſub aliqua ratione, ſub qua non poſſet tendere voluntas diuina. Probatur ſequela: quia voluntas poteſt tendere in omnem bonum ſubſtractum illi deformitati, licet non ſub illa ratione malitiæ concomitante.

Impugnationis reſponſio.

Theologus vna cum Illuſtriſſimo Domino Caietano

Digitized by Google

Caietano dicit, quod argumentum hoc deficit in multis. Primo dicit, quod conſequentia eſt nulla, & quod eius probatio nihil valet: quia præter actũ ſubſtractum maliciæ in peccato, eſt apparens bonitas illius peccati, quæ apparentiam habet nunc, & non tunc, huic, & non iſti, in quam apparentem bonitatem non poteſt ferri diuina voluntas: quia vt ſic eſt ratio peccandi. Odium Dei apparet bonum impio; Deo autem non poteſt apparere bonum; ſimiliter eſt defectus in argumento, quia æquiuocat de amabili bono: cum non ad quodcunque bonum quæcunque voluntas poſſit tendere. Datur enim apparens bonum: Deus poteſt velle omne verum bonum, non autem bonum apparẽs, cum non poſſit velle peccatum, nec peccare. Peccare enim conſiſtit in velle bonitatem veram, vel apparentem. Concedimus tamen, quod peccans ex malitia poſſit velle malum ſub ratione mali, in ordine tamen ad aliquod bonum à ſe deſideratum; hoc autem Deus velle non poteſt; ergo falſa eſt propoſitio illa, ſcilicet, quod illud, quod poteſt voluntas peccatoris, poſſit voluntas diuina in ſenſu declarato.

Nulla voluntas poteſt, vel malum creato pôt illud velle ſub ſpecie boni, & non aliter.

Impugnatio ſecunda.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector dicendo. Poſito quod apprehendatur odium Dei ab aliqua potentia intellectiua (non errante) ſequitur ex quo non erant, quod non oſtendat odium Dei ſub ratione boni, ſed tantum ſub ratione mali. Tũc ſic, aut voluntas poteſt illud velle, aut non, ſi poteſt illud velle; ergo voluntas poteſt velle malum ſub ratione mali, cum in re illa non ſupponatur aliqua bonitas. Et ſi non poteſt illud velle, niſi ſub ratione boni, non poteſt illud velle ſimpliciter, vel oportet rationem eſſe excæcatam prius naturaliter, quod videtur inconueniens, & contra articulum Pariſienſium &c.

Impugnationis reſponſio

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod argumẽtum hoc etiam in multis deficit. Primo, quia ponit malum integrum, quod implicat contradictionem: ponit enim odium Dei, vt obiectum præueniens actum voluntatis, eſſe tãtum malum; obiectum autem poſitum in intellectu, & in ſolo eſſe obiectiuo voluntatis impoſſibile eſt, quod ſit tantum malum; quoniam oportet, quod includat actum ſubſtractum; v.g. in propoſito noſtro, odium Dei præſentatum voluntati includit in ſe actum voluntatis, qui eſt odium, & deformitas ratione indebitæ materiæ, ſcilicet Dei; vnde argumentum continet fallaciam non diſtinguendo, inter odium Dei in actu ſignato, & in actu exercito: vtrunque enim ſignificat malum, quod impoſſibile eſt eſſe integrum. Vnde ad argumentum dicimus, quod eſt impoſſibile odire Deum abſque errore; argumentum enim deficit penes intellectum cæcum naturaliter, ſi voluntas fertur in obiectum ſecundum apparentem, & non ſecundum realem exiſtentiam obiecti. In tractatu de Angelis, Doctor ſanctus oſtendit, quod peccare non contingit, niſi voluntas feratur in bonum, vel in apparens bonum, vnde intellectus non poteſt errare naturaliter, ſed errat quando non vult ſeruare regulas, & non aliter. Articulus Pariſienſis, qui oppoſitum affirmat non acceptatur à nobis. Accedamus ad concluſiones.

Concluſio prima. Peccatum ex malitia, vt malitia, dicitur inclinatio habitus, & vt ſic, nõ eſt idem, quod peccatum in Spiritum Sanctum.

Peccatũ ex malitia, vt malitia dicitur inclinatio habitus, & nõ eſt idẽ quod peccatum ĩ Spiritũ ſanctum

Probatur concluſio iſta. Nam peccare ex habitu vitioſo in plus ſe habet, quam peccare in Spiritum Sanctum; ergo non ſunt idem.

Probatur aſſumptum. In quocunque genere peccati contingit peccare ex inclinatione habitus vitioſi, vt ab infirmitate, & ignorantia diſtinguitur. Et tamen ſic peccans non erit peccans in Spiritum Sanctum, quia poterit eſſe neque deſperans, neque arrogans &c. Et ſic licet peccaret ex malitia non tamen peccaret in aliqua ſpecie peccati in Spiritum Sanctum (prout habebimus in dubio ſequẽti) & per conſequens non peccabit in Spiritum Sanctum: hoc enim verificatur de luxurioſis, de ſacrilegis, & de ſimilibus &c. vt clarius modo patebit.

Angelicus Doctor ponit tres expoſitiones peccati in Spiritum Sanctum, ſic enim dicit. De blaſphemia in Spiritum Sanctum tripliciter aliqui loquuntur. Doctores antiqui, ſcilicet, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, & Chryſoſtomus dicunt peccatum in Spiritum Sanctum eſſe, quando ad literam dicitur aliquod blaſphemum contra Spiritum Sanctum, ſiue ſumatur Spiritus Sanctus eſſentialiter, ſiue perſonaliter; eſſentialiter ſi blaſphemia ſit contra quamcunque perſonam ſanctiſſimæ Trinitatis, cum quilibet illarum ſit Spiritus, & ſanctus. Siue blaſphemia ſit contra Spiritum ſanctum perſonaliter, ſcilicet, contra tertiam perſonam ſanctiſſimæ Trinitatis. In quo ſenſu Dominus noſter, Matth. 12. diſtinguit blaſphemiam in Spiritum ſanctum, contra blaſphemiam in Filium, & in Patrem. Chriſtus enim operatur vtique quædã humanitus comedendo, bibendo, & ſimilia faciendo. Et quædam diuinitus, ſcilicet, dæmones eijciendo, mortuos ſuſcitando, & alia huiuſmodi operando, quæ quidem agebat per virtutem propriè diuinitatis, & per virtutem Spiritus ſancti, quo ſecundum humanitatem erat repletus. Iudæi primò dicebant blaſphemiam in filium hominis vocando illum voratorem, potatorem vini, & publicanorum amatorem. Poſtea eum blaſphemauerunt in Spiritum Sanctum, dum opera, quæ ipſe operabatur virtute propriè diuinitatis, & Spiritus Sancti, attribuendo illa Principi Dæmoniorum, & propter hoc dicuntur blaſphemaſſe in Spiritum Sanctum. D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini in monte, ſerm. 11. poſt medium tom. 10. dicebat; Blaſphemiam in Spiritum Sanctum eſſe finalem impœnitentiam, quando, ſcilicet, aliquis perſeuerat in peccato mortali vſque ad mortem, quod quidẽ non ſolum verbo oris ſui, verbo cordis, & operis, nõ vno, ſed multis modis accumulat iniquitatẽ ad iniquitatem. Hoc autem verbum ſic acceptum dicitur eſſe contra Spiritum Sanctum, qui dixerit verbum in Spiritum Sanctum, ſcilicet, contra remiſſionem peccatorum, quæ fit per Spiritum Sanctum, qui eſt charitas Patris, & Filij. Nec hoc dixit Dominus Iudæis, quaſi ipſi peccauerint in Spi-

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter ſumi poteſt. ſ. eſsẽtialiter, & perſonaliter.

Blaſphemia ſeu peccatũ in Spiritum ſanctum per D. Auguſt. dicitur finalis impœnitentia.

ritum

Digitized by Google

ritum Sanctum. Cum nondum eſſent finaliter impœnitentes, ſed admonuit eos, inquit Pater Auguſtinus, ne taliter loquentes, & de Chriſto cogitantes ad hoc peruenirẽt, quod in Spiritum ſanctum peccarent. Et ſic intelligendum eſt id, quod dicit Dominus Matth. 3. poſt verba illa: Qui autem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum &c. Et ſubiungit Euangeliſta, quoniam dicebant, ſpiritum immundum habet. Et in opuſculo 50. lib. 1. retractationum, cap. 19. vbi explicat illud Io. 5. Eſt peccatum ad mortem: non dico, vt pro illo roget quis, & exponit de peccato finalis impœnitentiæ.

Tertia autem explicatio huius dicti, quæ videtur eſſe D. Thom. vt reſpondeat titulo quæſiti, eſt alia à prima expoſitione, eſt tamen quaſi eius moderatio, quoniam appropriata diuinis perſonis cõmunia ſunt ratione diuinæ eſſentiæ, per quam operatur Deus ad extra, etiam opera ſalutis noſt. ꝙ per gratiam; vnde Doctor ſanctus inquit. Alij verò aliter accipiunt, dicentes peccatum in Spiritum ſanctum eſſe, quando aliquis peccat contra appropriatum bonum, attributum Spiritui Sancto. Sic enim Spiritui Sancto appropriatur bonitas, ſicut & Patri appropriatur omnipotentia, & Filio appropriatur ſapientia; vnde peccatum in Patrem dicunt eſſe, quando peccatur ex infirmitate, peccatum in Filium, quando peccatur ex ignorantia, peccatum in Spiritum Sanctum, quando peccatur ex certa malitia, idest, ex ipſa electione mali, vt alias dicetur, quod quidem contingit dupliciter, inquit Doctor ſanctus: vno modo ex inclinatione habitus vitioſi, qui malitia dicitur. Et ſic non eſt idem peccare ex malitia, & peccare in Spiritum Sanctum, vt oſtenſum eſt in concluſione ſuperiori. Alio modo contingit peccare ex eo, quod per contemptum abijcitur & remouetur id quod electionem peccati poterat impedire, ſicut ſpes per deſperationem, & timor per præſumptionem, & quædam alia ſimilia, quæ manifeſtantur 2. 2. qu. 20 & 21. & dicetur in dubio ſequenti; hæc autem omnia, quæ peccati electionem impediunt, ſunt effectus Spiritus Sancti in nobis cauſati. Et ideo ſic ex malitia peccare, eſt peccare in Spiritum ſanctum: quia voluntatè, & ex electione peccat iſte; ex his ponitur concluſio ſequens.

Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur, quod eſt contra bonitatẽ, ꝗ attributã eſt Spiritui ſancto. ſ. ex certa malitia, & ex electione mali.

Concluſio ſecunda. Peccare ex malitia, vt malitia dicitur contẽptum remedij contra peccatum, idest, alius rei, quæ poterat impedire, quod peccatum eligeretur, eſt peccare in Spiritum Sanctum.

Peccare ex contẽptu illorum quæ impediunt electionẽ peccati eſt peccare in Spiritum ſanctum.

Concluſio iſta probatur ſic. Peccare ex malitia eſt per contemptum remouere, abijcereque id, per quod electio peccati poteſt impediri, vt ſpem per deſperationem, timorem per præſumptionem &c, prout in dubio clarius demonſtrabimus, vbi apparebit ſex eſſe ſpecies peccati in Spiritum Sanctum; proponamus igitur dubium.

Dubium.

LEctor in hoc dubio quærit; An conuenienter aſſignentur ſex ſpecies peccati in Spiritum Sanctum. ſcilicet, deſperatio, præſumptio, impœnitentia, obſtinatio, impugnatio cognitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ. Pro utraque parte dubij ſunt rationes apparentes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format ratiocinium ex D. Auguſtino, in lib. de fide, ad Petrum, capit. 3. per vnum folium ante finem tomi tertij, quo in loco dicit. Illi qui deſperant de indulgentia peccatorũ, vel qui ſine meritis de miſericordia Dei præſumũt, peccant in Spiritum ſanctum. Et in Enchind. cap. 82. to. 7. dicit, qui obſtinatione mentis diem claudit extremum, reus eſt peccati in Spiritum ſanctũ. Et in lib. de verbis Domini, ſerm. 11. à medio tomi 10. dicit, quod impœnitentia eſt peccatum in Spiritum ſanctum. Et in lib. de vnico baptiſmo dicit, qui veritatem contemnit, aut circa fratres malignus eſt, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione Eccleſia inſtruitur, & ſic videtur, quod peccet in Spiritum ſanctum. Et in lib. 1. de ſermone Domini in monte, capit. 44. paulò à principio dicit, quod inuidiæ facibus fraternitatem impugnare eſt peccatum in Spiritum ſanctum; ergo ſex ſpecies aſſignatæ ſupra ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua taliter argumentatur. Negare diuinam iuſtitiam vel miſericordiam ad infidelitatem pertinet, ſed per deſperationem aliquis reijcit diuinam miſericordiam, per præſumptionem diuinam iuſtitiam; ergo vnumquodque iſtorum potius eſt ſpecies infidelitatis, quam ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro huius dubij deciſione tria facit. Primo ſupponit vnum. Secundo ſatisfacit dubio vnica concluſione affirmatiua. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Suppoſitum deſumitur ex Domino Caietano 2. 2. quæſt. 14. a. 2. quo in loco dicit obſeruandum eſſe, quod quando dicitur peccatum Spiritus ſancti eſſe ſpeciale genus peccati, & quod eius ſpecies ſunt ſex, prout habetur ex Magiſtro 2. diſtinct. 43. ſcilicet, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, impugnatio cognitæ veritatis, impœnitentia, & inuidia fraternæ gratiæ; obſerua inquit, quod non eſt proprium genus habens ſub ſe has ſpecies, vel quod ſit genus diuiſum in has ſpecies. Ratio eſt: quia differentiæ conſtitutiuæ iſtarum ſpecierum non ſunt eiuſdem generis (vt patet diſcurrendo) Dicitur tamen genus, quod diuiditur in quaſdam ſpecies, quia eſt quoddam prædicatum commune ad quaſdam ſpecies peccatorum. Et hoc ſufficit, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, literæ ponentis differentiam inter peccatum in Spiritum ſanctum, quando eſt generalis conditio, aut circumſtantia eiuſdem peccati, & quando eſt ſpeciale peccatum commune, vt genus ad multas ſpecies. Bannes tamen eodem loco dicit, quod ſi aliquis aſſereret has eſſe propriè ſpecies ſub uno genere, ſatis probabiliter loqueretur. Et reddit rationem dicendo: quia quamuis illę ſpecies conſideratæ abſolutè, non pertineant per ſe ad illud genus,

Sex eſſe ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, impœnitentia, impugnatio veritatis cognitæ, & inuidia fraternæ gratiæ.

tamen

Digitized by Google

tamen conſideratæ ſub hac ratione, in qua omnes ſex illæ ſpecies conueniunt, ſcilicet, quatenus remouent directè illud, per quod homo abſtrahitur à peccato, per ſe conſtituuntur ſub illa ratione communi proprijs differentijs ſpecificis. In quo videtur etiam conuenire Dominus Caietanus, dum dicit, quod hic non tractatur de iſtis peccatis abſolute, ſed vt ſunt peccata in Spiritum Sanctum, quatenus conſtituuntur per contemptum retrahentium à peccato. Hæc ſint pro fundamento doctrinæ, progrediamur ad concluſionem.

Nota. Concluſio: prædictæ ſpecies conuenienter aſſignantur pro peccatis in Spiritum Sanctum, accipiendo peccatum in Spiritum Sanctum, vt dicit contemptum eius, quod electionem peccati impedire poteſt.

Probatur concluſio iſta. Sex ſunt, per quorum conſiderationem homo ab electione peccati poteſt impediri. Iſtæ ſpecies, vel deſumuntur ex parte diuini iudicij, vel ex parte donorum Dei, vel ex parte ipſius peccati.

Ex parte diuini iudicij primò auertitur homo ab electione peccati ex conſideratione diuini iudicij, in quo reperitur iuſtitia cum miſericordia: per ſpem homo conſurgit ad miſericordiam Dei, quæ dimittit peccata, & dat premia æterna. Hæc ſpes tollitur per deſperationem.

Similiter homo fugit peccatum ex timore pœnæ, quam infert diuina iuſtitia puniendo peccata. Et hic timor tollitur per præſumptionem, dum aliquis præſumit ſe gloriam poſſe adipiſci ſine meritis, vel poſſe obtinere veniam abſque pœnitentia.

Dona autem Dei, quibus homo retrahitur à peccato, ſunt duo, quorum vnum eſt cognitio veritatis, contra quod ponitur impugnatio veritatis cognitæ; dum ſcilicet veritatem cognitæ fidei impugnat, vt licentius peccet. Aliud eſt auxilium interioris gratiæ, contra quod ponitur inuidia fraternæ gratiæ; dum aliquis non ſolum inuidet perſonæ fratris, ſed etiam inuidet gratiæ Dei creſcenti in mundo.

Ex parte autem peccati duo ſunt, quæ hominem à peccato retrahere poſſunt, quorum primum eſt inordinatio, & turpitudo actus, cuius conſideratio inducere ſolet pœnitentiam in homine de peccato commiſſo, contra hoc ponitur impœnitentia, non eo modo quo dicit permanentia in peccato vſque ad mortem, ſicut accipitur aliquando impœnitentia ipſa Sic enim eſſet ſpirituale peccatum, ſed accipitur hic impœnitentia, ſecundum quod importat propoſitum non pœnitendi. Aliud eſt paruitas, & breuitas boni, quod quis in peccato quærit, iuxta dictum Apoſtoli, Roman. 6. dicentis. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Cuius conſideratio inducere ſolet hominem ad hoc, quod eius voluntas in peccato non firmetur. Et hoc tollitur per obſtinationem, quando ſcilicet homo firmat ſuum propoſitum in malum, vt firmetur in peccato. Et de his duobus dicitur Hieremi. 8. Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens, quid feci. Et hoc quo ad primum dicit: Omnes conuerſi ſunt ad vetum quaſi equus impetu vadens ad pallium, quantum ad ſecundum.

Ex his ſequitur vnum corolarium, ſcilicet, quod ex conſideratione harum ſex ſpecierum peccatorum in Spiritum Sanctum, poteſt haberi cauſa, vnde prouenit, quod homo ſic faciliter peccat, & cum tanta difficultate ad ſeruorem boni trahatur. Vtrunque enim horum procedit ex inconſideratione debita iſtorum, quæ poſſunt homines ab electione illorum, quæ nos remouent à peccato, vel prohibent peccare ex qua inconſideratione multa committimus peccata. Hæc pro ſecundo puncto: nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ. — Inconſideratio ſpecierũ peccatorũ in Spiritum ſanctũ, & remediorũ, eſt occaſio, ꝙ multi dãnantur.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod peccatum deſperationis, vel præſumptionis non conſiſtit in hoc, quod Dei iuſtitia, vel miſericordia non credatur, ſed in hoc, quod contemnitur; vnde conceditur Maior, & Minor propoſitio, vt iacent, & interpretando ly reijcere, ſcilicet, per contemptum, ſed non attingitur ab arguente ſenſus concluſionis, tantum enim aberrant à vero ſenſu, vt illum non percipiat. — Inſtant. ſolutio.

Inſurgit argumentator, & format ſecundam inſtantiam contra has ſpecies dicendo. Impœnitentia videtur reſpicere peccatum præteritum, obſtinatio peccatum futurum, ſed præteritum, & futurum non diuerſificant ſpecies virtutis, vel vitij; ergo. Probatur hoc: ſecundum enim eandem fidem, qua credimus Chriſtum natum, antiqui crediderunt eum naſciturum; ergo obſtinatio, & impœnitentia non debent poni duæ ſpecies peccati in Spiritum Sanctum. — Inſtantia 2.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod obſtinatio, & impœnitentia non ſolum differunt ſecundum præteritum, & futurum, ſed etiã ſecundum quaſdam rationes formales ex diuerſa conſideratione illarum, quæ in peccato conſiderari poſſunt. Præteritum enim, & futurum, vt ſic præcisè ſumpta, non conſtituunt ſpecies has, ſcilicet, obſtinationem, & impœnitentiam, vt opinabatur argumentator, propterea non tangit ſenſum concluſionis noſtræ. — Inſtant. ſolutio.

Non acquieſcit argumentator, propterea de nouo inſtat dicendo. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, vt habetur Io. 1. ergo videtur, quod impugnatio veritatis cognitæ, & inuidia fraternæ gratiæ, magis pertineant ad blaſphemiam Filij, quam Spiritus Sancti. — Inſtantia 3.

Hanc inſtantiã ſoluit Theologus dicendo, quod gratiam, & veritatem Chriſtus fecit vtique, ſed per dona Spiritus Sancti, quæ hominibus dedit; vnde dicitur, quod inſtantia facta nihil concludit contra intentum noſtrum, cum gratia, & veritas per Spiritum Sanctum facta ſit. Si enim gratia, & veritas non eſſet facta per dona Spiritus Sancti, principaliter, inſtantia aliquid concluderet, modo negamus hoc. — Inſtant. ſolutio.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo. D. Bernardus dicit in lib. de deſpont. quod nolle obedire — Inſtantia 4.

dire eſt reſiſtere Spiritui Sancto. Gloſſa etiam dicit ſuper Lucam 7. quod ſimulata pœnitentia eſt blaſphemia Spiritus Sancti. Schiſma videtur etiam directè opponi Spiritui Sancto, per quem Eccleſia vnitur. Et ita videtur, quod non ſufficienter tradunt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod inſtantia iſta concluderet, quando illa tria numerata in argumento non reducerentur ad ſpecies aſſignatas in deciſione dubij, modo negamus, quod non reducantur. Nolle obedire, pertinet ad obſtinationem, ſimulatio pœnitentiæ, reducitur ad impœnitentiam, ſchiſma ad inuidiam gratiæ fraternæ, per quam membra Eccleſiæ vniuntur. Et hæc ſunt pro dubio, & caſu. Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti reſponſio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod ſicut confeſſio fidei non ſolum cõſiſtit in proteſtatione oris, ſed etiam in proteſtatione operis, Ita & blaſphemia in Spiritum Sanctum poteſt conſiderari in ore, in corde, & in opere.

Reſponſio igitur iſta, quæ eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani conſiſtit in hoc, quod ſicut omne opus pium fidelis poteſt dici confeſſio. Ita omne peccatum cordis, oris, & operis poteſt dici blaſphemia, & per hoc multitudines peccatorum, quæ ex certa malitia committi poſſunt, non obſtant quin peccare ex certa malitia ſit blaſphemia, quoniam omnes illæ blaſphemiæ ſaltem operis ſunt in Spiritum Sanctum; inquit Magiſter Seraphinus à Porceta, etiam quod non ſit blaſphemia per locutionem oris prolata contra Spiritum Sanctum, propterea argumentum non concludit, quia credebat concluſionem loqui de blaſphemia oris tantum, quod falſum eſt.

Blaſphemia in Spiritum Sanctum põt eſſe peccatũ oris, cordis, vel operis, & etiam quodlibet aliud peccatum.

Ex his deducitur vnum corolarium, ſcilicet, quod multa alia peccatorum genera, quę non ſunt blaſphemiæ per locutionem oris, poſſunt committi ex certa malitia, vt dicit Minor propoſitio argumenti.

Et tamen, vt dicit concluſio ſecunda caſus, erunt peccata, ſeu blaſphemia in Spiritum Sanctum; ergo illud dictum Domini Matth. 12. intelligitur de blaſphemia, non oris tantum, ſed etiam cordis, & operis, licet tunc Dominus loqueretur ad blaſphemantes ore. Nam in blaſphemia oris iſtorum includebantur, & aliæ, quoniam corde blaſphemabant credentes vnum eſſe, quod ore dicebant, & opere blaſphemabant, quærendo ſic pro ſuo poſſe auertere deuotionem turbarum, ſeu populorum à Chriſto; vnde ex hac Euangelij litera, tanquam in illa fundatus, dicit Doctor ſanctus, quod blaſphemia in Spiritum Sanctum eſt triplex, in ore, in corde, & in opere.

Lector inſurgit contra ſupradicta, & format ſecundum argumentum dicendo. Peccatum ex certa malitia dicitur, prout diſtinguitur contra peccatum ex ignorantia, & contra peccatum ex infirmitate, ſed peccatum in Spiritum Sanctum diuiditur contra peccatum in Filium hominis, prout habetur Matth. 12. ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem, quod peccatum ex certa malitia. Probatur hoc ex regula illa Ariſtotelica. Quorum oppoſita ſunt diuerſa, ipſa quoque ſunt diuerſa.

Argumẽtum ſecundum.

Theologus huic argumento dicit, ex his, quæ dicta ſunt pro concluſionibus caſus, ſcilicet, quod ſecũdum tertiam acceptionem, blaſphemia in Spiritum Sanctum diſtinguitur contra blaſphemiam in Filium hominis ſecundum quod Filius hominis eſt Filius Dei, ideſt, Dei virtus & Dei ſapientia; vnde ſecundum hoc (inquit Doctor ſanctus) peccatum in Filium hominis erit peccatum ex ignorantia, vel ex infirmitate, ex quo apparet, quod argumentum non concludit. Nam ſic argumentum concludere deberet affirmatiuè, & non negatiuè, vt facit. Concludere deberet, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt idem, quod peccatum ex certa malitia, & non concludere negatiuè, vt facit. Si autem peccatum ex certa malitia contra peccatum ex ignorantia, & contra peccatum ex infirmitate, peccatumque in Spiritum Sanctum diuiditur contra peccatum in Filium hominis; Vtique ſi peccatum ex ignorantia, vel ex infirmitate eſt contra Filium hominis, ideſt, eſt peccatum in Filium hominis, ſequitur neceſſario, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt idem, quod peccatum ex certa malitia, & ſic ſtante argumento ſic gloſſato, non eſt contra, ſed pro concluſione.

Argumenti ſolutio.

Non acquieſcit Lector, inſurgit & format vltimum argumentum contra prædicta dicendo. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt, quoddam genus peccati, cui determinatæ ſpecies aſſignantur, ſed peccatum ex certa malitia, non eſt ſpeciale genus peccati, ſed eſt quædam conditio, quæ poteſt eſſe circa omnium peccatorum genera, vel circumſtantia generalis; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt idem, quod peccatum ex certa malitia.

Argumẽtum tertium.

Theologus ſatisfacit huic argumento per diſtinctionem dicendo: quod peccatum ex certa malitia dupliciter conſideratur. Primo, ſecundum quod prouenit ex malitia habitus, & ſic non eſt peccatum in Spiritum Sanctum, ſed eſt quædam generalis conditio peccati. Secundo conſideratur, prout eſt ex ſpirituali contemptu effectus Spiritus Sancti in nobis. Et ſic habet rationem ſpecialis peccati. Et ſecundum hoc peccatum in Spiritum Sanctũ eſt ſpeciale genus peccati; ſimiliter eſt ſpeciale genus peccati ſecundum primam expoſitionem aſſignatam pro concluſionibus, ſecundum expoſitionem ſecundam datam à D. Auguſtino, non eſt ſpeciale genus peccati. Cum finalis impœnitentia poſſit eſſe vniuerſalis circumſtantia cuiuſlibet generis peccati. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubio annexo: ſecundus caſus venit proponendus.

Argumenti ſolutio.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu quærit; Vtrum peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile?

In

In dubio poſtulat; An homo poſſit peccare primo in Spiritum Sanctum.

In ſecundo iſto caſu igitur quærit Lector; Vtrũ peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile? Et pro vtraque parte (more ſolito) adducit argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumẽtum, ſcilicet, quod peccatum in Spiritum Sanctum ſit irremiſſibile. Dixit Dominus, Matth. 12. Qui dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Et Diuus Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 44. paulò à principio tomi 4. dicit tanta eſt labes huius peccati, quod humilitatem deprecandi ſubire non poteſt; ergo peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibile.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini, ſerm. 2. à medio tomi 10. dicit hæc verba. De nullo deſperandum eſt, quandiu patientia Domini ad pœnitentiam adducit, ſed ſi aliquod peccatum eſſet irremiſſibile, eſſet de aliquo peccatore deſperandum, hoc non eſt faciendum; ergo peccatum in Spiritum ſanctum non eſt irremiſſibile.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa huiuſmodi caſum tria facit. Primo obſeruat duo. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, ſcilicet, quod tale peccatum ſit remiſſibile.

Omne peccatum ſecundũ fidem eſt remiſſibile, dũ ſumus ĩ hoc mundo.

Quoad primum, ſupponendum eſt ſecundum fidem, nullum eſſe peccatum in hac vita, quod remitti non poſſit; de qua re Angelicus Doctor diſputat in 3. p. quæſt. 86. art. 1. contra Nouatum, & Armacenum.

Quæſitum.

Secundum quod eſt obſeruandum, ponitur ab Illuſtriſſimo Domino Caietano pro dubio Nouitiorum. Inquit enim, cum commune ſit omni peccato mortali excludere omnia, per quæ fit remiſſio peccatorum, quoniam tollit gratiam, quæ eſt vita animæ, & conſtituit ipſam inſanabilem, immò mortuam. Cur peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſſibile ex parte peccantis, quia excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum, ſcilicet, miſericordiam pro ſe, gratiam, pœnitentiam, & pronitatem ad bonum.

Quæſiti ſolutio.

Satisfacit huic quæſito ipſemet Illuſtriſſimus Caietanus dicendo, quod inter peccata in Spiritum Sanctum, & alia peccata mortalia, hæc eſt differentia, quia peccatum in Spiritum Sanctum excludit directè retractationem à peccato; alia autem non excludunt hoc directè, ſed ex quadam ſequela. Non enim omnia peccata mortalia directè excludunt miſericordiam, ſicut deſperans, aut gratiam, aut dolens de diffuſione gratiæ diuinæ, & ſic de alijs. Et propterea huiuſmodi peccatum dicitur irremiſſibile, & morbus incurabilis ex parte peccantis, quia directè tollit ea, per quæ fit remiſſio, & cura, alijs peccatis tollentibus principium curæ ex conſequenti.

Angelicus Doctor pro hoc primo puncto dicit, quod ſecundum diuerſam acceptionem peccati in Spiritum Sanctum, diuerſimodè tale peccatum irremiſſibile dicitur. Si enim dicatur peccatum in Spiritum Sanctum finalis impœnitentia, ſic dicitur irremiſſibile, quia nullo modo remittitur: ſecundum autem alias duas acceptiones dicitur irremiſſibile, non quod nullo modo remittatur, ſed quia quantum eſt de ſe, habet, vt non remittatur. His obſeruatis, ponendæ ſunt concluſiones.

Peccatum in Spiritum ſanctum, prout dicit finalem impœnitẽtiã oĩno eſt irremiſſibile.

Concluſio prima. Si dicatur peccatum in Spiritum Sanctum finalis impœnitentia, ſic dicitur irremiſſibile, quia nullo modo remittitur.

Probatur concluſio iſta. Peccatum mortale, in quo homo perſeuerat vſque ad mortem incluſiuè, in hac vita non remittitur per pœnitentiam, neque in futuro dimittitur, cum dicat Eccleſia. In Inferno nulla eſt redemptio. Et Sapiens. Vbi ceciderit lignum, manet in æternum. Taliter enim morientes ſunt in continua morte, quia hoc peccatum nõ dimittitur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, inquit Dominus, Matth. 12. Verba ſimilia videtur dixiſſe Dominus Phariſæis, Io. 8. quando eis dicebat. Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Et infra. Propterea dixi vobis, quod in peccatis veſtris moriemini; Si ergo nõ credititis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Vbi Chriſtus Deus docuit arbitrij libertatem, & gratiæ efficaciam. In hac vita acquiri poſſet, auxilio diuino mediante. Ita vt nemini deſperandum ſit in hac vita, quantumlibet ſit grauiſſimis criminibus irretitus.

Obſeruent peccatores.

Dominus tamen noſter in huiuſmodi locutionibus ſignificat difficultatem pœnitentiæ; & conſequenter hortatur homines ad relinquenda peccata, & ad recurrendum ad Dei miſericordiam affirmans, quod ſi hoc non fecerint, in æternum peribunt infallibiliter propter ſuam malitiam.

Ad hoc enim tendit Concilium Cabilonenſe ſecundum, dicens. Peccatum ex certa malitia, eſt idẽ cum peccato in Spiritum Sanctum. Et c. 36. inquit Concilium. Peccata, quæ aut neceſſitate quadam, aut caſu, aut qualibet fiat fragilitate, eleemoſyna extinguit, ea verò, quæ ex induſtria, aut cuiuſmodi libidinis explendæ cauſa, idcircò fiunt vt eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt. Vbi habent ab effectu, quod peccata iſta ſunt irremiſſibilia, aut omninò ſi adſit finalis impœnitentia, aut cum difficultate remiſſibilia. Et in conſtitutionib. Apoſtolicis, authore Sancto Clemente Papa, & Martyre, lib. 2. cap. 27. Si quis de induſtria peccat, tentans Deum, quaſi non vleiſcentem mala, is remiſſionem non conſequetur, quamuis ſecum ipſe dicat. Sit mihi propitius Deus, quoniam ambulo in euerſione cordis mei praui. Talis fuit Amon, Manaſſès filius. Inquit enim Scriptura. Et cognouit Amon cogitationem tranſgreſſionis malam & dixit. Pater meus à iuuentute multa mala iniquè fecit, & in ſenectute pœnitentiam egit. Et nunc ego ambulabo, prout concupiſcit anima mea, & poſtea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conſpectu Domini, ſupra omnes, qui fuerunt ante ipſum. Et exterminauit eum Dominus

Atterrantur præſũptuoſi.

nus

Digitized by Google

nus citò à terra eius bona, & irruerunt in eum ſerui eius, & occiderunt ipſum in domo ipſius, & regnauit annos duos ſolos. Obſeruent iſta præſumptuoſi, pœniteant, & peccata ſua eleemoſynis redimant. Non enim quis peccare debet, vt eleemoſynis illa redimat, ſed ideò eleemoſynas facere debet, quia peccauit. Mentem enim, & corpus, quæ ad culpam libido traxit, abiectio, & contritio reducant ad veniam. Obſeruet quiſque dicta Concilij, ne perueniat ad finalem impœnitentiam.

Concluſio ſecunda. Secundum quod peccare in Spiritum Sanctum dicitur peccare ex certa malitia (prout dictum fuit in concluſionibus præcedentis caſus) peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibile non omninò, ſed difficulter. Non quod nullo modo remittatur, ſed quia quantum ſit de ſe habet, vnde non remittatur, neque quoad pœnam, neque quoad culpam. Qui enim ex ignorantia, vel infirmitate peccat, minorem pœnam meretur, qui autem ex certa malitia peccat, excuſationem non habet. Similiter qui blaſphemabant Filium hominis, eius diuinitate nondum reuelata, poterant habere aliquam excuſationem (inquit Doctor ſanctus) propter infirmitatem carnis, quam in eo aſpiciebant, & ſic minorem pœnam merebantur, ſed qui ipſam diuinitatem blaſphemant, opera Spiritus Sancti Diabolo attribuens, nullam excuſationem habet. Vnde D. Io. Chryſoſt. dicebat, quod hoc peccatum non dimittitur Iudæis, neque in hoc ſeculo, neque in futuro: quia pro eo paſſi ſunt pœnam in præſenti vita per Romanos, & in futura vita patiuntur pœnas inferni. Et D. Athanaſius in tractatu, quem fecit de hoc dicto in Euangelio circa medium inducit exemplum de eorum parentibus, qui primo quidem contra Moyſem recalcitrauerunt propter defectum aquæ, & panis. Et hoc Deus ſuſtinuit patienter; habebant enim excuſationem ex infirmitate carnis. Sed poſtmodum grauius peccauerunt, quaſi blaſphemantes in Spiritum Sanctum beneficia Dei, qui eos de Ægypto duxerat, Idolo attribuentes, dum dicerent. Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti; vnde Deus, & temporaliter fecit eos punire: quia ceciderunt in die illa quaſi tria millia hominum. Et in futuro eis pœnas comminauit dicens. Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum illorum. Alio modo hoc peccatum in Spiritum Sanctum poteſt intelligi quoad culpam, ſicut aliquis dicitur morbus incurabilis, ſecundum naturam morbi per quem tollitur id, per quod morbum poteſt curari; v.g. cum morbo tollit virtutem naturæ, vel inducit faſtidium cibi, & medicinæ, licet Deus talem morbum poſſit ſanare.

In hoc ſenſu peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremiſſibile ſecundum ſuam naturam, inquantum excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum. Per hoc tamen (inquit Doctor ſanctus) non excluditur poteſtas remittendi peccatum, & ſanandi, ab illo omnipotentiæ, & miſericordiæ Dei, per quem aliquando (quaſi miraculosè) ſpiritualiter ſanantur. Ex hoc diſcurſu habetur, quod quando dicitur peccatum in Spiritum Sanctum eſſe irremiſſibile, intelligitur non æqualiter, ſed proportionaliter in hoc ſenſu, & non aliter.

Peccatum enim ex certa malitia, ſcilicet, ex habitu vitioſo eſt minus irremiſſibile, quam peccatum proueniens ex finali impœnitentia. Obſeruandum etiam eſt, quod hoc ſecundum peccatum licet ex parte noſtri ſit omninò irremiſſibile, poteſt tamen quaſi miraculosè, remitti à Deo ex parte noſtri; eſt incurabile, quia ex parte ſui caret remedio, & medicina. Deus autem miraculosè poteſt illud remittere, quia non erit impoſſibile omne verbum apud Deum. Deus poteſt mutare cor pœnitentis, ſeu peccatoris, & ſaluare ipſum. Sanatur tamen peccator iſte difficiliter propter malignitatem peccati. Peccatum in Spiritum ſanctū nō æqualiter dicitur remiſſibile, ſed proportionaliter tā-tum.

Scrupulus.

Lector dicit circa hanc concluſionem ſibi ſubortum ſcrupulus, quidam circa irremiſſibilitatem peccati in Spiritum Sanctum. Inquit enim. Peccatum eo eſt irremiſſibilius, quo grauius eſt, ſed infidelitas, & odium Dei ſunt grauiora peccata, quam illa, quæ ponuntur peccata in Spiritum Sanctum; ergo ſunt magis irremiſſibilia iſta, quam illa, quia iſta ſunt contra fidem, charitatem, & virtutes Cardinales; ergo cum iſta ex ſua natura ſint remiſſibilia, & illa ſimiliter remiſſibilia erunt.

Scrupuli dilucidatio.

Theologus remouet huiuſmodi ſcrupulum dicendo, quod blaſphemia in Spiritum Sanctum continet in ſe, vt circumſtantiam, malitiam, odij Dei &c.

Contra, inquit Lector, non enim ex hac reſponſione intellectus acquieſcat, odium Dei ex genere ſuo eſt grauius peccatum, quam blaſphemia pro perfectius odium erit grauius peccatum, quam blaſphemia perfecta; ergo tale odium erit grauius peccatum, quam blaſphemia in Spiritum Sanctum. Impugnatio.

Theologus hanc impugnationem diluit dicendo, quod cum fit comparatio inter peccata debet fieri ſecundum propria vtriuſque obiecti, & non ſecundum quod vnum includitur in alio. Vt ſi fieret comparatio per contrarium inter virtutes Fidem, ſcilicet, & Charitatem. Comparatio non eſt facienda, ſecundum quod fides perfecta includit charitatem, ſed ſecundum id quod fides habet de proprio, & immediato obiecto, quod quidē quamuis ſequatur aliquam affectionem voluntatis, non tamen ad eius eſſentiam pertinet charitas. Impugnationis ſolutio.

Hoc tamen dicere ad argumentum, quod reſponſio data inſtantiæ pro ſcrupulo adducta eſt bona. Et rationem aſſignat dicendo, quod quamuis odium perfectum ſit grauius peccatum, quam perfecta blaſphemia ſi loquamur ex proprijs ipſius obiecti, tamen quia perfecta blaſphemia eſt ſimul cum odio Dei, ſicut perfecta fides eſt ſimul cum charitate. Vnde, grauius peccatum eſt blaſphemia includens odium Dei, quam odium Dei Odium Dei perfectū grauius peccatū eſt, q̄ perfecta blaſphemia, vt ſic. nō tamē vt blaſphemia includit odiū Dei.

ex ſe.

ex ſe. Nam cum voluntas expreſsè deteſtatur diuinam bonitatem, ſtatim ſequitur vt mens loquatur male de Deo, ſcilicet, quod ſit iniuſtus, vel quid ſimile; Vnde odium Dei grauitatem habet blaſphemiæ in ſe, tanquam effectum neceſſarium, ſaltem blaſphemiæ cordis. Et odium Dei, vt ſic, poteſt computari inter blaſphemias in Spiritum Sanctũ; Secunda reſponſio eſt, ſcilicet, quod fieri poteſt, quod vnum peccatum ſit grauius alio, ſimpliciter loquendo, ex proprio obiecto, & tamen non ſit irremiſſibilius illo alio. Rationem aſſignat, quia contigit, quod qui peccatum grauius committit, non ita expreſsè reijciat remedia peccati; hoc videtur docere Angelicus Doctor 2.2 quæſt. 20. ar. 3. quo in loco dicit, quod deſperatio eſt grauius, hoc eſt periculoſius peccatum, quã infidelitas, & odium: q̃a relinquitur ſine remedio ex parte noſtra. Ex quibus colligere poſſumus, quod peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibilius, quoniam expreſſius reijcit remedium peccati, ſcilicet, diuinam miſericordiam.

…quando peccatũ magis graue eſt remiſſibile, & minus graue eſt irremiſſibile.

Et ad id, quod tãtum de infidelitate dicit, quod infidelitas importat impugnationem cognitæ veritatis mentalis. Non ita vt ſit neceſſarium eſt, ꝙ infidelis quiſquam cognoſcat primam veritatem, q̃ impugnat. Et quod cognoſcat illam, quando eã impugnat. Satis eſt, vt ſit ſibi propoſita, vt neceſſario credibilis. Quapropter illam reijcere eſt quaſi impugnare veritatem cognitam; ſimiliter odium Dei eſt quædam cordis blaſphemia, ex qua in promptu eſt, vt facilè oriatur, & erumpat loquutio oris blaſphemia, aut ſpecialis loquutio. Ex quo ſequitur hæc peccata eminenter continere in ſe grauitatem blaſphemiæ, & peccatorum in Spiritum Sanctum; vnde concedimus hæc peccata non eſſe minus remiſſibilia, quam peccata in Spiritum Sanctum. Hæc ſint pro ſecundo puncto. Et vt clarius exiſtat, dubium proponatur.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector; An homo poſſit primo peccare in Spiritum Sanctum. Et format rationes pro vtraque parte dubij.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Eccleſ. 11. dicit. Facile eſt in conſpectu Dei ſubito honeſtare pauperem; ergo è cõtrario poſſibile eſt ſecundum malitiam dęmonis ſuggerentis, vt ſtatim aliquis inducatur ad peccatum grauiſſimum, quod eſt peccatum in Spiritum Sanctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Talis eſt ordo naturæ, vt ab imperfecto ad perfectum procedamus. Cum ergo peccatum in Spiritũ Sanctum ſit grauiſſimum, videtur quod homo ad hoc perueniat peccatum, mediantibus alijs peccatis. Antecedens licet de ſe ſit notiſſimum; probatur ex oppoſito. De bonis operibus dicitur Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux creſcit, & proficit vſque ad perfectum diem, ſed perfectum dĩ in malis, ꝙ eſt maximum malum, prout docet Phyloſophus 5. Metaphyſ. ergo non procedit de imperfecto ad perfectum; ergo de paruo malo ad maius, & ad maximum; ergo non poteſt homo primo peccare in Spiritum Sanctum, cum ſit maximum peccatum.

Dubij ſolutio pro utraque parte.

LEctor Theologus pro dubij dilucidatione tria facit. Primo declarat titulum quæſiti. Secundo ſex concluſionibus determinat intentũ. Tertio ſatisfacit inſtantijs oppoſitum concludentibus.

Quo ad primum aduertendum eſt, ꝙ aduerbiũ illud in titulo quæſiti, ſ. ly primo. Circa hoc dicit Illuſtr. D. Caiet. quod ly primum non dicit ordinẽ ad omnimodam negationem peccatorũ in præterito, ſed ad negationem peccatorum perſeuerantiũ, ſeu permanentium. Ita ꝙ non eſt quæſtio. An homo poſſit peccare in Spiritũ ſanctum, antequam peccet in alijs generibus peccatorũ. Sed an homo mundus à peccato per pęnitentiam, vel per innocentiam baptiſmalem, vel ẽt per hoc, ꝙ nunquam peccauit mortaliter, poſſit peccare in Spiritum ſanctum primo. Et quod hic ſit ſenſus intellectus à D.Th. habetur ex litera reſpondente quæſito diuerſimode de caſu perfectorum, & de caſu malè diſpoſitorum. Horum.n. aliqui ante confeſſionem, & contritionem aſſueti ſunt deſperationibus, infidelitatibus, & luxurijs, abſq. multa difficultate reſiduando contemnunt Spiritum Sanctum, pp aliqua præcedentium ſcelerum malas diſpoſitiones ad hoc inclinantes, quibus faciliter conſentiunt.

Secundo obſeruandum eſt, quod ex ſcripturis habetur, quod cõicetur homo non peccat in Spiritũ ſanctum, niſi ſuppoſitis alijs peccatis. Hoc inſinuat Dominus Lucæ 11. dicendo. Cum immũdus ſpiritus exierit ab hominẽ &c. Vadit & ſumit alios ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, Et fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Ecce ꝙ homo paulatim à minoribus peccatis ad maiora progreditur. Dixi cõiter, quia hoc non verificatur ſemper, & quo ad ſingulos homines. Ex quo ẽt habetur, quod nemo, vt in pluribus repente fit ſummus, vt in prouerbio dicitur. Hæc pro primo puncto, procedamus ad concluſiones.

Concluſio prima. Peccare in Spiritum ſanctum (non propriè dictum) ſcilicet, peccare ex certa malitia, ideſt, ex inclinatione habitus, nunquam contingit à principio.

Peccare in Spiritum ſanctum ex certa malitia, ſ. ex inclinatione habitus à principio nũquam contingit.

Concluſio iſta ſic declaratur ab Angelico Doctore. Inquit.n. ex iam dictis. ſ. in primo caſu, peccare in Spiritum ſanctum vno modo eſt peccare ex certa malitia, ex certa autẽ malitia dupliciter peccare contingit, vno modo ex inclinatione habitus, quod non eſt propriè peccare in Spiritũ ſanctum. Et hoc modo peccare ex certa malitia, contingere non poteſt à principio. Ratio huius concluſionis eſt: quia oportet actus peccatorum præcedere, ex quibus cauſatur habitus inclinans ad peccandum.

Concluſio ſecunda. Peccare in Spiritum Sanctum ex certa malitia, ideſt, abijciendo per contemptum retrahentia à peccando, præſupponit plerunque alia peccata. Et hoc eſt propriè peccare in Spiritum Sanctum, prout oſtenſum fuit in primo caſu.

Digitized by Google

qui competit pecuniæ per ſe ſecundario, vt commutatio pecuniæ pro pecunia. Dicitur per ſe talis vſus: quia competit pecuniæ, vt pecunia eſt. Dicitur ſecundarius: quia per ſe ordinatur ad illum vſum primarium, ſicut vſus calcei eſt per ſe calcei, primo venditio illius eſt, vſus illius ſecundarius.

Pecuniæ vſus per accidens eſt, qui competit ei, non inquantum pecunia eſt, ſed ob alias cauſas; v.g. pecunia anti datur aurifici ad deaurandum, vel datur alicui ad oſtentationem, vel etiam poteſt dari ad medicinam, uel ad ſecuritatem pro pignore.

Onera tripli cia, quæ variant lucra cābiorum licite ex illis acquiſita.

Tandem (ut ad propoſitum noſtrum deſcendamus) declarandum eſt id, quod requiritur ad cambium. Ad hoc enim quod cambium ſit ſimplex requiritur utriuſque rei exiſtentia, itaquod qui recipit cambium in promptu habeat pecuniam illi alteri tribuendam, qui cambium dedit.

Item quantum maiora, & plura ſunt onera ad cauſam cambij pertinentia, tanto magis licitum eſt in lucro aſcendere, & è conuerſo.

Onera iſta ſunt in triplici differentia, quædam ſunt antecedentia, quædam concomitantia, quædam autem ſunt ad cambium ſubſequentia. Antecedentia ſunt pecuniæ diuerſarum generum, aggregandæ per miniſtros ad cambium ipſum. Concomitantia eſt numerare pecunias cambiendas in uno, uel diuerſis locis, in libro ſcribere, & exponere pecunias has multoties. Subſequentia ad cambium eſt, pari aliquod intereſſe, anxietas de ſolutione, non ſine expenſis uarijs, timor iuſtus de infortunijs, quæ omnia non tenetur campſor gratis ſuſſerre, cum omnia illa ſint precio æſtimabilia. Et per conſequens ex cambio accipere lucrum moderatè poteſt.

His igitur ſtantibus, pro fundamento totius doctrinæ, & pro primo puncto caſus præſentis, ponenda eſt concluſio, & ſic terminabimus ſecundum punctum.

Cambium ſecundū ſe tur pitudinē quā dam denotat honeſtis tamen de cauſis licitū eſt.

1 Concluſio. Ars campſoria, quam nummulariam appellat Ariſtoteles, ſi per ſe ſecundum ſonum uocis conſideretur, habet neſcio quid turpitudinis, non ex intrinſeco; quia ex parte finis, ſi ornata eſt debitis circumſtantijs eſt licita; tamen, quia ordinatur ad lucrum, quod inſatiabilitatem inſinuat, habet neſcio quid turpitudinis.

Concluſio iſta habet duas partes, & quo ad utranque eſt probanda.

Prima pars primo declaratur, & poſtea probatur. Quatuor enim ſunt genera actionum. Alia de ſuo genere bona, ut ſunt uirtutes. Alia de ſuo genere mala, ut ſunt peccata. Alia ſunt indifferentia, ut ambulare, ſedere, &c. Alia autem, quæ per ſe nudè conſiderata in malum ſonant, tamen ornata debitis circumſtantijs poteſt eſſe bona; ut negotiatio, ars campſoria, & ſimilia. Ars nummularia habet annexam ut pnudinem, quia eſt circa pecuniam, quæ non eſt uenalis, ſed menſura rerum uenalium eſt, quæ lucratur ſine periculo, quod non fit in negotiatione aliqua.

Vnde concluſio iſta (inquit Bannenſis) ea ratione probatur, qua D. Thomas 2. 2. quæſtione 77. articulo quarto, probat ſimilem concluſionem de negotiatione. Eſt autem ratio ibidem D. Thomæ: Negotiatio importat quandam fomentum cupiditatis cui nullus eſt terminus, cum exerceatur lucri gratia; ergo de ſe talis ars dicit quandam turpitudinem.

Quo ad ſecundam partem, ſcilicet, quod poſſit debitè ueſtiri aliquibus circumſtantijs, apparet quia tale lucrum poteſt ordinari uel ad neceſſitatem uitæ, uel ad bonum Reipublicæ, uel ad alias cauſas honeſtas. Vnde non ſolum à Theologis ars campſoria existimatur licita, ſed Reipublicæ permaximè neceſſaria.

Clarum eſt enim, quod aliquando neceſſarium eſt ciuibus precium tem monetam cum inferioribus commutare; ubi ſi ars iſta redditur illicita, totum prouenit ex parte campſoris: quia non candidè procedit in ſuo officio, quod clarius patebit ex ſequentibus. Nunc accedamus ad primum dubium.

Dubium primum.

IN primo dubio quærit Lector, Vtrum plures ſint cambiorum ſpecies. Et pro utraque parte adducit rationes.

Argumentatur rationem pro parte affirmatiua dicit eſſe manifeſtam; quia receptiſſimus uſus eſt, non ſolum apud uulgares, uero apud Doctores plures eſſe ſpecies cambiorum; ergo dantur plures ſpecies cambiorum. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Cambium nil aliud eſt, quam rerum permutatio, ſed ex hoc, quod materia rei permutatur, non multiplicantur ſpecies; ergo ex diuerſa materia cambiorum, ſpecies cambiorum non multiplicantur; ergo non dantur plures ſpecies cambiorum. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro utraque parte.

CIrca hoc dubium Theologus duo facit. Primo quinque concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias.

Quo ad primum. Concluſio prima ponitur. Si res ipſæ, quatenus res ſunt, existimentur cambium non eſt genus plurium ſpecierum. Cambiū non eſt genus plurium ſpecierum in ordine ad res, vt res ſunt.

Concluſio iſta eſt nota, ex ratione deducta pro parte negatiua dubij. Nam eadem eſt ars cambire uinum pro oleo, & aurum pro ſomo, & argentum pro auro, aut pro alio metallo. Actiones non ex materia, ſed ex obiecto ſpeciem mutant. Eadem enim eſt ars ſtatuaria ſiue in ſigno ſculptio fiat, ſiue in lapide. Et in moribus eadem ſpecies furti eſt auri, & argenti. Similiter, ut in tribus cambiorum generibus poſtea in caſu exemplum ponamus. Eadem eſt ratio iuſtitiæ, & iniuſtitiæ, cambire uinum pro oleo, & pecuniam pro frumento, atque aureum nummum pro argenteo. Nam æqualitas rerum omnibus

 ſeruata,

ſtarunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti &c. & prolapſi ſunt rurſus reuocari ad pœnitentiam. Tamen vertens oculos ad omnipotentiam, & miſericordiam Dei, ſubdit. Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, & viciniora ſaluti, tamen ſi ita loquimur. Non enim iniuſtus eſt Deus &c. Vbi videtur Apoſtolus loqui per exagerationem quandam, cum dicit; Non enim iniuſtus eſt Deus. Nam certè Deus non eſt iniuſtus, etiam ſi non cumulat premio bona opera facta ante peccatum, quia iam mortificata ſunt, ſi etiam non conuertat hominem propter illa opera bona, non eſt iniuſtus Deus. Sed dicere volebat Apoſtolus: Valde miſericors eſt Deus, qui conuertere nos à peccatis vult, vt recipiatis premium bonorum, quæ ante feciſtis. Et hoc intelligebat dum diceret. Non eſt oblitus bonorum veſtrorum. Hic eſt verus ſenſus Apoſtoli, & obſeruandus.

Nota.

Argumentum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum dicendo: Nullum peccatum remittitur, niſi per hoc, quod anima ſernatur à Deo, ſed omnipotenti medico nullus inſanabilis languor occurrit per D. Auguſtinum in verbis illis, Pſalm. 108. Qui ſanat omnes infirmitates noſtras; ergo peccatum in Spiritum Sanctum eſt remiſſibile.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo: quod ex iam dictis argumentum manet ſolutum; concludit enim optimè ex parte omnipotentiæ Dei, non tamen concludit ex parte infirmitatis in ſeipſa, vel ex parte peccantis, ex qua parte datur peccatum irremiſſibile.

Argumentum tertium.

Contra hoc Lector format tertium argumentum dicendo: Liberũ arbitriũ ſe habet ad bonum, & ad malum, ſed quandiu durat ſtatus vitæ præſentis poteſt aliquis à quacunque virtute excidere, cum etiam Angelus de cœlo ceciderit, prout manifeſtat Iob 4. dicendo. In Angelis ſuis Deus reperit prauitatem, quanto magis, qui habitant domus luteas; ergo pari ratione poteſt aliquis à quocunque peccato, ad ſtatum iuſtitiæ redire; ergo peccatum in Spiritum Sanctum non eſt irremiſſibile.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit Maiorem propoſitionem, & dicit ad Minorem, quod vtique liberũ arbitriũ ſemper manet in hac vita variabile, & vertibile, tamen quandoque abijcit à ſe id, per quod verti poteſt ad bonum, quantum in ipſo eſt; vnde peccatum ex parte ſua eſt irremiſſibile, licet ex parte Dei ſit remiſſibile, prout oſtenſum eſt in ſecunda concluſione caſus.

Concluſio enim ſecunda illa neque dicit, quod non poſſit aliquis, præſuppoſita miſericordia Dei, & omnipotentia diuinæ Maieſtatis, à quocunque peccato ad ſtatum iuſtitiæ reddire; neque dicit, quod peccatum in Spiritum Sanctum, præſuppoſita eadem miſericordia, & omnipotentia Dei, ſit irremiſſibile: ſed tantum dicit, quod eſt irremiſſibile ex parte peccantis, & quod difficulter remittitur, vt clarè patet in declaratione prædictæ concluſionis,

Ex his (inquit Poretta) ſequitur vnum corolarium, ſcilicet, quod peccatum ex certa malitia ſit irremiſſibile ſecundum ſuam naturam, & ex parte noſtri liberi arbitrij, quantum in ipſo eſt, non quod liberum arbitrium noſtrum in præſenti vita non maneat variabile, ſed quia abijcit à ſe illud, per quod verti poterat ad bonum. Vel dicendum eſt, quod illa duo, ſcilicet, ſecundum ſuam naturam, & ex parte liberi arbitrij, reducuntur tamen in vnum, inquantum natura illius peccati eſt tantę malignitatis, quia liberum arbitrium talem eam eſſe voluit. Et iſta dicta ſufficiant pro caſu, & dubio annexo, & pro diſputatione hac.

DISPVTATIO PRIMA

in littera C.

De Cambijs.

IN hac diſputatione ponuntur multi caſus diſputandi, cum dubijs occurrentibus annexis.

In primo caſu quærit Lector; Vtrum ars campſoria ſit licita?

In primo dubio poſtulat; An ſint plures ſpecies cambiorum?

In ſecundo dubio inueſtigat; An cambium minutum ſit licitum?

Caſus primus.

IN primo hoc caſu quærit Lector; Vtrum ars campſoria ſit licita? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua argumentatur ſic. Illa ars eſt licita, quæ vſui, & Reipublicæ eſt neceſſaria. At ars campſoria eſt talis; ergo &c. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur experientia. Nam hęc ars neceſſaria eſt Reipublicæ ad cambiendas, & traducendas monetas, vt patet; ergo.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale adeſt argumentum. Ars campſoria nummularia eſt, nempè nummorum commutatrix, & auctrix; hanc autem artem Ariſtoteles 1. Politicorum, cap. 6. & 7. (velut contra naturam ſit condemnat) vt patet, qui in nummis commutandis nullum inſit natura commodum, ſicut in commutandis cibis, veſtimentis, atque alijs rebus ad vitam neceſſarijs; ergo non eſt licita talis ars.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor circa huiuſmodi caſum tria facit. Primo declarat aliqua neceſſaria pro intelligentia huius materiæ. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Et vt clarior ſit doctrina, proponit duo dubia, illaque determinat.

la, quæ debitis circumſtantijs eſt ornata, quod & nos affirmamus, prout in dilucidatione caſus diximus.

Argumētum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem Lector format ſecundum argumentum dicendo: Finis artis campſoriæ eſt diuitiarum conquiſitio, quæ in infinitum procedit; hoc autem damnabile eſt, vt de ſe patet, & oſtendit Dominus, qui euertit in Templo menſas nummulariorum; ergo.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit, quod argumentum concludit de ipſa arte campſoria, prout habet neſcio quid turpitudinis annexum, ſcilicet, inquantum non eſt ornata debitis circumſtantijs, non tamen loquitur de arte illa debitis circumſtantijs ornata, prout ipſe campſor iuſto lucro contentatur, pro qualitate laborum, expenſarum, periculorum &c.

Argumētum tertium.

Non acquieſcit Lector, contra hanc doctrinam format vltimum argumentum, quod ſic ſe habet. Sterilis eſt pecunia de ſe, at ars campſoria facit illam fructuoſam; ergo operatur contra naturam; ergo eſt illicita. Vlterius ars iſta facit campſorē vitio ſic viuere, in ocio multo lucrari, & abſque periculo, quod non accidit in quacunque alia negotiatione.

Argumenti ſolutio.

In cābiis cāpſor accipit aliquid pro labore ſuo, & periculis, & non pro mutuo.

Theologus dicit ad Minorem, falſum eſſe, quod in arte campſoria non ſubijciatur laboribus, & periculis. Et ſi lucratur campſor, hoc facit, non quia pecunia de ſe ſit fructifera, ſed quia exponitur negotiationi, & periculis, licet non tantis, vt facit negotiator. Nihilominus, quia de facili campſor efficitur vſurarius, niſi cautiſſimè procedat, Doctores condemnant huiuſmodi artem, præcipuè, quia ſonat de ſe turpitudinem; vnde non eſt exercenda, niſi cum maxima cautela, & in tempore maximè neceſſitatis, aliter Deus ſubuertet menſas talium nummulariorum. Hæc ſint pro primo caſu. Ad ſecundum.

Caſus ſecundus.

Lector in hoc ſecundo caſu quærit; Vtrum cambium, ratione loci ſit licitum?

In primo dubio quærit; An ratione temporis licitum ſit cambij precium?

In ſecundo dubio inueſtigat; Si campſori liceat, vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam in numerato ſoluat, mercedem aliquam recipere?

In caſu ergo quærit Lector; Vtrum cambium ratione loci, ſit licitum, ideſt, cambium per literas ſit licitum. Et pro vtraque parte ſunt argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Illud eſt licitum, quod eſt maximè ſecuritatis ei, qui ſua transferre intendit tutè per loca periculoſa, ſed hoc fit in cambio per literas; ergo tale cambium eſt licitum. Maior, & Minor non indigent probatione: concluſio ſequitur ex præmiſſis; ergo eſt certiſſima.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Illud, quod eſt contra præceptum Domini, non eſt licitum; cambium autem per literas eſt huiuſmodi; ergo non eſt licitum. Minor probatur. Campſor non gratis accipit, & reſpondet huic cambio. Immò vult tot pro centenario tempore nundinarum, quod eſt contra præceptum Domini dicentis. Mutuo date, nihil inde ſperantes; ergo cambium per literas non eſt licitum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa huiuſmodi caſum tria facit. Primo declarat titulum quæſiti. Secundo vnica concluſione determinat caſum affirmatiuæ, & pro maiori intelligentia concluſionis, proponit dubia, & reſoluit: tandem ſatisfacit argumentis partis negatiuæ caſus.

Quoad primum eſt obſeruandum, quod cambium per literas eſt ponere in banco; v.g. in banco Venetiarum mille ſcuta aurea, vt campſor illa mihi reſpondere faciat Romæ, vel alio in loco: quærimus enim in caſu iſto, ſi ratione tranſmiſſionis pecuniarum ab vno ad alium locum, liceat precium accipere? Neceſſitas tranſmiſſionis pecuniarum clara eſt, propter diuerſa negotia occurrentia. Exēpli gratia, quando aliquis vult diſcedere Venetijs ob aliqua negotia peragenda, Romæ, Neapoli, Mediolani, Franciæ, ſiue Hiſpaniæ, vel alio in loco, ſecurius procedit dum ſecum fert literas campſoris, ut ſic, quam dum ſecum fert pecuniam propter periculum latronum, & ſimilium infortuniorum. Sed quia talis tranſmiſſio pecuniarum precio æſtimabilis eſt ratione expenſarum, & periculorum.

Campſor in cambio p literas licitè accipit preciū proportionatum.

Concluſio ponitur: Licitum eſt in cambio per literas, ratione tranſmiſſionis pecuniarum, precium recipere.

Cōcluſio iſta eſt plana. Nam ſicut merces, aliaque rerum genera, licet aliquando transferre de uno ad alium locum, de una ad aliam Prouinciam; immò neceſſe ſit; ſic etiam expedit traducere pecuniam, tum ad alia pertractanda negotia, tum præcipuè ad coemendas merces, quæ ab una in aliam Prouinciam neceſſe eſt tranſportare. Cum ergo hoc non fit ſine expenſis; ergo precium pro tali cambio licet accipere.

Secundo probatur. Nam ſi quippiam iniquitatis haberet hoc, maximè quia habet mutui effigiem. At reuera cambium per literas non eſt mutuum.

Probatur hoc: quia qui hic pecuniam confert, ut alibi illam recipiat, non ſimpliciter transfert dominium, ut alio tempore reſtituatur, ſed ut alio loco. Ita quod temporis expectatio accidentaria eſt huic contractui. Et hoc, quia non poſſunt innoteſcere literæ in alio loco (vt pecuniæ exhibeantur) niſi in tempore.

Tempus enim, quod genus hoc cambij non uitiat, & quod accidentarium æſtimatur, eſt illud, quod neceſſarium eſt ad tranſmittēdas literas has. Nam ſi longius tempus interueniat, illud iam impurum reddit cambium; quia cambium cum tempore commiſcet, & illud uſurarium reddit, quod obſeruandum eſt.

Nota.

Tertio probatur ſic. Nauta, & curſor, licitè precium recipere poſſunt, ut tranſportēt pecuniam alicuius

In cambio conſideratur tempus, non

rantes, & confeſſarios [illegible] & doctores perplexos tenent, & reddunt varios in ſuis ſententijs, vt inferius clarius patebit. Hæc ſint dicta, & poſita pro puncto primo, nunc ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtanti. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ adductæ ex doctrina [illegible] concluſionis, dicendo. Si res, de quibus tractantur in cambijs, conſiderentur vt res ſunt, vt facit argumentum, cambium non eſt genus plurium ſpecierum [illegible] in ordine ad diuerſas materias, & negotiationes, ſpecies ſunt diuerſe in moribus, vt oſtenſum eſt in concluſionibus. Ideò hoc dubio dimiſſo, accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

Partis affirmatiuæ probatio.

LEctor in hoc dubio q[illegible] [illegible] [illegible]minu [illegible]. Et [illegible] adducit rationes pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt [illegible] acceptum, quia in neutro foro, aut exteriori vel interiori condemnatur; ergo tale cambium eſt [illegible].

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt [illegible] ratio. Nummi [illegible] ad hoc publico ſigno cuduntur, vt ſint iuſtum, & legitimum rerum precium. Illud autem precium, quod legitimum (hoc eſt lege [illegible]) ſitum eſt in indiuiſibili conſiſtit, ſi ergo exempli gratia ducatus ſex libris lege æſtimatur, non poteſt cum maiori argento commutari.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium tria facit. Primo obiectat [illegible]. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit [illegible]. Tertio ſoluit inſtantias.

Quoad primum declarat quid [illegible] cambium minutum dicendo: cambium minutum idem eſt, quod cambium manuale [illegible] de præſenti [illegible] [illegible] vna moneta alia moneta diuerſi valoris, vel precioſitatis, [illegible] aurea in argenteam, vel è conuerſo

Secundum, quod obſeruare [illegible] quod duobus modis licet cambire vnam monetam pro alia. Primo, prout conſideratur ſub ratione metalli. Secundo prout conſideratur ſub ratione monetæ. H[illegible] [illegible]antibus, ponuntur concluſiones.

Cābire monetā precioſiorē, qui ad materiā pro [illegible] cum aliquo vtili tenui licet.

Concluſio prima. Cambire diuerſas monetas ſecundum metalli naturam, etiam [illegible] parum ſupra valorem ſignati numiſmatis [illegible], nullam ſortitur ſpeciem mali, vt ſi quis [illegible] ad deaurandum, vel ad medicamen [illegible] quod efficiendum, vel ad ornamentum, vel a[illegible] vſum, ad quæ natura habet [illegible]mentum [illegible] ducatum optimi auri vltra valorem, quo [illegible] vendere, dummodo augmentum illud ſit exiguum.

Concluſio eſt Syluest. verbo, vſura, 4.§.3. hoc manifeſtat Caietanus in opuſculo ſuo de cambijs. Et Magiſter Dominicus à Soto, lib 6. qu.9. & rationem aſſignant dicendo: quia ſicut tunc poſſet ille rude aurum egenti vendere, dummodo augmentum illud non ſit niſi exiguum, ita dum eſt redactum ſub forma aliqua.

Contra hanc concluſionem ſe opponit argumētator cum Ioanne de Medina dicendo: quod Rex, vel Princeps [illegible] [illegible] cudit, æſtimat auri valorem, quoad [illegible]; ſicut dum ſua Pragmatica precium [illegible] frumento; ergo ſicut poſt talem legem non licet, neque denario pluris frumentum vendere, ita neque ſignatum aurum, uel argentum.

Impugnatio

Soluit hanc impugnationem Theologus dicendo: non taxari moneta niſi ſub ratione precij, quāuis etiam habeat [illegible] ualoris metalli, & ideo nihil obſtat, quo minus aliquantulo precio cambiū fiat auri cum argento propter metalli commoditates. Immò eſſe poteſt tam pulchra moneta, ut æſtimetur ut gemma, quare non eſt ſimile de frumento, quod non habet aliam naturam, quam quæ eſt ad uſum frumenti, cum hoc tamen ſtat, quod aliqua frumenta precioſiora ſint alijs etiam quo ad [illegible]m.

Impugnationis ſolutio.

Concluſio ſecunda. Cambium minutum earundem monetarum in ratione monetæ, licitum eſt cum lucro moderato, præcipuè in cambio manuali, dum nummularius dat aurum pro argento, aut uiceuerſa.

Cambiū minutum, ſiue manuale, licitum eſt cum lucro moderato uſū Reipublicæ.

Concluſio iſta probatur. Hoc genus cambij legi nullatenus aduer[illegible] de nummmatum æſtimatione. Æſtimatio enim illa non eſt niſi quatenus ſunt rerum precia [illegible] minutum autem cambium ob id permittitur, quoniam [illegible] illa eſt emptio, uel uenditio, ſed commutatio ad uſum humanum utilis. Eſt enim pauper [illegible] qui indiget minutis monetis, quoniam il[illegible] minutum expendit, pro quibus ideò aurum exhibet pro minutis monetis, ut ſibi ad ſumptus familiares uſui ſint, & fortè eſt diues, qui argentum ad fabricanda uaſa opus habet. Et uiceuerſa alius, cui tranſportare expedit grandem pecuniam, uel habet animum aurum recondere, qui adeo ne tanto [illegible] magnum pondus argenti, uel æris [illegible] auri commutat. Cum ergo ad iſtum uſum [illegible] ium ſit, & obſequium Reipublicæ, tantas ha[illegible] paruas monetas, quæ ſine ſumptu, & labore [illegible] nequeunt, ſequitur que: & exhiberi poteſt perſona publica, qui huic muneri ſuas impendit operas iuſtum percipere precium. Qum uerò non [illegible] ob iſtos uſus, ideò & monetæ ipſe poſſint permutari, præcipuè ſi uetuſtate non cognoſcitur earum precium, unde cambium minutum licitum apparet [illegible] fraudibus.) Et illi, qui ad hoc parati ſunt, poſſunt aliquid accipere pro ſuo labore, cum operarius dignus ſit mercede ſua.

Quæſitum.

QVærit tamen quis [illegible] liceat cuilibet pro huiuſmodi opere accipere aliquid ultra ſortē,

Caietanus

bilum habeterent, qui quidem miniſtri, tanquam eorum factores poſtea remittunt literas Venetijs dominis ſuis, ſub nomine fœnoris cum tamen reuera huiuſmodi confictæ miſſiones, ac remiſſiones, non niſi expectādo tempori inſeruiant, quod eſt permaximè vſurarium. Nam reuera ſi hęc non eſſet vſura, liceret quibuſcunque priuatis perſonis, qui nullam exercent negotiationem, neque alibi pecuniam habent eodem quoque modo contrahere dicendo. Nolo tibi mutuare, ſed tamen numerabo tibi hic, vt tu mihi renumeres in Roma, vel in Ianua; ſatis enim homines fallaces ducunt ſi ſub palho cambij mutuo dent, habentes oculos ad tempus, & ad lucrum, vt clarius patebit in hoc primo dubio modo diſputando.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit; An ratione temporis licitum ſit cambij precium. Rationes pro vtraque parte ponit.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua ſonſiatur talis ratio. Pro mutuandi obligatione mercedem accipere licet, prout habebimus in diſputatione de mutuo, vel de vſura cum talis obligatio ſit pecunia æſtimabilis. Cambium autem ratione temporis, nil aliud eſt, quam quoddam genus mutui: hoc probatur; quia emolumentum affert mercatoribus ipſis; ergo pro cambio ratione temporis, licet precium accipere.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua adducit talem rationem. Eſt diffinitio iuris naturalis, quod accipere aliquid pro vſu pecuniæ vſurarium eſt; ergo ratione temporis non licet accipere precium pro cambio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo ſatisfacit quæſito vnica concluſione negatiua. Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Non licet ratione tēporis accipere precium pro cābio. Concluſio igitur eſt. Cambium ratione temporis, licitum eſſe non poteſt, cuius precium habet apertam vſuræ iniquitatem. Nam in deciſione caſus dictum fuit, quod precium in cambio non licet accipere, niſi ratione laborum, expenſarum, periculorum &c. quod non habet locum in ordine ad tempus. Alioquin vniuerſi vſurarij excuſarentur, quod abſurdiſſimum eſt dicere. Igitur campſores cum mutuum indiſpenſabili iure naturæ, & diuino reprobatur ſi ratione temporis ex mutuo aliquid percipiunt, nullos labores, aut ſumptus ſibi prætendere poſſunt, quorum de cauſa mercedem recipiant, propterea hoc non licet.

Interrogatio. Aiunt campſores ipſi artem campſoriam eſſe neceſſariam Reipublicæ; ergo eſt licita, & ſolum ex ipſa habere precium licet. Ecce alia fallacia: Prius enim volebant ex natura rei poſſe habere precium ex cambio ratione temporis, modo ex neceſſitate talis artis ex parte Reipublicæ, contendunt oſtendere.

Impugnationis ſolutio. Theologus hanc impugnationem ſoluit dicendo: quod prius ex natura rei percipiendum eſt; An negotiatio licita ſit, quam aſſeratur eſſe neceſſaria. Nam quod natura ſua non licet, ad nullum iuſtum finem neceſſarium eſſe poteſt. Non enim valet, res ab aliquibus iudicatur neceſſaria; ergo eſt licita: Oportet enim, quod in rei veritate ſit neceſſaria, & non ex opinione alicuius tantum, ad hoc vt ars ſit licita. Semoto enim damno emergente, vel lucro ceſſante, non licet aliquid ex mutuo accipere. Nam ſi campſor ex illa pecunia, quam dedit ad cambium mutuo admittit lucrum: quia pecuniam illam paratam habebat ad cambium, vel quia vt mutuaret illi, accepit illam ex cambio, & mutuauit illi, tunc poteſt aliquid accipere vltra ſortem. Semoto tamen damno emergente, & lucro ceſſante, ex tali cambio nullam vtilitatem habere poteſt: quia in caſu propoſito campſor non ſuſtinet laborem, vel faſtidium, nec expenſas facit pro ſalario miniſtrorum, vel cauſa transferendi pecuniam, &c. Immò, qui accipit ab eo talem pecuniam, totum pondus ſuſtinet, cum obligatione aſſignandi pecuniam ipſam in tali loco, & tali tempore infallibiliter.

Sed ait mercator: non ſolum campſores, qui arti dumtaxat nummulariæ ſuam dedicarunt pecuniam; verum etiam & alij negotiatores licitis mercantiis vacantes, cambiare faciunt; ergo in iſtis poteſt reperiri ratio lucri ceſſantis. Cauillatio.

Cauillationis ſolutio. Huic cauillo ſatisfacit Theologus dicendo: neque illis prorſus licere. Nam & iſti mercatores ſuam pecuniam minimè cambiunt alibi percipiendam, niſi illam, quę poſtquam emerunt ſuas merces, ſibi ſupereſt; Vnde ſi illam mutuo dant alicui, non poſſunt precium recipere, vt & campſores ipſi. Ex his ſoluuntur inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. INſtantiæ partis affirmatiuæ dicit Theologus, quod qui ratione temporis dat pecuniam ſuā ad cambium, non ſe obligat mutuare, ſed pro illo tunc liberè dat ad cambium, propterea ratione temporis nihil poteſt exigere, nec ſperare: quia tunc nec lucrum ceſſat, nec damnum emergit, nec expenſas facit, nec patitur periculum aliquod: Nunc ad ſecundum dubium accedamus.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; An campſori liceat, vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam in numerato ſoluat, mercedem aliquam accipere. Rationes ſunt vndique.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua. Id licet, inquit Lector, quod à lege Principum permittitur, ſed hoc Principum leges permittunt; ergo licitum eſt.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt talis ratio, Nihil aliud apparet pecuniam numerare, quam illam ſoluere; ergo ſicut nulli licet ob id, quod ſoluit debitum, aliquid recipere; ergo neque id licet, vt debitam pecuniam numeret. Confirmatur hoc: quia præter campſores, nemini aliorum ciuium id liceret,

tan-

Digitized by Google

tanquam precium recipere. Nam ſi non vult numerari id confidat creditori, vt numeret ipſe.

Dubij ſolutio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo oſtendit vnde ars nummularia, vel campſoria habuit ſuam originem. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Ars nummularia, ſiue cāpſoria ſuam originem traxit à cupiditate rerum temporalium.

Quo ad primum dicit, quod prima radix artis nummulariæ orta fuit ex cupiditate rerum temporalium. Nam mercatores, qui amplo ære negotiantur non poſſunt pecuniam, aut in burſa ad nundinas deferre, aut in ara habere præſentem: quia ſi hoc facere vellent, eſſet illis maximum impedimentum ad negotiandum in locis diſtantibus, propterea illam transferunt chirographis. Et ob id introducti ſunt campſores, in quorum cambio mercatores pecuniam ſuam ponunt, & conſignant.

Notandum eſt ſecundo, quod huiuſmodi chirographorum ſolutiones, non fiunt niſi in nundinis. Quamobrem mercator, qui ante nundinas merces emit illis tunc temporibus ſoluendas præſenti pecunia ſoluere cenſetur. Exempli gratia. Dum negotiator merces emit, quarum precium chirographo ſuo apud campſorem conſignat proximis nundinis ſoluendum, non exiſtimatur credito emere, ſed præſenti pecunia.

Tertio eſt obſeruandum, quod campſores dupliciter recognoſcunt huiuſmodi literas mercatoris habentis pecuniam apud campſorem, vno modo abſente pecunia. Campſor tunc recognoſcit chirographum, manetque obligatus ſoluere æs illud, cuicunque creditor ille ſuo rurſus chirographo cōſignauerit. Si autem campſor tenetur actualiter creditoribus enumerare pecuniam illam ille, qui recipit pecuniam tenetur ſoluere campſori quinque in ſingula milliaria. Et hoc eſt, quod quærimus in hoc quæſito.

Sunt enim aliqui, qui ratione huius rei, dicunt non eſſe faciendā talē ſolutionē campſori, & huius ſententiæ eſt Illuſtriſſimus D. Caietanus, motus ratione pro parte negatiua dubij adducta. Magiſter Dominicus à Soto oppoſitum tenet rationabiliter quidem partem affirmatiuam, quoniam dantur hæc quinque campſori, non prout enumerat pecuniam, ſed vt depoſitarius, & fideiuſſor eſt. His igitur ſic declaratis pro primo puncto, procedendum eſt ad ſolutionem quæſiti.

Campſor dū actualiter reddit Domino pecuniā, pōt detinere pro ſe quinque ꝓ millenario.

Concluſio reſponſiua quæſito. Campſor dum actualiter reddit depoſitum, iuſtè poteſt ſibi retinere quinque pro millenario.

Declaratur ſic concluſio iſta. Campſores ſunt velut depoſitarij mercatorum, & fideiuſſores, ob neceſſitatē iam modo dicta. Et huiuſmodi muneris, & obſequij gratia conſtituitur illis hoc genus ſtipendij, vt quoties pecuniam enumerauerit, illa quinque in ſingula milliaria ſuſcipiant. Ex quo fit, nihil eos vltra poſſe recipere, quam quod lege illis promiſſum eſt. Illud enim cenſetur publicum ſtipendium: quia lege publica, vel probatorum conſuetudine permittitur. At ſi propter inopiam numeratæ pecuniæ, aut ob aliam cauſam plus recipiunt, vſura eſt, inquit Magiſter Dominicus à Soto: quia extorquent, quod ſibi à lege non eſt permiſſum. Nam poſtquam mercatorum fideiuſſores inſtituuntur, tenentur illa lege ſoluere, vel à munere illo, vel officio recedere. His pro ſecundo puncto poſitis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantiam dicendo: quod campſores precium illud non recipiunt quaſi numeratores pecuniæ, quam ſimpliciter debent, ſed quaſi numeratores illius pecuniæ, cuius ſunt fideiuſſores; vnde recipiunt illa quinque pro millenario, tanquam publicum ſtipendium illius neceſſarij muneris. Quo fit, quod perſonis priuatis non licet tale ſtipendium recipere. Habet etiam hoc iſtorum vſus, vt fertur, quod ſi mercatorum quiſpiam in cambio numeratam pecuniam deponat campſor pro maiora illius gratia reſpondeat. Exempli gratia. Numerauit campſori decem millia, fidem habet apud ipſum pro duodecim, & forſitan pro quindecim: quia campſori habere numeratam pecuniam, bonum eſt lucrum. Nec in hoc reperitur vitium. Nam fidem iubere pro alio æſtimabile eſt pecunia; vnde campſor idem poteſt facere pro beneficio, quod ex tali ſuſcipit depoſito. Ex his patet ſolutio confirmationis, quoniam campſor nō accipit illa quinque pro enumeratione; vnde neque alius illa hac ratione poteſt accipere, ſed hoc accipit, vt depoſitarius, & fideiuſſor, ex decreto legis, prout etiam innuere videtur Illuſtr. D. Caietanus, in terminatione huius difficultatis. His ſic ſtantibus, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Cāpſores recipiūt quinque pro millenario, in cābio pro ſuo ſtipendio, & non aliter.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primū argumentū ſoluit dicendo ad Minorem, quod cambium reale non eſt datio mutua, ſed eſt trāſmiſſio pecuniarum, quod non fit ſine labore, & expenſis, propterea campſor in hoc non agit contra iuſtitiam.

Argumētum ſecundum.

Lector non acquieſcat: inquit enim, reſponſio iſta non ſatisfacit. Nam in huiuſmodi cambio, ratio mutui latet; recipit enim vnus dominium pecuniæ in vno loco, vt eandem reſtituat in alio loco, ſicuti recipitur in vno tempore, vt eadem reſtituatur in alio, ſed ratione temporis (vt oſtenſum eſt in primo dubio) nihil licet accipere; ergo neque ratione loci.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & ratio negationis eſt: quia quando datio, vel receptio ſe habet ratione temporis tantum, ſe tenet ex puro mutuo, ex quo nihil licet accipere, quando conſideratur hoc ex parte loci, reperitur depoſitum, & tranſmiſſio pecuniarum, in quibus concurrunt expenſæ, labores, fideiuſſio, quæ omnia ſunt precio æſtimabilia. Vnde ex his licitè accipitur precium, non

ex

Digitized by Google

ex puro mutuo. Et hæc ſint pro caſu, & dubijs preſentibus.

Caſus tertius.

LEctor in hoc caſu quærit; Vtrum liceat pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius, vbi plus valet commutare.

In primo dubio poſtulat; An licitum ſit monetarum cambium pro diuerſitate locorum, & varietate precij monetarum?

In ſecundo dubio inquirit; Si cambiorum precia inter campſores variari poſſint?

In tertio dubio petit Lector; An cābium ad incertam ſolutionis quantitatem ſit licitum?

In quarto dubio quærit; An liceat prætermiſſis primis nundinis in alias ſequētes transferre cābiū?

In iſto caſu igitur quærit Lector; Vtrum liceat pecuniam vnius regionis, pro pecunia alterius, vbi plus valet commutare. Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, tale format argumētum. Qui tribuit ducatum vnum pro alio eiuſdem auri, eiuſdemque ponderis, legitimum facit mutuum. Cum nihil ſibi petat reſtitui, niſi id, quod confert; ergo illud eſt licitum. Valet conſequentia. Nam ſi frumentum mutuatū eadem tibi menſura reddendum, etiam ſi tempore ſolutionis pluris valeat; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Iuſtitia non fert, vt plus recipias, quam tradidiſti, niſi ſit precium pro re aliqua licita, ſi ergo hic ducatum aureum valentem decem libras Venetas tradideris debitori, debitor non tibi debet reſtituere aureum valentem vndecim libras Venetas.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro terminatione iſtius caſus tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta oppoſitum concludentia.

Quo ad primum. In ingreſſu materiæ cambiorum, quæ ſuper commutatione monetarum fundatur, ratione diuerſi valoris, in quibus uerſatur tota cambiorum ambiguitas. In primis igitur dicit, quærimus ſi licet cambire monetam minus valentem hic, cum eadem alibi pluris valente, uel æſtimata pro precio uiliori, uel è conuerſo.

Secundo eſt notandum cum Magiſtro Dominico à Soto lib 6. de iuſt. & iure, quæſt. 12. art. 1. & cum Bannenſi de iuſtit. & iure, quæſt. 78. art. 4. De cambijs, quod pecunia quatrupliciter pluris poteſt æſtimari in vno loco, quam in alio. Primo, quia pecunia ipſa conficitur ex auro, uel argēto in uno, quam in alio loco. Nam argentum Anglicum preciosius eſt, quam Gallicum. Aureum Venetum, auro Germanico. Secundo ratione raritatis auri, uel argenti: quia rarius, & in minore quantitate eſt in una regione, quam in alia; vel è conuerſo argentū, uel aliud metallum, quo nummi conduntur, abundantius reperitur huc, quam illuc. Tertio modo,

Quatruplici de cauſa pecunia in vno loco pluris æſtimatur, q̄ in alio.

quia Princeps dum Reipublicæ expedit precium auget, uel minuit eiuſdem monetæ, quare in uno tempore plus æſtimatur, quam in alio. Quarto modo, quia pecuniæ in toto genere maior eſt copia in uno loco, quam in alio; Vnde ubi eſt maior abundantia minoris precij eſt, ubi minor copia adeſt maioris precio æſtimatur.

Relictis igitur illis tribus modis, quibus moneta plus, uel minus æſtimatur, circa quartum modum acceptionis, ponuntur tres concluſiones.

Concluſio prima. Cambire monetam minoris ualoris, ideſt, inferioris gradus auri, vel argenti pro alia ſuperioris gradus, niſi compenſatione intercedente, eſt manifeſta iniquitas.

Cābire monetā minoris valoris, i. gradus, pro alia ſupioris gradus, abſq. recompēſatione iniquitas eſt, in ratione metalli.

Concluſio iſta probatur ſic. Nam ſi hoc fieret in eadem Ciuitate, puta ſi ducatum aureum Vngarum pro ducato aureo Veneto commutetur, licet eſſet eiuſdem ponderis, eſſet iniquitas, quoniam aureum Venetum precioſius eſt aureo Vngaro; ſimiliter ſi quis daret coronas aureas, quod deterius eſt aureum pro auro ducatorum Venetorum, ſeu Caſtellanorum eiuſdem ponderis, quod longe purius eſt commutares, iniquitas eſſet. Nam perinde eſſet, ac ſi triticum, aut vinum, aut æs pro alio cambires; quod eſſet ex natura ſua melius. Idē eſſet ſi Pariſijs mille ſcuta Gallica aliquis numeraret, vt ſibi in Hiſpania tot puri ducati reſponderentur. Res eſt plana, ſi exceſſus eſſet alicuius momenti.

Impugnatio

Contra hanc concluſionem ſe opponit apparenter Bannes dicendo: Licitum eſt pecuniam, quæ in vno loco pluris æſtimatur, ex eo, quia eſt ex auro puriori recipere, reddendam eandem in eodem loco, vbi propter illam rationem non tanti æſtimatur, dummodo taxatio pecuniæ in eodem loco ſit eadem, v.g. ſi ſcutum Hiſpanicum ſit ex auro puriori, quam ſcutum Germanicum, nihilominus vtriuſque ſcuti ſit eadem taxatio legitima ratione pecuniæ, licitum eſt vnum ſcutum pro alio cambire; ſimiliter ſcutum argenteum Mediolanenſe in Florentinum, non ſolum in eadem Ciuitate, ſed in diuerſis locis, ſi ambo cadent ſub eadem taxatione. Probatur intentum, quia inter vtranque pecuniam eſt æqualitas, ratione menſuræ; ergo eſt iuſta permittatio. Patet conſequentia. Nam precium taxatum maximè attenditur in ordine ad vſum primarium pecuniæ, prout eſt, ſcilicet menſura rerum venalium.

Impugnationis ſolutio.

Theologus concedit totum argumentum, & dicit, quod non militat contra concluſionem noſtram, quia in alio ſenſu loquitur Scotus in concluſione, & in alio ſenſu Bannes in argumento. Magiſter Sotus loquitur de permutatione pecuniæ pro alia pecunia in vſu ſecundario pecuniæ, vel in ordine ad precioſitatem, non autem prout eſt moneta, & menſura venalium. Bannes in argumento loquitur de pecunia, prout eſt menſura, & non aliter. Et ſic vtraque ſententia vera eſt in bono ſenſu.

Inſtantia.

Contra ſententiam hanc Bannenſis inſurgit argumentator dicendo. Non eſt licitum mutare triticum minus bonum, pro maius bono, nulla facta

recompenſatione ex parte minoris boni; ergo non erit licitum commutare pecuniam ex metallo minus bono, cum pecunia melioris metalli, niſi fiat recompenſatio.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat conſequentiam huius inſtantiæ, & aſſignat rationem dicendo, quod triticum minus bonum non æſtimatur in foro, ſicut melius; pecunia autem ex auro minus puro tanti æſtimatur in taxatione legitima, quantum pecunia ex auro puriori. Secundo dicit, quod ſi triticum minus bonum tanti æſtimatur in foro, quanti magis bonum, licitum erit permutare triticum cum tritico. Et hoc non eſt contra intentum noſtrum, quoniam qui habet melius triticum, poſſit illud permutare cum eo, qui habet minus bonum triticum exigendo aliquod precium pro illa commoditate, qua ſe priuat, dummodo, procul ſit fraus, & dolus contra Pragmaticam. Si enim fraus adſit, erit illicita illa permutatio, propter malum finem.

Concluſio ſecunda. Cambire monetam minoris valoris, vt idem protſus pondus recipiat, etiam cum eius valor lege auctus fuerit, iniquitas per ſe vſuraria eſt, verbi gratia, dum decem tibi ducatos mutuo, qui valent ſex libras pro quolibet, ſi poſtea poteſtate publica conſtituantur valere ſex, & ſolidos duodecim, nõ plures mihi debes, quam ſexagintas libras Venetas, licet modo ex decreto Principis, ducatũs valeat ſeptem libras Venetas. Et eſt ſimile. Si Petrus mutuaſſet modium grani hodie Franciſco, & antequam facta eſſet reſtitutio, Princeps auxit menſuram modij, non poteſt Petrus illam menſuram integram accipere, ſed pro qualitate, & quantitate tradita Paulo, aliter eſſet iniuſtitia. Ita etiam in caſu propoſito, non poteris recipere tot ducatos, ſcilicet, decem, quia variati ſunt in ratione menſuræ.

Non licet cãbire pecuniã eodẽ precio, quo currebat tẽpore acceptionis ſi aucta eſt authoritate Principis.

Impugnatio prima. Contra hanc concluſionem inſurgit argumentator dicendo. Licitum eſt Petro; qui mutuauit Paulo modium tritici, recipere illum modium tritici immutatum, ſed valentem maiori precio, quam cum mutuauit; ergo eadem erit ratio de pecunia.

Impugnationis ſolutio. Theologus negat conſequentiam, ratio negationis eſt: quia quando pecunia augetur non manet eadem in ratione pecuniæ, & menſuræ. At verò ſi precium tritici augeatur, manet tamen idem triticum in ratione tritici, & commoditatis, & vſus illius; Vnde in commutatione tritici cum tritico, per accidens eſt, quod augeatur, quod ad precium, vel minuatur. Si tamen is, qui permutat, obligat alium, vt reddat illo tempore, quo carius valuerit, eſſet vſura.

Impugnatio ſecunda. Non acquieſcit argumentator, inquit enim poſſe fieri pactum inter mutuatum, & mutuatarium; Vt etiam ſi à Principe augeatur pecunia, teneatur mutuatarius eundem numerum ſcutorum reddere; ergo tunc teneretur reddere etiam huiuſmodi auctionem.

Impugnationis ſolutio. Huic impugnationi dicit Theologus, quod huiuſmodi pactum eſſet vſurarium, & non teneret, niſi excuſaretur propter æqualem fortunam vtriuſque partis, quoniam poſſibile eſt, quod pecunia vileſcat, & augeatur. In tali caſu ſeruandum eſt promiſſum.

Contra. Inquit argumentator: ſed quid erit ſi tempore mutuationis non æſtimabatur pecunia augenda, vel minuenda. Et poſtea breuiſſimo tempore notabiliter augmentata eſt?

Reſponſio. Dupliciter reſpondet Theologus, primo ex ſententia aliorum, ſecundo ex propria ſententia. Primo dicit, quod ſunt aliqui, qui dicunt, quod mutuatarius tenetur (non ex rigore iuſtitiæ, ſed ex quadam æquitate) reddere totidem ſcuta, quot recepit, maximè ſi qui mutuauit, ſeruaturus erat vſque ad illud tempus. Reſponſio bona. Verior reſponſio eſt, quod nulla apparet ratio ſufficiens ad obligandum mutuatarium ſub peccato mortali, vt reddat tot ſcuta quot accepit, quemadmodum vice verſa, ſi breui illo tempore pecunia diminuta fuiſſet, non tenebitur Petrus, qui mutuauit contentus eſſe decem ducatis, ſed mutuatarius redditurus erat tot ducatos, donec adimpleretur numerus danariorum, quibus æſtimabantur aurum, vel argentum, quando illa accepit; ergo ſimiliter ſi aucta fuerit pecunia, non debet mutuatarius eſſe deterioris conditionis.

Concluſio tertia. Cambire monetam in vna Prouincia, vt eadem reſtituatur in alia Prouincia, vbi propter raritatem metalli pluris æſtimatur, quam vbi fuerit numerata, iure non licet, ſed eſt vſura. Exempli gratia. Ducatus aureus apud Hiſpanos valet regalia vndecim argentea, & apud Italos regalia tredecim, hoc eſſet vſurarium, quia vltra ducatum reciperet duo regalia, hoc idem accideret, ſi quis accommodauerit aliquem Venetijs, vt reſtitutionem faciat Cretæ; verbi gratia, Ducatus aureus, qui Cechinus nominatur vulgariter, Venetijs valet libras decem, & apud Cretenſes libras duodecim Venetas. Si quis enim reſtitueret in Creta centum ducatos aureos acceptos Venetijs, non ſolum reſtitueret id, quod recepit, ſed plus libras duas pro ducato aureo, quod vſurarium eſt. Nihilominus ſunt aliqui Chriſtiani nomine, & non re, qui hoc faciunt abſque vllo ſcrupulo conſcientiæ, & decipiuntur his fallacijs.

Cãbire monetã in vna prouincia, vt eadem reſtituatur ĩ alia, vbi pluris æſtimatur, vſurarium eſt.

Impugnatio prima. Contra hanc concluſionem ſe opponit Lector dicendo. Licitum eſt dare frumentum Petro, vt idem reddatur, vel ſimile in quantitate in alio loco, etiam ſi in illo tempore vbi redditur, pluris æſtimatur; ergo licitum erit exigere tot aureos permutatos in alia Prouincia, etiam ſi pluris æſtimabantur vbi reddendi ſunt, v.g. poteſt quis mutuare in Cicilia centum modios tritici Petro, vt ſibi illos reſtituat Venetijs, ſub eadem menſura; ergo eadem ratione poteſt centum quis mutuare ducatos aureos Venetos, Franciſco, vt eos illis reſtituat Cretæ, vbi plus valent.

Impugnationis reſponſio. Theologus concedit antecedens, & negat conſequentiam, & ad probationem dicit primò, quod triticum ſemper manet idem ſecundum vſum, & commoditatem, licet precium varietur, at pecunia non manet eadem ſecundum commoditatem, (variato precio;) dicit ſecundo quod

contra-

In reſtitutione cambii requiritur æqualitas precii monetarũ, in reſtitutionem mutui non attenditur æqualitas precii.

contractus ille frumenti dupliciter ſe habere poteſt, ſcilicet, poteſt habere ratione mutui, & ratione cambij. In ratione mutui, contractus poteſt eſſe licitus; v.g. ſi datur frumentum in tempore exceſſiui precij in Cicilia, vt reſtituatur Venetijs tempore meſſis: quia tunc poſſet accidere minima differentia in ratione precij, non licet tamen obligare, vt reſtitutio fiat tempore, quo frumentum eſſet plus valiturum. Cambium autem duarum rerum in diuerſis locis exiſtentibus, ſiue ſint grana, ſiue ſint pecuniæ, ſiue aliæ res, neuñquam licet ſi pluris in vno loco, quam in alio æſtimatur, quia tunc eſſet manifeſta iniuſtitia, & contractus eſſet vſurarius.

Impugnatio ſecunda.

❧ Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector dicens: Petrus poterat ſuas pecunias aſportare Romam, vel Cretam, & ibi illam permutaté precio currente; ergo poteſt exigere à Paulo, vt det illam Romæ, vel Cretæ in tanto numero, ſicut accepit.

Impugnationis reſponſio

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod contractus permutationis pecuniæ ratione loci, non eſt aſportationis contractus. Nam in contractu aſportationis portator non efficitur dominus pecuniæ. At verò in contractu permutationis, ſtatim efficitur dominus pecuniæ ille, qui recipit illam; vnde non debet illam recipere maiori æſtimatione, quam valet in loco vbi recipit illam. Exemplum adeſt, poterat vtique Petrus ſuas merces aſportare Romam, vel Cretam, ſoluto precio portatori, & ibi eas vendere precio currente. At verò ſi Salmaticæ, vel Venetijs vendat illas, & tradat portatori, non poterit ab illo exigere precium, quod Romæ, vel Cretæ currit. Ita eſt de pecunia permutata, quæ non debet æſtimari pluris, quam valeat vbi redditur. Vt igitur clariora ſint iſta, proponenda ſunt dubia.

Accõmodãs alicui ſuã pecuniã, illã recipere debet eo ꝑcio, quo valebat, quãdo & vbi illã exburſauit.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; An licitum ſit monetarum cambium, quæ in diuerſis locis, propter copiam, vel inopiam totius generis monetæ inæqualis ſint valoris: quæſitum eſt de varietate valoris monetarum, v.g. in Flandria, propter bella, quæ illic geruntur, adeſt inopia pecuniæ. Et in Hiſpania eſt abundantia; qua ratione pluris æſtimantur in Flandria, quam in Hiſpania.

Quærimus ergo in hoc dubio; Vtrum liceat hac ratione pro ſcutis, quæ numerantur in Flandria, plus in Hiſpania repetere.

Idem inquirimus, ſi hac ratione pro ſcutis, quæ numerantur in Creta, plus Venetijs liceat repetere. Rationes ex vtraque parte ſunt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua talis eſt ratio, inquit Lector: quia rerum copia precium earum minuit, qua ratione licet pro vno modio frumenti vbi duplo pluris æſtimatur, duo ſuſcipere, vbi duplo minoris venditur: ſic erit ergo in monetis; poterit quis in Hiſpania, vel Venetijs plura ſcuta accipere, quam exburſauit in Flandria, vel Creta.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio adducta pro tertia concluſione caſus præſentis, quo in loco dictum fuit non licere cambire monetam auream, ubi minus ualet, reſtituendam ubi pluris æſtimatur, propter raritatem auri. Eadem enim ratione non licebit maiorem pecuniam accipere, ubi propter pecuniarum copiam minoris æſtimatur, quam illic, ubi pecunia fuerit collata.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

CIrca hoc dubium Lector Theologus tria facit. Primo notat aliqua. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum dicit, quod æſtimatio pecuniæ, inquantum pecunia eſt, dupliciter fieri poteſt. Primo per legem Principis, & dicitur æſtimatio legitima, verbi gratia, quando in Ciuitate Venetiarum ducatum aureum æſtimatur decem libris Venetis, ſcutum ſeptem &c. Huic æſtimationi superuenit alia æſtimatio, quæ dicitur quaſi naturalis eo, quod ex natura rei ſequitur; Vt ubi eſt maior abundantia pecuniarum, minus æſtimantur pecuniæ, & ubi eſt minor copia, magis æſtimatur pecunia.

Secundo notandum eſt, quod cum campſores ab uno Regno in aliud cambiunt pecunia rationem habent copiæ, uel inopiæ monetæ in illis Regnis, verbi gratia, qui numerat pecuniam Hiſpaniæ, ut accipiat Flandriæ; quia maior copia pecuniarum reperitur in Hiſpania, quam in Flandria.

Tertio notandum eſt, quod in eadem Prouincia diuerſis temporibus ſolet eſſe maior inopia totius monetæ, uel copia, propterea ibidem non eſt ſemper æquale cambium; variatur enim pro uarietate abundantiæ, uel inopiæ pecuniæ.

His ſuppoſitis, Bannes pro maiori intelligentia huius difficultatis, aſſignat tres titulos in fauorem cambiorum.

Ex tribus, precium cambiorum põt augeri, vel minui.

Primus eſt, quod pecunia abſens ſecundum locum non tantum æſtimatur ſicut præſens, per ſe loquendo, eo maximè, quia illa expectatio facit illam eſſe expoſitam aliquibus periculis, ad quæ non eſt expoſita pecunia præſens, propter quod dans ad cambium, poteſt accipere aliquid emolumenti.

Secundus titulus eſt ratione expenſarum; vnde campſor poteſt aliquid accipere, propter expenſas, quæ fiunt in tranſmiſſione pecuniarum.

Tertius titulus eſt, quod acceptio iſta licita eſt, propter inopiam, & pecuniarum copiam.

Caietanus opuſculo de cambijs cap. 7. Syluest. verbo, vſura, 4. quæſt. 4. & Nauarrus in tractatu de cambijs dicunt, quod licet campſori accipere aliquam commoditatem ex cambio: quia pecuniæ abſentes, ſecundum locum non tanti æſtimantur, neque eſt tantæ vtilitatis ſicut præſentes, eo maximè, quia expoſitæ ſunt periculis. Magiſter Sotus tenet, quod hoc licet mercatoribus ratione expectationis, non autem abſolutè ex pecuniæ

abſentia, cum aliquando pecunia abſens plus æſtimatur, quam præſens, ut patet de illa, quę eſt in Flandria in ordine ad eam, quæ eſt in Hiſpania, et ea, quæ eſt in Creta in ordinę ad eam, quæ eſt Venetijs. Victoria autem vnà cum Magiſtro Soto tenet, hoc licere ratione abundantiæ, vel penuriæ pecuniarum. Omnes enim iſtę ſententiæ benè intellectæ, gaudent ueritate. Ideò pro maiori intelligentia illarum cum Bannenſi concluſiones ponendæ ſunt,

Licitũ eſt in loco vbi eſt inopia pecuniæ cãbire, ꝓ maiori pecunia pro loco, vbi adeſt abũdantia pecuniarum.

Concluſio prima. Licitum eſt commutare pauciores minutas pecunias, ſiue màgnas, vbi eſt penuria totius pecuniæ, & recipere plures, ubi adeſt copia pecuniarum in alio Regno.

Probatur concluſio iſta multipliciter. Primo, ubi eſt penuria totius monetæ, pluris æſtimatur ab omnibus, quam ubi eſt copia; ergo ratione huius æſtimationis, licitum erit recipere maiorem ſummam, ubi eſt maior copia pecuniarum.

Confirmatur; Licet permutare minorem menſuram frumenti in loco, ubi pluris æſtimatur, propter inopiam frumenti, pro maiore menſura reddenda, ubi æſtimatur minoris, propter abundantiam; ergo idem eſt dicendum de pecunia.

Secundo probatur ab effectu: res uenales, ubi eſt minor copia pecuniæ, minus ualent, quam ubi eſt copia totius pecuniæ; ergo licitum erit minorem ſummam pecuniarum in uno Regno, uel Prouincia permutare, cum maiore in alio Regno &c. Patet conſequentia: quia effectus, ſeu primarius finis, ad quem ordinatur pecunia, eſt ad emendas res uenales; ergo ubi reſpectu huius finis pluris æſtimatur pecunia, licitè permutatur pro maiori ſumma pecuniæ, reddenda in alio Regno, uel Prouincia, ubi maioris æſtimatur in ordine ad finem principalem.

Tertio probatur ſic. Primus titulus, & ſecundus non ſufficiunt ad iuſtificandum cambium; ergo tertius titulus ſufficit, ſcilicet, copia, & inopia pecuniæ, aliter damnarentur ferè omnes Theologi.

Confirmatur hoc. Iuſtitiæ lex eſt, vt dati, & accepti æqua ſit æſtimatio. Quadringenta autem regalia, v.g. vbi affluentior eſt pecunia, non pluris habentur, quam trecenta & quinquaginta, plusve minus, vbi pecuniæ penuria laboratur; ergo numerare ibi quadringenta, vt trecenta quinquaginta hic recipias, non eſt iuſtitiæ violatio. Et viceuerſa, dare hic trecenta quinquaginta, vt illic ſibi quadringenta reddantur.

Et confirmatur concluſio iſta denuo, ut ſi quis uellet cambire ſimpliciter ratione loci, nempè traſmutare pecuniam ſuam ex Venetijs, Cretæ, ſed tamen uel propter bella, uel propter alia præſentanea pericula nulla alia pateretur, niſi cambiando hic pro illa. Et ſi Creta nummorum anguſtia grauiter premeretur, liceret minorem illic reddere, eo quod tanti habetur, quanti hic aliquantulo maior; nihil enim in hoc iniquitatis apparet, quod ſi hoc licitum eſt, nihil refert an obiter quis illud faciat, & præter conſuetudinem, aut ex effectu, nam pro natura ſua iuſtum eſt, quiſquis poteſt conſulto exercere. Vnde abſolutè affirmandum eſt cambium iſtud licitum eſſe.

Augetur precium cãbii, propter multitudiné quęrentium ad cambium.

Concluſio ſecunda. Accidit aliquando propter multitudinem quærentium cambia pro loco, ubi non eſt tanta inopia pecuniæ, quod precium augeatur magis, quam ubi eſt maior inopia, uel ſit æquale,

Probatur hoc. Iuſtum enim precium dicitur illud, quod æſtimatur in communi foro, ſed poteſt contingere, quod æſtimatio cambij fori Romæ, ſit maior ab Hiſpania, quam ſit fori Flandriæ; ergo precia diſtincta poterunt eſſe iuſta.

Secundo probatur: multitudo emptorum eſt cauſa, ut res uenales pluris ęſtimentur, ſed hoc contingit in his cambijs; ergo id, quod prius.

Impugnatio

Argumentator contra has concluſiones inſurgit dicendo; procedendo à loco ad tempus. Ex his concluſionibus ſequeretur, quod cuique liceret modo in Flandria ſuo ciui numerare, v. g. decem ſcuta tempore affluentiæ, ut illa illi reſtitueret tempore penuriæ, quo ualiturum eſt, v.g. duo, uel tria realia plus. Nam ſi hoc licet, quando eſt abundantia pecuniæ in Hiſpania, erit etiam licitum, quando erit abundantia in Flandria, dare ſcilicet, duodecim realia loco decem acceptorum tempore penuriæ.

Impugnationis ſolutio.

Pro cambio licet accipere precium, ꝓ mutuo autem non.

Theologus negat ſimilitudinem, & aſſignat rationem negationis dicendo: quod ratione mutui non licet aliquid accipere, ratione cambij licet, oppugnatio loquitur de mutuo dato, nos autem loquimur de cambio in ratione cambij, vnde impugnatio nihil concludit.

Ex his, inquit Magiſter Dominicus à Soto, facili moderamine colliguntur, ac temperamenta huius doctrinæ, quibus eſt eius ueritas circumſcribenda. In primis à cambij fructu remouenda eſt ratio temporis, quæ eſt inditium mutui palliati.

Ad cuius rei notitiam ponitur iſta regula, quod non poteſt uirtute cambij aliquid accipere, benè ex parte rerum, v.g. quia plus æſtimatur pecunia, ubi recipienda eſt uirtute literarum, in quo ſtatu requiritur diſtantia temporis neceſſaria ad miſſionem literarum. Si enim eodem die, quo datur pecunia ad cambium, v.g. pro Flandria, ſolueretur cambium in Flandria, manifeſtè hoc non eſſet cambium ſincerum rei pro re: quia nondum, qui ſoluit poteſt habere notitiam depoſiti, quod ſoluit.

Ad iuſtitiam cambii multa ſunt obſeruanda, & cõſideranda.

Ad hoc enim, quod cambium ſit ſimplex oportet, vt reperiatur vtriuſque rei exiſtentia, atque vt ille, qui recipit, habeat in promptu pecuniam reddendam. Iſtis obſeruatis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo: diuerſam eſſe rationem, quando precium auri, vel argenti augetur, propter ſolius auri raritatem, & aliam, qñ hoc aduenit propter inopiam, vel abundantiã pecunię. Nam priori modo, qui ducatum confert, v.g. in Hiſpania, non confert amplius, q̃ vndecim

regalia

Digitized by Google

regalia argentea, tribuendo æquiualens argentum pro auro. Attamen quando eſt maior copia pecuniæ in genere in vna Prouincia, quam in alia, non pluris æſtimantur tredecim regalia in Hiſpania; verbi gratia, quam vndecim in Flandria in quacunque moneta ſint, ſiue aurea, ſiue argentea.

Inſtantia 2.

Argumentator contra hanc reſponſionem inſtat dicendo: In vna, & eadem Prouincia non eſt licitum cambium ratione copiæ, vel inopiæ totius monetæ diuerſis temporibus; ergo neque in diuerſis Prouincijs eodem tempore.

Antecedens explicatur ſic. Non licet Petro mutuare Paulo centum ſcuta, quando eſt maior pecuniæ inopia, recepturus maiorem ſummam pecuniæ, quando fuerit maior copia monetæ in eodem Regno; ergo.

Probatur antecedens. Non eſt licitum mutuare frumentum, quando & vbi eſt inopia illius ea lege, vt quando fuerit maior copia frumenti, reddatur maior menſura frumenti; ergo hoc idem dicendum eſt de pecunia.

Inſtant. ſolutio.

Lucrum ex mutuo rõne tpis eſt uſura, nõ autem ratione loci diuerſi.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem dicendo: quod lucrum ex mutuo ratione temporis expectati vſurarium eſt, non autem ratione diuerſi loci. Concedimus tamen mutuanti licitum eſſe deducere in pactum cum mutuatario, vt reddat plus pecuniæ in ea quantitate, quanta eſt neceſſaria ad emendum tantam copiam rerum venalium, quantam mutuator eſſet empturus ſi non mutuaſſet ſuam pecuniam; ſed in iſto caſu non eſt lucrum ex mutuo, ſed tantum mutuator indemnem ſe conſeruat.

Inſtantia 3.

Contra tertium titulum aſſignatum ſupra inſtat argumentator dicendo: Impoſſibile videtur, quod in eodem tempore ſint duo iuſta precia diſtincta cambiorum, quæ fiunt, v.g. ab Hiſpania in Flandriam, & è conuerſo, ſed ita eſt in vſu, quod ſunt diſtincta precia; ergo alterum eſt iniquum.

Et confirmatur hoc. Si titulus ratione copiæ, vel inopiæ totius pecuniæ iuſtificaret cambia in diuerſis regionibus; ergo etiam in eodem Regno in diuerſis locis erunt licita hæc cambia. Valet conſequentia: quia in vno loco eſt maior copia totius monetæ, quam in alio loco eiuſdem Regni.

Inſtant. ſolutio.

Preciũ cãbii poteſt augeri in ordine ad diuerſa regna, non aũt in ordine ad idẽ regnum, regulariter loquendo.

Theologus negat antecedens: quia in diuerſis Regnis æſtimatur inopia, vel abundantia pecuniæ deſeruiens ad precium cambij, quod non accidit reſpectu eiuſdem Regni; ſimiliter propter multitudinem quærentium cambia iſta. Et ad confirmationem negat conſequentiam. Rationem aſſignat dicendo: Cambia huiuſmodi in eodem Regno eſſe prohibita. Secundo dicitur, quod licet non eſſent prohibita. Conſequentia nihil valet: quia inter idem Regnum eſt facilis aſportatio pecuniæ de loco ad locum, ideò nihil precij poteſt accipi, ratione copiæ, vel inopiæ, ſed tantum ratione aſportationis. Cęterum in diuerſis Regnis, regulariter loquendo, non eſt facilis aſportatio pecuniæ: quia vel eſt lege prohibita, vel quia magis exponitur periculis; Vnde neceſſario requiritur ad negotiationes in mercibus diuerſorum Regnorum, quod huiuſmodi cambia fiant, regulariter loquendo; vbi tamen non reperitur talis difficultas, etiam quod Regna ſint diuerſa, non eſſent licita huiuſmodi cambia de Regno in Regnum, ſicut etiam vice verſa contingit, quod in vno Regno ſint duo loca vſque adeò diſtincta, vt tranſportatio pecuniæ ſit difficillima, & valde periculoſa. Et tunc licita erunt huiuſmodi cambia ratione copiæ, vel inopiæ totius monetæ intra idem Regnum, niſi ſit lege prohibitum. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; An cambiorum precia inter campſores variari poſſint. Rationes adducuntur pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio: Vſus celeberrimus cambiorum non licet reprobari, potius eſt approbandus, ſed antiquus vſus eſt, vt ipſi campſores, & mercatores varient precia cambiorum; ergo ad illos pertinet illa precia variare.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, inquit Lector. Pecunia non eſt vendibilis; ergo non poteſt eius precium per aliquos variari, vt precium rerum venalium; ergo hoc non pertinet ad mercatores, ſed ad Principes, vt lege ſua augmentent, vel minuant huiuſmodi precia.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

CIrca hoc dubium Lector Theologus duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Variatio precii cãbiorum procedit ex abundantia, vel inopia monetarum.

Concluſio prima. Accidere poteſt, vt meritò (ſecluſis fraudibus, & dolis) cambiorum precia variari. Sed dic quæſo (inquit Lector) vnde oritur huiuſmodi varietas cambiorum?

Reſpondet Theologus dicendo: quod hoc procedit ex abundantia, vel inopia monetarum. In nundinis hoc apparet manifeſtè. Nam ex hac parte, præcipuè cambia variantur, ſcilicet, quando Princeps augmentat, aut minuit pecuniã in valore, propter penuriam, vel abundantiam pecuniarum; ſimiliter conſtat hoc ex diuerſitate, vel numeroſitate concurſus mercatorum ad nundinas. Quando concurrunt multi, precia cambiorum augmentantur, quando pauci concurrunt precium diminuitur, hoc veriſſimum eſt (omni fraude ſemota.) Dictum eſt enim, quod cambire monetam vnius loci, pro moneta alterius loci eſt neceſſarium pro diuerſitate negotiorum: hinc habetur, quod ubi abũdat numerus accipientium ad cambium, uel penuria pecuniarum, precia cambiorum augmentatur. Et ubi adeſt abundantia pecuniarum, & deficit numerus mercatorum ad cambium recipientium, diminuitur precium cãbiorum, ſemota aſtutia mercatorum conſtituentium manipolium, ut precia cambiorum ad libitum uariantur. Hic modus

vſitatus cauſa eſt augmenti, & detrimenti cambiorum.

§ Aſſignatur cauſa quare legitimè augeri, vel minui poſſint cãbiorum precia.

Obſeruandum tamen eſt, quod huiuſmodi penuria, vel affluentia pecuniarum eſt duplex, nempè abſoluta, & reſponſiua. Penuria abſoluta eſt, ſi propter bella, vel aliquod aliud maximum infortunium, Rex vndique pecuniam colligeret, reuera adeſſet penuria monetarum. Et è conuerſo ſi ob aliquã proſperitatem affluunt. Et de hac cauſa dubitari non poteſt quin ſit legitima. Alia cauſa eſt, de qua meritò heſitatur inter prudentes. Videlicet; Vtrum frequentia, & paucitas indigentium ad petendum pecuniam in forma cambij, augeat, & minuat cambiorum precia.

Caietanus Illuſtriſſimus in ſuo opuſculo cap. 7. affirmatiuè reſpõdet, & loquitur ex parte rei, quia aliquando res (ex malitia mercatorum) oppoſito modo ſe habet. Inquit enim Magiſter Dominicus à Soto lib. 6. de iuſtitia, & iure, quæſt. 12. a. 3. quod ſolent mercatores in initio nũdinarum burſas claudere, expectantes quo precio cambia currant. Et dum proſperum vident forum, illa in cambiũ producunt, alioqui ſeruant. Et quamuis primo aſpectu nulla appareat iniquitas, quoniam quiſque poteſt rem ſuam ſuo arbitrio, aut ſeruare, aut diſtrahere, tamen ſi res oculatius inſpiciatur, illa eadem cauſa eſt eadem augendi cambiorum precia. Nam propterea plures ſunt, qui cambia quærunt, quod rarior eſt pecunia. Eſt autem rarior: quia abſcondita eſt, immò illa ratione abſcondita, vt augeantur precia. Et reuera ſi ad normam aliorum, vt mercatores volunt taxandum eſt precium, varianda eſt cambiorum æſtimatio, debent eidem ſubdi legi, quæ ſolet à Republica in alijs precijs obſeruari. Dum enim multi ſunt, qui horrea obſeruant; vnde naſcitur abundantia granorum, compelluntur à Principe illam aperire, & legitimè diuidere precio. Immò etiam, quod non compellerentur, peccatum eſſet eo, quod cum res ſint Reipublicæ neceſſariæ, non poſſunt eorum Domini communem iniuriam populum ſuum affligere. Si ergo mercatores ita fatentur cambia eſſe neceſſaria, profectò gladio ſuo ſe interimunt, dum pecuniam abſcondunt, eo potiſſimum, quod vix fieri poteſt ſine aliqua ſpecie monopolij. Nam ſi inter illos non conuenirent, vt burſas abſconderent, vnus, & forte alter cambium aperiret; hoc enim prudentia humana, & experientia manifeſtat. Ex his ſecunda concluſio deducitur.

Malitia mercatorum oſtẽditur in augmentatione, vel diminutione precij cambiorum.

Concluſio ſecunda. Copia maior accipientium ad cambium genere ſuo (remota malitia mercatorum) cauſa eſſe poteſt augendi precia cambiorum, ſicut & raritas eſt cauſa minuendi precium.

Copia accipientium ad cambium eſt cauſa augẽdi precia cãbiorũ, & raritas eſt cauſa minuendi precium.

Concluſio iſta ſuadetur ſic. Dictum eſt, quod cambire monetam vnius loci pro moneta alterius, non ſolum eſt licitum, ſed neceſſarium. Mox, & nummorum penuria vnius regionis cauſa eſt, vt minor pecunia tanti æſtimetur, quanti alibi maior. Cum igitur auctior numerus accipientium cambium cauſa ſit, vnde minor habeatur pecuniæ copia, quam dum rariores ſunt, qui capiunt. Colligitur in hac etiam ratione augeri poſſe precium.

At verò adeò ſunt multæ fraudes, & doli, qui hac ratione ſe ſtatim ad augenda precia ſe accingunt; Vnde confeſſarij cautè debent procedere ad admittendam hanc concluſionem pœnitentibus. Eſt enim res quæ non tam in ſcientia poſita eſt, quam in conſcientia, & prudentia. Et ideò optimorum, cuique iudicio differendus eſt huiuſmodi vſus.

Mercatores cognoſcentes, quod magis lucrantur in principio nundinarum, quam in medio, vel in fine, libenter dant ad cambium in principio nũdinarum, quia tunc venit pecunia in maxima copia, propterea in fine nundinarum non dant, ſed accipiunt ad cambium, puta ad quatuor pro centenario. Et in principio futurarum dant ad ſex pro centenario, pluſve minus. Et ita ex omni parte lucrantur, faciẽdo ſimiles circulationes cambiorum. Cambia iſta licita ſunt, ſi hoc prouenit ex abundantia, vel penuria pecuniarum (ſublata omni fraude.) Nihilominus mercatores, qui tantum tendunt ad has circulationes cambiorum, non ponẽtium ſuas pecunias in alijs generibus negotiorum, ex mente D. Thom. peccant mortaliter, non propter modũ negotiandi (qui iuſtus eſt) ſed propter magnum affectum, & auiditatem lucrandi ſine aliqua neceſſitate ſuæ familiæ. Immò finis iſtorum in his cambijs eſt lucrum, quod damnabile eſt etiam de mente Phyloſophi. Lucrum iſtorum à D. Thoma vocatur quæſtura, ſcilicet, lucrum infame. Et licet mundani homines. Campſores, & mercatores ad cambia ſimpliciter tendentes honoratos negotiatores vocent iſtos, quoniam pecuniæ obediunt omnia: Nihilominus Sancti vocant illos infames: quia quantum eſt ex fine illorum ſunt tales, quoniam finis, & Deus illorum aurum eſt, quoniam diuitias colunt. Vnde non eſt mirum ſi poſtea abſque timore, & verecundia ad omnem auaritiam ſint parati. Sunt enim nonnulli, qui habent magnam quantitatem pecuniæ, quas nollunt ponere in negotiatione, vel mercantia, nec ex illis emere volunt poſſeſſiones, vel bona ſtabilia. Et hoc faciunt, quia non contentantur illa pauca vtilitate. Nam diuites fieri volunt in momento temporis, propterea vadunt per nundinas, dant perſonis indigentibus pecunias ſuas ad cambium. Et ita lucrantur, & in paruo tempore diuites fiunt. Et ſi hoc ex ſe facere nequeunt (aliquo alio negotio impediti) dant pecunias ſuas campſoribus, conueniendo de lucro terminato, vel interminato, & ſic ducunt dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. At quia pratica magis ſcientes facit, quam ſpeculatiua in moralibus, deſcendamus ad praticam ipſam. Eſt mercator quidam, qui ſe tranſtulit ad nundinas Biſantionis, Romæ, Venetiarum, &c. in principio nundinarum, cum magna ſumma pecuniarum, non vt aliquid emat, ſed vt daret illam ad cambium, inuenit Petrum, aut Paulum, aut alium indigentem pecunijs, propter aliquas ſuas neceſſitates, & tradidit illi, vel illis ſuas pecunias ad cambium pro primis nundinis, quæ erunt poſt tres menſes, cum aliquo augmento, prout ſimul conueniunt. Veniente tempore nundinarum, ad nundinas ſe confert, vt exigat ſuas pecunias cũ lucro (ipſa recepta) ſtatim

Illi, qui tantũ ad cambia ordinarii pecunias ſuas peccant mortaliter, & ſunt in malo ſtatu

Pratica aſſignatur circa cãbia licita, & illicita, ſeu iuſta, vel iniuſta.

illas

Digitized by Google

illas dat eidem, vel alteri per alias nundinas proximas, cum pacto de lucro. Et ſic procedit circulariter per alias nundinas Italiæ, vel extra Italiam. Et vbi nundinæ non fiunt, dant ſuas pecunias pro primo termino, renouando contractum de termino in terminum cum ijſdem, vel alijs, ſub eiſdem clauſulis, & ſic reuocant cambia, ſemper cum aliquo lucro determinato, aut determinando à deputatis ad hoc. Et ita diuites fiunt breui tempore, abſque eo, quod ſe implicent in alijs periculis, quibus in cambijs multoties animæ illorum illaqueantur, ſaltem propter nimiam anxietatem lucrandi, quæ non excuſat à mortali per D. Thomam. Vltra hoc, quod talia cambia (vt in pluribus) plena ſunt fraudibus, licet aliqua illorum admitti poſſint. Apud Nauarram, & Coronam Confeſſorum aliqua cambia iſtorum iuſta eſſe poſſunt, propter diuerſitatem ponderis pecuniarum, quæ in diuerſis nundinis variè currunt. Pecunia enim melior pluris æſtimatur, & appreciatur, præcipuè cum ſit reſeruanda. Similiter cambium cum moderato lucro eſt iuſtum, quando adeſt penuria pecuniæ, quoniam tunc pluris æſtimatur in nundinis. Poteſt tamen peccare ſi hoc noſtro propoſito ſemper lucrari intēdit. Ratio eſt: quia vult lucrari ſine labore, & expenſis, quod eſt contra naturam negotiationis. Cum dicat Deus, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sunt aliqui alij adeò cupidi, qui abſque verecundia dant pecuniam ſuam ad vſuram ſub nomine cambij. Iſti pergunt ad nundinas cum magna quantitate pecuniarum, non vt ſe exerceant in cambijs minutis, vel vt deſeruiant cambijs per literas, ſed vt mutuent diuerſis, & habent librum paratum, in quo ſcribunt illos, qui accipiunt pecunias ab illis pro alijs nundinis, cum pacto de lucro. Et facta reſtitutione, delent eos de libro. Ita quod ipſimet ſunt, qui ſcribunt in libro, & delent de libro abſque alijs miniſtris. Et quod peius eſt, ipſi (cum multam pecuniam non habeant paratam ad negotiandum) accipiunt illas ab alijs ad rationem ſex, vel ſeptem pro centenario. Et poſtea tradunt illas ad rationem decem, vel duodecim pro eodemmet centenario. In qua actione vſura reperitur ex vtraque parte, ex parte illorum, qui mutuo dant ad ſex, vel ſeptem pro centenario, & ex parte iſtorum, qui dant ad decem, vel duodecim ad cambium; Vnde cambium iſtorum non eſt cambium reale, ſed mutuum palliatum, vnde iſti non merentur nomine campſorum, ſed vſurariorum, contra quos campſores meritò iraſcuntur cum illos iniuſtè deturpent, & vituperent.

Circularis motus in cābijs non excuſat cāpſorem a mortali, propter lucri auiditatē.

Manifeſtatur anxietas aliquorum, qui ſub palliū cābij exercent vſuras palliatas.

Sunt & alij mercatores, qui pergunt ad nundinas cum copia pecuniarum, cauſa emendi merces. Et ſtatim ponunt illam in manu iſtorum vſurariorum, qui vt libenter veniant ad reponendas pecunias apud illum, dant illis vnum & medium pro centenario. Iſta eſt prima vſura, quam faciunt mercatores iſti, nec cōtentantur de hac, ſed emptis mercib quibus indigent, faciunt literas vendenti ſibi ſua bona ad hoc, vt ſoluantur ei ab vſurario illo, qui tenet menſas in nundinis. Iſte campſor (fictus) accipit literas, ſatisfacit emptori illi, auferendo à tali pecunia tria pro centenario dicendo, quod hoc ſibi conuenit, propter laborem numerandæ pecuniæ, & quia inſeruit illi, vt bonam pecuniam accipiat. Et vltra hæc committunt multas alias vſuras, & fraudes, de quibus confeſſor interrogare debet tales pœnitentes, eoſque non abſoluere, niſi prius facta reſtitutione, & relictis cambijs illis iniquis, more *Zachæi* dicentis Domino. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Et ſi quid defraudaui, reddo quadruplum.

Notarēt cōfeſſarii.

Alij mutuant nomine cambij, hoc modo. Campſor, vel mercator dat hodie Petro per primas nundinas Lugduni mille aureos cum pacto taxati, vel taxandi augmenti; ſi autem vult tenere vſque ad alias nundinas, dupliciter ei augmentetur lucrum, & ſic aſcendendo per multas nundinas.

Alij dant pro primo termino, ponendo terminos iam ab illis taxatos loco nundinarum, aſſignando tot dies poſt præſentatis literis, quas vocant ad uſum, dando libertatem ad ſoluendum de termino in terminum.

Alij tradunt ad cambium non pro primis nundinis, ſed per ſecundis, ut magis lucrari poſſint.

Alij ſunt peioris conditionis, dant ad cambium ſuas pecunias per tot nundinas, per quas illas tenere uolunt, faciendo ſolas literas, & poſtea renouāt cambium de tempore in tempus, prout current in nundinis donec ſoluant abſque eo, quod deſcendant à loco, ubi data eſt pecunia, & ibi poſtea fit reſtitutio.

Alij dant pecunias ſuas per duas, uel tres nundinas, uel per duos, uel tres terminos, ſeu plures ſimul (ubi nullæ celebrantur nundinæ) ad rationem quatuor, uel quinque pro centenario ſupra capitale.

Alij nequiores his, expreſſius in hoc uſuram cōmittunt, præcipuè in Hiſpania. Dant realiter pecuniam ſuam ad cambium per primas nundinas, vel terminos, cum hoc tamen pacto, quod ſi tempore præfixo non fuerit ſatisfactum, ſoluat pro ſingulis annis decem, vel duodecim pro centenario, vltra capitale, donec ſatisfaciat ad plenum. Omnes hos contractus damnauit Pius V. in ſua Bulla declarando hos omnes vſurarios, prout videbimus in fine huius diſputationis.

Alij dant ad cambium per primas nundinas vtique peruento termino nundinarum, ſi debitor non poteſt ſoluere, differunt terminum per alias nundinas abſque nouis literis, cum obligatione ſoluendi in eodem loco nundinarum, & renouant cambia in eodem loco, & fit ibi ſolutio. Nec modus iſte cambiendi licitus eſt, cum ſit propriè mutuum, & non cambium; ideò ex hoc non licet lucrum, ratione expectati temporis, accipere. Poteſt tamen mercator aliquid accipere à non ſoluente ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, moderatè tamen, & non aliter.

Impugnatio

Contra hanc doctrinam ſe opponit mercator dicendo: Ego tradidi pecuniam meam Petro per primas nundinas, ſi ſuo tempore ipſe ſoluiſſet debitum, pecuniam meā tradidiſſem Franciſco ad cambium per alias nundinas; ergo ſi non ſoluit ipſe debet

bet

bet ſubiacere damno,& ſoluere intereſſe. Quantum ex me nihil mihi refert dare pecuniam meam ad cambium Petro, uel Franciſco.

Impugnationis ſolutio.

Soluit hanc impugnationem Theologus dicendo: dato caſu, quod Petrus non poſſet ſoluere cambium tempore præfixo. Cum ad tempus iſtud perueneris, & non ante poteris pro ſecundis nundinis relinquere cambium in manibus ſuis. Non tamen ex hoc ſequitur, quod à principio hoc facere poſſis, ſcilicet, dare illi ad cambium pro pluribus nundinis. Primum licet (remoto dolo, & fraude) ſecundum non ſimpliciter.

Dare ad cābium pro primis nūdinis, & poſtea ꝑ ſecūdis licet, dare illi ꝑ pluribus nūdinis ſimul non licet.

Alia ſpecies cambij ficti eſt iſta. Petrus indiget quantitate pecuniæ, & cum illam non inueniat mutuo, quærit ad cambium pro tali loco, licet ille non habeat ibi pecuniam, neque creditum, non habet commoditatem nummorum, neque amicorum, ut ibi ſatisfacere poſſit. Mercator ſciens hoc, propter cupiditatem lucri dat illi, uerbi gratia, ſcuta mille ad cambium pro loco illo, cum pacto, quod reſpondeat in loco illo, pro quo datæ ſunt literæ, cum lucro cambij taxati, uel taxandi, formæ, & dat literas pro tali loco, quæ literæ, uel non mittuntur, uel mittunt ad factorem campſoris, uel ſui, ſciens tamen, quod non inueneut illum, cui ſoluere debet factor (facta diligenti inquiſitione) illo non inuento, remittit literas domino ſuo, ut ſatiſfacere ſibi faciat ibi à Petro de capitali, & lucro, de cambio, & recambio &c. tale cambiū iniquiſſimum eſt, & à Pio V. damnatū. Mercator ſciens impoſſibilitatem Petri, peccat mortaliter dando illi ad cambium pro tali loco. Si tamen putabat Petrum aliquo modo ibi poſſe reſpondere: quia uidelicet ſolitus eſt accipere ad cambium, & ſoluere, uel quia diues eſt, uel habet ibi, qui pro eo ſoluere ſuadetur, tunc non peccat mercator.

Alia ſpecies cambij magis dubia eſt hic: Petrus in maxima neceſſitate poſitus, hic pergit ad mercatorem, dicitque illi: Accommoda mihi pecunia tua, & faciam quomodo tibi placet; Mercator ne hanc bonam occaſionem lucrandi admittat, enumerat illi pecuniam ſuam, cum pacto, ut illam reſpondeat Neapoli, uel Romæ, ſeu Venetijs tali mercatori. Accedit tempus nundinarum, mittit literas Petro, ut ſoluat cambium cum lucro mercatori prædicto, uel cum damno, uel ſine damno, prout cambia currūt; Vnde accidere poteſt, quod Petrus uſus fuerit pecunia mercatoris per tempus illud, quo currunt literæ, abſque ſui detrimento, qui modus cambiendi uerſatur ſæpè inter mercatores ipſos.

Sub iſto modo cambiendi fallacia etiam eſſe poteſt, ideò pro eius intelligentia eſt primo notandum, quod lucrum accipere eo, quod alius tuis utitur pecunijs, eſt prohibitum à lege non ſolum diuina, ſed à lege naturæ, & Pontificia, immò Imperatoris, & gentium.

Cambiū iuſtum eſſe dicitur, quia emitur pecunia abſēs, ꝑ quā abſentia minus valet precio legali

In hoc igitur cambio uidenda eſt ratio, ſub qua mutuatur ille, qui dat pecuniam ſuam ſub titulo cambij, ut ex eo lucrum accipere liceat, quoniam aliquando ignorantia excuſat.

Pro quo eſt obſeruandum (ut pluries dictum fuit) quod cambium iuſtum eſſe dicitur: quia emitur pecunia abſens, propter quam abſentiam valet minus precio legali, ita quod quando traditur pecunia ad cambium, v.g. per Lugdunum, ſi qui accipit cambium, non habet illic ſuam pecuniam in eſſe, aut in ſpe, tunc cambium illud non poteſt dici emptio, vel commutatio, per conſequens non eſt cambium reale, ſed fictitium. Et hoc aperitur dum literæ mittuntur factori mercatoris illius, qui pecuniam ad cambium dedit. Si autem miſſæ ſunt literæ alteri, qui negotium habet cum eo, vel relationem, qui accepit ad cambium, cambium iudicatur reale, & quod verè fuit emptio pecuniæ abſentis, & lucrum iuſtum erit. Contractus enim cambij iuſtum eſſe non poteſt, niſi reducatur ad contractum emptionis, vel venditionis, ſeu permutationis. Quando ad proprium factorem diriguntur literæ iſtæ, non præſupponitur vera emptio, vel venditio: quia non cum ſuis, ſed cum alijs fit huiuſmodi negotiatio, neque eſt permutatio, cum pecunia permutanda non exiſtat.

In cābio ꝑfecto quatuor concurrunt perſonę, duo vbi datur, vel accipitur, & duę vnde ſoluitur.

Et confirmatur hoc. Nam in cambio vero, & perfecto quatuor concurrunt perſonæ, prima qui tradidit pecuniam, ſecunda qui eam recipit in eodem loco, tertia qui alio in loco recipit literas, & ſoluit pecunias realiter, nominans literas mittentis, quarta perſona eſt, quæ dictas pecunias datas ad cambium exigit vice illius, qui illam dedit ad cambium. In cambio præfato ſupranominato tantum tres perſonæ reperiuntur, cum in Lugduno non reperiatur perſona, quę ſatisfaciat pro illo, qui accepit ad cambium, licet in literis hoc fingatur. Factor enim gerit vicem duarum perſonarum, ſcilicet, factoris, & reſpondentis illius, qui ad cambium recepit, quod eſt contra legem delegatis dicentem. Neminem ſibiipſi debitorem eſſe poſſe, formaliter loquendo. Ex quibus manifeſtè apparet cambium hoc (cum non habeat effigiem emptionis) non eſſe verè cambium, ſed mutuum veſtitum nomine cambij, & lucrum eius eſt vſurarium; ſimiliterquando à factore mercatoris remittuntur literæ Domino ex Lugduno, Neapoli, & denuo remittuntur illi factori Lugduni, omnia ſunt fictitia, & ſoluitur bis eadem pecunia in apparentia, cum duplicato lucro reali, vocando illud cambium, & recambium, damnatum vtique à Pio Papa V. Non enim apparet vbi fundamentum habeat recambium hoc, cum factor non reddat Petro ipſam pecuniam.

Impugnatio

Inſurgit cautloſus mercator dicendo. Petrus debet factori meo mille aureos, quos ego dedi illi ad cambium pro Lugduno, factor inquit, mercator ipſe ſoluit illos mihi dando illos ad cambium Petro, prout currūt Lugduni, faciēs literas, vt illos aureos ſit mihi ſoluturus, vice factoris, cum dicto augmento. Hac de cauſa Petrus ſoluit cambium, & recambium.

Impugnationis ſolutio.

Ecce diabolica imaginatio viri auari, qui fingit Petrum ſoluentem cambium, & accipientem cambium de nouo, abſque eo, quod Petrus realiter recipiat cambium. Et ex his fictitijs, rapit à Petro lucrum cambij, & recambij, & quamquam ex natu-

ra

ra cambiorum nihil vtilitatis tunc illi prouenire poſſit; vnde mercator dans ad cambium cum tali intentione, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem de male ablato, ſecundum regulam de vſura mentali: quæ ſi conſideraret Chriſtianus, non cum tanta auiditate ad exteriora cambia tenderet, vt multi faciunt relinquentes mercaturas, vt citius diuites fiant. Veh iſtis.

Inſtantia. Inſtat mercator dicendo. Si hunc modum cambiendi prohibes, egenis, pauperibuſque magnum incommodum affers, nam pauperes in ſuis neceſſitatibus non habẽt aliud ſuffragium, quam iſtud, nec poſſunt habere cum minori damno illorum.

Inſtant. reſponſio. Theologus reſpondet his auaris dicendo: quod prohibitio hæc non eſt hominis, ſed Dei. Et lege diuina, & humana, hoc manifeſtauit Pius V. propterea tu obſerua diuinum præceptum, ſcilicet, Mutuo date, nihil inde ſperantes: quia tunc ſubuenies pauperibus in ſuis neceſſitatibus, & multum mereberis apud Deum.

Quæſitum. Quærit mercator vnũ, & inquit; Eſt hic mercator quidam, qui à Petro habere debet mille ducatos aureos, & vult illos. Petrus dicit, mihi non adeſt facultas. Accipe ad cambium illos, inquit mercator, & ſi non habes à quo, ego ad cambium tibi do illos. Eſt ne licitum hoc inquit?

Quæſiti reſponſio. Reſpondet Theologus per diſtinctionem. Vel hoc facit mercator, quia non vult pecuniam ſuam manere ocioſam in manu Petri, vel quia eſt requiſitus ab alijs, vt daret illos eis ad cambium, vel quia vult illos ponere in negotiationem, vel inueſtire in aliqua bona. Si ex illis pro tunc nihil agere vult, peccat cogendo illum accipere ducatos illos ad cambium, præcipuè ſi talis mercator non eſt ſolitus dare ad cambium, & non ſolum peccat mortaliter in hoc facto, ſed ad reſtitutionem tenetur. Si autem non vult illos ocioſos manere, poteſt accipere ſuum damnum intereſſe, non primo, ſed quando habet paratos, qui illos recipiant ad cambium, vel vnde illos inueſtire poſſit, tunc poteſt ab eo accipere tantum pro centenario, prout poteſt habere ex opportuna occaſione ſibi præſentata (ſemotis expenſis, & periculis) hoc maximè debent obſeruare pij Chriſtiani.

Oſtenditur quãdo quis ad recãbiũ tenetur, & quando non tenetur. Obſeruandum eſt ſimiliter, quod campſor nõ poteſt exigere recambium, niſi quando actualiter inuenit, qui pecuniam ſuam cum lucro reddat in patriam; ſi autem alij mercatores in remittenda ſua pecunia faciunt expenſas, propter inopiam illorum, qui eam ad cambium recipiant, debet ſatisfacere Petro, prout à peritis æſtimabitur, cum realitas negotij hoc exigat. Ex quibus apparet impuritas conſcientiæ auari mercatoris, extorquentis recambium, vbi ipſe ad expenſas pro reditu ſuarum pecuniarum tenetur. Si autem mercator ſolitus non eſt dare ad cambium, non debet tractare cum Petro de cambio, ſed de lucro ceſſante, ſi verè tunc illi lucrum ceſſat, ſin autem minimè; quia oppoſitum faciendo, non ſolum peccaret mortaliter, ſed ad reſtitutionem teneretur.

Eſt alius genus cambij, ſeu potius mutuandi cum vſura ſub nomine cambij, & eſt tale. Adeſt Paulus indigens pecunijs, mercator tradidit illas ei ad cambium, ad rationem tot pro centenario. Cum hoc pacto tamen, vt Paulus ſoluat illas in quadam Ciuitate, & loco pro ſua commoditate, vbi non eſt conuentio mercatorum, neque celebrantur nundinæ. Et vt magis lucretur, dat illas pro nundinis, quæ maximè diſtant. Et in illo loco proximo facit ſoluere, ſicut ſoluunt illi, qui realiter accipiunt ad cambium, v.g. pro Lugduno, vel pro loco magis remoto. Huiuſmodi contractus vllo pacto cambium vocari poteſt, benè autem mutuum cum maxima vſura. Vnde iſte mercator eſt non Chriſti, ſed Diaboli; vltra hoc, quod peccat mortaliter in huiuſmodi cambio fictitio, ad reſtitutionem tenetur. Alij dant pecuniam ſuam alicui artifici, vel mercantulo ad hunc finem, vt ipſa lucretur, cum pacto, vel ſaltem principali intentione, vt ipſi (ſaluo capitali) det tot pro centenario, quantum expectatur ex vero cambio, quæ eſt manifeſta vſura, & acquiſitio iniuſtiſſima.

Alij dant pecuniam ſuam indigenti, qui ſe remittit in omnibus ipſi mercatori abſque aliquo pacto, quando tamen talis indigens illam reſtituit, mercator facit illi calculum calamo pro tempore, quo illa vſus eſt, quot cambia, & recambia tranſire potuiſſent, & quærit ab eo aliquid pluris, quod eſt viginti, vel triginta pro centenario, omnes iſti caſus vſurarij ſunt, & qui ſic procedunt in negotiationibus ſuis, non in manu Dei, ſed in manu Diaboli reperiuntur. Et in puncto mortis cum diuite Epulone ſepeliuntur in inferno. Aſſignantur varii, & diuerſi cambii fictitii, immo expreſsè vſurarii.

Vltima ſpecies cambij (vt ad finem iſtius diſcurſus ueniamus) obſeruatur ab aliquibus in Vrbe; Cambium iſtud fit hoc modo. Adeſt ibi clericus, qui obtinuit beneficium, indigens pecunia pro expeditione Bullarum, pergit ad campſorem, & petit illam ſub nomine cambij; campſor dat pecuniam illam ad ſex, plusve minus pro centenario, ſecundum diſtantiam loci beneficij, & dilationem temporis. Et ponit in cõtractu tam capitale, quam lucrum dicendo: omnia eſſe data pro gratioſo mutuo, in quo contractu clericus ſe obligat eam ſoluere eo in loco, ubi habet beneficium, ſpacio tot dierum.

Contractus iſte, cum non habeat ſpeciem cambij, condemnatur ab omnibus Doctoribus, præcipuè à D. Antonino 2. p. cap. 7. §. vltimo. Peccant clerici, qui mediante campſore dant ad cambium; quia non licet illis nec immediatè, nec mediatè hoc agere. Peccant campſores ipſi tradendo pecunias ſuas ad cambium perſonis prodigis, inſanis, & ſimilibus, ſcienter, cum tunc ſint cooperatores malorum. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus ſatisfacit inſtantiæ in vertice dubij poſitæ, dicendo: quod etſi pecunia de ſe non ſit precio æſtimabilis, ſeu vendibilis, tamen ob id, quod eſt campſibilis, & commutabilis, poteſt pluris, minoriſque precio æſtimari, vt cum alia alterius

Digitized by Google

alterius loci commutetur. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Dubium tertium.

QVærit enim in hoc dubio Lector; Vtrum cambium ad incertam ſolutionis quantitatem ſit licitum, ſcilicet, an poſſit cambiri præſens pecunia, accepta pro futura, quæ eſt incerta cum eius valor ſit incertus. Vt ſi quis alteri centum ducatos numerat eo pacto, vt ſolutio fiat ſecundum æſtimationem cambiorum proximarum nundinarum, puta Lugduni, vel Metinenſis, vel Biſantionis &c. pro vtraque parte adſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Licet pecuniam ambiguo euentui committere, vt in ludo patet; ergo multo magis in forma cambij.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Quod iuſtitiæ bilantiæ periculo exponuntur, aut quod minus referatur, quam collatum eſt, aut quod multum frequentius venit plus, non eſt licitum; ergo non licet cambium ad incertam ſolutionis quantitatem exponere; Valet conſequentia: Nam quodcunque illorum contingat, violabitur iuſtitia.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit. Primo vnica concluſione ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuę.

Cambiũ ad incertã quantitatem ſolutionis eſt licitum, ſemotis fraudibus, & dolis.

Concluſio. Relicta fraude, licitum eſt accipere, & dare ad cambium pro certo augmento, & decremento lucri, non ad arbitrium illius, qui ad cambium dat, ſed virorum peritorum, qui viſis videndis conſideratis conſiderandis, pertinentibus ad augmentum, & detrimentum cambij, determinent de vtilitate, vel damno cambiorum pro primis nundinis, ſeu pro tranſactis nundinis proximè.

Pro huius diligenti diſcuſſione concluſionis, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in ſuo opuſculo, vnà cum Magiſtro Dominico à Soto, quod concluſio iſta gaudet veritate, dummodò ab illa procul ſit fraus. Primo, quod æquale ſit dubium de augmento, vel detrimento cambij. Secundo, quod ille, qui confert, non ſit ille, qui operam det ad augendam pecuniam: quia dare ad cambium eſt ponere in depoſito ſub ſorte augmenti, & detrimenti in futuro, prout tactum eſt in tractatu de aſſicuratione, v.g. Accipere hac lege centum, vt ſi cambiorum precia aucta fuerint, ſoluas mihi plus, ſin verò minus, vel æquale, nam vtraque pars eidem ſorti ſubiacet. Et hoc fieri poteſt dupliciter. Primo manendo in incerto lucro, Secundo cum pacto de certo lucro. Exempli gratia, credo tibi centum ducata aurea Veneta, valentes mille libras Venetas argenteas. In nundinis poſſunt huiuſmodi ducati augeri vſque ad mille, & ducentas libras argenteas. Poſſumus ergo inter nos conuenire, vt referas mille, & centum, quod eſt medium illius exceſſus ſupra capitale. Contractus iſte licet non placeat Magiſtro Dominico à Soto, ſi tamen hoc fit duplici contractu, primo quo ad cambium, ſecundo quo ad huiuſmodi precium, poteſt fieri, vt dictũ eſt de aſſicuratione precium acceptũ pro aſſicuratione; obiectiones quas adducit Sotus, militant contra illum, qui vnico contractu hoc facit, quod & nos concedimus, immò & Caietanus ipſe ab hoc non diſſentiret. His ſtantibus, ſoluitur inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit, quod inſtantia concludit ſecundum id, quod in pluribus contingit, ſed ſtando in cambio dubio ex aliquo accidenti, poteſt oppoſitum accidere, & hoc eſt, quod intelligimus in concluſione noſtra. Hæc pro dubio iſto.

Dubium vltimum.

IN hoc dubio quærit Lector; An liceat prætermiſſis primis nundinis, in alias ſequentes transferre cambium. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Si non liceret transferre cambium in ſequentes nundinas, hoc eſſet: quia ratione dilatæ ſolutionis aliquid perciperetur, ſed hoc minimè accidit, ergo hoc licet. Prima propoſitio nõ indiget. Probatione ſecunda probatur ſic. Illud preciũ, quod cãpſores ſibi retinent, non eſt ratione dilationis temporis, ſed ob id, quod cambia, quæ in longius fiunt tempus, minus ſunt cambienti fructuoſa; ergo pro illa iactura, quam patitur, poteſt campſor amplius lucrum accipere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Lector adducit talem rationem. In huiuſmodi cambijs manifeſtè augetur precium ratione temporis, ſed hoc eſt inditium vſuræ mutuationis; ergo hoc non licet.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus tria facit pro terminatione dubij præſentis. Primo obſeruat vnum. Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quęſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Ex prolongatione temporis, non licet aliquid accipere pro cãbio.

Quo ad primum, dicit Magiſter Dominicus à Soto, quod in hoc vltimo quæſito concludere reſtat negotium totius campſoris practicè, ſed quia tractat de nundinis, quæ occurrunt inter Metinam, & Flandriam, relinquemus ea, quæ ad nos non pertinent, & quæ nobis opportuna apparebunt, adducemus ad noſtrum propoſitum. His notatis, accedamus ad ſecundum.

Conclnſio. Nulli licet recipere precium ex prætermiſſis nundinis, poſt datam pecuniam ad cambium. Licet oppoſitum decretum fuerit Pariſij anno Domini 1517. in quo decreto dicitur, quod ratione lucri ceſſantis, licet aliquid plus accipere ex tali dilatione temporis. Nos autem oppoſitum affirmamus in noſtra concluſione, & rationabiliter quidem, quoniam in cauſa dilationis non eſt ille, qui reſpondere debet, ſeu ille, qui ſatisfacere cambio tenetur, ſed eſt qualitas negotij, quæ in ſui ſolutione requirit multum tempus, ſcilicet, ad mit-

tendas

Digitized by Google

tendas literas, & conſignandas pecunias.

Probatur etiam ratione noſtra concluſio. Contractus cambij eſt contractus emptionis, & venditionis, vt patet ex ſupradictis, ſed in emptione, & venditione non licet aliquid accipere ratione dilationis temporis; ergo neque in cambio ex tali dilatione licet aliquid accipere. Doctrina eſt D. Tho. 2. 2. quæſt. 78. ar. 2. quo in loco dicit, quod non licet carius vendere expectata pecunia, quam numerata, niſi forte in mora debitor ſit, qui temporé ſuo non ſoluit. Quando igitur, qui accipiunt ad cambium non ſunt in culpa, ſi cambium non ſoluatur pro primis nundinis, non poteſt grauius eſſe precium. Et Caietanus cap. 6. ſui tractatus hoc pro manifeſto habet; dicit enim ex hoc, quod pecunia diutius occupata eſt, non poteſt precium exigi: quia ex hoc res ipſa precioſior non fit. Et ſolutio fit pro tempore illo, quo iuſto impedimento fieri non potuit. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus primæ inſtantiæ dicit: Minorem eſſe ueram, ſed ex hoc, quod cambia ad longius tempus, nón ſint ita frugifera, neque tam commodè conferrent plius pecuniam, ex hoc tamen non ſequitur, ut poſſit illius dilationis gratia precium accipi, aliter omnis nequitia uſuræ eſſet excuſabilis. Nam uſurarius propriè ex longiori tempore amplius quærit precium, quia diutius habet ſuam pecuniam impeditam; igitur qui noluerit hoc expectandi beneficium gratis conferre, non faciat huiuſmodi cambia, aliter non excuſabitur à peccato, & ab obligatione reſtitutionis. Eſponat ergo pecuniam ſuam aliæ negotiationi. Immò, qui illam cauſam allegat recipiendi precium, ore proprio ſuã fatetur nequitiam, ac ſi lucrum ceſſans recipere poſſet, præcipuè abſque culpa illius, qui ad cambium accepit, quod falſiſſimum eſt.

Inſtantia 2. Inſurgit argumentator contra prædicta, & format ſecundam inſtantiam dicendo. Ratio auctioris exigendi precij, dum ſolutio prorogatur eſt, inquiunt campſores, quia cum cambia laxiora ſunt, hoc eſt, quia plus tpis ad ſoluendum indulgetur, plures ſunt, qui illa recipiunt; Vbi autem ſunt ſtrictiora, multo ſunt rariores. At quo autem qui recipiant plures ſunt, eo cambiorum precia meritò augentur, ſicut & in reliquis mercibus; ergo & in hoc eſt licitum.

Theologus dicit ad Maiorem ex ſupradictis, ſ. quod quoniam concurſus ementium eſt ex parte Inſtam. ſolutio. rerum, ſcilicet, pecuniarum, & eſt paucitas pecuniæ, precium augetur, ſed hoc non ſequitur, quando hoc prouenit ex parte temporis, uel loci. Nec ualet reſponſio aliquorũ dicentium, ſcilicet, quod precium auctius non accipitur, propter longius Non põt augeri precium cambij pp dilationẽ tpis ſolutionis illius. tempus, ſed quia indulgẽtur recipienti maiores induciæ, ut poſſit in loco ſolutionis parare pecuniam.

Reſponſio iſta nulla eſt. Idem enim protſus eſt recipere ratione expectati temporis, & recipere illud pro commoditate illius, qui habet parare pecuniam ſoluendam in tali loco, & tempore, quam in promptu non habet. Hac enim de cauſa, qui ad uſuram recipit, maius precium ſoluit, quanto longius illi tempus conceditur ad reſtituendum. Hæc ſint pro dubio iſto, & pro omnibus ad hunc caſum pertinentibus. Nunc proponendus eſt vltimus caſus.

Caſus quartus.

IN iſto caſu quærit Lector; Vtrum cambia ad proxima loca eiuſdem Regni ſint licita?

In primo dubio inueſtigat; An cambia, facta ad primas nundinas tempore, & loco diſtantes, maiori precio pro longinquitate loci, licita ſint.

In ſecundo dubio interrogat; Si quando mercator remittit uenditorem ad menſarium, ut ab eo recipiat precium rei uenditæ, liceat menſario premium à uenditore pro numerata pecunia exigere.

In tertio dubio poſtulat; An ſenſales, vel mediatores cambiorum peccent, agendo, & operando, quo ad cambia ſicca, & iniuſta?

Lector in quarto caſu quærit; Vtrum cambia ad proxima loca eiuſdem Regni ſint licita. Et pro vtraque parte format argumenta.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum. Ex ſupradictis habemus poſſe cambiri pecuniã vnius loci pro maiori precio alterius, quando pluris illic æſtimatur, eadem ratione idem licet fieri in nundinis eiuſdem Regni, vt ſi cambium fiat Venetijs ad nundinas Cremæ, vel Bergomi, vbi ſperat auctum iri precium; ergo cambia ad proxima loca eiuſdem Regni ſunt licita. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum. Partis negatiuæ probatio. Illud cambium non eſt licitum, quod ſapit vſuram, ſed cambia ad proxima loca eiuſdem Regni, ex ſententia Theologorum ſapiunt vſuram; ergo licita non ſunt.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

CIrca hunc caſum Lector Theologus tria facit. Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo proponit dubia. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ.

Concluſio prima. Si res ſincerè, & candidè, vt Pro cambiis inter quæcũque loca ꝓpiqua realia, & cãdida poteſt precium recipi paruũ, non autẽ magnum. ſimpliciter ſonat conſideretur, poteſt quidem pro cambijs inter quæcunque loca propinqua, etiam precium recipi.

Probatur concluſio iſta, ſi quis vult mittere ſuã pecuniam de vna ad aliam Ciuitatem, oportet, vt perſoluat peritum, & ſubiaceat periculis latronum, tempeſtatis maris, & ſimilium infortuniorum, hæc omnia precio ſunt æſtimabilia; ergo pro his licet petere precium; ergo campſor etiam in quocunque loco propinquo, poteſt precium recipere pro cambio, pro qualitate rei, ſemota omni fraude &c.

Concluſio ſecunda. Pro cambio intra Regnum ſoluendo, non põt eſſe precium magnum, prout in vſu eſt apud campſores. De illis loquor precijs tantæ æſtimationis, quãta cãpſoribus in vſu eſſe ſolet.

Proba-

Probatur concluſio iſta: quia expenſæ illæ non ſiunt cauſa tranſmutationis pecuniæ, quoniam ad id neque labores neceſſarij ſunt, neque propter itinerum pericula, induſtria, ac diligentia, quæ ſint aliquo magno precio digna. Ex quibus manifeſtum eſt, quod huius precium petitur pro tempore, quo differtur ſolutio, quod vllo modo licet, prout ſupra oſtenſum eſt.

Cambia, quæ ſoluuntur in eodem loco, quo dantur, ſunt ſicca, & tenēt primū locum.

Concluſio tertia. Cambia, quæ reuera eodem loco, aut parum diſtanti, aut in eadem Prouincia reddenda ſunt, licet fingantur ad nundinas aliorū Regnorum, nequeunt purgari à labe vſuræ, ſed inter ea, quæ propriè dicuntur cambia ſicca, tenent primum locum. Quare cambia illa, quæ fiunt Venetijs per Biſantionem, per Ianuam, vel per Lugdunum, ſi reuera ſoluitur Venetijs, quo ad capitale cum lucro, etiam quod dentur literæ pro locis illis, & recipiantur ſunt cambia fictitia, & vſuraria, prout in dubijs præcedentis caſus oſtenſum eſt.

Cauillatio.

Verum eſt, quod cauillator mercator, vt oſtendat ſuam inſatiabilitatem dicit, nihil mea refert; vtrum ſoluturus ſit mihi alibi, an non,

Cauilli reſponſio.

Huic inſtantiæ dicit Sylueſter. verbo, vſura, 4. §. 9. quod ſi campſor id ſcit, vel præſumit in vſuræ vitium mergitur: quia benè ſcit nullum recipere precium, niſi pro tempore ſicut facit ille, qui fictitios boues emit à ruſtico, quos non habet, eoſdemque illos locat, qui ſaluos ſuſtentet, & operatum mercedē ſoluat. Hoc clarius appare: ſi ponamus: alius quiſque à campſore daret ſuam pecuniam ſub tali conditione ſuam pecuniam ſibi auctiorem reſtituendam, haberetur talis contractus pro vſurario; ergo etiam in caſu iſto eſt vſurarius. Quare omnia cambia, quæ fiunt in eodem Regno ſub precio cambij, vt ſic vſurarij, ſunt ſicca, & illicita. Ex his igitur ſoluenda eſt inſtantia adducta pro parte affirmatiua.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit ad inſtantiam factam, quod inter eandem Prouinciam fieri non poteſt cambium præſentis prò præſenti pecunia, diuerſo valore æſtimata, ſicut inter diuerſas Prouincias, & Regna. Ratio eſt, quia in diuerſis Prouincijs varietas inde prouenit, quod in vno loco pecuniæ inopia laboratur, in alia autem vbertate fruitur. In eodem Regno diſcrimen hoc haberi non poteſt, niſi habita ratione diuerſorum temporum; vt ſi modo maior ſit copia, & timeatur in futuris nundinis inopia. Campſori autem ſub hac ſpe cambiri, vſura eſſet (ratione temporis) prout declaratum eſt in dubijs præcedentis caſus. His pro caſu adductis, proponendus eſt primum dubium.

Dubium primum.

LEctor in primo dubio quærit; An cambia facta ad primas nundinas, quæ fiunt loco diſtanti, maiori precio pro longinquitate loci ſint licita: rationes exiſtunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Cambire in primas nundinas quantumcunque tempore diſtantes, nulla eſt vſura, vt ſupra declaratum eſt, dum diximus, quod ſi cambia fiunt extra Regnum, poteſt maior pecunia pro minori, & è conuerſo cambiri, vt eſt etiam definitum. Quo autem diſtantiores ſunt tempore, nundinæ plures ſunt, qui cambiorum pecuniam petant; ergo nihil obſtat, quo minus cambium precioſius fieri poſſit, ideſt, maiori precio pro qualitate longinquitatis loci, vbi fiunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Augere pecuniam pro cambio ratione dilationis temporis non licet, vt in caſu oſtenſum fuit, ſed augmentum hoc prouenire videtur, ex hoc, quod diutius expectatur ſolutio; ergo habet ſpeciem vſuræ; ergo pro tali cambio non licet accipere precium precioſius.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Quo ad primum dicit, quod dubium hoc additum eſt alijs, vt doctrina ſit clarior, præcipuè pro cambio, quod fit in alienis Prouincijs. Iam ſatis dictum eſt, quod non eſt licitum plus accipere in eadem Prouincia, licet nundinæ ſint magis diſtantes, quoniam illic ſola temporis ratio habetur. Quando autem cambium extra Prouinciam fit, tunc eſt dubium eo, quod vel valor pecuniæ eſt diuerſus in altero loco, vel tranſlatio eſt maioris difficultatis, & expenſæ, dum nundinæ diſtantiores ſunt tempore. Praxis enim oſtendit, quod non eſt idem modus cambiendi in eadem Prouincia, & in diuerſis: quia in primis, oculus ad locum habetur, in ſecundis, ad tempus certum. Campſoria enim pecunia, quæ Metinæ ſuſcipitur ſoluenda, eſt Vliſponæ poſt integrum menſem (inquit Magiſter Dominicus à Soto) & cum illic non ſit tanta pecunia, ſed de Flādria dictum eſt, pluris apud illos, quam apud nos æſtimatur, non propter tempus, cum hoc non liceat, ſed quia plures tunc ſunt, qui cambium recipiunt, vel ratione expenſarum grauiorum. Hęc pro primo. Ad ſecundum pergamus.

In ordine ad loca diſtātiora, oſtendit quale eſſe debeat preciū ſumendū pro cambio.

Concluſio prima. In precium miſſionis pecunię hinc illuc, nō licet aliquid accipere, niſi quanti æſtimaretur ſimplex tranſlatio pecuniæ, quæ quidem tranſlatio cum per literas fit non precio magno æſtimanda eſt. Quocirca cum (vt vſus habet) longe plus recipiatur pro tali diſtantia loci, cambia iſta culpa non carent, dummodo expenſæ, quæ circa illa fiunt, non ſint maiores, & precia cambiorum ſint proportionata.

Concluſio ſecunda. Neque remiſſio pecuniæ illinc ad nos, maiori prorſus digna eſt precio, quam eiuſdem pecuniæ tranſpoſitio valeret. Has ambas concluſiones ſimul vnica ratione probat Lector Theologus. Pecunia vnius loci non poteſt in alium cambiri, niſi altero duorum modorum; vel ratione tranſlationis pecunię, vel quia in vno loco propter

raita-

raritatem pluris æſtimatur, quam in altero, in neu tro illorum autem poteſt haberi ratio temporis, ſed laboris in tranſportando, & præſentis æſtimationis amborum locorum.

Prima interrogatio.

INueſtigant campſores, inquiunt enim. Quomodo cambientur in tali loco, puta Vliſſiponæ, quia non poteſt primo menſe pecunia ſolui in numerato, propter eius, quę eſt illic raritatem, ſed in remiſſis chirographis. Et ideò coguntur illo tēpore cambire, quo proximæ nundinæ longe diſtant.

Interrogationis reſponſio. Reſpondet Theologus, & dicit, quod ſi in aliquo loco iuſtè, & abſque fraude ſolū pro illo tpe, ſi nullam prorſus tpis rationem habeant, hoc eſt eodem precio cābiant dū nūdinę per quatuor mēſes adsūt, ac ſi intra menſē eſſent, licet ſub eodē pcio.

Secunda interrogatio.

VErbi gratia, fiunt literæ de cambio, ſoluendæ per primas nundinas, quæritur quando erit terminus ſolutionis: forſitan ſtatim, vt complecti fuerint dies immunitatis, & priuilegiorum nundinarum dati à Principe, & non aliter. Exempli gratia, dies nundinarum Venetiarum incipiunt in Vigilia Aſcenſionis Domini, & continuantur per vndecim dies.

Interrogationis reſponſio.

REſpondet Theologus cum Baldo in conſ. 113. n.6. dicēdo, quod qui ſcribit literas cambij, non ſe aſtringit ad illum, & vltimū terminum immunitatis dierum nundinarum aſſignatum à Principe, ſed intelligendus eſt, vt intelligi ſolet inter mercatores termini, & dies, quibus cambia contrahi ſolent, & literæ, ſic prædictæ nundinæ expediri dicuntur; v.g. eo anno, quo nundinæ Anſam incipiunt à tali die Iulij, eo quod mercatores, & merces tempeſtiuè non peruenerunt, differunt eas vſque ad menſem Auguſti. Et tps nundinarum veraciter eſt intelligendum ille cōcurſus hoīum, & negotiorum mercatorum, q̄m illa potius nūdinas faciunt, quam tps priuilegiatum Principis, propterea cum tps nundinarum differtur pp multa negotia, quæ in illis aguntur, differunt ēt cambia. Vnde vltimus terminus negotiorū appellādus eſt terminus ſolutionis literarū, quę in multis exiguntur. Vnde terminus ſoluēdi literas ex multis occurrentib. accidentibus eſt incertus, & variatur, prout neceſſitas exigit pro varietate tpum, & pro euentu negotiorum, in quibus mercatores incipiūt, & perficiūt ſua negotia: ratio autem eſt, quia principium negotiorum finem nundinarum oſtendit de prope eſſe. Hæc pro ſecundo puncto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus ſatisfacit inſtantiæ in proponendo dubium, dicendo, quod ſi in cambio habetur oculus ad tempus dum precioſius precium accipitur vſura eſt, ſi autem ad maiores expenſas, & labores, & ad maiorem copiam accipientium ad cambiū, vſura non eſt. In primo ſenſu non licet; bene aūt in ſecundo plus accipere. Hęc ꝓ dubio iſto.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; Si quando mercator remittit venditorem mercium ſitarum ad menſarium, vt ab ipſo recipiat precium rei venditæ, licitum ſit menſario exigere precium à venditore pro numerata pecunia. Et rationes adducit pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Communis vſus negotiorum, & menſariorum oſtendit id, quod licet, ſed communis vſus eſt accipere precium ab his, qui dederunt merces ſuas; ergo licet precium aſſumere à venditore. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Menſarij ſuā operam impendunt in vtilitatem campſorum, & mercatorum; ergo ab illis tantum debent premiū accipere. Et confirmatur hoc. Nam numerare pecuniam debitam venditori pertinet ad menſariū, vice & nomine illius, cuius pecuniam cuſtodit, qui tenebatur ſoluere, & numerare pecunias; ergo ab iſto tantum debet exigi, & recipi ſtipendium, & non à venditore. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio principaliter pro parte negatiua.

LEctor Theologus obſeruat vnum primò, poſtea tribus concluſionibus ſatisfacit queſito. Tertio ſoluit inſtantias oppoſitnm concludentes.

De hoc dubio eſt prima ſententia, quę valde veriſimilis eſt propter facta argumenta, eſt negatiua, quam tenet Caietanus in ſuo opuſculo de cambio, & Nauarrus ſupra cap. Nauiganti, de vſuris, num. 17. & infra.

Altera ſententia eſt affirmatiua, q̄ tenet Magiſter Dominicus à Soto in lib. q. 11. c. vnico, prout apparet in dubio ſecundo, caſus ſecundi. Hæc pro primo puncto. Nunc accedamus ad ſecundum.

Concluſio prima. Manifeſtum eſt menſarios excuſari ab iniuſtitia, quando cognoſcunt, quod res vendita non valet numerata pecunia mille, ſed minus quinque, ſi precium accipiat à venditore. Mēſarius excuſatur ab iniuſtitia, dum auferi quinq. pro millenario à venditore, ſi res vendita nō valet tantum &c.

Probatur concluſio iſta. Nam illa quinque, quę accipit menſarius, per ſe pertinēt ad mercatorem, non ad venditorem, propterea debet illa ſeruare pro mercatore, & accipere à venditore.

Concluſio ſecunda. Non excuſatur menſarius, & mercator ab exactione huius precij à vēditore, ex hoc, quod dicunt inter venditores, & mercatores remiſſiones fieri, niſi factæ ſint de facto, dum .ſ. mercatores emunt, cum hoc pacto, vt venditores ſoluant illa quinque, in tali caſu mēſarius iuſtè recipit à venditore illa quinque. Extra hūc caſum iſte titulus deficit in multis. Primo, quia nō eſt vniuerſalis ad omnes venditores; v.g. ſi agricola vendidit boues, & remittitur ad bancum, non licet ab illo accipere quinque illa. Secundo deficit, q̄m non

L ſemper

Digitized by Google

ſemper mercator, & venditor habent pecuniam apud eundem menſarium. Tertio, quia non toties eſt quis mercator, quoties venditor, quę omnia neceſſaria erant ad æqualitatem iuſtitiæ; Ad hoc, vt ille menſarius poſſit accipere illa quinque iuſtè à venditore ipſo. Si autem eſt mercator vterque pro ſuo miniſterio, aliquando licet hoc, quoniam officium iſtius eſt neceſſarium ad negotiationem emptionis, & venditionis, etiam ſi non adeſſet tale officium, non poſſent venditores continuè recipere pecuniam numeratam, eo quod mercatores non poſſent pecunias ad tam varia loca ſecum deferre. Et ideò quaſi ex publico condicto decretum eſt, ſtipendium menſarijs ſoluendum, etiam à venditoribus, quando iuſtitia hoc exigit.

Méſarii totũ ſtipendiũ debét recipere a mercatoribus, & cãpſoribus, quorũ ſũt cuſtodes.

Concluſio tertia. Menſarij in rei veritate totum ſtipendium recipere debent à mercatoribus, & campſoribus, quorum pecunias cuſtodiunt.

Suadetur concluſio noſtra. Nam ſi aliquando pecuniam numerantur venditoribus illa quinque pro millenario accipere debent ex mille numeratis pertinentibus mercatoribus, & non venditoribus: quia pecunia illa dum ſub cuſtodia manet, eſt non venditorum ſed mercatorum, qui illam in capſa poſuerunt. Campſores autem illam tali conditione recipiunt cuſtodiendam, vt quoties numeraret mille cuiuſuis petenti in nomine mercatoris, acciperent ſibi quinque. Certum enim eſt, quod menſarius non tenetur examinare, an iuſtum precium ſit rei venditæ mille præciſè. An mille, exceptis quinque, ſed ipſe venditor videat, an mercator vlla via ſibi vendidit, & ſatisfaciat, & accipiat, quod iuſtum eſt, & non amplius. Campſor enim non eſt iudex, ſed miniſter. His igitur ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, ex doctrina tertiæ concluſionis, quod officium menſarij aliquando cedit in bonum venditorum, in quo caſu iuſtum eſt, vt & ipſi aliquam partem ſtipendij ſoluant, abſolutè tamen ad hoc non tenetur.

Inſtantia 2.

Contra hoc format ſecundam inſtantiam argumentator dicendo. Venditor mercatori vendidit rem, cuius precium iuſtum erat 1000. ergo quando apud menſarium non datur illi integrum precium, ſed minus quinque, iniuriam patitur, vel à menſario, vel à mercatore, vel ab vtroque.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ dicit Theologus, quod ſi aliqua iniuſtitia fit venditori, quia non datur illi integrum precium, talis iniuſtitia procedit à mercatore, non autem à campſario. Obſeruandum tamẽ eſt, quod duplex eſt venditor. Primus peritus in arte campſoria. Secundus non. Primo in hoc non fit iniuria. Secundo verò ſic. Primo non fit iniuria ſi non reddantur mille integra, quoniam precium conſtitutum eſt ſoluendum eſſe à menſario: ſciebat enim ipſe, quod minus quinque recepturus eſſet, quod non ſciebat agricola, agricola patitur iniuriam, non autem peritus negotiator.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo: Si Petrus mutuaſſet Paulo 1000. non ſatisfeciſſet Paulus ſoluendo apud menſarium illa 1000. minus quinque; ergo neque ſatisfacit venditori mercator, qui pro re vendita pro mille, remittit illum ad menſarium, vbi accipit quinque minus.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſtat in eadem reſponſione dicendo, quod eadem eſt ratio de mutuatario, & de mercatore, quando preciũ rei venditę erat mille præciſè. At uerò ſi precium rei venditæ erant mille, quatenus ſoluenda à menſario nõ eſt eadem ratio: quia qui mutuo dat, ſicut non poteſt plus accipere, neque debet illi minus reſtitui. Vnde in hoc ſenſu neganda eſt conſequentia.

Inſtant. vlt.

Inſtat ultimo loco argumentator dicendo. Officium menſarij licet utile ſit uenditoribus, tum non eſt iuſtum, ut ſoli uenditores ſoluant totum ſtipendium menſarij. Cum mẽſarij ſint etiam utiles mercatoribus, & campſoribus. Cuius oppoſitum eſt in uſu. Nam mercatores, & campſores exigunt interdum aliquid precij à menſarijs, propter depoſitam pecuniam apud illos, uel aliquid precio æſtimabile, ſcilicet, ut menſarij ſint fideiuſſores, pro maioris ſummæ pecuniæ, quam recipiant.

Inſtant. ſolutio.

Precium pro cuſtodia cambii dare dẽt cãpſores, & mercatores.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod ſimpliciter ſtipendium debent ſoluere campſores, & mercatores. In caſu autem particulari, quando illa quinque erant neceſſaria ad complementum iuſti precij pro re uendita, ſoluere illa tenebatur uenditor, ſi non tenebatur in toto, tenebatur quoad partem, & reliquum pertinebat ad mercatorem, & ſeruatur æqualitas inter utrunque. Quod autem menſarij aliquid accipiant à campſoribus, & mercatoribus, præcipuè ut ſi fideiuſſores, ſeruata iuſtitia hoc permiſſibile eſt, ſcilicet, dum campſores, & mercatores manet principales fideiuſſores, non aliter. Hæc ſunt pro dubio iſto, accedamus ad ultimum.

Dubium tertium.

QVærit Lector in hoc dubio; An ſenſales, uel mediatores cambiorum ſiccorum, & iniuſtorum peccent mortaliter, & ad reſtitutionem teneantur. Rationes adſunt pro utraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format Lector talem rationem. Inquit Apoſtolus, Rom. 13. Digni ſunt morte non ſolum facientes, ſed conſentientes facientibus mala, ſcilicet, At ſenſales, ſeu mediatores, & miniſtri, non ſolum conſentiunt dantibus ad cambium ſiccum, & iniuſtum, ſed quandoque ſunt in cauſa, quod multi tendunt ad cambia ſicca, & illicita; ergo digni ſunt morte, & ad reſtitutionem tenentur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Ille non peccat, qui prudenter exercet officium ſuum. Modo ſenſales, uel mediatores, ſeu miniſtri quærentes eos, qui dare, & recipere uolunt ad cambium prudenter exercent officium ſuum, & miniſtri illorum, eodem modo procedunt; ergo non peccant, neque ad reſtitutionem tenentur. Minor propoſitio probatur. Nam qui tale officium exercent

oportet,quod ſint ſagaces,aliter non concludetent negotium aliquod;ergo in hoc officio agendo non peccant, & per conſequens ad reſtitutionem non tenentur.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito pro parte affirmatiua. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Senſales cābiorum ficcorum,& iniuſtorum peccant mortaliter, & ad reſtitutionē tenentur.

Concluſio prima. Senſales,ſeu mediatores cambiorum ficcorum, & iniuſtorum peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur.

Concluſio iſta probatur. Officium ſenſalium, ſeu mediatorum eſt reducere partes ad iuſtum precium in omni negotiatione;ergo ſi negotiatio, quam tractant inter partes eſt licita, & debito modo, & ſine fraude, & diligenter illam tractant, & concludunt, non peccant, ſed opus dignum laude faciunt. Si autem negotiatio eſt prohibita, & mala, & cognoſcunt ſenſales illam eſſe talem,& quęrunt concordare partes, ſi negotium eſt graue,peccant mortaliter, & quandoque incidunt in excommunicationem, vt patet de mediatoribus, ſeu ſenſalibus in negotio ſimoniaco,qui excommunicantur per Extrauagantem ſecundam, de ſimonia. Cum ergo cambium ſiccum, & iniuſtum ſit illicitum, ſenſales, ſiue mediatores talium cambiorum pro talibus à ſe cognitorum, non ſolum mortaliter peccant,ſed ad reſtitutionem tenentur,prout docet Diuus Antoninus 3. par. t. 8. cap. 4. §. 1. dicendo: Mediatores in cambijs illicitis,& vſurarijs exercere non valent officium ſuum, niſi cum damnatione: poteſt tamen excuſari mediator iſte, inquit Diuus Antoninus, ſi hoc fecerit ad hoc, vt prouidentur neceſſitati accipientis ad cambium, ſi aliter,non poteſt prouidere illi. Sed ſi hoc faceret ad ſui vtilitatem, vt inde lucraretur (vt in vſu eſt apud ſenſales, non timentes Deum) peccaret mortaliter, & ad reſtitutionem teneretur.

Factores mercatorum,qui cambia vſuraria faciunt ſciēter, ad reſtitutionem tenentur.

Concluſio ſecunda. Factores,qui aliorum nomine cambia faciuntur, ſi ſcienter, & aduertenter cambia vſuraria faciunt,peccant mortaliter, & indubiè ad reſtitutionem tenentur, etiam quod nihil lucri ſibi obueniret: quia qui malè agunt,digni ſunt morte.

Concluſio corolaria. Si ignoranter, & bona fide hoc faciunt, arbitrantes cambia eſſe licita (facta debita diligentia) non ſolum non peccant, ſed neque ad reſtitutionem tenentur.

Hoc probatur: Vinculum reſtitutionis aliunde non oritur,niſi ex altero duorum capitum,ſcilicet, aut ratione rei acceptæ,aut ratione acceptionis. At ille, qui acceptione nulla prorſus commiſit culpam, non tenetur ad reſtitutionem ratione acceptionis,niſi in mutuo, & in ſimilibus, vbi promiſit reddere. Hoc patet vtroque iure: nam tota lex Aquilia, quæ de iniuria, & damno ſcripta eſt, nemini actionem dat, niſi contra eum, qui in culpa fuerit, & extra de iniuria, & damno. Canone, Si culpa, non dicitur ſi cauſa tua, ſed ſi culpa tua datum eſt damnum. Vnde neque in practica, neque in foro exterioris iudicij, inquit Magiſter Dominicus à Soto, vllus damni, aut iniuriæ condemnatur, niſi qui in culpa fuit, ſaltem leuiſſima. Accidit etiam ex hoc, quod ſi quis partem furti à latrone ſuſceperit, quod conſumpſerit, neque factus fuerit inde ditior, nullatenus ad reſtitutionem teneri. Iſti ergo factores ratione acceptionis,non tenentur ad reſtitutionem. Neque apparet teneri ratione rei acceptæ, quoniam ad illos nihil de lucro peruenit.

Hæc argumenta negatiuam partem vtique concludetent, ſi ignorantia iuris excuſaret, quod vnquam de facto facit,niſi homo ſit agreſtis, & ius valde reconditum eſſet. Cambiorum autem vſus adeò publicus eſt, vt nemo ignorantia ſe excuſare poſſit, niſi peritos bona fide conſulat, non quoſcunque, ſed peritiſſimos, cum omnes Doctores dicant talem artem periculoſiſſimam eſſe. Quocirca, inquit Magiſter Domminicus à Soto, iſtos prorſus (ſaltem à toto) non excuſarem, ſed ſi ſoluendi ſunt, tenentur creditores conuenire, & cum ipſi de re componere, vt aliquid ſoluant, aliquid verò eis condemnetur. His ſtantibus,ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantias dicit. Vel huiuſmodi ſenſales, & agentes norunt cambium iſtud eſſe iniuſtum, & ſiccum, aut non, ſi hoc norunt, aut hoc faciunt ex cupiditate lucri, aut vt ſubueniant neceſſitatem patienti, quærenti pecuniam ad cambium, cum alia via non reperiant auxilium: Si in primo ſenſu loquamur, iſti peccant mortaliter,& ad reſtitutionem tenentur, vt declaratum eſt in deciſione dubij: Si in ſecundo ſenſu, eſt dubium,iſti non peccant,quia vtuntur iure ſuo, & accipiunt ad vſuram (à parato) pro ſuſtentatione patientis,in quo caſu licitum eſt etiam alienum rapere,vel accipere. Si autem non nouerunt cambium hoc eſſe mutuum,vel vſurarium,ſeu ſiccum, & iniuſtum. Aut huiuſmodi ignorantia eſt prauæ diſpoſitionis, & craſſa, aut eſt cauſata ex ignorantia ſimplicis intelligentiæ, ſcilicet, ex aſtutia mercatoris auari, occultātis huiuſmodi auaritiam. Si primum,ſenſales,& agentes iſti peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur. Si ſecundum excuſantur, quoadúſque venerint in cognitionem veritatis. Cognita hac veritate,debent hoc manifeſtare partibus,& reformare,vel annichilare contractum, quantum ſit ex parte ipſorum. Et ſi hoc facere non poterint, erunt excuſati coram Deo, & hominibus. Et hæc ſint pro dubio iſto, & tota diſputatione hac.

Senſales, & miniſtri cambiorum illicitorum peccā tibus mortaliter,& ad reſtitutionē tenentur.

Bulla Pij Papæ V. de Cambijs.

NE igitur ex ignorantia in materia tam difficili, confeſſor, vel mercator, mediator, vel factor,ſeu quiſquealius incidat in errorem, decreui ante oculos proponere Bullam Pij V. cum ſua declaratione.Bulla eſt iſta.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Bulla Pii V. de cambiis.

IN cauſa, quæ pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus. Et infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita configuntur, vt contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca hi, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore, vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis traditis pecunia ibi: Denique cum intereſſe repeſcitur, vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes, & recipientes vſque à principio, ita conuenerant, vel certè talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis, huiuſmodi literis receptis, ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, vt poſtea eodem in loco, vel alibi, cum lucro reſtituantur, ſed & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur interdum (vt ad nos perfertur) Campſores præſtitium ſolutionis terminum lucrum, ex tacita, vel expreſſa conditione receptum, ſeu tantummodo promiſſo differunt. Quæ omnia nos vſuraria declaramus, & ne fiant diſtinctius prohibemus. Porrò ad tollendas quoque in cambijs (quantum cum Deo poſſumus) occaſiones peccandi, fraudeſque fœneratorum, ſtatuimus ne deinceps quiſquam audeat, ſiue à principio, ſiue alias, certum, & determinatum intereſſe (etiam in caſu non ſolutionis) paciſci, neque realia cambia; aliter quam pro primis nundinis, vbi illę celebrantur. Vbi verò non celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſeu terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis, & uicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur. Ne dum longiores præfiguntur, quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1571. Kalen. Febr. Pont. noſtri anno 6.

Ex hac Extrauaganti multa ſunt obſeruanda pro materia hac de cambijs.

In primis obſeruare debemus, quod ſola omnia cambia ficta, & diſſimulata hic appellari ſicca. Et omnia ſola cambia uera, dicuntur realia. Per cambia ſicca Summus Pontifex intelligit cambia illa, in quibus non fiunt literæ. Et ſi fiunt, non mittuntur, & ſi mittuntur pro forma, mittuntur, ſed non ſoluuntur cambia. Cum in loco ubi mittuntur, non reperiatur, qui illas recipiat, & ſatisfaciat loco debitoris. Et hoc intendit Summus Pontifex. Et ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, ſeu cambia ad alia loca ſimulent celebrare. Ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambij tradunt, ſed non mittuntur, uel ita mittuntur, ut tranſacto tempore, unde proceſſerunt, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis traditis, pecunia ibi denique, cum intereſſe repoſcitur, ubi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes, & recipientes uſque ad principium, ita conuenerant, uel certè talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſopradictis, huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat.

Ecce quomodo clarè Summus Pontifex in hac Extrauaganti manifeſtat conditiones cambij ſicci.

Notandus eſt modus, quem obſeruat in hoc Summus Pontifex, inquit enim. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, ut poſtea, eodem in loco, uel alibi cum lucro reſtituantur.

Ecce cambia fictitia, & ſicca (de quibus loquuti ſumus abundè) damnata à Summo Pontifice. Et non tantum ipſa cambia fraudulenta damnat, ſed omnia alia, quæ apparent realia, quæ tamen talia non ſunt. Vnde ſubdit Papa ipſe: Sed, & his cambijs, quæ realia appellantur, interdum (ut ad nos profertur, campſores præſtitutum ſolutionis terminum) lucrum ex tacita, uel expreſſa conditione recepta, ſeu etiam tantummodo promiſſio differunt.

Quo in loco Papa non intendit prohibere campſoribus, ut non poſſint differre tempus ſolutionis cambij. Sed prohibet ne campſor ex tali dilatione temporis aliquid poſſit ducere in pacto explicito, uel implicito; uult enim, quod hoc faciat gratis. Cum uſura ſit aliquid accipere, ratione expectatæ pecuniæ, ex Diui Thomæ ſententia. Et quia hoc intelligit Summus Pontifex, propterea ſubdit. Quæ omnia nos uſuraria eſſe declaramus, & ne fiant, diſtrictius prohibemus. Nihilominus ſi campſor acceperit aliquid ex dilatione temporis, non ex parte temporis, ſed ratione damni emergentis, uel lucri ceſſantis (remota omni fraude.) Campſor non ageret contra Bullam hanc, benè autem contra Bullam operaretur, ſi hoc acciperet ratione temporis, vt abundè ſuperius declarauimus.

Et ut frenum ponat cupiditati auarorum, ipſe Papa prohibet omninò ne aliquid accipiant pro dilatione temporis campſores, dicendo: Porrò ad tollendas quoſque in cambijs, quantum (cum Deo poſſumus) occaſiones peccandi, fraudeſque fœneratorum, ſtatuimus ne deinceps quiſque audeat, ſiue à principio, ſiue alias, certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis paciſci.

Per hoc enim intelligit Papa, quod nihil accipere poſſit campſor ex ui contractus cambij. Si autem accidit, quod non ſoluat in tempore, non eſt ex culpa campſoris, ſed illius, qui ad cambium accepit. Vnde talis cum peritis debet conſulere in tali caſu, & regulare ſe per leges de damno emergente, & lucro ceſſante.

Poſt decretum de cambijs fraudulentibus, Papa ponit decretum de cambio reali, dicendo: Neq. realia cambia aliter, q̃ per primas nũdinas, ubi illę celebrantur, ubi uerò non celebrantur pro primis terminis, iuxta receptum locorum vſum exercere.

Ecce

Digitized by Google

Ecce quod non licet dare ad cambium per plures nundinas,vel terminos, vt faciunt nonnolli ex cupiditate lucri,propterea ſubdit Summus Pontifex. Abuſu illo prorſus reiecto,cambia pro ſecundis,& deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi.Et tandem terminat modum procedendi in cambijs dicendo. Curandum igitur erit in terminis , vt ratio habeatur longinquitatis , vel vicinitatis locorum , in quibus ſolutio deſtinatur. Nedum longiora præfinguntur , quam loca diſtantiæ ſolutionis deſiderant,furandi detur occaſio. Vnde Papa oſtendit diuerſum tempus colligēdi pecuniam,ſoluendā literis pro diuerſo vſu locorum , quod ſeruare conſtituit Bulla hæc Pontificia . Hanc Bullam memoriæ mandare debēt , & præ oculis ſemper habere, non ſolum, qui dant,& recipiunt ad cambium,ſed etiam Notarij , qui conficiunt inſtrumenta cambiorū. Et etiam Proxenetæ,ſcilicet,ſenſales,ſeu mediatores,quoniam ſi iſti ſicut & factores cooperantur ad cambia contra tenorem huius Bullæ, non ſolum peccant mortaliter , ſed omnes ad reſtitutionem tenentur , quod permaximè obſeruare debent Confeſſarij . Nec permittere vllo modo debēt talia agere quemquā illorum . Immò obligare illos , qui contra huiuſmodi Bullam ad cambium dedit , vel cooperatus eſt ad ſatisfaciendum , pro gradu cuiuſcunque illorum pro præteritis , & vt caueant de futuris . De his ſit abundanter dictum. Laus Deo,& B.M. & omnibus Sanctis, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Bulla apud Nauarrum num.283.I.N.

DISPVTATIO SECVNDA in littera C.

De Cenſibus.

IN hac diſputatione tantum vnus caſus proponitur diſputandus, cum tribus dubijs annexis, dignus ſcitum.

In caſu igitur quærit Lector ; Vtrum cenſuum emptio ſit vſuraria?

In primo dubio poſtulat; An cenſus tam temporales,quam perpetui ſint liciti?

In ſecundo dubio petit Lector ; Si licita ſit emptio cenſuum,cum pacto retrouendendi?

In tertio dubio inueſtigat; An ille,qui vult liberare ſe à cenſibus , poſſit ſe liberare per partes , ideſt,liberare ſe ab vna parte cenſus, cum non poſſit à toto ſe liberare?

Caſus.

IN caſu ergo quærit Lector ; Vtrum cenſuum emptio ſit vſuraria ? Et pro vtraque parte adducit argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale proponit argumentum.Pecunia per Ariſt.5.Politicor.c.6.non eſt vendibilis ipſa , ſed precium, & metrum rerum venalium.At qui cenſum emit,pecuniam emit,cum lucro. Sed emere pecuniam cum lucro, eſt emere id, quod non eſt vendibile ; ergo vſuram committit. Probatur Minor : qui dat , v. g. 1000.ducatos, vt ſingulis menſibus , vel annis certam pecuniam accipiat,nihil aliud emit,quam pecuniam illam,quę ſibi vltra ſortem accreſcit.Nam ſi in quolibet anno recipit centum , in decennium recuperat iuſtam ſortem. Quare ſi cenſus non redimitur, ſors duplicatur,ſi verò redimitur quicquid vltra recipit, ſorti accumulat;ergo talis emptio eſt vſuraria.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua , ſcilicet , quod talis emptio, non ſit vſuraria, eſt Clement. c. Exiui de verbor. ſignific. §.cunque annui ; bona autem immobilia emi,vendique iuſtè poſſunt;ergo talis emptio non eſt vſuraria.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo obſeruat aliqua . Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito , & vt ſic clarior proponit dubia,& ſoluit illa. Tertio ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ.

Declaratur quid nomis cēſus, & multiplex eius acceptio.

Quo ad primum dicit, quod bonum eſt procedere ab interpretatione huius nominis cenſus. Dicitur à cenſendo, ideſt, ab æſtimando , & denotat facultatem ciuium in terminando, quid pro tributo dare debet quiſquam Principi ſuo . Et vt ſic ſignificat tributum, quod pro capite datur Principi, de quo tributo Chriſtus Dominus à Phariſeis interrogatus fuit ; An liceret dare cenſum Cæſari,an non?quibus dixit Dominus, oſtēdite mihi numiſmata cenſus , quibus oſtenſis dixit illis : Cuius eſt imago,& ſuperſcriptio hæc? dicunt ei,Cæſaris . Et dixit illi : Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo . Differt tamen tributum à cenſu,in ratione materiæ,& in ratione finis. Tributum datur de fructibus terræ,in ſubſidium Principis. Cenſus datur per capita,ad profitendam ſubiectionem dantis cenſus ei,cui datur. Materia tributi eſt id , quod datur Principi pro ſubſidio , ſiue ſit pecunia,ſiue ſit res alia quæcunque.Cenſus eſt denarium ad hoc deputatum, finis eſt diuerſus, quoniam tributo datur pro ſubſidio Principis. Cenſus pro recognitione ſubiectionis ad Principem. Iſtis tamen relictis, pro nunc dicimus,quod in propoſito noſtro cenſus accipitur pro pēſione, quam quis ſuper bonis ſuis,aut perſona conſtituit, aut (vt melius dicamus) cenſus eſt ius percipiendi pēſionem, ſiue in fructibus, ſiue in pecunia , ſiue in re aliqua vtili. Demum eſt notandum , quod conſtituere cenſum contingit dupliciter, ſcilicet , reſeruatiuè , & conſignatiuè . Primus vocatur cenſus reſeruatus . Secundus cenſus conſignatus . Cenſus reſeruatiuus eſt , quando quis rem ſuam dat alteri , reſeruato tamen ſibi iure recipiendi partem aliquam illius rei, verbi gratia, iſte donat, vel vendit alicui domum, vel poſſeſſionem ſuam valore mille ſcutorum pro quingentis , hoc pacto tamen , vt quolibet anno emptor ipſe det alicui Eccleſiæ pro anima ſua ſcuta vigintiquinque . Huiuſmodi cenſus commendatur à Gloſſa ſuper cap.Conſtitutis.

Cēſus eſt ius pcipiendi pēſionem, ſiue in fructibus , ſiue in pecunia,ſiue in re aliqua vtili.

Digitized by Google

de religioſis domibus. Cenſus autem conſignatiuus eſt, & fit hoc modo. Vt dum quis retentis ſuis bonis, eorumque vſu conſignat alteri certam penſionem, qua obligatur ſingulis menſibus, vel annis ſoluere. Cenſus iſte ſtat ſub pluribus diuiſionibus, quas quis videre poteſt apud Magiſtrum Dominicum à Soto lib. 6. de iuſtitia, & iure, quæſt. 5. artic. 1.

Obſeruandum tamen eſt, quod hic non accipitur cenſus pro re familiari, nec verò pro tributo, quod ſoluitur regibus, ſed accipitur, vt ſignificat ius percipiendi annuam penſionem, ex contractu emptionis, vel venditionis; v.g. emit Petrus à Paulo pro quatuordecim, ius percipiendi ab illo vnum ſingulis annis, illud ius eſt cenſus ſecundum præſentem conſiderationem. Et fundatur cenſus ſuper re fructifera, videlicet ſuper agro, vel vinea, vel domo; v.g. vt ſi Petrus emat à Paulo ius percipiendi ex agro ſuo tres modios tritici, vel amphoram vini ex ſua vinea, &c. Hæc pro primo puncto.

Vnuſquiſque pōt fundare cenſum in bonis ſuis fructiferis liberis.

Quo ad ſecundum, ponitur prima concluſio, ſ. vnuſquiſque poteſt facere cenſum in ſuis bonis fructiferis, dummodo ſint libera, hoc additur ad excludenda illa, quæ maiori vinculo ſunt adſtricta.

Concluſio iſta ſic probatur. Quiſque poteſt bona ſua libera gratis donare, vel vendere, vel quocunque alio contractu alienare; ergo pari ratione poterit illa donare, vel vendere, cum pacto perſoluendi illi alteri, cui placuerit, tot in anno pro diffinito tempore, vel in perpetuo; ergo hoc licet, & talis emptio non eſt vſuraria.

Quæſitum.

Quærent enim Lector; An ſicut poteſt ſub donationis forma inſtitui cenſus, hoc fieri poſſit etiam per contractum vēditionis; ſunt enim multi Theologi, & Canoniſtæ apud Sotum, qui hoc dicunt non licere, immò dicunt talem venditionem eſſe iniquam.

Quæſiti reſponſio.

Magiſter Dominicus à Soto vnà cum Doctoribus doctioribus tenet oppoſitum. Et probat intentum ſuum hoc medio. Quiſque bona ſua liberè diuidere poteſt; ergo à fortiori vendere eorum fructus, vel partes illorum, obligando ad ſoluendum quid tale alicui; ſimiliter poteſt vendere alicui ſuum ius ſuper his bonis, vel ſuper ſibi reſeruatis; ergo vendere poteſt cenſum.

Antecedens probatur. Nam ſi poteſt tale ius gratis donare, cur vendere illud non poterit, cum non ſit aſſignanda ratio? ergo illud vendere poterit.

Confirmatur hoc, poteſt quis iuſſu ſuperioris cogi, vt partem ſuorum fructuum annuatim ſoluat, vt patet in exactione decimarum, & tributorum; ergo quiſque ſua libera voluntate poterit terminare vnam partem ſuorum bonorum aſſignatam eſſe huic conuentui, vel perſonæ; ergo poteſt aſſignare cenſum per venditionem, & emptio illius non erit vſuraria.

Iure poteſt quis pecuniarum cenſum cōſtituere ſuper bonis ſuis ēt ſub forma venditionis.

Concluſio ſecunda. Iure etiam quiſque poteſt pecuniarum cenſum ſuper ſuis facultatibus conſtituere, non ſolum ſub forma donationis, ſed etiam ſub forma venditionis.

Concluſio enim licet apud aliquos habeat aliqualem difficultatem, probatur rationibus nonnullis.

Primo probatur ſic. Si enim poteſt fructuarius cenſus conſtitui (ex ſupradictis) ergo & pecuniarius. Valet conſequentia: quia fructus ſunt æſtimabiles pecunia, neque in hoc eſt mutuus cōtractus, vt aliqui dicunt, immò eſt vera emptio, quia precium illud non traditur uendenti cum pacto redimendi, ſed in perpetuum.

Secundo probatur, poteſt quiſque obligare ſe gratis, ad nummariam, annuamque ſolutionem tradendo alterius petendi; ergo poteſt tale ius pecuniæ uendere.

Tertio, poteſt cenſus ſuper domo conſignati, cuius fructus nil eſt, niſi pecunia; ergo poteſt taxari idem cenſus in pecunia. Reuera de reali cenſu eſt ſermo, ſiue fructiferus ſit, & prædialis, ſiue nummuarius, clarum eſt hoc, nec indiget multis probationibus. Immò præter rationes ſunt aliqua iura hoc idem confirmantia, tam Ciuilia, quam Canonica. Eſt enim Authent. ut 11. q. oblig. ſe hab. partes min. §. Quoniam autem. Vbi admonetur minorum curatores redditus illis emere annuos. Sunt etiam duæ Extrauagantes inter communes tit. de emptione, quarū prior eſt Martini V. anno 1423. edita, poſterior uerò eſt Calixti III. anno 1450. qui quidem Pontifices Maximi interrogati de huiuſmodi iure, cenſuerūt licitos eſſe contractus: neque iura iſta diſtinguunt inter fructiferos, & pecuniarios. Deſcendamus ad practicam.

Adeſt hic Magnificus Dominus Petrus, qui Venetijs habet domum unam, & deſiderat, quod domus iſta obligata remaneat Conuentui Sancti Petri Martyri de Muriano, non in toto, ſed in parte; reliquit illam hæredi ſuo, uel uendit illam alicui, cum hac conditione, ut quolibet anno det Monaſterio Sancti Petri Martyris de Muriano uiginti ſcuta. Quid quæſo poſt mortem teſtatoris huius habet Monaſterium in domo hac? niſi ius quoddam petendi, & exigendi illa uiginti ſcuta, in quolibet anno. Nec refert, an hoc ius ad Conuentum peruenerit ui teſtamenti, uel ui uenditionis, cum tali conditione, quia Dominus Petrus non ſolum habebat dominium domus ſuæ in donatione, uerum & in uenditione, propterea ſicut hæres teneretur ſoluere illa uiginti ſcuta. Ita ad hoc tenetur ille, qui hanc domum emit cum tali conditione. Et quia Monaſterium effectum eſt Dominus legitimus illius cenſus, poteſt illum uendere iuridicè, & ille alius poteſt illum emere abſque nota infamiæ uſuræ.

Cōtractus cēſus pecuniarius, ex ſui natura licitiſſimus eſt.

Vt igitur hæc doctrina clarius percipiatur, obſeruandum eſt, quod contractus iſte ex ſui natura nullo pacto poteſt eſſe illicitus, neque ex parte materiæ, neque ex parte formæ, neque ex parte efficientis, neque ex parte finis; ergo ullo modo eſt illicitus, uel uſurarius.

Non eſt illicitus ex parte materiæ, quia in emptione hac, emitur facultas percipiendi redditus illos pecuniales, v.g. ſi quis uenderet totam pecuniam pomorum omnium ſuarum plantarum annuatim, talis eſſet uenditio licita. Ita accidit in propoſito.

poſito. Pater (exempli gratia) reliquit filium ſuum hæredem vniuerſalem, cum hac conditione tamẽ, vt quandiu mater eius vixerit, ipſa eſſet vſufructuaria horum bonorum.

In hoc teſtamento conſiderare debemus, quid recipiat filius, & quid uxor. Mater gaudet dominio utili, filius autem poſſidet dominium reale, & directum. Idem occurrit in emptione cenſus. Vendens cenſum, uendit illam utilitatem, quam habebat de agro, & fructibus ſuis, reſeruat tamen ſibi dominium reale.

In omnibus quatuor generis earum cõtractus cẽſuum licitus apparet.

Vnde Pius V. fœl. recordat. prout uidebimus magis infra, in Bulla ſua iure optimo decreuit, ut qui emit fundum ſubiectum cenſui, accipiat illud cum tali onere, & quod annuus redditus non poſſit conſtitui, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, quæ ſit de natura ſua fructifera, & quæ ſit deſignata certis finibus, quod actualiter ſit numerata pecunia præſentibus teſtibus, & notario, & quod non ſit regiſtratus contractus iſte in actibus, niſi prius recepta ſit pecunia: Ex quo apparet realis uenditio, & emptio. Quod autem huiuſmodi contractus ſit licitus ex parte formę, patet, quia eſt certa, & realis uenditio rei certæ pro precio certo, quod non reperitur in mutuo. Nam in mutuo periculum, & dominium manet apud accipientem pecuniam, & mutuans poteſt illud repetere, quod non contingit in uenditione, quia emens, ideſt, qui dat pecuniam, retinet dominium rei emptæ, & ſubiacet periculis, nec poteſt dans pecuniam reuocare, ideò accipit fructus abſque omni fraude. Ita eſt in propoſito noſtro, qui emit annuum cenſum, ſoluit pecuniam, tenetque dominium talis iuris, & ſubiacet periculis, tanquam uerus dominus, neque poteſt exigere ſolutas pecunias, licet eam uendere poſſit. Quod autem contractus iſte licitus ſit ex parte cauſæ efficientis, ſcilicet, ex parte contrahentium, conſtat: quia ibi non interuenit mutuum, ſed uera emptio cum pecunia transfeat ad uenditorem, cum tali obligatione, ut emptor non poſſit pecuniam illam repetere, prout habetur in Bulla ſupracitata.

In concluſione non uitiatur contractus iſte ex parte cauſæ finalis, ſcilicet, ex parte precij, quia precium proportionatur iuri, quod uenditur. Contractus enim emptionis tunc licitus eſt, cum æquitas iuris naturalis, & ratio ſeruatur. Illicitus autem cum æquitas non ſeruatur. Vnde non eſt mirum, ſi cenſus emptio legitima approbatur à Summis Pontificibus.

Impugnatio

Argumentator, huic doctrinæ ſe opponit dicendo: Vendentes redditus hos in ſuis bonis, liberè hoc non faciunt, ſed neceſſitate contracti; ſimiliter, qui emunt illos, non emerent illos, niſi ſub ſpe lucri; ergo contractus iſte à labe uſuræ non eſt liber.

Impugnationis reſponſio

Theologus huic impugnationi ſatisfacit dicendo: conſequentiam non currere, & ad probationem dicit, parum intereſſe ad hoc, quod contractus ſit iuſtus, quod quis ex neceſſitate, uel ex ſuperfluitate uendat, dummodo uendatur iuſto precio; ſimiliter ſi emens proceſſu temporis ex illo lucretur, ſcilicet, ex fructibus acceptis, pluſquam ualet capitale, quoniam & hoc accidit in alijs contractibus emptionis.

Licitum eſt emere ius, ſeu cenſum perſona e, ſi perſona fructifera eſt, immò ſimpliciter.

Concluſio tertia. Licitum eſt emere ius, ſeu cenſum perſonalem, ſi perſona ſit fructifera.

Concluſio iſta licet ſit uera, tamen multi tenent quod cenſus perſonalis non ſit admittendus, inter quos eſt Sylueſt. & alij nonnulli. Sotus autem unà cum Bannenſi tenent oppoſitum, & multis rationibus corroborant ſuam ſententiam.

Concluſio prima: ratio eſt iſta, Poteſt quis gratis obligare perſonam ſuam, etiam quod bonis tẽporalibus ſit deſtitutus, ad annuam ſolutionem; v.g. ad ſoluendum aurum unum quocunque menſe patri ſuo pauperi, uel alicui Eccleſiæ; ergo hoc poteſt facere ex obligatione, v.g. ſi quis daret ei ſcuta centum, cum obligatione, ut ſoluat annuatim decem, uel duodecim. Valet conſequentia, quia ſi gratis hoc facere poteſt, multo magis hoc facere poteſt, accepta pecunia; ergo poterit accipere ſupra ſe cenſum perſonalem. Valet conſequẽtia, quia quod homo gratis facere poteſt, ex obligatione magis hoc poteſt.

Secundo probatur hoc: quia ſi iſte gratis poteſt ſe obligare perſonaliter, iſte ex hoc beneficio magis hoc facere poteſt.

Confirmatur hoc, 2. Nehemiæ 10. habetur, ꝙ Hebræi ſupra ſe tertiam partem ſicli, ſeu annuum cenſum ſtatuerunt. Secundo Princeps poteſt ponere cenſum perſonalem ſubditis ſuis; ergo & hoc facere poteſt quilibet, qui eſt ſui iuris, ſcilicet, obligare ſe ad cenſum perſonalem.

Antecedens probatur (cum conſequentia de ſe ſit plana.) Nam populi Chriſtiani tenentur ad ſolutionem decimarum, & tributorum, non ſolum de frugibus terræ, ſed perſonales, de quibus ſit mentio cap. Apoſtolicæ, de decimis, etiam de negotiatione decimam ſoluunt, & decimæ perſonales. Immò in cap. Paſtoralis, liberum eſt uendere obligationem ſuorum operum; v.g. obligare ſe poteſt, quis ſeruire corporaliter alicui; ergo pari iure poterit uendere perſonalem cenſum. Homo enim poteſt uendere ſeipſum; ergo multo magis poterit obligare opera ſua. Immò poteſt non ſolum obligare ſeipſum, ſed & filios; ergo poteſt conſtitui cenſus perſonalis. Cõtractus quilibet hoc manifeſtat: in primò uenditor obligat ſe, & bona ſua. At res inanimatæ non dicuntur obligari, niſi metaphoricè. Homo enim eſt, qui obligatur, bona autem obligantur, inquantum ſunt bona illius. Bannes corroborat hanc ſententiam dicendo. Stando ſolum in iure naturali poteſt conſtitui cenſus in nudam perſonam fructiferam, & utilem; v.g. ſuper artificem.

Dari cenſus pſonalis, probatur multis rationibus.

Et probatur ſic intentum. Artifex poteſt locare ſua opera; ergo poterit uendere ius ad illas, ſingulis annis exhibendas. Corroboratur hoc ex antedictis ſic. Super rem fructiferam poteſt conſtitui cenſum, ergo & ſuper perſonam utilem, & fructiferam. Valet conſequentia: quia cenſus habet reſpectum ad fructum rei fructiferæ. Bannes ſub hac concluſione ponit aliam, licet non ſic cer-

tam,

tam, probabilem tamen, & eſt iſta. Stando in iure naturali, poteſt conſtitui cenſus ſuper nudam perſonam.

Et probatur ſic concluſio hæc. Iſta perſona poteſt ſe vendere, & facere ſe ſeruam, vt ſuperius dictum eſt; ergo pari ratione poterit vendere ius ſuum ad certum tempus, & per conſequens fundate ſuper ſe cenſum perſonalem.

Probatur hoc. Nam nulla perſona eſt tam vilis, quæ non poſſit aliqua obſequia præſtare; Vt comitare Dominum ſuum, illique aſſiſtere, ſaltem petere poteſt eleemoſynam; ergo ſuper qualibet perſona poteſt cenſus conſtitui; ergo datur cenſus perſonalis.

Impugnatio prima.

Contra hanc concluſionem ſe opponit argumentator dicendo: In tali contractu venditur, & emitur id, quod reuera non eſt, neque in ſe, neque in ſua cauſa; ergo talis venditio, vel emptio ſaltem, habet veſtigium vſuræ.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat antecedens huius impugnationis, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod reuera id, quod emitur, partim eſt in re, partim in ſua cauſa, quoniam talis obligatus ad cenſum perſonalem, induſtria ſua acquirere tenetur, vnde ſoluat huiuſmodi cenſum. Secundo negat conſequentiam, quoniam vſura non committitur, vbi non eſt mutuum In caſu autem noſtro, non reperitur mutuum explicitum, neque implicitum, eo quod ipſum capitale, quod eſt precium datum, neque tenetur Paulus reddere Petro, neque ibi apparet iniuſtitia. Ratio aſſignatur: quia ſcienti, & volenti, præcipuè ſponte, non fit iniuria.

Impugnatio ſecunda.

Contra hoc de nouo inſurgit argumentator dicendo: Non eſt licitum emere à Rege iura fictitia; ergo neque emere cenſum ſuper perſonam.

Impugnationis reſponſio.

Theologus ad antecedens dicit, vel ille, qui emit iura fictitia ignorat, aut ſcit illa eſſe fictitia, ſi ignorat, iniuriam patitur à Rege, ſi non ignorat nullam patitur iniuriam, ſi vult ſe obligare Regi pro re fictitia. Ex his igitur habentur ea, quæ ad caſum hunc pertinent, nunc proponantur dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; An cenſus tam temporales, quam perpetui ſint liciti. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Ex Canone citato in proponendo caſum in Clementina cap. Exiui, de verborum ſignificatione, dicitur bona immobilia vendi, emi iuſtè poſſunt; ergo cenſus in illis fundatus licitus erit; ergo emptio, & venditio illorum licita erit.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua talis eſt ratio. Si cenſus perpetuus licitus eſſet, ſequeretur, quod non ſolum venditor, ſed eius hæredes perpetuò manerent obligati emptori cenſus talis; hoc autem non eſt dicendum; ergo quod cenſus perpetuus ſit licitus, dicendum non eſt. Antecedens probatur. Venditor non eſt perpetuus; ergo ad hoc, quod obligatio ſit perpetua in cenſu, oportet, quod non ſolum venditor, ſed hæredes teneantur ad illum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quoad primum ponitur talis concluſio. Cenſus tam temporales, quam perpetui ſunt liciti.

Cenſus temporales necnon, & perpetui ſunt liciti, & licitè vtrique emũtur.

Concluſio habet duas partes, quoad vtranque eius veritas manifeſtatur. Primo, quoad cenſum perpetuum ponitur hæc concluſio. Non modo cenſus perpetui licitè emuntur, verũ in illis minor ſuſpitio vſuræ apparet, quam in temporalibus; hoc probatur: quia contractus talis cenſus eſt merus contractus emptionis, & venditionis, ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod talis cenſus perſonalis eſſe non poteſt, ſed debet eſſe realis, & in rebus immobilibus infixus.

Probatur hoc: quia alij cenſus collapſo tempore dilabuntur, iſte minimè, quod confirmat Clemens Papa ſuper cap. Exiui, dicendo. Annui redditus inter immobilia cenſentur à iure. Quoad cenſum temporale, ſubditur talis concluſio. Pari iure licet emere temporales cenſus, ſeu certi temporis, vel per decennium, vel per aliud tempus terminatum ſupra vitam ementis, vel ſupra vitam filiorum, vel cuiuſcunque alterius.

Et probatur hoc: quia ſicut poteſt quiſquam fundum ſuum alteri in emphiteoſim ſuper vitam ſuam dare, retenta penſione, ita viceuerſa poterit & reipſa retenta, penſionem ad vitam vendere.

Comprobatur hoc: etiam quiſquam poteſt alienam poſſeſſionem ad vitam conducere, ex quibus fructibus viuere poſſit; ergo eadem ratione ſuper hanc penſionem emere poterit pecuniam, quę extrahi poteſt ex fructibus illis.

Quæſitum.

BAnnes format circa hanc materiam vnum quæſitum neceſſarium. Quærit enim ſi licitum ſit emere cenſum temporalem pro certo tempore, minori precio, quam fuerit tota ſumma ſingularium penſionum; v.g. tota penſio ſunt viginti millia ſcuta, ſoluenda in viginti annis, mille in anno. Quærit enim ſi Petrus illa viginti millia emere poſſit pro quindecim &c.

Quæſiti deciſio pro parte affirmatiua.

CIrca huiuſmodi quæſitum diuerſi diuerſa dicunt, tamen pars affirmatiua eſt tutior. Magiſter Dominicus à Soto lib. 6. de iuſtitia, & iure, q. 5. art. 2. tenet partem negatiuam, & fundat ſuam ſententiam ſub mero mutuo dicendo, quod ex mero mutuo non poteſt haberi tale lucrum. Concedit tamen, quod in emptione habere poſſit vſque ad decem pro centenario, ſi fundum emptum ita abundè fructificat. Corradus quęſt. 80. oppoſitum tenet, prout refert Bannenſis. Et ratio eius eſt, quia pluris æſtimãtur centum nummi præſentes, quam

centum,

Digitized by Google

centum, & decem abſentes, vt dictum fuit in materia de cambio. Medina in quæſtione ſpeciali de cambijs, poſt longam diſputationem dicit, quod de rigore iuſtitiæ in materia de cenſu, non poſſumus condemnare contractum illum, nihilominus redditur ſuſpectus de uſura. Bannes de iure, & iuſtitia, quæſt. 78. art. 4. de cenſibus, dubio 4. dicit, quod contractus iſte licitus eſt, ſi fiat iuſto precio. Confirmat intentum dicendo: Cenſus pro certo tempore licitus eſt, & iure approbatus, ſed communiter ab omnibus ſic celebratur, vt precium ſit minus, quam tota ſumma penſionum, igitur eſt licitus, alias ſtultus iudicaretur, qui daret viginti millia ſcuta ſimul pro penſione viginti millium ſoluendorum, ſpacio uiginti annorum, mille pro ſingulo anno. Secundo cenſus perpetuus emitur minore precio, quam ſit tota ſumma penſionum ſoluendarum. Exempligratia, ſi emitur cenſum centum ducatorum perpetuum pro duobus millibus, excederet ſumma penſionem; & tamen poteſt talis emptio eſſe licita in aliquo caſu; ergo multo magis licitum erit emere cenſum temporalem pro certo tempore, minore precio, quam ſit ſumma penſionum. Patet conſequentia: quia cenſus perpetuus pluris æſtimatur ab omnibus.

Cenſus temporalis licitus ſi factus ſit ſub debitis clauſulis.

Probatur iterum. Nam Petrus emens talem cenſum, ſtatim abdicat à ſe ius uiginti millium ſcutorum ſimul tribuens illud Ioanni, quod quidem ius pluris æſtimatur, ſaltem non minus, quam ius percipiendi ſingulis annis mille pro ſpacio viginti annorum. Et ratio eſt: quia multa pecunia ſimul utilior eſt, & aptior ad quamlibet negotiationem, quam ſi ſigillatim, & per partes poſſideat illã. Ex his enim ſuadet Bannes licitum eſſe emere cenſum perpetuum pro minori precio (ſtando tamen in iuſto precio) nihilominus non aſſignat rationem huius ueritatis. Ideò tenendo partem negatiuam cum Soto, vel affirmatiuam cum alijs oportet ſcire rationem utriuſque ſententiæ, quæ aperitur tali diſtinctione; vel ille, qui dat illa quindecim millia de præſenti, pro uiginti illis millibus in penſione, mutuat illa quindecim millia, uel his emit illa uiginti millia recipienda in ſpacio uiginti annorum. Si mutuat, hoc facere gratis tenetur. Dicit enim Dominus, mutuo date, nihil inde ſperantes. Et ſi acceptis quindecim millibus in ſpacio quindecim annorum, debet relinquere alia quinque domino cenſus. In iſto ſenſu loquitur Magiſter Dominicus à Soto. Si autem iſta pecunia emit illa uiginti millia, ſeu cenſus illos, licebit ille accipere uiginti millia in ſpacio uiginti annorum, pro quindecim ſimul enumeratis. In quo ſenſu loquũtur Corradus, Medina, & Bannes. Ratio ab illis nõ aſſignata, eſt iſta, quia emptio cenſuum eſt emptio rei fructiferæ, quæ non ſolum dat ſex pro centenario, ut habetur ex hoc contractu, licet non præcisè, ſed octo, & decem, ut affirmat hic Sotus, & alij Doctores nominati. Et eſt communis ſententia Doctorum, ſecundum qualitatem fundi fructiferi. Immo Ludouicus de Beia in tractatu de cenſibus, caſu 25. in reſponſione caſuum aliquorum conſcientiæ dicit, quod in Bononia iura cenſuum uenduntur ad octo, uel nouem pro centenario, & quod in his contractibus nullus eſt ſcrupulus in conſcientia, ſemoto dolo, & fraude; ergo neque in iſto ullus erit ſcrupulus conſcientiæ, niſi adſit dolus, uel fraus. Nihilominus in Ciuitate Venetiarum, ubi non ſic rigoroſè uenduntur iura cẽſuum, cum reperiantur, qui emunt ad quinque pro centenario, & ad minus; At quia illi, qui emunt, non habent oculos ad emptionem (prout in pluribus) ſed ad fructum emptionis, poteſt in illis latere uſura mentalis, quæ non ſolum eſt peccatum mortale, ſed ad reſtitutionem obligat, ſi plus capitalis aliquid acceperit, propterea optimum eſt iudicium Medinæ, ſcilicet, quod de rigore cenſendi ſcolaſtico damnare non poſſumus illum contractum. Nihilominus eſt ſuſpectus de uſura. His ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Emere cenſũ, q. annuatim habetur, ſi exburſat pecunia tota ſimul pro iuſto precio licet.

Inſtantiarum ſolutio.

LEctor in prima inſtantia quærebat ſi obligatio cenſus perpetui deſcendebat in hæredes illius, qui accipiebat ad cenſum. Et mouebatur ad hoc: quia obligatio illa ſe extendit non ſolum ad res immobiles, ſed ad perſonas, pro cuius ſolutione datur hæc diſtinctio. Vel cenſus perpetuus eſt ſuper bonis incertis conſtitutus, ſcilicet, ſuper bonis, quæ homo poſſidet, & poſſeſſurus eſt. Vel cenſus eſt conſtitutus ſuper re immobili particulari, non omninò perpetua, ut ſunt ædificia. Si eſt ſuper bonis incertis, tunc obligatio ad hæredes deſcendit. Cum & illi ſuccedant in bonis, quæ tunc uenditor habet, propterea quando hæredes perueniunt ad punctum hæreditatis, iudicant ipſi, ſi hæreditas cum tali obligatione ſibi congruunt, uel non. Nam qui cenſum uendidit, potuit cuncta ſua bona præſentia, & futura illo innodare vinculo. Si autem venditio cenſus aſſicurata eſt ſuper aliquo bono ſtabili, licet non ſit ſimpliciter perpetuum, cenſus non iudicatur perpetuus ſimpliciter, ſed tantum quantum res illa duratura eſt, & promittens ipſe: quia obligatio illa perſonalis non deſcendit in hæredes, niſi ratione illius ſignatæ rei.

Inſtant. ſolutio.

Declaratur quid ſi cẽſus perſonalis perpetuus, & nõ perpetuus.

Non acquieſcit argumentator contra ſecũdam partem concluſionis, inſtat ſecundo loco dicendo. Si liceret emere cenſus temporaneos, liceret eos emere non ſolum pro tempore certo, & terminato, ſed etiam pro tempore incerto; v. g. ſuper vitam hominis, ſed hoc non licet; ergo non licet emere cẽſus temporales. Maior propoſitio eſt certa, quia non eſt maior ratio de vno cenſu temporali, quam de alio. Minor probatur: Cenſus incerti ſupra vitã hominis, qui vocatur cenſus vitalis, non conceditur, quia eſſet contra charitatem: nam qui acciperet ad cenſum ſupra vitam hominis iſtius, vellet vt quam primum moreretur, vt liber à ſolutione cenſus maneret, ſed deſiderare mortem proximo eſt contra charitatem; ergo talis emptio, & venditio non eſt licita.

Inſtantia 2.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod cenſus poteſt emi, & vendi ſuper vita hominis cuiuſcunque, negat autem, quod hoc ſit contra charitatem proximi,

Inſtant. ſolutio.

Contractus cenſus ſuper vitam alicuius, per ſe licitus eſt, poteſt eſſe illicitus per accidens

ximi, per ſe loquendo, per accidens autem hoc poteſt eſſe. Nam qui rationabiliter procedit in hoc facto, ad aliud tendere non debet, niſi ſoluere cenſum, quoaduſque viuit cenſuarius, ſiue hoc fiat pro paruo tempore, ſiue pro multo. Quod autem aliquis appetat mortem illius ſupra vitã, cuius fundatus eſt cenſus, procedit ex inordinato appetitu appetientis, quod non variat qualitatem contractus, nec facit, quod contractus cenſus ſuper vitã alicuius ſit illicitus. Hæc ſint pro dubio iſto, ad aliud pergamus.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; Si licita ſit emptio cenſus, cum pacto retrouendendi? Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Illa emptio, & venditio eſt licita, in qua nulla cadit vſura: propoſitio eſt certa, loquendo de re vendibili, vt eſt cenſus. At emptio cenſus, cum pacto de retrouendendo, & venditio, cum pacto de retro emendo eſt huiuſmodi; ergo eſt licita. Minor propoſitio etiam admittitur tanquam vera, & probatur: quia aliter nullus poſſet ſe liberare à cenſibus nedum perpetuis, ſed neque temporalibus. Et vſus oppoſitum oſtendit quod licita eſt venditio, cum pacto retrouendendi, & è conuerſo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua ratiocinatur ſic. Contractus ille non eſt licitus, nec iuſtus, in qua vna pars remanet libera & altera non. At in contractu emptionis cenſuum vna pars libera manet, & reliqua obligata; ergo contractus emptionis cenſuum cum pacto retrouendendi, non eſt licita. Maior propoſitio videtur de ſe clara, cum iuſtitia tendat ad commune bonum vtriuſque partis: per conſequens ſi vna pars eſt libera, & alia libera eſſe debet, ſi vna poteſt ſe liberare retrouendendo; ergo & alia debet habere facultatem retro emendi: modo in contractu cenſuum res non ſi ſe habet, quia emens cenſum, non poteſt illum reuendere; ergo contractus non eſt iuſtus, neque licitus.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro huius dubij deciſione tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuę.

Quo ad primum, cum Soto dicit, quod in his contractibus duplex prauitas reperiri poteſt, prima eſt prauitas vſuræ, ſecunda prauitas iniuſtitiæ. Prauitas vſuræ adeſt, quando res inuendibilis eſt; v.g. quando venditur vſus pecuniæ, vel res ſpecialis, vt ſic. Prauitas iniuſtitiæ reperitur cum res uendibilis vltra iuſtum precium uenditur. Cum Bannenſi ſecundo loco eſt obſeruandum, quid natura ſit uendere aliquid cum pacto retro emendi, uel emi cum pacto retrouendendi. Quando, v.g. Petrus uendit cenſum Ioanni, in qua uenditione obligatur Petrus redimere cenſum. Tunc dicitur pactum retro emendi. Si autem non obligatur Petrus; ſed Ioannes obligatur reuendere illum Petro, quando ipſe uoluerit, tunc dicitur pactum retrouendendi. His ſeruatis, concluſiones ponendæ ſunt.

Concluſio prima. Licitum eſt emere cenſum, cum pacto retrouendendi, ut in caſu noſtro. Licet enim Petro obligare Ioannem, ut quando Petrus uoluerit redimere cenſum, dato precio, quod recepit, Ioannes admittere emptionem illam.

Et probat concluſionem iſtam ſic. In hoc contractu nulla apparet iniuſtitia; ergo licitus eſt.

Antecedens probatur. Nam ſi iniuſtitia in illo reperiretur, eſſet uſura, uſura eſſe non poteſt, cum in tali contractu non reperiatur mutuum, ſed uenditio; ergo in eo non eſt iniuſtitia.

Secundo probatur hoc idem. Nam quæcunque res temporalis poteſt emi, cum pacto retrouendendi, ut domus, & ager; ergo ſimiliter & cenſus poteſt emi, cum pacto retrouendendi.

Licitum eſt emere cenſũ (iuſto p̃cio) cum pacto retrouendẽdi.

Confirmatur hoc: quia differentia eſt inter cenſum redimibilem, & irredimibilem, quoniam in primo continetur pactum retrouendendi, non autem in ſecundo; ſimiliter quia huiuſmodi emptio cum pacto retrouendendi, non eſt in grauamen uenditoris, quoniam in ſua libertate conſiſtit uelle, uel nolle emere. Neque in grauamen emptoris, quoniam ex hac obligatione emptio non fuit ſic rigoroſa. Verum eſt autem, quod cum emptio ſit cum tali pacto retrouendendi cenſus, debet diminui de precio; v.g. ſi mille æſtimantur precium triginta millia, cum tali pacto retrouendendi, ſine tali pacto non æſtimabitur niſi uiginti. Eſt concluſio iſta certiſſima: quia colligitur ex Pontificibus, & Legibus; Nam ex Conſtitutionibus Martini V. & Calixti III. quæ habentur inter Extrauagãtes communes, tit. de empt. & uendit. & ex Motu proprio Pii V. de cenſibus; quibus in locis Pontifices approbant cenſus etiam pecuniarios, quibuſdam conditionibus appoſitis. Item in Clementina prima de rebus Eccleſiæ non alienandis: conceditur Epiſcopis facultas alienandi bona Eccleſiæ pro tempore uitæ ſuæ. Vnde colligimus, quod cenſus pro certo tempore ſit licitus, ſi fiat iuſto precio, quod ſic oſtẽditur. Stãdo in ſolo iure naturali, illud eſt precium iuſtum, quod æſtimatur à uiris bonis, & probis pro tali, & quod eſt in uſu pro illo tempore, quod tali medio probatur, quoniam eadem eſt ratio, quantum ad hoc, ſicut de alijs mercibus, de quibus diſputatur 2. 2. quæſt 77. quo in loco dictum eſt illud eſſe precium iuſtum, quod à uiris peritis iudicatur pro tali.

Nota.

Aduertendum tamen eſt, quod ad æſtimãdum precium iuſtum oportet aduertere ad onus, ſiue grauamen, quod ſuſcipit uenditor, uel emptor; v.g. ſi uenditor obligatur, ut nunquam redimat, debet eſſe maius precium. Si autem emptor ipſe obligatur extinguere cenſum redimente uenditore, debet minui de precio: quia illud eſt grauamen emptoris. Et denique attendendum eſt ſi res, ſuper qua fundatur cenſus, ſit firma, & tuta; ſic enim precium debet eſſe maius, quam ſi res ſit minus tuta.

Concluſio ſecunda ponitur ex oppoſito. Emere cenſum,

Vſura é emere cẽſum, cũ pacto redimẽdi illum.

cenſum, cum pacto retro redimendi uſura eſt; v.g. in caſu poſito, illicitum, & uſura eſt obligare Petrũ, ut redimat cenſum reddendo principale, non computando penſiones receptas in ipſo precio.

Concluſio iſta probatur multipliciter. Primo, quia in tali contractu eſſet mutuum implicitè.

Hoc probatur: quia tunc Petrus obligaretur ad reddendum precium, quod accepit, & rurſus reddere aliquid amplius ſingulis annis; ergò eſt uſura, ſcilicet, lucrum habere ex mutuo. Dicit nihilominus Bannes ex Medinæ ſententia, quod licet ſit uſura obligare perſonam ad reemendum cenſum (ratione aſſignata) non tamen eſt uſura obligare rem cenſuariam ad talem redemptionem. Quod intelligo ego. Si res, ſuper qua fundatus eſt cenſus, non periji, tunc poteſt cenſuarius illam uendere alteri ſub eodem pacto, & conditione, quo ipſe emerat, ſcilicet, cum pacto retrouendendi ſibi, uel illi priori domino, in quo ſenſu concluſio eſt certa (ni fallor.) Obligare tamen non poteſt ad redimendum: quia eſſet mutuatio uſuraria; v.g. ſi obligares illum, qui tibi hanc rem uendidit redimere illam iniquum eſſet euidenter apparet, quod ex mutuo illo uelles ab eo ſex, uel octo pro centenario ad libitum.

Secundo probatur concluſio. Nam aliæ res poſſunt uendi cum tali pacto, ſcilicet, retro emendi; Vt v.g. Ioannem emit uineam à Petro, eo pacto, ut Petrus teneatur poſt decennium iterum emere illam à Ioanne, eo precio, quo tunc æſtimanda fuerit; ergo ſimiliter poteſt uendi cenſus, cum tali pacto, dummodo non obligetur perſona reddere precium, quod recepit, ſi tamen precium eſt maius, quam eſſet ſine tali pacto, eo quod pactum illud eſt in grauamen ipſius uenditoris, alioquin poſſet eſſe iniuſtitia in tali contractu, eo quod precium eſt minus, quam par eſt. Non tamen eſſet uſura: quia nulla adeſt ratio mutui. Et ut clarior ſit doctrina, ponendæ ſunt conditiones, quibus annui cenſus licitè emi, & uendi poſſunt.

Conditiones, quibus annuus cenſus licet emi, vel vendi poſſunt.

Prima.

CONditio prima. Oportet quod uendens deſignet, & exprimet rem aliquam, quam uendere intendit, & alius emere, puta domum, aut agros &c. Et rei, uel rerum deſignatarum tantum debet fieri emptio, uel uenditio, & illa ſola debent manere obligata ad ſolutionem prædicti cenſus, & non alia uendentis bona. Nam ſi uniuerſa alia bona cum perſona manerent obligata, iam diſtrahitur emptio, & uẽditio, ſed eſſet oppignoratio, & eſſet contractus uſurarius. Huiuſmodi conditionem declarat Pius V. in ſua Bulla de Cenſibus, dicendo. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum, ſeu annuum redditum creari, conſtitui nullo modo poſſit, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus nominata ſit. Intelligit enim Pius V. quod res, quæ uenditur ita ſit fructifera tantæ ſaltem frugis, quantæ eſt cenſus, ideſt, ut ſaltem reddat tantum, quantum cenſus redditus ualeret.

Secunda.

Secunda conditio, cenſus habetur ex Martino, & Calixto Papa, ſcilicet, quod iuſto, & competenti precio ematur annuus cenſus, & quo tempus celebratur contractus, integraliter numeretur pecunia, quam particulam declarat Pius V. in ſua Bulla (prout uidebimus in fine huius diſputationis) dicendo. Rurſum, niſi uerè in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, receptoque integro, & iuſto precio. Solutiones, quæ vulgus anticipatas appellat fieri, aut in pacto deduci prohibemus. Et hoc ordinatum eſt, ut præcludatur uia malis, & dolis, quibus cenſus ementes ſoluebant precium in mercibus, uel in pecunia ad ludendum, uel ad alios malos fines.

Nota.

In qua conditione non uidetur includere illos (in foro conſcientiæ) qui bona fide utilius, uel æquali utile ſoluerit anticipatam ſolutionem totius, uel partis cenſus; v.g. ſi ille, qui emit in aliqua magna neceſſitate, uenditori accommodauit ſuam pecuniam gratis, quam in contractu talis cenſus vult apponi abſque omni fraude, & dolo, ordinat Papa, quod præſentialiter enumeretur pecunia, ut oſtenderet, quod non ſatis eſt illam ante oculos proponere, uel tradere unam partem, & non totam: oportet enim, quod effectualiter coram teſtibus, & notario numeretur pecunia ab emptore, & recipiatur à uenditore.

Tertia.

Tertia conditio ſeruanda in hoc contractu eſt, quod in eodem contractu expreſsè uenditori detur facultas, quod ipſum annuum cenſum in toto, uel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunque uelit liberè, abſque alicuius requiſitione, aut contradictione poſſit extinguere, vel redimere, & ſe ab ipſo cenſu liberare ex tunc penitus poſſit. Iſta conditio ſeruanda eſt omninò.

Quarta.

Quarta conditio, venditor inuitus vllo modo obligari poteſt ad redimendum cenſum, ſed ſit in ſui libertate ſoluere cenſum, vel redimere in toto, vel in parte numerata pecunia: quam conditionem firmat Pius V. dicendo. Pacta autem continentia precium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omninò prohibemus.

Pro cuius intelligẽtia eſt notandum, quod emere annuos redditus ea lege, vt poſt certum tẽpus; v.g. poſt decennium à venditore poſſit redimi, eſt manifeſta vſura, quoniam emptor omninò conſtituitur certus de lucro, vltra ſortem, de fructibus eo tempore, quo redimi res vendita non poteſt, ſibi recipiendis. Hoc enim aduerſatur Conſtitutionibus Romanorum Pontificum, quibus hæc emptio annuum permittitur, vt ſors ſemel data exigi ab inuito venditore non poſſit.

Quinta.

Conditio quinta eſt, quod ſi contingat aliquando bona ipſa, puta domos, agros, aut poſſeſſiones alias (quę obligata ſunt ad ſolutionem cenſus) quorum facta eſt emptio, proceſſu temporis omninò deſtrui, & penitus interire ementes, pecuniam ipſam,

ſum, quam dederat pro ipſis bonis repetere amplius omninò, rebus poſſunt, vel nequaquam valebunt, quoniam ementis periculo debet periculare res empta, alioquin non fuit vera emptio, & venditio, ſed contractus vſurarius, prout declarat Pius V. dicendo. Conuentiones directè, vel indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Et infra, ſicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum, ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Et poſtea ſubdit. Poſtremò cenſus omnes in futuro creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa pro parte effectu, volumus pro rata perire, ſed etiam poſſe pro eodem precio extingui (non obſtante longiſſimi etiam temporis.) Quibus verbis Summus Pontifex apertè declarat debere emptorem cenſuum ſubſtare periculis, tam rei (ſi pereat) quam fructuū (ſi infructuoſa) omninò, vel ex parte ipſa res reddatur. At quomodo res infructuoſa reddatur, in parte declarat R.P.F. Ludouicus de Beia dicendo, quod hoc fit, quando bello, tempeſtate, vel alijs fortunæ caſibus agitatur, quod manifeſtatur per declarationem intelligentiæ Bullæ prædictæ. Natura enim, inquit, contractus emptionis eſt, vt emptor ſubſit caſibus fortuitis, propterea qui emit cenſum, ſubijcere debet omnibus his caſibus. Si quis autem non vult ſubijcere periculis vſurarium ſe oſtendit.

Sexta. Vltra hoc ordinat Papa, quod quando aliquis vult extinguere cenſum, quod debeat denuntiare illi, cui precium dandum erit per bimeſtrem ante, vt redditio fiat ſuauiter. Si autem voluerit cenſum alienare, ſeruare debet id, quod dicit Papa; Vbi autem res cenſui ſubiecta vendenda ſit: Volumus (inquit Pius V.) dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denuntiare conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari. Nec poteſt augere ſuper determinato cenſu, aut nouum cenſum inſtituere ſuper eandem rem.

Multæ aliæ conditiones in hac materia aſſignatæ ſunt à Summis Pontificibus, præcipuè à Nicolao V. & à Gregorio XIII. pro Regno Ciciliæ, quas quiſque faciliter videre poterit ad libitum in Summa Confeſſorum. Nos autem modo deſcendamus ad ſoluendas inſtantias præſentis dubij pro parte negatiua.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. Theologus ſatisfacit inſtantiæ partis negatiuæ dicendo, quod Maior propoſitio eſt falſa, & ad probationem dicit, quod ſi obligatio eſſet ex parte venditoris, ſcilicet, vt teemeret, vſura accideret ex parte emptoris cenſus, vt in concluſionibus, pro ſolutione dubij oſtenſum eſt. Vlterius negamus, quod talis contractus ſit in grauamen emptoris, quoniam ex hac conditione emit cenſum illum pro minori precio. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad vltimum.

Dubium vltimum.

IN hoc dubio quærit Lector; Si ille, qui vult liberare ſe à cenſibus, poſſit ſe liberare per partes, id eſt, ſe liberare ab vna parte cenſus, cum non poſſit, vel non vult ſe liberare à toto? Et rationes pro vtraque parte affert.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Calixtus Papa III. Martinus V. quibus videtur adhærere Pius V. In capite extra de vſura, concedunt cenſum poſſe diſſolui per partes; ergo cenſuarius poteſt ſe liberare à contractu cenſus per partes, id eſt, vnam partem poſt aliam. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua videtur multi Theologi, immò Pius V. in Bulla ſua de cenſibus, vnde mentionem facit de reuenditione cenſuum, & nullam mentionem facit de reemptione per partes, hoc etiam uidetur ratio approbare. Nam quando ille emit, emit totum cenſum; ergo & uendere illum debet totum ſimul. Aliter pecunia cenſus ſic paulatim recepta in fumum iret. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod varia eſt opinio Doctorum in hac materia. Pro intelligentia tamen doctrinę notandum eſt, quod in Extrauagantibus Calixti III. & Martini V. inter particulares conditiones requiſitas ad redimendum cenſum, tertia erat, quod in ipſo contractu cenſus expreſsè daretur facultas venditori redimendi cenſum per partes. Nihilominus Pius V. in Bulla ſua de Cenſibus, mentionem non facit de hac conditione, qua de cauſa aliqui dicunt, quod conditio illa eſt neceſſariò intelligenda in contractu cenſus, aliqui dicunt, quod non, ſed eſt apponenda, aliter contractus emptionis cenſus ad hoc per ſe non adſtringit, primam ſententiam tenet noſter Bannes, ſecundam Io. Baptiſta Corradus. Hæc ſoluentur per concluſiones infraponendas, ex quibus terminatio dubij erit manifeſta.

Concluſio prima. Illa conditio redimendi cenſus per partes, non eſt neceſſe ponere in illo contractu cenſus. Illa conditio redimēdi cēſum per partes, nō eſt neceſſe ponere in contractu.

Et probat Bannes concluſionem iſtam tali modo. Nam licet Pius V. non reuocauerit illam particulam expreſſè, tamen inquit Bannes ſimul cum Corrado, dum conſtitueret omnes conditiones neceſſarias ad iuſtificationem cōtractus cenſuum uiſus eſt illam, quaſi reuocaſſe, cuius non meminit.

Concluſio iſta non eſt tuta. Immò (ni fallor) decipitur intentio illorum. Non enim ualet conſequētia; terminatio Papæ non includit illam particulam; ergo illam excludit; negatur cōſequētia, quia Papa illam non ſpecificauit, quia forſitan pro illo tunc, non oriebatur difficultas iſta, ſi in contractu debeat poni particula illa, quod vius erat ſoluere,

icu

Digitized by Google

ſeu diſſoluere cenſum per partes, quia exercebatur illa particula declarauit reliquas, vel reliquit Pius V. illam tamquam notam ex Strauagantibus Calixti III. & Martini V. Nam ſi illa particula non fuiſſet ſubintellecta, Papa illam excluderet expreſſè, ſed quomodocunque res ſe habeat aliæ concluſiones ſunt ponendæ.

Conditio illa ſoluendi cenſum per partes, licitè in contractu poteſt apponi.

Concluſio ſecunda. Licitum erit apponere illam conditionem in contractu cenſus, ſcilicet, vt vẽditor cenſus poſſit redimere cenſum pro partibus.

Probatur hoc illa conditio non eſt contra ius naturæ, neque prohibita lege humana; ergo poteſt apponi. Si apponitur, inquit Bannes, debet minui de precio ipſius cenſus, ad iudicium boni viri. Et tanto magis, quanto per minutiores partes datur facultas redimẽdi venditori. Ratio huius eſt, quia illa conditio eſt ei detrimentum, vt obligetur extinguere cenſum, non recepto precio, quod ſemel exburſauit.

Concluſio tertia Bannenſis. Si in contractu nulla mentio illius particulæ facta eſſet, non tenetur emptor ex iuſtitia admittere redemptionem cenſus pro partibus, & rationem aſſignat dicẽdo, quia particula illa non neceſſariò intelligitur, & quia emptor ſimul totam pecuniam dedit.

Nota.

Concluſio iſta tamen nobis non placet, ex his, quæ diximus pro prima concluſione; quia Pius V. non excludit illam particulam, & alij Pontifices, ſcilicet, Calixtus III. & Martinus V. illam appoſuerunt; ergo ad hoc tenebitur. Immò videtur, quod Bannes ipſe veniat in hanc ſententiam; inquit .n. Si de facto venditor vellet redimere medietatem cenſus; Cogitur in foro exteriori emptor admittere talem redemptionem, fortaſſis magis ex quadam æquitate, quam ex rigore iuſtitiæ. Vel forte, quia ipſa conſuetudo uidetur obtinere uim legis. Ecce quod conſuetudo illa Martini, & Calixti non fuit abrogata per Bullam Pij V. quam ſi abrogaſſet, huiuſmodi abrogatione, niſi diuites fuiſſent certè. His ſtantibus dico, quod ego non admitterem, quod ſi in contractu cenſus poneretur expreſſè illa particula, ſcilicet, quod uenditor non poſſet redimere cenſum per partes, quoniam ſi illa particula non eſſet contra Bullam Pij V. eſſet tamen contra Bullam Summorum Pontificum Martini, & Calixti ſupranominatorum. Si tamen quis uellet illam excluſiuam intelligi in contractu iſto, ſtando in opinione Bannenſis, & Corradi teneretur augere precium cenſus, quia talis conditio eſſet in fauorem ipſius emptoris, ut uenditor renuntiet illi conſuetudini, inquit Corradus ipſe.

Non eſt neceſſe ponere particulã iſtam in cõtractu cẽſus, poſſe illum redimere, non illã ammitterẽt ſ. per partes.

In redẽptione cenſus æqualis eſt cõditio diuitis, & pauperis, ſimiliter ĩ alijs conditionibus.

Concluſio corolaria. Siue diues, ſiue pauper ſit, qui uendit cenſum idem debet eſſe precium in rigore iuſtitiæ, & æqualiter omnia iura ab utroque ſunt ſeruanda; & in conſtituendo, & in redimendo cenſum, & in alijs pertinentibus ad hoc. Cum iuſtitia indifferenter ſe habeat ad omnes, ſcilicet, pauperes, & diuites. Ex parte tamen miſericordiæ, & charitatis, alia quandoque eſt ratio de paupere, & de diuite. Nam contingit quandoque, quod quando pauper vult uendere cenſum diuiti, quod ſit in tanta neceſſitate, ut diues, peccet mortaliter contra charitatem, & miſericordiam, emendo cenſum illum, quoniam in tali caſu tenebatur illi mutuare gratis ex præcepto charitatis. His ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantiam adductam pro parte negatiua dicit, quod unuſquiſque abundat in ſenſu ſuo, tamen tutior nobis uidetur pars affirmatiua, & quod negatiua ſit contra iura Summorum Pontificum, ſcilicet, nolle accipere ſolutionem cenſuum per partes. Immò dicimus, quod particula illa ſoluendi cenſum per partes, eſt ponenda in contractu emptionis cenſuum, tamen ſi non eſſet appoſita neceſſariò ſubintelligitur. Et licet Pius V. illam in ſua Bulla non appoſuerit, ſupponit illam eſſe intelligendam, quia iam erat in uſu, & decretum fuit à Summis Pontificibus, ut declarauimus in deciſione caſus. De hoc dubio ſatis. Vt igitur ne in tanta difficultate quis decipiatur utile erit ponere ante oculos Bullam Pij V. cum aliquibus obſeruationibus, quæ erunt pro determinatione huius diſputationis.

In contractu cenſus ſubintelligitur poſſe illum redimere per partes.

Bulla Pij Papæ V. de Cenſibus.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Bulla Pii V. de cenſibus, cum declaratione neceſſaria illius.

CVm onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam, quod deterius eſt, contrarijs omninò pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiã diuinarum, manifeſtum contemptum præſeferũt: non potuimus animarum (prout tenemur) ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiã ſatisfacientes tam graui morbo, leſiferoq. veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſum, ſeu annuum redditum creari conſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum, niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac notario. Et in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro, iuſtoq. precio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in actũ deduci prohibemus. Conuẽtiones directè, vel indirectè, obligãtes ad caſus fortuitos eum, qui alias, ex natura contractus nõ tenebatur, nullomodo valere volumus. Quemadmodũ nec pactũ auferens, aut reſtringẽs facultatem alienandi rem cẽſui ſuppoſitã, quia volumus rẽ ipſam ſp. & libere, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit volumus dominum cenſus, alijs omnibus præferri, eiq. denuntiari cõditiones, quibus vendenda ſit, ẽt per menſẽ

expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, vel certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, vel expenſas, (medio iuramento creditoris liquidandas) aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius, ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint & nulla. Immò & cenſum augeri, & nouum creari, ſuper eandem, vel alia re. in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri omninò prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia, ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremò cenſus omnes in futuro creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte affecta; Volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem precio extingui (non obſtante longiſſimi etiã temporis) ac immemorabili, immò centum, & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directe, aut indirectè, talem facultatem auferentibus quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum verò traditione precij reddituus extinguendus erit, volumus per bimeſtrem ante id denuntiari, cui precium dandum erit, & poſt denuntiam intra annum tamen, etiam ab inuito precium repeti poſſe, & vbi precium nec volens intra bimeſtrem ſoluat, nec ab inuito infra annum exigatur. Volumus nihilominus quandoque reddi um extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries, ac pluries denuntiatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſequutus fuiſſet. Pacta etiam cõtinentia precium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pęnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omninò prohibemus, contractusque ſub alia forma poſt hæc celebrandos fęneratitios iudicamus. Et ita illis præterea non obſtantibus quicquid vel expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dati remitti contingat à fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc igitur ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creãdo, verum etiam in creato, quocunque tpe alienando, modo poſt publicationẽ conſtitutionis creatus ſit, perpetuò, & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes precium ſemel cenſui conſtitutum, numquam poſſe ob tẽporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quod vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus &c.

Dat. Rom. anno 1568. 14. Kalend. Feb.

Vltra illa, quæ annotauimus in dubio ſecundo, pro intelligentia formandi, & reformandi contractus cenſuum aliqua alia ponemus, cum Corrado.

Papa Pius V. in hac Bulla ponit quatuordecim conditiones, quibus bene intellectis, non errabimus in ſimilibus contractibus.

Conditio prima eſt. Vt annuus cẽſus ſit ſemper In re immobili, ſiue quæ pro immobili habetur.

Secunda. Vt res cenſui ſuppoſita ſit de natura ſua fructifera.

Tertia. Vt res, ſuper qua cenſus eſt, ſit in contractu nominata, & certis finibus deſignata.

Pro formatione contractus cẽſuum ponitur quatuordecim cõditiones ſeruandæ.

Quarta. Vt emptio fiat in pecunia numerata verè, præſentibus teſtibus, & notario in actu celebrationis inſtrumenti.

Quinta. Vt ſolutio cenſus non fiat in principio anni, nec in pactum ducatur.

Sexta. Vt conuentio obligans ad caſus fortuitos directè, vel indirectè eum, qui ex natura contractus non tenetur, non valeat.

Septima. Non aufert poteſtatem, nec reſtringit alienandi rem cenſui ſuppoſitam, ſed cum cenſuarius eam vendere voluerit, dominus cenſus ſit ſemper præferendus, & per menſem expectari debet, ac ſibi debeat denuntiari omnes conditiones, quibus res ipſa vendenda erit.

Octaua. Pactum non fiat cenſuarium moroſum teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel eam ipſam, vel eius partem amittere, aut quandocunque aliud onus ſubeundum, vel pœnam.

Nona. Non poſſit cenſum augere, aut nouum inſtituere, quacunque de cauſa.

Decima. Pacta non fiant, vt ſolutiones per alium, quam per eum, ad quem de iure, & ex natura contractus ſpectant, fiant.

Vndecima. Si contingat rem cenſui ſuppoſitam in totum, vel in partem extingui, vel perire. Ipſe cenſus etiam in totum, vel in partem extinguatur. Atque etiam ſi omninò infructuoſa euadat, vt aliæ Bullæ aſſeuerunt.

Duodecima. Poſſe pro eodem precio ſemper redimi (non obſtante longiſſima temporis præſcriptione) nulliſque clauſulis talem facultatem auferentibus, ſed volens cenſum extinguere per bimeſtrem ante denuntiare teneatur, cui facienda eſt traditio. Corradus circa huiuſmodi conditionem obſeruat, quod hoc in loco Papa Pius Quintus dicit, tantum poſſe pro eodem precio ſemper redimi, verum non deſcendit ad particulare, an totum, vel partem rendere debeat, vt oſtenderet, quod proportionaliter loqueretur.

Decimatertia. Mandat cenſum extingui poſſe qñcunque ſibi placuerit, præuia tamen denuntiatione, qua denuntiatione facta poſſe ab inuito precium exigi infra annum tamen, nec poſſe ipſum precium cenſus ab inuito repeti, niſi ob pœnam prædictam tantum.

Præterea ponit vltimam conditionem, ſcilicet, quod poſt hanc denuntiationem celebrandos contractus ſub alia forma fœneratorios indicat eſſe. Inſuper ait Papa. Quicquid expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari remitti, aut dimitti contingat, à fiſco poſſe nolumus vendicari, hancque ſanctionem, nedum in caſu nouiter creando, verum & in creato, quocunque tempore alienando, modo poſt publi-

cationem

cationem conſtitutionis creatus ſit perpetuò, & in omnibus ſeruari volumus. Præterea precium ſemel cenſui conſtitutum, nunquam poſſe minui, vel augeri, quacunque de cauſa. Licet hanc legē ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen ſub alia forma factos hortamur, vt cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant.

Res, quę pro cēſu deſignāda eſt, debet eſſe ꝑcio conformis valori cenſui, & nō excedere, & ſubiecta eſſe periculis, in ordine ad eū, qui dat ad cēſum.

Ex his conditionibus quædam aliæ ſunt magis aperiendæ, quarum una hæc eſt, qua dicitur. Rem cenſui ſuppoſitam deſignatam eſſe debere proprijs finibus circumſcriptam.

Et ualde hoc attendendum eſt, cum id ſæpe ſæpius, quamplurimi tranſgredientur obligantes omnia bona ſua, quæ ſunt maximè debitum excedentia. Ait enim Miranda in ſua ſumma Conciliorum, inquit Corradus hic, quod ea ſola deſignata manere debent ad ſolutionem prædicti cenſus, & non alia uendentis bona: quia ſi bona uniuerſalia obligarentur, iam deſtruitur uera uenditio, & emptio, & eſt oppignoratio, & fit contractus uſurarius. Debet enim tantum manere obligatum, quantum fructuum producere poſſit, ut cenſus ualorem adæquet. Si enim bona ſpecialia, non deſignantur, ad quid ualeret illa conditio, qua dicitur. Quod ſi res pereat, ipſe cenſus, eiuſque precium ſimul pereant. Hoc modo perire non poſſet; ergo capitale eſſet ſaluum; ergo uſura.

Quantitas uerò cenſus pro centum taxanda, quæ ſit, æſtimari nequit, nec poteſt lege unum precium, ubique in uniuerſum conſtitui. Sed illud iuſtum uidetur, quod publicitus, ſine ui, & dolo, uſui uenit. Verumtamen exigi decem pro centenario iuſtum non apparet ubique, cum non ubique fundum, ſuper quo fundatur cenſus æqualiter fructificet, licet hoc producat in Patria Romana. Quo in loco Summi Pontifices Nicolaus, & Gregorius decreuerunt locis illius Ciuitatis decem exigi poſſe.

Fructus fūdi cenſus cōformis eſt fructi ci producto a fundo, vel tā tum vnū pro cētenario excedere.

Corradus autem dicit, quod ualde ſibi placet, quod olim in Ciuitate ſua Peruſina per plures Doctores conſultum fuerat, ut ſcilicet quantitas cenſus pro centum exigi poſſet, quæ ad ualorem fructuum terræ centum ualentis aſcendere poſſet duobus ultra adiunctis, uel tribus ad ſummum, non autem (ut tutiores ſcimus) dicimus, quod precium cenſus pro centenario non debet excedere unum, quoniam hoc nobis ſatis uidetur pro grauaminibus illius, qui dat ad cenſum, quæ ſunt non poſſe ſe libera à cenſu ipſo, & ſoluere tenetur illum modo declarato ſupra, & ſubiacere periculis, quoadusque extinctus ſit cenſus, pro quibus dare unum, uel duo pro centenario non eſt exceſſus.

Super quartam conditionem diligentia eſt adhibenda: quia circa illam plures errant, & fraudem committunt.

Primo cum nullatenus præſentem pecuniam realiter enumerant, ſed aſſignant credita, quæ habent.

Secundo uice pecuniarum, dant mercimonias, ut ſunt ueſtes, annulos, animalia, & quæcunque alia, quæ ſi in pecunia redigi debeant, non aſcenderēt ad iuſtum numerum aſſignatum; euidenter enim in damno uenditoris uergit, propterea uigore ipſius Extrauagantis, non tenet contractus, & eſt fœnerarinus, prout à Summo Pontifice decretum eſt, dicente. Si non obſeruatur, quod mandatur, uſurarius declaratur. Ideò aduertant contrafacientes ne damnentur.

Ex Nauarra de uſuris, circa hanc quartam conditionem additur una (quod iam tactum eſt) ſcilicet, quod uendens cenſum, ſi debeat emptori aliquam ſummam pecuniæ, antequam cenſus conſtituatur, illa ſumma admittitur, tanquam numerata pecunia, & eſt tutus in conſcientia. Quoniam particula illa poſita eſt à Summo Pontifice ad præcludendam uiam multis dolis, & fraudibus, quibus utebantur quidam in emptione cenſuum, qui uice pecuniæ merces uarias tradebant. His igitur ſic dilucidatis pro tota hac materia, remanet pro complemento huius diſputationis ſoluere argumenta caſus principalis pro parte negatiua.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod emere pecuniam, ſtat dupliciter, formaliter, & materialiter. Primo modo non eſt emibilis, cum ipſa ſit menſura uenalium. Secundo modo uendibilis eſt, inquantum eſt precium fructuum rei uenditę. Nunc autem loquimur de uenditione pecuniæ in hoc ſecundo ſenſu, in quo poteſt etiam deferre ſecum lucrum, ut in deciſione caſus dictum eſt. Ratio huius ueritatis eſt, quoniam illa eſt realis emptio, & qui emit, ſubiacet nonnullis periculis. Neque ex hoc datur anxa uſuratijs. Nam illi ex mutuo ſimplici uolunt lucrari; ſi autem ex emptione cenſuum, hoc facere intenderent, non eſſent uſurarij: quia non ex mutuo, ſed ex emptione intendunt lucrare.

Pecunia, vt ſic nō eſt vendibilis, vt materia cenſus vēdibilis eſt.

Argumētum ſecundum.

Lector non acquieſcit, & cōtra prędicta format ſecundum argumentum dicendo: Hoc genus contractus pallium eſt, & clypeus omnium uſurarum; ergo debere longe à Republica, præcipuè Chriſtiana relaxari. Antecedens probatur ſic. Quiſquis gratis mutuare recuſat, hoc clypeo utitur, ut capitale ſuum ſeruet, & aliquid accipiat ex redemptione cenſus, quod apparet mutuare ſub uſura; ergo talis emptio, & uenditio uſuraria eſt.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit conſequens, & conſequentiam, & ad antecedens dicit, quod non omnis, qui gratis recuſat mutuare, intelligit ex mutuo habere lucrum, ſed dum emit cenſum, emit fructum illius fundi, & illos iuſtè percipere cupit, ſi uir eſt timoratæ conſcientiæ.

Argumētum tertium.

Lector format ultimum argumentum dicendo. Si cenſus poteſt in re, aut rerum fructum inſtitui, poſſet pariter, & in perſonam inſtitui, etiam quæ bonis caret, ſed hoc licere non apparet; ergo neque in rem, uel rerum fructum licet

Digitized by Google

cenſum inſtitui. Antecedens probatur: quia perſona fructifera eſſe poteſt. Minor, ſeu conſequens probatur cap. 2. de pignor. Vbi habetur, quod liber homo non tenetur, ſi res defuerit pro re illa.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento ſatisfacit Theologus dicendo ad probationem Minoris, quod Summus Pontifex in cap. illo 2. de pignorib. hoc tantum uerè intendebat, ſcilicet, quod liber homo non poteſt conſtitui in pignus debiti, veluti mancipium, vt patet l. qui filios, C. quæ res pigno oblig. poſs. Non tamen ex hoc ſequitur, quod homo liber non poſſit nexu cenſus obligare ſe ſi vult, ſicut poteſt ſe obligare per alios contractus. Perſonalis enim cenſus non conſtituitur ſuper vſum pecuniæ, ſed eſt ius petendi, recipiendique à perſona tali. Hæc igitur dicta ſint pro caſu, & tota Diſputatione iſta.

DISPVTATIO TERTIA in littera C.

De Sanctiſſima Communione.

IN hac diſputatione proponitur tantum vnus caſus diſputandus ſimul, cum duabus dubijs annexis.

In caſu ergo quærit Lector; Vtrum accedenti ad ſanctiſſimam communionem, ſatis ſit, vt priuatum ſecum excutiat conſcientiam ſuam?

In primo dubio inueſtigat Lector; Si omnibus fidelibus in articulo mortis danda ſit communio, etiam ſi ſit damnatus ad mortem?

In ſecundo dubio interrogat Lector; Si ille, qui vult ſuſcipere hoc ſanctiſſimum Sacramentum, omninò debeat eſſe ieiunus?

Caſus.

QVærit ergo Lector in hoc caſu; Vtrum accedenti ad ſanctiſſimam communionem ſatis ſit, vt conteratur, cum animo confitendi, data meliori occaſione, puta melioris opportunitas Sacerdotis ſibi ſecundum cor ſuum? Et argumenta pro vtraque parte adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Neceſſitatem nemo debet inducere, vbi ius non cogit, ſed nullus ius diuinum extat, quo confeſſio in tali articulo iubeatur; ergo ſatis eſt accedenti ad ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, conteri abſque actuali confeſſione. Maior eſt clara. Minor probatur. Inquit enim Apoſtolus: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; ergo contritio ſufficit.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, ſcilicet, quod non ſufficit contritio, ſed requiratur confeſſio: eſt authoritas D. Thom. in 4. diſtinct. 16. & 17. quæſt. 3. artic. 1. quæſtiuncula 4 cui ſubſcribunt Scotus, Durandus, Paludanus, & alij Theologi. Immò hoc fuit decretum per Academiam Pariſinam, & quod magis eſt, decretum fuit in Concilio Tridentino, poſt regreſſum à Bononia, ſeſſione tertia, capit. ſeptimo; ergo præmittenda eſt confeſſio ante communionem.

Dilucidatio caſus.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo declarat aliqua, & ponit vnam diſtinctionem. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, quibus adduntur illa dubia ſupra poſita, & declarantur. Tertio ſoluuntur argumenta partis affirmatiuæ.

Quo ad primum, inquit Lector Theologus, de hoc ſanctiſſimo Sacramento diffusè loquuntur ſacri Theologi, inter quos tenet primum locum D. Thom. ni fallor, propterea vt Thomiſtæ omnes quærant capere hanc ſanctam doctrinam, legant Doctorem ſanctum in 3. par. & vbi de ea ſcripſit, & ad plenum inuenient quicquid deſiderat cor eorum. Nos autem decreuimus in hac diſputatione tria tantum puncta (tacta modo) dilucidare; nam circa illa multi multa dicant.

Notandum eſt ſecundum, quod pars affirmatiua huius caſus tenent Abbas Panormitanus, Richardus, immò Illuſtriſſimus D. Caietanus, & multi alij Theologi. Abbas ſuper cap. de homicidio, & celebratione Miſſarum, tenet non eſſe neceſſariam confeſſionem, ſed ſatis eſſe habere contritionem (ad ſuſcipiendum dignè hoc Sacramentum.) Richardus apud Magiſtrum Dominicum à Soto dicit: Poſſe quempiam abſque confeſſione Euchariſtiam aſſumere, quamuis nulla alia intercedat cauſa, quam vt abſens Sacerdos expectetur, cui deuotius, & commodius confiteatur. Cui ſubſcribit Adrianus in materia de confeſſione, quæſt. 3. Illuſtriſſimus autem Dominus Caietanus in Summa, verbo, communio, hanc partem amplectitur, ſcilicet, non eſſe neceſſariam confeſſionem, ſed ſufficere contritionem ad ſumptionem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, quamuis ſit conſilium ſalutare prius confiteri peccata, ſi adeſt commoditas.

Tertium notanda eſt diſtinctio, iuxta quarum membra ponendæ erunt concluſiones. Diſtinctio eſt iſta. Vel ille, qui ſuſcepturus eſt hoc ſanctiſſimũ Sacramentum, nouit ſe eſſe in peccato mortali, aut dubitat vehementer, vel non. Si nouit, aut vehementer dubitat eſſe in mortali; Aut tunc habet copiam confeſſoris, vel non habet illam. His ſtantibus, ſatisfaciendum eſt quæſito his concluſionibus.

Non tenetur confiteri ſuſcepturus cõionem, ſi nõ eſt conſcius mortalis, vel dubitat de hoc, prudenter tamen põt hoc facere.

Concluſio prima. Si ille, qui vult recipere ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ non cognoſcit, nec vehementer ſuſpicat ſe eſſe in mortali, non eſt neceſſe, vt confiteatur ante ſanctiſſimam communionem. Ratio eſt: quia ſolum peccatum mortale reddit hominem indignum tanti Sacramenti. Si tamen ex deuotione vult confiteri, vt mundaret ſuam conſcientiam à venialibus, vel ab occultis, ſi adeſſet, vel acquireret augmentum gratiæ, vt eſſet magis paratus ad ſumendam ſanctiſſimam Euchariſtiam benè faceret, vt magis tutè, & fructuosè ad hoc Sanctiſſimum Sacramentum accederet.

Digitized by Google

cederet. Immò dicit Diuus Gregorius: quod ille, qui accedit ad hoc Sacramentum (facta debita diſcuſſione ſuæ conſcientiæ, & neſciens eſſe conſcius alicuius mortalis criminis) per illam diſcuſſionem conſequitur remiſſionem peccatorum occultorum, & venialium, quod videtur confirmare D.Auguſt. in quodam ſermone dicendo: Quando corpus Chriſti manducatur, viuificat mortuos; vt eſt videre apud Tabienam, verbo, communicare, 29. Hoc declarat Angelicus Doctor in 3. diſt. &c. dicendo: Non habere conſcientiam ſui peccati ſtat dupliciter, vel ex ſui culpa, vel abſque culpa ſui: ex ſui culpa, quia diligenter non diſcuſſit ſuam conſcientiam, vt admonet D.Paulus dicendo, 1. Cor. 11. Probet autem ſeipſum homo, &c. Vel propter ignorantiam iuris, quæ non excuſat, quod accidit, quando reputat non eſſe peccatum id, quod eſt peccatum. Iſta ignorantia non excuſat à peccato illum, qui cum conſcientia peccati accedit ad ſanctiſſimam communionem. Alio modo poteſt contingere non habere conſcientiam peccati ſine ſui culpa (licet ſit in peccato;) quia doluit de peccato, & confeſſus eſt, ſed non eſt ſufficienter contritus, in tali caſu (inquit Doctor ſanctus) non peccat iſte ſumendo corpus Chriſti, quia facit, quod in ſe eſt. Et non poteſt ſcire homo, an odio, uel amore dignus ſit, & iſta eſt ignorantia, quæ excuſat; ſimiliter excuſat ſi peccatum eſt totaliter oblitum. Petrus Paludanus dicit, quod quatrupliciter quis ad ſanctiſſimam communionem accedere poteſt cum conſcientia peccati. Primo, quia ſcit ſe commiſiſſe peccatum, ſed putat illud ſibi fuiſſe dimiſſum, credens ſe eſſe contritum, cum non ſit, ſed tantum eſt attritus. Talis non peccat ſi ſit confeſſus, accedens ad ſanctiſſimam communionem; ratio eſt: quia ubi non poteſt haberi plena certitudo, ſufficit probabilis coniectura, ſcilicet, ut doleat de præterito, cum propoſito cauendi de futuro. Alio modo: quia neſcit ſe commiſiſſe peccatum, & hoc dupliciter. Vno modo: quia recolit de facto, tamen non credit illud eſſe peccatum mortale, ſed ueniale, uel nullum; puta commiſiſſe fornicationem, uel furtum. Iſta ignorantia non excuſat: quia tenetur illud ſcire, propterea ſumendo Euchariſtiam in tali peccato, peccat mortaliter. Secundo neſcit ſe commiſiſſe peccatum, quoniam non recordatur de facto. Si de hoc non recordatur (facta diſcuſſione conſcientiæ ſuæ) excuſatur, ſi accedit ad communionem abſque præuia confeſſione. At ſi non examinauerit prius ſuam conſcientiam, ſumendo Euchariſtiam in tali peccato, peccat mortaliter, non obſeruando præceptum D.Pauli, ſcilicet, Probet autem ſeipſum homo &c.

Nota.

Accedens ad cõionẽ cum peccato aliq̃s illud ignorat cũ culpa, aliquis aũt ſine ſui culpa, prima ignorãtia non excuſat, ſecunda ſic.

Conclusio ſecunda. Si ille, qui eſt in peccato mortali, teneatur celebrare Miſſam, vel ſumere Euchariſtiam habens copiam confeſſoris, accedit ad ſanctiſſimam communionem abſque præuia confeſſione peccat mortaliter. Si autem non habet copiam confeſſoris, excuſatur à peccato, dummodo doleat, & quærat accedere contritus.

Exiſtens in mortali habens copiam cõfeſſoris, ſi non confiteatur, & recipit cõionẽ, peccat mortaliter, nõ autem ſi non adeſt copia confeſſoris.

Conclusio iſta eſt Diui Thomę in 4. diſtinct. 17. queſt. 3. artic. 1. quæſtiuncula 4. vbi ſic ait. Si quis debet Euchariſtiam accipere (ad quam nullus poſt peccatum accedere debet) non niſi confeſſus, copia confeſſoris ablata, & neceſſitate non vrgente &c. quod declarauerat ſupra diſtinct. 16. dicendo in expoſitione literæ. Qui habet copiam Sacerdotis, & neceſſitate non vrgetur, ſicut vrgentur Parochiales Sacerdotes, non debet accedere ad communionem ante confeſſionem. Immò etiam poſt confeſſionem grauium peccatorum conſilium eſt Diui Auguſtini, quod non ſtatim accedat propter reuerentiam Sacramenti, & vt magis ſeipſum probet. Et artic. 4 quæſtiuncula ſecunda, ad ſecundum, dicit: Non eſſe conſulendum alicui, quod ſtatim poſt mortalem (etiam contritus, & confeſſus) Euchariſtiam ſumat, ſed debere, niſi aliqua neceſſitas urgeat, per aliquod temporis ſpacium, propter reuerentiam Sacramenti abſtinere per uiginti quatuor horas. Ex hac doctrina clarè habemus, quod confeſſio ſemper præcedere debet communionem, loquendo de confeſſione peccatorum mortalium, uenialium confeſſio eſt ad bene eſſe.

Aliquando non licet accedere ad cõmunionẽ etiam poſt cõfeſſionem peccatorum grauiorum.

Hoc totum corroborat Concilium Tridentinum ſupra citatum, quo in loco præmiſſis uerbis illis, ſcilicet, Apoſtoli Pauli. Probet autem ſeipſum homo &c. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit &c. dicendo. Quare communicare uolenti, reuocandum eſt in memoria eius præceptum. Probet autem ſeipſum homo. Et addit; Eccleſiaſtica autem conſuetudo, declarat eam probationem neceſſariam eſſe, ut nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi contritus uideatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab his Sacerdotibus, quibus ex officio incumbit celebrare.

Hæc ſancta Synodus perpetuum ſeruandum eſſe decreuit, modo non deſit illi copia confeſſoris. Quod ſi neceſſitate urgente, Sacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit, quamprimum confiteatur.

Synodus Tridẽtina declarat præceptũ diuinũ de præcedentia cõfeſſionis in ordine ad cõmunionem, ſi adeſt peccatum.

Ex quibus uerbis infert Magiſter Dominicus à Soto, quod conſuetudo iſta, non ſolum eſt de iure Eccleſiaſtico, uerò & de iure Diuino. Et addit, quod Concilium Tridentinum declarat huiuſmodi ius diuinum, ex illo præcepto Diui Pauli: Mos uniuerſalis Eccleſiæ ortus eſt, in quo nemo ad ſacram communionem abſque præmiſſa confeſſione fuit admiſſus.

Immò Eccleſia ipſa nunquam eum, quem ſciuerit commiſiſſe peccatum mortale, ad ſanctiſſimam communionem admiſiſſe, antequam ſuo confiteatur presbytero.

Tenet enim Eccleſia, quod ordinatio iſta ueniat à Chriſto Domino in Eccleſiam per Apoſtolos, ut aſſirmat Diuus Auguſtinus contra Donatiſtas.

Immò D. Cyprianus Epiſtola 14. & 18. dicit, quod ordo iſte, ſ. quod confeſſio præcedat communionem eſt de iure diuino. Et in ſermone quinto de lapſis ait. Eum, qui abſque confeſſione

ad Euchariſtiam accedit, indignè accedere, & reum fieri corporis, & ſanguinis Domini. Iuxta verba D. Pauli. Et Richardus de Sancto Victore in libro de poteſtate ligandi, & abſoluendi, cap. 21. profert hanc ſententiam: Audacter dico, ſi ante Sacerdotis abſolutionem ad communionem corporis, & ſanguinis, quis acceſſerit, iudicium ſibi manducat, & bibit, quamuis eum peccaſſe multum pœniteat, & vehementer doleat, & ingemiſcat. Et D. Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, lib 6. cap. 24. narrat, quod cum Philippus Imperator in Paſchate voluiſſet ad cōmunionem accedere, hoc illi ab Epiſcopo non prius fuit permiſſum, quam confiteretur peccata ſua.

In caſu neceſſitatis, q. s poteſt accedere ad cōionem abſq. præuia confeſſionis modo ſit cōtritus.

Concluſio tertia pro ſecunda parte concluſionis præcedentis. Quod non habet copiam confeſſoris, in caſu neceſſitatis accedere poteſt ad communionem abſque præuia confeſſione, modo ſit contritus.

Ne igitur concluſio iſta ſit cauſa errandi, conſiderandi ſunt caſus, quibus licet Euchariſtiam abſque confeſſione ſuſcipere.

Pro cuius intelligentia obſeruandum eſt, quod Concil. Tridentinum, vt latè ſuperius oſtenſum eſt. Nullum excipit caſum neceſſitatis confeſſionis, præterquam vbi legitimus Sacerdos haberi non poteſt. Ex quo loco elicitur regula generalis, quæ talis eſt, ſcilicet, quod vbi poteſt haberi Sacerdos habens authoritatem abſoluendi, nullo modo licet ante confeſſionem ad Euchariſtiem accedere. Neque quæcunque neceſſitas excuſat, ſed oportet, quod ſit magna neceſſitas ad hoc, vt quis ſine præuia confeſſione celebrare poſſit, dum in mortali exiſtit. Vt igitur doctrina ſit clara, & in practica habeatur, ponendi ſunt caſus particulares.

Primus caſus eſt articulus mortis; v.g. ſi eſſet ſolus Sacerdos mutus, & ſurdus, qui non poſſet audire confeſſionem, neque abſolutionem proferre, in tali caſu poſſet (contrito periclitanti Euchariſtiam, ſine confeſſione porrigere, dummodo ſigna contritionis, & deuotionis ad illam oſtenderet; Et ſi non adeſſet Sacerdos, poſſet per Diaconum Euchariſtiam mittere, & miniſtrare infirmo. Et addit Magiſter Dominicus à Soto. Item & Sacerdos ipſe iamiam moriturus, qui non habet alium, cui confiteatur, poſſet ipſe conſecrare, & ſumere Sacramentum, quod intelligendum eſt (dico ego) ſi caſus eſſet dabilis, ſcilicet, quod Sacerdos iam iam moriturus (morte naturali) poſſet celebrare, & ex ſe ſumere Sacramentum, abſque periculo alicuius inconuenientis, quod videtur impoſſibile. Abſque celebratione Miſſæ licet Sacerdos poſſit conſecrare corpus, & ſanguinem, vnde tamen licet, quia tunc ſumeret Sacramentum, licet non in re, in voto.

Dātur multi caſus neceſſitatis, in quibus quis pōt ſumere Euchariſtiā abſque ſuia confeſſione, ēt in mortali exiſtens.

Secundus caſus eſt neceſſitas, quæ ex officio pendet; v.g. eſt ruſticus plebeius, qui non habet Sacerdotem, niſi longe diſtantem, talis Sacerdos non tenetur ire omni die ad quærendum talem confeſſorem; poteſt ergo cum contritione, maximè in die feſto, vno, vel duobus diebus ſacra conficere, ſeu celebrare abſque confeſſione, non tamen pluries (inquit Magiſter Dominicus à Soto.) Cauendum nihilominus eſt à malo vſu, & fraude. Nam Sacerdos concubinarius, vel habituatus in alio peccato, potius debet ſaluti noſtræ propriè conſulere, quam temporali uitæ, & honori, à ſacris abſtinere, quoadusque remoueatur occaſio peccandi.

Tertius caſus eſt neceſſitas præcepti Eccleſiaſtici, iſta neceſſitas, prout in pluribus non excuſat; v.g. vt ſi quis in die Paſchatis inuenit ſe, ubi non habet proprij Sacerdotis copiam, qui eum poſſit abſoluere, uel habet caſum reſeruatum ſuo ſuperiori, ſi iſte Sacerdos, & abſque ſcandalo poteſt non celebrare, uel eſt laicus, & poteſt deferre communionem (ſemoto ſcandalo) debet abſtinere, quia minus peccatum eſſet tranſgreſſio pręcepti Eccleſiæ, non celebrandi, uel audiendi Miſſam in die feſto, uel communicandi in Paſchate, quam ad Sacramentum accedere cum tali peccato, maximè ſi exiſtens in illis non eſſet uerè contritus, quæ contritio reperitur ad tantum Sacramentum. Si tamen adeſſet ſcandalum. Si talis Sacerdos in die feſto non celebraret, & iſte non ſumeret Euchariſtiam: cum propoſito confitendi quam primum opportunitas occurrerit, ſumat Sacramentum cum tremore, & propoſito feſtinandi ad confeſſionem. Si tamen prælatum habere non poſſet, qui à reſeruatis abſoluat, obtenta abſolutione aliorum peccatorum celebrare poteſt, cum propoſito accedendi ad ſuum prælatum quamprimum, uel mittendi ad illum pro authoritate abſolutionis & illam abſolutionem obtinere per manum confeſſarij, uel alterius Sacerdotis.

Quartus caſus eſt ad euitandum ſcandalum, etiam ſi non ſit præceptum Eccleſiæ; Vt ſi religioſus haberet peccatum reſeruatum in die ſolemni, in quo fit communio generalis, ſi talis non communicaretur cum alijs, eſſet ſcandalum. Tunc ſi prælatus non adeſt domui conterat, & accedat ad ſanctiſſimam communionem cum alijs, non tamen debet accedere, ſi adeſt domui prælatus, niſi obtenta abſolutione.

Declaratio horū caſuum

Declarat Magiſter Dominicus à Soto, quomodo ſint intelligendi caſus iſti, dicendo; Omnes hi caſus, præter primum, in articulo mortis uidelicet, intelliguntur, ubi crimen non habet excommunicationem annexam; ratio eſt; quia excommunicatio nec propter officium, nec propter ſcandalum, aut generale præceptum Eccleſiæ de communione facienda, licet ad Sacramentum Euchariſtiæ accedere. Excommunicatio autem communiter annexa eſt caſibus reſeruatis Summo Pontifici.

Item niſi ſit peccatum publicum, quia tunc maius ſcandalum eſſet ſumere Sacramentum, in tali peccato exiſtens (ut de ſe patet) quam abſtinere.

Quæſitum.

QVærit quis hoc in loco; An ſola uerecundia, in cauſa eſſe poſſit communicandi abſque confeſſione; v.g. Si ſubditus, qui reſeruatam contraxit culpam, & præ uerecundia non audet illam confiteri prælato, qui tamen prælatus non vult ca-

ſum

ſum alteri committere, ſed vult pœnitentem audire?

Quæſiti ſolutio.

Huic quæſito ſatisfacit Theologus dicendo: Vel prælatus iſte eſt doctus, & timoratus, vel eſt tyrannus, qui via confeſſionis noſcere vult criminoſos, & punire illos. Si prælatus eſt bonę conſcientiæ, verecundia non excuſat ab obedientia ſui pręlati, qui eum tanquam pater corrigere vult, & vt medicus pius cupit ſanare vulnera ſubditi. Si autem ſubditus certè nouit prælatum eſſe tyrannum, à quo timeretur diuulgatio confeſſionis, vel aliud malum, & non poſſet habere acceſſum ad alium ſuperiorem, in tali caſu ſubditus manet abſolutus ab eius obedientia in tali re. Et non habet pro tunc copiam confeſſoris, & abſolutus à confeſſario ab alijs peccatis, ſi eſt contritus de reſeruato, poteſt ſumere ſanctiſſimam Euchariſtiam. Qua de cauſa prælatus quilibet ne illaqueet conſcientiam ſuam, & ſubditorum, non debet eſſe rigidus in concedenda authoritate caſuum ſibi reſeruatorum, ſed debet illam committere aliquibus prudentibus confeſſarijs, qui ſeruatis ſeruandis abſoluant, & ducat oues ad ouile Chriſti, prout à Clemente VIII. fuit decretum in fauorem ſubditorum.

Prælatus nō ſit difficilis ad concedendam ſuā authoritatē cōfeſſoris docti, & bonæ conſcientiæ.

Aliud eſt obſeruandum, ſcilicet, quod ſi acciderit alicui Sacerdoti dum eſt ad altare celebrans, coram populo, venire ad memoriam alicuius peccati non confeſſi, in tali caſu non debet vocare confeſſarium, vt audiat tunc ſuam confeſſionem, præcipuè ſi adeſſet ſcandalum puſillorum, ſed differre debet ſuam confeſſionem, & ſtatim hoc facere poſt celebrationem, & pro tunc doleat de negligentia ſua circa præparationem ad ſanctiſſimam Miſſam. Si autem conteri non poteſt, dimittat Miſſam inceptam (ſi hoc ſine ſcandalo facere ſcitur) ne indignè ſumat corpus Domini. His ſic declaratis, proponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; Si omnibus fidelibus in articulo mortis danda ſit ſanctiſſima communio, & ſi ſit damnatus quis illorum ad mortem violentam?

Dubium igitur de hoc Sacramento quatenus datur pro viatico, & difficultas eſt, quo ad damnatos ad mortem. Pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua talis eſt ratio. Illud ſine quo Chriſti fidelis non poteſt conſequi vitam ęternam, præbendum eſt cuilibet Chriſtiano, hoc eſt clarum, & manifeſtum, ſed Chriſti fidelis in extremo vitæ ſuæ non poteſt acquirere vitam æternam ſine tali viatico, ergo dandum eſt cuilibet Chriſtiano in extremis poſito. Minor iſta eſt clara. Inquit enim Dominus Io. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Si Sacramentum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ dandum eſſet cuilibet poſito in articulo mortis, appareret aliquod præceptum de iure Diuino, vel Pontificio. Sed per Sylu. verbo, Euchariſtia, 3. primo de hoc nullum adeſt præceptum; ergo non eſt neceſſe præbere viaticum cuilibet poſito in articulo mortis, & per conſequens poſitus in articulo mortis, nullum committit peccatum, ſi ſine prædicto viatico decidat.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione iſtius dubij tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum, eſt obſeruandum, quod circa huiuſmodi dubium ſunt duæ opiniones omninò contrariæ, prima eſt Sylueſt. loco citato pro parte negatiua dicentis, quod nullum adeſt præceptum obligans fidelem ad ſumendam Euchariſtiam in articulo mortis, quare inquit, ſi quis per negligentiam in articulo mortis viaticum non ſumat, nullum incurrit peccatum mortale.

Adrianus in materia de confeſſione, quæſt. 3. ad primum, oppoſitum tenet. Dicit enim, quod talis negligentia peccatum eſſe poteſt, & ſe declarat dicendo, quod ſi infirmus paulò ante in ſanitate Sacramentum hoc ſumpſit, non tenetur ſub reatu mortali ſumere viaticum. Doctor ſanctus 3. p. q. 21. ar. 11. dicit, quod duplex eſt modus percipiendi hoc Sacramentum, ſcilicet, ſpiritualis, & ſacramentalis. Hæc pro primo.

Quo ad ſecundum. Magiſter Sotus ponit primam concluſionem. Sumere viaticum in articulo mortis licet expreſsè non ſit in præcepto, eſt tamen de vſu Eccleſiæ.

Viaticū dandum eſt infirmis, habetur ex traditione Apoſtolorū, & videtur eſſe de iure diuino.

Prima pars concluſionis eſt clara: quia Canon de ſumenda Euchariſtia, ſolum iubet in Paſchate eſſe communicandum. In his tamen ſequi debemus vſum vniuerſalem Eccleſiæ. Nam mos Eccleſiæ in vniuerſo fuit infirmis præbere uiaticum, & per totum orbem Chriſtianum fuit ſemper obſeruatum inuiolabiliter, quod eſt maximum ſignum, & inditium huiuſmodi uſus ortum habuiſſe ex traditione Apoſtolorum, tanquam præceptum de iure diuino, quod corroborare uidetur Concilium Nicenum, prout refertur diſt. 6 quæſt. 6. Canone de his uidelicet, qui decedunt de corpore, ut antiqua legis regula obſeruetur, nempe ut neceſſariò uiæ ſuæ uiatico, non defraudatur. Hoc permaximè obſeruare debent curati animarum quia uiaticum dandum eſt ex regula antiquæ legis, neceſſariò utique. Quoniam iſte eſt ille cibus cœleſtis, in cuius fortitudine ambulat fidelis uſque ad montem Dei Oreb. Immò in tractatu de pœnit. & remiſs. dicitur; vt neque illis, qui ſunt in publica pœnitentia communio ſancta in articulo mortis denegetur; & meritò quidem: Nam Sacramentum hoc affert maximum commodum infirmis, præcipuè in tranſitu ab hac uita, tum contra illuſiones, & pugnans dęmonum, tum præſertim, quia eſt Sacramentum charitatis, quæ eſt finis, & conſumatio uitæ Chriſtianæ, qua mediante, incorporamur Chriſto per illud, tunc proficiemur diſcedere ab hac uita, tanquam membra in Chriſto uiuentia, qua de

Notēt curati

causa

cauſa dicebat Innocentius lib. 4. myſteriorum Miſſæ, cap. 42. Neceſſariò ſumendus eſt agnus, vt à ſtante Angelo protegamur, & ſubdit. Neque exire de Ægypto poſſumus, niſi celebrando Paſcha, Paſcalem agnum edamus, quod magis corroborat. Hiſtoria, quam refert Euſebius lib. 6. Hiſtoriæ, cap. 34. quam refert Epiſtola quædam Dionyſij Alexandrini ad Fabianum de quodam Serapione, qui dum mortali ægritudine iaceret, videbatur ſibi referri, quod mori non poſſet, quia Eucharistia ei non dabatur, quam cum accepiſſet, quaſi cathenis, vinculiſque diruptis animam exalauit. Quo in loco D. Dionyſius (in confuſionem aliquorum negligentium) dicebat. Tanto beneficio nemo in mortis articulo debet defraudari. Et verè grauiter peccant curatores animarum, qui permittunt ęgrotantem diſcedere ab hac vita ſine tali viatico ex culpa ſua. Et multo magis peccat ægrotus, qui recuſat, & non deſiderat in articulo mortis ſumere tale, ac tantum viaticum ex culpa propria. Nec à mortali peccato excuſari poteſt, inquit Magiſter Dominicus à Soto 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. art. 11. tum propter manifeſtum ſcandalum, tum quia nõ oſtendit amorem ſuum erga Deum, quia non vult ſuſcipere corpus Chriſti in tanta neceſſitate conſtitutus. Si tamen hoc faceret ex reuerentia, quia elapſis diebus illud in ſanitate, vel in infirmitate eadem, vel proxima recepit non peccaret. Debet tamen talis infirmus deſiderare corpus Chriſti ſpiritualiter ſaltem, cum dicat Doctor ſanctus. Manifeſtum eſt, quod omnes tenentur ſaltem ſpiritualiter manducare corpus Chriſti: quia per hãc manducationem homo Chriſto incorporatur. Et ſubdit, ſpiritualis manducatio includit votum, ſeu deſiderium percipiendi hoc Sacramentum ſacramentaliter, ſine qua manducatione in voto non poteſt homini eſſe ſalus. Ex quibus infert Angelicus Doctor, quod quando opportunitas adeſt, quod præcipuè adeſt in tempore mortis (vt diximus) homo tenetur Sacramentum hoc ſumere, aliter fruſtra homo hoc habetur in voto. Et ad hoc, inquit D. Th. non ſolum tenetur homo ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ex mandato Domini dicentis Lucæ 22. Hoc facite in mei commemorationem.

Exiſtẽs in perie. mortis, peccat mortaliter ſi non quęrit, vel deſiderat cõionẽ, ſimiliter curatus, & familiares, qui non procurãt hoc pro infirmo.

Quæſitum primum.

QVærit Lector; ſi dandum eſt viaticum illi, qui damnatus eſt ad mortem violentam.

Quæſiti reſponſio.

COncluſio ſecunda. Viaticum dari poteſt, inquit Lector Theologus, damnatis ad mortem, licet in aliquibus locis talis conſuetudo non reperiatur.

Sacra cõmunio nõ eſt deneganda dãnatis ad mortem violẽtã, tamen cum maxima cautela eſt illis miniſtranda.

Concluſio iſta probatur ex doctrina Armillæ, verbo, Communio, num. 10. Inquit enim: Quandocunque, vbicunque, & quibuſcunque poteſt dari ſacramentum pœnitentiæ, poteſt etiam dari (ſi eſt in articulo mortis) viaticum.

Probatur hoc. Nam pro eodem putat ius de pœnit. & remiſſ. cap. Quod in te; ergo & damnatis ad mortem, cum & illi admittuntur ad ſacramentum pœnitentiæ, dari poteſt viaticum, ſi diſpoſiti reperiantur. Vnde Magiſter Dominicus à Soto damnat conſuetudinem Hiſpanorum, & aliorum, qui condemnatis ad mortem non permittunt miniſtrari ſanctiſſimam Euchariſtiam, cum admiratione aliarum nationum, & rationem adducit dicẽdo, quod non apparet cauſa, cur tales ſine viatico debeant ab hac vita diſcedere, præcipuè cum ſecundum ſacrorum Canonum ſanctiones, 13. diſtinct. quęſt. 2. Canone, Quæſitum, eiſdem communio ſit danda, præcipuè cum hac ſpe, quod per hoc Sacramentũ homo de attrito, fiat cõtritus, & ſuſcipiat gratiam, quam non recipit in ſua pœnitentia, vnde damnatus ad mortem ex defectu receptionis Euchariſtiæ periret, quod aliter ſaluaretur.

In miniſtranda ſanctiſſima Euchariſtia damnatis ad mortem, cautè procedendum eſt, quoniam in tali caſu apparet non nihil irreuerentiæ irrogari ſanctiſſimo Sacramento, dum illud ſacrum ſanctum corpus Chriſti ſuſcipit ille, qui ſtatim ad mortem rapitur ex iuſtitia. Et quandoque propter mortis atrocitatem periculum vomitus imminere poſſet.

Pro prima, inquit Armilla, quod debet prius prouideri ſcandalo, non ſolum ex parte Sacramenti, ſed populi; ideò obſeruandum eſt ne recipiatur Sacramentum hoc à damnatis ſtatim, antequam ducantur ad patibulum, ſed ante pro aliquo ſpacio temporis; ſimiliter quando non eſt timor de vomitu, & mens non eſt confuſa, ſed damnatus ad mortem clarè noſcit excellentiam tanti Sacramenti, & petit illud deuotè. Si enim timeretur de aliquo inconuenienti, non eſt illi miniſtranda communio ipſa, ſed hortandus eſt ille, vt voto ſuſcipiat ſanctiſſimum hoc Sacramentum, cum illud re ſuſcipere non liceat ex varijs accidentibus, & pro euitando ſcandalo populorum, quando talis eſt benè diſpoſitus, debet publicari ſcandalum, vel crimen, pro quo damnatus eſt ad mortem, & oſtendere illi, quod in conſcientia confeſſor ipſe fecit, quod debeat; ſimiliter quod eſt abſolutus à peccatis, & ab omni excommunicatione, & damnatus ad mortem debet factis, & verbis oſtendere, quod libenter moritur, vt ſatisfaciat iuſtitiæ.

Quæſitum ſecundum.

QVærit Lector; Si ille, qui accepit ſanctiſſimam communionem in infirmitate pro viatico, & poſtea ſuperuixerit pro aliqua hebdomada, vel menſe, poſſit iterum recipere ſanctiſſimam Euchariſtiam in eadem infirmitate, per modum viatici, vel pro ſui deuotione, vel ratione Iubilæi, vel aliquarum Indulgentiarum.

Quæſiti reſponſio.

LEctor Theologus ſatisfacit huic quæſito, dicendo cum Armilla, vel infirmus iſte vult denuo recipere ſanctiſſimam communionem ex

deuo-

Digitized by Google

deuotione, vel ex aliqua neceſſitate. Si ex deuotione vult reficiari ſanctiſſima communione, poterit ſæpe, & ſæpius communicari, prout deuotio eius illi occaſionem præbet. Si autem vult communicari per modum viatici, ieiunus, vel non ieiunus, etiam hoc facere poteſt, ſi neceſſitas vrgeat. Et hoc ſuadet ratio. Nam poteſt occurrere, quod infirmus iſte poſt receptionem viatici peccet mortaliter, & per conſequens deſiſtat eſſe membrum Chriſti, & Eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus. Et cum nemo poſſit ſaluari, niſi ſit incorporatus Chriſto, vel in actu, vel in propoſito, quod non fit niſi per ſanctiſſimam communionem in actu, vel in deſiderio, ſi ex aliqua legitima cauſa eſſet impeditus ab ipſa receptione actuali corporis Chriſti. Et hoc oſtenditur ſic. Non enim cognoſcere poſſumus ſi poſt peccatum mortale, per contritionem, & confeſſionem ſubſequutam, facti ſumus membra viua Chriſti; ideò tenemur denuo deſiderare incorporari Chriſto per ſanctiſſimam communionem. At tale propoſitum fruſtratorium eſſet, ſi poſtea commodè poteſt recipere corpus Chriſti, & non recipit illud. Si tamen infirmus iſte paruo tempore ſuperuixiſſet, & illi probabiliter non occurret dubium, ſi per peccatum à Chriſto Domino ſit ſeparatus, non eſt neceſſe, vt denuo ſumat uiaticum, inqui Tabiena, & optimè quidem. Nihilominus ſi infirmus deſiderat recreari tanto uiatico, tranſactis ſex, uel octo diebus non eſſet malum, ut communicaretur etiam non ieiunus, ſi poſſet hoc facere ieiunus, melius eſſet.

Cõicatus per modum viatici põt denuo cõicari ex deuotione, & ẽt per modum viatici.

Argumentator huic doctrinæ non vult ſubſcribere, ſed mouet unam cauillationem apparentem, inquit enim: In receptione Sacramentorum ſequi debemus Chriſti ueſtigia, ſed Chriſtus Dominus poſt ultimam cœnam non amplius communicauit ſeipſum. Et Elias poſt cibum Angelicum, per 40. dies non guſtauit alium cibum; ergo infirmus poſt uiaticum ante mortem, non debet amplius ſumere corpus Chriſti, & ſi ſuperuixerit, debet ſequi ueſtigia Eliæ, non ſumere corpus Chriſti, niſi poſt quadraginta dies.

Impugnatio

Huic impugnationi dicit Theologus ex doctrina iam dicta, quod ſi infirmus propè eſt mortem, ut erat Chriſtus Dominus in ultima cœna, non debet denuo ſumere uiaticum (niſi pro certo ſciret) ſe incidiſſe in aliquod mortale, quoniam tunc conſilium eſſet denuo deſiderare incorporari Chriſto, obtinere ſi poſſet, talem gratiam per nouam receptionem Sacramenti; Cum hoc tamen debet firmiter ſperare, quod in fortitudine tanti cibi, peruenturus ſit ad montem Dei Oreb, ſcilicet, ad cœleſtem patriam. Si autem ſuperuixerit, & illi non conſtat incidiſſe in mortale crimen, non debet pro tempore illo quadragenario ſumere corpus Chriſti per modum uiatici, præcipuè non ieiunus; ſi autem poteſt illud recipere ieiunus ex deuotione, rem dignam faceret, recipiẽdo ſanctiſſimam communionem frequenter, prout deuotio illum inuitat. His ſtantibus, ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ.

Impugnationis reſponſio

Infirmus ſtatim moriturus poſt ſumptionẽ viatici, non debet iterum ſumere Euchariſtiam ſi ſuperuixerit põt.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ad inſtantiam partis negatiuæ dubij dicit, quod datur præceptum de iure diuino, ſi non formaliter uirtualiter de dando, & recipiendo uiaticum in uerbis illis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitã in uobis. Hoc enim ab uſu Eccleſiæ habemus, ex traditione Apoſtolorum, prout in deciſione dubij oſtenſum eſt. Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Inſtant. ſolutio.

Dubium ſecundum.

In hoc ſecundo dubio quærit Lector; Si ille, qui vult ſuſcipere hoc ſanctiſſimum Sacramentum, omninò debeat eſſe ieiunus. Rationes ſunt pro utraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt auctoritas D. Auguſtini, deſumpta ex ſacris Concilijs, in lib. reſponſionum ad Ianuarium, quo in loco dicit Pater iſte; Placuit Spiritui Sancto, ut in honore tanti Sacramenti prius in os Chriſtiani corpus Dominicum intraret, quam cæteri cibi; ergo ille, qui vult ſuſcipere ſanctiſſimam communionem, debet omninò eſſe ieiunus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Sacramentum hoc inſtitutum fuit à Chriſto Domino in ultima cœna, ſed ipſe, poſtquam cœnauerat, dedit hoc Sacramentum Diſcipulis ſuis; ergo & nos Chriſtiani hoc Sacramentum ſumere debemus poſt prandium, uel cœnam; ergo non eſt ſumendum illud in ieiunio, ſed poſt comeſtionem.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio.

Lector Theologus circa deciſionem huius dubij tria facit. Primo cum D. Th. ponit unam diſtinctionem. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantiæ partis negatiuæ.

Diſtinctio igitur eſt. Illa quæ impedimentum afferũt, ne quis dignè ualeat ſumere ſanctiſſimum corpus Chriſti, ſunt in duplici genere, alia ſe tenent ex parte ſignificati huius Sacramenti, alia ex parte prohibitione Eccleſiæ. Primum impedimentum ex parte ſignificati Sacramenti, eſt peccatum mortale, quod reddit hominem indignum ad receptionem tanti Sacramenti. Hoc enim manifeſtat Doctor ſanctus 3. par. quæſt. 21. art. 4. in 1. dicendo: Quicunque hoc Sacramentum ſumit, ex hoc ipſo ſignificat ſe eſſe Chriſto unitum, & membris eius incorporatum, quod quidem fit per fidem formatam, quam nemo habere poteſt ſimul cum peccato mortali, ex quo apparet peccatum mortale eſſe ex parte ſignificati Sacramenti, impedimentum ſumptionis corporis Chriſti, quoniam falſum eſt, quod exiſtens in mortali ſumendo corpus Chriſti, ſit Chriſto unitus per gratiam, & ſit membris eius incorporatum per fidem uiuam. Secundum impedimentum uenit ex prohibitione Eccleſiæ, quæ

præcipit

præcipit, vt hoc Sacramentum non ſumatur, niſi à ieiunis. A non ieiunis autem non eſt ſumendum, niſi ex vrgenti cauſa, puta in magna infirmitate, vel in caſu, quod Sacerdos non poſſet perficere Sacramentum, vt ex probatione concluſionum ſequentium apparebit. Stante hac diſtinctione, concluſiones ponuntur.

Concluſio prima. Cibus, & potus ex inſtitutione Eccleſiæ impediunt ſumptionem Sacramenti altaris, triplici de cauſa, inquit Doctor ſanctus.

Non ieiunus niſi pe ſanitatis, nõ debet, neque poteſt ſumere corpus Chriſti.

Concluſionem iſtam Doctor Angelicus deſumpſit ex D. Auguſt. in Epiſt. 118. ad Ianuarium, & refertur de conſecratione 2. diſt. Can. Liquidatio.

Prima cauſa, inquit D. Auguſtinus eſt, vt in os hominis corpus Chriſti intret, nondum aliquo cibo, vel potum infectum. Secundum propter ſignificationem, vt per hoc intelligatur Chriſtum, qui res huius Sacramenti eſt, eiuſque charitatem debere primum in cordibus noſtris fundari, iuxta ordinem præfixum ab ipſo Chriſto Domino, Matth. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertiò hoc ordinauit Eccleſia propter periculum vomitus, aut ebrietatis, quæ quandoque ex nimio cibo, & potu contingit, quod manifeſtauerat Apoſtolus 1. Cor. 11. dicendo: Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Mos iſte Eccleſiæ, ſcilicet, vt ieiuni tantum ſuſcipere poſſint Sacramentum iſtud, ex traditione Apoſtolorum, à Chriſto ipſo ortus fuit, prout videntur affirmare verba Auguſtini loco ſupracitato pro parte affirmatiua, vbi dicit Pater iſte: Placuit Spiritui Sancto, vt in honore tanti Sacramenti, prius in os Chriſtiani corpus Dominicũ intraret, quam cæteri cibi, propterea in toto orbe Chriſtiano hoc ſeruatur. Immò in multis Concilijs hoc confirmatum fuit, præcipuè in Concilio Conſtantienſi, ſeſſione 13. Qua de cauſa vllo modo audiendus eſt Luthærus in libello de abroganda Miſſa priuata, quo in loco irridet morem hunc Eccleſiæ dicens. Conſultius eſſet, vt non ieiuno ſtomaco, ſed temperato cibo præſumpto, Sacramentum reciperetur; primo propter exemplum Chriſti; ſecundo, quia hoc admonet Apoſtolus Paulus dicendo: Qui eſuriunt prius domi manducent, quam ad Sacramentum accedant: tertio, quia ſtomacus purgatior eſſet, & anhelitus purior, quæ opinio faciliter ex doctrina Angelici Doctoris in reſponſione inſtantiarum, iniqua, & diabolica apparebit, & abominabilis apud fideles.

Reprobatur opinio Lutheri, aſſerentis contra Eccleſiam corpus Chriſti ſumẽdum eſſe nõ ſtomaco ieiuno.

Concluſio ſecunda. Infirmi in extremis laborantes non ieiuni, poſſunt ſumere ſanctiſſimam Eucharistiam pro viatico. Tales infirmi excipiuntur à regula poſita in prima concluſione, communicandi etiam ſunt ſtatim poſt cibum, inquit Doctor ſanctus, ſi de eorum periculo dubitatur ne ſine communione decedant.

Probatur iſta concluſio, quia neceſſitas legem non habet, qua de cauſa ordinat Eccleſia, prout habetur de conſecratione, diſtinct. 2. Canone Presbyter, ex Concilio Guarmancenſi, dicitur ibi. Presbyter infirmum ſtatim communicet, ne ſine communione moriatur, quod diligenter obſeruare debent illi, quibus commiſſa eſt cura animarum, quoniam ſi ex eorum negligentia abſque viatico moriantur ipſi, pro illis reddituri erunt rationem in die iudicij. Et quot curati in hac parte deficiunt, & pauperes infirmi ex hac vita decedunt ſine viatico?

Infirmis, ſi periculũ eſt in mora, danda eſt ſanctiſſima communio poſt cibũ.

Curatus excuſat ſe dicendo, non licet tantum Sacramentum dare non ieiunis, quia fieret iniuria Sacramento iſti.

Excuſatio.

Huic curato ſatisfacit Theologus dicẽdo quod in hoc ſequi debemus ordinationem Eccleſiæ quæ vult (vt dictum eſt modo) quod detur viaticum infirmis etiam non ieiunis, ſi periculum eſſet in mora. Immò legitur in vita D. Auguſtini, quod dum propè eſſet morti, dixit hæc verba. Nullum hominum quantumcunque excellentis meriti ſine confeſſione, & Euchariſtia debet tranſire ab hac vita; ergo peſſimè agit ille, qui ſua culpa permittit aliquem abſque Sacramentis Eccleſiæ mori. His ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ,

Excuſationis reſponſio.

Damnantur curati nolentes miniſtrare Euchariſtiã infirmis non ieiunis.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit illationem eſſe falſam, & quod concluſio non ſequitur ex præmiſſis. In argumento illa reperitur fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Non enim Chriſtus Dominus dedit Euchariſtiam Diſcipulis ſuis poſt alios cibos, vt talis actio eſſet regula recipiendi hoc Sacramentum, ſcilicet, quod recipiatur poſt alios cibos. Sed hoc ſeruauit Dominus, vt vehementer commẽdaret huius myſterij altitudinem. Secundo, vt per hoc oſtenderet tam ſublime myſterium fuiſſe præfiguratum ab illo Paſcha veteri, quod iam comederant, ideò ordine conuenientiſſimo, non ante, ſed poſt agni manducationem communicauit Dominus ſuo ſancto corpore, & precioſo ſanguine Diſcipulos ſuos. Et quia per Phyloſophum, remota cauſa remouetur effectus, ſicut poſita cauſa ponitur effectus, per regulas thopicas. Vnde ſicut tempore inſtitutionis huius Sacramenti neceſſe fuit ſumere Euchariſtiam poſt agnum Paſchalem (cum figura ſemper præcedat figuratum.) Ita inſtituto iam hoc Sacramento, non eſt ſumendum poſt alios cibos. Immò ex ordine Eccleſiæ ſumendum eſt ante alios cibos, ex ratione triplici declarata in corpore dubij. Voluit Dominus, quod Diſcipuli reciperent hoc Sacramentum poſt alios cibos, inquit D. Auguſtinus, vt memoriale hoc infigeretur in cordibus Diſcipulorum, & ne vnquam à memoria illorum excideret. Debuit enim Chriſtus Dominus prius implere figuram, quam veritatem inſtitueret, inquit Beda ſuper Lucam 22. Et ideò per cœnam agni tipici, verum conſecrauit corpus. At ceſſante figura, noluit, vt deinceps eodem ordine, ideſt, poſt alios cibos ſumeretur, ſed Apoſtolos Chriſtus docuit, qui Apoſtoli Eccleſias inſtituerunt, vt non niſi à ieiunis ſumeretur.

Inſtant. ſolutio.

Licet Chriſtus ſuos Diſcipulos cõmunicauit poſt cœnã, Chriſtiani deberẽt accipere ſanctiſſimã cõionẽ ante alios cibos.

Contra hanc doctrinam inſtat argumentator dicendo, non videtur conformis doctrina iſta ſententiæ D. Pauli 1. Cor. 11. quo in loco dicit illis, qui veniebant ad Eccleſiam, vt ſumerent Euchariſtiam. Conuenietis ad manducandum, ſcilicet, corpus

Inſtantia 2.

pus

pus Chriſti inuicem expectate. Si quis autem eſurit domi manducet: ex quibus verbis apparet, quod qui domi manducauit, poterat in Eccleſia ſumere corpus Chriſti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ cum D. Thom. ſatisfacit dicendo, ex ſententia Gloſſę in illo loco, quod verba D. Pauli ſic intelligenda ſunt. Si quis eſurit, (& impatiens non vult expectare alios) manducat domi cibos ſuos, ideſt, pane terreno paſcatur, nec poſt Euchariſtiam ſumat. Vel eſt dicendum quod illa verba dicebat Apoſtolus, quia in vſu erat tunc, vt poſt ſanctiſſimam communionem in Eccleſia præparabatur conuiuium permagnificum, & aliqui impatientes murmurabant, propter moram, quibus dicebat Apoſtolus, ne murmurarent, ſed ſi expectare non poſſent, quod irent domi manducare.

Inſtantia 3.

Argumentator huic reſponſioni non acquieſcit: dicit enim, quod reſponſio iſta eſt contra id, quod terminatum fuit in Concilio Carthaginenſi, 3. can. 29. Et habetur de conſecratione, diſt. 1. Can. Sacramento altaris, quo in loco dicit Concilium, Sacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrantur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur; ergo ſaltem in illo die poſt alios cibos quiſlibet Chriſtianus poteſt ſumere corpus Chriſti.

Inſtant. ſolutio.

Abrogatus fuit vſus cõicandi poſt cibum ſumptũ in die cœnæ Domini tpe D. Auguſt.

Theologus dicit cum D. Thom. quod conſuetudo illa prope tempori D. Auguſtini fuit reuocata, vt affirmat dictus Pater Auguſtinus in Epiſtola 118. cap. 6. vt ſupra dicendo. Per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur, vt ſcilicet corpus Chriſti à ieiunis ſumatur. Pro huius rei maiori intelligentia ſciendum eſt, quod Achaici à Corinthis morem traxerunt, vt in die cœnæ Domini poſt ſeculares epulas Sacramentum ſumerent, qui mos vſque ad Africam peruenit. Et hunc morem permiſit illis Concilium Carthaginenſe, quia forſitan aliquando, & Corinthijs fuerat permiſſum. Priſcillaniſtæ etiam conſueuerant ante ſumptionem Euchariſtiæ merum vinum ad purgandum os, & guttur ſumere, ſed in Concilio Barchenſi, 2. c. 10. illa conſuetudo fuit abrogata. Iſti igitur Achaici populi in die cœnæ Domini, vt actionem illam repræſentarent, conuenientes ſimul in Eccleſia panem, & vinum ex ſuis domibus afferebant, quibus à Sacerdotibus conſecratis, communi menſa veſcebantur, prout diffusè oſtendit Magiſter Dominicus à Soto in 4. diſtinct. 12. quæſtione 1. artic. 8. videatur ibi.

Inſtantia 4.

Inſurgit de nouo argumentator dicendo. Si à ieiunis poteſt ſumi Sacramentum hoc; ergo ab hac ſumptione non impeditur ex ſumptione medicinæ, vel aquæ, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, neque à reliquis ciborum in ore manentibus, cum iſta omnia non ſoluant ieiunium Eccleſię, neque ſoluunt ſobrietatem requiſitam ad reuerentiam Sacramenti. Sed hæc videntur impedire talem ſumptionem, vt experientia docet; ergo vltra ieiunium, & purgatio conſcientiæ per confeſſionem requiritur aliquid aliud neceſſario.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, nihil valere conſequentiam, & ad probationem dicit, quod duplex eſt ieiunium, ſcilicet, naturæ, & Eccleſiæ. Ieiunium Eccleſiæ non frangitur per illa minima narrata in argumento, bene frangitur ieiunium naturæ. Non enim ſolum requiritur ad dignè recipiendam Euchariſtiam ieiunium Eccleſiæ, ſed etiam ieiunium naturæ. Ieiunium naturæ opponitur receptioni vniuſcuiuſque rei, quantumcumque minimæ ſumptæ per modum cibi, vel potus. Et ideò neque poſt ſumptionem aquæ, vel medicinæ, vel alterius cibi, vel potus in quacunque minima quantitate, licet hoc Sacramentum ſumere, ſiue hoc nutriat, ſiue non, nihil refert ſi ſumatur per ſe, aut cum alijs, ſatis eſt, quod ſumatur per modum cibi, vel potus. Eſt tamen diligentiſſimè obſeruandum id, quod dicit Doctor ſanctus hic, de reliquijs aquæ, vel vini, quibus os abluitur. Dicit enim, quod aqua iſta ſi non traijcitur in magna quãtitate, ſed permixta ſaliuæ, quod vitari non poteſt, ſicut neque reliquiæ cibi remanentes in ore, ſi caſualiter transglutiantur, non impediunt ſumptionem Euchariſtiæ. Loquitur enim hic Angelicus Doctor cum maxima cautela dicendo, quod ad hoc, quod aqua non frangat ieiunium naturale, vel non impediatur ſumptio Euchariſtiæ oportet, quod ſit permixta ſaliuæ, & quod talis diglutitio euitari non poſſit, quod obſeruare permaximè debent illi, qui ſolent abluere os ante communionem ne forte non ieiuni ſumant communionem, & peccent mortaliter, ideò cautè, inquit D. Thom. aqua, quæ diglutitur ſit commixta ſaliuæ, & quod talis diglutitio euitari non poſſit. Et hoc facit, quoniam ex defectu vnius iſtorum frangitur ieiunium naturale, & ſumptio Euchariſtiæ impeditur.

Addignè recipiendã cõmunionẽ requiritur ieiuniũ & Eccleſiæ, & naturę

Nota.

Inſtantia 5.

Nondum acquieſcit mens ſcrupuloſa argumentatoris, inſtat de nouo dicendo. Contingit, vt profunda nocte homines comedant, & bibant, & forſitan ducant totam noctem inſomnem, qui fortè mane indigeſto ſtomaco Sacramentum percipiũt, ſed minus impediretur ſobrietas hominis, ſi in mane parum comederet, & poſtea circa nonam ſumeret hoc Sacramentum, cum ſit etiam quandoque maior diſtantia temporis; ergo videtur, quod talis cibi ſumptio non impediat hominem à ſumptione huius ſanctiſſimi Sacramenti.

Inſtant. ſolutio.

Ad hanc inſtantiam dicit Theologus cum D. Thom. quod in his ſtandum eſt conſuetudini patriæ, quæ conſuetudo ſit ex decreto Eccleſiæ recepta. Et hoc dicit, quia initium diei, non æqualiter ab omnibus nationibus ſumitur. Aliqui accipiunt initium diei ab ortu Solis, vt Hebræi. Alij à meridie, vt Ægyptij. Eccleſia autem Romana accipit initium diei à media nocte. In illis regionibus, ſi Sacerdos poſt mediam noctem iuxta ritum illorũ ſumpſerit aliquid per modum cibi, vel potus, non poteſt illa die amplius ſumere corpus Chriſti. In Eccleſia Romana, ſi poſt mediam noctem quis ſumpſerit aliquid per modum cibi, vel potus, non poteſt eodem die ſumere Sacramentum altaris, poteſt tamen illud ſumere, ſi ante mediam noctem manducauit, vel bibit aliquid. Ad id autem, quod infert argumentator de nocte inſomni, & de ſtomaco

Poteſt quis ĩ mane ſumere cõionẽ, & quod totam noctẽ duxiſſet inſomnẽ ſi poſt mediã noctem nihil ſumpſit per modum cibi, vel potus, & mens non ſit turbata.

maco indigeſto in mane, Theologus dicit cum Doctore ſancto, quod nihil refertur, vtrum poſt cibũ, uel potum dormierit, uel ſit digeſtus cibus, quantum ſit ad rationem præcepti, refert tamen, quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter inſomnitatem, uel indigeſtionẽ, ex quibus ſi unus multum perturbatur, ille redditur ineptus ad ſumptionem huius Sacramẽti. Hoc permaximè obſeruare debent Sacerdotes dediti crapulis, & ebrietatibus, quia multoties licet ſint inepti ad ſumptionem tanti Sacramenti, temerariè celebrant, & mortaliter peccant. Veh illis, qui hoc faciunt.

Nota.

Inſtantia 6.

Inſurgit de nouo argumentator dicendo. Non minus reuerentia debetur huic Sacramento iam ſumpto, quam ſumendo, ſed ſumpto Sacramento licet cibum, & potum ſumere; ergo ante eius ſumptionem licet aliquid accipere per modum cibi, uel potus.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod maxima deuotio requiritur in ipſa ſumptione ipſius Sacramenti, quia tunc percipiunt Sacramẽti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentiam, quam per ſubſequentiã, qua de cauſa inſtitutum eſt ab Eccleſia, quod homines potius ieiunent ante ſumptionem huius Sacramenti, quam poſt.

Ex qua reſponſione, inquit Theologus, apparet fallacia facta in argumento procedit ſecundum non cauſam, ut cauſam. Cauſa enim præcepti de ieiunio ante communionem, magis quam poſt, non eſt illa, quam inſinuat argumentator, ſcilicet, quod minor reuerentia requiratur Sacramento iã ſumpto, quam ſumendo, ſed uera cauſa huius rei eſt, ne impediretur deuotio neceſſaria ad ſuſcipiendos effectus huius Sacramẽti. Addit tamen unum dignum conſideratione D. Thom. in hac reſponſione, ſcilicet, quod debet eſſe aliqua mora inter ſumptionem huius Sacramenti, & aliorum ciborum ſumptionem. In cuius ſignum in Miſſa poſt communionem dicitur oratio pro gratiarum actione, & communicantes. Immò ſeculares ipſi dicant (hac occaſione) ſuas orationes priuatas. Subdito poſtea, ſecundum antiquos canones, Clemẽs de conſecratione, diſt. 2. c. tribus gradibus ſtatuit, ut ſi mane Dominica portio edit miniſtri, qui eam ſumpſerunt uſque ad ſextam ieiunent. Et ſi tertia, uel quarta hora acceperint ieiunent uſque ad ueſperam. Obſeruatio iſta optima eſt, nihilominus, inquit Doctor ſanctus, quod hoc antiquitus obſeruabatur propter Miſſarum raritatem, modo non ſeruatur, quoniam frequentius celebratur, & non poſſet de facili obſeruari. Et ideò per contrariam conſuetudinem canones illi ſunt abrogati. Vnde ſi aliquis Sacerdos uellet illos canones ſeruare, dignus eſſet laude, niſi ſocietas, uel familia incommodum reciperet propter talem ſingularitatem.

Poſt cõionẽ requiritur aliqua mora antequã ſumantur alii cibi iuxta ſacros canones.

Inſtantia 7.

Scrupulus nouus agitat mentem argumentatoris. Inquit enim, ubi uenire poteſt, ut dum infirmus exiſtit in periculo mortis, quando in pyxide nulla hoſtia reperitur, & nullus Sacerdos adeſt ieiunus. In quo caſu uidetur, quod Sacerdos teneretur propter infirmi neceſſitatem conſecrare, ſed Sacerdoti conſecrare non licet, niſi Sacramentum ſumat, poterit tunc non ieiunus illud ſumere. Valet conſequentia, quia præceptum Eccleſiaſticum non eſt contra præceptum diuinum. Præceptum de ſumendo uiaticum, eſt diuinum uirtualiter ſaltem, ut oſtenſum eſt ſupra. Quod autem non ſumat Sacramentum hoc non ieiunus eſt pręceptum Eccleſiæ; ergo non impedit, quod Sacerdos non ieiunus non celebret in tali caſu.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ reſpondet Maioranus in 4. diſt. 9. queſt. 3. dicendo, quod licet Presbytero poſt prãdium, propter neceſſitatem, infirmi conſecrare, ſed ſine ueſtibus ſacris, & ſine Miſſæ celebratione, ſed per ſola uerba conſecrationis, ita ut Sacramentum non ſumat, ſed deferat ad infirmum, immò inquit ſi non adeſſet hoſtia ex azimo, poſſet bucellam panis in Sacramentum conſecrare.

Sacerdoti nõ ieiunus, non licet cõſecrare corpus Xp̃i ad cõicandũ infirmum laborantem in extremis.

Paludanus oppoſitum tenet diſt. 8. quæſt. 2. cui ſubſcribit Magiſter Dominicus à Soto rationabiliter quidem. Nam opinio maioris multa falſa continet. primum, quia conſecrare corpus Chriſti ſine ſanguine eſſet diuidere Sacramentum, ſimiliter ſacrilegium eſt dicere, quod Sacerdos conſecrans non teneatur ſumere corpus Chriſti, ut habetur artic. 2. de conſecratione, Can. ſicut & comperimus; ſimiliter Romana Eccleſia ob nullam neceſſitatẽ permittit conſecrare in fermentato. Stante hac doctrina dico, quod ſumere Sacramentum in articulo mortis ſtat dupliciter. Primo ſimpliciter, & abſolutè, & hoc non eſt de præcepto diuino. Secundo recipere illud ſecundum ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & hoc eſt de iure diuino, ut ſumatur, ſi non poteſt re, uoto ſaltem, & hoc ſufficit infirmo ad uitam æternam conſequendam (quando iuſto aliquo impedimento) nõ poteſt in re ſumere illud, puta quia non reperitur hoſtia conſecrata, uel quia infirmus abundat humore, & timetur de uomitu, uel eſt ſtultus, & timetur de irreuerentia &c. Falſum tamen eſt id, quod dicit Hugo ſuper Canon. quod à partibus 75. videlicet, quod poſt prandium non poterit conſecrare Sacerdos. Nam ſi Sacerdos eſt, & conſecraret, Sacramentum conficeretur, hoc tamen nullo modo facere debet Sacerdos. Multa enim facta tenent, quæ non ſunt facienda.

Inſtant. vlt.

Tandem argumentator quærit ſolutionẽ unius quæſiti: dicit enim contingere poteſt in Miſſa, quod Sacerdos aquam pro uino infundat calici, quam cum percipit eſſe aquam poſt conſecrationem, debet iterum conſecrare calicem, & ſumere. Pariter ſi dum eſt in ſacris meminit Sacerdos ſe non eſſe ieiunum, nihilominus debet perficere Sacramentum. Item poſt ablutionem reliquias aliquas reperit in altari, & debet illas ſumere; ergo ex his patet, quod Sacramentum hoc poteſt ſumi à non ieiuno.

Inſtant. ſolutio.

His obiectionibus reſpondet Theologus cum Soto dicendo, quod omnes Theologi concordanter dicunt in duobus caſibus prioribus, quod debet Sacerdos poſt lotionem, denuo conſecrare, & ſumere, ſimiliter ſumere Sacramentum hoc, etiam quod meminerit ſe non eſſe ieiunum, quia debet

illas

illas conſumere, quia non maior eſt obligatio, vt ſacramentum ſit integrum, quam vt ſumatur à ieiuno; ſimiliter dicitur in caſu particulæ repertæ poſt oblationem debet illam ſumere, etiam quòniam ſacramentum non cenſetur perfectum, quòaduſque omnes particulæ non conſumentur.

Impugnatio

Contra hanc doctrinam ſe opponit argumentator dicendo, habetur 2.can. tribus de conſecratione. Papa præcipit vt portiones, quæ poſt communionem populi ſuperfuerint, reſeruentur in pyxide; ergo & hoc eſt faciendum circa particulas hoſtiæ ſupradictas.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, nullam eſſe conſequentiam. Nam alia eſt ratio de particulis illis, & alia de fragmentis in Miſſa, nam particulæ ille non ſunt conſecratæ ad hoc, vt Sacerdos ſumat illas; ſimiliter ſunt in quantitate notabili, fragmenta ſunt conſecrata ad hoc, vt ſumat illa Sacerdos, & ſunt in paruiſſima quantitate. Nihilominus ſi magnam hoſtiæ portionem in linteolis (poſt lotionem) Sacerdos inueniret, conſilium eſſet illam reſeruare in pyxide in craſtinum, prout docet Magiſter Dominicus à Soto. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento adducto pro parte affirmatiua caſus cum Medina in libello de inſtitutione confeſſorum, in declaratione ſecundi præcepti Eccleſiæ, ſcilicet, de confitendo ſemel in anno, in regula ſecunda declarat, quando homo tenetur confiteri pluries in anno. Primo homo tenetur confiteri, etiam quod ſit confeſſus eodem anno, dum eſt in periculo mortis, quacunque ex cauſa occurrat hoc periculum, puta tempore infirmitatis mortalis, vel quando pergit ad bellum periculoſum, vel quando debet facere longum iter in mari, ſiue in terra, præcipuè vbi non adeſſet copia confeſſorum, vel ſi eſſet condemnatus ad mortem violentam. Secundo ad hoc tenetur, quando vult recipere ſanctiſſimam Euchariſtiam, vt docet Paulus Apoſtolus dicendo: Probet autem ſeipſum homo: quæ probatio, inquit Medina, vnà cum Soto eſt facienda coram Sacerdote. Tertio, quando quis vouit pluries in anno confiteri. Quarto, ſi hoc pro pœnitentia quis accepit à ſuo confeſſario. Sed relictis duobus modis vltimis, declarandus venit ſecundus cum Magiſtro Dominico à Soto, contra Caietanum Illuſtriſſimum, contra Armillam, & alios, uel ſententia illorum reducenda ad bonũ ſenſum. Dicit.n. quod Apoſtolus illo in loco iubet, & ſuadet, ut illis utemur medijs, quæ ad animæ purificationem inſtituta ſunt. Confeſſio autem ſacramentalis, ex ſuaptè natura, & inſtitutione ordinata eſt in remediũ contra peccatum, & ad pręparandã animam ad ſanctiſſimam cõionem; ergo homo tenetur uti illa, ut medicina proportionata ad ſanctiſſimæ cõionis præparationem: dicendo igitur Apoſtolus Paulus, Probet autem ſeipſum homo, intelligit, quod homo ſe præparet omni modo poſſibili, propterea non ſufficit diſcutere conſciam apud ſeipſum tm̃, ſed hoc etiam faciendum eſt corã Sacerdote, tanq̃ coram iudice ſuę conſcientię (ſi adeſt copia Sacerdotis.) Ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod confeſſio eſt facienda ante cõionem ex iure diuino, quod ẽt haberi poteſt ex Conc. Trid. c. Omnis utriuſque ſexus; ibi.n. dicitur, quod unuſquiſque cõfiteatur proprio Sacerdoti in Paſchate, & poſtea deuotè ſumat Euchariſtiam. Vnde non vr̃ congruum dictum Caietani in hoc propoſito. ſ. quod ille, qui cõfeſſus eſt in illo anno, non eſt neceſſe, ut denuo cõfiteatur, etiam ſi ſit relapſus. Verum eſt, quod ad hoc Eccleſia non neceſſitat aliquẽ, niſi in caſib. ſupradictis; Vnde in caſibus ſimilibus optimum conſilium eſt pręparare ſe noua confeſſione. Et hoc magis cõfirmatur hac ratione. Sacerdotibus (ex vi clauium) competit populum ad ſacramentum Euchariſtiæ admittere; ergo eiſdem incumbit iudicare quidnam ſint idonei ad tm̃ ſacramentum, hoc aũt facere non poſſunt, niſi audita confeſſione; ergo illa ante cõionem eſt neceſſaria. Et maximè in hoc apparet neceſſitas, quia per confeſſionem homo ex attrito fit cõtritus. His ſtantibus ad argm̃ negamus, quod nullum extat ius diuinum, quo iubeatur confeſſio ante cõionẽ: ius.n diuinum eſt illud adductum ex D. Paulo pluries, Probet aũt ſeipſum homo &c. Et ſi præceptũ confitendi ſit ſemel in anno, etiam præceptũ cõionis ſumendæ eſt ſemel in anno, propterea qui pluries debet recipere ſanctiſſimam cõionem, pluries ad illam debet ſe præparare, & ſi eſt in peccato cõfiteri. Neque eſt par ratio de miniſtratione aliorũ ſacramentorum. In miniſtratione illorum ſatis eſt contritio in miniſtro illorum. In iſto autem ſacramento ſanctiſſimo non ſufficit contritio ſi adeſt copia confeſſoris, qm̃ realiter in anima recipitur corpus Chriſti. Anima autem ſatis præparata eſſe non poteſt (poſt peccatum) niſi mediante confeſſione in re, ſi adeſt copia confeſſoris, quando confeſſarius non adeſt vtique confeſſio in voto adiuncta contritione ſufficit. Ex quibus manifeſtè apparet, quod opinio Illuſtr. D. Caietani non eſt ſuſtentabilis, niſi in ſenſu modo declarato, quoniam præparatio ad Euchariſtiam eſt de iure diuino, quæ præparatio non reperitur in eo, qui vult recipere ſacramentum Euchariſtiæ, & eſt in mortali, & non confitetur, licet habeat copiam confeſſoris, & cognoſcit, vel dubitat ſe eſſe in mortali peccato. Nec ratio Richardi eſt admittenda, quia non debet accedere in mortali ad Euchariſtiam, ſub hoc proteſtu expectandi confeſſarium magis idoneum, ſatis eſt enim, quod habeat, cui tute poſſit ſuam conſcientiam patefacere. Et ſi pro maiori ſua conſolatione ſpirituali vult doctiori confeſſario, vel ſibi magis grato confiteri, non erit inutile repetere, & illi eadem peccata in foro pœnitentiæ, vt ſua conſcientia magis emundet. Hæc ſatis dicta ſint non ſolum pro caſu, ſed pro dubijs, & pro tota hac diſputatione.

Multis ex cauſis, & in multis caſib. homo dẽt ſe pręparare ad confeſſionẽ, & confiteri ante ſanctiſſimã cõionem

Ex iure diuino ante cõionem exiſtens in mortali tenetur ſe præparare cõfeſſione mediãte.

DISPVTATIO QVARTA in littera C.

De Confeſſione.

DIſputatio iſta valde difficilis eſt, tum propter multos impugnatores, quos habet, tum verò propter diuerſa capita, vel membra, quæ ſub hac diſputatione continentur. Ne igitur erremus, ſed ordinatè procedamus, decreui cum Angelico Doctore D. Th. ſequi veſtigia Ariſt. 2. Poſteriorũ, vbi dicit, quod de re quacunque quatuor quærere poſſumus. An eſt, quid eſt, quare eſt, & propter quid. Hoc idem ſeruabimus in hac diſputatione de confeſſione quæremus. An ſit confeſſio ſacramentalis, quid ſit. An habeat aliquas paſſiones, vel effectus. Et propter quid illos producat. In primis enim inueſtigabimus ſi confeſſio ſit neceſſaria, & meritò quidem. Nam in moralibus ex doctrina Magiſtri Dominici à Soto, Idem eſt rem eſſe, & neceſſariã, vel commodam eſſe. i. idem eſt quærere An res ſit, & An neceſſaria ſit. Vnde quatuor per ordinem in hac diſputatione de confeſſione proponenda ſunt. Primo ſi confeſſio ſit neceſſaria. Secundo quid ſit confeſſio ſacramentalis. Tertio loco de ius effectibus. Vltimo de miniſtris huius ſacramenti tractabimus. quibus deciſis terminata erit diſputatio iſta prolixa.

In prima parte huius diſputationis proponendus eſt caſus, cum dubijs annexis, ne deuiamus ab ordine incepto.

Lector igitur in primo caſu quærit; Vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem?

In primo dubio interrogat; Vtrum confeſſio ſit de iure naturali?

In ſecundo inueſtigat; Si omnes homines ad confeſſionem teneantur?

In tertio petit; An aliquis poſſit confiteri peccatum, quod non habet?

In quarto dubio poſtulat; An ſtatim homines peccatum confiteri teneantur?

In vltimo quærit; Vtrum poſſit cum aliquo diſpenſari ne homini confiteatur?

Caſus primus.

LEctor igitur in primo caſu quærit; Vtrum confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argũ authoritate Boetij in lib. de conſolatione. quo in loco dicit. Si opus medicantis expectas, oportet, ꝙ morbũ detergas, ſed de neceſſitate ſalutis eſt, quod homo de peccatis ſuis medicinam accipiat; ergo de neceſſitate ſalutis eſt, quod morbum ſpirituale. ſ. peccata per confeſſionem medico ſpirituali detergat.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Confeſſio ſacramentalis ordinata eſt ad remiſſionem culpæ, ſed culpa ſufficienter remittitur per infuſionem gratiæ. Immò & pœna etiam; ergo confeſſio ſacramentalis non eſt de neceſſitate ſalutis.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione caſus præſentis, & dubiorum ſequentium tria facit. Primo obſeruat, & notat aliqua digna memoriæ. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Et hoc facit poſt deciſionem dubiorum.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod ſacramentũ confeſſionis tanti emolumẽti eſt fidelibus, quod Sathan illam ſufferre non poteſt. In ſignum cuius nullus hæreticus reperitur, qui ſuggeſtione diaboli non quærat tollere confeſſionem a ſuis ſequacibus, vt eſt videre apud Bannenſem in 4. 18. d. q. 1. ar. 1. Qua de cauſa nos Catholici contra hos hoſtes fidei rationibus, & authoritate affirmamus neceſſitatem confeſſionis ſacramentalis.

Secundo eſt obſeruandum, ꝙ confeſſio aliter neceſſaria erat in lege naturæ, aliter in lege ſcripta, aliter in lege Euangelica. In lege naturæ confeſſio mentalis Deo facta erat neceſſaria. In lege autem ſcripta, quę vmbra & figura erat legis Euangelicę, cępit exterior confeſſio, ſic in lege naturæ erat tñ interior, confeſſio illa conſiſtebat in cognitione peccati & in accuſatione illius coram Deo. Et quoniam hoc Adam non fecit reprehenſus fuit à Deo, & expulſus ex Paradiſo deliciarum. Confeſſio autem in lege ſcripta etiam ſignis externis manifeſtabatur. In lege illa non fuit neceſſaria vocalis confeſſio, & diſtincta, quia tunc non tenebantur homines ad diſtinctam, & vocalem confeſſionem ſingulorum peccatorum; tenebantur tñ ad generalẽ, & indiſtinctam confeſſionem vocalem illorũ: quia pro diuerſis peccatis, diuerſa tenebantur offerre ſacrificia. Confeſſio tamen iſta in lege illa fiebat tñ de peccatis publicis, non aũt de occultis. Immò de occultis non debebat fieri, quia fuiſſet contra ordinem naturæ, cum per talẽ confeſſionẽ diffamarent ſeipſos homines. In lege illa erat alia confeſſio generalis omnium peccatorum, q̃ faciebat Sacerdos nõie totius populi dicendo: Peccauimus cum patribus noſtris iniquitatem fecimus. Leuitici 6. In lege autem noua confeſſio ſpecialis, & diſtincta eſt facienda de quocunque peccato, & circumſtantia aggrauante, vel mutante ſpecie, iuxta ſententiam non ſolum D. Th. ſed omnium Theologorum.

Confeſſio in omni lege neceſſaria fuit poſt peccatũ, ſed non eodẽ modo fiebat.

Tertio obſeruandum eſt, quod diuerſimodè loquuti ſunt Theologi de inſtitutione ſacramenti cõfeſſionis, prout obſeruat Gloſſa de pœnit. diſtinct. 5. Aliqui dicunt, quod ſacramentum hoc fuit inſtitutum in Paradiſo terreſtri poſt peccatum primorum parentum noſtrorũ. Et fundantur in hoc, quia Deus puniuit Adam eo, quod non eſt cõfeſſus peccatum ſuum. Illi errant, quia Deus ab Adam non quærebat, vt fateretur ſuum peccatum corã Sacerdote, talis confeſſio tñ eſt ſacramentalis, de qua diſputamus. Vlterius non quærebat Deus ab Adã confeſſionem ſecretam, ſed publicam, & ipſi ſoli Deo faciendam. In cuius ſignum Deus, vt iudex publicè illum puniuit. Alij Theologi dicunt, quod primus inſtitutor confeſſionis ſacramen-

talis

Digitized by Google

Variæ fuerunt opiniones circa inſtitutionē ſacramentalis confeſſionis.

talis fuit Apoſtolus Iacobus in ſua Canonica Epiſtola, in qua præcipit Chriſtianis, vt confiteantur dicendo: Confitemini alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini. Sed & iſti falluntur. Nam tota Eccleſia ſacramentum aliquod inſtituere non valet. Multo minus potuit hoc facere Apoſtolus vnus. Vnde eſt obſeruandum, quod ibi Apoſtolus Iacobus in illis uerbis non inſtituit ſacramentum confeſſionis, ſed manifeſtauit ſacramētalem confeſſionem, quam Dominus inſtituerat. Alij magis errauerunt in hoc dicendo: Confeſſionem ſacramentalem inſtitutam fuiſſe à quadam traditione vniuerſalis Eccleſiæ. Et iſta eſt opinio Gloſſæ loco citato ſup. Et Abbatis in cap. Omnis, de pœnit. & remiſs. in quo facto & iſti ualde receſſerunt à ueritate. Cum Eccleſia non poſſit mutare materiam, aut formam ſacramenti alicuius, neque uariare in ſubſtantialibus; ergo multo minus poteſt aliquod ſacramentū ordinare, uel inſtituere. Reſtat ergo, quod Chriſtus Dominus ſit ille, qui inſtituit ſacramentum hoc, & omnia alia, ut infra clarius patebit.

Quartum eſt notandum, quod neceſſarium eſt duplex, abſolutè, uel ex ſuppoſitione. Neceſſarium ad ſalutem abſolutè eſt illud, ſine quo ad eam nullus peruenire poteſt. Homo ſine baptiſmo non poteſt introire in Regnum Dei. Cum dicat Dominus. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei. Similiter (naturaliter loquendo) ſine cibo aliquis non poteſt uiuere per hebdomadam. Neceſſarium ex ſuppoſitione de iure diuino eſt ſacramentum pœnitentiæ, non omnibus hominibus, ſed peccatoribus baptizatis, in mortalibus exiſtentibus, quod confirmat Concil. Trident. ſeſſ. 5. can. 29. quo in loco dicitur. Si quis dixerit eum qui poſt baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam reſurgere, aut poſſe quidem, ſed ſola fide admiſſam iuſtitiam recuperare ſine ſacramento pœnitentiæ, prout ſancta Romana, & uniuerſalis Eccleſia ſeruauit, & docuit, anathema ſit; ergo neceſſaria etiam eſt confeſſio, cum ſit ſecunda pars integralis pœnitentiæ ſacramenti. His fundamentis iactis, & declaratis, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito præſenti.

Cōfeſſio neceſſaria ē ſimpliciter, ſuppoſito peccato mortali in re, vel in voto.

Concluſio prima. Confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis ei, qui in peccatum mortale actuale cecidit poſt baptiſmum.

Concluſio iſta probatur ſic. Paſſio Chriſti (ſine cuius uirtute, nec originale, nec actuale peccatum dimittitur) ſed hoc in nobis operatur ſacramentorum ſuſceptio; ergo ſicut ad remiſſionem originalis neceſſariò requiritur ſuſceptio baptiſmi. Ita ad delectionem actualium peccatorum neceſſariò requiritur ſuſceptio ſacramenti pœnitentiæ; ergo cum confeſſio ſit ſacramentum Eccleſiæ, ut patet. Nam per confeſſionem peccator miniſtris Eccleſię ſe ſubijcit confitendo illi peccata ſua, ut per eam conſequatur remiſſionem ſuorum peccatorum; ergo confeſſio erit neceſſaria acta facta, uel uoto re, quando non adeſt impedimentum uoto, quando deficit tempus, uel non adeſt copia confeſſorum. Ex hac particula excluditur error illorum, qui dicunt confeſſionem actualem non eſſe neceſſariam contra quos, & in fauorem noſtrum eſt Concilium Tridentinum ſeſſione 7. can. 4. de ſacramentis in genere, ubi dicitur. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum uoto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit. Et ſeſſione 14. cap. 2. deſcendendo ad pœnitentiam dicit. Eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium. Vt nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Clarum eſt enim, quod confeſſor non poteſt congruum remedium adhibere, niſi peccatum cognoſcat; ergo neceſſe eſt, quod peccator per confeſſionem manifeſtet illi peccata ſua. Vnde concludit D. Thom. ergo confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis eius, qui in peccato mortale actuale cecidit.

Veritatem huius concluſionis elicimus ex verbis Domini Io. 20. vbi Dominus dixit Diſcipulis ſuis. Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiſeritis peccata remiſſa ſunt, & quorum retinueritis retenta ſunt. Quo in loco Dominus communicauit poteſtatem ſuam Apoſtolis, eoſque conſtituit iudices ſuper peccatores, vt recipiant illos ad vitam æternam, niſi adeſſet impedimentum ex parte peccantium. Iudicare autem de peccatis rectè nequeunt Apoſtoli, ſiue confeſſarij, niſi illa nouerint, prout manifeſtat Sapiens Prouerb. 12. dicendo: Qui indicat, quod vidit, iudex iuſtitiæ eſt, aliter enim non poteſt adhibere pœnam pro diuerſa qualitate criminis. Et quia Sacerdos non ſolum eſt iudex, ſed medicus animarum; ergo ſi debet ſanare debet cognoſcere vulnera. Noſce autem non poſſunt occulta crimina confeſſores, niſi ex ore delinquentium; ex quibus conſtat, quod conſtituendo Chriſtus Dominus Apoſtolos ſuos, & Sacerdotes iudices, & medicos animarum, quod ſimul, & ſemel inſtituit ſacramentum confeſſionis, obligauitque peccatores ad illam. Hoc enim totum videtur comprobare D. Bonauentura in 4. diſtinct. 17. art. 1. par. 2. quæſt. 3. dicendo. In ſacramento pœnitentiæ ſunt duo, nempè abſolutio, quod eſt formale in hoc ſacramento. Et confeſſio, quod eſt materiale, quorum primum Chriſtus inſtituit Io. 20 ſecundum verò non inſtituit, ſed inſinuauit. Vnde ſubdit. Confeſſio eſt à Chriſto inſinuata, & ab Apoſtolis inſtituta, & à Iacob cap. 5. promulgata dicens. Confitemini alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini. Poſſumus autem dicere, quod inſinuatio illa Chriſti ſit inſtitutio implicita confeſſionis, quam manifeſtarunt Apoſtoli exercendo illam.

In quo ſenſu doctrina iſta ſuſtentabilis eſt, ſed id, quod addit non poteſt ſuſtentari: dicit enim, quod iudicium peccatorum non eſt commiſſum Apoſtolis, & Sacerdotibus, tanquam neceſſarium, ſed tanquam arbitrarium, & vtile, quare ſubdit, quod qui tenet confeſſionem ſolum eſſe de præcepto Eccleſiæ, non poteſt faciliter impugnari, licet rationabilius ſit dicēdum, quod ſit de iure diuino.

Erran D. Bonauentura, & Scotus in materia confeſſionis.

Immò dico ego cum D. Thom. quod hoc neceſſarium eſt dicere, quoniam expreſsè habetur ex verbis Domini: Accipite Spiritum Sanctum &c. Et quocũque ſolueritis &c. Scotus apud Magiſtrum Dominicum à Soto magis errat in hac re, dicit, quod iudicium confeſſionis eſt arbitrarium, quoniam confeſſor eſt iudex arbiter. Decipitur Scotus in hoc. Nam iudex arbiter non habet poteſtatem, niſi ſuper ea, in quibus partes ex conſenſu ſe ſubijciunt non in alijs. Confeſſor habet plenariam poteſtatem ſibi datam à Chriſto Domino ſuper peccatorem, propterea eſt iudex ordinarius; Verum eſt, quod in cap. de arbitris, confeſſor vocatur iudex arbiter in alio tamen ſenſu, quam intelligit Scotus. Dicitur iudex arbiter non ex parte poteſtatis, ſed quia peccator poteſt recurrere ad quemcunque Sacerdotem ad confitenda peccata ſua, loquendo de Sacerdotibus approbatis ad audientiam confeſſionum. De hoc vide Sotum, vt ſupra concluſione prima.

Chriſtus inſtituit ſacramẽtalẽ confeſſio Io. 20. & Matth. 16.

Concluſio ſecunda. Inſtitutio, & ordinatio confeſſionis ſacramentalis clarè habetur Matth. 16. vbi Dominus dixit Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis. Nec dicas tamen, quod illo in loco utique Dominus promiſit talem authoritatem Petro, non tamen illic illam dedit. Quoniam dicam ego, quod non ſolum promiſit, ſed dedit eſſe. Nam promiſſio diuina non poteſt non habere ſuum effectum; ergo quod Chriſtus promiſit conceſſit, quod manifeſtant Io. 20. dicendo Petro, tanquam capiti Eccleſiæ. Paſce oues meas, paſce agnos meos. Tradendo enim illi claues regni cœlorum, dedit illi poteſtatem aperiendi, & claudiendi cœlum. Aperire enim cœlum nil aliud eſt, quam obſtaculum ab eius ingreſſu tollere. At uerò cum neque peccatum remittere, neque regnum cœlorum aperire, quæ autem niſi tanquam iudices, iudicare autem nequeunt, niſi cauſas cognoſcendo, at cognoſcere peccata non poſſunt, niſi eis manifeſtentur; ergo de primo ad ultimum dicendo Chriſtus Dominus confeſſoribus: Quodcunque ſolueritis &c. dedit confeſſoribus poteſtatem clauium; ergo & uirtutem cognoſcendi peccata. Et perinde peccatores ad confeſſionem obligauit.

Quantæ utilitatis nobis ſit ſacramentalis confeſſio, experientia docet. Clarum eſt, quod poſitus in anguſtijs maximam conſolationem accipit in manifeſtando anguſtias ſuas amicis, à quibus uel facto, uel conſilio iuuatur. Chriſtus Dominus cum nos ſummopere diligat confeſſionem inſtituit, in quo ſub ſigillo confeſſionis, quæ ſecretiſſima excellenter eſſe debet; Voluit, ut ſecreta noſtra, ſcilicet, peccata cordis, oris, & operis Sacerdotibus, qui locum ipſius Chriſti tenent, manifeſtaremus, qui eius authoritate nos ab illis liberarent, adhibendo nobis medicinam ſalutarem, & remoueremur à uitijs. Clarum eſt, quod uerecundia confitendi, & manifeſtandi peccata adeo potẽs eſt, ut quàplurimos homines à peruerſis moribus coercet.

Nota.

Immò ab hac conſideratione Motiſtorbigenſes in Germania miſerunt nuntios ad Cæſarem, vt Imperatorio iure pręcipere confeſſionem auricularem, dicentes ſe experientia intellexiſſe Rempublicam ſuam poſtquam in illa confeſſio auricularis ceſſauerat, vitia multa ſcaturire, quę ante illis erant incognita. Ecce vtilitas confeſſionis ſacramentalis cognita, & laudata etiam à negantibus illam.

Confeſſio igitur omnium peccatorum, etiam occultiſſimorum iure diuino eſt neceſſaria ad ſalutem, ex authoritate non ſolum Eccleſiæ, ſed Chriſti Domini, vt habemus ex locis adductis ex Euangelio Io. & Matth. Et ex verbis Apoſtoli Iacobi cap. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini. Quo in loco Apoſtolus loquitur de cõfeſſione facienda coram Sacerdote, teſte Hugone lib. 2. par. 14 cap. 1. ibi enim dicit hic Doctor. Etenim cum Apoſtolus promouerat iudicij Presbyteros, hoc eſt Sacerdotes Eccleſiæ, illic inſinuauit confeſſionem illis eſſe faciendam. Ait Apoſtolus, Alterutrum, ideſt, alter alteri puta homo homini, ac ſi dixiſſet, non ſatis eſt hominem Deo confiteri, vt faciebat Dauid dicendo: Dixi, confitebor iniuſtitiam meam Domino. Confeſſio enim facienda eſt homini propter Deum. Confitemini alterutrũ, ideſt, oues paſtoribus ſubditi Prælatis, & Sacerdotes Sacerdotibus. Et ſubdit Apoſtolus. Et orate pro inuicem, vt ſaluemini, ideſt, non ſolum orate pro inuicem, vt ſaluemini, ſed confitemini alterutrum, vt ſaluemini, quia ad ſalutem peccatoris requiritur confeſſio peccatorum ex parte pœnitentis, & oratio, ſcilicet, abſolutio ex parte confeſſoris. Ex hoc loco, inquit Magiſter Dominicus à Soto, elicitur neceſſitas confeſſionis in articulo mortis: ſententia eſt D. Auguſtini lib 2. de viſit. infir. c. 4.

De iure diuino facienda eſt confeſſio coram ſacerdote in aure, & occultè de iure Eccleſię, vt ſeruetur ſigillum.

Obſeruandum tamen eſt, quod ex hoc loco non habetur confeſſio auricularis, bene autem, quod ſit facienda coram Sacerdote de præcepto Chriſti. Conditio tamen illa, quod ſit facienda clã in aure non eſt de eſſentia confeſſionis, eſt tamen de decentia: quia peccata occulta occultè ſunt manifeſtanda, & crimina ſecreta ſecretò ſunt cuſtodienda, vt abſque formidine peccator illa confiteatur, propterea Eccleſia apposuit ſigillũ cõfeſſionis.

Concluſio tertia. De præcepto Eccleſiæ eſt, vt confeſſio ſacramentalis coram Sacerdote fiat ſemel in anno pro ſolemnitate Paſchali.

Ex præcepto Eccleſię confeſſio ſacramentalis facienda eſt ſemel in anno tempore Paſchatis.

Concluſio iſta habetur in cap. Omnis vtriuſque ſexus, de pęnit. & remiſſ. cuius verba ſunt iſta. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Circa quod obſeruandum eſt, ꝙ præceptum de confeſſione eſt de iure diuino, prout oſtenſum eſt, ſed determinatio temporis relicta eſt iudicio Eccleſiæ. Eccleſia autem terminauit, quod hoc fiat ad minus, ſemel in anno pro ſolemnitate Paſchali, ita quod qui non confitetur tali tempore, non facit duo peccata mortalia, vnum. ſ. contra pręceptũ diuinũ, & aliud contra præceptum Eccleſiæ, ſed tñ committit vnum peccatum, quia non ſeruatur præceptum diuinum tpe ſtatuto ab Eccleſia. Si enim

Nota.

Eccleſia

Eccleſia condidiſſet præceptum de confitendo, diſtinctum à præcepto illo diuino, vtrique eſſent duo peccata, ſed quia hoc non fecit, remanet vnum.

Qui nõ cõfitetur in Paſchate, nõ facit duo peccata, vnũ contra præceptũ diuinum, & aliud contra Eccleſiã, ſed tantũ vnum.

Totus diſcurſus probatur ſic. Dominus dicebat Matth. 6. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Sed confeſſio, & abſolutio ſacramentalis figuratæ erant in lege veteri; ergo fuerunt à Chriſto inſtitutæ. Maior propoſitio conſtat ex ſe. Minor probatur ex Apoſtolo 1. Cor. 10. dicenti; Omnia in figura contingebant illis, confeſſio fiebat, dum ipſi Iudæi offerebant animalia diuerſa pro peccatis diuerſis. Abſolutio dabatur, dum pro illis orabant Sacerdotes. In cuius ſignum dixit Dominus decem leproſis ab ipſo mundatis. Ite oſtendite vos Sacerdotibus; ergo Chriſtus Dominus, vt adimpleret figuras, inſtituit, & ordinauit confeſſionem ſacramentalem. His igitur ſic declaratis, pro caſu, proponenda ſunt dubia, vt magis percipiatur doctrina.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; Si confeſſio ſacramentalis ſit de iure naturali? Rationes enim adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Adam, & Caim non tenebantur niſi ad præcepta legis naturæ. Sed ipſi reprehenduntur de hoc, quod ſuum peccatum non ſunt confeſſi; ergo confeſſio peccati eſt de iure naturali.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt authoritas Iſidori dicentis: Quod ius naturale eſt idem apud omnes, ſed confeſſio non reperitur eodem modo apud omnes; ergo non eſt de iure naturæ. Et confirmatur hoc: Confeſſio fit ei, qui habet claues. Sed claues Eccleſiæ non ſunt inſtitutæ de iure naturali; ergo nec confeſſio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Sacramentalis confeſſio nõ eſt de iure naturæ, ſed de iure diuino.

Concluſio prima. Sacramentalis confeſſio neutiquam eſſe poteſt de iure naturæ, hoc eſt ſola natura eam docente, & fieri dictante.

Probatur concluſio iſta. Ius naturale (vt nomen ſonat) ad ſupranaturalia non extenditur; ſacramenta Euangelica ſunt ſupernaturalia, tum quia ſunt proteſtationes fidei ſupernaturalis, tum quia effectum ſupernaturalem habent, ſcilicet, dictamen gratiæ ſupernaturalis; ergo naturalis iuris docere non ſufficit, confitendum eſſe Sacerdoti ſpe veniæ obtinendæ. Et confirmatur. Naturalis ius, ait Tullius, eſt illud, quod non opinio ingenuit, ſed naturalis quædam ius inſeruit. At ex principijs naturæ ſacramentorum veram cognitionem, & iuſſionem non innata, ſed diuina virtus nobis inſeruit igitur, vt miraculorum operatio, & myſteriorum cœleſtium reuelatio, & ſacramentorum inſtructio, vt ſic res ſupernaturalis eſſe conſtat.

Ex his Doctor ſanctus concludit authoritate Tullij lib. 2. de inuentione, dicentis: Ius naturale eſt, quod non opinio genuit, ſed innata quædam ius inſeruit, ex hoc inquam concludit D. Tho. ſacramenta non eſſe de iure naturali, ſed diuino, quod eſt ſupranaturale; ſupra autem naturam ſunt quæ ipſe Deus ſibi reſeruat, ſiue naturæ miniſterio operanda, ſiue in operatione miraculorum, ſiue in reuelationibus myſteriorum. Et concludit dicendo: quod confeſſio, quæ neceſſitatem ſacramentalem habet non de iure naturali eſt, ſed diuino.

Hoc idem alia ratione oſtendi poteſt ex dictis in caſu præſenti. In lege naturæ tantum confeſſio mentalis facta ſoli Deo fuit neceſſaria, non autem confeſſio coram Sacerdote, quia nondum ordinati erant miniſtri huius ſacramenti. In lege Moyſi fuit ordinata confeſſio, non vocalis coram Sacerdote, cum Sacerdotibus illis datæ non fuiſſent claues regni cœlorum, fuit ordinata tamen ibi confeſſio in genere, & indiſtincta, ſcilicet, vt pro diuerſis peccatis diuerſa animalia offerent. Confeſſio iſta de peccatis publicis, & notorijs tantum fiebat, & non de occultis. Sacerdotes orabant pro illis, & liberabantur. In lege noua Chriſtus ordinauit miniſtros, & confeſſionem non ſolum in generali, & quo ad peccata manifeſta, ſed in particulari, quo ad omnia peccata confitenda coram Sacerdote. Eccleſia autem, vt dictum eſt in caſu, determinauit tempus confitendi, ſcilicet, ſemel in anno ſaltem, pro ſolemnitate Paſchali. Ex quibus conſtat, quod confeſſio ſacramentalis non eſt de iure naturali.

Impugnatio prima.

Contra hanc concluſionem ſe opponit argumẽtator dicendo: De iure naturali eſt, quod nullũ malum maneat impunitum, malum aũt occultũ puniri non poteſt, niſi cõfeſſione delinquentis manifeſtetur; ergo confeſſio eſt de iure naturæ.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat conſequentiam huius impugnationis, & rationem negationis aſſignat dicendo: Satis enim eſt, quod occultum peccatum non puniatur in hoc ſeculo, vt punitur à Deo, vt habetur can. Si omnia, 6 q. 1.

Impugnatio ſecunda.

Contra, inquit denuo argumentator; Pęnitentia fundatur in iure naturæ (prout videbimus in diſputatione de pęnitentia; ergo & confeſsio, cum ſit pars integralis pœnitentiæ fundatur in iure naturæ; ergo eſt de iure naturæ.

Impugnationis reſponſio

Theologus etiam negat hãc conſequentiam, & aſsignat rationem dicendo: In iure naturæ (ſuppoſita ſcintillula illa fidei infuſæ) quæ tunc infundebatur, ad hoc, vt Deus cognoſceretur retributor boni, & mali, nam dictabat ab illo eſſe veniam petendam per internam mentis loquelam: ſciebant enim Deum mentis cogitatus proſpicere. Et vltra non procedebant, ſcilicet, ad confeſsionem vocalem.

Confeſſio ſacramentalis non eſt cõtra ius naturæ, immò cõformis eſt illi.

Concluſio ſecunda. Confeſsio ſacramentalis nõ eſt contra ius naturæ, immò verò licet ratio naturalis ad eius notitiam non pertingat, ſuppoſita tamẽ per fidem cognitione virtutis huius ſacramentalis, inſtinctus naturalis ad illud ſuſcipiendum inſtigat. Hoc enim manifeſtatur. Naturale enim

eſt, vt homo deſiderat à peccatis liberari, & morbus ſuis ſpiritualibus mederi. Quare ſi naturale nobis eſt, vt fido amico, noſtra ſecreta pandamus, prout dicit Eccleſiaſtes 6. Conſiliarius ſit tibi vnus ex mille; ergo congruentiſſima eſt rationi, vt vbi cum tanto ſecreto, & fructu id poſſumus, faciamus. Hoc habetur in ſacramento confeſſionis, ergo.

Impugnatio

Argumentatori non placet doctrinam huius concluſionis, inquit enim: Confeſſio eſt contra ius naturæ. Et probat ſic intentum ſuum. Nam ſi natura docet, vt ſecretum, quod fidei noſtræ amicus cõmiſit, celemus, prout dicit Sapiens Prouerb. 11. A fortiori admonet, vt celemus propria peccata, quæ ſuaptè natura pudorem, & verecundiam offendunt. Hoc confirmat D. Chryſoſt. Can. Quod aliquando, de pœnit. diſt. 1. Non tibi dico, inquit, vt te prodeas. Inſinuans grauiſſimum onus hominibus imponi. Vt ſcelera ſua alteri proferant.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod non ſumus tam domini aliorum ſecretorum nobis commiſſorum, quam noſtrorum; vnde nobis non licet detegere aliorum crimina, noſtra autem poſſumus. Vnde ad impugnationem dicimus, quod pudenda detegere iactantiæ cauſa, de quibus loquebatur Propheta dicendo: Lætantur cum male fecerint, eſt vitium iactantiæ, & ſine condecenti cauſa illa propalare, eſt honorem prodigere, at manifeſtare illa confeſſario, vt abſoluantur, & curentur ſumma prudẽtia eſt, & conformis deſiderio naturali. Ex quibus conſtat, quare Diuus Chryſoſtomus admonet, vt nemo ſe prodeat ex iactantia, ſcilicet, vel vt non amittat bonam famam in publicum ſe oſtendendo criminoſum. Confiteri autem peccata iudici ea iuridicè interroganti eſt opus iuſtitiæ; ſimiliter oſtendere vulnera (cauſa medicinæ adhibendæ, & illa fidei amici committere) eſt prudentia, præſertim confeſſario ea exponere ad obtinendam ſalutem, humilitas, & obedientia eſt.

Occulta ſecreta proximorũ manifeſtare non licet, nr̃a ſic, p̃cipue in confeſſione.

Concluſio tertia. In lege veteri non erat confeſſio ſacramentalis, vt in noua, hoc patet ex iam dictis. Nam illi tantum confitebantur peccata grauia, vt adulteria, homicidia, blaſphemias manifeſtas, non autem peccata cordium. Similiter ibi non adderat Sacerdos, qui poſſet dimittere peccata actualia, ſed tantum originale per circumciſionem. Sanguis enim hircorum, & taurorum &c. vt ait Apoſtolus ad Hebr. 9. Inquinatos ſanctificabat ad emundationem carnis, non autem ad emundationem ſpiritus. Hinc enim colligimus in lege illa nullam fuiſſe obligationem ad confitenda peccata occulta Sacerdoti, niſi ad capiendum conſilium. Vnde habemus Matth. 3. quod Ioannes publicanis, & militibus, & alijs confitentibus peccata ſua, ſalutaria monimenta, & documenta dabat. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

In lege veteri nõ dabatur confeſſio ſacramentalis, in lege noua ſic.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus cum D. Thom. ad primam inſtantiam dicit, quod Adam ſimiliter, & Caim vituperatur ex hoc, quod peccatum ſuum coram Deo non recognouit. Confeſſio enim, quæ fit Deo per recognitionem peccati, eſt de iure naturali. Dubium autem eſt de confeſſione, quę fit homini. Secundo dicitur, quod confiteri peccatum in iudicio coram iudice, iuridicè interroganti eſt de iure naturali, tunc enim non debet peccator mentiri, de quo facto Adam ſimiliter, & Caim vituperatur: quia quęrebat vterque celare crimen ſuum iudici ſupremo Deo. Eadem enim iuſtitia, quæ reos punire iubet, interrogationem, & reſponſionem iuridicam expoſcit; hoc inſinuabat Iob dicendo: Crimen eſſe peccatum abſcondere. Si abſcondi peccatum meum quaſi homo.

Confeſſio delicti corã iudice faciẽda, eſt de iure naturæ.

Impugnatio

Argumentator contra hoc inquit, vera eſt doctrina, quando fama, & indicia proclamant, quod non accidit contra Adam, & Caim, quia non erant teſtes.

Impugnationis reſponſio

Theologus reſpondet dicendo, quod cum Deo omnia ſint nuda, & manifeſta, ius ille habet, abſque alia infamia, indicijs, vel teſtibus quodcunque peccatum, quantumuis ſecretum ad puniendum interrogare. Propterea Deus ipſe optimo iure potuit confeſſionem ſacramentalem inſtituere, & à nobis exigere; Vnde Ambr. lib. de Paradiſo, c. 14. in eadem Adæ hiſtoria eandem fundat confeſſionem. Et inde Canonem illum. Non poteſt, 1. de pœnit. diſt. 1. elicitur, vbi ait. Non poteſt quiſque à peccato iuſtificari, niſi peccatum antea fuerit confeſſus. Et Can. Ecce nunc, illa, inquit, confeſſio nos liberat à morte, quæ fit cum pœnitentia. Vnde D. Thom. in fine reſponſionis ad primum, 2. Ar. q. 37. 3. p. dicit, Confeſſio, quæ fit homini ſpontè ad remiſſionẽ peccatorum conſequendam à Deo, non de iure naturali eſt.

Pro doctrinæ intelligentia in hac reſponſione obſeruanda ſunt verba Apoſtoli Thadæi, circa illos, qui malè loquuntur de confeſſione, inquit. n. Norunt enim quid ſignificat hoc nomen confeſſio. Et in hoc tamen corrumpuntur dum huius nominis partionem refugiunt, vel quaſi refugientes dicunt, quod ſoli Deo ſolum confitendum eſt, de alia confeſſione non curantes, ac ſi vno tantum modo, confeſſio diceretur. Ad quam eorum corruptionem conſequitur mox altera, quod ſcilicet ius diuinum cum iure naturali confundunt, inquantum vnum ab altero non ſecernunt. Nam cum de iure naturali confeſſio Deo ſoli facta, & de iure diuino confeſſio ſacramentalis exiſtat, dum confeſſionem vnam ab altera non diſtinguunt, iura illa confundunt. Quod ſi dicant non confundimus, ſed confeſſionem ſacramentalem per hoc dari negamus. Adhuc in his, quæ nouerunt magis corrumpuntur, diſtorquentque Euangelium de confeſſionis huiuſmodi datione; ergo confundunt iſti ſeipſos.

Cum itaque venerit Chriſtus, vt fideles ſuos per Euangelium vitam habeant, quam habebant Patres

tres

Digitized by Google

tres per legem ſcriptam, ſed vt abundantius habeant per receptionem ſacramentorum Eccleſiæ, quæ conferunt gratiam dignè illa ſuſcipientibus, ex Concil. Trident. ſeſſione 7.can.8. de ſacramentis. Vnde oportet, quod ad receptionem Sacramenti aliquid plus ex parte recipientis nunc requiratur, quam prius. Non ſufficit enim nunc ad ſequendam remiſſionem peccatorum per ſacramentum pœnitentiæ, confiteri peccata in genere tantum, ſed de neceſſitate requiritur, quod exprimatur in ſpecie. Non ſatis eſt dicere peccaui peccato luxuriæ, ſed oportet addere in qua ſpecie, vel adulterij, vel inceſtus, vel ſacrilegij, in prima, vel in ſecunda perſona &c. explicando circumſtantias aggrauantes, vel mutantes ſpecies, prout loco ſuo infra videbimus.

Inſtantia 2. Vltimo loco inſtat argumentator dicendo. Illa, quæ manent in veteri, & noua lege, ſunt de iure naturali, ſed confeſſio fuit in veteri lege, prout habetur Iſaiæ 43. Narra ſi quis habes, vt iuſtificeris; ergo confeſſio ſacramentalis eſt de iure naturali.

Inſtant. ſolutio. Theologus ad Maiorem dicit, quod illa, quæ manent eodem modo in veteri, & noua lege, ſunt de iure naturali. Modo negatur Minor. In lege naturæ, ſufficiebat recognitio peccati. In lege Moyſi, oportebat manifeſtari illa aliquo ſigno externo. In lege noua, oportet manifeſtare illa ore. Et de hoc ſatis.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; Vtrum omnes ad confeſſionem teneantur. Et more ſolito adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua adducit talem rationem. Vnuſquiſque tenetur ad contritionem, & ad ſatisfactionem; ergo & ad confeſſionem. Antecedens eſt certum.

Concluſio probatur. Nam contritio ad confeſſionem ordinatur, ſatisfactio fit pro peccatis confeſſis; ergo ſi contritio, & ſatisfactio ſint neceſſariæ ad ſalutem, & ad illas omnes teneantur; ergo omnes peccatores Chriſtiani ad confeſſionem ſimiliter tenentur.

Secundo probatur intentum, ex lib. 5. Decretalium, t. 38. cap. 12. & ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. can. 20. Et ex Concil. Trid. ſeſſione 14. c. 5. & can. 8. vbi dicitur: Omnis vtriuſque ſexus cum ad annos diſcretionis peruenerint, teneantur confiteri peccata ſua proprio Sacerdoti, ſemel in anno ſaltem pro Paſchate. Hæc ratione confirmatur. Confeſſio eſt actus iudicialis, per quam iudex confeſſionem audiens, habet iudicare qualia peccata ſunt remiſſibilia, & qualia non, ſed hoc commodè facere non poteſt niſi peccatorum numerus, cum ſuis circumſtantijs explicetur in confeſſione; ergo omnes ad confeſſionem tenentur.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua, Diuus Hieronymus ſuper illud Eſaiæ 3. Peccatum ſuum quaſi &c. & alibi dicit: Pœnitentiam eſſe ſecundam tabulam poſt naufragium, ſed aliqui poſt baptiſmum naufragium non ſunt paſſi; ergo neque eis competit pœnitentia, & ſic neque confeſſio, quæ eſt pars pœnitentiæ.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, cui annectitur vnum corolarium. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

In primis quo ad peccata in genere ponit vnam concluſionem bimembrem. Secundo aliam concluſionem ponit, quo ad venialia peccata.

Concluſio prima. Omnes Chriſtiani, qui poſt baptiſmum inciderunt in mortale peccatum, ad confeſſionem ex præcepto diuino tenentur, alij verò non. — Iure diuino exiſtentes in mortali peccato, tenētur ad confeſſionem, nō exiſtentes minimè.

Concluſio iſta probatur quo ad vtranque partem. Inquit Doctor ſanctus. Ad confeſſionem dupliciter obligatur homo. Vno modo ex iure diuino, in quo ordinata fuit confeſſio, inquantum confeſſio eſt medicina peccatorum. At mortui nequeunt recipere medicinam, & ſani illa non indigent. Infirmi autem, & indigent medicina, & illam recipere poſſunt; ergo non omnes homines ad confeſſionem tenentur, ſed Chriſtiani illi, qui poſt baptiſmum peccauerunt. Maior, & Minor propoſitio probatione non indigent, illatio concluſionis ſic oſtenditur. Infideles in Eccleſia Dei mortui ſunt. Mundi à peccato mortali, ſcilicet, Chriſtiani exiſtentes in gratia ſunt ſani. Chriſtiani aggrauati mortali peccato ſunt infirmi; ergo ad confeſſionem ſacramentalem non tenentur infideles, qui mortui ſunt in Chriſto; exiſtentes in gratia, cum viuant in Chriſto, & non indigeant ſanari ſacramento confeſſionis, non tenentur ex præcepto diuino recipere medicinam confeſſionis, ſequitur à ſufficienti diuiſione, quod baptizati homines exiſtentes in mortali teneantur ex præcepto diuino ad ſacramentum confeſſionis, cum ſint infirmi, & nequeant ſanari, ſine medicina hac ſalutari confeſſionis.

Alio modo, inquit Doctor ſanctus, tenemur ad confeſſionem, ſcilicet, ex præcepto iuris poſitiui. Et in hoc ſenſu quilibet Chriſtianus tenetur confiteri proprio Sacerdoti ſemel in anno pro ſolemnitate Paſchali, hoc oſtendit abundè argumentum adductum pro parte affirmatiua dubij præſentis. Vnde ex præcepto Eccleſiæ, inquit Angelicus Doctor, quilibet Chriſtianus tenetur peccatorem ſe cognoſcere. Cum omnes peccauerunt, & egent gratia Dei, præcipuè quilibet tenetur ex præcepto Eccleſiæ ad confeſſionem tempore Paſchatis, vt cum maiori reuerentia ad ſanctiſſimam Euchariſtiam accedere poſſi. Hoc etiam facere debet quilibet Chriſtianus, vt Eccleſiarum rectoribus ſe oſtendat ſubditus, vt ſubditi omnes innoteſcant Prælatis Eccleſiæ, ne lupus inter oues lateat. In hoc caſu tamen obſeruandum eſt, quod ille, in quo nullum mortale crimen reperitur (licet teneatur ſe præſentare confeſſario) vt cum maiori reuerentia accedere ad Sacramentum Euchariſtiæ valeat. Et vt ſe oſtendat filium obedientem Eccleſiæ ma- — Quilibet chriſtianus ēt nō exiſtēs in peccato, ex præcepto Eccleſię tenetur cōfiteri in Paſchate reſurrectionis.

tris

tris eius. Non tenetur tamen ex neceſsitate præcepti ad confeſsionem auricularem. Ratio eſt: quia in vtroque iure materia confeſsionis propria ſunt peccata mortalia, prout inſinuat Eccleſia in capite illo, Omnis vtriuſque ſexus, dicitur omnis Chriſti fidelis tenetur confiteri peccata ſua. Et vt clarius percipiatur hæc veritas, ponenda eſt ſecunda concluſio.

Concluſio ſecunda. Confeſsio venialium peccatorum licet de neceſsitate præcepti non ſit, eſt tamen vtilis, & poteſt fieri materia confeſsionis.

Cōfeſſio peccatorum venialium licet non ſit neceſſaria, eſt vtilis, & laudabilis.

Concluſio iſta ſic declaratur. Peccata venialia non tollunt gratiam Dei à Chriſtiano. Nihilominus, quia diſponunt ad mortale, per quod gratia Dei tollitur, laudabile eſt confiteri illa, maximè tempore, quo recipere debemus ſanctiſsimam cōmunionem, vt ſecurius poſsimus accedere ad illā, præcipuè, quia multoties latet anguis in herba, mortale inter uenialia peccata aliquando occultatur. Hac de cauſa uiri boni religioſi quotidie ſe cōfiteri ſolent. Et optimè quidem faciunt, ſaltem ad acquiſitionem noui gradus gratiæ, ſine qua ad cęlum ire non poſſumus. Scio tamen ſententiam D. Bonauenturæ eſſe, quod quilibet Chriſtianus tenetur ad confeſsionem ex præcepto Eccleſiæ, & per conſequens ad confeſsionem venialium. Ratio eius eſt, quoniam qui habet peccata uenialia, habet materiam confeſsionis. Nos autem dicimus, quod peccata uenialia non ſunt materia confeſsionis per ſe, benè pœnitens poteſt facere illam materiam confeſsionis. Vlterius dicimus, quod non habens niſi peccata uenialia, non tenetur ſimpliciter ad confeſsionem illorum, tenetur tamen ad bene eſſe, tenetur laudabiliter, non autem ex neceſsitate. Hoc enim docet Doctor ſanctus in reſponſione ad tertium, dicendo, quod ex vi Sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, ſed ex inſtitutione Eccleſiæ, quando non habet alia, quæ confiteatur, ideſt, laudabiliter illa confiteri debet, non autem ex neceſsitate. Quod autem ex neceſſitate ad confeſſionem venialium non teneatur, inſinuat D. Thom. ſubdens, uel poteſt dici (ſecundum quoſdam) quod ex decretali prædicta non obligatur ad confeſſionem, niſi illi, qui habent peccata mortalia, & aſſignat rationem dicendo, quod decretalis illa dicit, quod debet omnia peccata confiteri: hoc enim de venialibus intelligi non poteſt, quia nullus omnia illa confiteri poteſt. Et ſecundum hanc ſententiam, quam non reprobat Doctor ſanctus, inquit Porretta, qui non habet mortalia non tenetur ad confeſſionem venialium, ſed ſufficit ad præceptum Eccleſiæ implendum, ut ſe Sacerdoti repræſentet, & ſe oſtendat abſque conſcientia mortali eſſe, & hoc ei pro confeſſione reputatur. Doctrina hæc pro certa reputatur apud ſanctum Thomam, tamen dedit primam reſponſionem tanquam tutiorem uiam conſulens: quia hoc modo expreſſius obſeruatur inſtitutio Concilij Lateranenſis, etiam quod tantum de mortalibus loqueretur. Tunc iſte tutior eſſet in conſcientia, quoniam inter illa uenialia poſſet reperire aliquod mortale, tum pro edificatione proximorum, qui ſcandalizarentur de illo, qui Sacerdoti in nullo ſe accuſaret. Cum ſepties in die cadat iuſtus. Confeſſio iſta venialium tempore, quo tenetur Chriſtianus confiteri ex præcepto Eccleſiæ, eſt permaximè vtilis, & laudabilis pro humilitate acquirenda pro maiori gratiæ acquiſitione, pro edificatione proximorum, pro euitando ſcandalo, & pro multis alijs commodis ſuis, & proximorum, quod longum eſſet diſcurrere. Et licet talis confeſſio non ſit neceſſaria ſimpliciter, eſt laudabilis, & ad bene eſſe, vt diximus.

Concluſio tertia. Chriſtianus quiſque ex præcepto diuino, & Eccleſiæ tenetur, præcipuè tempore Paſchali, immò quando confitetur confiteri omnia peccata occultiſſima, ſcilicet, cordis, aliter confeſſione eſſet non vtilis, ſed pernicioſa. Et pro vtraque parte Lector adducit rationes.

Occulta peccata cordium mortalia, pręcipua ſubiacent cōfeſſioni neceſſario

In primis, inquit Dominus Io. 20. Quorum remiſeritis peccata. Non abſolutè, ſed ſpontanea cōfeſſione delata ad nos, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus: Senſus igitur verborum Domini eſt. Quorum remiſeritis peccata, ſpontanea confeſſione reorum ad vos delata, remiſſa ſunt. Quare? quia materia iudicij fori pœnitentialis ſunt peccata reorum ſpontanea confeſſione delata. Nam ſola illa remitti poſſunt in confeſſione, ſed peccata cordis ad forum pœnitentiæ pertinent; ergo peccator debet illa Sacerdoti deferre ſpontanea confeſſione, vt authoritate Chriſti remittantur. Peccata enim quæcunque etiam occulta ſunt materia ſacramenti pœnitentiæ; ergo omnia cadunt ſub materia ſpontaneæ confeſſionis. Manifeſtatur hoc. Nullum enim ita eſt occultum peccatum, quod nō poſſit manifeſtari ab eo, qui illud commiſit, & ſpōtanea confeſſione illud detegere. Cum igitur peccata cordis confiteri poſſint, & omnia peccata mortalia præcipuè ſint confitenda; ergo & iſta ſubiacent confeſſioni.

Secundo probatur hæc concluſio in fauore Catholicorum contra illos, qui oppoſitum tenent, ex parte finis confeſſionis. Confeſſio ſacramentalis ordinatur ad ſubijciendum reum voluntariè miniſtro Eccleſiæ, & Dei offenſi, tanquam iudici delegato. Confeſſio autem eſt actus veritatis. Nam tunc pœnitens realiter confitetur, cum realiter manifeſtat delictum ſuum confeſſario, vt iudici delegato ad hoc vt illum abſoluat à peccatis Deo reconciliet, & imponat ei pœnitentiam ſalutarem pro qualitate ſuorum delictorum in vniuerſum, tam cordis, quam oris, & operis; ergo ſicut neceſſariò confitenda ſunt delicta oris, & operis, erunt etiam confitenda delicta cordis, vt deleantur. Immò principaliter iſta, cum dicat Dominus. Ex corde exeunt cogitationes malæ, furta, adulteria, fornicationes &c. ergo ſunt neceſſariò confitenda.

Tertio confirmatur concluſio ex vſu Eccleſiæ. Nam communis animi conceptio Chriſtianorum eſt peccata omnia, ſiue occulta, ſiue manifeſta eſſe confitenda in ſacramento pœnitentiæ. Vltra hoc, quod eſt terminatio Eccleſiæ, in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. cap. Vtriuſque ſexus, quo in loco pręcipit Concilium confeſſionem omnium

pecca-

Digitized by Google

peccatorum. Dicit enim Concilium: Omnis vtriuſque ſexus confiteatur peccata ſua omnia; ergo ab hac confeſſione nullum peccatum excipitur; ergo & peccata occulta cordis confitenda ſunt. Hoc totum confirmatur in Concilio Florennno ſub Eugenio IV. Et in Concilio Tridentino ſeſſione 14. cap. 5. can. 8.

Omnia, & vniuerſa peccata ſubiacēt cōfeſſioni ſacramentali.

Ex his concluſionibus ſequitur vnum corolarium, ſcilicet, quod omnia, & ſingula peccata ſubiacent confeſſioni.

Probatur corolarium iſtud. Clarum eſt, quod in ſanatione infirmi corporaliter, oportet, quod medicus non ſolum vnum membrum, vel vnam partem corporis infirmi, pro quo ordinate intendit medicinam ſalutarem, cognoſcat, ſed etiam totam indiſpoſitionem ipſius infirmi. Eo quod vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur. Et medicina, quæ ſanatiua eſt vnius infirmitatis, aggrauatiua eſt alterius. Idem occurrit in peccatis. Vnum peccatum aggrauatur ex coniunctione ad aliud, & illa medicina, quæ conueniens eſt vni peccato, alteri peccato incentiua eſt ad nouum peccatum; cum multoties aliquis contrarijs peccatis ſit infectus. Ex quibus concludit Angelicus Doctor. Ideò de neceſſitate confeſſionis eſt, quod omnia peccata, de quibus memoriam habet, confiteatur, quod ſi non facit, non eſt confeſſio, ſed confeſſionis ſimulatio.

Obſeruādum tamen eſt in hoc propoſito, quod illi, qui accedunt ad confeſſionem, ſunt in duplici differentia; aliqui, qui omni diligentia poſſibili examinant conſcientiam ſuam, antequam proſternent ſe ante confeſſarium. Alij, qui abſque diſcuſſione ſuæ conſcientiæ accedunt ad confeſſionem: primi obtinent abſolutionem ſuorum peccatorū: ſecundi autem non: quia primi licet non recordentur omnium peccatorum, illorum confeſſio integra iudicatur; non autem ſecundorum. Ratio huius rei eſt, quia primi in confeſſione dixerunt omnia peccata, quæ in memoriā illis venerant, & fecerunt, quod in ſe erat ad confitenda omnia, & ſingula. Secundi hoc non fecerunt, quoniam non fecerunt, quod facere debebant. Vnde ſi craſsè negligens obliuiſceretur aliquorum peccatorum, maneret obligatus ad reiterandam confeſſionem illam.

Accedentes ad cōfeſſionē aliqui examinant ſuā conſcientiam, alij qui non. primis iuuat particula illa in abſoluendo, quorum memoriā nō habes. non ſecundis.

Quo in loco Magiſter Porretta notat vnum: dicit enim, quod quando Sacerdos dicit (data abſolutione peccatorum, de quibus facta eſt abſolutio explicita) dicendo: Ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quæ mihi modo confeſſus es. Et addit quorum memoriam non habes, tunc intendit abſoluere de his peccatis, quorum, poſt factam conſcientiæ diſcuſſionem memoriam non habet, non autem intendit abſoluere ab his, de quibus non eſt facta diligens, vel competens examina. Cum igitur Sacerdos virtute clauium intelligit abſoluere, etiam ab his, quæ ad memoriam non venerunt poſt factum diligens examen conſcientiæ. Verba illa, quibus vtuntur confeſſarij Dominicani, iuxta formam præcedentium Breuiariorum, ſcilicet, Et quorum memoriam non habes, non ſunt ſuperflua (vt aliqui audaces confeſſarij audent dicere) ſed ſunt declaratoriæ illius, quod intelligit Eccleſia, dum confeſſarius dicit pœnitenti, ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quia intelligit Eccleſia abſoluere non ſolum à confeſſis, ſed etiam ab oblitis (ſine culpa pœnitentis) aliter pœnitentis conſcientia ſemper maneret turbata, dubitans ſi abſolutus eſſet ab his occultis, & ſi occaſione illorum eſſet damnandus, quod dubium omninò tolendum eſt à timoratis conſcientijs.

Nota.

Relictis iſtis addamus verba ſacri Concilij Tridentini ſeſſione 14. cap. 7. pro corroboratione eorum, quæ diximus. Ibi enim dicitur: Si quis dixerit in ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum, neceſſarium non eſſe (iure diuino) confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria, cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur etiam occulta, at quæ ſunt contra duo vltima præcepta decalogi, & circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant &c. Et non licere confiteri peccata venialia anathema ſit.

Hanc concluſionem corroborat Sotus vnà cum Illuſtriſſimo Domino Caietano alijs medijs, primo ſic. Confeſſio, ſicut contritio inſtituta eſt ad conuerſionem peccatoris in Deum; ergo ſicut de quolibet peccato debemus conteri (vt videbimus loco ſuo) ita confiteri tenemur ſingula peccata, cum ſuis circumſtantijs aggrauantibus, vel mutantibus ſpeciem. Et hoc vt confeſſarius cognoſcere poſſit, non ſolum numerum peccatorum in quocunque genere, ſed grauitatem cuiuſcunque illorum.

In confeſſione explicandus eſt numerus peccatorum, cum circumſtāñis aggrauantibus, vel mutantibus ſpeciem.

Obſeruandum tamen eſt, quod quando peccator manifeſtat peccata ſua confeſſario, quod non eſt neceſſe, vt illa ſigillatim enumeret ipſi confeſſario, dicendo, commiſi tale peccatum in tali hora, vel in tali loco, & tale in tali, & ſic diſcurrendo, cum tali, vel tali perſona (niſi iſtę eſſent circumſtantiæ aggrauantes) ſatis enim eſt dicere, blaſphemaui nomen Domini tot vicibus, commiſi tot adulteria, fornicationes, vel furta, vel homicidia, & ſimilia. Et ſi præcisè non recordatur de numero, licet dicere peccaui tot vicibus in circa, ne conſcientia confitentis maneat confuſa. Confeſſio enim eſt iudicium ſoluendorum, inuenta, & ordinata à Chriſto Domino pro ſalute, & non pro confuſione animarum; cum dicat D. Io. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundū, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Concludimus ergo ſatis eſſe manifeſtare delicta, prout exigit ſalus peccatorum. Et licet non ſufficiat dicere, pluries peccaui in hoc, uel in illo genere peccati, ſatis tamen eſt dicere peccaui in hoc genere peccati decies in circa, in iſto alio uiginti, & ſic diſcurrendo, ita tamen ut confeſſarius de quantitate, & qualitate peccati iudicare poſſit, ſi peccat ex fragilitate, uel à caſu, ex ignorantia, uel ex malitia. Vt ei adhibere poſſit medicinam proportionatam. Et hoc præcipuè ſeruandum eſt in confitendo meretricem, uel in interrogatione peccatoris, uel peccatricis conuerſæ de recenti ad Deum. Satis eſt enim, ut dicat quanto tempore perſeuerauit in uita illa. Et de his, quæ operata eſt tempore illo in diuerſis generibus pro

qualitate

qualitate vitæ à ſe electæ. Nec eſt neceſſe deſcendere ad numerum ſingularum fornicationum, hoc idem dicendum eſt de vſurarijs conſuetis, de blaſphematoribus habituatis, & de ſimilibus. Satis enim eſt, vt ita diſtinctè enatrent peccata ſua, vt confeſſarius prudens, & doctus cognoſcere poſſit grauitatem infirmitatis, & poſſit applicare medicinam proportionatam infirmitati. Ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod peccatores conſuetudinarij debēt dicere genera peccatorum, & frequentiam in illis. Nam vnus poteſt perſeuerare multo tempore in vno peccato, & de raro cōmittere illud. Et alius frequenter, vt patet in fornicarijs, & ſimilibus. Et addit. Si peccator in manifeſtanda ſua conſcientia erraſſet in magno numero; v.g. dicendo, commiſi viginti adulteria, vel furta, &c. Et in ſucceſſu temporis venit ſibi ad memoriam, quod peccata commiſſa excedunt numerum quinquagenarium, vel quid ſimile, debet de nouo confiteri illud exceſſum. Vnde inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod intentio pœnitentis talis eſſe debet, vt accuſare ſe de omnibus, omni & meliori modo, quo poteſt, quia ſi non haberet talem intentionem non eſſet verè præparatus ad ſacramentum confeſſionis.

Impugnatio Argumentator inſurgit dicendo: Doctrina iſta bona vtique eſt, ſed vnum mihi ponit difficultatem, non enim mihi verum videtur, quod homo ex præcepto diuino, & Eccleſiæ teneatur confiteri Sacerdoti peccata occulta cordium. Et hoc ſibi videtur rationabiliter negare, hac ratione Eccleſia non iudicat de occultis, ſed ipſa præcipit confiteri ſemel in anno; ergo præcipit, quo ad illa, quæ ad forum ſuum pertinent; ergo dato caſu, quod præciperet confiteri de occultis, hoc faceret ad hoc, vt confeſſio eſſet integra; ergo ſi quis non haberet, niſi peccata occulta, confiteri illa non teneretur, quoniam vt ſic nec directè, neque indirectè pertinent ad forum ſuum.

Impugnationis reſponſio Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod licet ex propria natura Eccleſia non iudicet de occultis, poteſt tamen obligare filios ſuos ad confeſſionem occultorum. Ratio eſt; quia ad ipſam pertinet terminare tempus confeſſionis. Et quia de iure diuino eſt confiteri omnia peccata, & per conſequens etiam occulta; ergo debet quis quotieſcunque confitetur, vt adimpleatur præceptum diuinum, omnia, & ſingula peccata, etiam occultiſſima confiteri. Secundo dicitur, quod in foro iudiciali Eccleſia non iudicat de occultis, benè autem de occultis iudicat in foro pœnitentiali, ſicut & de manifeſtis, dummodo illa ſpontanea confeſſione pœnitens confiteatur Sacerdoti, pro obtinenda abſolutione. His ſic declaratis, pro dubij intelligentia ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

In foro exteriori Eccleſia non iudicat de occultis, bene autem in foro conſcientiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. Theologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod quamuis homo in hac mortali vita poſt baptiſmum naufragium euadere poſſit, ſcilicet, peccatum mortale, non poteſt tamen euadere peccata venialia, quibus ad naufragium diſponitur, contra quæ etiam pœnitentia ordinatur. Ex quibus concludit D. Thom. & ideò manet pœnitentiæ locus etiam in illis, qui non mortaliter peccant, & per conſequens illis manet locus confeſſionis. Obſeruandum tamen eſt, quod quando D. Th. dicit hic, quod homo in hac vita mortali non poteſt euadere uenialia, quod hoc intelligitur de lege communi. Ex priuilegio hoc eſt poſſibile, immò de facto ex doctrina eiuſdem Angelici Doctoris Beata Virgo Maria euaſit ſemper uenialia omnia, prout habemus 3. par. quæſt. 27. artic. 4. Hoc confirmat Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 23. *Nota.*

Inſtantia 2. Argumentator inſtat ſecundo loco dicendo: Confeſſio facienda eſt iudici in quolibet foro, ſed aliqui ſunt, qui non habent iudicem hominem ſupra ſe; ergo iſti non tenentur ad confeſſionem.

Inſtant. ſolutio. Huic inſtantiæ ſatisfacit Theologus dicendo: quod Papa, & quilibet Prælatus dupliciter conſideratur. Primo, ut Paſtor Eccleſiæ. Secundo, ut peccator; ſimiliter ipſe confeſſarius dupliciter conſideratur. Primo, ut homo particularis. Secundo, ut miniſter Chriſti. In primo ſenſu Papa in terra nullum habet ſupra ſe, ut poſſit illi eſſe iudex, licet habeat in Cœlum Chriſtum, cuius eſt Vicarius in terra. At Papa, ut peccator; ſimiliter omnes Prælati, & Principes Eccleſiæ ſunt ſubditi ſuo confeſſario, etiam ſi ſit delegatus ab ipſo Papa, uel ab alio Prælato Eccleſiæ, quatenus confeſſarius eius eſt miniſter Chriſti. In quo ſenſu confeſſor eſt ſuperior, & iudex. Et Papa, uel alius Prælatus quiſquis eſt inferior, & iudicandus ab illo, quoniam quilibet illorum ad confeſſionem tenetur. His ſic terminatis, proponamus dubium aliud.

Dubium tertium.

IN hoc dubio quærit Lector; An aliquis poſſit confiteri peccata, quæ non habet? Et pro utraque parte rationes adducit.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua ſic ratiocinatur. D. Gregorius in una ſua Epiſtola inquit, Bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt; ergo ad bonam mentem pertinet, ut de illis culpis ſe accuſat, quas non commiſit.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt talis ratio. Quicunque dicit ſe feciſſe, quod non fecit, mentitur, ſed nullus in confeſſione mentiri debet, cum omne mendacium ſit peccatum; ergo nullus debet confiteri peccatum, quod non fecit. Confirmatur hoc. In iudicio exteriori non debet aliquod crimen alteri impingi, quod non poteſt per teſtes idoneos probari, ſed teſtes in foro pœnitentiæ eſt conſcientia; ergo aliquis non debet ſe accuſare de peccato, quod conſcientia non habet.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubiū duo facit. Primo unica cōcluſione negatiua ſatisfacit quæſito. Secūdo ſoluit rōnes partis negatiuę.

Con-

Digitized by Google

Concluſio igitur eſt iſta. Nullus poteſt licitè confiteri peccatum, quod ſcit non habere.

Nō licet cuique confiteri peccatum, q̄ ſcit non habere, aliter peccaret.

Et probat hanc concluſionem hoc modo. In confeſsione requiritur, vt pœnitens ſe Sacerdoti manifeſtet. At ille non ſe Sacerdoti manifeſtat, qui aliud ei dicit, quam ſua conſcientia habeat; ergo nullus licitè poteſt confiteri peccata, quæ non fecit. Ad idoneam igitur confeſſionem requiritur, quod os cordi concordet, vt hoc ſolum os accuſet, quod conſcientia tenet. Ex hoc enim apparet quomodo debet ſe gerere homo timoratæ conſcientię, non debet ſe excuſare, nec accuſare in confeſſione, ſed debet dicere meram, & ſimplicem veritatem. Nam confeſſarius eſt Vicarius Chriſti, ſed Chriſtus nouit, quæ ſunt in homine, cum omnia ſint nuda, & manifeſta illi, per conſequens, vt veritas illuceſcat apud Vicarium Chriſti, ſicut eſt manifeſta apud Chriſtum, pœnitens in confeſſione dicere debet ſimplicem veritatem; ergo nullo modo debet confiteri peccata, quæ non fecit. Hoc enim confirmat Concilium Maguntinum dicens, nemo confiteri debet peccatum, quod non fecit. Inſinuatum eſt hoc, quoniam confeſſionem debet eſſe puram, ſcilicet, ſine mendacio, prout habetur cap. 26. vbi dicitur: Ab infirmis in mortis articulo poſitis per presbyteros pura inquirenda eſt confeſſio, non tamen illi imponenda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudijs pondus pœnitentiæ ſoluendum, vt ſi fortè migrauerint obligati excommunicatione alieni ex conſortio bonorum fiat, à quo periculo ſi diuinitus erepti conualuerint, pœnitentiæ modum à ſuo confeſſario impoſitæ diligenter obſeruet. Ecce quod confeſſio debet eſſe pura ad aggregandum conſortio bonorum, aliter non iuuaret, cum dicat Dauid. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Si ergo in confeſsione loqueretur quis mendacium, ex illa reportaret à Deo perditionem, & conſortium malorum, non autem ſaluationem, & conſortium bonorum, cuius oppoſitum obtinet ſyncera confeſsio, ex Concilio ſupra citato, quod manifeſtat Deus Ezech. 18. & 33. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Immò Concil. Trident. commendat huiuſmodi ſynceram confeſsionem, ſeſs. 14. cap. 5. dicendo: Chriſtus Dominus Sacerdotes ſuos Vicarios reliquit, tanquam iudices, & præſidentes, ad quos omnia mortalia crimina deferantur; Conſtat autem Sacerdotes iudicium hoc (incognita cauſa) exercere non potuiſſe, neque æquitatem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi tantum in gratia, & non potius in ſpecie, ac ſigillatim ſui ipſi peccata declaraſſent. Rurſum ſi Cōcilium illud Sacerdotes iudicium ſuum exercere, æquitatemque in pœnis iniungendis ſeruare non poſſe, dicit, ſi non fit confeſsio peccatorū in ſpecie. Quomodo ſecundum prædictum Concilium Sacerdotes poterant ſeruare iudicium in iudicando, & in pœnis infligendis, ſi fiat confeſsio peccatorum in fictione humilitatis, & non in aperitione veritatis? Concilium igitur ſicut habet pro inconuenienti, quod quis non confiteatur in ſpecie ad euitanda illa duo abſurdiſsima. Ita & quod quis peccatum non commiſſum, tanquam commiſſum confiteatur, habet pro inconuenienti propter eandem rationem. Hoc enim confirmat Eccleſiaſticus 19. dicendo. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Et D. Auguſtinus in Decret. 22. queſt. 2. Cum humilitatis cauſa mentiris ſi non eras peccator antequam mentiteris, mentiendo efficeris. Veritas enim ipſa in te non eſt, niſi ita te diceris peccatorem, vt & te eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, vt quod eſt dicas. Nam quomodo eſt humilitas vbi regnat falſitas. Hæc ibi. Vbi etiā Gloſſa dicit, quod dicens aliquod peccatum de ſe, cuius contrarium credit mortaliter peccat. De his ſatis abundè diſcurrimus, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Nota.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ in oppoſitum adductę dicendo cum D. Thom. quod agnoſcere culpam vbi non eſt, ſtat dupliciter, primo quantum ad ſubſtantiam actus, & ſic non eſt verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, ſed ad errantem, vt ſe aliquem actum commiſiſſe agnoſcat, quem non commiſit, ſecundo quantum ad conditionem actus, & ſic veriſſimum eſt dictum D. Gregorij in lib. 9. Moralium, cap. 25. & 26. quia iuſtus in actu, qui de ſe bonus videtur, formidat, ne aliquis defectus ex parte ſui fuerit, quod faciebat Iob 19. dicendo. Verebar omnia opera mea. Et ideò, inquit Doctor ſanctus, ad bonam mentem etiam pertinet, vt habeat formidinem, quam corde tenet, lingua accuſet.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit dicendo, reſponſio eſt bona in contrarium tamen iuſto. Nam aliquis per humilitatem ſe deteriorem reputat aliquo, qui eſt manifeſtus peccator, & in hoc eſt condemnatus, ſed quod corde quis æſtimat licet ore confiteri; ergo licitè iſte poteſt confiteri ſe habere grauius peccatum, quam habeat.

Inſtant. ſolutio.

Theologus cum D. Thom. huic inſtantiæ reſpondet dicendo, quod iuſtus, qui eſt verè humilis non reputat ſe deteriorem, quantum ad perpetrationem actus, qui ſit peior (genere ſuo) illo peccatori, ſed quia timet ne in his, quæ bene agere videtur per ſuperbiam grauius delinquat. Vnde inſtantia nihil concludit. Si enim iſte, quod corde æſtimat, ore confiteatur, non dicet ſe homicidium perpetraſſe, ſicut alius fecit, ſed dicet ſe timere (ſi timet) ne forſan in bonis operibus à ſe factis, per ſuperbiam inde occaſionaliter habitam grauius peccaſſe, quam ſit homicidium ab illo alio patrato. In quo ſenſu loquebatur D. Auguſtinus in Regula dicens, quod ſuperbia bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Minus enim dicens plus ſignificat, ſcilicet, quod ſuperbia per inſidias non tantum facit aliquando perire bona opera, ſed etiam facit quandoque bona operantem grauius peccare ex ſui mixtione in illis operibus bonis, quam ſint opera mala ab illo facta. Ex hac doctrina habetur ſenſus illorum verborum Pſal. 85. Cuſtodi me, Domine,

Nota.

Maxima cuſtodia Dei indigemus in operibus bonis, ne incidamus in peccatū ſuperbiæ.

Digitized by Google

ne, quoniam ſanctus ſum, in his verbis intendebat inſinuare Dauid, quod maiori cuſtodia à Domino opus habet quis quanto ſanctiora opera ſecundum genus facit, ne ſcilicet per ſuperbiam inde occaſionaliter indirectè naſcentem peccet grauius, quam illi, qui opera ex genere mala perpetrant. De his ergo ſanctis in hac vita non confirmatis intelligi poteſt illud D. Auguſtini in Regula, ſcilicet, quanto in gradu ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur. Nam maior gradus ſanctitatis, quantum ad extra, ideſt, ſanctiora de ſe opera facta, sũt indirecta materia maior ſuperbiendi, qui facit, vel fecit illa. Ideò talis cuſtodia adhuc maiori indiget à Deo. Ne, prout dicit Doctor ſanctus hic, per ſuperbiam grauius delinquat. Adeò magnum eſt peccatum ſuperbiæ, inquit Doctor ſanctus, in D. Paulum 1. Cor. lect. 12. vt Deus quandoque hominem in mortalia peccata cadere etiam permittat, quo ipſum à ſuperbiæ tumore, ex bonis eius operibus alias occaſionaliter naſcituro præſeruet. Hinc manifeſtè euadit, quod iuſtus, qui eſt verè humilis laudabiliter manifeſtè ſe peccatorem reputare poteſt, & debet modo declarato ſupra. Et in hoc ſenſu intelligitur dictum illud Eccleſ. 3. Quanto maior es humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo.

Inſtantia 3.

De nouo inſtat argumentator dicendo: Aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo, vtrum ſit mortale, vel veniale, & tale debet de illo, vt videtur confiteri, vt de mortali; ergo debet aliquando confiteri peccatum, quod non habet.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod iſte in tali caſu debet accuſare ſuum peccatum ſub dubitatione, ſcilicet, eo modo, quo iudicat de illo, quia quicquid committit, vel omittit, in quo dubitat eſſe peccatum mortale, peccat mortaliter diſcrimini ſe committens, & ſimiliter diſcrimini ſe committit, qui de hoc, quod dubitat eſſe mortale negligit confiteri, non tamen debet aſſerere illud mortale eſſe, ſed dubitatiuè loqui, & iudicium Sacerdotis expectare, cuius eſt diſcernere inter lepram, & lepram. Et in hoc caſu pœnitens non ſe accuſat de mortali, habens tantum veniale, ſed de mortali dubitat accuſandum, non aſſertiuè affirmando, ſed dubitatiuè illud confitendo.

Peccata dubia eo modo explicanda ſunt cõfeſſario, quo exiſtunt in corde, & non aliter.

Ex quo Porretta deducit corolarium hoc, ſcilicet, quod pœnitens peccatum ſuum debet eo modo exponere confeſſario, quo eſt in corde. Si dubitatiuè in corde, dubitatiuè in ore. Si ibi aſſertiuè, hic aſſertiuè. Si ibi plus, vel minus ad vnam partem declinando, hic plus, vel minus ad eandem partem declinando. Et quod dicitur de expoſitione delictorum per ſeipſum facta, intellige quoque de expoſitione illorum ad interrogationem confeſſarij à pœnitente facta. Inſuper etiam de omnibus, ſi qua interuenerit alia pertinentia ad forum conſcientiæ, vel ad iudicium ſacramentalis confeſſionis.

Inſtantia 4.

Vltimò inſurgit argumentator dicendo. Satisfactio ex confeſſione ordinatur, ſed aliquis poteſt ſatisfacere de peccato, quod non commiſit; ergo etiam poteſt confiteri peccatum, quod non fecit. Valet conſequentia, quia non eſt magis ratio de confeſſione, quam de ſatisfactione.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & ad probationem dicit, quod ex hoc, quod homo ſatisfacit pro peccato, quod non commiſit, non incurrit mendacium, ſi cum quis confitetur peccatum, quod non credit ſe feciſſe. Si tamen dicat peccatum, quod non fecit dum credit illud feciſſe non mentitur, & ideò non peccat ſi eo modo dicat, ſicut eſt in corde ſuo.

Pro intelligentia huius reſponſionis obſeruandum eſt, quod aliquis confiteri poteſt peccatum, quod non fecit in duplici ſenſu. Primo dicendo, ſe feciſſe, quod credit ſe feciſſe, cum tamen reuera non fecerit, hoc non eſt mendacium licet ſit falſum, deberet tamen pœnitens (vt etiam falſitatem quamcunque vitaret) dicere non quod fecerit, ſed quod credit ſe feciſſe, iuxta notata in corolario adducto pro ſolutione inſtantiæ tertiæ.

Dicere mendaciũ aduertẽter in ſacramento cõfeſſionis eſt peccatum mortale. & ſacrilegium.

Secundus ſenſus eſt, quod dicat ſe feciſſe, quod tamen credit ſe non feciſſe. Et hoc eſt mendacium, & ſacrilegium, cum ſit in foro ſacramentali, quod obſeruare debebat Magiſter Dominicus à Soto, dum loqueretur de mendacio dicto in confeſſione, prout obſeruat ibi Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & hic Magiſter Seraphinus à Porretta. Vtrouis autem modo quis dicat in confeſſione ſe feciſſe, quod non fecit, obligatus eſt ad reddendam ſibimet famam, coram eodem confeſſario dicendo, ſcilicet, Ego dixi in confeſſione vobis me feciſſe tale peccatum, & non feci illud, & (quod peius eſt) credebam me non feciſſe illud, quod tamen dum ſic crederem, dixi me feciſſe illud. Cæterum ſi credendo ſe feciſſe, dixit vtique falſum, obligatur ad ſui famæ reſtitutionem, non ſtatim (vt ille, de quo modo diximus) ſed quam primum in cognitionem venerit, quod tale peccatum non commiſit, de quo in confeſſione ſe accuſauit. Et tunc ſimpliciter dicere debet confeſſario. In confeſſione coram vobis dixi me feciſſe ſic, cum tamen non fecerim. Et cum ſolum crederem me illud feciſſe, debebam dicere. Credo me feciſſe ſic, non autem dicere, quod feci. Hæc dicta ſint pro dubio iſto, quæ doctrina permaximè eſt meditanda à confeſſoribus, & pœnitentibus. Nunc proponamus aliud dubium.

Dubium quartum.

In hoc dubio poſtulat Lector; An ſtatim homines peccatum ſuum confiteri teneantur? Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Hugo de Sancto Victore dicit hæc verba. Qui ſtatim non confitetur, à contemptu ſacramenti non excuſatur, ſed quilibet tenetur euitare talem contemptum; ergo ad ſtatim confitendum peccatum ſuum tenetur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. In Decret. lib. 5. to. 38. cap. 12. Simul determinantur tempus de confeſſione, & de ſanctiſſimæ Euchariſtiæ perceptione, tempus autem deputatum ad confitendum

dum

dum eſt tempus Quadrageſimale, & ad communicandum eſt tempus Paſchale; ergo confeſſio non obligat ad ſtatim; ergo ſicut aliquis non peccat, quia ſanctiſſimam communionem non ſuſcipit extra tempus Paſchale; ergo nec iſte peccabit ſi non confiteatur extra tempus Quadrageſimale.

Dubij deciſio pro utraque parte in bono ſenſu.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo obſeruat aliqua digna ſcitu. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & pro maiori intelligentia illarum ponit aliquos caſus, qui obligant ad ſtatim confitendum. Tertio ſoluit inſtantias partis vtriuſque.

Quo ad primum dicit; Quæſitum hoc quærere non ſolum ſi homo ad ſtatim confitendum teneatur, ſed ſi ad hoc teneatur ſub ream mortalis peccati. Similiter dicit, quod confiteri ſtatim peccatum ſit vtile, nulli dubium eſt, propterea (his relictis) ad concluſiones ponendas ſe transfert, ſuppoſita tamen hac diſtinctione, vel quæſitum eſt de propoſito confitendi, vel de actu confitendi, iuxta huius diſtinctionis membra, concluſiones ponuntur.

Statim poſt peccatum homo teneṫ habere propoſitum confitēdi, ſi adeſſet contritio.

Concluſio prima. Statim poſt peccatum homo tenetur habere propoſitum confitendi illud, ſcilicet, quando adeſt contritio peccati, vel debet adeſſe. Primo ad hoc homo tenetur in articulo mortis, in illo tenetur conteri, & habere propoſitum confitendi. Hoc enim habetur ex diffinitione contritionis, quæ eſt talis dolor pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi eſt ipſa contritio. Similiter ad tale propoſitum habendum tenetur peccator, in caſu quo debet miniſtrare, vel recipere ſacramenta. Ratio eſt, quia mundus ad illam accedere debet. Sicut dum quis habet recipere ordines ſacros, vel miniſtrare altari, vel miſſam celebrare, vel audire confeſſionem, vel communionem miniſtrare, & ſimilia. In his caſibus ſi deſit copia confeſſorum, tunc ſacerdos debet conteri, & per conſequēs habere propoſitum confitendi, aliter peccaret mortaliter, præcipuè recipiendo ſacramenta.

Diſtinctio ſecunda. Ad confeſſionem actualem faciendam dupliciter quis obligatur, ſcilicet, per ſe, & per accidens. Tunc quis ad confeſſionem actualem per accidens tenetur, quando non poteſt dignè facere id, quod intendit facere non confeſſus, ſicut ſi deberet recipere ſanctiſſimam Euchariſtiam, vel quid ſimile. Per ſe autem quiſque Chriſtianus tenetur ad confeſſionem faciendam tempore, quo eſt de præcepto Eccleſiæ. His ſtantibus, ponendæ ſunt concluſiones ſequentes.

Tēpore quadrageſimali per ſe vnuſquiſq; ad confeſſionem tenetur ad ſuſcipiendam Euchariſtiam in Paſchate.

Concluſio ſecunda. Vnuſquiſque Chriſtianus per ſe tenetur ad ſanctiſſimam confeſſionem tempore Quadrageſimali pro ſolemnitate Paſchali.

Concluſio probatur, quia ex præcepto Eccleſiæ vnuſquiſque Chriſtianus debet confiteri tempore Quadrageſimali, vt bene diſpoſitus poſſit ſanctiſſimam cōionem recipere in Paſchate, ad ꝙ tēdebat Apoſtolus, dum dicebat: Probet aūt ſeipsū hō &c.

Probat concluſionem hanc Doctor ſanctus ſic. Sicut ad baptiſmum percipiendū non tenetur quis ſtatim, poſtquam habet propoſitum ſe baptizādi; Ita quod peccet mortaliter ſi nō ſtatim baptizetur, niſi ex hac dilatione incurrat mortale, accidit, quādo cauſa dilationis mortale eſt; v.g. non baptizatur ſtatim, quia contemnitur baptiſmus, vel quia non credit, quod baptiſmus ſaluare poſſit. Tunc dilatio eſt mortale peccatum. Idem occurrit in confeſſione. Si periculum mortis imminet, etiam per ſe loquendo, obligatur tunc confiteri. In ſignum cuius Apoſtolus Iacobus ſimul edidit, vel promulgauit præceptum de confeſſione facienda, & de extrema vnctione percipienda.

Hac etiam ratione corroboratur. Confeſſio poſt peccatum mortale eſt de neceſſitate ſalutis, ſed ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, tenetur homo in hac vita implere; ergo in periculo mortis tenetur confiteri peccata ſua, alias ſatis eſt, per ſe loquēdo, cōfiteri ſemel in anno ex præcepti neceſſitate. Hoc probatur, præcepta enim affirmatiua non obligant ad ſtatim, ſed ad tempus. Et quod confirmat Doctor ſanctus de ſecularibus, docet etiam de religioſis. Si votum, vel religio illos ad aliquid vltra ſtatutum Eccleſię obligaret.

Concluſio tertia. Homo tenetur ad ſtatim confitendum poſt peccatum per accidens, puta quando debet recipere Euchariſtiam, ad quā nullus in mortali exiſtens poteſt accedere, niſi prius confeſſus, ſi adeſt copia confeſſoris.

In multis caſibus pluries in anno faciēda eſt confeſſio.

Confirmatur hoc. Nam Eccleſia, quæ errare nō poteſt, hac de cauſa obligat omnes ad ſemel in anno confitendum. Et hoc, quia inſtituit, vt ſemel in anno, ſ. in Paſchate, omnes Chriſti fideles ſacrā Euchariſtiam acciperēt, propterea ante tempus iſtud omnes confiteri tenentur. Obligatio iſta pro occaſione ſumendi ſanctiſſimam Euchariſtiam dr̄ obligatio ad confeſſionem per accidens, ad oſtendendum, quod per ſe Chriſtianus obligatur ab Eccleſia ſemel in anno. At ſi adeſt caſus ſumendi pluries in anno hoc ſacramētum, Chriſtianus diſponere ſe debet qualibet vice, talis tamen obligatio non dicitur per ſe, quia Chriſtianus extra tempus Paſchale poteſt ceſſare à receptione ſāctiſſimę Euchariſtię, & per conſequens à confeſſione, niſi hoc ex ſe ipſo obligaſſet voto, vel religione ad pluries in anno ſumendam Euchariſtiam. Per ſe igitur quilibet Chriſtianus tenetur ad confeſſionem ſemel in anno tēpore Paſchatis. Per accidens autem toties quoties voluerit ſumere ſanctiſſimam Euchariſtiam, vt dignè illam recipiat. Vnde Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod Chriſtianus ſatisfacit Eccleſiæ ſi ſemel in anno confitetur peccata ſua, licet confeſſio eſſet facta in menſe Iulij, vel Auguſti. Tum, quia ſub eodem præcepto Chriſtianus tenetur ſumere Euchariſtiam tempore Paſchæ, tunc per accidens tenetur confiteri, vt dignè recipere poſſit tale, ac tantum ſacramentum. Si autem legitimo impedimento impediretur à ſumptione ſanctiſſimæ Euchariſtiæ in Paſchate non teneretur confiteri vſque ad annum, quo confeſſus eſt, ſemoto articulo mortis.

Confeſſio facta in quacūque parte anni ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

Impugnatio

Argumentator non admittit primam concluſionem, inquit enim cum Gulielmo Pariſienſi. Homo

in periculo mortis tenetur ad ſtatim confitendum, ſed homo ſemper eſt in periculo mortis; ergo ſi eſt in peccato, ſemper tenetur ad ſtatim pœnitendum; ergo ad confitendum.

Confirmatur hoc, dum homo eſt peccato, peccatum illud trahit ad aliud, & ſic abyſſus abyſſum inuocat; ergo ſub reatu mortalis tenetur ad ſtatim confitendum.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod non omne periculum mortis inducit peccatum mortale, ſed tantum periculum præſentaneum. Magna pericula ſunt pergere ad bellum, ponere ſe ad longas nauigationes, Magnum periculum mortis eſt partus, tortura acerba, & ſimilia. Omnes qui conſtituti ſunt in aliquo iſtorum periculorum, vtique tenentur ſe reconciliare Deo. Ad confeſſionem accedere ſi poſſunt ſub reatu mortalis. Ad quam confeſsionem ſtatim faciendam non tenetur ſub reatu mortalis peccati homo in periculis minimis, & conſuetis exiſtens, licet optimum conſilium ſit reconciliare ſe Deo pluries in anno, immò in menſe, & forſitan in hebdomada, & in die. Cum ſepties in die cadat iuſtus, ex teſtimonio Sapientis.

Caſus particulares.

Duo collectiuè excuſant ſacerdotē celebrans, dum ī mortali exiſtit ante confeſſionem.

AD hoc, quod aliquis accedere poſsit ad ſanctiſsimam communionem, ſiue ad celebrandam Miſſam abſque actuali confeſsione, dum in mortali exiſtit ex Concilio Tridentino, ſeſsione 13. can. 11. & cap. 7. duo requiruntur. Primo, quod non poſsit habere copiam confeſſorum. Secundo, quod ſit vrgens neceſsitas celebrandi. Hæc duo collectiuè requiruntur. Nam ex ſacro Concilio vnum non ſufficit ſine alio. Nam ſi non adeſt confeſſor, & non adeſt neceſsitas celebrandi, non celebret pro tunc, quoadusque ſit à peccatis abſolutus. Si adeſt confeſſor prius confiteatur, & poſtea celebret.

Caſus varij.

Obſeruandum autem eſt, Primò, quod ſi ſacerdos non eſt in mortali, celebrare poteſt, & debet, cum veniale non impediat. Si eſt in mortali, & tenetur celebrare, quia eſt dies feſtus, vel habet obligationem celebrandi illo die, vel quia ſi non celebraret cauſaret ſcandalum in populo, vel diffamaret ſeipſum de aliquo crimine.

Secundus caſus eſt neceſsitas, quæ ex officio pendet; verbi gratia, Plebanus ruſticus exiſtit in mortali, ſed non habet, cui confiteatur peccata ſua, cum non habeat ſacerdotem, niſi longe diſtantem, ad quem pro illo tunc impoſsibile eſt adire. In tali caſu doleat de peccato, gemitibus poſtulet contritionem à Deo, & humiliter accedat ad altare, & celebret, maximè in die feſto hoc faciat ſemel, vel bis, ſed non pluries (remota quacunque fraude) quia ſi poſſet adire eodem die ad pedes confeſſoris, teneretur hoc facere ſub reatu mortalis, ne alia vice reciperet ſanctiſsimam Euchariſtiam in mortali. Si autem ſacerdos ille eſſet in concubinatu, vel in alio vitio debet ſaluti animæ ſuæ conſulere. Et quamdiu non remouet à ſe occaſionem peccandi abſtineat à ſacris, ne propter bona temporalia admittat æterna, & incurrat damnationem perpetuam. Si enim hoc fecerit, ædificabit populum ſuum, fugiet nouum peccatum, & obſeruabit præceptum Apoſtoli dicentis. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Tamquam ſi expreſsè dicere vellet, Manducans illum panem non probatum à ſeipſo, manducat indignè, & ex conſequenter mortaliter peccat, immò ſacrilegium maximum committit. Scis o Sacerdos, o Chriſtiane, quando probas teipſum? Hoc facis, quando mediante confeſſione ſacramentali diſcuſſionem facis tuæ conſcientiæ, & illa expurgata cum maxima reuerentia ad ſanctiſſimum illud ſacramentum accedis. Sed quando ad tale, & tantum ſacramentum accedis in mortali, tibi manducas iudicium, vt alter Iuda, & melius tibi eſſet ſi natus non fuiſſes, propterea interroga teipſum, & inuenies vnde ſis ſcius.

Declarat dictum Apoſtoli, p cōionis ſuſcipientib. ſ. probet aūt ſeipſum homo &c.

Tertius caſus, in quo licet communionem accipere abſque confeſſione, eſt de infirmo, qui neque voce, neque ſigno, neque nutu poteſt in articulo mortis exprimere aliquod peccatum, dummodo aliquod ſignum contritionis oſtendat. In illo caſu debet abſolui ab excommunicatione, ſi aliquo modo incurriſſet, & dare ei viaticum, ne deficiat in via, niſi timeatur de vomitu.

In articulo mortis licet cōicari infirmus, qui nequit cōfiteri, dum oſtēdit ſigna contritionis.

Sententiam iſtam approbat Magiſter Dominicus à Soto, Nauarrus, immò Concilium Tridentinum ſeſſione 14. cap. 7. non explicitè, tamen ex illo colligi poteſt, ſed expreſſius, cap. 15. apud Nauarrum cap. 26. num. 27.

Caſus quartus, in quo licet communionem ſanctiſſimam accipere, abſque actuali confeſſione, eſt de ſacerdote celebrante actualiter, cui in memoria venit culpa commiſſa. Iſte, inquit Diuus Thomas, 3. par. quæſtione 83, articulo 6. ſatis eſt, vt habeat contritionem, & propoſitum confitendi quamprimum. At ſi ſine ſcandalo poſſet confiteri ad altare exiſtens hoc facere debet, ſin autem confiteatur ſtatim, antequam de nouo celebret. Difficultas eſt, ſi ſacerdos tunc non conteritur. Tunc (ſi eſt in tempore) ceſſare debet ab incepta celebratione, ſi ſine ſcandalo hoc facere poſſit, hoc idem ſeruare debet, dum recordatur ſe innodatum eſſe aliqua excommunicatione. Si hoc ſine ſcandalo facere non poteſt, humiliet ſe Deo, cordeque eum roget, vt pareat illi peccata ſua, & petat contritionem delictorum ſuorum. Hoc etiam facere debet, ne ſacrificium maneat imperfectum. Et vt ipſe ſacerdos euitare poſſit huiuſmodi pericula obſeruet præceptum D. Pauli. Probet autem ſeipſum &c.

Sacerdos celebrans, ſi nō poteſt cōfiteri peccatum, quod ad memoriam ſibi venit cōteratur pro tunc.

Caſus quintus eſt circa illum, qui habet caſum reſeruatum Prælato abſenti, & tenetur celebrare, vel cōionem accipere pro ſolēnitate Paſchali, iſte abſque abſolutione à tali caſu poteſt accipere ſanctiſſimam Euchariſtiam (his ſeruatis infallibiliter) Primum omnium requiritur in iſto contritio, non

com-

communis, ſed perfecta, qua homo probabiliter, vel coniecturaliter exiſtimat ſe miſericordiam Dei eſſe conſecutum. Secundum, quod ſit confeſſus integrè coram ſacerdote inferiori, ab eoque ſit abſolutus ab his, de quibus poteſt illum abſoluere, & remiſſis, quo ad reſeruata ad ſuperiorem, apud quem cum omni diligentia requirat abſolutionem ſemel (ex ſententia Magiſtri Dominici à Soto in 4. diſtinct. 12. quæſt. 1. artic. 4. penultima columna, & diſtinct. 18. quæſt. 2. articulo quinto, pagina 847.) Si autem non obtinuit poteſt, inquit, admitti ad communionem pro ſaluanda fama illius ſemel, & non amplius, ne daretur in reprobum ſenſum. Niſi annexa eſſet excommunicatio Papalis, vel caſus eſſet notorius, in quibus caſibus ad ſanctiſſimam communionem non eſſet admittendus, nec ſemel, nec amplius, quoaduſque obtineat abſolutionem, quia ex iure diuino, & naturali, excommunicatis prohibita eſt communio. Cum dicat Dominus: Nolite ſanctum date canibus; propterea illi, qui occultiſſimè reperiuntur ligati his vinculis accedere non debent ad ſanctiſſimam communionem, ſed aliqua excuſatione legitima abſtinere, puta odij, inimicitiæ &c. Et hoc interim procurare abſolutionem. Et licet aliqui teneant, quod quando excommunicatio eſt occultiſſima, vel irregularitas, quod exiſtens in tali cenſura ne diffamaret ſeipſum, & poneret vitam ſuam in aliquo maximo periculo, poſſe intereſſe diuinis officijs, & celebrare etiam.

Excõicatus nullo modo admittendũ eſt ad cõionem, habens caſum reſeruatum ſemel admitti põt.

Opinio iſtorum ſuſtentabilis eſt, quo ad primum, non autem quo ad ſecundum. Impedimentum primum eſt de iure poſitiuo, ſcilicet, vt irregulares, & excommunicati non poſſint intereſſe diuinis; quo ad ſecundum, opinio non eſt ſuſtentabilis, quia eſt de iure diuino, quod anteponendum eſt iuri humano. Dixit enim Dominus: Nolite date ſanctum canibus; & factum Iudæ traditoris oſtendit excommunicatum ſine ſui vltima ruina, non poſſe Euchariſtiam ſumere. Nam & ipſe excommunicatus erat, dum vendiderat Magiſtrum ſuum Iudæis, & tamen auſus eſt ſumere corpus Chriſti Domini, & fuit damnatus.

Caſus ſextus, & vltimus, in quo pœnitens abſque confeſsione actuali (dummodo ſibi videtur eſſe contritus, poteſt ſumere Euchariſtiam) eſt quando pœnitens habet iuſtam cauſam non manifeſtandi ſuum delictum tali confeſſario, nec poteſt habere alium, qui audiat eius confeſſionem, cui ſyncerè, & liberè confiteri poſſit peccata ſua; v.g. ſi adeſſet periculum animæ, vitæ, vel famæ ipſius pœnitentis, puta ſi puella manifeſtaret ſacerdoti animum ſuum contaminatum erga illum, vel alium timeret ne ſolicitaretur ab eo de turpitudine; vel ſi pœnitens occultè occidiſſet conſanguineum, vel amicum ſacerdotis, vel concubuiſſe cum ſorore, vel matre, vel conſanguinea confeſſarij, timeret rationabiliter, vel ſaltem probabiliter, quod ſacerdos manifeſtaret eius homicidium, vt cohors contra illum, tanquam contra homicidam procederet, vel quæreret vindictam de oppreſſione conſanguineæ ſuæ. Si iſte non poteſt obtinere licentiam ſe confitendi alio confeſſario, debet facere, quod in ſe eſt, vt confeſſio ſit integra, & ne accedat cum peccato ad ſanctiſſimam communionem, inquit Doctor ſanctus, primò recurrat ad ſuperiorem, quando ad ſuperiorem addire non poteſt, nec obtinere valet licentiam à ſuo prælato, eundi ad alium ſacerdotem ad expurgandam ſuam conſcientiam: In tali caſu efficitur de numero illorum, qui copiam confeſſoris non habet, debet conteri de peccatis ſuis, & cum lachrymis ſuſcipere corpus Chriſti, vel debet acceptare conſilium Sylueſtri, Hoſtienſis, & Paludani, ſcilicet, debet addire ad alium ſacerdotem, & confiteri illi peccata ſua, abſque licentia ſui ordinarij, & oſtendere illi, quare non accedat ad ſuum ordinarium, in quo caſu poteſt abſolui à non ordinario. Ratio eſt: quia in tali caſu non tenet decretum illud de confitendo proprio ſacerdoti; vel benè faceret iſte ſi confiteretur ſacerdoti ſuo peccata illa, quæ non ſunt ſub periculo, cum propoſito confitendi omnia vni confeſſario, de quo non timet aliquod periculum, prout inſinuat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, verbo, Confeſſio: quia, inquit, illi non adeſt copia confeſſoris. Ad integram tamen confeſſionem tenetur, quamprimum habeat copiam confeſſoris, quam faciliter habebit, ſi ſe præſentat Epiſcopo, vel illius Pœnitentiarij, vel Prælato ſuperiori, nec poteſt iſte differre confeſſionem ad annum. Immò optimum eſt anticipare tempus, & non expectare Quadrageſimam obtinere à ſuperiore abſolutionem illorum peccatorum, circa quæ adeſt periculum, & tempore ſuo confiteri liberè alia peccata proprio Parocho.

In mortali exiſtens aliquãdo ex culpa cõfeſſarii poteſt ſumere Euchariſtiam, etiam quod confeſſio non ſit integra.

In miniſtratione etiam ſacramentorum Eccleſiæ vtile eſt accedere (purgata conſcientia per confeſſionem, ſi adeſt peccatum mortale.) Non tamen hoc eſt neceſſarium, cum ad hoc ſufficiat contritio: nihilominus, quia nullus eſt certus ſe habere contritionem, & in contritione includitur propoſitum confitendi, & etiam quia vt in pluribus homo in confeſſione ex attrito fit contritus, laudabile eſt, vt miniſter Eccleſiæ ad tale miniſterium ſe præparet per confeſſionem.

Adminiſtrãda ſacramẽta Eccleſiæ neceſſaria ẽ cõtritio peccatorum, cõfeſſio autem eſt maximè vtilis.

Quæſita aliqua. Primum.

QVærit enim Lector vnà cum Magiſtro Soto; Vtrum, qui ſemel in anno confeſſus eſt, & (ſine ſua culpa) oblitus eſt alicuius peccati, teneatur cum primum illud peccatum ad memoriam venerit, pergere ad confitendum illud. An licitè poſſit differre confeſſionem illius vſque ad annum ſequentem? cum iam fecerit, quod in ſe erat, vt ſatisfacere præcepto diuino, & Eccleſiæ ſimiliter?

Theologus vt doctrina clarior ſit, diſtinguit dicendo: Vel iſte oblitus eſt illius peccati culpa ſua, vel non. Si culpa ſua, quia non diligenter præparauit ſe ante confeſſionem, tenetur ad ſtatim confitendum. Si hoc accidit ſine ſua culpa, poteſt differre confeſſionem illius vſque ad

Quæſiti ſolutio.

Peccatū obliuiū in cōfeſſione ſtatim, quod ad memoriam venerit eſt confitendum de neceſſitate, vel ex conſilio.

annum ſequentem. Niſi adueniat caſus mortis, vel ſumendi Euchariſtiam, in quibus caſibus non poteſt differre confeſſionem, vt alias dictum eſt. Quod autem non teneatur ad ſtatim, patet; quia iam toto ſuo poſſe ſatisfecit præcepto Eccleſiæ. Addam tamen ego, conſilium eſſe ad ſtatim confitendum, ad remouendum talem vermem rodentem conſcientiam, & quia memoria labilis eſt, & bonum, & laudabile eſt, quam primum expellere à domo ſua inimicum crudelem, qualis eſt peccatum.

Quæſitum ſecundum.

LEctor ſecundo quærit; Si ille qui in Quadrageſima non eſt confeſſus, tranſacta Quadrageſima ſtatim teneatur confiteri peccata ſua?

Quæſiti ſolutio.

Huic quæſito Magiſter Socus per diſtinctionem ſatisfacit dicit enim. Vel non confiteri in Paſcha, & habet adiunctam excommunicationem, vel non. Si habet adiunctam, vt adiungi ſolet, homo ille negligens elapſo anno ad ſtatim confiteri tenetur, quia non poteſt abſolui ab excommunicatione, donec confiteatur.

Qui non eſt confeſſus in Paſchate, tenetur confiteri quamprimum, nec poteſt differre cōfeſſionem vſque ad aliū annum.

Secundo dicit, dato quod non haberet annexam excommunicationem, etiam iſte tenetur ad ſtatim, vel ad quamprimum confitendum, aliter inquit ſequeretur, quod quis ſine confeſſione in regratiam recipere poſſet per ſpacium totæ vitæ ſuæ. Ratio aſſignatur: quia ſufficeret ei conteri de peccato, cum propoſito confitendi in anno ſequenti, & ſi non confiteatur anno illo, ſatis eſſet ei proponere confiteri in alio anno, & ſic in alio, quod nullo pacto eſt dicendum: multis de cauſis hoc patet. Primo, quia videretur contemnere præceptum Eccleſiæ. Secundo, quia temerarius iſte eſſet multum ſecurius iudicando de ſua contritione pluſquam deberet. Tertio, quia Eccleſia merito in ſuſpicionem fidei illius poſſet deuenire, & acriter illum punire. Hoc idem ratione manifeſtatur ſic. Natura præcepti ex intentione præcipientis penſanda eſt: Intentio autem ex fine præcepti ſumitur; Finis autem præcepti confeſſionis eſt reconciliatio hominis cum Deo. Et quia pręceptum hoc, ex decreto Eccleſię obligat ad ſemel confitendum in anno ſub reatu noui peccati: ſignū ergo eſt, quod negligens non ſolum tranſacto illo termino peccat mortaliter, ſed aggrauatur eius peccatum, quoadusque obediat Eccleſię. Et addit. Non dico, quod quotidie nouum peccatum committat, ſed quod manet in primo, & quod eius peccatum ſemper aggrauatur. In cuius ſignum contra huiuſmodi contumaces Antiſtites excommunicationis cenſuram ponunt, vt grauitatem peccati illorum oſtenderent.

Præceptum enim confeſſionis vtique eſt affirmatiuum, ſicut præceptum communionis, tamen includit negatiuum. Nam finis eius eſt, vt vltra annum nemo in inimicitia Dei permaneat. Et accidit caſus in propoſito, ſicut de debitore obligato ad ſoluendum tali tempore, puta tempore Paſchatis, ſi non ſoluat non eſt liber à debito, manet certè debitor. Sic accidit in propoſito noſtro. Iſte manet omiſſionis reus, quoadusque ſatisfaciat Eccleſiæ. Iſtis ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod Hugo de Sancto Victore loquitur de illis, qui ſunt in periculo mortis, & non quærunt confiteri: non autem loquitur de illis, qui ſtatim poſt peccatum non confitentur, ſi habent propoſitum confitendi tempore debito. Primi enim videtur contemnere ſanctiſſimum Sacramentum, quod non faciunt ſecundi. Concluſio loquitur de ſecundis dicendo, quod non tenentur ſtatim ad confitendum actualiter, modo habeant propoſitum confitendi tempore ſuo. — Inſtant. ſolutio.

Argumentator huic reſponſioni ſe opponit dicendo: Maiorem diligentiam adhibere debemus ad remouendum morbum ſpiritualem, quam ad cauendum morbum corporalem, ſed ſi infirmus corporaliter tardat recurrere ad medicum, & recipere medicinam, manet in periculo ſuæ ſalutis; ergo & ille, qui in peccato eſt, debet ſtatim ad confeſſionem recurrere, ne incidat in mortem animæ ſuæ. — Inſtantia 2.

Theologus ex doctrina dicta ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod quando adeſt neceſſitas mortis, vel ſumendi ſanctiſſimam Euchariſtiam tam ad confitendum ſtatim tenetur quiſque, ſicut qui eſt in periculo mortis corporalis tenetur recurrere ad medicum. At extra talem neceſſitatem non tenetur ad ſtatim confitendum, benè ad confitendum tempore ſuo, ſcilicet, quadrageſimali, pro ſolemnitate Paſchali. — Inſtant. ſolutio.

Non acquieſcit argumentator, de nouo inſtat dicendo: Quod ſine termino debetur, ſtatim debetur, ſed ſine termino peccator Deo confeſſionem debet; ergo ſtatim poſt peccatū debet illā facere. — Inſtantia 3.

Theologus negat Minorem huius inſtantiæ, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod præcepta affirmatiua non obligant ſemper, & ad ſemper, ſed pro ſuo tempore. Pręceptum autem de cōfeſſione eſt affirmatiuum pro tempore Paſchatis, In articulo mortis, & quando ſumenda eſt Euchariſtia, vnde nihil concludit argm̄ contra nos, Hæc ſint pro dubio iſto, accedamus ad vltimum. — Inſtant. ſolutio.

Dubium quintum.

LEctor in hoc dubio quærit; Vtrum Papa poſſit cum aliquo diſpenſare ne homini confiteatur? Et rationes adducit pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Præcepta quæ ſunt de iure poſitiuo ſubiacet Prælatis Eccleſiæ, præcipuè Papę. Sed confeſſio eſt de pręcepto Eccleſię, prout oſtenſum eſt in dubio ſecundo huius diſputationis; ergo ſubiacet diſpoſitioni Pręlatorum; ergo in eo Papa diſpenſare poteſt. — Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Pœnitentia, cuius pars eſt cōfeſſio, eſt ſacramentū neceſſitatis, ſicut — Partis negatiuæ probatio.

ſicut baptiſmus, prout videbimus in diſputatione de pœnitentia. Sed in baptiſmo nullus diſpenſare poteſt; ergo neque in confeſsione. Valet conſequentia. Nam ſicut Dominus dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto. Ita dicit: Niſi pœnitentiam egeritis.

Dubij deciſio pro parte negatiua primo, ſecundo pro affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Papa non poteſt omninò aliquem diſpenſare à ſacramento cõfeſſionis.

Concluſio prima. Papa non poteſt diſpenſare à præcepto confeſsionis aliquem, prout eſt de præcepto diuino, vel prout eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, vel quod in idem reddit Eccleſia, ideſt, Papa, vel Concilium non poteſt diſpenſare ſuper ſubſtantiam præcepti confeſsionis, vt quiſque nunquam confiteri teneatur.

Probatur concluſio iſta. Nam præceptum confeſsionis, vt conſtat ex antedictis, eſt de iure diuino. Inferior autem ſuper legibus ſuperioris diſpenſare non poteſt. Lex autem diuina ſuperior eſt in ordine ad Papam, & ad Concilium; ergo Papa, vel Concilium non poteſt diſpenſare, quo ad illa, quæ ſunt ordinis diuini; ergo neque quo ad confeſsionem ſacramentalem.

Confirmatur concluſio iſta ſic. Confeſsio non ſolum eſt de iure diuino, vt conſtat, verum eſt pars ſacramenti. Sacramenta autem velut, & diuina ſcriptura ſunt Eccleſiæ fundamenta; ergo in his nec Papa, nec Concilium poteſt diſpenſare ſimpliciter.

Probatur hoc. Nam miniſtri Eccleſiæ non ſunt inſtituti ad fundandam Eccleſiam. Cum Chriſtus Dominus illam fundauerit, nec non ædificauerit, teſte D. Paulo 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Eccleſia fundata eſt in ſacra Scriptura, & in Sacramentis; ergo Papa, vel Concilium in his non poteſt. Papa, vel Concilium non poteſt noua ſacramenta inſtituere, aut inſtituta remouere, ſicut nec nouam fidem, cum ipſe Papa poſitus ſit miniſter in Eccleſia à Chriſto Domino fundata; per conſequens Papa non poteſt totaliter diſpenſare aliquem ab obligatione confeſsionis. Nam ſi hoc faceret, remoueret ſacramentum confeſsionis diuinitus inſtitutum, vel nouum quid pro ſacramẽtum inſtitueret, quod omninò facere non poteſt. Hoc.n.confirmat Magiſter Dominicus à Soto dicẽdo. Si Papa hoc faceret abuteretur clauibus, & vltra hoc grauiter peccaret. Et ſubdit; Tantus poſſet eſſe abuſus, vt diſpenſatio non teneret, maximè in re tanti momenti, quanta eſt pœnitentię ſacramentum. Doctrina vtique obſeruanda.

Magiſter Seraphinus à Porretta pro maiori intelligentia dictorum manifeſtat differẽtiam repertam inter inſtituere ſacramenta, & inter ordinare aliquid circa ſacramenta inſtituta dicendo. Aliud eſt noua ſacramenta inſtituere, aut inſtituta mutare. Et aliud eſt aliquid circa ſacramenta diuinitus inſtituta ordinare, primo facere non poteſt Eccleſia, benè ſecundum. Hoc manifeſtat ſacrum Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. dicendo. Hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe in ſacramentorum diſpenſatione, vt ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatuere, vel mutare, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum venerationi ſacrarum pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, qui ait. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Ecce quod Papa, & Prælati, tanquam miniſtri Eccleſiæ, multa poſſunt ordinare circa ſacramenta Eccleſiæ. Magiſter Dominicus à Soto dicit, ex doctrina D. Th. in 4. diſt. 17. q. 3. a. 1. quęſtiuncula 5. Chriſtus habet in Eccleſia poteſtatem excellentiæ, & ſupra poſita fundatione Eccleſiæ, & inſtitutione ſacramentorum. Prælatis ſed primò Apoſtoli conſtituti ſunt eius miniſtri, qui fundatam Eccleſiam ritè, & rectè gubernarent, velut ad operationem rerum naturalium ſupponitur earum ſupernaturalis creatio, quare miniſtri Eccleſię non poſſunt fundamenta Eccleſiæ mutare, ſed diſpenſare, prout innuit Apoſtolus ſupra, quo in loco diſpenſare non ſumitur pro excipere quemquam à lege diuina, ſed pro eo, quod eſt adminiſtrare, ex quibus patet notitia primæ concluſionis. Nunc ponatur ſecunda.

Papa poteſt diſpenſare in confeſſione, quo ad tẽpus .i. tẽpus prolungare, puta ad biennũ.

Concluſio ſecunda. Papa poteſt diſpenſare in confeſſione, ſecundum quod obligat de præcepto Eccleſiæ, vt poſſit quis diutius confeſſionem differre, quam ab Eccleſia inſtitutum eſt.

Ex qua concluſione, ex ſententia Doctoris Angelici habetur, quod Eccleſia non inſtituit ſacramentum pœnitentiæ, ſeu confeſſionis, ſed quod de tempore confeſſionis præcipit. Poteſt enim Papa diſpenſare quis (ſi rationabilis ſubeſſet cauſa) puta per biennium, vel triennium, prout clarè habetur ex Concilijs apud Porrettam in ſuo corollario.

Pro maiori intelligentia huius concluſionis obſeruandum eſt, quod Papa, vel Concilium generale diſpenſare poteſt in tempore, cum aliqua ſingulari perſona, verbi gratia, cum Eremita, qui ab humano conſortio ſe ſeparauit, vt ſcilicet confiteatur ſemel in biennio, vel triennio. Hoc idem facere poteſt cum ipſo Papa, niſi adeſſet ſcandalum.

Ista diſpenſatio nullus alius à Papa facere poteſt, qui eſt Vicarius Chriſti in terra. Et Concilium generale, quod repræſentat totam Eccleſiam, & habet authoritatem Papæ. De his ſatis ſit dictum, nunc autem inſtantiæ pro parte affirmatiua adductæ, & adducendæ, ſunt ſoluendæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ pro parte affirmatiua dubij adductæ dicit, ꝙ diſtinguendum eſt de præcepto. Nã præceptũ aliꝙ eſſe de iure poſitiuo, ſtat dupliciter, vno mõ ſimpliciter, alio modo

non ſimpliciter. Papa poteſt diſpenſare, quo ad illa omnia præcepta, quæ ſunt de iure poſitiuo ſimpliciter, non autem quo ad ea, quæ ſunt de iure poſitiuo non ſimpliciter, ſcilicet, poſitiuo diuino. Cōfeſſio data eſt à Deo, tempus autem confeſſionis terminatum eſt ab Eccleſia, propterea Papa diſpēſare poteſt, quo ad id, quod eſt ab Eccleſia, ſcilicet, poteſt diſpenſare cum aliquo ne confiteatur in Paſchate, vel ſemel in anno. Non poteſt tamen diſpenſare, quo ad id, quod eſt de iure diuino, ſcilicet, quod aliquis nunquam confiteatur, vel quod non confiteatur in articulo mortis, vel dum vult accipere ſanctiſſimam Euchariſtiam.

Inſtantia 5. Argumentator non admittit diſtinctionem illam, inquit enim. Id quod ab homine inſtitutum eſt, poteſt per hominem diſpenſari. Confeſſio ſacramentalis, inſtituta eſt ab homine, ſcilicet, ab Apoſtolo Iacobo dicendo in vna ſua Epiſtola, ſeu in quinto capitulo ſuæ Epiſtolæ. Confitemini alterutrum, vt ſaluemini; ergo à confeſſione Papa poteſt diſpenſare.

Probatur hoc. Papa diſpenſare poteſt in his, quę ſunt per Apoſtolos inſtituta, vt patet de bigamia; ergo poteſt diſpenſare cum aliquo, ſcilicet, ne confiteatur alicui homini.

Inſtant. ſolutio. Theologus dicit Minorem huius inſtantiæ eſſe falſam, ſcilicet, quod præceptum de confeſſione ſit ab homine puro; fuit enim inſtitutum à Chriſto, qui eſt Deus, & homo, & hoc fecit, quando ordinauit miniſtros huius Sacramenti, tunc inſtituit Sacramentum vnà cum miniſtris eius. Poſtea Apoſtolus Iacobus promulgauit præceptum confeſſionis datum à Chriſto Domino. Hoc enim confirmat ſacrum Concilium Trid. ſeſſ. 7. can. 1. dicendo. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta anathema ſit.

Inſtantia 6. Inſtat de nouo argumentator dicendo: Dato, quod confeſſio ſit de iure diuino, etiam Papa in illo poteſt diſpenſare, & probat hoc à ſimili. Papa poteſt diſpenſare in votis, vt patet. Votum eſt de iure naturæ, & diuino, ex teſtimonio Dauid in Pſalmis. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro, ideſt, ſi votum emiſeritis, reddite illud Domino.

Ex iam dictis ſoluitur inſtantia iſta dicendo primò, quod admiſſo, quod Papa poſſit quodammodo diſpenſare in iure diuino, non poteſt tamen diſpenſare in his, quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum cum illa ſint fundamenta Eccleſiæ. Secundo dicit, quod Papa non poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de mero iure diuino, ex ſententia Doctoris Angelici 2.2. quæſt. 68. art. 10. & ex ſententia Magiſtri Dominici à Soto lib. 7. de iuſtit. & iure, quæſt. 4. art. 1. prout clarius habebimus in diſputatione de voto. Pro nunc autem dicitur ad inſtantiam factam de voto, quod quando Papa diſpenſat in uoto, non diſpenſat in iure diuino, ſed declarat, quod qui uotum emiſit non teneri ad illud propter melius bonum, declarat id, quod cadebat ſub obligatione determinationis humanæ non rectè eſſe factum, & per conſequens, quod qui nouit, non teneri ad obſeruationem non illius. Et idem

Inſtant. ſolutio.

facere poteſt Papa in cauſa iuſta, quo ad diſpenſationem iuramenti tollendum uinculum, quatenus ab homine procedit.

Impugnatio. Inſurgit argumentator dicendo, contra hanc reſponſionem. Si Papa poteſt diſpenſare in uoto, quatenus proceſſit ab homine, tanquam ſi impediret maius bonum; ergo eadem ratione poterit diſpenſare ſuper matrimonio rato, & non conſumato. Cum & ipſum ex humanis uoluntatibus contrahentium dependat.

Impugnationis ſolutio. Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo: Quod per uotum ſimplex homo nec ſua, nec ſe tradidit Deo, ſed promiſit aliquid, ideò Dei Vicarius poterit illum (iuxta de cauſa) liberare à promiſſione illa, eamque remittere. In matrimonio autem res non ſic ſe habet. Nam ambo ad inuicem ſe tradiderunt, feceruntq. uinculum inſolubile omninò. Veluti ſicut qui religionem ſolemniter vouit, quod uotum neque per Papam eſt diſpenſabile, prout clarius loco ſuo, ſcilicet, in diſputatione de voto uidebimus. Nunc his relictis, ſoluenda ſunt argumenta præſentis caſus pro parte negatiua adducta, & adducenda.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. THeologus primo argumento pro caſu adducto dicit, uerum eſſe, quod gratiæ infuſio ſufficit ad culpæ remiſſionem, tamen nullus recipit gratiam, niſi mediante confeſſione ſacramentali in re uel in uoto, ut accidit contrito, propterea ille, cui infuſa eſt gratia abſque confeſſione in re, tenetur ad illam, ut alias dictum eſt, ex quo apparet neceſſitas confeſſionis ſacramentalis. Declarat autem Doctor ſanctus hanc neceſſitatem dicendo, quod poſt infuſionem gratiæ adhuc pęnæ temporalis eſt debitor peccator, quæ pœna relaxatur per confeſſionem, uel propter erubeſcentiam confeſſionis, uel propter uim clauium, quibus pœnitens ſe ſubiecit, tertio ex ſatisfactione facta ex ordine confeſſarij. Confeſſio enim in re, ut patet ex iam dictis loco ſuo, tollit pœnam temporalem in toto, uel in parte, & ſi repetatur confeſſio ex humilitate, poteſt remitti tota pœna temporalis.

Infuſio gratiæ ſit per cō feſſionem in re, vel in voto, at efficacius per confeſſionem in re.

Ad id, quod in argumento de Petro, de Magdalena, & de alijs, quod addit poſſit, quibus dimiſit Chriſtus peccata, abſque confeſſione ſacramentali, ſatisfacit Doctor ſanctus dupliciter. Primo dicit, quod negari poteſt, quod iſti non ſint confeſſi peccata ſua, licet non conſtet hoc, quia ex incerto non licet deſtruere certum. Nam argumentum ab authoritate negatiua non tenet. Secunda reſponſio eſt, quod dato, & conceſſo, quod Chriſtus Dominus remiſiſſet peccata abſque ſacramento confeſſionis: Et quod Petrus, Magdalena, & alij à Chriſto hoc obtinuiſſet, negatur quod alij recipere illam poſſint abſque ſacramento confeſſionis in re, uel in uoto. Et ratio aſſignatur. Nam Chriſtus Dominus habebat poteſtatem excellentiæ, quod nullus alius habuit, ille non erat alligatus ſacramentis, propterea poterat dimittere peccata, & ſacramentis mediantibus, & ſine illis; hoc autem facere

Chriſtus Dominus poterat dimittere peccata ſine ſacramentis, & cum illis.

non

Digitized by Google

non poteſt Sacerdos, qui eſt miniſter ſacramentorum, & non habet poteſtatem excellentiæ.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector contra prædicta, & format ſecundum argumentum dicendo: Si confeſſio eſſet ſacramentum, vel eſſet talis in veteri lege, vel in noua. In nulla illarum reperitur; ergo non eſt de iure diuino, quod non pertineat ad veterem legem certum eſt. In noua non reperitur. Dominus non dedit præceptum de confeſſione, ſed apertè dixit. Si vis ad vitam ingredi ſerua manda; ergo confeſſio ſacramentalis non eſt neceſſaria, cum non ſit de præcepto.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat Minorem huius argumenti. Confeſſio enim eſt de iure diuino in vtroque teſtamento, vt ſacramentum eſt de iure diuino in lege Euangelica, prout iam diximus habetur in Io. 20. & in Matth. 16. & in 5. cap. Iacobi Apoſtoli; vnde ad dictum Domini adductum à Lectore. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Dicitur, quod Dominus dixit verba illa iuueni, qui arbitrabatur iuſtus. Iuſtus enim ad hoc, vt peruenire poſſit ad vitam æternam, ſatis eſt, vt ſeruet diuina mandata. Nam per talem obſeruantiam, & conſeruatur in gratia Dei, & acquirit poſſeſſum vitæ æternæ. Peccatori autem hoc non ſufficit, oportet quod per pœnitentiam deleat peccata ſua, & poſtea, quod quærat totis viribus ſeruare mandata diuina, quod facere non poteſt ſine Dei gratia, vnde apparet neceſſitas confeſſionis ſacramentalis.

Argumẽtum tertium.

Non acquieſcit Lector, format vltimum argumentum contra prędicta dicendo. Si ſacramentum confeſſionis, vel ſacramentalis confeſſio eſſet neceſſaria, ad omnes homines ſe extenderet, & per conſequens eſſet de iure naturæ, ſed non eſt de iure naturæ; ergo talis confeſſio non eſt neceſſaria; ergo non eſt ſub præcepto.

Antecedens conſtat: quia nullus poteſt ſaluari ſine pœnitentia. Et Deus vult omnes homines ſaluos fieri; ergo non poſſunt ſaluari ſine confeſſione, quod autem confeſſio non ſit de iure naturæ probatur, quod eſt de iure naturæ ad omnes homines ſe extendit, tam fideles, quam infideles, tali ſacramento infideles non ſunt capaces, cum careant baptiſmo, quod eſt ianua omnium ſacramentorum; ergo confeſſio non eſt de iure naturæ, ſicut nec claues Eccleſiæ ſunt de iure naturæ.

Argumenti ſolutio.

Theologus reſpondet huic argumento dicendo, quod in ſolutione huius argumenti non oportet demorari; Iam enim dictum eſt, quod confeſſio ſacramentalis non eſt de iure naturæ, benè autem confeſſio mentalis coram Deo facta. In quo ſenſu loquitur Iob contra illos, qui quærebant abſcondere delicta ſua à Deo. Immò Iſaias 43. dicebat peccatori, vt manifeſtaret delicta ſua Deo. Narra ſi quis habes, vt iuſtificeris. Ipſe etiã hortabatur fateri veritatem coram iudice, ſed de tali confeſſione non eſt noſtra diſputatio: loquimur enim de confeſſione ſacramentali, quæ tendit ad internum conſcientiæ ad hoc, vt manifeſtentur ſingula peccata confeſſario, cum ſpe veniæ. Hæc ſatis ſint dicta pro caſu iſto, & pro dubijs annexis. Accedamus ad alium.

Caſus ſecundus de quidditate confeſſionis.

LEctor in hoc caſu quærit; Quid ſit confeſſio? In dubijs tractat de his, quæ ad perfectam confeſſionem requiruntur.

In primo dubio quærit Lector; Vtrum ſexdecim conditiones, quæ confeſſioni aſſignari à Patribus ſolent ſint congruentes?

In ſecundo inueſtigat; An confeſſio debeat eſſe integra, vt omnia peccata pœnitens confiteatur?

In tertio interrogat Lector; Si ſingula peccata, quo ad numerum, cum omnibus ſuis circumſtantijs ſint fideliter confitenda?

In quarto dubio quærit Lector; Vtrum neceſſarium ſit omnia peccata eidem Sacerdoti confiteri?

In quinto dubio inueſtigat; An confeſſio debeat eſſe ſecreta?

Caſus.

IN caſu igitur quęrit; Vtrum ſacramentalis confeſſio ſit ſacramentalis peccatorum accuſatio, ad indulgentiam clauium Eccleſiæ obtinendam? Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumẽtum. Diffinitio debet ſubeunte manifeſtare naturam definiti, & oſtendere cauſas eius, talis eſt diffinitio iſta omnes cauſas confeſſionis manifeſtat; ergo eſt eius vera diffinitio.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Si diffinitio aſſignata confeſſionis eſſet perfecta, ſuperfluæ viderentur diffinitiones aliæ datæ de confeſſione, vel illæ eſſent diminutæ, ſed extant aliæ diffinitiones confeſſionis Sanctorum, quæ non prorſus huic conſonare vno. Ait quippe D. Auguſtinus, quod confeſſio eſt, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur. Vbi nullam mentionem facit accuſationis. Et Gregorius dicit, quod confeſſio eſt peccatorum deteſtatio, & raptio vulneris, vbi nulla fit mentio de ſpe veniæ. Et alij aliter diffiniunt confeſsionem; ergo diffinitio iſta aſsignata non bene explicat naturam confeſsionis.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo obſeruat aliqua pro fundamento huius doctrinæ. Secundo ſatisfacit quæſito quatuor concluſionibus. Tertio ſatisfacit argumento partis negatiuæ.

Duplex confeſſio .ſ. laudis, & fraudis; prima eſt ĩ gloria Dei, ſecũda in manifeſtatione peccatorum.

In primis ex D. Auguſtino in libris de verbis Euangeliorum, homilia 8. dicit duplicem eſſe confeſsionem. Confeſsionem laudis, qua diuinam excellentiam, eiuſque in nos beneficientiam decantamus. Confeſsio verò fraudis eſt, qua noſtra peccata propalamus. Et vtraque confeſsio venit in gloria Dei. Nam legitur Ioſue 7. quod Ioſue dixit Acham occulto peccatori. Fili mi da gloriam Deo Domino Iſrael, atque confitere, & quid feceris dicito mihi, & non confunderis.

Hæc

Digitized by Google

Hæc criminis confeſſio quatrupliciter ſumitur: eſt enim confeſſio mentalis, ceremonialis, ſcilicet, legis veteri, criminalis coram iudice ſeculari, & criminalis coram Sacerdote, quæ deſeruit propoſito noſtro. His ſtantibus, ponendæ ſunt concluſiones.

Sacramẽtalis confeſſio eſt ſacramẽtalis accuſatio peccatorũ ad indulgentiã virtute clauium obtinendam.

Concluſio prima Magiſtri Dominici à Soto. Sacramentalis confeſſio eſt ſacramentalis accuſatio peccatorum, ad indulgentiam virtute clauium Eccleſiæ obtinendam.

Pro cuius intelligentia eſt obſeruandum, quod quælibet diffinitio conſtat ex genere, & differentia, genus in hac diffinitione eſt accuſatio ſacramẽtalis peccatorum, ad indulgentiam obtinendam virtute clauium Eccleſiæ ſe tenent loco differentiæ. Diffinitio iſta ſic probatur. Diffinitio debet cauſas rei diffinitæ explicare, cauſæ autem rei per Ariſt. 2. Phyſicorum ſunt quatuor. In hoc enim, quod dicitur accuſatio exprimitur forma, & ſubſtantia confeſſionis. Confeſſio enim non debet eſſe peccatorum propalatio ad iactantiam; vt illorum, qui lętantur cum malè fecerint, nec eſſet debet ſolum per viam denuntiationis, ſed per viam accuſationis ad correctionem, & vindictam, dicitur ſacramentalis ad differentiam cõtritionis, quæ vtique eſt accuſatio peccatorum, ſed mentalis coram Deo, & non coram Sacerdote, vt confeſſio dicitur peccatorum ad oſtendendam cauſam materialem, & efficientem. Nam peccata non niſi peccator confiteri poteſt. Et in hoc differt à confeſſione laudis excellentiæ Dei. Tandem dicitur ad indulgentiam obtinendam, vt explicetur cauſa finalis; Finis enim confeſſionis ſacramentalis eſt obtinere remiſſionem peccatorum; Finis autem criminalis confeſſionis, vt in pluribus eſt ſupplicium. Nam & ſi nonnunquam ſacramentalis confeſſio nałcatur ex timore, debet tamen ſpe veniæ ex charitate procedere. Quando in fine dicitur, quod huiuſmodi ſpes obtinendi veniam virtute clauium Eccleſiæ, procedit deſignatur index, nempè proprius Sacerdos, qui virtute clauium reum abſoluit.

Confeſſio ſacramẽtalis ẽ actus virtutis pœnitentiæ.

Concluſio ſecunda eſt D. Thom. in 3. par. q. 38. ar. 2. & 3. confeſſio ſacramentalis eſt actus virtutis, ſcilicet, pœnitentiæ.

Concluſio iſta probatur ex his, quæ D. Thom. dixit in 1. art. ibi enim dicit, quod in actu confeſſionis plura conſideranda occurrunt. Primo ipſa ſubſtantia actus, ſiue genus poſitum in diffinitione, & iſtud eſt manifeſtatio illa, ſcilicet, de qua loquebatur D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pœnitent. cap. 10. to. 4. dicendo: Confeſſio eſt, per quam morbum latens ſpe veniæ aperitur. Et continetur manifeſtatio, de qua loquitur Doctor ſanctus in verbo illo D. Auguſtini, Aperitur. Secundo conſiderandum eſt, de quo ſit manifeſtatio, ſcilicet, de peccato, quod eſt morbus latens. Tertio cui ſit facienda talis manifeſtatio, ſcilicet, Sacerdoti. Quarto eſt conſideranda cauſa talis manifeſtationis iſta, eſt ſpes veniæ obtinendæ.

His ſtantibus, probatur concluſio. Materia huius Sacramenti eſt actus pœnitentis (vt in diſputatione de pœnitentia videbimus, Deo fauente) iſte actus pęnitentis eſt ipſamet accuſatio, quæ eſt pars ſacramentis, & actus virtutis. Nam ad rem virtutis ſufficit, vt ſit rationi conſentaneum, & fiat vbi, & quando oportet. Confeſſio autem hanc in primis habet rationem virtutis, quod eſt vera explicatio cordis, vt ſicut homo habet in mente, ita ore proferat. Et quod hoc fiat in remedium peccati, vt per huius actus virtutis homo à peccato liberetur. Et tertio, qui eſt actus virtutis obediendi Deo, & Eccleſiæ.

Contra inquit argumentator. Virtus eſt de iure naturæ. Confeſſio eſt ſupernaturalis; ergo non eſt actus virtutis. Impugnatio

Reſpondet Theologus dicendo, quod confiteri tamen vbi, & quando oportet in genere eſt de iure naturali, quod in ſacramentali confeſſione reperitur, ſed tamen iſtæ circumſtantiæ, ſcilicet, vbi, quando, & quo fine fieri debeant, ſtatutę ſunt à iure diuino. Impugnationis reſponſio

Concluſio tertia. Confeſſio ſacramentalis eſt actus ſpiritualis virtutis, ſcilicet, pœnitentiæ.

Probatur concluſio iſta. Nam quoties ad generalem rationem virtutis additur alia particularis reſultat ſpiritualis virtus. Et quia liberalitas conſiſtit in mediocribus ſumptibus, & peculiaris difficultas eſt facere magnos, naſcitur particularis virtus magnificentiæ. Pari modo ait Ariſt. 4. Ethic. quod confeſſio, quæ ſit in iudicij non ſolum eſt generalis virtus veritatis, ſed ſpiritualis iuſtitiæ. Et ſimiliter confeſſio laudis beneficiorum Dei, non eſt ſolum generalis virtus veritatis, ſed latriæ, & religionis. Et ſimili ratione ſacramentalis confeſſio non eſt ſolum generalis virtutis virtus, ſed ſpiritualis, ſcilicet, pœnitentiæ, ex qua per contritionem impetratur remiſſio peccatorum. Multæ aliæ virtutes huius ſacramentalis confeſſionis ſunt committes. Concurrit enim ad huiuſmodi ſanctam confeſſionem virtus ſpei vitæ æternæ, quæ virtuti pœnitentiæ accuſationem peccatorum, vt faciat impetat, & ſuo modo quandoque timor iudicij. Præterea concurrit verecundia non vt mouens, ſed potius, vt obſtaculum quoddam, tamen ſi eſt regulata concurrit tanquam vindicatrix ad luendam pœnam. Quare ſancti non immeritò has tres partes pœnitentiæ attributis adaptare ſolent diuinis. Contritio, quæ eſt deteſtatio mali reſpondet miſericordiæ, & bonitati, quæ attribuitur Spiritui Sancto. Confeſſio autem, quæ eſt veritatis manifeſtatio reſpondet ſapientiæ Filij. Et ſatisfactio propter laborem reſpondet omnipotentiæ Patris. Hæc obſeruat Angelicus Doctor, quæ digna ſunt memoriæ.

Concluſio quarta. Diffinitio confeſſionis à D. Auguſtino data ſimul cum datis ab alijs Theologis ſunt bonæ, & bene aſſignatæ. Et primo hoc oſtenditur de illa D. Auguſtini loco ſupra citato, quæ eſt iſta. Confeſſio eſt, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur. Cõfeſſio eſt, per quã morbus latẽs ſpe veniæ aperitur.

Probatur concluſio iſta. Illa eſt bona diffinitio, quæ non ſolum explicat ſufficienter naturam diffiniti, ſed per quam ſoluuntur omnia obiecta circa diffinitum. Hæc diffinitio D. Auguſtini eſt huiuſmodi;

modi; ergo eſt bona. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor eſt manifeſta, quo ad primam partem, per ea, quæ dicta ſunt in ſecunda concluſione, ex doctrina D.Th. ſecunda probatur, ex ſolutione impugnationum adducendarum contra ſingulas particulas diffinitionis, & primo, quod non manifeſtetur morbus per illam ſic.

Impugnatio prima.

Contra prædictam diffinitionem ſic argumentatur. Morbus, contra quem confeſſio ordinatur, peccatum eſt, ſed peccatum aliquando eſt apertum; ergo D. Auguſtinus in ſua diffinitione non debuit dicere, quod confeſſio ſit illa, per quam aperitur morbus latens, cum aliquando ſit manifeſtus.

Impugnationis ſolutio.

Reſpondetur, inquit Theologus, huic impugnationi dicendo, quod quamuis ſacerdos ſciat, vt homo peccatum pœnitentis, non tamen ſcit illud, vt Chriſti Vicarius. Sicut etiam iudex aliquando ſcit aliquid, vt homo, quod neſcit, vt iudex. Et quantum ad hoc, quod per confeſſionem aperitur, Confeſſarius ſcit, vt homo, quod neſcit, vt iudex. Secundo dicitur, quod licet actus exterior in aperto ſit, actus tamen interior, qui principium eſt exterioris in occulto eſt, ideò oportet, quod per confeſſionem aperiatur.

Diffinitio igitur eſt formalis loquitur in ordine ad confeſſarium, non prout eſt homo, ſed prout eſt iudex: quia vt iudex habet iudicare de peccato pęnitentis, non vt homo, etiam quod peccatum ſit notorium omnibus, eſt tamen occultum, quo ad animum, quo fit, quod manifeſtandum eſt in confeſſione.

Impugnatio ſecunda.

Contra ſecundam particulam Lector argumentatur ſic. Principium pęnitentiæ eſt timor, ſed confeſſio eſt pars pœnitentiæ; ergo non debuit pro cauſa confeſſionis ponere ſpem, ſed magis timorem.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod confeſſio præſupponit charitatem, qua quis viuens efficitur, prout docet Doctor ſanctus, in 4. diſtinct. 18. Contritio autem eſt, in qua datur charitas, timor autem ſeruilis, qui eſt in ſpe: eſt præuius ad charitatem, magis mouetur ex ſpe, quam ex timore. Et ideo cauſa confeſſionis potius ponitur ſpes, quam timor. In hac reſponſione dicitur, quod confeſſio pręſupponit charitatem, non quod omnis accedens ad confeſſionem, de neceſſitate debeat eſſe in charitate, alioquin attritus tantum malè faceret accedendo ad confeſſionem, ſed hoc dicit, quia omnis accedens ad confeſſionem debet intendere eſſe in charitate, quia ad hoc accedit ad confeſſionem, vt recipiatur in gratia Dei, quod quidem tunc fit, quando huic confitenti infunditur charitas; ergo magis mouetur ex ſpe veniæ, quam ex timore ad confeſſionem, & licet eſſet in charitate, dum accedit, quia hoc neſcit, debet accedere ſub ſpe obtinendi illam.

Accedens ad cõfeſſionem debet credere ſe eſſe in charitate, vel per confeſſionem illã acquirere.

Impugnatio tertia.

Non acquieſcit Lector, de nouo ſe opponit dicendo: Illud, quod ſub ſigillo ponitur non aperitur, ſed magis abſconditur. At peccatum, quod quis confitetur, ſub ſigillo confeſſionis ponitur; ergo non aperitur peccatum in confeſſione, ſed magis clauditur; ergo illa particula aperitur, non benè ponitur in diffinitione &c.

Impugnationis reſponſio

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo, quod peccatum in qualibet confeſſione aperitur ſacerdoti, & clauditur alijs, confeſſionis ſigillo. Nam peccatum, quod quis confitetur, ponitur quidem ſub ſigillo, alijs reſpectuque illorum non aperitur. Vnde præmiſſa diffinitio intelligenda eſt ſic; Confeſſio eſt, per quam morbus latens ſpe veniæ aperitur (non omnibus) ſed tantum ſacerdoti.

Impugnatio quarta.

Tandem ſe opponit Lector dicendo: Inueniuntur aliæ quædam definitiones ab iſta differentes. Gregorius dicit, quod confeſſio eſt peccatorum deteſtatio, & ruptio vulneris. Alij dicunt, quod confeſſio eſt ſacramentalis delinquentis accuſatio, ex erubeſcentia, & per claues Eccleſiæ ſatisfactoria obligans ad peragendam pœnitentiam iniunctam. Alij autem dicunt, quod confeſſio eſt coram ſacerdote legitima peccatorum declaratio; ergo videtur, quod præaſſignata diffinitio, cum non omnia iſta contineat, quæ in his diffinitionibus continetur, inſufficiens eſſe.

Impugnationis ſolutio.

Huic inſtantię ſatisfacit Theologus cum D.Th. dicendo, quod non oportet in qualibet diffinitione omnia tangere, quæ ad rem diffinitam concurrunt. Et ideò inueniuntur quædam diffinitiones, ſeu aſſignationes datæ penes vnam cauſam, quædam penes aliam. Vnde neganda venit illatio concluſionis alia, quin de vna re non poſſe dari niſi vna diffinitio, cum tamen ſecundum diuerſas cauſas dantur diuerſæ diffinitiones & à phyloſopho, & ab alijs. Diffinitio igitur tunc dicitur ſufficiens, quando tangit omnia, quæ pertinet ad cauſam illam, ſecundum quod eſt cauſa rei, cuius eſt diffinitio. De his enim pertinet tractare ad Phyloſophos, & Theologos, nobis ſatis eſt tangere neceſſaria, ſed vt claré percipiantur ponamus alias diffinitiones de ipſa confeſſione ſacramentali.

Confeſſio vocalis ſacramẽtalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram proprio ſacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluat.

Gabriel in 4. diſtinct. 17. queſt. 1. definiuit confeſſionem ſic. Confeſſio vocalis ſacramentalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram ſacerdote proprio, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur. Primo dicitur confeſſio vocalis, ad differentiam confeſſionis mentalis, quam facit contritus coram Deo: dicitur ſacramentalis, ad differentiam confeſſionis iudicialis, quam facit reus coram iudice: dicitur ſecreta, ad differentiam confeſſionis generalis, quæ fit in Miſſa, & in Completorio, vel ad inſinuandum, quod confeſſio ſacramentalis non fit publicè neceſſario, vel coram aliquo tertio audiente, licet confeſſio ipſa valeret ſi ab alio audiretur, vt accidit aliquando, quando pœnitens eſt ſurdus, vel ipſe confeſſarius. Et actio iſta fit in publica Eccleſia, vbi aliqui caſu audiunt peccata illa narrata in confeſſione. Confeſſio dicitur accuſatio, vt excludatur error illorum, qui in confeſſione ſe excuſant. Dicitur ſuorum peccatorum, vel de peccatis ſuis, quia pœnitens debet narrare in confeſſione peccata ſua propria, & non aliena. Manifeſtare peccata ſua, non autem bona opera ſua. Dicitur coram proprio ſacerdote, quoniam non eſt facienda confeſſio per nuntium, vel per literas, ſed in præſentia proprij ſacerdotis, ita vt illa peccata intelligat, & cognoſcere poſſit, qui ſacerdos

dos debet habere authoritatem ſupra pœnitentem illum. Nam confeſſio facta ſacerdoti non habenti iuriſdictionem, non eſt ſacramentalis, quoniam ſacerdos ille abſoluere non poteſt. Non eſt facienda confeſſio per interpretem, niſi ex defectu idiomatis, nec per epiſtolas, niſi quia pęnitens impeditus eſſet loquelæ, aliter non poteſt hoc facere. Tandem facienda eſt confeſſio cum ſpe veniæ, aliter eſſet facta ad iactantiam, vel ſine fructu.

Concludendus eſt diſcurſus, & ponenda eſt vltima diffinitio confeſſionis ſacramentalis, quæ eſt Magiſtri Ioannis à Vigueria, & optima quidem inter alias. Confeſſio ſacramentalis eſt actus virtutis pœnitentiæ, quo ſpecialis, diſtincta, & particularis, ac voluntaria, & ſecreta peccatorum, quę memoriæ habentur, vel occurrunt, fit manifeſtatio cũ ſubiectione ſacerdoti poteſtatem habenti clauium facta cum ſpe veniæ ad remiſſionem conſequendam, & cum propoſito in futuro cauendi, & iniunctam pœnitentiam implendi. In iſta diffinitione continetur genus, ſcilicet, actus virtutis pœnitentiæ. Iſte actus non eſt elicitus ab aliqua virtute naturali, ſed à virtute ſacramenti pœnitentiæ. At actus iſte pœnitentiæ ex ſui natura importat manifeſtationem veram alicuius, quod in conſcientia aliquis tenet, per quam virtutem ſimul, cor, & os in vnum conueniunt, quando enim aliquis profert ore, quod corde non tenet, non eſt confeſſio, ſed fictio. Cõfeſſio enim habet rationem virtutis. quod eſt vera explicatio cordis taliter, vt ſicut homo habet aliquid in mente, ita ore proferat: Et hoc ordinatum eſt ab Eccleſia in remiſſionem peccati, quia homo per actum iſtum præſtat obedientiam Deo, & Eccleſiæ. In diffinitione loco differentiæ ponitur, quod ſit accuſatio, non cuiuſcunque rei, ſed peccatorum, non cuicunque facienda, ſed ſacerdoti, non ab deliberato fine, ſed in ſpe obtinendi remiſſionem peccatorum, non ſine medio, ſed mediante abſolutione, & ſatisfactione iuncta à confeſſore.

Confeſſio ſacramẽtalis ẽ actus virtutis pœnitentiæ, quo ſpecialis, diſtincta, ac particularis, voluntaria, & ſecreta peccatorum, q̃ memoriæ occurrunt, fit manifeſtatio, cũ ſubiectione ſacerdoti poteſtatẽ habenti clauiũ, facta cũ ſpe veniæ ad remiſſionẽ conſequendam.

Obſeruandum tamen eſt, quod confiteri peccata eſt de iure naturæ, in ſignum cuius puniti fuerunt primi noſtri parentes, quoniam non ſunt confeſſi ſua peccata coram Deo. At confeſſio facta homini cum ſpe veniæ, ornata talibus circumſtantijs eſt de iure diuino, propterea confeſſio non eſt virtus elicita, ſed virtus veritatis pertinens ad virtutem pœnitentiæ, per quam acquiritur remiſſio peccatorum. Vnde patet, quod ius naturale inclinat ad confeſſionem, mediante iure diuino. Et licet iura naturæ ſemper maneant, non tamen ſemper eodem modo; Variantur enim pro diuerſa differentia locorum, & tempore, vt accidit in lege naturæ, ſcripta, & Euangelica, in quibus confeſſio peccatorum diuerſimodè fit. Per iam dicta manet ſoluta instantia partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus dicit argumento in contrarium poſito, quod diffinitiones adductæ pro confeſſione, cognoſcere faciunt naturam confeſſionis, nõ ſimpliciter, & abſolutè, vt faciunt prima, & vltima, quæ habetur ex D. Thoma, ſed in aliquo genere cauſæ, vt de ſe patet, & ſuſtinentur pro reuerentia Sanctorum, quorum ſunt. Nam per accuſationem morbus latens, vt dicit D. Auguſtinus aperitur peccatum ſacerdoti, alijs clauditur. Et eãdem aperitionem D. Gregorius appellat vulneris ruptionem. Relicto igitur caſu, accedamus ad primum dubium.

Dubium primum.

IN primo ergo dubio quęrit Lector; Vtrum ſexdecim conditiones, quæ confeſſioni aſſignari à Patribus ſolent ſint, congruentes? Et ſequens ordinem præfixum, format inſtantias pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt authoritas omnium Patrum, qui ex medulis ipſius confeſſionis illas elicuerunt; ergo ſunt congruentes. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratio adducitur. Nam inter illas conditiones ponuntur quatuor, ſcilicet, ſimplex, humilis, fidelis, & fortis, quæ omnes dicunt diſtinctas virtutes à pœnitentia; ergo non oportebat illas inter qualitates confeſſionis, ſeu pęnitentiæ enumerare. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Conditiones confeſſionis ſunt ſexdecim, quæ his verſibus continentur, videlicet. Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis, atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda, integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata, fortis, & accuſans, & ſit parere parata. Conditiones perfectæ, & cõpletæ confeſſionis ſexdecim ſunt.

Obſeruandum tamen eſt, quod conditiones iſtę in quatuor ſeruentur membra. Quædam ſunt de intrinſeca ratione confeſſionis ſimpliciter neceſſariæ, ſine quibus confeſſio eſſet nulla, vt quod ſit accuſans, hæc eſt eſſentialis forma confeſsionis. Quod ſit integra, aliàs ficta eſſet, quę quidem conditio includit eſſe fidelem. Et ſimiliter, quod ſit nuda cum circumſtantijs neceſſarijs. Et rurſus parere parata, quia cum ſit actus iudicialis debet pœnitens, ſicut reus, parere iudici claue nõ errante. Aliæ iſtarum conditionum ſunt in ſecundo gradu, quæ licet non ſint ita neceſſariæ, quin abſque illis confeſsio eſſet valida, & eſt vna cõditio, ſcilicet, quod ſit ſecreta. Alię ſunt in tertio gradu, quę aliquo modo intellectæ, neceſsitatem quadam afferunt, non tamen ita rigoroſè. Vltimæ autem ſimpliciter ſunt ſub conſilio. Hoc totum oſtendit D. Thom. in 4. diſtinct. 27. quæſt. 3. art. 4. dicit autem, quod quædam competunt confeſsioni, quatenus eſt actus virtutis in genere, & quædam quatenus eſt ſpecialis virtutis pœnitentiæ, & quædam quatenus eſt pars ſacramenti. In quantum eſt virtus, quærit qua

tuor

tuor conditiones cuiuſcunque virtutis, quas Ariſt, ponit 2.Ethic.

Diſcreta eſt prima conditio. Debet enim ſtudioſus prius operari ſciens, & quantum ad hoc ponitur, diſcreta, ſcilicet, vt diſcreta dicat. Ita vt qui confitetur ſciat quid faciat, vt ſi actus humanus eſt ſimpliciter de neceſſitate: nam ſi fatuus, vel alius neſciens, ſua peccata ſacerdoti propalaret, non eſſet confeſſio. Ex hoc tamen non inferimus, quod pœnitens teneatur diſcernere inter peccata maiora, & minora; ſcimus enim hoc non eſſe de eſſentia. Ruſtici autem hoc facere neſciunt, ſcire tamen hoc eſt magnum ornamentum.

Libens 2. Secundo requiritur, vt ſtudioſus ſit eligens, & propter hoc ponitur illa conditio libens, vnde ſi id ſonat, quod eligens, conditio eſſet de neceſſitate confeſſionis, cum non poſſit eſſe opus virtutis, niſi ſit ex electione, Sed ſi intelligatur libens pro quadam animi promptitudine eſt ornamentum, attamen non ſimpliciter de neceſſitate. Nam multi magna cum grauedine ad confeſſionem accedunt,

Pura 3. Tertio requiritur ad virtutem, vt fiat ex electione propter finem eius. Et quantum ad hoc dicitur pura. Iſta eſt de neceſſitate, quia confeſſio debet fieri intentione legitima, ſcilicet, quod homo intendat ſe accuſare coram Deo, ſpe veniæ, vt in diffinitione confeſſionis dictum eſt. Nam alia quæcunque ſiniſtra intentio etiam venialis, inualidat ſacramentum, quia confeſſio eſſet ficta; ſi tamen illi adiungeretur intentio rei temporalis non inualidaret confeſſionem, ſi talis intentio eſt licita, vt ſi quis confiteretur cauſa ſalutis obtinendæ, vel vincendi in lite, vel in prælio, quod putat eſſe licitum.

Fortis 4. Quarta conditio eſt, vt homo immobiliter operetur, & quantum ad hoc dicitur fortis. Si huiuſmodi conditio fortis denotat, quod homo propter nullum impedimentum vincitur, ne confiteatur peccata ſua, vbi & quando oportet, ſecundum neceſſitatem confeſſionis, eſt conditio neceſſaria. Si autem, quod virili animo, ac ſtrenuo fiat, eſt ornamentum vtique, ſed non neceſſarium.

Verecũda 5. Secundo loco obſeruandum eſt, quod confeſſio eſt actus virtutis pœnitentiæ, quæ habet tres gradus, incipit enim ab horrore turpitudinis peccati, Et reſpectu huius debet eſſe verecunda. Nam ſi homo narraret ſua peccata abſque verecundia, ſed per modum iactantiæ, confeſſio eſſet nulla. Si tamen in confeſſione fiat accuſatio pudor, eſt ornamentum conferens, ſed non ſimpliciter neceſſarium.

Lachrymabilis 6. Secundo progrediatur ad dolorem, & quantum ad hoc dicitur lachrymabilis, quæ lachryma poteſt eſt duplex, & mentis, & oculorum, ſi eſt mentis, quæ eſt deteſtatio peccatorum, eſt de neceſſitate huius ſacramenti. Lachrymæ autem oculorum ſunt ornamentum huius ſacramenti. Non tamen ſemper eſt in noſtra poteſtate illas effundere.

Humilis 7. Tandem huiuſmodi actus virtutis conſumatur in abiectione hominis, & quantum ad hoc ponitur conditio humilis, ſi eſt humilitas cordis, propter horrorem peccati, & propter ſpem obtinendi veniam neceſſaria conditio eſt, alias eſt ornamentum confeſſionis, & decor.

Fidelis 8. Tertio loco conſideratur confeſſio quatenus ex ſua natura eſt occultorum manifeſtatio, & quantum ad hoc habet quatuor alias conditiones, quarum prima eſt, quod ſit fidelis, ideſt, vt verè manifeſtetur confeſſario id, quod eſt in corde pœnitentis. Et hæc conditio eſt ſimpliciter neceſſaria, vt ſit manifeſtatio vera totius materiæ neceſſariæ confeſſionis, quę in integritatę includitur,

Nuda 9. Secundo, quod ſit nuda confeſſio ipſa, non eſt inuoluenda obſcuritatę verborum. Hæc nuditas eſt neceſſaria ſimpliciter, ne inuoluatur intellectus confeſſarij, ita quod capere, & intelligere non poſſit peccata, & circumſtantias aggrauantes, vel mutantes ſpeciem peccatorum. Quare ad hanc conditionem reducitur circumſtantia peccator. Quod autem in explicatione peccatorum non adhibeantur verba rethorica pertinet ad ornamentum, qui non relinquit confeſſionem in ſua nuditate, licet non deturpet illam,

Simplex 10. Tertio requiritur, vt in confeſſione non multiplicentur verba ad rem non pertinentia, propterea dicitur ſimplex confeſſio,

Pura 11. Quarto addit pura, conditio iſta excludit intentionem ſiniſtram, quæ vitiat ſacramentum, ſed conditio ſimplex refertur ad verba, vt non exprimantur, niſi quæ ad peccati explicationem attinent, ſine aliorum iniuria.

Integra 12. Quinto requiritur, vt nihil ſubtrahatur eorum, quæ ſunt neceſſaria ad confeſſionem. Et contra hoc dicitur integra, quæ quidem conditio ſimpliciter eſt neceſſaria, prout in ſequentibus dubijs apparebit,

Accuſans 13 Quarto loco conſideratur confeſſio, prout eſt pars ſacramenti, & vt ſic debet habere reliquas quatuor conditiones. Primam, vt ſit accuſans, & non excuſans, & iſta eſt de eſſentia confeſſionis.

Parere 14. Secundam vt ſit parere parata, ſimiliter & iſta eſt neceſſaria ſimpliciter,

Secreta 15. Tertiam requiritur, quod ſit ſecreta. Hæc conditio licet non ſit neceſſaria, cum non ſit de eſſentia ſacramenti, tamen ob reuerentiam ſacramenti eſt quodammodo neceſſaria,

Frequens 16 Tandem requiritur quod ſit frequens, & accelerata. Iſtæ conditiones non ſunt de præcepto, ſed de conſilio, quantum ad neceſſitatem non requiritur, quod ſit frequentior, ac acceleratur, quam quando Eccleſia præcipit, vel caſus neceſſitatis occurrit. His ſic declaratis, ſoluenda eſt inſtantia pro parte negatiua dubij adducta.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus ad inſtantiam dicit, quod non eſt inconueniens, immò eſt maximum conueniens alias virtutes ſacramentalem confeſſionem circumſtare, quarum aliquæ ſunt pœnitentiæ imperatrices, aliæ ancillatrices, & auxiliatrices. Confeſſio .n. eſt proles diuinæ ſapientiæ, ad cuius arcē (vt habetur Prou 9.) ancillæ ſuæ homines vocant. Hæc ſint pro dubio iſto, proponatur aliud.

Du-

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector; An confeſſio debeat eſſe integra, ſic vt omnia peccata pœnitens confiteatur? Et adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt ſententia D. Auguſtini: Impium eſt à Deo dimidiam veniam ſperare. Et in tractatu de pœnitentia, diſtinct. 3. omninò autem veniam, virtute clauium nemo obtinere poteſt, niſi omnia confiteatur peccata; ergo omnia ſunt de neceſſitate confeſſionis.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Confeſſio fit, vt peccata ſacerdoti innoteſcant. Sed aliquando contingit, vt aliqua peccata huius peccatoris ſint nota, & manifeſta confeſſario eius; ergo illa non ſunt neceſſario confitenda.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo obſeruat duo. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum dicit, quod intentio noſtra non eſt diſputare contra negantes confeſſionem auricularem, quia iſti indigni ſunt, vt cum illis loquantur de tanto ſacramento; igitur illis relictis, ſecundum obſeruat, quod inter ſexdecim enumeratas conditiones confeſſionis, ad examen conſcientiæ permaximè ſunt neceſſariæ ſcitu tres, nempè integra, nuda, & ſecreta, de quibus erunt dubia ſequentia huius caſus.

Notandum eſt tamen, quod iſta conditio integra duplicem habet ſenſum. Primum, quod omnia peccata cum ſuis circumſtantijs quiſque confiteatur. Secundum, quod omnia confiteatur eidem ſacerdoti. Confeſſio, quæ in primo ſenſu non eſt integra, dicitur ficta: Quæ autem fit partim vni ſacerdoti, & partim alteri (ſine legitima cauſa) dicitur dimidiata. Stantibus his, reſpondemus quæſito.

Concluſio. Omnis Chriſti fidelis tenetur omnia ſua peccata mortalia poſt baptiſmum, vel corde, vel ore, vel opere commiſſa confiteri. Primo declaratur concluſio iſta. Secundo probatur.

Oīs Chriſti fidelis teneē oīa ſua pec. cata mortalia præcipuè corde, opere, & ore remotiſſima confiteri. Primo declaratur, nam concluſio iſta eſt ſenſus Canonis, Omnis vtriuſque ſexus. Hoc confirmatur in Concilio Florentino, vbi dicitur, ad remiſſionem peccatorum pertinere, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. In concluſione tamen appoſita eſt illa particula mortalia, quoniam venialia peccata non ſunt de neceſſitate confeſſionis, ita quod poteſt quiſque aliqua eorum, quæ commiſerit confiteri (relictis reliquis) neque ex hoc confeſſio redditur ficta, vel dimidiata.

Ratione etiam probatur concluſio, primo ex loco illo Io. 20. Quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt &c. Illic abſque vlla reſtrictione data fuit poteſtas Apoſtolis remittendi peccata, ergo remittendi omnia, ſed Apoſtoli illa remittere nequeunt, niſi vt iudices. At de illis iudicare non poſſunt, niſi & eorum cauſas per clauem ſcientiæ cognoſcant, ſequitur quod Chriſtus Dominus totam ſuam familiam obligauerit illis confiteri mortalia omnia vſque ad intima cordis incluſiuè. Nam cum de operibus ex cauſis ſit iudicandum, & opera (vt ait Dominus) exeant ex corde radices peccatorum latent in corde; ergo illæ aperiendæ ſunt confeſſario, vt cognoſcat non ſolum peccata, ſed cauſas illorum, & abſoluat.

Secundo probatur concluſio ſic. Remiſſio peccatorum fit per gratiam, & amicitiam Dei. At cum homine (in quo latet peccatum) Deus non habet amicitiam, neque illi donat gratiam ſuam; ergo remiſſio non fit, niſi omnium peccatorum; ergo neque ſacerdos gerens vicem Dei poterit peccata alicui remittere, niſi omnia ſimul. In ſignum cuius Dominus non dixit: Quæ remiſeritis erunt remiſſa, & quæ retinueritis retenta erunt, quaſi eiuſdem perſonæ aliqua remittant, & aliqua non. Sed dicit quorum remiſeritis, idest, quem iudicaueritis venia dignum in totum abſoluite, alioquin in toto ligate. Et hoc ſignificat forma huius ſacramenti. Abſoluere enim, vel ligare neminem valent, niſi de illo iudicando; ergo pœnitens, qui omnium veniam petit, omnia tenetur ſacerdotis iudicio exponere.

Tertio hoc oſtenditur ex fine virtutis pœnitentiæ. Confeſſio ſiquidem ſacramentalis in hoc differt à criminali, & iudiciali, quod iudex in foro exteriori non intēdit, niſi malefactorum vindictam, & punitionem. Et ideò confeſſionem non requirit iudex, niſi illius criminis, de quo vult ſupplicium ſumere. Confeſſionis verò ſacramentalis finis eſt reconciliare hominem Deo, & amicitiam cum Deo, & hominem corrigere; hoc autem fieri non poteſt, niſi pœnitens ſuum ſtatum qualis ſit, ſacerdoti manifeſtet, quod facere nequit, niſi omnia ſua peccata, etiam intima cordis manifeſtet.

Quarto confirmatur concluſio iſta ex fidelitate confeſſionis. Contritio enim trunca eſſe non debet, ſed prorſus omnium peccatorum, ita & confeſſio omnium peccatorum eſſe debet, vt ſit fidelis. Hoc enim habetur ex doctrina Illuſtriſſimi D. Caietani, quæſt. 2. de confeſſione, ſuper 3. partem ponens diſcrimen inter verba, quibus Chriſtus tradidit poteſtatem iuriſdictionis in foro exteriori, & in foro interiori. Nam de illa dixit: Si peccauerit in te frater tuus, quaſi ad tribunal exterius, non niſi peccata, quæ probari poſſunt deferenda ſit. De poteſtate in foro interiori dixit: Quorum remiſeritis peccata, quaſi cuncta adſint ad hoc iudicium deferenda.

Dicant, quod volunt hæretici maledicti; dicunt enim huiuſmodi confitendi ritum eſſe nouum in Eccleſia à tempore Innocentij, & quod antea non fiebat confeſſio in particulari diſtincta, vt ſingula explicarentur peccata, ſed generalis in publico, qua ſe homo fatebatur peccatorem, ſicut antiqui Patres obſeruare ſolebant in veteri lege. Modus hic dicendi repugnat efficaciam ſacramenti pœnitentiæ, Hæreticorū error.

tentia, cuius officium eſt peccata actualia dimittere, quod non fit per generalem confeſſionem, ideò manifeſtandus eſt error iſtorum, & veritas rei.

His igitur relictis, nunc oſtendamus, quod in Eccleſia vſu fuerit occultorum confeſſio, primo oſtenditur authoritate D. Auguſtini ſerm. 55.3. partis ſermonum, & refertur Can. Agite, de pœnitentia, diſt. 1. Agite enim, inquit, pœnitentiam, qualis agitur in Eccleſia. Nemo ſic dicat occultè ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcet, quia in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt, quod ſolueris ſuper terram, ſolutum erit, & in cęlis. Vide o Chriſtiane (cõtra hæreticos, quomodo de occultis, quæ corde geruntur, erat (tempore Auguſtini) pœnitentia, immò ante illud tempus, quod patet lib. 2. de viſitatione infirmorum, quo in loco expreſſiſſimè reprehendit eos, qui extimabant ſoli Deo (cui nihil occultum eſt) confiteri, cum confitendum ſit Domini Vicario. Et ſubdit, ergo ad te venire rogas ſacerdotem fac eum tuarum conſcientiarum penitus participem. Obſerua, ò Chriſtiane, loquendi modum D. Auguſtini. Fac eos tuarum conſcientiarum penitus participes; loquitur enim de occultis, de quibus dixerat prius, nihil occultum eſſe Deo. Hoc confirmat D. Amb. prout de pœnitentia, diſt. 1. refertur dicendo: Non poteſt quis, inquit, iuſtificari à peccato, niſi confeſſus ante fuerit peccatum, vbi nulla fit exceptio publici, aut occulti, ſed generalis eſt ſententia. Nullus poteſt à quocunque peccato &c. & Origenes ſuper Pſal. 37. Vide, inquit, quid nos docet ſcriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinſecus. Peccata, inquit, in genere (nullo recepto) vbi palam loquitur de ſecreta confeſſione, & ponit exemplum dicendo: Sicut ij, qui habent intus indigeſtam eſcam, niſi vomuerint, non reuelantur, vel ſanantur; Ita qui occultum habent peccatum, niſi confiteantur. Et ſubdit, quod circumſpiciendus eſt diligenter ſacerdos, cui confiteri debeas. Ecce quomodo clarè Origenes loquatur de confeſſione ſacramentali. Hoc idem oſtendit D. Hier. ſuper Eccl. c. 10. Et Lactantius in eod. loco ait. Sicut per circumciſionem nudebatur membrum illud, ita per confeſſionem debemus exponere pudenda cordis, atque adeo occultiſſima peccata. Hoc idem manifeſtat Cyprianus ſermone 5. de lapſis, Et vetuſtiſſimus Tertullianus in lib. de pœnitentia facit hanc comparationem dicendo: Qui vlcus habet pudendum, ne præ pudore illud oſtendat perire mauult: Ita & ei vſu venit, qui ſua peccata non detergit. At vt rem reducamus ad tempus Apoſtolorum, D. Dionyſius Pauli diſcipulus, in Epiſtola ad Demophylum, ipſum reprehendit, quod contra ordinem Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſtaret cuidam, qui ſua peccata ſacerdoti confitebatur, Et Clemens Papa I. ſucceſſor Apoſtoli Petri, prima ait, Petrum docuiſſe, vt cogitationes interinæ panderentur ſacerdotibus. Ex quibus apparet iniquitas hæreticorũ, & ſanctitas Eccleſiæ, obſeruans ritum Apoſtolorum. Nullibi. n. extat canõ vbi confeſſio iuſſa fuerit ab Eccleſia. Innocentius enim ſolum præcipit confiteri omnia peccata, eo more, quod ſemper fuerat Eccleſiæ in vſu.

Confeſſio auricularis ſingulorũ peccatorum antiqua fuit, incepit à tẽpore Apoſtolorũ, & perſeuerat vſq. modo.

Quæſitum.

QVærit enim Lector; An peccata occulta, & oblita ſubiaceant præcepto confeſſionis; Vtrum homo illa teneãtur confiteri. Rõ dubitãdi eſt: quia in Can. Lathera, ſimplr̃ dr̃ oĩa peccata confiteantur. In Concilio Florent. reſtrictè dicitur, ſcilicet quorum memoriam peccator habet.

Quæſiti ſolutio.

Soluit quæſitum Theologus dicendo, quod obligatio ſimpliciter fertur in oĩa peccata mortalia poſt baptiſmũ commiſſa, & per cõſequens in oblita etiam. Obſeruandum eſt, ꝙ diſcrimen reperitur inter oblita. Aliqua ſunt, quorũ homo ex culpa ſua oblitus eſt, iſta tenetur confiteri peccator, nec obliuio illum excuſat, nec per abſolutionem gratiam recepit, & ipſe peccator eſt in cauſa. Illa aũt peccata, quorum poſt diligentem inquiſitionem meminiſſe non potuit, ſimpliciter quidem confiteri tenetur, ſed tamen pro tunc excuſatur ignorantia inuincibili, & hoc inſinuat Conc. Florent. dum diceret, quorum memoriam habet. Quod aũt obligatio ſp maneat illa confitendi inde conſtat, quod poſtquã in memoria reuenerint, ſunt neceſſariò confitenda, ſed non propter obligationem tunc exurgentem; ergo propter antiquam, quæ ſemper manet. His ſic declaratis pro ſecundo puncto, remanent inſtantiæ partis negatiuæ ſoluendæ.

Pœnitẽs tenetur confiteri omnia, & quæcũq. peccata oblita, cum ad memoriã veniũt differẽter tñ.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod licet aliqua ſint peccata publica, & ſacerdoti nota, tanquam priuatæ perſonæ, non tamen ſunt illi nota tanquam iudici, ideò ſunt illi per confeſſionẽ exponenda. Ratio eſt, quia iudicium de rebus ſumendum eſt ex ſuis cauſis; vnde neceſſarium eſt, quod pęnitens cor ſuum pãdat, vt innoteſcat quo fine, & quibus de cauſis illud tale fecerit.

Inſtant. ſolutio.

Argumentator contra hanc reſponſionem format ſecundam inſtantiam dicendo: Occulta reuelare videtur iuri naturæ eſſe contrarium. Nam qñ homo corde ſecum peccat contra Deum, ſatis eſſe videtur, vt ſecum in occulto confiteatur delictum ſuum Deo, qui eſt ſcrutator cordium.

Inſtantia 2.

Ex iam dictis patet antecedens eſſe falſum, quia cõfiteri occultiſſima peccata ſub vinculo diuini ſigilli ad obtinendã veniã à Deo, non eſt contra ius naturæ. Immò natura ad hoc maximè inclinat. Hęc ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Inſtant. ſolutio.

Dubium tertium.

QVærit in hoc dubio Lector; An ſingula peccata, quo ad numerum cum omnibus ſuis circumſtantijs ſint fideliter confitenda? Vndique ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua talis eſt ratio. Cõfeſſio eſt actus iudicialis, per quẽ iudex confeſſionẽ audiens debet iudicium perſonæ ſumere, ad ꝙ datꝰ eſt illi clauis ſententiæ, vt hominis ſtatum cognoſcens, iudicet, an dignus ſit venia, quanta ſit illi adhibenda pœnitentia, qualeque apponendum remedium

Partis affirmatiuæ probatio.

Digitized by Google

in futurum, quod quidem commodè fieri nequit, niſi peccatorum numerus, cum ſuis circumſtantijs exprimatur, alioquin confeſſio non eſſet nuda.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. Confeſſio oris contritioni cordis reſpondet: contritio generalis omnium peccatorum ſufficit, quæ in momento pōt haberi, vt in diſputatione de cōtritione videbimus; ergo cōfeſſio oīum peccatorū pariter pōt intelligi, vt ſi quis dicat, ego feci multa peccata; aut ſaltem ſi dicat, feci decem, aut viginti, tunc enim omnia confitetur, præcipuè cum de hoc nullum extat præceptum, quo expreſſior requiratur confeſſio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit. Primo obſeruat aliqua. Secundo octo concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Numerus peccatorum eſt de neceſſitate cōfeſſionis, vt quiſq. ſingula confiteatur.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod difficultas eſt circa nuditatem, & fidelitatem confeſſionis, propterea dubium verſatur, & quo ad numerū peccatorum, & quoad circumſtantias; ideò pro vtraque parte ponuntur concluſiones, & quo ad integritatem, & quo ad circumſtantias.

Concluſio prima. Numerus peccatorum eſt de neceſſitate confeſſionis, vt ſcilicet quiſque fideliter confiteatur.

Doctor Angelicus hanc concluſionem non probat, ſed indubitata tenet; quia cum ex Concilijs ſacris, & determinatione Eccleſiæ concluſum ſit eſſe confitenda omnia peccata; ergo & ſingula ueniunt confitenda.

Probatur tamen hoc modo. Confeſſio ſicut contritio inſtituta eſt ad conuerſionem in Deum; ergo ſicut per quodcunque peccatum mortale auertimur à Deo; ergo cuiuſcunque peccati eſt tam neceſſaria confeſſio, ſicut contritio. Obſeruandum tamen eſt, quod diſcrimen reperitur in hoc, nam contritio eſt actus mentis in Deum, qui Deus voluntatem pro facto accipit, eo ipſo, quod qui in genere conteritur proponens confiteri, veniam obtinet. Confeſſio autem cum ſit accuſatio, & delictorum manifeſtatio, per ſe exigit contritionem ſingulorum, vt videbimus in diſputatione de contritione; ergo in confeſſione ſingula peccata ſunt exprimenda.

Nō eſt de neceſſitate confeſſionis ſingillatim numerare peccata, ſed ſatis eſt, vt numerus explicetur, taliter q; ſacerdos percipiat.

Concluſio ſecunda. Non eſt de neceſſitate confeſſionis, ſic ſingula confiteri, vt ſigillatim numerentur, ſed ſatis eſt ſic explicare illa, vt ſacerdos iudicium de perſona ſatis poſſit capere.

Hanc concluſionem declarat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in quæſt. 3. de confeſſione, in additione ad 3. p. Inter iudicium, quod ad exactam punitionem, vel præmiationem, quæ reddet Dominus in die mortis, & iudicij, & illud, quod requiritur ad excuſſionem conſcientiæ in confeſſione differentia eſt, quia in illo nihil impunitum, vel non præmiatum remanebit, propterea punctuatim omnia opera magna, & parua diſcutiuntur. Iudicium pœnitentiæ eſt iudicium ad ſalutem hominis ordinatum, iuxta illud Io. 6. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum; ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et ideò ad hunc finem non eſt neceſſaria tam exacta, & numeroſa peccatorum recitatio; quoniam neque pęna tam ad vnguem taxanda eſt ſecundum peccatorum menſuram, neque adhibenda medicina, niſi ad arbitrium ſacerdotis claue non errante: igitur in primis neceſſarium eſt ſpecies, & genera peccatorum explicare; v. g. ſi enim quis furtum, & homicidium fecerit, non ſatis eſt dicere, feci duo peccata mortalia, ſed oportet explicare in quo genere; grauius enim eſt homicidium ipſo furto; hoc idem explicandum eſt ſi ſunt peccata blaſphemiæ, apoſtaſiæ, hæreſis &c. vnde ex criminum ſpeciebus potiſſimè deuenitur in cognitione qualitatis malæ perſonę, quæ qualitates, & conditiones explicandę ſunt. Indiuidua autem huius ſpeciei non eſt neceſſe explicare; v. g. dicendo, heri feci vnam fornicationē, nudius tertius aliam, hodie aliam, vel in mane blaſphemaui ſemel, in meridie ſecundo, in veſpere tertio, & ſic de aſcendendo, ſatis eſt dicere commiſi tale crimen bis, ter, decies &c. Et non occurret numerare ſigillatim, niſi adeſſet aliqua circumſtantia aggrauans, vel mutans ſpeciem peccati, in quo caſu eſſet explicanda, vt dicemus poſtea: neque vllū ſubeſt periculum ſi cum dicitur peccaui tali genere peccati decies, vel viginti vicibus, ſi plures, aut pauciores vices hoc acciderit in paruo numero.

In confeſſione licet manifeſtāda ſit diſtinctè ſpecies, & circūſtantiæ peccatorum non eſt neceſſe ſigillatim explicare numerum.

Cauendum eſt tamen vtrunque extremum, quia (vt diximus in dubijs præcedentis caſus) ſi quis affirmando dixerit plures ſe peccaſſe, quam peccauit, peccatum committeret, confitendo peccata, quæ non fecit, & ageret contra diſcretionem confeſſionis, & infamaret ſeipſum. Sicut qui pauciora confitetur, quam fecit, peccat contra integritatem. Ob id ad cauendum vtrunque extremum prudentia requiritur, quod dubium eſt in mente, ſub dubio confiteatur, & certum pro certo; ſi autem error accidit in manifeſtando numerum delictorum, ſi eſt notabilis, de nouo explicetur confeſſario numerus; ſi autem eſt minimum, & non variat iudicium confeſſarij, non eſt neceſſe denuò confiteri illud, niſi ad ſcrupulum tollendum. Immò verò quando per tempus, & conſuetudinem poteſt fieri coniectura numeri peccatorum, ſatis eſt tempus confiteri, vt proſtituta mulier, quæ parata erat quemcunque admittere, ſatis eſt dicere tanto tempore fui huic turpitudini expoſita. Niſi adeſſent aliquæ circumſtantiæ aggrauantes mortaliter, quæ non poſſent manifeſtari ſolo illo verbo explicante tempus. Poteſt eſſe, quod duæ mulieres proſtitutæ vna plures admiſerit amatores, & alia pauciores, debent explicare numerum coniecturaliter; verbi gratia, permanſi in peccato per annum, & decē in hebdomada fornicata ſum, & alia dicat quindecim vicibus &c. quia licet ſemper eſſent paratæ ad peccandum, peccatum ſemper augetur in opere, vt patet. Et quod dicitur de meretricibus, dicendum eſt de adulteris, de latronibus, de vſurarijs, & de omnibus illis, qui ſemper ſunt parati ad peccandum, ſatis eſt ma-

manifeſtare

manifeſtare tempus, & frequentia negotiorum. Ex quo confeſſarius deuenire poſſit in notitia numeri delictorum.

Concluſio tertia. Mentiri in confeſſione aduertenter in re graui, vel in re parua, facta tamen materia confeſſionis peccatum eſt mortale ex ſuo genere.

Mendacium nõ ſolũ mortale in cõfeſſione eſt mortale, verũ & veniale ſi factum ſit materia cõfeſſionis, vel ſi ſup illo fundatur iudicium.

Probatur concluſio quo ad vtranque partem. Primo quo ad primum ſic. Mentiri in confeſſione circa materiam mortalem, mortale eſt. Nam ſi quis negat mortale feciſſe (quod in rei veritate fecit) clarum eſt, quod peccat mortaliter; nam ſi illud tacendo, confeſſionem mutilat, & fit dimidiata, igitur à fortiori ſi illud negauerit. Si autem aſfirmat feciſſe mortale, quod non fecit, ſimiliter mortaliter peccat, quia in foro Dei decipit iudicem, & coram ipſo ſeipſum infamat. Deinde decipere iudicem in confeſſione eſt præbere ei occaſionem abutendi claue ſcientiæ, inimicum Dei ipſum iudicando, & à reatu peccati mortalis, quod non habet, in vanum abſoluendo eum. Mendacium ergo in iudicium non ſolum eſt contra fidelitatem, verum contra nuditatem, & diſcretionem confeſſionis. Immò etiam in iudicio ciuili mentiri in re graui pertinens ad iudicium, eſt peccatum mortale; ergo à fortiori in confeſſione mendacium mortale erit peccatum mortale.

Secunda pars concluſionis, ſcilicet, quod mendacium in re parua facta materia confeſſionis ſit peccatum mortale, habetur ex doctrina D.Th. in 3. dubio præcedentis caſus; eſt doctrina clara Illuſtriſſimi Caietani, & ratio; quia ſit iniuria ſacramento, & miniſtro illius, qui non rectè iudicat pœnitentem. Et licet Magiſter Dominicus à Soto ſit contrariæ opinionis, eius doctrinam nobis non placet, cum videatur deuiare à veritate.

Nota.

Poſſumus tamen dicere pro concordia tantorum Doctorum, quod quando pœnitens ex ſe fatetur mendacium veniale in confeſſione, vel mendacium dicit, quando confeſſarius interrogat de veniali, vt veniat in cognitione ſi adſit mortale, ſi hoc aduertit pœnitens, & falſum reſpondet, tunc peccat mortaliter, quia tale veniale effectum eſt materia confeſſionis, & facit peruertere iudicium in re ſacra, itaquod non ſolum peccat mortaliter, ſed ſacrilegium committit. Vt in loco citato dubij præcedentis caſus oſtendit Magiſter Seraphinus à Porretta. Si tamen confeſſarius indiſcretè, & ex curioſitate peteret in confeſſione id, quod ad caſum ſuum non pertinet, quod pœnitens non fecit, nec intendit facere materiam confeſſionis, & neſciret, non palam facere hoc veniale, niſi mentiendo, diceremus cum Magiſtro Dominico à Soto, quod tale mendacium non eſſet niſi veniale, & forſitan non eſſet peccatum ex parte pœnitentis, benè eſſet peccatum ex parte confeſſarij indiſcreti quærentis in confeſſione id, quod quærere non debet.

Accedamus ad circumſtantias, vt cognoſcamus, quæ natura ſint de eſſentia confeſſionis. Duplex eſt conſideratio circumſtantiarum, vna de quidditate earum, & numero, altera de earum confeſſione. Prima conſideratio non deſeruit propoſito noſtro. Satis eſt ſupponere, quod circumſtantia, vt nomen ſonat, eſt accidens actioni adiacens, quod eius qualitatem in genere moris variat, augendo, ſcilicet, aut minuendo. Et ſunt numero ſeptem, ſcilicet, Quis, ideſt, quæ perſona, ſcilicet, Vtrum Eccleſiaſtica, an ſecularis ſit qui peccauit. Quid, ideſt, quantum commiſit crimen, nempè an magnum, vel paruum fecerit furtum, magnam, vel paruam perſonam læſerit. Vbi, ideſt, in quo loco, ſcilicet, ſacro, vel profano. Quibus auxilijs videlicet, an Turcarum auxilijs Chriſtianus Princeps bellum geſſit contra Chriſtianos. Cur, ideſt, qua intentione hoc fecerit, v.g. vtrum quis inopia preſſus furtum fecerit, an verò, vt alteri iniuriam faceret. Quomodo, ideſt, Vtrum fraude per inſidias, aut aperto Marte occiderit. Quando, puta nocte dormiente Domino ædes fuerit aggreſſus, an media luce in eius præſentia. Primum enim eſt furtum, poſterior eſt contumelia.

Circumſtãtia eſt accidens actioni adiacens, q eius qualitatẽ in genere moris variat augẽdo, vel diminuẽdo, & ſunt ſeptem.

Cum ergo confeſſio circumſtantiarum ſit de iure non ſolum humano, ſed diuino, neceſſaria ad cognitionem cauſarum, & grauitatis peccati. Et non omnes ſeptem deſeruiunt confeſſioni, inueſtigandum eſt, quæ iſtarum ſint neceſſariò confitendæ. Pro cuius intelligentia eſt obſeruandum tres eſſe inter illas differentias. Quædam enim ſunt impertinentes, ſcilicet, nec aggrauantes, nec minuentes peccatum. Aliæ verò pertinentes, quæ augent peccatum. Aliæ autem pertinentes, quæ minuunt peccatum. His ſic notatis, pro intelligentia circumſtantiarum ponitur hæc concluſio.

Circũſtantiæ peccati quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, & quando.

Concluſio quarta. Circumſtantiæ impertinentes non deſeruiunt confeſſioni, immò ſunt contra ſimplicitatem confeſſionis; prima pars eſt maniſeſtiſſima, quia nihil faciunt ad exprimendam qualitatem peccati; ſecunda non indiget probatione: quia verborum multiplicitas impertinens eſt, & vitioſa in ſacramento, vt ſi quis diceret hominem occidiſſe in prandio, vel ante, vel poſt prandium. An ſi quis dicat pulchritudine mulieris victum, vel mulier precibus, vel precio ducta peccaſſet. Iſtæ ſunt circumſtantiæ impertinentes, nihil faciunt ad caſum confeſſionis; hæc enim omnia debet confeſſarius reſcindere, potiſſimum eum adducant ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pariter reſcindendæ ſunt circumſtantiæ, quas adducunt mercatores fraudulentes; quærunt enim fugere teſtitutionem faciendam. Similiter hoc faciunt, qui quærunt excuſationem circa delictum commiſſum in proximum. Et de ſimilibus idem eſt iudicium faciendum.

In confeſſione admittendæ ſunt circũſtantiæ pertinentes, non autẽ impertinentes.

Aliæ ſunt circumſtantiæ pertinentes, quæ minuunt. Et hæc ſunt in duplici differentia, quædam ſunt adeò minuentes, vt de mortali veniale faciat, aut omninò tollant rationem culpæ, de quibus circumſtantijs addenda eſt alia concluſio.

Concluſio quinta. Circumſtantiæ, quæ tollant rationẽ culpæ, vel quæ de mortali faciunt veniale ſunt neceſſariò cõfitendæ, vt ſi quis hoĩem ex ignorantia inuincibili in incerto iaculando occidit, vel cum tutamine inculpatæ tutelæ ſeſe tuendo occi-

Digitized by Google

dit inuaſorem, debet ſimpliciter in confeſſione explicare has circumſtantias. Si enim confiteretur de homicidio: dicendo, feci homicidium, confiteretur tamquam peccatum id, quod non eſt peccatum, & peccaret mortaliter confitendo peccatum, quod non fecit. Et pariter, ſi quis extrema neceſſitate paſſus panem alienum arripuit, non debet dicere ſimpliciter, feci furtum, ſed coactus inopia rapui panem; quæ inopia rationem culpæ tolit, ſicut ſi extra neceſſitatem non niſi quadrantem ſurripiat, quia non eſt niſi veniale, non debet dicere ſimpliciter, furtum feci: quia hoc (genere ſuo) ſonat mortale.

Circumſtãtia minuens peccatum licitè manifeſtãda eſt in confeſſione.

Concluſio ſexta. Circumſtantiæ parum minuentes rationem peccati, licet non ſint de neceſſitate confeſſionis, tamen ſi multum minuant neceſſariò illas exprimere debemus in confeſſione; v. g. Si puella graui inopia oppreſſa, aut mortis metu, vt periculo vitæ ſuccurreret iuuenem admiſit, hoc vtique peccatum mortale eſt, tamen minus graue, quam ſi ſine neceſſitate hoc feciſſet. Puella igitur pro tuenda ſua fama, & honore debet manifeſtare hanc circumſtantiam. Pariter ſi quis putat benefacere, furtum fecit, illudque in pauperes diſtribuit; ſimiliter ſi falſum iurauit, vt vitam ſeruaret proximi, poteſt huiuſmodi circumſtantias exprimere, cum dicat Sapiens 41. Eccleſiaſt. Curam habe de bono nomine. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Immò ſi eſſet perſona, quæ multum prodeſſet Reipublicæ, & confiteretur Epiſcopo, quod occiderit hominem; tenetur pro ſui honoris defenſione dicere (ſi verum eſſet) quod ille occideret parentes ſuos. Si circumſtantia non minuit peccatum, ſuperfluum eſſet illam confiteri.

In tertio gradu ſunt circumſtantiæ aggrauantes, & inter illas diſcrimen reperitur. Quædam enim ſunt, quæ ſic ſunt circumſtantiæ, vt per ſe ſint ipſa peccata, contra diſtincta præcepta, & mutant ſpeciem in genere moris, vt ſanguinem fundere, occidere, vel fornicari in Eccleſia. Eſſe enim in Eccleſia facit, quod peccatum ſit ſacrilegium contra præceptum religionis de honore, qui loco ſacro deferendus eſt, pro quibus circumſtantijs ponimus concluſionem ſequentem.

Circũſtantię mutantes ſpeciem mortaliter in genere moris neceſſariò cõfitendę ſunt.

Concluſio ſeptima. Circumſtantiæ mutantes mortaliter ſpeciem in genere moris, ſunt de neceſſitate confeſſionis.

Concluſio iſta de ſe eſt manifeſta, quoniam huiuſmodi circumſtantiæ ſunt per ſe peccata. Vnde, qui occultaret illas in confeſſione, non omnia ſua peccata manifeſtaret confeſſario. Similiter ſi quis fecerit adulterium hac intentione furandi, aut ſi rapuit virginem, aut monialem, licet enim in actu illo vnicum ſit peccatum, habet tamen duas deformitates annexas.

Aliæ circumſtantiæ ſunt, quæ aggrauant peccatum, tamen non mutant ſpeciem, vt ſi quis furaretur decem ſcuta, vel centum, vel mille, peccatum eſt in genere furti, maius graue, & minus graue, de his ſunt opiniones diuerſæ. Quidam dicunt ſolas circumſtantias mutantes ſpeciem eſſe de neceſſitate confeſſionis, quia aggrauant peccatum in infinitum, ſcilicet, mortaliter, alias non eſſet de neceſſitate, & hæc videtur communis opinio Theologorum, cui videtur ſubſcribere in bono ſenſu Caietanus Illuſtriſſimus, tamen cum Magiſtro Soto ponenda eſt ſequens concluſio.

Omnis circũſtantia notabili modo ad iudicium ſapientis aggrauãs peccatũ, ſiue mutet ſpeciem, ſiue non, neceſſariò eſt confitenda.

Concluſio octaua. Omnis circumſtantia (notabili modo) ad iudicium ſapientis aggrauans peccatum, ſiue mutet ſpeciem, ſiue non, eſt neceſſariò confitenda.

Concluſio eſt antiquorum Theologorum, inquit Sotus, Altiſiodorenſis Alexandri, & inter modernos Marſilij, & aliorum modernorum.

Et probatur ſic. Circumſtantiæ mutantes ſpeciem ſunt neceſſariò confitendæ, quia mortaliter aggrauant peccatum, ſed quædam non mutantes ſpeciem, hoc idem faciunt; ergo ſunt confitendæ. Minor propoſitio poteſt probari multipliciter. Primo, maius peccatum eſt furari mille aureos à mercatore, quam decem ab Eccleſia, non ſatis eſt dicere furtum feci, oportet explicare quantitatem furti; ſimiliter ſi quis pluribus vicibus furatus eſt centum aureos, puta decem prima, decem ſecunda vice, &c. non ſufficit dicere furatus ſũ decem aureos, ſed oportet dicere decẽ vicib. furatus ſum decẽ aureos pro qualibet vice, & furtum venit ad numerum centum aureorum. Et quod dicimus de furto, dicere poſſumus de homicidio, de adulterio, de ſtupro, de vſura, & ſic diſcurrendo; ex quibus apparet, quod quantitas aggrauat in infinitum, id eſt, facit mortale, quod ad confeſſionem obligat. Circumſtantiæ igitur, etiam non mutantes ſpeciem, aggrauantes in infinitum de neceſſitate ſunt confitendæ.

Circumſtantia peccati ex parte temporis, puta facti in die feſto, & ſi aliquando aggrauat, non tamen in omnibus caſibus, propterea non obligat vniuerſaliter ad confitendam illam, puta blaſphemaui, vel luxuriaui in die feſto, niſi eſſet in feſto inſigni, in quo omninò Deo eſſet vacandum, vt in die ſancto Paſchæ, Paraſceue, in die Natiuitatis Domini &c. At circumſtantia loci magis obligat, vt patet de effuſione ſanguinis, vel ſeminis in loco ſacro, vel de furto rei ſacræ. At ſi quiſque falſum dicat in loco ſacro, periuret in Eccleſia, concupiſcet &c. circumſtantia loci aggrauat, licet non ſemper in infinitum, non enim facit veniale mortale.

Interrogatio prima.

QVærit Lector, ſi ſimpliciter ſtuprum differat ſpecie à fornicatione, & ſit circumſtantia aggrauans fornicationem. De raptu non eſt dubium, quod mutet ſpeciem, vt ſi quis per vim virginem violauerit, vel per vim ſtupraret, licet poſtea ipſa conſentiat in ſtuprum, nam illa manifeſta eſt iniuria contra iuſtitiam, vt docet D. Th. 2. 2. q. 154. art. 7. ſi tamen ſimplex ſtuprum ſine vi, quia puella vltro conſentit, immò rogat iuuenem non eſſet illi iniuria.

Inter-

Interrogationis reſponſio.

IN caſu propoſito Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod huiuſmodi ſtuprum non eſt in rei veritate diſtinctum à ſimplici fornicatione, nec arbitramur D. Thomam eſſe alterius opinionis, licet Caietanus oppoſitum ſentiat D. Thom. 2.2. art. 6. quæſt. 154. dicit verè eſſe ſtuprum, quia virgo illa eſt ſub cura patris, etiam quod illa conſentiat in ſtuprum fit iniuria patri, propterea verè eſt ſtuprum diſtinctum ſpecie à fornicatione, & aſſignat rationem dicendo: quia puella inhabilem ſe reddit ad matrimonium. At inquit Magiſter Dominicus à Soto, loquendo de puella, quæ ſub cura patris non eſt, vel ſit maſculus virgo, qui ſua ſponte vult perdere virginitatem, dicit, quod talis ſtuprum non eſt diſtinctum ſpecie luxuriæ à fornicatione. Nam puella illa in iſto caſu eſt domina ſui corporis, ſicut puer, præcipuè quo ad vſum dicat Dominus Caietanus quicquid ſibi videtur. In iſto caſu puella, ſicut puer peccat peccato luxuriæ, non tamen iniuſtitiæ, ſicut ſi abſcinderet digitum. Immò ſicut homo eſt dominus oculorum ad videndum, & pedum ad ambulandum, ita & illius partis ad illius actum, vt citra iniuſtitiam id poſſit exercere. Et licet puella ex hoc ad matrimonium reddatur inhabilis, hoc eſt per accidens in puella, non autem hoc accidit in puero. Et ſi vult ſe reddere inhabilem ad matrimonium, nemini facit iniuriam. Immò addit Sotus, etiam quod eſſet ſub cura parentum fortaſſe: quia ipſa eſt domina ſui corporis (licet illa faceret iniuriam parentibus) talis actus non mutaret ſpeciem ſimplicis fornicationis, ſecus eſt de vxore, qui ſuam fidem alligauit viro, vnde actus ille extra matrimonium non eſt ſimplex fornicatio, ſed adulterium. Et ideò non debet confeſſarius ita pudefacere puellas interrogando an ſint virgines, vel corruptæ, præcipuè cum dicant ſe conſenſiſſe in illam obſcenitatem, coniectura eſt, quod ſit corrupta. Quando autem confitetur perpetratum opus, bonum eſt tunc quærere ſi fuerit virgo, & hoc etiam quærendum eſt à maſculo, quia ſiue ſtuprum hoc mutet ſpeciem, ſiue non, eſt graue detrimentum, quia irreparabiliter perdidit aureolam virginitatis, & puella grandem fecit iacturam ſui honoris, & periculum ſibi præparauit, ſi poſtea à marito non reperiatur virgo.

Non omne ſtuprum mutat ſpeciem à ſimplici fornicatione, pcipuè illa, q eſt volita in puella, vnde non eſt conditio aggrauans.

Quando autem cogitatio, & delectatio mentis non eſt mortalis, ſed venialis, quia non adfuit conſenſus, & venialia non ſunt de eſſentia confeſſionis, poteſt pœnitens confiteri genus peccati ſine ſpecie dicendo, ſe eſſe paſſum cogitationes venereas. Salubrius tamen eſt, poſtquam venialia illa confitetur, ſpecies etiam quantumcunque impudicas eſſe explicare, quia erubeſcentia tunc poteſt eſſe tanti meriti apud Deum, vt pœnitenti opituletur, tum eſſe naturalem cauſam, vt ipſe ſe compeſcat, & liberet à ſimilibus delectationibus, vel virtutem accipiat non conſentiendi illis.

Pœnitens licet poſſit cõfiteri genus tantum delectationum venerearũ, vbi non fuit conſẽſus, melius eſt species cõfiteri.

Interrogatio ſecunda.

QVia incidimus in ſermone de interrogationibus, hoc etiam explorandum eſt; Vtrum confeſſarij teneantur interrogare pęnitentes? cum multi aut nihil, aut pauca in confeſſione dicant, niſi interrogentur.

Impugnationis reſponſio.

THeologus ſub breuitate dicit huic interrogationi, quod officium per ſe confeſſarij non eſt interrogare, ſed audire pœnitentent, quod ſic oſtenditur.

Confeſſarii p ſe non teneatur interrogare pęnitẽtes, ſed illos audire. & ſecundum dicta ab illis iudicare, per accidens tamen tenentur etiam interrogare.

In foro criminali, in quo iudex procedit ad punitionem, debet iudex interrogationibus reum examinare. At in foro pœnitentiæ, in quo confeſſarius non procedit per viam coactiuam ad extorquendam confeſſionem delictorum, ſed per ſpontaneam voluntatem pœnitentis, quantum ſit de ſe, ſatis eſt ſimplicem confeſſionem audire, & ſecundum illam iudicare; Vnde in Canone non admonetur confeſſarius inquirere, ſed pœnitens ſua peccata, & qualitates conſiderate.

Sola enim pœnitentis ignorantia eſt in cauſa; vt Canon, Omnis vtriuſque ſexus, diſcretum ſacerdotem admoneat, vt diligenter peccatoris circumſtantias, & peccati inquirat, pœnitentiſque adeò conſcientiam aliquibus interrogationibus perſcrutetur.

Ecce error multorum confeſſariorum, qui arbitrantur ſe excellentes confeſſores eſſe, quia abundant interrogationibus. Et ignorantia pœnitentium, qui non dicunt peccata ſua, niſi interrogati.

Munus igitur confeſſarij eſt (inquit Magiſter Dominicus à Soto) totis neruis incumbere, vt pœnitens in firmo propoſito manifeſtandi ſua peccata ex ſe maneat in futuro: quia multum iuuat ad contritionem acquirendam, erubeſcentia in pœnitente in manifeſtanda ſua delicta confeſſario. Nota.

Finis enim confeſſionis eſt pœnitentis ſalus, quæ præcipua (diuina ope) in illo propoſito, & cautela conſiſtit, vt totis viribus in poſterum det operam non amplius reſidendi. Et tamen ſunt aliqui confeſſarij, & confitentes, qui putant totum negotium conſiſtere in hoc, quod nihil inconfeſſum remaneat.

Hoc vtique neceſſarium ad ſalutem eſt, ſed magis neceſſarium eſt propoſitum non amplius peccandi, quia abſque huiuſmodi firmo propoſito iumus in caſu illo, de quo Dominus dicebat Math. 12. De domo ſcopis mundata, non bene cuſtodita; Vt ſpiritus immundus, cum ſeptem alijs nequioribus ſe reuerſus illam mundatam inuenit, & in ea habitat cum ſocijs ſuis. Igitur ſacerdos prudens debet vbi inuenerit pœnitens cordatus, neque tanta ſarcina peccatorum onuſtus, qui dicit ſe diligentiam feciſſe pro ſuis viribus,

Modus ſeruādus a confeſſario circa pęnitentes, in actu confeſſionis.

& judicio ſuo, nullius eſſe oblitum delicti, nihil amplius interrogare, ſed illi dare pœnitentiam, & abſoluere eum; vbi autem pœnitens (non apparet tanta prudentia) præditus, nec tantam ſuæ conſciētię curam gerere, ea prorſus interrogare debet, quę ſecundum ſuum ſtatum, & officium veriſimile eſt incurriſſe citra moleſtiam minutiarū perſcrutatiōnum, & potiſſimum, vt docet Doctor ſanctus in 4. diſtinct. 16. quæſt. 3. quando tractatur de re venerea, tunc non ſunt interrogationes multiplicandæ, tum vt pudori conſulatur, tum vt occurratur periculo ne illecebra ſeſe inſinuet, vel immerget. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit, quod prima inſtantia ex iam dictis manet ſoluta. Nam quo ad contritionem ſatis eſt habere propoſitum confeſſionis. Et ideò ſatis eſt ſi ſit ipſa contritio generalis in principio, quando tamen articulus confeſſionis inſtat, eſſe debet ſingularis, ideſt, ſingulorum peccatorum, ſimiliter & confeſſio.

Inſtantia 2.

Argumentator format ſecundam inſtantiam dicendo: Circumſtantias omnes peccatorum eſt impoſſibile confiteri (etiam loquendo ſolum de aggrauantibus mortaliter) quia neque illas poſſunt plebei homines cognoſcere. Dicere autem, quod viri ſapientes teneantur confiteri aliqua, quæ non tenentur ruſtici, eſt facere legem inæqualem, quæ tamen debet omnes pariter ligare, præcipuè, quia in canone non iniungitur, niſi tantum confeſſio omnium peccatorum, vbi nihil de circumſtantijs loquitur; ergo videtur, quod illę non pertineant ad confeſſionem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit (relicta reſponſione Alexandri 4. par. quæſt. 73. memb. 3. dicentis, non omnes æqualiter teneri ad confitendas omnes circumſtantias, præcipuē ſimplices, ſed tenentur reſpondere ad interrogationes ſacerdoti) dicendo, omnes æqualiter teneri confiteri omnes circumſtantias pertinentes. Nam canon generalis dicit, quod omnis confiteatur omnia peccata. Nihilominus ſimplices per ignorantiam inuincibilē, nonnunquam excuſantur, non ſolum neſcientes circumſtantias, ſed & peccata ipſa, cum nec omnia peccata mortalia intelligant, antequam inſtruantur. Circa hanc ſolutionem Sotus mouet aliquas difficultates, quas quiſque ad placitum poteſt videre. Et nos ponamus vltimam inſtantiam.

Inſtantia 3.

Inſtat vltimo loco Lector dicendo contra ſupradicta, ſi numerus peccatorum, & circumſtantię eſſent plenè confitendæ longo temporis ſpacio, ſolertiaque diligentia requireretur ad reficiendam memoriam illorum, nullibi tamen tam exactè indagaginis faciendæ præceptum extat; ergo non ſunt illa omnia de neceſſitate confeſſionis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat Minorem, & dicit, quod extat præceptum de huiuſmodi diligentia facienda non ſolum humanum, ſed diuinum etiam, non in particulari, ſed contentum ſub illo pręcepto, quo tenemur confiteri peccata omnia, cum ſuis circumſtantijs, tenemur diligenter diſcurrere per tempora, loca, & perſonas, & per negotia, in quibus ſumus verſati, vt ea in memoria reuocemus, quę confiteri tenemur, quando enim aliquis tenetur ad aliquod opus peragendum, tenetur etiam exquirere media ad illud neceſſaria. Ob id ait Scotus in 4. diſtinct. 17. quod debet homo tantam diligentiam in tali inquiſitione facienda, quantam facere in magno negotio, & arduo, quod permaximè eſſet ſibi ad cor. Attamen diligentia extimari debet ſecundum qualitatem perſonæ, & negotiorum pericula, in quibus verſatur. Qui enim curam habet ſuæ conſcientiæ coram Deo, debet omni diligentia diſcutere illam, & mittere memoriæ peccata ſua, omnique diligentia illa confiteri ſacerdoti, cum propoſito etiam confitendi illa, quæ pro tunc non occurrunt, cum ad memoriam peruenerint. Et hoc ſatis eſt ad veniam obtinendam; Finis enim confeſſionis eſt, vt obtenta remiſſione peccatorum omnia illa relinquere. Deferre autem peccata ſcripta coram ſacerdote, propter debilitatem memoriæ, nec laudo, nec vitupero, quia alicui poteſt prodeſſe, alteri non, recurrat vnuſquiſque ad Deum, & pro vicibus ducat illa ad memoriam, conteratur, & cum lachrymis confiteatur, & ſi memoria defecerit, miſericordia Dei abundabit, nec confundat ſeipſum peccator, propter memoriam labilem, quoniam peccata oblita (poſt factam diligentem examinationem) non imputabuntur à Deo, cum ad impoſſibile nemo tenetur. Hęc ſint pro dubio iſto, ad alium accedamus.

Tanta diligētia facienda eſt a pęnitente, dum confiteri dēt peccata ſua in recolenda illa, quantam facit in quocūque opus arduum, quod ſibi præmit.

Dubium quartum.

LEctor inueſtigare intendit in hoc dubio; An neceſſarium ſit omnia peccata eidem ſacerdoti confiteri? Et pro vtraque parte ponit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. In lib. de vera, & falſa pœnitentia, Can. conſideret, de pœnit. diſt. 5. dicitur, Cantus ſit pœnitens ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem, vt diuerſa velit diuerſis ſacerdotibus manifeſtare, quod eſt ſe laudare, & ad hipochryſim tendere; ergo neceſſarium eſt omnia peccata eidem ſacerdoti confiteri, nec poteſt confiteri vnam partem vni, alteram alteri.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua ratiocinatur ſic. Si quis in articulo mortis incipit confeſſionem, & inſtante morte non poteſt illam perficere, tamen eſt abſoluendus, quandoque quod dicere cæpit confeſſio eſt, & quod omiſit, non eſt in ſua poteſtate perficere. Et ſi concedatur, quod tunc exhibenda eſt abſolutio ſacramentalis, ſequeretur etiam, quod dum nullum peccatum poſſet verbo, aut nutu in particulari exprimere, deberet infirmus ſacramentaliter abſolui. Quod ex Concilio Carthaginenſi 4. can. Is qui in infirmitate, & can. Leonis: His qui tempore, 26. quæſt. 6. colligendum apparet. Conſequens autem eſt falſum, quia illa non eſt confeſſio; ergo falſum eſt, quod confeſſio facienda

ſit

ſit de omnibus peccatis neceſſario eidem ſacerdoti.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus vnum obſeruat, & poſtea vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, circa quā ſolutionem multa occurrunt dicenda, neceſſaria pro intelligentia huius doctrinæ.

In præcedenti dubio dictum fuit non confiteri omnia fictam redderet confeſſionem, & non omnia confiteri eidem confeſſario redderet ipſam dimidiatam. Et hoc eſt, quod quærimus in hoc dubio.

Concluſio igitur eſt iſta. Neceſſarium eſt omnia peccata eidem ſacerdoti confiteri, quantum confeſſionis natura depoſſit, etiam cum ſuis circūſtantijs, quod ſi ſecus fiat confeſſio redditur dimidiata.

Omnia peccata cū ſuis circumſtātijs eidem ſacerdoti ſunt cōfitenda, aliter confeſſio eſt dimidiata.

Concluſio iſta probatur ex D. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4. ex medicina per analogiam ad corpus. Nam morbi contrarij eſſe ſolent, & quod vni prodeſt alteri noceat, & vnus ex alterius coniunctione aggrauatur; ergo neceſſarium eſt, vt medicus totam infirmi habitudinem cognoſcat, tum vt cuiuſlibet morbi grauitatem cognoſcat, tum vt ſic vni medeatur, vt nulli alteri noceat. Pari ergo ratione ſpiritualis medicus debet totam peccatoris habitudinem intelligere, vt ipſum liberare poſſit à peccatis, ſed hoc fieri non poteſt, niſi pœnitens omnia ſua peccata eidem ſacerdoti confiteatur; ergo huius integritas requiritur non ſolum ex parte peccatorum, & circumſtantiarum, ſed ex parte ſacerdotis, cui facienda eſt confeſſio.

Obſeruandum eſt autem, quod quando dicimus, quod confeſſio non facta vni ſacerdoti eſt dimidiata, & vitioſa, quod loquimur per ſe, ex intentione confitentis, quia ſi dimidiaretur per accidens non eſſet vitioſa, ſed valida. Per ſe autem dimidiata dicitur confeſſio illa, quæ ex intentione diuiditur, vel diuiditur videlicet non vrgente legitima cauſa. Si autem hoc fit ex legitima cauſa mutilatur confeſſio per accidens; v.g. ſi quis vult generaliter confiteri omnia ſua peccata, & hodie confiteatur quædam, cras alia, deinde alia, vt ſic per totam hebdomadam tunc confeſſio non diuiditur, neque dimidiat illam pœnitens, quia fertur intentio ad vnam abſolutionem faciendam. Eodem iure ſi quis confiteatur aliqua venialia, & non alia, quia ad ea confitenda non tenetur, non per ſe detruncat confeſſionem illam. Item ſi quis vult confeſſionem iterare quorundam mortalium, de quibus legitimè confeſſus eſt (licet non omnia confiteatur) non dimidiat. Immò licet in tali caſu intendat generalem omnium confeſſionem facere, poteſt hodie partem confiteri, & ab illis abſolui, & cras aliā partem, & tunc abſolui, & ſic per hebdomadam. Quin etiam (inquit Magiſter Dominicus à Soto in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 5.) ſi diuerſis ſacerdotibus confiteretur, non eſſet dimidiatio, licet forſitan eſſe poſſet genus hypochryſiæ non ſe tam peccatorem vni velle oſtendere, quam fuerit. Præterea ſi quis fecit diligentiam ſolertem ad arbitrium boni viri, & illa, quorum non recordatur non confiteatur, poſtea in memoria venerint, licet teneatur eadem ſuo tempore confiteri, non tamen tenetur illa confiteri eidem ſacerdoti, ad quod teneretur ſi ex malitia, vel ex craſſa negligentia eſſet oblitus, vt alias oſtenſum fuit. Sic intellecta noſtra concluſione, nihil obſtant argumenta facta contra illam à Durando apud Capreolum in 4. diſt. 17. propterea illis relictis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ pro dubio.

Confeſſio dimidiata, vel diuiſa eſt duplex, per ſe, & per accidens, ex intētione, vel ex neceſſitate.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

PRima inſtantia fuit de impedimento naturæ, cum quis in articulo mortis confiteri integrè non poteſt. In iſto caſu cauendæ ſunt duæ opiniones extremæ (cum extrema vitioſa eſſe ſolent, medium autem tenuerunt beati) vnde extremum eſt, quod licet infirmus aliqua confiteatur, & mente conturbatus non poteſt omnia manifeſtare, quod non ſit abſoluendus, quia non eſt integra confeſſio. Hoc extremum ſine dubio falſum eſt. Immò quodcunque peccatum infirmus in illo articulo, vel voce, vel nutu explicet in particulari, quantumcunque veniale, ſi vltra progredi non valet, eſt ſacramentaliter abſoluendus. Et ratio eſt: quia illa confeſſio, poſtquam eſt expreſſio peccati in particulari, de quo ſacerdos iudicare poteſt, neque vitium habet dimidiationis, cum non ſit dimidiata per ſe, ſed per accidens, ſcilicet, quia effectus eſt impotens ad explendam confeſſionem, ex defectu naturæ, vnde abſoluendus eſt, quia forſitan ex attrito fieret contritus virtute clauium. Immò ſi in tali caſu ſignum deſiderij oſtenderet ſuſcipiendi viaticum illi non eſſet denegandum, cum ius ille habeat ad vtrunque, ſcilicet, ad abſolutionem, & viaticum, & iniurioſum ſacrilegium eſſet illi negare, quod deſiderat ſignis externis cor ſuum, in ſalutem propriæ animæ. In aliud extremum peccant illi, qui affirmant, quod in illo articulo quamuis infirmus non valeat neque voce, neque nutu in particulari aliquod peccatum exprimere, dummodo contritionis ſigna in genere oſtendat, debeat illi ſacramentalis abſolutio impendi. Vitioſa enim eſt huiuſmodi opinio. Enimverò niſi aliquod delictum in particulari nutu ſaltem deſignet, non eſt ſacramentaliter abſoluendus; hoc confirmat Abulenſis ſuper Matth. cap. 16. quæſt. 79. tamquam rem manifeſtam, quod & ſuadet Magiſter Dominicus à Soto, ex eo, quod nec D. Thom. nec vllus alius de hac re diſputauit, quoniam nullus de hoc dubitauit, immò habetur veritas iſta c. Is qui in infirmitate, 26. quæſt. 7. Eſtque Concilij Carthaginēſis 4. can. 77. cuius verba ſunt iſta Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu dum ad eum ſacerdos venit oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in freneſim verſus fuerit, dēnt reddere teſtimoniū, qui eū audierant, & accipiat pęnitentiam, & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundetur ori eius Euchariſtia.

In articulo mortis abſoluendus eſt infirmus, etiam quod ſi non poterit perficere ſuā confeſſionē modo inceperit illam.

Obiectio.

Digitized by Google

Si autem ſuperuixerit, ſubdatur pœnitentiæ legibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit probauerit.

Obiectionis ſolutio.

Infirmus in extremis exiſtens ſi ſignū contritionis alicuius peccati ore, vel nutu oſtēdit coram ſacerdote eſt abſoluēdus, alıter non.

LEctor Theologus vnà cum Magiſtro Dominico à Soto loco ſupracitato, declarat intentionem concilij non eſſe contra noſtram ſentētiam. In primis hoc in loco nulla fit mentio ſignorum contritionis, quæ infirmus in præſentia ſacerdotis debet oſtendere, & per conſequens nullus modus confeſſionis infirmi inſinuatur. Sed quamuis dum ſacerdos venerit, iam ille per freneſim iudicio careat ad oſtendendum ſigna illa per ſolum teſtimonium teſtium, iubetur ſacerdos infirmo pœnitentiam dare, & ipſum reconciliare. Igitur cum illic nulla fiat confeſſionis mentio, nulla ſuſpicio eſſe poteſt, vt nomine pœnitentiæ intelligatur ſacramentalis abſolutio. Ratio eſt: quia ille neque in genere, neque in ſpecie, neque nutibus inſinuatur cōfeſſus ſacerdoti. Nam quicquid dixerit, vel fecerit infirmus in abſentia ſacerdotis, nullam confeſſionis imaginem habere potuit. Alioquin concedendum eſſet, quod qui in carcere occluſus, qui nullatenus poteſt frui præſentia ſacerdotis, ſi peccata ſua diceret ſeruo, qui illa deferret in aure ſacerdotis, eſſet confeſſio, quod nemo ſane mentis dicere audebit, cum confeſſio ſit perſonalis actio, quę debet ſacerdoti immediatè fieri. Ex his reſpondetur ad dictum Concilij.

Confeſſio ſacramentalis neceſſario fieri, debet immediatè ſacerdoti, aliter non eſſet confeſſio.

Loquitur enim planè Canon ille de his, qui erāt in pœnitentia publica, vt pręcedentia capitula eiuſdem Synodi oſtendunt. Eſt enim cap. 75. Vt ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonæ acceptione pœnitentiæ leges iniungat &c. Et capit. 76. Vt negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur, & tunc ſubditur cap. ſequens. Is qui &c. Accipiat ergo pœnitentiam idem eſt, quod accipit reconciliationis abſolutionem, vt benè ait Gloſſa, quæ quidem forma habetur c. A nobis, 2. de ſententia excommunicationis. Fiebat enim cum Pſalmo pœnitentiali, & Oratione Dominica &c. Et ideò ſubeſt canon, quod ſi ſuperuixerit ſtatutis pœnitentiæ legibus ſubdatur. Qui pertinet ad reconciliationem cum Eccleſia. Quare, vt ibidem ſubditur, etiam infirmo, morte præuento, imponebatur, vt poſſet populus in exequijs communicare, & de ea reconciliatione loquitur canon ibi. Et diſtinct. 4. de conſecrat. habetur, quod ſi ægrotans per ſe non poſſit reſpondere, ſufficiat teſtimonium, quod petient baptiſmum, vt baptizetur, & idem dicitur de pœnitentibus publicis, quod confirmatur alijs authoritatibus Conciliorum apud Sotum ibidem, quibus relictis gratia breuitatis, concluſio noſtra confirmatur alijs rationibus.

A penitentia publica pōt abſolui infirmus, q prius oſtēdit ſignū pœnitentiæ, ēt poſt amiſſionē ſenſuū.

Et primo ſic, confeſſio, vt dictum eſt, pars eſt diſtincta à contritione, & ad abſolutionem peccatorum neceſſaria, cum ſacerdos claue poteſtatis ad abſoluendum vti non poteſt, niſi præcedente iudicio per clauem ſcientiæ, qui autem ſolum oſtendit in genere contritionis ſigna (nullo explicato particulari peccato) non confitetur ſacramentali confeſſione, per quam poſſit ſacerdos vti clauibus ſcientiæ; ergo non poteſt ſacramentaliter abſolui. Maior propoſitio eſt certa. Minor etiam, quia in caſu iſto iſte confiteri non poteſt, ergo non confitetur, ergo non eſt danda illa ſacramentalis abſolutio; quapropter abſque ſacramento abſolutionis porrigenda ei eſt Euchariſtia, quæ poteſt eum facere de attrito contritum, attamen ſacramentum pœnitentiæ in caſu iſto nullum eſt.

Contra aiunt aliqui, licet illa ſigna non ſint ſacramentalis confeſſio, ſunt confeſſio generalis, quę ſufficit ad ſacramentum pœnitentiæ; ergo illis exiſtentibus poteſt ſacramentaliter abſolui infirmus, etiam quod non appareat aliquod ſignum particulare, alicuius particularis peccati.

Impugnatio prima.

Theologus negat, quod ſigna illa generalia ſufficiant ad abſolutionem ſacramentalem, & aſſignat rationem dicendo: Confeſſio ſacramentalis debet eſſe actus iudicialis, vt ſacerdos poſſit iudicare de conſcientia pœnitentis. Iudicium autem eſt actus prudentiæ, quod fieri non poteſt, niſi re in particulari cognita, ex D. Thom. 2.2. quæſt. 47. artic. 3. ergo generalis illa confeſſio non ſufficit ad abſolutionem, quæ eſt forma ſacramenti. Declaratur hæc doctrina amplius. Verbo illud generale: Ego ſum peccator, commune eſt ſanctis hominibus, & peccatoribus. Immò quo quis magis iuſtus eſt eò ſe maiorem peccatorem ſe confitetur, quare ex illo verbo iudicium ſumi non poteſt, vt ille habeat aliqua peccata, alioquin ſi poſtquam infirmus legitimè confeſſus eſt, & poſtea loquela priuatus oſtenderet ſigna contritionis, iterum eſſet abſoluendus ſacramentaliter. Non enim eſt Chriſtianus, qui in illo articulo non oſtendat ſigna generalia contritionis (regulariter loquendo.)

Impugnationis reſponſio

Contra, ſi ſacerdos ad nutum infirmi abſoluat optimè facit, quia ſigna quibus infirmus inſinuat peteret abſolutionem, valet pro confeſſione.

Impugnatio ſecunda.

Theologus negat aſſumptum: quia inſinuatio illa non eſt, niſi effigies petitionis abſolutionis, nō tamen eſt confeſſio, cum non ſit explicatio peccati, neque ſi in genere dicat ſe habere peccata. In ſignum cuius Doctor ſanctus in 4. diſtinct. 2.2. q. 2. art. 1. ad primum, poſtquam dixit confeſſionem generalem nonnunquam eſſe ſacramentalem, exponit ſeipſum dicendo: Cum pœnitens illa quorum meminit in ſecreto ſacerdoti confitetur, tunc adiecta generalis confeſſio venialium, & oblitorum eſt ſacramentalis, quod certiſſimè affirmamus, ſed in caſu noſtro nullum exprimitur peccatum in particulari, propterea non poteſt eſſe confeſſio ſacramentalis, prout ibi docet Angelicus Doctor dicendo ad ſecundum, quod ad confeſſionem ſacramentalem, quæ iudicium ſacerdotis expectat, requiritur aliquorum peccatorum manifeſtatio, ſcilicet, in ſpecie, per quam ſacerdos iudicare de homine poſſit.

Impugnationis ſolutio.

Nota.

Igitur attentus ſit ſacerdos in ſimili euentu (inquit Sotus) vt ſemotis arbitris ſolus manens, cum infirmo ſatagat, & de illis interrogatus, quæ veriſimile eſt commiſiſſe, vel geſtu, vel nutu aliquod

Documētum quo ſacerdos debet obſeruare cum infirmo in ex-

exprimat

tremis poſito in ordine ad confeſſionem, & abſolutionem ſacramentalẽ.

exprimat peccatum, vt ei ſacramentalem abſolutionem exhibeat, alioquin non licet eam dare. Nec dicas tu. In re dubia minus periculum eſt abſoluere, quam non abſoluere. Reſpondetur, quod maius periculum eſt in tali caſu abſoluere, quam non abſoluere, quia eſt periculum ſacrilegij, quod committitur, dum ſacramentum ſine neceſſarijs requiſitis alicui impenditur.

Impugnatio tertia.

De nouo ſe opponit Lector in perſona aduerſariorum dicendo: In nonnullis manualibus ſcribitur forma ad vngendos infirmos, vbi poſt abſolutionem à cenſuris ſubditur. Item te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, & exceſſibus &c.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod forma illa ſecundum nullam opinionem intelligi poteſt, vt ſit forma ſacramenti. Forma illa intelligitur, quando infirmus nõ poteſt aliquod peccatum in particulari confiteri, nam ſi poteſt nemo vnquã dubitauit, quin ſine præuia confeſſione non poſſit fieri abſolutio ſacramentalis, tamen ſacerdos vncturus infirmũ non exigit ab illo ſacramentalem confeſſionem, vnde abſolutio illa non poteſt eſſe ſacramentalis. Quare illa forma nullatenus debet poni, Item te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, quæ ſacramentalis videtur, neque in manuali antiquo Romano, neque in ordinario ordinis noſtri, vbi maxima cura ponitur in ſeruanda antiquitate, niſi deprecatiua, ſcilicet, Dominus noſter Ieſus Chriſtus &c. te abſoluat per miniſterium noſtrum ab omnibus peccatis tuis. Et idem eſt aduertendum in forma abſolutionis, quæ in diplomate cruciatæ in fine appenditur, vbi fit plenaria abſolutio à cenſuris, à culpis, & pœnis, quod intelligitur quotieſcunque præcedit legitima confeſſio. Alioquin ſi infirmus confiteri non poteſt, & oſtendit contritionis ſigna, intelligitur abſolutio fieri à cenſuris. Inſuper & ab omni pœnarum reatu ſi culpæ fuerint vel antea per confeſſionem, vel tunc per contritionem remiſſæ, quod obſeruatur in abſolutione Societatis ſanctiſſimi Roſarij.

Quando infirmus nullũ peccatũ manifeſtare põt verbo, vel nutu, nõ poteſt abſolui ſacramentaliter.

Inſtantia 2.

De impedimento legali ſic inſtat argumentator, vſu venire ſolet, quod pœnitens aliqua commiſerit ſceleta ſuperiori reſeruata, atque alia non reſeruata, poteſt enim non reſeruata confiteri inferiori, & alia tacere, quoadusque ſuperiori adire poſſit; ergo dimidiare confeſſionem non ſemper eſt peccatum.

Inſtant. ſolutio.

Ex hoc argumento fit via ampliſſima ad loquẽdum de caſuum reſeruatione, de modo, quæ ſunt confitenda, & abſoluenda. Et licet hæretici dicant huiuſmodi reſeruatio caſuum eſſe contra charitatem, non ſunt audiendi, quoniam hoc requirit ratio criminis, quæ expoſcit, vt grauiora peccata grauiori iudicio ſubdantur, tum vt melius corrigi poſſint, tum vt commodius adhibeatur remediũ, tum præſertim, vt acriori metu corrupti homines, & nefarij ab his ſceleribus arceantur. Abſolutio enim, quæ vi clauium fit, non ſolum characterem requirit, verum & iuriſdictionem, ratione cuius grauiora crimina poteſt ſuperior ob præfatam rationẽ ſibi reſeruare. Vnde Origen. Hom. 10. ſuper numeros ait: Laicum peccantem indigere quandoque non ſolum ſacerdote, ſed etiam Epiſcopo.

Decẽtiſſimũ eſt reſeruare caſus grauiores peccatorum prælatis ſuperioribus

Et licet Durandus in 4. diſtinct. 17. quæſt. 15. dicat Eccleſiam Romanam non habere in vſum reſeruare ſibi niſi cenſuras, ſcilicet, excommunicationis, ſuſpenſionis, & irregularitatis, non eſt audiendus, quoniam mos vniuerſalis Eccleſiæ eſt contra eius ſententiam: propterea relicto Durando dico, quod ſuperiores poſſunt ſibi ſeruare caſus in conſcientia, hoc docet vſus Prælatorum. Inferiores Prælati, puta Priores in Religionibus, & Abbates, Prouinciales, & Generales, & eorum vicemgerentes; Epiſcopi, & alij Prælati omnes reſeruant ſibi aliquos caſus. Multo magis hoc facere poteſt, & debet Summus Pontifex, à quo veniunt omnes Pontifices, & Prælati, Religioſi, & Seculares Eccleſiæ. Dantur enim caſus reſeruati Prælatis à iure, & ab homine. In tali reſeruatione tamen adhibenda eſt diligentia.

Impugnatio

Argumentator ſe opponit dicendo, ſi poteſt ſuperior caſus reſeruare, poſſet confeſſionem ſcindere in tres, vel quatuor partes; v. g. reſeruando ſibi peccatum hæreſis, peccatum blaſphemiæ Decano, adulteria Archidiacono, & ſic diſcurrendo.

Impugnationis reſponſio

Dicit Theologus, quod huiuſmodi reſeruatio eſſet imprudens, & clauis abuſus, quare non eſſet digna, vt obſeruaretur.

Inſtantia.

Quærit argumentator; Vtrum ſuperiores poſſint ſibi reſeruare peccata interiora mentis, vt mentalis conſenſus in hæreſim, aut in conſpirationem Eccleſiæ, & ſimilium; ex vtraque parte ſunt rationes. Ex parte affirmatiua, quia Prælati tenent locum Chriſti. Ex parte negatiua, quia Eccleſia non habet iuriſdictionem directam in actus interiores, nec iudicat de his, quæ ſunt occulta.

Inſtant. ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſatisfacit quæſito dicendo, aut loquimur de abſoluta poteſtate, vel de ordinaria. Loquendo de abſoluta poteſtate, Papa poteſt ſibi reſeruare peccata interiora mentis, quia illud non eſt iuriſdictionem exercere in actus mentis, ſed illi non alteri conferre, quia omnis iuriſdictio venit à Chriſto, & per Vicarium Chriſti ad Prælatos Eccleſiæ, & ad confeſſarios. Si Papa diceret, nolo vt quiſpiam facultatem habeat abſoluendi eum, qui mente conſenſerit in grauiſſimum hoc, vel illud peccatum, reſeruatio teneret. Nihilominus, inquit Sotus, eſſet error illa reſeruare, quia peccata cordis ſunt frequentiſſima, & occultiſſima, & vix homo ſecum diſcernere poſſet, an conſenſerit, necne. Et ideò intolerabilis eſſet talis reſeruatio, & cum huius ſcrupulis ad Papam recurrere. Vnde de potentia ordinaria Papa hoc non facit.

Aſſignantur quatuor modi procedendi, quib. vti debet confeſſarius in abſoluẽdo a reſeruatis, vt dicunt aliqui, quintus tamẽ vti debet.

Nunc loquendum eſt de modo confitendi huiuſmodi peccata reſeruata, Durandus loco ſupracitato refert quatuor opinandi modos, quos perutile erit intelligere.

Primus eſt, inquit, quod pœnitens confiteatur omnia ſua peccata confeſſario inferiori, qui eum ab omnibus debet abſoluere, ſed debet nihilominus illum omittere ad ſuperiorem, qui debet iterum audire omnia peccata, vel iterum abſoluere, vel mittere ad inferiorem, vt eum iterum abſoluat.

Et

Et ratio ex vtraque parte eſt, quia neque inferior poteſt à non reſeruatis abſoluere, niſi omnia audiat, neque ſuperior à reſeruatis, niſi omnia audiendo, eo, quod integritas confeſſionis eſt de iure diuino.

Modus iſte non placet, quia nulli rationi eſt conſentaneus, nam cogere hominem bis confiteri eſt moleſtam (ſine cauſa) confeſſionem reddere, vel repetere. Item, quia ſi ab inferiori ab omnibus eſt abſolutus, non eſſet neceſſaria integra alia confeſſio, quæ fit ſuperiori.

Secundus modus eſt, quod pœnitens poſt abſolutionem inferioris tenetur ſe ſuperiori repræſentare, non vt abſoluatur, ſed vt adimpleat præceptum manifeſtandi illa peccata reſeruata ſuperiori.

Hic modus eſt longius peior magis à veritate diſtat, nam ſi inferior ab illis peccatis abſolueret, non propriè dicerentur reſeruata, neque verò ſuperior cogere poſſet, vt illa ſibi iterato dicerentur, quia nemo poteſt compelli in foro pœnitentiali peccata ſua detegere, niſi propter abſolutionis beneficium. Item ſatis eſſet illa ſuperiori dicere, & non expectata abſolutione recedere, quod ridiculum eſt.

Tertius modus eſt, quod homo dum peccata reſeruata committit, peccat in Deum, & in Eccleſiam. Inferior confeſſor abſoluit in foro Dei, & ſuperior abſoluit in foro Eccleſiæ.

Nec modus iſte ſatisfacit, quia diſtinctio iſta non habet locum in culpis, nemo enim verè peccat niſi contra Deum. Et ideò ſi per claues Eccleſiæ abſoluitur pœnitens ab inferiori, quo ad Deum non indiget alia abſolutione à peccatis. Iſtæ tres opiniones expreſsè ſunt contra Canonem ſupracitatum, Si Epiſcopus. Et contra Decretum Sixti IV. quibus diſcernitur nullum inferiorem poſſe à caſibus reſeruatis quempiam abſoluere, alias ineptè dicerentur reſeruati.

Quartus modus eſt, quem Eccleſia iuxta iſtos Canones obſeruat, videlicet, vt pœnitens integrè confiteatur inferiori, qui tantum abſoluit à non reſeruatis, & ideò ille adire tenetur ſuperiorem, per quem à reſeruatis abſoluitur.

Impugnatio

Lector dicit, quod contra hunc modum eſt argumentum Durandi, inquit enim fruſtra videretur peccatorum confeſſio, quam quis facit ſacerdoti, à quo non poteſt abſolui. Cum ergo inferior non poſſit abſoluere à reſeruatis fruſtra illi dicuntur talia peccata; ſimiliter homo cogi non poteſt ad confeſſionem, niſi ratione abſolutionis; ergo non videtur, qua ratione pœnitens compellatur confiteri omnia peccata ſua confeſſario inferiori, cum ab illis abſoluere non poſſit. Item, quia nemo videtur cogi poſſe ad confitenda peccata ſua, niſi ſemel in anno, ſi ergo reſeruatum confitendum eſt ſuperiori, iniuſta videtur coactio, vt confiteatur etiam in inferiori.

Impugnationis reſponſio

Theologus ad ſoluendam hanc impugnationem aſſignat quintum modum, qui eſt Durandi, & eſt, quod pœnitens ſola peccata non reſeruata tenetur confiteri inferiori, per quem ab ipſis abſoluatur, & deinde ſola reſeruata confiteantur ſuperiori, à quibus ab illis eſt abſoluendus, quo caſu ambæ particulæ abſolutionis faciunt vnicam abſolutionem, & faciunt vnum ſacramentum.

Modus iſte non placet, quia eſt contra integritatem confeſſionis. Integritas confeſſionis eſt de iure diuino, quo iure omnia peccata ſunt vni confeſſario pandenda, qui totum ſtatum hominis, & habitum cognoſcat.

Theologus vt doctrina ſit clarior, & modus procedendi in hoc habeatur, ponit vnum fundamentum, quod eſt certiſſimum, & poſtea ſatisfacit quæſito.

Integritas confeſſionis eſt de iure diuino, proptereà nō poteſt diuidi, niſi ex neceſſitate, quæ oritur ab ipſo iure diuino.

In primis ſupponendum eſt (vt modo dicebamus.) Integritatem confeſſionis eſſe de iure diuino, quare niſi vrgente neceſſitate, quæ ab eodem oriatur iure, non licet confeſſionem in plures confeſſarios diuidere. Ideò inueniendus eſt modus, quo integritas maneat confeſſionis, & pœnitens abſoluatur à reſeruatis. Plana ergo via eſt, vt qui caſibus reſeruatis eſt irretitus, primum adeat ſuperiorem, ſi eum conuenire poteſt, qui facultatem faciat ei confitendi inferiori, vel vt ſuo pudori facilius conſulet. Melius eſt, vt cōfeſſarius ſuperiorem adeat, cui dicat indigere ſua authoritate, abſoluendi pœnitentem vnum à reſeruatis in tali, vel tali genere, vel ſimpliciter.

Aſſignatur modus facilis petendi abſolutionem caſuum reſeruatorum, quod faciliter Prælati concedere debent.

Modus iſte facilis eſt, & obſeruatus à religioſis, neque in facultate concedenda, difficiles debent eſſe Prælati, ſed ſic debent bono communi proſpicere, ita tamen vt non reddant grauiſſimum confeſſionis ſacramentum, ſed perſonis circumſpectis, & doctis caſus ſuos committant. Et tenetur Prælatus tanquam peccatum confeſſum ſub ſigillo confeſſionis ſeruare, ne per eius verba, aut nutus poſſit perſona infamari. Et eodem iure ſub ſigillo tenetur, qui facultatem petijt licet facultatem illam non obtineret, quia hæc omnia ad ſacramentum pœnitentiæ pertinent. Abſit tamen ab Epiſcopo ne pro hoc munus aliquod, aut pecuniam accipiat, eſſet enim ſymonia, & manifeſta venditio ſacramenti. Quando autem ſuperior non vult alteri ſuam authoritatem committere, ſed peccatum illud ipſe in confeſſione vult audire tunc via regia eſt, vt ipſe ſuperior integram pœnitentis confeſſionem audiat.

Quæſitum.

QVærit enim Lector; Vtrum ſi pœnitens vult integram confeſſionem facere coram Epiſcopo, Epiſcopus teneatur illum audire. Videtur, quod ſic, quia cum integritas confeſſionis ſit de iure diuino, non eſt ſine neceſſitate (vt diximus) diuidenda. Cum ergo ſuperior facere poſſit, vt non diuidatur; ergo iure tenetur illum audire, præſertim cum peccatum reſeruatum teneatur pœnitens iterum confiteri inferiori, ergo tenetur ſuperior eum ab hac moleſtia, & grauamine leuare.

Confirmatur hoc: quia cum Prælatus ſit miniſter debet Deum imitari, vt ab omnibus peccatis ſimul abſoluat, & ideò omnia illa audire. Vlterius

confir-

confirmatur, Si poſſet Papa, vel Epiſcopus confeſſionem ſubditi diuidere, pari modo Parochus poſſet aliqua peccata ſui parochiani, & abſoluere, & ab alijs ad ſuum delegatum remittere, vt reliqua audiat, & abſoluat, quod profectò nemo auderet facere.

Ex alia parte vſus eſt in contrarium Prælati, qui non permittunt alios à reſeruatis abſoluere, abſoluunt tamen à reſeruatis, dimittentes pœnitentem ad confeſſionem inferiorem, vt audiat, & abſoluat,

Quæſiti terminatio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc quæſitum tria facit. Primo recitat opiniones. Secundo ſatisfacit quæſito vnica concluſione negatiua. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Quoad primum dicit, quod Adrianus quæſt. 4. de confeſſione, ſtatuit regulam generalem, ſcilicet, quod nec ſuperior, neque inferior poteſt ab aliquibus peccatis abſoluere, quin ſimul abſoluat ab omnibus, quæ quidem ſententia ſanè intellecta veriſſima eſt, quia non fit à Deo dimidiata venia. Inde ergo infert, quod ſuperior neutiquam poteſt à reſeruatis abſoluere, neque verò inferior pari iure poteſt à non reſeruatis abſoluere, niſi prius facultatem habeat à ſuperiori abſoluendi à reſeruatis, ut ab omnibus ſimul abſoluat.

Caietanus Illuſtriſſimus in Summa, verbo, confeſſio, conditione 10. ait: Morem Romanum eſſe ut pœnitentiarij Romani Pontificis reſeruata dũtaxat audiant, à quibus pœnitentes abſoluentes de reliquis mittunt eos ad ſuos ordinarios.

Durandus autem loco citato id negat dicendo, quod pœnitentiarij illi non abſoluunt, niſi à cenſuris, à culpis uerò omnibus relinquunt eos à ſuis ordinarijs abſoluendos. Hæc pro primo puncto. Nunc accedamus ad ſecundum, in quo declarabimus intentum noſtrum hac ſequente noſtra concluſione, quæ quidem obſeruanda eſt diligenter pro intelligentia doctrinæ huius.

Concluſio. Superior quando ratione ducitur cognoſcere peccata reſeruata, debet ipſis cognitis remedium adhibere, & pęnitentiam, ſi uiſum fuerit, taxare, & à cenſuris ſi quæ fuerint abſoluere. A culpis autem nequaquam ſacramentaliter, ſed facultatem facere inferiori, ut tota audita confeſſione, ab omnibus plenariè abſoluat: Vſus iſte eſt celebratiſſimus in Eccleſia Dei, neque ob id pœnitens grauatur, quod reſeruatum bis teneatur dicere. Nam cum ſuperior eodem ſigillo teneatur, quo inferior, non eſt grauamen, ut propter peccati grauitatem, & nocendi periculum præter integram confeſſionem illud teneatur manifeſtare ſuperiori. Nam cum Epiſcopus, & præcipuè Papa, alijs ſit maioribus cauſis Eccleſiæ mancipatus, & occupatus, non poteſt longas confeſſiones ſubditorum audire, ſatis eſt, ut audiat reſeruata.

Prælatus abſoluere à reſeruatis relictis aliis peccatis inferiori cõfeſſario, vel præbere authoritatẽ, vt abſoluat.

Corolarium ſequens ex concluſione contra Adrianum. Si ſuperior uoluerit ſola reſeruata in confeſſione ſacramentali audire, & ab illis ſolum abſoluere, abſolutio teneret, & eſſet verum ſacramentum conferens gratiam. Quare licet pœnitens non ſit de omnibus illis abſolutus fiet tunc contritus.

Probatur hoc, quia ibi eſt vera confeſſio. Nam ſicut ex parte pœnitentis (vt patet) poteſt eſſe impedimentum truncandi confeſſionem ſic, quod non omnia teneatur eidem confeſſario dicere (vt infra patebit.) Ita ex parte Prælati poteſt eſſe legitima cauſa ne omnia poſſit audire, vt repentini morbi, vel aliquod negotium neceſſarium ad bonum commune. Et nihilominus tenet abſolutio. Hæc pro ſecundo puncto, pergamus ad tertium, & ſoluamus inſtantias partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod argumentum concludit congruentiam rei vtique, vt ſuperior, vel debeat totam confeſſionem audire, vel totam committere. Et ad dictum de curato dicit, quod non eſt par ratio de illo, & de prælato, quia curatus non poteſt ſibi caſus reſeruare, vt Epiſcopus; & ideò ſicut ſi pœnitens ſine cauſa diuideret confeſſionem nulla eſſet confeſſio. Ita ſi id accideret ex parte curati. Si tamen Plebanus dum audit confeſſionem longam, ſubitaneo morbo corriperetur, & alius, cui rem delegaret non adeſſet, poſſet abſoluere pœnitentem, & eſſe verum ſacramentum. Ex quibus dicimus ad argumentum Adriani, quod neminem poteſt ſacerdos ab aliquibus peccatis abſoluere, quin ſaltem conſequutiuè ab omnibus abſoluat. Cum hoc tamen ſtat, quod poſſit abſoluere indirectè, non abſoluendo directè ab omnibus. Exempli gratia, dum quis aliquorum peccatorum (citra culpam oblitus) ea quorum eſt memor confitetur, tunc enim ab illis tantum, quæ confitetur directè, abſoluitur ab alijs indirectè; vnde cum illa ad memoriam veniunt, confiteri tenetur. At verò cum gratiam ſacramentalem accipiat, conſequutiuè, & extenſiuè abſoluitur ab omnibus. Id ipſum accidit in caſu noſtro, & hoc dum abſolutio incipit à ſuperiori. Si verò aliqua ratio exquiret, vt ab inferiori incipiatur, puta dum ſuperior longe abeſt, & accidit Euchariſtiam eſſe ſuſcipiendam ad euitandum ſcandalum, vel quid ſimile, tunc ſi peccatum habet aliquam annexam excommunicationem, quam habent omnia peccata, quæ Papa ſibi reſeruat in Bulla Cœnæ Domini, tunc inferior, neque à non reſeruatis abſoluere poteſt, quia excommunicatus, etiam excommunicatione minori non poteſt ſuſcipere ſacramentum, tunc vana eſſet confeſſio, quæ fit inferiori, niſi eo fine, vt facultatem abſoluendi à ſuperiore procuret. Si autem nulla adeſt excommunicatio, tunc in vſu eſt Eccleſiæ obſeruandus, vt integrè illæ confiteatur inferiori, etiam reſeruata, & tunc quidem inferior abſoluit quidem directè à non reſeruatis, conſequutiuè tamen à reſeruatis, dummodo pœnitens firmum habeat propoſitum recurrendi ad ſuperiorem. Nam dum in mora eſt recurrendi, puta habita opportunitate abſolutionem non procurat, ſemper manet in culpa.

Abſolutio peccatorum directè cadit ſuper peccatis confeſſis, indirectè autem, & conſequutiuè ſuper oblitis ſine culpa pœnitentis.

Argu-

Impugnatio

Argumentator contra hanc doctrinam ſe opponit dicendo: Nemo cogitur ſua peccata detegere illi ſacerdoti, à quo non poteſt abſolui. Inferior non poteſt à reſeruatis abſoluere; ergo pœnitens non cogitur illa confiteri tali ſacerdoti, ſic concludit Duraudus.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat Maiorem propoſitionem, & dicit, quod pœnitens cogitur confiteri omnia ſua peccata inferiori, vt per integram confeſſionem Paſtor vultum ſuæ pecons agnoſcat, vt de non reſeruatis ſalubrius poſſit iudicare. Nam ex connexione peccatorum reſeruatorum iudicium ſumitur de non reſeruatis, vt conſultius ei adhibeatur medicina. Sententia iſta eſt Angelici Doctoris in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4. quæſtiuncula 2. ad 4. argumentum. Tunc autem ſuperior poterit abſque dubio abſoluere præcisè à reſeruatis auditis primò in cõfeſſione, quia reliqua iam prius fuerunt remiſſa. Et eadem ratione abſolutus à ſuperiore à reſeruatis, tenetur poſtea de omnibus integrè confiteri inferiori. Neque pro grauamine reputandum eſt, ſcilicet, ſi de reſeruato cogatur bis confiteri: quia hoc requirit integritas confeſſionis. Vltra hoc, quod per ſecundum ſacramentum ſemper augetur gratia, & iterata erubeſcentia auget meritum, vt obſeruat Angelicus Doctor eadem diſt. & q. ar. 3. quæſtiuncula 5. ad 4.

Per receptionem de nouo ſacramẽti augetur gratia, & per nouã erubeſcentiã in confeſſione peccatorum augetur meritum.

Obſeruandum igitur eſt, quod per abſolutionem primi abſoluentis ſiue ſit inferior, ſiue ſuperior confertur ſacramentalis gratia, vnde ſecunda cõfeſſio, & abſolutio eſt prioris perfectio. Et ideò poteſt dici vnicum ſacramentum, & poteſt ſuſtineri, quod per ſecundum ſacramentum non augeatur ſacramentalis gratia, quia fuit data in virtute ambarum abſolutionum. At verius tamen eſt ſiue ſit vnum, ſiue ſint duo ſacramenta, quod per ſecundam abſolutionem augetur gratia. Quapropter ſi pœnitens in prima confeſſione non erat ſatis attritus, quia non habebat ſufficientem propoſitum ad ſuſcipiendam gratiam; eſt in poſteriori legitimè contritus, vel attritus accipit tunc gratiam.

Interrogatio.

INterrogat pœnitens; An ille, qui à reſeruatis caſibus ſemel abſolutus eſt, liber fuerit poſtea quoties voluerit confeſſionem iterare, & ab eiſdem abſolui?

Reſpondet Theologus dicendo, quod qui ſemel à reſeruatis abſolutus eſt, poteſt ab eiſdem abſolui. Nam intentioni reſeruantis per priorem abſolutionem fit ſatis.

Inſtantia 3.

Argumentator inſtat tertio loco dicendo: Accidere poteſt, vt ſit quiſpiam de aliquo peccato confeſſurus, quod ſibi, vel ſuo proprio ſacerdoti graue periculum afferret, tunc licitum erit illo prætermiſſo reliqua confiteri; ergo non ſemper eſt peccatum dimidiare confeſſionem.

Probatur hoc, quod pro charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militare non debet. Ecce exemplum. Si puella impudicè amat ſacerdotem, qui ſolus eſt in oppido, ſi confiteatur mentale ſacrilegium carnis, ſacerdos de facili ſe eſſe illum, de quo confitetur, arbitratur, quod præſentaneum eſſet periculum, vt ipſe ſacerdos etiam conſentiret. Item ſi ſecretò occiſus fuit pater, aut frater, aut filius ſacerdotis, & homicida confiteatur hominem occidiſſe, faciliter ſacerdos coijceret ab illo ſuus conſanguineus fuiſſet occiſus, & ſic periculum erit ne quærat vindictam iuridicè, vel proprio Marte contra ipſum; ergo in his, & ſimilibus caſibus licitum erit detruncare confeſſionem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus concedit, quod in ſimilibus caſibus pœnitens non tenetur propalare delictum. Nam licet confeſſio ſit de iure diuino, Deus tamen ad illam non intendit obligare cum periculo vitæ, famæ, vel honoris; vnde in ſimilibus caſibus petenda eſt licentia confitendi ab alio ſacerdote, quam ipſe curatus ſecundum tenorem Canonis, Omnis vtriuſque ſexus, tenetur concedere. Neque in hoc ordinarij debent eſſe difficiles (niſi dum eis bona fide conſtiterit parochianus nequire talem facultatem petere, quia quærunt occaſionem perſiſtendi in delictis.) Quod ſi talem facultatem concedere noluerit, recurrendum eſt ad ſuperiorem, ex D. Th. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. quæſtiuncula 4. ad 5. argumentum.

In aliquibus caſibus licet occultare aliqua peccata in confeſſione, ſi nõ poſſet adire alteri.

Inquiſitio.

Difficultas in hoc tamen conſiſtit, vtrum quando pœnitens habet plura peccata, & ſolum aliqua, eſſent, quæ periculum afferrent confiteri illa prælato, qui facultatem alteri confitendi concedere non vult, nec acceſſus ad ſuperiorem patet? Vtrum tunc peccator abſtinere debeat in toto à confeſſione. An verò ſalubrius ſit, illa peccata dumtaxat confiteri, quæ ſine periculo poteſt.

Inquiſitionis reſponſio.

CIrca hanc difficultatem (inquit Theologus) multi multa dicunt. Aliqui arbitrantur tam arctum eſſe vinculum integritatis confeſſionis, vt dicant, quod in tali caſu potius abſtinendum eſſe à confeſſione, quam illa dimidiare, cuius (dicunt ipſi) opinionis videtur D. Th. loco ſupracitato, dicit enim, quod in tali caſu iudicium eſt, ac ſi non haberet copiam confeſſoris, & magis deberet eligere confiteri laico.

Qñ periculũ adeſt ex parte cõfeſſarii, ſi integratio fiat cõfeſſio, poteſt dimidi, ſi non poteſt alteri cõfiteri.

Caietanus Illuſtriſſimus in verbo, Confeſſio, conditione 10. & Syl. verbo, Confeſſio primo, §. 18. dicunt, quod debet differri confeſſio quouſque commodè poſſit fieri integra. Et verè hoc eſt ſeruandum, ſi poteſt fieri commodè. At verò quando nulla expectatur commoditas nulla ratio cogit, inquit Magiſter Dominicus à Soto, vt ob nequitiam ſacerdotis ſubditus ſuo fraudetur commodo. Et addit, quod poteſt illa confiteri, quæ ſine periculo poteſt manifeſtare. Quandoquidem per ipſum non ſtat, quo minus omnia confiteretur, quod & rationabiliter dicitur, quia poſſibile eſt, quod pœnitens ſit tantum attritus, qui per abſolutionem fieret contritus. Ex quibus dicit, quod dictum D. Th. vt ſupra gloſſandum eſt dicendo, quod de illis peccatis, quæ confiteri non tenetur iudicandum eſt, ac ſi tunc non eſſet copia confeſſoris, dummo-

do

do paratus ſit illa alia confiteri quam primum ſibi occaſio confeſſarij repræſentetur.

Et ad hoc tenetur, vt confeſſio eius ſit integra, & valida.

Inſtantia 4.

Inſtat quarto loco Argumentator dicendo vſu ſæpe venire poteſt, non poſſe aliquam circunſtantiam peccati in confeſſione manifeſtare niſi alium infamando, quod eſt contra charitatem. v.g. ſi quis nefandam conſuetudinem habuit, cum matre, vel ſorore, nec habere, poteſt copiam ſacerdotis, niſi qui illam nouerit, ergo tunc circunſtantia illa tacita, non mutilantur confeſſio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet, huic inſtantiæ dicendo, prout dictum eſt ad præcedentem inſtantiam, ſcilicet, quod quando aliqua circunſtantia mortaliter aggrauat in ordine, ad infamiam alterius perſonæ adhibenda eſt, diligentia ne fiat confeſſio illi perſonæ ſeu ſacerdoti, qui illam nouit petendo facultatem cõfitendi alteri, ſecundo dicitur, quod ſi fuerit neceſſe confiteri ei, qui perſonam agnoſcit reſpondetur, per diſtinctionem, vel ex hoc, quod pœnitens confitetur circunſtantiam alterius perſonæ aliquod periculum illi iniiat mortis, vel notabilis infamiæ, vel non. Si ſic tunc tacenda eſt, circunſtantia de mente Caiet. & Soti, aliter non, vt ſi quis. v.g. acceſſit ad vnicam ſororem, vel matrem, & confitetur proprio Patri, vel filio, qui improperio improperabit matri, vel ſorori, reuelando ſecretum, vel flagitium vlciſcetur in illis, tunc ex communi ſententia omnium prætereunda eſt, huiuſmodi circunſtantia, quia confeſſio iſta eſſet contra charitatem proximi. N m & ius naturæ præcipit honori alterius, & famæ, & vitæ, ſicut honori proprio, & vitæ conſulere, & curam de illis habere.

Circunſtãtia alterius perſonæ afferẽs periculũ infamiæ, vel mortis tacenda eſt in confeſſione aliter non.

Imò dicerem, ego cum Soto etiam in articulo mortis huiuſmodi circunſtantiam eſſe tacendam, quia etiam tunc, & multo magis diligentia eſt exhibenda, ne fama, vel honor proximi ſit tacta. Si tale periculũ non imminet, ſed hoc tantum, quod confeſſarius ſciet perſonam, quam nouit deliquiſſe, ſeruabit tamen ſecretum, licet deinceps non tanti æſtimabit perſonam illam. Tunc (hoc non obſtante) explicanda eſt circunſtantia illa de mente. D. Thom. in 4. d. 16. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 5. ad Sanctum, & D. Bonauenturæ, d. 21. in 2. p. quæſtionis, art. p. & Durandi, d. 16. q. 4. Magiſtri Dominici à Soto. d. 18. q. 2. art. 5. Caietani, & recentiorum omnium. Et probatur ratione. Nam confiteri omnia mortalia eſt de integritate confeſſionis, ergo ob hanc cauſam non licet, circunſtantiam mortalem tacere, ne confeſſarius ſciat. Ratio eſt, quia ſub eodem ſigillo confeſſionis tenetur celare culpas aliarum perſonarum, quo ipſius pœnitentis, ob idque non eſt, infamare proximum præcipuè, cum complices in illum periculum (ſua culpa) ſe miecerint.

Quando autem alia perſona eſt explicanda, nõ qua fuit ſocius delicti, ſed alia de cauſa, multo maior adhibenda eſt cautela, verbi gratia. Si quis confiteatur infamaſſe Patrem, aut Prælatum de tali crimine, veritatem dicendo, vbi aperit, & notum facit crimen Patris, vel Matris, vel Prælati tunc per maxime, vtenda eſt cautela, primo enim examinandum eſt, an talis ſit circunſtantia neceſſaria confeſſionis, qualis eſt infamatio Parentum, & Prælatorum de re grauiſſima.) Et ideo confitendo non ſolum, quando fuit mendacium, cum hoc ſit notiſſimum, verum etiam, quando crimen Parentum, vel Prælatorum fuit verum, ſi infamatio fuit præter ordinem iuris.

Manendo autem in reuelatione circunſtantiæ perſonæ, quæ fuit ſocia in delicto, dico cum D. Bonauentura, quod non ſolum ad exprimendam circunſtantiam peccati proprij, verum etiam ad prouidendum ſibi, poteſt reuelare aliam perſonam in confeſſione, vt ſi puella moleſta in turpitudine ſolicitetur, detegere illam perſonam poteſt in confeſſione. Imò hoc facere licet prudenter tamen extra confeſſionem cum his, qui prodeſſe poſſunt, & obeſſe, vt conſeruet famam ſuam. Et ſi alia remedia non ſufficiunt, hoc facere poteſt cum detrimento famæ oppræſſoris.

Confeſſarius nõ debet tractare extra confeſſionem ea, quæ habet in confeſſione etiam de licentia pœnitentis.

At in confeſſione propter eius dignitatem, & neceſſitatem (ne fiat ex ora) non tantum licet quantum extra; Non enim ſacerdoti facienda eſt reuelatio, vt ipſe obſit alteri, ſed ſolum ad capiendum eius concilium. Quapropter (inquit Sotus) confeſſarius cauere debet omnino, ne etiam de licentia pœnitentis, extra confeſſionem eius negotium tractet, aut reuelet, faceret enim confeſſionis religionem odioſam. Sed tantum conſulet pœnitenti, quod debeat facere, vt ſibi ipſe prouideat.

Quapropter vix cõtingere poteſt, vt dicat hac de cauſa in confeſſione reuelare perſonam.

Inſtant. vlt.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo, Accidit ſæpe, vt pœnitens aliam habeat opinionem circa aliquos caſus dubios in conſcientia, quam Sacerdos, vt puta, non eſſe peccata, quæ Sacerdos habet pro peccatis. Tunc enim pœnitens non tenebitur auſcultare, & obedire confeſſario, ergo in tali caſu pœnitens poterit confeſſionem detruncare, & ad alium ſacerdotem recurrere.

Inſtant. ſolutio.

Relictis opinionibus multorum, ſoluit Theologus hanc inſtantiam per diſtinctionem dicendo, vel opinio pœnitentis eſt probabilis inter Authores probatæ authoritatis, vel non. Si opinio pœnitentis caret probabilitate apud viros intelligentes in negotio de quo tractatur.

Confeſſarius tenetur abſoluere pœnitẽtem in caſu dubio, in quẽ deſcẽdit opinio peritorũ etiam, quod ipſe ſit oppoſite opinionis.

Nec curatus, nec alius confeſſarius debet illum abſoluere. Si autem opinio pœnitentis eſt probabilis apud doctos, & prudentes in tali materia, tunc Sacerdos ſiue ordinarius ſiue delegatus debet eum abſoluere, vt verbi gratia. Si Prætor habet in carcerem vinctum quem euidenter ſit eſſe innocentẽ, ſed eſt tamen legitimè probatus nocens, & adhæret opinioni Scoti, quod non debet eum occidere: Confitetur ſacerdoti ſequenti opinionem Diuus Thomas, quod debeat eum occidere tenetur nihilominus Sacerdos eundem Prætorem in ſua opinione perſiſtentem abſoluere.

Licet probabilior ſit ſententia D. Thom. probat intentum Theologus dicendo, quod in tali caſu pœnitens eſt in gratia, & ideo Sacerdos abſolutionem denegans iure ſuo illum expoliat. Eſt enim falſiſſima conſequentia iſta. Sacerdos hic non tenetur confeſſionem iſtius audire, ergo nec poſtquam audiuit, tenetur eum abſoluere. Nam eo ipſo quod conditionem acceptauit audiendi eius confeſſionem, præſtrinxit ſe ad abſoluendum illum, caſu quo pœnitens eſſet diſpoſitus. Confirmatur hoc etiam. Nam poſtquam pœnitens confeſſus eſt ſua crimina, grauiſſimo onere præmeretur ſi Sacerdos eius abſolutionem ſuſpenderet, vt iterum cogatur confiteri.

Impugnatio.

Argumentator contra hanc reſponſionem ſe opponit dicẽdo, talis confeſſarius ſiue ordinarius ſiue delegatus, vt ducat in ſuam ſententiam pœnitentem, poteſt penitenti conſulere, vt veniat in ſuam ſententiam. Vt v. g. in caſu noſtro, relicta opinione Scoti veniat in ſententiam D. Tho. tamquã in probabiliorem, ergo ſi venire noluerit, poterit illum non abſoluere.

Impugnationis reſponſio Confeſſarius cauſa procedere debet in caſibus in quibus reperiuntur diuerſitas opinionũ doctorum.

Theologus conceſſo antecedenti, negat conſequentiam; & ratio negationis eſt, quia in tali caſu confeſſarius eſſet doctor dogmatis, quod pœnitens credit eſſe falſum, quod quidem in ſacramento confeſſionis eſt ſacrilegium; propterea relicto eo in ſua ſententia in actu illo confeſſionis debet illum abſoluere. Extra Confeſſionem demõſtrationibus poteſt illi oſtendere ſententiam. D. Thomæ eſſe probabiliorem.

In his autem multa prudentia eſt neceſſaria, vt qualitas tam ſacerdotis, quam pœnitentis perpendatur. Nam ſi Sacerdos eſt ignarus, non tanta fides ei debetur. Et ſi vice verſa, pœnitens eſt doctus, & creditur non ſana fide tali opinioni adhærere, non eſt abſoluendus. Adde tamen, vt ſæpe occurrit. Quando prudens Sacerdos præſciit pœnitentem hunc, his aut illis implexis contractibus eſſe inuolutum, eius confeſſionem audire recuſet. At ſi fortè audiat ipſum abſoluat. Hæc eſt pro dubio iſto. Nunc proponendum, & terminandum eſt quintum, & vltimum.

Dubium quintum.

Lector in hoc dubio quærit An confeſſio debeat eſſe ſecreta. Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. In his, quæ ad conſcientiã pertinent, ſequi debemus ſententiam Patrum, ſed ſententia patrum eſt confeſſionem debere eſſe ſecretam, ergo affirmandum eſt ipſam debere eſſe ſecretam.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Subſtantia confeſſionis vt in eius diffinitione deſignatum eſt, non eſt niſi quod ſit accuſatio peccatorum ad obtinendam veniam virtute clauium. Quod autem clam, aut palam fiat, accidentarium eſt, Et arguitur quod ſit expedientius, vt palam fiat. Finis enim confeſſionis, vnde id, quod expedit indicare debemus, eſt ſalus & emendatio pœnitentis. Si autem confeſſio fieret publica, erubeſcentia eſſet multo maior, & metus vehementior, vt homo à peccatis caueret. Et præterea iudicium Eccleſiæ publicum, ſalubriora remedia ægroto animo adhibere poſſet; congruentius ergo fuiſſet confeſſionem non ſecretam, ſed publicam inſtituere.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus tria pro dubio iſto facit, primo obſeruat vnum, ſecundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, quod hæretici negabant auricularem confeſſionem non ob aliam cauſam, niſi vt hac via negarent cõfeſſionẽ ipſam ſimpliciter occultorum criminum; quia ſi daretur publica confeſſio, dicerent quod eſſet contra ius neceſſe quod docet peccata occultare; contra ergo illorum opinionem, & in fauorem fidei Catholicæ ponemus concluſiones has.

Eſſe ſecreta licet non ſit de eſſentia confeſſionis eſt tamen neceſſarium ad eius ſubſtentationem.

Concluſio prima. Quod confeſſio debeat eſſe ſecreta non eſt de eſſentia confeſſionis. Concluſio iſta ex diffinitione confeſſionis clara eſt. Nam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ Chriſtianus dũmodo ſubijciat ſe clauibus Eccleſiæ confitendo peccata ſua ſub ſpe veniæ.

Concluſio ſecunda. Confeſſionem eſſe ſecretam eſt neceſſarium ad eius ſubſtentationem ex parte pœnitentis, & confeſſarij.

Probatur concluſio iſta tali medio. Lex gratiæ non deſtruit legem naturæ, lex autem naturæ docet, & admonet, ne occulta verendaque crimina in publicum niſi via iuris ad eorum vindictam proferantur Lex autem gratiæ diuinæ iubet omnia peccata, etiam occulta confiteri, ergo inde colligitur confeſſionem debere eſſe ſecretam; valet conſequentia. Nam renuente natura, aut homines non poſſent, aut non niſi violẽtiſſime poſſent ad confeſſionem adduci, cum tamen diuina prouidentia, iuxta cuiuſcunque naturam, & ingenium ſuauiter omnia diſponat; ergo concluſio certiſſima eſt.

At quando hæretici poſtulant à nobis ex quo loco Euangelij habeamus cõfeſſionem auricularem, ſeu ſecretam confeſſionem, reſpondemus illam nos habere ex illo loco, in quo datæ ſunt claues Eccleſiæ, in quo data fuit poteſtas ligandi, atque ſoluendi peccatores.

In loco illo data fuit Eccleſiæ poteſtas remittendi peccata omnia, quæ Deus remittit, ergo omnia etiam occultiſſima cordis, & hoc non niſi per iudicium, quod cauſæ cognitionem requirit, & de eius natura eſt, ne occulta in publicum proferantur, ergo in Euangelio eſt ſecreta confeſſio inſtituta, ergo confeſſio ſecreta, & auricularis, non ſolum eſt de iure poſitiuo (vt dicunt hæretici) ſed eſt de iure naturæ, & diuino; aliter ſi eſſet tantum de iure poſitiuo, poſſet Eccleſia nunc præcipere, vt occultorum confeſſio in publico fieret; quod profectò falſiſſimum eſſe conſtat.

Nam

Digitized by Google

Nam licet hoc omnino non eſſet mutare materiam confeſſionis, eſſet tamen ſic eius modum variare, vt fieret intolerabilis.

Ad confirmandam hanc concluſionem ſufficiunt authoritates Patrum Sãcti Auguſtini Amb. Hieronymi Lathantij, Cypriani Dionyſij, & Clementis, prout in dubio ſecundo patet, qui omnes vno ore affirmant confeſſionem occultorum imò, & cogitationis mentis eſſe neceſſariam. Et apud Euſebium lib. 9. hiſtoriæ tripartitæ capit. 35. narratur quemadmodum in primitiua Eccleſia deſtinabatur presbyter bonæ conuerſationis, qui ſecretum ſeruaret, ad quem qui delinquerant accedentes delicta propria confitebantur. Nec dictum hæreticorum eſt alicuius apparentiæ, dicũt enim quod confeſſio illa erat publica, & quod illo ipſo loco loquitur Doctor ille de publica confeſſione: ecce paſſio hæreticorum quo modo illo iudicio priuat, &c. namque in qua gloſſa iſtorum. Nam dicitur ibi quod presbyter ille debebat ſecretum ſeruare, ergo confeſſio ſecreto fiebat. Presbyter ille in theatro manebat, & ſub teſtimonio Eccleſiaſtici populi natura erat in Eccleſia, velut in publico poſitus, vt quicunque poſſet ad illum accedere, & peccata ſua in aurem proferre. Atque adeò idem presbyter vt nunc moris eſt de ciuium confeſſionibus teſtimonium perhibebat.

Oſtenditur maligna voluntas hæreticorum contra ſecretã confeſſionẽ.

Impugnatio. Impugnationis ſolutio.

Inſurgunt oppugnatores dicendo contra auricularem cõfeſſionem, & adducunt canones quã plures in quibus publicæ pœnitentiæ fit mentio, ſed nihil contra nos, quia concedimus publicam pœnitentiam, quæ præcipuè exercebatur in primitiua Eccleſia quando vigebat Spiritus. Imò Confeſſarij pro manifeſtis peccatis iniungebant pęnitentibus pœnitentias publicas.

Origenes ſuper Pſal. 37. ambas confeſſionum formas manifeſtat. Ait enim vide quod nos docet ſcriptura dicta, quia oportet peccatum non celare intrinſecus. Quod enim ſumma de occultorum confeſſione verba faciat, declarat ſubdens. Fortaſſis ſicut ij qui habẽt in vẽtre incluſam eſſentiã indigeſtam, ſtomachum grauiter imminentur, ſi vomerint releuantur. Item etiam illi qui peccauerunt, ſiquidem occultant, & retinent intra ſe peccatum intrinſecus vrgẽtur, & propemodum ſuffocantur ab humore peccati. Si ipſi ſui occultatores fiant, dum accuſant ſeipſos, & confitentur, ſimul euomunt delictum, atque omnes morborum digerunt cauſas. Tantummodo circumſpice diligentias cui debeas confiteri peccatum tuum. Cui debeas cauſas languoris exponere, vt ita demum ſi quid ille dixerit, ſiue quid conſilij dederit, facias, & ſequaris. Ecce quam clare verba iſta ad priuatam & ſecretam confeſſionem pertinent. Subdit autem paulò inferius. Si intellexerit ſcilicet Sacerdos, & præuiderit talem eſſe languorem ſuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſſis, & cæteri ædificari poterunt, & tu ipſe facile ſanari, multa hoc deliberatione, & ſatis prætio medici illius conſilio procurandum eſt. Ecce quo modo quandoque conſilio confeſſoris fiebat confeſſio publica.

Inualuit autem vſque adeo vſus ille, vt quandoque cogerentur homines pœnitentiam illam publicam facere. Quem quidem abuſum retundet Leo Papa primus in Epiſcopale ad Epiſcopos Campaniæ, & refertur de pœnitentia diſtinct. 1. cap. quamuis. Cuius verba ſunt. Illam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem quam nuper audiui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri. De pœnitentia videlicet quæ à fidelibus poſtulatur, ne de ſingulorum genere libelli ſcripta profeſſio, vel confeſſio, publicè recitetur cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicare confeſſione ſecreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis qui propter Dei timorem apud omnes homines erubeſcere non veretur, tum quia non omnium ſunt peccata, vt ea pœnitentiam poſſunt, non timent publicare, remoueatur improperabilis conſuetudo, ne multi à pœnetentiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut timent inimicis ſuis ſua facta manifeſtare. Sufficit enim illa confeſſio quæ Deo offerunt, tum ne ſacerdoti. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

Conſiderandum eſt in hoc canone, ratio vetuſtiſſime eiuſdemque occultiſſime confeſſionis Cui alludunt, & verba canonis, quem pœnitet. Si peccatum occultum eſt, ſufficit refferre in notitia ſacerdotis, vt grata ſit oblatio muneris. Iſtis ſic ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiue.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit primam inſtantiam ex iam dictis eſſe ſolutam, dictum eſt quod confeſſionis ſecretum non eſt de eſſentia confeſſionis, ſed ad eius vſum neceſſarium.

Verum eſt tamen, quod ſi in publico fieret maior eſſet erubeſcentia, & metus, ſi tamen conſulendum id quod vtilius eſt populo Chriſtiano qui vt Papa nos admonuit ſi cogerentur publicè confiteri, à confeſſionis religione exterrerentur.

Inſtantia. 2.

Inſurgit Lector dicendo; contra prædicta. Si expediret confeſſionem occultè fieri neceſſario ſequeretur vt propria voce, quiſque confiteretur, vnde nec nutibus nec ſcripto, nec per nuntium, nec per interpretem licita eſſet confeſſio, quod eſt falſum, cum linguæ defectus per alia inſtrumenta ſuppleri poſſit.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſimpliciter negat ſequelam, & ad intelligentiam illorum quæ in argumento proponuntur quatuor proponit diſputanda ſcilicet de nutibus de ſcripto de nuntio, & de interprete. De quibus omnibus nos docuit Doctor Sanctus in 4. d. 17. q. 3. art. 4 quæſtiuncula 3. dicens quod cum confeſſio ſit actus virtutis, & pars ſacramenti, poteſt quidem inquantum eſt virtus fieri ſcripto, vel

per interpret. Poteſt enim peccator conſcientiã ſuam, tum per literas, tum autem per internuntium, amico fideliter reſerare à quo conſilium, vel auxilium capiat. Hæc autem non eſt ſacramentalis confeſſio. Confeſſio autem quatenus eſt pars ſacramenti actum habet determinatum, ſicut & in alijs ſacramentis ſunt determinatæ materiæ. Vnde ſicut materia baptiſmi eſt aqua cuius frequentiſſimus effectus eſt abluere. Ita & ſacramentalis confeſſio debet fieri voce, quæ hominibus dacta eſt ad explicandam mentem. Ratio iſta vtique non eſt demonſtratoria, ſed vtcunque ſuaſoria. Cum enim confeſſio, veluti abſolutio, actus ſit perſonalis, fit vt quemadmodum abſolutio fieri non poteſt niſi præſente pœnitente, vt forma ipſa ſignificat ſcilicet Abſoluo te. Ad modum, quo in conſecratione demonſtratur materia præſens. Hoc eſt corpus meum. Ita & confeſſio eſſe debet actus quo præſenti ſacerdoti peccatorum noſtrorum accuſationem proponimus: præſentibus verò voce propria loquimur ſicut abſentibus ſcripto, vel per nuntium. His notatis, ponenda ſunt membra dicta, & declaranda.

Mutus tenetur ad confeſſioné faciendam per nutus meliori modo quo poteſt.

Primum membrum tactum in argumento eſt de nutibus. Ad quod reſpondetur, quod tam linguæ ignatus, quam mutus qui de religione confeſſionis eruditus eſt tenetur meliori modo quo poſſit nutibus confiteri, prout docet D. Thom. Scotus. & omnes in quarto. Et ratio eſt, quia nutus pro vocibus deſeruiunt, quapropter pari iure, & mutus, & loquens ligatur. Dictum eſt meliori modo quo poteſt, non quidem quod teneatur ſummam diligentiam adhibere exquirendi nutus quos Sacerdos intelligat, ſat enim eſt illos oſtendere, qui iudicio prudentum in re grani adhiberi debent. Caietanus Illuſtriſſimus in ſumma verbo. Confeſſio §. 11. dicit quod ſi mutus aliquando legere nouit, habere debet omnia peccata quæ homines committere poſſunt ſcripta, & poſtea, in præſentia ſacerdotis, digito oſtendere annuẽdo illa quæ facit. Et addit quod licet illa ſcriptura ab alio legeretur eſt ſecreta, quia nullus poteſt cognoſcere quæ illorum commiſerit mutus ille. Modus iste, laudabilis, licet apud Magiſtrum Dominicum, à Soto, non ſit neceſſarius, vtilis tamen valde eſt.

Impugnatio.

Argumentator impugnat hanc doctrinam dicendo. Sequeretur ex hoc quod ſi quis loqui ſit & pôteſt, non voce, ſed nutibus confiteretur, quod confeſſio eſſet valida.

Probatur hoc, quia erit integra, & habebit omnia quæ ſunt de eſſentia. Nam confiteri voce, vel nutu eſſentiam non mutat.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat ſequelam, meritò quidem. Nam inquit Doctor Sanctus Quo lib. 1. artic. 10. Licet mutus nutibus, & ſcripto confiteri poſſit, nihilominus qui loqui poteſt præcepto Eccleſiæ tenetur confiteri voce, quod niſi fecerit mortaliter peccat, & gratiam non recipit.

Magiſter Sotus diſtinguit peccata dicendo aliqua eſſe peccata quæ faciliter per nutus poſſunt intelligi, alia vero non niſi cum maxima difficultate, prima quia à canone non eſt excluſa, ſi omnia peccata manifeſtat valida eſt, ſecunda verò non, quoniam per illam circunſtantias peccatorũ impoſſibile eſt explicari, In hoc tantũ ſententia Soti non apparet vera, nam D. Th. dicit quod ex præcepto Eccleſiæ cõfeſſio debet fieri voce, dum lingua non eſt impedita, & quod iſte qui nutibus confiteretur peccaret mortaliter in illo actu, & non reciperet gratiam neceſſariam ad remiſſionem peccatorum, & per conſequens confeſſio eſſet nulla, quod indubitanter affirmamus.

Confeſſio nutibus facta, ab his qui loqui poſſunt eſt nulla, & peccant mortaliter qui ſic confitentur.

Secundum membrum argumenti eſt de ſcripto. De qua dicit Doctor Sanctus illo in loco quod ſufficit muto confiteri ſcripto, vel per interpræte̅. Non tamen dicit talem confeſſionem eſſe neceſſariam inquit Sotus. Paludanus in 4. d. 17. q. 2. tenet quod per literas, poteſt homo ſacerdoti confiteri, licet non tenetur, vt ſi peccator eſſet in carcere, vel vbi non poſſet confeſſarius accedere.

Impugnatur Paludanus, & Scotus, quo ad confeſſioné per literas.

Iſta confeſſio inquit Magiſter Sotus (& optimè quidem) non ſolum non cadit ſub obligatione, verum certè non eſt valida. Nec in hoc valet aliquid ratio Scoti dicentis, quod confeſſio debet eſſe ſecreta per epiſtolá ex natura ſua patulam, quam tabellio, vel quicunque alius legere poteſt. Et ideo modus ille eſt contra rationem confeſſionis. Confeſſio enim eſt actus perſonalis quo homo præſenti ſacerdoti loquitur vnde merito Clemens Papa Octauus damnauit confeſſionem hác per literas cum ſit contra naturam, & eſſentiam confeſſionis.

Abſolutio ab excommunicatione per literas poteſt per literas conſtat, non autem abſolutio ſacramentalis.

Ab excommunicatione, & ab alijs cenſuris poteſt homo per literas abſolutionem à Romano Pontifice petere, cum hoc pertineat ad forum exteriorem. Abſolutionem ſacramentalem peccatorum petere non licet niſi à præſenti ſacerdote per confeſſionem actualem.

Secundo probatur concluſio iſta ſcilicet, quod confeſſio debet eſſe talis per quam ſacerdos certus fiat, talia peccata pœnitentem feciſſe, quin etiam per quam poſſit eum conuincere. Confeſſio autem per Epiſtolam non eſt huiuſmodi. Nam ſacerdos non eſt certus an literæ illæ ſint verè an fictè imò poteſt poſtea pœnitens negare ſuas eſſe. Vlterius poteſt accidere quod quando ſacerdos per reſcriptum pœnitentem abſolueret fortaſſe iã pœnitens mutatus eſſet animo, vt indignus eſſet abſolutione, & fortaſſe eſſet vita defunctus. Sententia eſt Canonis. Quẽ pœnitet. d. 1. de pœnitentia. Vbi exemplo eorum, qui a lepra curati ſunt iuſſi à Chriſto vt oſtenderent ſe ſacerdotibus docetur corporali præſentia, confitenda eſſe ſacerdoti peccata, non per nuntium, non per ſcriptum aut epiſtolam manifeſtanda, ſed facie ad faciem.

Nota.

Si autem quis in præſentia ſacerdoti ſcripto confiteatur, hoc fieri poteſt dupliciter, vno modo, vt pœnitens ſcriptum tradat ſacerdoti, vt legat, nihil pœnitente voce, vel nuto affirmante. Iſta confeſſio, eadem ratione non eſt valida, quoniam per tales literas nihil pœnitens affirmat. Si verò cum ſingula peccata ſacerdos legit pœnitens dicat, ſe illa feciſſe, vel nutu capitis ſi mutus

Confeſſio facta in ſcripto coram ſacerdote valida eſſe poteſt, & non valida.

eſt

eſt annuat, tunc eſt vera confeſſio, quia locutioni æquiualet. Et in hoc caſu Scotus gloſſat Canonem, Qualis, 30.quæſt. 3. vbi habetur, quod adulteræ pœnitentia per ſcriptum recipienda eſt. Gloſſa iſta Scoti non placet Magiſtro Dominico à Soto, quoniam pœnitentia illic non accipitur pro confeſſione. Sed ſenſus illius loci eſt, quod adultera à viro ſuo ſeparata debet in habitu pœnitenti viuere, de cuius pœnitentia (ſi per ſcriptum conſtiterit) poterit maritus iterum in domo recipere. Scribebantur enim peccata eorum, qui publicam pœnitentiam agebant, vt patet in Epiſtola Leonis ſupracitata, de pœnitentia, diſtinct. prima, Can. Quamuis. Qui autem in memoriæ ſubſidium proprio ore legit peccata ſua coram ſacerdote, citra dubium legitimè confitetur. Non tamen iſte debet merum legentis officium exercere, quia minueret verecundiam, quæ in confeſſione reperiri debet, ſed debet poſt inſpectam paginam ore manifeſtare confeſſario delicta ſua lachrymabiliter.

Tertium membrum eſt confeſſio facta per nuntium, de hoc nullus dubitat, immò quilibet affirmat confeſſionem factam per nuntium eſſe nullam, non illa ſola cauſa, quia non eſt ſecreta, cum per interpretem valeat (vt dicitur modo,) ſed ob id, quod qui peccata ſua nuntio narrat, vt ſacerdoti referat, ille quidem non ſacerdoti, ſed nuntio confitetur, nuntius verò nemini confitetur. Quare nec ſacerdos illa via, vt ſupra dictum eſt, certus eſſe poteſt illa peccata talis pœnitens egiſſe, quia ipſe illa negare poteſt.

Confeſſio facta per nuntium valida eſſe non poteſt, bene autem ſi facta eſt per interpretem.

Quartum membrum eſt confeſſio facta per interpretem. Certum eſt licere, cuique linguæ ignaro confiteri peccata in præſentia ſacerdotis per interpretem, & confeſſio valida erit. Nam qui præſens eſt verò loquitur ſacerdoti, quia nutibus poteſt, & debet ſignificare ſe illa peccata aſſerere, & commiſiſſe, quæ interpres refert.

His autem poſtrema additur propoſitio à Magiſtro Soto (contra Scotum, Caietanum, & Paludanum) quæ talis eſt, ſcilicet, quod nemo tenetur aut per ſcriptum, aut per interpretem confiteri. Ratio; quia confeſſio iſta ex ſuo genere non eſt ſecreta, & poteſt afferre infamiam peccatori, quod non intendit Chriſtus, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue.

Dicerem tamen ego, quod (ſaluo honore) homò tenetur confiteri ſemel in anno omni, & meliori modo. Et in hoc ſtandum arbitror cum Caietano, Paludano, & Scoto.

Interpretes, inquit Caietanus vnà cum Scoto, tenentur ad ſigillum confeſſionis, & ratio eſt, ne infametur pœnitens, & ſacramento confeſſionis non ſit iniurioſum. Cum Soto tamen dico, quod non cum tanto rigore, vt ſacerdos, quia tenet locum pœnitentis, & non confeſſarij. Et hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis.

Caſus tertius, de miniſtro ſacramenti confeſſionis.

Lector in caſu iſto diſputare intendit de miniſtro huius ſacramenti. In dubijs autem tractat de miniſtris in particulari.

In caſu ergo quærit Lector; Vtrum neceſſarium ſit confiteri ſacerdoti, vel liceat confiteri etiam non ſacerdotibus?

In primo dubio inueſtigat; An ſit neceſſarium, quod homo confiteatur proprio ſacerdoti?

In ſecundo dubio interrogat; Si pœnitens poſſit alteri, quam proprio ſacerdoti confiteri, ex priuilegio, vel mandato ſuperioris?

In tertio autem dubio poſtulat Lector; An pœnitens in extremo vitæ ſuæ poſſit abſolui à quolibet ſacerdote?

In caſu igitur quærit Lector; Vtrum neceſſarium ſit confiteri ſacerdoti? Ita quod non liceat confiteri non ſacerdotibus? Argumenta ſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti, argumentatur ſic. Abſolutio pœnitentis, propter quam ſit confeſſio, non ſit niſi à ſacerdotibus, quibus clauæ commiſſæ ſunt; ergo confeſſio fieri debet ſacerdoti. Et confirmatur Io. 11. quo in loco Dominus dixit ſolis ſacerdotibus, ſcilicet, Apoſtolis, vt ſoluerent Lazarum quatriduanum dicendo: Soluite, & ſinite eum abire; ergo confeſſio ſacerdotibus tantum facienda eſt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. Ad confeſſionem homo non obligatur, niſi ex ſola inſtitutione diuina. Sed Apoſtolus Iacobus hanc inſtitutionem nobis ante oculos ponit dicendo: Confitemini alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini; ſed ibi non ſit mentio de ſacerdote; ergo non eſt neceſſe confiteri ſacerdoti.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo obſeruat vnum pro fundamento diſputationis. Secundo ſatisfacit quæſito quatuor concluſionibus. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ (deciſis tamen primò dubijs.)

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod inter Catholicos de hac re nulla eſt diſputatio, quoniam multis in locis Eccleſia docet ſacerdotes eſſe miniſtros huius ſacramenti; Sed hæretici, præcipuè Lutherani ſunt, qui ſacerdotalem dignitatem quærunt de medio Eccleſiæ tollere. Lutherus enim in illo ſathanico libello, de abroganda miſſa priuata. In ſacramento, inquit, pœnitentiæ, & remiſſionis culpæ, non plus facit Papa, vel Epiſcopus, quam infimus ſacerdos. Immò vbi non eſt ſacerdos, æquè tantum, quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier, aut puer eſſet: Articulus iſte fuit damnatus à Leone Papa, tanquam peſtilentiſſima hæreſis; ideò ſemoueamus illam ab oculis noſtris, & contra illas ponamus noſtras concluſiones.

Concluſio prima. Solus ſacerdos eſt ſacramenti pœnitentiæ miniſter, cui neceſſariò facienda eſt confeſſio.

Solus ſacerdos eſt miniſter ſacramẽti confeſſionis, & illi ſoli faciẽda eſt ſacramẽtalis confeſſio.

Probatur concluſio iſta. Sacramentum pœnitentiæ eſt iudicium, quo homines virtute clauium ad regnum cœlorum ordinantur, aut ab illo excluduntur. Sed claues ligandi, & ſoluendi Chriſtus Dominus dedit diſcipulis ſuis, & ſacerdotibus ſucceſſoribus illorum; ergo illi ſoli ſunt miniſtri. Probatur Minor, Matth. 16. dixit Dominus Petro ſingulariter: Tibi dabo claues regni cœlorum &c. Et Matth. 18. omnibus Apoſtolis dixit: Quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cęlo. Et Io. 20. Quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. His rationibus poſſumus addere illam D. Th. 4 diſtinct. 17. quæſt. 3. art. 3. Gratia quæ per ſacramenta confertur à Chriſto capite, deriuatur in membra: quia in ſua paſſione meruit illam, & fuit auctor ſacramentorum, per quem eadem gratia deriuatur in corpus myſticum Chriſti. Miniſtri autem corporis Chriſti ſunt ſoli ſacerdotes, quales fuerunt Apoſtoli; ergo illi ſoli ſunt ſacramentorum miniſtri, prout confirmat Apoſtolus 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti &c. Et potiſſimum ſunt miniſtri ſacramenti pęnitentiæ, per quod homines idonei fiunt ad ſuſcipiendum verum corpus Chriſti in Euchariſtia. Vlterius Chriſtus inſtituit ſingulariter ſacramenta, quæ inſtrumenta eſſent gratiæ deriuandæ in nos; ergo & inſtituit ſingulares miniſtros, aliter ſacramenta eſſent ſine miniſtris, quod repugnat dignitati illorum. Hoc enim manifeſtat Apoſtolus dicendo, ad Epheſeos 4. Dedit quidem quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores, id eſt, Prælatos Eccleſiæ &c.

Scio, quod Lutherus dicit, quod huiuſmodi dignitas ſacerdotis non eſt in Eccleſia, quia ſacramenta Eccleſiæ per eum non conferunt gratiam, & nihil agunt miniſtri Eccleſiæ in abſolutione à peccatis, & quod ſola fides iuſtificat abſque ſacramentis, & operibus bonis. Nihilominus non eſt audiendus. Veritas enim Catholica habet, quod ſacramenta Eccleſiæ conferunt gratiam; vnde miniſterialiter ſacerdotes ad hunc effectum concurrunt, propterea ſunt miniſtri huius ſacramenti, ſicut & aliorum ſacramentorum Eccleſiæ.

Quæſitum.

Lector quærit, ſi in caſu neceſſitatis in abſentia ſacerdotis, homo teneatur confiteri laico. Nam & ſi verum ſit, quod ſacerdotes ſunt miniſtri ordinarij huius ſacramenti poſſibile eſt, quod laici ſint miniſtri in caſu neceſſitatis, vt accidit in ſacramento baptiſmi. Cum iam ex dictis vſque modo clarè conſtet dictum Lutheri eſſe hæreticum, ſcilicet, quod omnes homines poſſint audire confeſſiones, & pœnitentes abſoluere, tamen nil dictum eſt circa caſum neceſſitatis, ſcilicet, ſi laicus poſſit eſſe miniſter huius ſacramenti; ideò ponitur alia concluſio.

Concluſio ſecunda. In caſu extremæ neceſſitatis laicus poteſt eſſe miniſter huius ſacramenti, nõ ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Poteſt audire confeſſionem, non tamen poteſt abſoluere. Nam baptiſmus, & pœnitentia ſunt ſacramenta neceſſitatis, non æqualiter tamen; maior eſt neceſſitas baptiſmi, præcipuè in paruulis, qui non poſſunt habere illum in voto, quam pœnitentiæ, quia ſola contritio poteſt ſaluare, quando in voto includit confeſſionem; vnde licet in tempore neceſſitatis laicus poſſit eſſe miniſter huius ſacramenti (modo declarato) non tamen poteſt abſoluere à peccatis, vnde in nullo euentu neceſſarium eſt confiteri laico.

Laicus in caſu neceſſitatis poteſt audire cõfeſſionem, non tamen abſoluere à peccatis

Probatur hoc: quia cum laicus non habeat poteſtatem clauium, certiſſimum eſt, quod neminem ſacramentaliter abſoluere poteſt, ſed tantum deprecatoriè; vt miſereatur tui, & quid ſimile; vnde confeſſio illa non eſſet pars ſacramenti, neque ex ſe vllam gratiam conferre poſſet. Vnde cum pręceptum tam diuinum, quam humanum non ſit latum, niſi de confeſſione, quæ eſt pars ſacramenti ad obtinendam gratiam abſolutionis, nullum remanet præceptum de confeſſione facienda laico Alioquin in Canone, Omnis vtriuſque ſexus, fieret mentio huius confeſſionis, cum tamen non datur, niſi vt vnuſquiſque confiteatur proprio ſacerdoti.

Concluſio tertia. Quando vſus viguit in Eccleſia confitendi laico in abſentia ſacerdotis ingruente neceſſitate (prout habetur ex D. Auguſtino, ex Magiſtro, & ex Gratiano) hoc faciebant ad manifeſtandum deſiderium, quod habebant habendi ſacerdotem miniſtrum Eccleſiæ Romanæ, vt (audita confeſſione peccatorum) ſua abſolutione liberaret eos à peccatis, ex quo apertè excluditur hæreſis Iacopitarum, Lutheri, & aliorum, qui negant confeſſionem auricularem. Nam ſi in primitiua Eccleſia Chriſtiani illi confitebantur laicis, ſignum eſt, quod in magna veneratione habebant ſacramentum confeſſionis. Et licet laici illi nequirent illos abſoluere, orabant pro ipſis, & quodammodo acquirebant donum Dei. Nam inquit D. Th. art. 2. in reſponſione ad primum, quęſt. 39. in ſupplementum 3. p. quod infirmi illi in tempore neceſſitatis faciebant, quod in illis erat pro acquiſitione contritionis, & gratiæ, confitebantur, cui poterant, & licet laici audientes confeſſionem, non poterant ſacramentum pœnitentiæ perficere, vt faciunt ſacerdotes, defectum tamen ſacerdotis ſummus Sacerdos ſupplet. Et addit Angelicus Doctor: Nihilominus confeſſio laico ex deſiderio ſacerdotis facta, ſacramentalis eſt quodammodo, quamuis non ſit ſacramentum perfectum, quia deficit ei, quod ex parte ſacerdotis eſt, ſcilicet, abſolutio, immò abſoluendi poteſtas, tamen ex deſiderio habendi ſacerdotem multum iuuat, ideò laudabilis eſt. Tenet tamen Magiſter Dominicus à Soto, quod non fuerit in vſu tunc in tali caſu confiteri laico peccata occultiſſima, & grauiſſima, quæ eſſent alicuius infamiæ, & rationem aſſignat dicendo: Illic nullum erat ſacramentum, aut abſolutio à peccatis, neque ex vi confeſſionis illius infuſio gratiæ; ergo non eſt cur illo laico eſſet manifeſtanda occultiſſima, &

Confeſſio facta laico tẽpore neceſſitatis, ex deſiderio ſacerdotis, & nõ aliter multũ iuuat.

peni-

Digitized by Google

pernicioſa crimina. Manifeſta, & venialia faciliter quidem confitebantur, quia cum confeſſio ſit manifeſtatio delictorum, oportet vt ibi eſſet materia illius confeſſionis.

Impugnatio

Lector contra hanc doctrinam ſe opponit dicendo: Licet laicus, cui ſit confeſſio, poteſtatem abſoluendi non habeat, pœnitens autem cum ſit dignus venia qui deſiderio ſacerdotis ſocio confitetur; ergo videtur ex hoc actu obtinere remiſſionem peccatorum.

Impugnationis reſponſio

Confeſſio facta non ſacerdoti tempore neceſſitatis, aliqualiter iuuare poteſt, propterea eſt vtilis.

Theologus concedit, quod pœnitens ex illa cōfeſſione fructum accipiat, non tamen eſt fatēdum, quod Deus tunc infundat tantam gratiam, quam conferret per ſacramentum, aut quod ſi pœnitens ſit attritus, virtute iſtius confeſſionis fiat contritus, quia vbi non eſt ſacramentum (inquit Magiſter Dominicus à Soto) non eſt ſperanda alia gratia, quam quæ actui deteſtationis reſpondeat, ſed ſenſus doctrinæ eſt, quod ſi ille ad hanc confeſſionem accedit contritus, Deus acceptat ſuam voluntatem (poſtquam non poteſt habere copiam ſacerdotis.) Præterea erubeſcentia confitendi, & humilitas augebit illi meritum, & poterit ab illo amico conſilium accipere, & medelam ſuis curandis morbis. Non tamen laicus ille poterit iniungere pœnitentiam ſacramentalem, niſi per modum conſilij.

Quæſitum primum.

QVærit enim Lector; An in hoc noſtro tempore conſilium eſſet has laicas facere confeſſiones? Scotus in 4. diſt. 17. art. 2. tenet partem negatiuam, immò dubitat, quod talis confeſſio deferret detrimentum. Magiſter Sotus moderatius reſpondet dicendo: Quia tales confeſſiones non ſunt in vſu, non ſunt conſulendę, cum certè fructus, aut nullus eſt, aut perexiguus oriatur ob verecūdiam: Et forſitan iuuaret talis confeſſio, quia ore manifeſtando peccata cordis contritio vehementius accenditur, præcipuè vbi adeſt timor Dei. Qua ratione nonnullis nautis (ingruente procella, & mortem ob oculos afferente) in more eſt alterutrum confiteri. Actus iſte apud prudentes vtilis eſt, at hominibus infimis ingenij, & non habentibus timorem Domini poſſet eſſe occaſio præcipitandi vnuſquiſque, prout à ſpiritu Dei motus fuerit agat.

Quæſitum ſecundum.

OCcaſione iſtorum quæritur; Vtrum laicus ille, cui ſit confeſſio (eodem vinculo quo ſacerdos) ad ſigillum ſecreti teneatur?

Reſpondet Theologus, quod obligatur ſeruare ſecretum maiori vinculo, quam ſi illud reuelatum fuiſſet ſub ſecreto, quocunque alio modo citra ſacramentalem confeſſionem. Et ideò grauiter peccaret, & maximè mortaliter, ſi illud reuelaret, & eſſet ſupplicio dignus, non tamen eodem prorſus, quo ſacerdos, quia confeſſio facta laico non eſt ſacramentum, ſicut illa, quæ facta eſt ſacerdoti.

Concluſio quarta. Laicus neque à venialibus abſoluere poteſt ſacramentaliter, quia non eſt miniſter ſacramenti. Et licet venialia non ſint de eſſentia confeſſionis, eorum tamen abſolutio eſt munus clauium, quæ laicis non ſunt indultæ. Per modum autem ſacramentalis cerimoniæ aliqui videntur, quod poſſint abſoluere, ſed nec hoc eſt affirmare, quia talis abſolutio datur à ſacerdote in principio Miſſæ, & in Completorio, quod facere non poteſt laicus, cum nulla poteſtas cordis, vel clauis ſit illi data. Immò ſi aliquis ſecularis hoc tentaret, peccaret mortaliter, & eſſet dignus maximi ſupplicij, tanquam ſacrilegus, & efficeretur irregularis ſecundum ſaniorem ſententiam. His ſic declaratis, proponenda ſunt dubia.

Laicus audiens confeſſionē, neque à venialibus abſoluere poteſt.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector; An neceſſarium ſit, quod homo confiteatur proprio ſacerdoti? Et pro vtraque parte format ſuas rationes.

Pro parte affirmatiua probat intentum authoritate, & ratione, authoritate Innocentij III. in Concilio Lateranenſi, Eugenij IV. in Concilio Florentino, quod & confirmatum fuit in Concil. Tridentino ſeſſione 14 cap. 8. vbi dicitur: Omnis confiteatur omnia ſua peccata proprio ſacerdoti, vel alieno de licentia eius. Ratione etiam confirmatur hoc. Sicut ſe habet Epiſcopus ad Diœceſim ſuam, ita ſacerdos ad ſuam Parochiam. Sed non licet vni Epiſcopo in Diœceſi alterius Epiſcopale officium exercere, ſecundum ſtatuta Canonum, 6. de pęnit. cap. 2. &c. ergo non licet vni ſacerdoti parochianum alterius audire in confeſſione; ergo neceſſe eſt, quod homo confiteatur proprio ſacerdoti.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Gregorius Papa, vt refertur 16. quæſt. 1. ca. ex auct. dicit hæc verba. Apoſtolico moderamine, & pietatis officio à nobis conſtitutum eſt, quod ſacerdotibus monachis Apoſtolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſoluere. Sed monachi non ſunt proprij ſacerdotes aliquorum, cum non habeant curam animarum; ergo cum confeſſio fiat propter abſolutionem ſufficit, quod fiat cuique ſacerdoti.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione huius dubij tria facit. Primo obſeruat aliqua, ſiue declarat pro intelligentia terminorum. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quoad primum, obſeruandum eſt cum Magiſtro Dominico à Soto, qui ſit proprius ſacerdos, cui facienda eſt confeſſio. Triplex eſt proprius ſacerdos cuiuſcunque Chriſtiani. Primus eſt Summus Pontifex, qui eſt Paſtor totius Eccleſiæ. Secundus eſt Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu. Tertius eſt Plebanus in ſua Parochia. Religioſi verò ſub Pontifice Maximo habent ſuos confeſſarios, qui ſunt confeſſarij ordinarij. Et iſti ſunt Generales totius Ordinis,

Proprius ſacerdos miniſter ſacramēti cōfeſſionis eſt triplex Papa, Epiſcopus, & Parochus.

nis. Prouintialis & Prior Conuentus. Superior nõ eſt ordinarius (niſi mortuo, vel amoto Priore) vlterius proprij Sacerdotes; nõ tamen Ordinarij, ſunt Confeſſarij ex comiſſione ordinariorum. Iſta comiſſio poteſt eſſe temporalis, vel perpetua temporalis, quando conceditur Parochiano pro vna vice à ſuo ordinario infimo, aut ſupremo licentia confitendi ſe alieno Sacerdoti puta tempore Paſchali. Comiſſio perpetua eſt ex priuilegio. Tale priuilegium habent mendicantes à Papa audiendi Confeſſiones ſecularium, ſimiliter alij Confeſſarij approbati ab Epiſcopo pro ſua diœceſi. Iſti omnes ſunt proprij Sacerdotes pro audientia confeſſionis talium, vel talium. Non ſunt tamen proprij Sacerdotes ordinarij ſicut ſunt Rectores animarum ſeu curati. In ſignum autem quod iſti non ſint Confeſſarij ordinarij, licet ſint proprij non poſſunt miniſtrare alia ſacramenta (ſine licentia ordinarij) Nec dare poſſunt alteri licentiam confitendi. Ratio eſt quia delegatus non poteſt delegare. Ordinarij hoc facere poſſunt vt habetur in decreto Inocentij. 3 cap. omnis vtriuſque ſexus prout diximus in argumẽto pro parte afirmatiua dubij. His poſitis & declaratis ponitur concluſio reſponſiua quæſito.

Approbati ad audientiã confeſſionis, dicuntur confeſſarii proprii nõ tamẽ ordinarii.

Concluſio. Neceſſario confeſſio facienda eſt proprio Sacerdoti curato, vel nõ curato, cum quilibet illorum ſit approbatus. De licẽtia autem ſui ordinarij Parochianus confiteri poteſt etiam non approbato pro ſua Parochia, modo ſit expoſitus & approbatus ab Epiſcopo ſub cuius Diocæſi reſidet talis Parochia. Admiſſus tamen pro ciuitate intelligitur admiſſus pro tota Diocæſi, non tamen e contra. Nam approbatus pro vna Parochia non intelligitur approbatus pro alia, niſi Epiſcopus ſe declaret, propterea non poteſt audire confeſſionẽ aliorum parochianorum niſi de licentia ordinarij ſuperioris, vel inferioris. Hoc totum videtur manifeſtare Angelicus Doctor, in corpore quarti. A præſentis quæſtionis dicendo, quod maximum diſcrimen eſt inter ſacramentum pœnitentiæ, & alia ſacramenta. Nam cætera ſacramenta non conſiſtunt in hoc quod ſuſcipiens aliquid agat, ſed quod ſuſcipiat materiam exterius appoſitam, & tollat obicem, vt fructum ſacramenti illius ſuſcipere poſſit.

Cõfeſſio neceſſario fieri debet proprio ſacerdoti, vel alteri de eius tamẽ licentia.

In hoc ſacramento requiruntur, tanquam de eſſentia ſacramenti actus pœnitentis ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio, qui ſunt ſacramenti materia quos quidem actus debemus ſubijcere poteſtati clauium. Vnde non ſatis eſt, vt miniſter ſacramenti huius ſit Sacerdos, vt in miniſtratione aliorum ſacramẽtorum, ſed oportet quod habeat iuriſdictionem vt poſſit abſoluere, & ligare, cum iſta ſint duo membra huius poteſtatis, hac ratione fit manifeſtum cur ad reliqua ſacramenta conficienda non ſit neceſſaria iuriſdictio. Nam poteſt quilibet Sacerdos etiam excommunicatus, & degradatus reliqua ſacramenta conficere, & licet tunc mortaliter peccet, conficit tamen verum ſacramentum; & quamuis baptizat ſolemniter, aut miniſtret extremam vnctionem in aliena Parochia, contra iuſtitiam alienam iuriſdictionem vſurpando, valida ſunt ſacramenta. At ſi quiſque abſque iuriſdictione abſoluat, non ſolum peccat mortaliter, ſed ſacramentum nullum eſt, tamquã ſi à Laico data eſſet abſolutio illa. Iuriſdictio ſiue ordinaria ſiue delegata ita eſt differentia ad abſoluendum peccatorem, ſicut character Sacerdotalis. Hoc totum confirmatur in Concil. Flor. vbi dicitur, quod miniſter huius ſacramenti debet eſſe Sacerdos, poteſtatem habens, aut ordinariam aut delegatam; quæ terminatio, non ſolum eſt de iure poſitiuo ſed de iure diuino in cuius ſignum ſtatum quod quis creatus eſt Papa, vel ordinatus Epiſcopus, vel factus curator animarum immediatè habet talẽ iuriſdictionem prout obſeruat, & optimè quidem Magiſter Dominicus à Soto. in 4. d. 18 q. 4. art. 2. At quia nullus eſt Papæ ſuperior, & illæ tenetur confiteri peccata ſua Sacerdoti pro abſolutione obtinenda, ideo ipſe ſibi elegit confeſſarium, per quam electionem dat illi authoritatem, & iuriſdictionem ſupra ſe. In quo caſu Papa ſit inferior, non vt Papa, ſed vt peccator, nec eſt mirum, quoniam vt inquit Doctor Sanctus à iure conceſſum eſt Prælatis, vt poſſint eligere ſibi confeſſarios. Comenſalium familiæ ſummi Pontificis. Sacerdotes ordinarij ſunt, ſummus Pœnitentiarius Papæ, & alij aſſignati ab eo. Ordinarius Epiſcoporum eſt Papa, Epiſcopi tamen abſque alia licentia poſſunt ſibi eligere confeſſarios. Hoc etiam dicitur de Prælatis Religionum, in ordine ad ſuos Religioſos. Cardinales gaudent priuilegijs comenſalium ſummi Pontificis, & Epiſcoporum. Ordinarij peregrinorum ſunt, Epiſcopi, & Curati locorum vbi contingerit illis ſacramenta ſumere. Nec abſolui poſſunt à caſibus qui illi ſeruati ſunt Epiſcopo ſine licentia, neque à caſibus ſeruatis Epiſcopo cuius Diocæſis ſunt abſque licentia ſui Epiſcopi, vel ſaltem illius Epiſcopi, in cuius Diocæſi reperiũtur. Et quod dicimus de abſolutione à reſeruatis hoc affirmamus de excommunicatione, ac cenſuris. Illæ enim qui excommunicatus eſt in ſua diocæſi poteſt, ſi iam ſatisfecit præcepto, abſolui in alia diocæſi, authoritate Epiſcopi loci illius, vbi eſt, prout affirmat Magiſter Dominicus à Soto, Scolares, & Incolæ tenentur confiteri Curato illius Parochiæ, in qua habent domicilium.

In miniſtro ſacramẽn pœnitentiæ duplex poteſtas requiritur ordinis ſcilicet & iuriſdictionis.

Aſſignati confeſſarii ordinarii, oĩbus ſtatibus perſonarum.

Peregrinum abſolui non poteſt à reſeruatis ab vtroque Epiſcopo ſub cuius cura eſt, & ſub quo reperitur pro nũc.

Interrogatio.

SI confiteri proprio Sacerdoti ſit de iure diuino, vel humano? Reſpondet quidam Armachius. lib. 11. de quæſt. Armenorum c. 2 dicendo quod de iure diuino eſt, quod homo confiteatur, ſecundum (quod ius) poteſt confiteri cuilibet Sacerdoti. Contractio autem quod confiteatur proprio Sacerdoti eſt de iure poſitiuo, ad quam ſententiam videtur ſubſcribere Paludanus in 4. d. 17. q. 3. art. 2. Et Syl. verbo Confeſſor 1. §. 2. Magiſter Dominicus à Soto tenet quod ſit de vtroque iure, quod manifeſtat ſic. Canon autem obligans confiteri proprio Sacerdoti, nil aliud facit quam iuri diuino

Cõfiteri proprio ſacerdoti eſt de iure diuino, & & de iure humano.

annua-

annuale tempus præſcribere. Quare nunquam confeſſionem ad proprium ſacerdotem abſtinxiſſet, niſi id intellixiſſet eſſe de iure diuino ſemperque in Eccleſia obſeruatum. Item Chriſtus Dominus Petrum Paſtorem inſtituit, Io.vlt.dicendo Paſce oues meas ſimiliter alios Apoſtolos, & Sacerdotes ſucceſſores Petri. Iudicare autem de cauſis ſpiritualibus tam in foro exteriori quam in foro interiori, eſt officium Paſtoris medentis gregi ſuo. Paſcere enim ſecum vim coertiuam, & iuriſdictionem in ſubditos habet. Iuriſdictio ergo iure diuino eſt in foro pœnitentiæ ad abſoluendum neceſſaria, vnde Papa Bonifacius. c. Si Epiſcopus de pœnit.& remiſ.lib.6. Nulla, inquit, poteſt, conſulendum ne iudici, quod aliquid præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere, vel ligare. Qui autem nulla conſuetudine abrogatur ius eſt diuinum, aut naturale. Quinimmo in ipſo canone. Omnis vtriuſque &c.idē adnotatur. Vbi dicitur quod nullus ſacerdos niſi de licentia proprij poteſt alium abſoluere, vel ligare. His ſic declaratis ſoluende ſunt inſtantiæ partis negatiue.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod Gregorius Papa (loco citato) loquebatur de illis monachis qui iuriſdictionem habent vt potè de his quibus alicuius parochiæ cura eſt cōmiſſa, de quibus aliqui dicebāt, quod hoc ipſo quod Monachi erant non poterant abſoluere, & pœnitentiam iniūgere, quod falſum eſt, quia Monachi illi erant ſacerdotes, & curati. Ex qua reſponſione habetur ſenſus illius termini ſcilicet proprij ſacerdotis. Sacerdos proprius illic accipitur pro curato, cui cōmiſſa eſt cura animarum illius Parochiæ, ſiue ſit ſacerdos ſecularis ſiue regularis, ſiue heremita, ſiue alterius conditionis dummodo cura illa ſibi commiſſa ſit.

Proprio Sacerdos eſt Parochus ſunt et erat in tres eius clerici ſeculares & Religioſi.

Inſtantia 2.

Argumentator inſtat ſecundo loco dicendo. Sicut Sacerdos eſt miniſter huius ſacramenti, ita eſt miniſter Euchariſtiæ, ſed quilibet Sacerdos poteſt conficere, ergo quilibet poteſt ſacramentum pœnitentiæ miniſtrare, ergo non eſt neceſſe quod confeſſio fiat proprio ſacerdoti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit ad me, quod ſacramentum Euchareſtiæ non requirit imperium in aliquo homine, quod requiritur in ſacramento pœnitentiæ vnde ad argumentum dicitur quod licet miniſter vtriuſque ſacramenti debeat eſſe Sacerdos, ad miniſterium Confeſſionis plus requiritur quam ad miniſterium Euchareſtiæ, requiritur iuriſdictio, quam non habet Sacerdos vt ſic.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator, inſtat tertio loco dicendo: Illud ad quod determinate tenemur, non eſt in noſtra electione cōſtitutum, ſed electio diſcreti ſacerdotis eſt nobis comiſſa per D. Auguſtinum In lib. de diſpenſ. & præcepto. Dicit enim Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem, qui ſciat ſoluere & ligare: ergo non videtur neceſſarium quod aliquis confiteatur proprio ſacerdoti.

Inſtant. ſolutio

Electis confeſſarii ſe extendit ad approbatos pro tali pœnitēti.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod electio diſcreti ſacerdotis non eſt nobis comiſſa, vt noſtro arbitrio facienda, ſed de licentia ſuperioris, quando proprius Sacerdos eſſet minus idoneus ad apponendum peccato ſalutare remediū. Nam dato quod proprius Sacerdos ordinarius non eſſet idoneus, confeſſarius de licentia, noniter electus erit pro illo tunc proprius Sacerdos confitentis, cum illi pro illo tunc comiſſa ſit animæ pœnitentis cura. Hoc non eſſet ſi electio eſſet facta ſine licentia ordinarij, vel ſuperioris.

Inſtantia 4.

Argumentator de nouo inſurgit dicendo, Illud quod eſt inſtitutum pro charitate contra charitatem non militat. Sed confeſſio quæ pro charitate inſtituta eſt contra charitatem militaret ſi homo ad confitendum vni ſacerdoti obligatus eſſet, ergo homo non tenetur confiteri proprio ſacerdoti. Minor propoſitio probatur, occurrit aliqñ quod proprius Sacerdos eſt hæreticus, aut ſolicitator ad malum, aut fragilis ad peccandum (ſi ei daretur occaſio) aut reuelator confeſſionis, aut eſt offenſus à proprio confitente in perſonam propriam, vel amici, & hoc nouit, ergo in his & ſimilibus caſibus Parochianus non videtur obligatus confiteri, ſuo proprio ſacerdoti.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ reſpondet Theologus dicendo quod obligatio confitendi proprio ſacerdoti, eſt obligatio regularis, & ordinaria; vnde vbi timetur rationabiliter de periculo, tunc obligatio non tenet propter in periculis in argumento adductis pęnitens recurere debet ad ſuperiorem, vel ab eodem curato petere licentiam alteri confitendi. At ſi obtinere licentiam non poteſt, debet confiteri alteri ſcilicet ſacerdoti approbato ab eodem ordinario, relinquat proprium ſacerdotem, & pergat ad ſacerdotem proximum, quia in his caſibus iſte non habet copiam confeſſoris. Et curator meretur priuari priuilegio, cum abutatur illo. Accedere tamen ad alium confeſſorem non debet iſte niſi de licentia ſuperioris quæ faciliter concederetur, in quolibet iſtorum caſuum, quod ſi facere noluerit, maneat pro tunc ſine confeſſione, cum alius Sacerdos ſuper illum non habeat iuriſdictionem niſi ex comiſſione Epiſcopi, vel Parochi. Nihilominus in hoc mihi videtur non eſſe ſtandum in ſententia Soti, ſed debet confiteri cuicunque ſacerdoti, cum talis ſit ſententia multorum Theologorum prout eſt videre apud ipſummet Sotum. Et hoc videtur amicus Doctor Sanctus dicens hic, quod in tali caſu potius confiteri debet Laico. Et Adrianus dicit quod concubina Publica non debet confiteri Plebano illius, ſed ad alterum ire petita licet non obtenta licentia. Ideo dicerem ego, quod in caſibus in argumento poſitis (quod petita, & non obtenta licentia) pœnitens poteſt adire alieno, ratio eſt, quia licet Prælatus in tali caſu facultatem non præbeat voluntarie alieno Confeſſario, præbet illam inuolūtarie, quia ad id ex iuſtitia tenetur. Et Deus non deficit in neceſſarijs ex malitia hominis. Concilium tum, vt talis pœnitens pro tunc confiteretur ſuo ſacerdoti, ea quæ ſecum

Quando confeſſio patitur iactura ex parte Cōfeſſarij pęnitēs poteſt adire alteri confeſſario petita, & non optēta licentia.

Digitized by Google

cum non deferunt incommodum,& reliqua alieno quoniam in his caſibus gaudere debet priuilegijs illorum, qui non habent copiam confeſſoris, prout in præcedenti caſu abunde declarauimus.

Inſtantia 5.

Inſtat Argumentator dicendo. In eo quod neceſſarium ad ſalutem, non ſunt homines reſtringendi alias darentur illis occaſio præcipitandi, ſed magna arctatio apparet abſtringere pœnitentem confiteri vni particulari, ergo cum confeſſio ſit de neceſſitate ſalutis libera eſſe debet, & non coarctate homines, vt proprio ſacerdoti confiteantur. Ma. propoſitio eſt clara. Min. probatur. Aliquis homo non habet deuotionem ſuo ſacerdoti, vel verecundatur, ei manifeſtare aliqua facinora ne in malam opinionem eius incideret.

Inſtant. ſolutio.

Cõfiteri propria ſacerdoti, non infert incommodo pœnitenti, ſed cõmodũ maximum.

Theologus negat, minorem & rationem negationis aſſignat dicendo ex hoc enim quod quis obligatur confiteri proprio ſacerdoti non artatur ei via ad ſalutem, immo ſufficiens, & tuta via ad ſalutem ei præparatur. Hoc oſtenditur ſic. Medicus expertus magis proficit infirmo quam inexpertus. Confeſſarius eſt medicus animarum, ideo quanto magis erit expertus, & cognouerit infirmitatem penitentis tanto facilius ſanabit eum, & liberabit a peccatis, & à malis conſuetudinibus, & ſic illum in ſinu Dei collocabit, vnde ex charitate Deus, & Eccleſia præcipit vt vnuſquiſque confiteatur proprio ſacerdoti, hoc enim non arctare viam ad ſalutem ſed ſtabilire in illa pœnitentem. Hoc enim oſtendit Innocentius tertius, in Concilio Lateranenſi cap. 21. qui recitatur extra de pœnitentia, & remiſ. Omnis vtriuſque ſexus. Nam ibi poſtquam fuit præceptum quod ſemel in anno ſaltem quilibet fidelis confiteatur proprio ſacerdoti. Sub infertur ſic, Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, vt more medici periti (ſuper infundat vinum, & oleum) vulneribus ſauciati. Pro ſalute enim animarum ſtatutum eſt vt vni ordinariò confiteantur pœnitentes. Sicut enim corporalis medicus infirmum illum melius curat cuius complexionem iamdiù antea habuit exploratam, quam illum cuius complexionis ita alia expers nõ eſt. Ita medicus ſpiritualis ſibi confiteri ſolitos melius agnoſcit qua, vel quanta infirmitate ſpeciali laborent, illis aptiora, & ſanitati animarum ſuarum recuperanda comoda, magis adiumenta parat (vt potè de illorum complexione praticus) quam ſi eos quaſi de repente, vel rarius ſub cura ſua reciperet. Pro charitate, ergo inſtitutum eſt, ſicut & omne aliud Eccleſiæ mandatum, vt quilibet confiteatur proprio ſacerdoti.

Inſtantia 6.

Superest pro complemento huius dubij, diſputatione addere vnam difficultatem. Si omnes tenerentur Parochiali confiteri, ſequeretur quod ipſe teneretur omnes audire quoties confiteri vellent. Accidit autem eſſe plures, qui pie volunt crebras facere confeſſiones, quas proprius Sacerdos non videtur pro libito pœnitentium obligatus audire, ergo non omnes videntur teneri, proprio ſacerdoti confiteri.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit primo cum Ricardo, ſecundo cum Thomiſtis, cum Ricardo in 4 d. 18. hic dicit, primo quod Parochialis Sacerdos, tenetur Parochianorum confeſſiones audire quando ipſi tenentur confiteri, puta ſemel in anno, & in articulo mortis. Et hoc certiſſimum eſt quoniam iniquum eſſet ius gregem obligans confiteri, niſi paſtorem obligaret audire. Secundo dicit quod extra illos caſus, non tenetur de neceſſitate, quia nullum extat præceptum eum obligãs. Tertio dicit, quod quando non vult confeſſiones audire, interpretatiuè tribuit licentiam, vt poſſit ſubditus alium quemcũque cõfeſſarium eligere.

In hac ſententia manet Syl. verbo Confeſſor primo. §. 18. Adrianum illic quæſt. 5. tenet contrarium.

Magiſter Sotus admittit primum membrum reſponſionis tanquam certiſſimum. Quo ad alias dicit, quod tenetur Confeſſarius Parochialis confeſſionem ſubditorum audire non ſolum tempore neceſſitatis, ſed quoties rationabili cauſa voluerint confiteri. Et quo ad hoc aliud præceptum non requiritur niſi officium Paſtoris quod habet hoc onus anexum. Nam cum inter actus paſcendi dignior ille ſit, qui in ſacramento pœnitentiæ exercetur quoties ouis rationabili de cauſa pabulum petit, tenetur Paſtor illi porrigere. Et ſi illi onus eſt importabile, licentiam pœnitentibus concedat libenter, vt alij confeſſarij poſſint audire confeſſiones ſubditorum illorum, & abſoluere, quod ſine licentia ordinarij facere non poſſunt.

Inquirit hic Lector An ſi peccator ſuo complici confiteatur, confeſſio ſit valida, vt ſi concubina curati, eidem confiteatur peccata ſua, vel quid ſimile. Quæſitum.

Quæſiti reſponſio.

Theologus ſatisfacit quæſito dicendo quod ex genere ſuo confeſſio eſt valida ſine dubio poſtquam omnia quæ ſunt de neceſſitate huius ſacramenti concurrant ſcilicet materia forma, intentio & iuriſdictio. Ratione ſcandali actio iſta non fit ſine peccato mortali quod inualidat confeſſionem. v. g. ſi tale crimen eſſet notorium, & confeſſio facta illi ſacerdoti afferet ſcandalum. Si autem hoc fieri poſſet ſine ſcandalo, & ſine periculo incitandi ſe ad malum: Confeſſio eſſet valida, & poſſet eſſe fructuoſa, quamuis erubeſcentia non eſſet tanta, quanta ſi confeſſio fieret alteri. Quin etiam vix poteſt impudentia, & impudicitia excuſari, quia appareret colloquium illi ſimile quod fit extra confeſſionem. Attamen vbi eſt periculum excitãdi & irritandi illecebra ſacrilegium eſt impudentiſſimum. Et confeſſionem, quæ eſt peccatum mortale, iam diximus non eſſe validam quamuis peccatum illud exprimeretur propter defectum non ſolum contritionis, ſed attritionis. Adrianus autem dicit quod in ſua Diocæſi confeſſio iſta ſub pœna excommunicationis erat prohibita, & meritò, quia præbet occaſionem perſeuerandi in crimine, addendi peccatum ad peccatum ſcandali, & multorum malorum. Hæc

Confeſſio cõcubinæ ſacerdotis facta eidem, vt in pluribus eſt inualida & eſt ſacrilegi-

dicta

Digitized by Google

dicta ſint pro dubio iſto, Accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN dubio iſto quærit Lector; An pœnitens poſſit alteri quam proprio ſacerdoti confiteri ex priuilegio, vel ex mandato ſuperioris. Et pro vtraque parte adſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio; quidquid poteſt inferior, poteſt ſuperior. Sed ſacerdos ordinarius poteſt licentiam dare ſuo Parochiano, vt alteri confiteatur, ergo à fortiori eius ſuperior hoc facere poteſt. Et confirmat hoc ſic. Poteſtatem, quã habet Sacerdos ordinarius, ſeu Parochus in populum, habet ab Epiſcopo, ſed mediatè poteſtate illa tradita ſibi ab Epiſcopo poteſt audire confeſſionem populi ſuæ Parochiæ, ergo hoc idem facere potent alius Sacerdos authoritate eiuſdem Epiſcopi.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. Illud, quod eſt impedimentum in ordine ad præceptum diuinum, non poteſt per priuilegium alicui homini concedi, ſed mandatum; ſeu præceptum diuinum eſt ad Rectores Eccleſiæ, vt diligenter vultum pecoris ſui agnoſcant ex 7. Prouerbiorum, ergo nõ poteſt concedi ex priuilegio, vt quis confiteatur alteri, quam ſuo Parocho.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit, Primo ponit vnum fundamentum, Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuę. Quo ad primum dicit, quod tribus modis poteſt concedi facultas alicui confitendi alteri, quam proprio ſacerdoti, Primo de iure, Secundo ex permiſſione, Tertio ex expreſſa, vel interpretatiua conceſſione. De iure data eſt facultas Religioſis mẽdicantibus audiendi confeſſionem populi vbicunque. Et hoc prudentiſſime facit Sancta Eccleſia, (ſicut ſolet in omnibus facere) quia in religioſis mendicantibus viget excellenter quidẽ ſcientia, prudentia, bonitas vitæ, & ſigillum, vt notum eſt cuicunque comparationem facienti inter hos religioſos, & alios, & clerum ſecularem. Ex iure etiam hoc illis conuenit, quia ſunt concionatores, qui concionibus magnum fructũ faciunt in populis, & viuunt de ſubſtantijs ſecularium propterea debent habere curam animarum illorum.

Religioſi mẽdicantes ex priuilegio vbique audire poſſunt confeſſiones ſecularium.

Priuilegia iſta fratribus mendicantibus à multis ſummis Pontificibus fuerunt approbata, & confirmata. Ab Alexãdro quarto anno Domini 1260. & illa confirmauerunt Vrbanus quartus, Clemens quartus, Sixtus quartus, Pius quintus, Sixtus quintus, & alij, nonnulli quos longum eſſet narrare. Ex effectibus enim apparet qualiter ſummi Pontifices Religiones has ornauerunt varijs, & diuerſis Priuilegijs. Et nullus eſt, qui non honoret, & laudet has Religiones, niſi ſit inuidus gloriæ illarum, & inimicus ſit veritatis. Attamen, quia veritas ſemper prævalet, omnes aduerſarij noſtri veritate coacti laudare illos cogũtur, vt accidit anno Domini. 1326. Tunc enim coactus fuit. Ioan. de Poliaro in Roma reuocare ſuam ſententiam quã habebat contra priuilegia mendicantium. Et ita Deus fecit cum multis, & faciet, prout occaſio præſtabit. Nam Io. iſte de Poliaro, prout obſeruat Turrecremata Cardinalis de Eccleſia lib. 4. capit. 32. p. 2. dicebat confitendum non eſt Fratribus mendicantibus, & qui ipſis, vel alijs habentibus priuilegium generale, audiendi confeſſionem eſt confeſſus, iterum confiteri tenetur curato tanquã proprio ſacerdoti. Item dicebat, ſtante ſtatuto; Omnis vtriuſque ſexus. Papa non poteſt facere, quin Parochiani teneantur quandoque omnia peccata ſua confiteri proprio ſacerdoti ſcilicet curato, imò nec Deus ipſe, quia hoc implicat contradictionem.

Item dicebat pro Papa (licet ſit principalis Parochialium) non eſt tamen immediatè aliorum curatus, ſiue non habet immediatam curam aliorũ.

Item dicebat, quod Papa non poteſt audire confeſſiones parochianorum quin teneantur eadem peccata, quæ confeſſi ſunt Papæ, confiteri parochialibus ſacerdotibus. Ecce quam clara apparet in homine iſto, adimpletum eſſe dictum illud Dauidicum, Abyſſus abyſſum inuocat. Iſte infelix homo, quia nequierat ſufferre, quod Religioſi mẽdicantes in honore haberentur apud ſedem Apoſtolicam, & ornati exiſterent multorum priuilegiorum, nõ ſolum loquutus eſt cõtra religioſos ipſos, dicendo, quod confeſſio illis facta nihil valebat, ſed locutus eſt contra Papam dicendo, quod illi, quorum confeſſionem Papa audierat, tenebantur peccata eadem confiteri ſuo curato. Tandem venit ad profundum abyſſi ſuæ temeritatis dicendo, quod non ſolum Papa, ſed nec Deus ipſe facere poteſt, quin parochiani teneantur confiteri peccata ſua ſuo curato. Vnde non eſt mirum, ſi coactus fuit comparere Romæ, & reuocare, & abiurare hanc peſſimam ſuam doctrinam; vnde, Angelicus Doctor in præſenti ſuo articulo contra hanc doctrinam peſſimam, ponit ſuas concluſiones.

Habens iuriſdictionem à Papa ex ordine. vel priuilegio poteſt audire confeſſionem, & abſoluere à peccatis.

Concluſio prima. Si aliquis impediatur, quod alterius confeſſionem audire non poſſit per iuriſdictionis defectum poteſt ſibi per quamcunque iuriſdictionem immediatam ſuper illum habentem committi, quod confeſſionem audiat, & abſoluat. Concluſio iſta probatur. Nam quicunque iuriſdictionem habet, poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis cõmittere, Papa ſuper omnes abſolute iuriſdictionem habet, ergo poteſt illam concedere cui voluerit, ergo non ſolum ex officio, ſed ex priuilegio poteſt quis exercere iuriſdictionem audiendi confeſſionem, & abſoluendi à peccatis.

Fundamentum huius concluſionis eſt, quia de ſubſtantia confeſſionis eſt iuriſdictio, prout oſtenſum eſt in dubio præcedenti. Nam quilibet de quacũque diœceſi habet tres ſacerdotes proprios ordinarios, qui ſcilicet immediatam poteſtatem habent ſuper ipſum. Papam, Epiſcopum ſuum, & ſuum ſacerdotem parochialem, per ſacerdotem

paro-

parochialem intelligendus etiam eſt quicunque per electionem habet curam animarum. Item ille qui ex officio ſibi annexo licet non ſit per electionem. Vt Prior factus per Abbatem in ordine monachorum ſi amotus, vel mortuus fuerit Abbas, & ſuperior amoto Priore. Nam tales tunc gerunt vicem curatorum, & ſunt quaſi ordinarij.

Item Archipresbyter habens præbendam ſacerdotalem, cui præbendę ex officio ſit annexum officium audiendi confeſſionem illorum de diœceſi, in ciuitate, vel extra ciuitatem. Item Legatus Papæ, Summus Pœnitentiarius. Item Decanus ruralis, qui Archipresbyter vocatur, ſi ſuus Decanatus eſt annexus alicui curæ ſpirituali. Quilibet iſtorum poteſt committere confeſſionem. Confeſſarij proprij ſacerdotes ex cõmiſſione, vel ex priuilegio eſſe poterunt. Iſti confeſſores non ordinarij, licet confeſſiones poſſint audire, non poſſunt committere audientiam confeſſionum (Cum delegatus non poſſit delegare) Ex his habemus duplicem eſſe iuriſdictionem immediatam, & mediatam. Confeſſarius proprius ordinarius habet iuriſdictionem immediatam. Proprius non ordinarius habet illam mediatam. Ad audiendam confeſſionem ſufficit habere iuriſdictionem ſaltem mediatam, ad committendum oportet habere immediatam, & ideo de immediata loquitur hic Doctor Sanctus in hac concluſione.

Impeditus ab audienda confeſſione poteſt illam audire ſi ei tribuatur facultas ab habente authoritatem.

Concluſio ſecunda. Si aliquis propter executionis ordinis impedimentum audire confeſſionem non poſſit, poteſt ſibi concedi quod confeſſionem audiet per eum qui impedimentum remouere poteſt, Concluſionem iſtam ſic manifeſtat Doctor Sanctus dicendo Sacerdos dupliciter poteſt impediri ne confeſſionem audiat, alicuius, vno modo propter defectum iuriſdictionis alio modo propter impedimentum executionis ordinis ſicut excommunicati, & derogati & huiuſmodi.

Quicunque enim iuriſdictionẽ habet immediatè ſcilicet poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis committere, vnde ſi aliquis impediatur ne confeſſionem alterius audiret, non poſſit per iuriſdictionis defectum, poteſt tamen ſibi per quemcunque iuriſdictionem habentem immediatam in illos, cõmitti, quod confeſſionem audiat, & abſoluat, ſiue per ipſum ſacerdotem ſiue per Epiſcopum, ſiue per Papam. Et addit in ordine ad ſecundum membrum diuiſionis. Si autem propter executionis ordinis impedimentum audire non poſſit, poteſt ſibi concedi quod confeſſionem audiat per eum qui impedimentum remouere poteſt.

Cõmendatur confeſſio facta Religioſis mendicãtibus ad audientiam cõfeſſionis approbatis.

Concluſio tertia. Conceſſio facta Religioſis mendicantibus audiendi confeſſiones populi, fuit prouida, & Sancta, & in fauore populi facta condecens communi bono.

Probatur concluſio ex ſupradictis pro fundamento doctrinæ. Eſt enim confeſſariorum conditio, vt bonę vitæ in primis deinde ſcientiæ, & prudentiæ dignitate polleant. Hæc omnia excellenter inueniuntur in religioſis, qui clauſtris incluſi litteris vacant, & audire commode poſſunt confeſſiones, cum remoti ſint à negotijs ſecularibus, quibus implicati ſunt ſacerdotes ſeculares. Experientia enim docet quantam curam habeant Clauſtrales in confeſſionibus audiendis, & concionibus habendis Chriſtianis populis in dies, quæ ſi remouerentur ab Eccleſia Dei, multum damnum recciperet. Sed in proprijs loqui inquit Sotus ſic, pudet. His quæritur relictis in genere loquamur de conditionibus Confeſſarij, tactum enim eſt de eorum dignitate ſcilicet de ſacerdotio, & iuriſdictione, Nunc loquamur de ſcientia, & prudentia. (De ſigillo autem erit diſputatio particularis) loco ſuo. Quo ad ſcientiam ac prudentiam breuiter dicam, vt ad diſputationem reuertamur. Confeſſarius eſt Iudex, & medicus animarum, ideo debet habere tantam ſcientiam, & prudentiam quãtam exigit ſuum officium, debet eſſe expreſſum in Theologiam moralem in materiam de ſacramentis, vt cognoſcere poſſit occurrentia circa ſacramenta Eccleſiæ circa virtutes, & vitia, cognoſcere circunſtãtias peccatorum, cenſuras Eccleſiaſticas, & qualitatem perſonarum pœnitentium. Nam maior ſcientia, requiritur in Confeſſario Principum. Iudicum negotiatorum, militum, & ſimilium, quam in confeſſario ruſticorũ, mulierum, plebis, & perſonarum timoratæ conſcientiæ Oportet ergo, quod confeſſor ſciat diſcernere inter lepram, & lepram, inter peccata, & peccata, inter illa ſuper quibus extenditur ſua authoritas, & illa ſuper quibus non ſe extendit, vnde confeſſarius non ſolum debet habere libros tractantes de his, quæ ad conſcientiam pertinent, ſed illos ſtudere debet, vt terminate ſciat quid agere debeat pœnitens, aliter præcipitaret ſeipſum ſimul cũ pęnitẽte: debet tamen ſcire dubitare, vt poſſit conſulere cum peritis, & non declinare ad dexteram neque ad ſiniſtram. Cum munus iudicis ſit iuſtè iudicare. Nam confeſſarius abſoluens pœnitentem, quem non poteſt, illum non abſoluit, & ligat ſeipſum. At quia confeſſor non ſolum eſt Iudex animarum, ſed medicus propterea debet eſſe prudens primo, vt pęnitentem ſuauiter ad pœnitentiam ducat, vt, in deſperationem illum non inducat. Infundat in vulneribus vinum, & oleum, prudenter ſe gerat in interrogando, in oſtendendo grauitatem pœnæ ſuorum peccatorum. Prudenter agat in applicando medicamenta, quæ omnia multum iuuant peccatori. Hoc enim modo peccator non ſolum dolet de peccatis commiſſis, ſed acquirit odium contra peccata futura, & libenter pœnitentiam explet pro delictis commiſſis: debet eſſe prudens confeſſor in interrogando de peccatis pro diuerſa qualitate perſonarum, præcipuè examinando quo ad circunſtantias peccati.

Oſtẽditur cõditiones requiſitæ ad perfectum confeſſarium.

Declaratur in quibus cõſiſtit prudentia confeſſarii, & quã neceſſaria ſit.

In his enim cum cautella eſt procedendum ne ſcandalizentur puſilli. Sit prudens confeſſarius in oſtendendo grauitatem peccatorum, ne in deſperationem inducatur peccator. Sit tandem prudens in ſuadendam, & aſſignandam pœnitentiam pro peccatis, ne detur occaſio pœnitenti peccandi de nouo. Interrogare debet pœnitentem, ſi talis pœnitentia ſibi videtur grauis, ſi libenter illam perſoluere intendat, ſimiliter in obligando ad reſti-

tutionem

rationem faciendam; non obliget ipſum ad impoſſibile, vel ad id, quod non poteſt. Adcò eſt neceſſaria prudentia in confeſſario, quod ſine illa neque ſcientia neque bonitas illi iuuat.

In primis Confeſſarius oſtendit ſuam prudentiam in ſtatuendo pœnitentem ad latus, & hoc ne ex erubeſcentia pœnitens occultet peccatum. Oſtendit prudentiam libentius audiendo peccatorem, qui in maiori periculo ſibi videtur, quam alium habendo oculum non ad burſam, ſed ad animam peccatoris. Prudens ſe oſtendit, quando occurrit caſus reſeruatus ſi de illo habet notitiam in principio confeſſionis non procedendo vltra, ſi in medio, non interumpendo confeſſionem, vt ſeruetur integritas. Sed auditis omnibus peccatis, more periti medici infundat vinum, & oleum vulneribus ſauciatis. Mittendum eum ad ſuperiorem pro abſolutione, vel faciendo illi miſericordiam petendo pro illo authoritatem ab ipſo ſuperiori. Imprudenter agit confeſſarius expellendo pœnitentem, vel non audiendo totam confeſſionem, quoniam accidere poteſt, quod habeat alios caſus reſeruatos, vel quod confuſus recedat, & quod vltra non quærat abſolutionem ſuorum peccatorum. Prudens ſe oſtendit confeſſarius ſi cum ignorantibus non feſtinanter procedit, ſed diſcutit illius conſcientiam, ne per ignorantiam, vel verecundiam ſeu ex negligentia occultet, vel non manifeſtet aliqua peccata. Pro ſalute, igitur talis animæ cum pacientia debet Confeſſor interrogare pœnitentem, quo ad omnia, cum cautella tamen, in his, quæ laqueum inicere poſſunt, vel ſibi, vel pœnitenti. In venereis præcipuæ vti debet verbis, & loquutionibus honeſtis, ſatis eſt in his intelligi, & intelligere, qualitatem peccati, quo ad peccata contra naturam ſatis eſt tangere motiuum, ita tamen vt intelligatur. Et hoc ſeruandum eſt in peccatis molitie brutorum, & ſimilium. Prudentia eſt non admittere ad ſanctam communionem peccatores conſuetudinarios ſtatim. Et rationem illis aſſignare, dicendo, quod hoc fit, vt habeant tempus pœnitendi magis ac magis, & præparandi ſe ad tantum ſacramentum ne in poſterum reſidant faciliter. Prudentia Confeſſarij eſt in dubijs non ſtatim ſe reſoluere, ſed primo conſulere præcipue vbi agitur de cenſuris, de vſuris, de reſtitutione famæ honoris, & rerum, & hoc idem faciendum eſt in ſimilibus caſibus.

In ſummam maxima prudentia eſt in dubijs, nil ſine conſilio peritorum agere, ad euitanda pericula ex parte ſui, & aliorum.

Confeſſor in quo non eſt bonitas vitæ confitendo il laqueat animam ſuam, & aliorum.

Quo ad bonitatem Confeſſarij. Bonitas eſt Zellus animarum, quæ neceſſario debet reperiri in confeſſario, & eſt ſibi vtilis, & pœnitenti. Omni enim crimine carere debet, qui alios iudicare paratus eſt, aliter diceret illi Apoſtolus, qui alios iudicas, teipſum condemnas. Et Sanctus Auguſtinus ſimiliter prout in capitolo primo de pœnitent. c. Sacerdos diſtinctione 6. Qui peccato mortali tenetur, & confeſſiones audit læthalis culpæ reatum incurrit, toties, & quoties huiuſmodi actum facit. Clarum eſt ex eodem capitulo diſtinctione 95. quod omnis, qui ſacramentum recipit, vel miniſtrat in peccato mortali; quod mortaliter peccat licet eius abſolutio data valeat. Debet confeſſarius antequam accedat ad confeſſiones audiendas diſcutere conſcientiam ſuam, & ſi aduertit eſſe in mortali, antequam accedat lacrimet culpam ſuam, & confiteatur prius ſi adeſt copia confeſſoris.

Quia Sacerdos in mortali non contritus audiens confeſſiones mortaliter peccat. Debet eſſe contritus in qua contritione in voto continetur propoſitum confitendi. Nam tale propoſitum eſt de eſſentia contritionis facta confeſſione accedat ad audientiam confeſſionis non motus cupiditate, ſed zello animarum, & tunc faciet opus Deo gratum, & pœnitens multum iuuabitur.

Dicit enim Diuus Ambroſius Aſpectus viri iuſti ad pœnitentiam ducit. Confeſſarius in mortali exiſtens non audet corrigere, ſeu repræhendere pœnitentem, qua de cauſa pœnitens ille perſeuerat in malum, Confeſſor iuſtus charitatiue repræhendit, & corrigit viriliter exercendo digne officium ſuum. Tandem in confeſſario debet relucere bonitas, interius, & exterius, vt eius vultu geſtu, & verbis; moribus actu, & habitu nihil reperiatur, quod non doceat, virum probum, & maturum, qui in terris locum Dei tenet Bonitas intus exiſtens aperit, quando confeſſarius, pro viribus, non ſolum fugit peccatum, ſed occaſionem peccati, tractando officium ſuum cum omni humilitate reuerentia, & timore. Ad eius bonitatem pertinet, vt multis Sanctis meditationibus exercentur præcipue in conſiderando beneficia à Deo ſibi collata, & appetendo charitatem, & vires, ad coniungendum homines per pœnitentiam Deo, & illorum animas eripere de manu diaboli, & ſimilia poſſe facere.

Quæſitum.

EX occaſione dictum Ioan. de Poliaco, ſupra nominati (licet ſeipſum correxerit coram ſummo Pontifice;) quærunt aliqui preſuntuoſi.

Partis affirmatiuæ probatio.

An qui confeſſi fuerint Religioſis, per priuilegia ſibi conceſſa à Papa, teneantur confiteri eadem peccata proprijs ſacerdotibus parochialibus, iſti tenent partem affirmatiuam hac ratione moti dicunt enim, quod priuilegia indulta mendicantibus non videntur derogare, ius commune ſcilicet omnis vtriuſque ſexus, quod ius

obligati o mnes ſimpliciter confiteri proprio ſacer doti,ergo &c.

Pro parte negatiua ſunt verba eiuſdem canonis, Omnis viriuſque ſexus. Nam illi ſubditur, quod qui voluerit confiteri alieno ſacerdoti tunc ei licebit, dum licentia à proprio ſacerdote petierit, '& obtinuerit', ergo qui hoc obtinuerit ex priuilegio Papæ licite fecit, & per conſequens eius confeſſio valida eſt, nec denuo tenebitur proprio ſacerdoti eadem peccata confiteri.

Partis negatiuæ probatio.

Quæſiti terminatio pro parte negatiua.

Confeſſis religioſis mendicātibus nō tenentur illa peccata confiteri proprio ſacerdoti.

THeologus ſatisfacit quæſito ponendo quartam Concluſionē pro parte affirmatiua prima talis eſt. Qui confitentur religioſis ex priuilegio illis indulto nullatenus tenentur amplius confiteri eadem peccata proprio ſacerdoti. Concluſionē iſtā manifeſte probat rationē adductā modo pro parte negatiua quæſiti. Nam in illo canone ſubditur, quod qui noluerit confiteri alieno ſacerdoti ei tunc licebit, dum licentiam à proprio ſacerdote petierit,& obtinuerit. Et illo in loco, loquitur canon de illa confeſſione quam præcepit Eccleſia fieri ſemel in anno, tempore ſcilicet Paſchatis, vt detruncaret temeritatem illorum, qui licet non negent validitatem confeſſionis factæ mendicantibus confeſſarijs, dicunt teneri, omnis parochianus ſemel in anno confiteri proprio parocho, quod & falſiſſimum eſt, quoniam canon iſte loquitur de confeſſione ad quam tenemur ſemel in anno pro paſchate reſurrectionis.

His nihilominus relictis pro manifeſtis, probatur concluſio principalis quo ad priuilegia mendicantium, quod noſtro propoſito deſeruit, ſic.

Si ergo ille, qui confeſſus eſt alieno ſacerdoti, de licentia curati, non tenetur, quod illo anno confiteri proprio ſacerdoti, ergo multo minus ad hoc obligatur, qui fecit hoc de licentia Epiſcopi, & à fortiori, qui hoc egerit de licentia Papæ. Cum authoritas curati veniat ab Epiſcopo, & omnis authoritas à Papa deſcendat, tanquam à capite. Nam vt diximus ſuperius. Proprius Sacerdos, & ordinarius totius orbis ſcilicet omnium Chriſtianorum eſt Papa. Proprius,& ordinarius Sacerdos vnius diocæſis eſt Epiſcopus. Sicut curatus eſt proprius, & ordinarius Sacerdos ſuæ Parochiæ, ergo quod poteſt parochianus de licentia ſui Parochi, poterit facere de licentia ſui Epiſcopi, & multo magis de licentia Papæ. Sed pluries dictum eſt, quod parochianus de licentia Parochi ſui poteſt valide confiteri alieno ſacerdoti, ergo hoc etiam facere poterit de licentia Epiſcopi, & multo magis de licentia Papæ, ergo de primo adulterium confeſſi ſacerdotibus regularibus de ordine mendicantium, ſunt recte confeſſi, nec eſt neceſſe, vt ſua peccata illis confeſſa iterum confiteantur ſuis curatis vlterius probatur intentum. Iam in ſuperioribus dictum eſt, quod confeſſarij ex cōmiſſione ſunt proprij ſacerdotes (licet non ſint ordinarij) Cum ergo Religioſi ex priuilegio Papæ, & approbatione Epiſcopi ſint Confeſſarij ex commiſſione, ergo ſunt proprij ſacerdotes illius diocæſis in qua ſunt approbati, ergo confeſſi ab illis non tenentur denuo confiteri ſuo ordinario ſacerdoti. Et qui oppoſitum dicit incidit in hæreſim Ioannis de Poliaco abiurata ab eo. Romæ anno Domini 1326. quod non aduertunt obloquaces. Confirmatur hæc noſtra concluſio hac alia ratione.

Hæreſis eſt dicere, quod confeſſi à religioſis mendicātibus tenentur confiteri ſuo Parocho eadem peccata.

Si quis confiteretur Epiſcopo, vel Papæ proculdubio ſatisfaceret præcepto Eccleſiæ. Ridiculum enim eſſet dicere, quod ad hoc requiritur licentia ſacerdotis parochialis, ergo qui ex licentia Papæ, vel Epiſcopi Religioſo ſacerdoti confitetur ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. Hoc habetur pro claro,& manifeſto in Iubileis, vbi Papa dat facultatem confitendi confeſſoribus ſecularibus, & regularibus, à quibus abſolui poſſunt, à quacunque cenſura,& caſibus omnibus reſeruatis ſed eſt Apoſtolicæ,Papæ, & Epiſcopo,& pœnitentes confeſſi. Regularibus non tenentur peccata illa amplius confiteri. Non enim circa hoc modo eſt ambigendum cum decretum fuit ab Eccleſia in extrauaganti Ioannis 22.cap. Vas electionis, vbi iuxta decreta prædeceſſorum Alexandri,& Clementis, concluſum eſt confeſſos fratribus Religioſis, non teneri amplius confiteri eadem peccatum proprio ſacerdoti. Et Bonifacius octauus in extrauaganti ſuper cathedra de ſepulturis confeſſionem moderatus iuſſit, vt Prælati mendicantium religioſos idoneos Epiſcopo præſentarent, quibus ipſe facultatem faceret tum prædicandi, tum & confeſſiones audiendi, quo renuente, eandem facultatem Papa concedebat. Poſtea ſubſequutus Benedictus. 11. in extrauag. Inter cuncta de priuilegis reuocata, illa moderatione Bonifacij, ampliſſimum eis contulit facultatem prædicandi, & confeſſiones audiendi, nulla facta præſentatione Epiſcopo, nullaque eius petita licentia. Tandem ſucceſſit Clemens V. qui in Clementina Dudum de ſepulturis, reuocans decretum Benedicti, renouauit illud Bonifacij, vt præſentatione facta Epiſcopo, facultas ab eo petatur, quam ſi negauerit Papa conceſſit. Cui quidem decreto ſtandum, modo, eſt.

Ex decreto ſummorū pōtificū pœnitēs non tenetur cōfiteri proprio ſacerdoti peccata cōfeſſa Religioſis mendicantibus.

Lector ſe opponit dicendo.

Impugnatio prima.

MArtinus quintus in vna extrauaganti deinde licet Ad vberes fructus dicit volumus autem, quod ij, qui fratribus confitebuntur ſuis proprijs parochialibus ſacerdotibus, ſemel ſaltim in anno confiteri prout generale Concilium ſtatuit. Nihilominus teneantur, quodque

ijdem

ijdem Fratres eos ad hoc excercentur, ergo peccata confeſſa religioſis ſunt confitenda proprio ſacerdoti.

Impugnationis reſpõſio.

Theologus negat conſequentiam, dicendo in primus, quod extrauagans illa non præcipit hominem eadem peccata iterum confiteri à quibus ſemel abſolutus eſt, quia nemo poteſt compelli, neque authoritate Papæ confiteri ea, à quibus abſolus eſt, nam Eccleſia in hoc non habet authoritatem niſi ſecundum ius diuinum, iure diuino ſacramentum hoc non eſt inſtitutum niſi in remiſſionem peccatorum, ergo poſtquam pœnitens obtinuit remiſſionem peccatorum, non poteſt, niſi ipſe vltro velit, iterum eadem peccata confiteri, quia ille iam non habet peccata; quare ſolum potuit præcipere Papa, vt ſe præſentaret ſacerdoti proprio, cui dicere poteſt. Se iam eſſe abſolutum, à ſuo confeſſario. Non enim Eccleſia obligat ad confitendum niſi ſemel in anno.

Impugnatio ſecunda.

Non aquieſcit Lector, inquit, Sixtus quartus; videtur præcipere in contrarium in extrauaganti vices illius, de tregua, & pace admonet religioſos, vt prædicare deſiſtant, quod parochiani non ſint, obligati ſaltem in paſcate confiteri proprio ſacerdoti, quia de iure, inquit, tenetur.

Impugnationis reſpõſio.

Reſpondetur, quod verum eſt, quod homo tenetur confiteri ſemel in anno proprio ſacerdoti, cum hoc tamen ſtat, quod confeſſus religioſis priuilegiatis ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, quia cum cõceſſum eſt religioſis poſſe audire confeſſiones, & abſoluere à peccatis per conſequens confeſſi ab illis ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, ſecus de adminiſtratione ſacramenti altaris, quod religioſis prohibetur miniſtrare in Paſchate, vt Clement. Religioſi de priuil. cauetur.

Concluſio hæc vltima habetur ex Concil. Florent. in 6. Eugenio quarto, vbi dicitur Sufficere, quod quis confiteatur ſacerdoti habenti authoritatem abſoluendi ex commiſſione ſuperioris licet non ordinariam. Et ibi ait Papa Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione.

Plebani, & religioſi poſſunt abſoluere ſuos pœnitentem extra diocæſim ẽt, fratres & ſeculares.

Obſeruandum eſt, quod Papa in Clementina fecit pares religioſos, & Plebanos, propterea ſicut Plebanus poteſt abſoluere ſuos parochianos extra Diocæſim ſui Epiſcopi (occaſione occurrente) hoc idem facere poteſt Regularis de ordine mendicantium cum ſuis pœnitentibus, non ſolum religioſis, ſed ſecularibus, vnde confeſſarius talis ſi approbatus eſt ab Epiſcopo, poteſt pœnitentes audire, extra diocæſim, ſi etiam approbatus eſt à ſuo Prælato, quo ad Fratres, poteſt illos audire, extra conuentum, & ſub iuriſdictione alterius Prioris.

A reſeruatis tamen non poteſt abſoluere ſine authoritate ſpirituali.

Hanc authoritatem tamen non poteſt exercere extra proprium conuentum circa non ſubditos ſui Prælati, vel Epiſcopi.

Religioſi vbi non ſunt fratres [illegible] poſſunt confiteri con[illegible] ſeculari.

Et Iulius Papa ſecundus indulſit, vt Confeſſarij mendicantes poſſint audire confeſſiones quarumcunque perſonarum tam, Religioſorum, quam Eccleſiaſticorum, & ſecularium venientiũ ad noſtras Eccleſias & domus, illaſque abſoluere à non reſeruatis. Et Sixtus quartus concedit Fratribus itinerantibus, vel ex ſtentibus extra conuentum de licentia Prælatorum, vt confiteri poſſint ſi non adeſt confeſſarius Religioſus, cuicunque ſacerdoti approbato, peccata ſua, & abſolutionem obtinere.

Viſum eſt, quomodo de iure Religioſi mendicantes poſſint audire confeſſiones ſecularium, videamus nunc quomodo hoc fit ex conceſſione. Solus enim ordinarius, qui habet curam animarum, ſi non ſit de iure prohibitus, ſacerdoti non impedito à iure facultatem abſoluendi ſubditos ſuos dare poteſt, vt Papa, Epiſcopi, Prælati Religioſorum. Delegatus hoc facere non poteſt ideſt approbati ab ordinarijs ad confeſſionem, niſi ex facultate ſibi commiſſa ab ordinario, vt ſcilicet poſſint delegare, vt Viccarij Epiſcopi. Superiores Religionum, & ſimiliter, iſti non poſſunt ſubditis dare facultatem confitendi, niſi hæc facultas ſibi data fuerit, a ſuis Prælatis, vt delegare poſſint (non obſtante, quod delegatus non poſſit delegare.)

Quoniam autem Prælati religionum mendicantium Epiſcopo præſentant ſuos religioſos, pro audientia confeſſionum tenet Magiſter Dominicus à Soto, quod Epiſcopi ex illa extrauaganti Clementis non habent hanc facultatem ſcilicet examinandi, ſed hoc ſolum pertinet ad Prælatos Religionis, quibus ordinat Papa, vt ſufficientes, & idoneas perſonas eligant ad audientias confeſſionum. At quando in extrauaganti illa Dudum. Papa dat facultatem Epiſcopis, vt poſſint refutare præſentatos, appareret ſubſequenter, quod Epiſcopi poſſunt illos examinare, quare ſi Epiſcopus voluerit poteſt facere comparere coram ſe approbandum, ipſumque examinare, & admittere, ſi placet, verum eſt ex decreto Pij Quinti, & ex terminatione Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Concilio Tridentino, quod Regularis Sacerdos, ſemel in confeſſarium ab Epiſcopo generale, & indiſtincte approbatus, non poteſt amplius ab eodem Epiſcopo examinari, & approbari. Nec minus poteſt ab Epiſcopo approbante, ab officio Confeſſarij ſuſpendi, quoniam facta approbatione, Epiſcopus functus eſt munere ſuo. Quod etiam confirmatur. Nam ſuſpenſio eſt actus coactiue iuriſdictionis, qui non niſi in perſonam ſubditam exerceri poteſt. Regularis omnino ab Epiſcopo eſt exemptus ideo non poteſt ab illo ſuſpendi, ſed debet recurrere Prælato Religionis, vt illum ſuſpendat ſi meretur, vel recurrere debet Papæ, vt prouideat. Addit tamen. Ioan. Baptiſtas Confeſſius ex terminatione Congregationis in Seſſione vigeſima ſecunda, capitolo decimo quinto, in Concil. Tridentino.

Regularis approbatus ad audientiã cõfeſſionem ſemel pro ſe ſuper approbatus, nec poteſt amplius examinari nec ſuſpendi ab Epiſcopo.

Si tamen Prælatus expræſſis verbis non te-

probat, ſed tantum prohibeat ſubdito audire confeſſiones aliqua ex cauſa ſibi bene viſa, non tollit approbationem à ſe, & ab Epiſcopo data, & propterea ſi contra prohibitionem regularis abſolueret, valida eſſet abſolutio, à non ſeruatis regularibus impenſa, non autem à reſeruatis &c.P. 169. in Confeſſio,

Notandum eſt, quod quando Papa concedit alicui facultatem ſibi eligendi confeſſarium, tenet Magiſter Dominicus à Soto, quod talis poſſit eligere, quemcunque ſacerdotem ſiue approbatum ad audientiam confeſſionē ſiue non. Et aſſignat rationem dicendo. Duo tātum ad confeſſionem audiendam requiruntur ſcilicet ordo, & iuriſdictio; ordinem ipſe Sacerdos electus habet. Iuriſdictionem tribuit ei ille, qui eum elegit authoritate Papæ, à quo habet priuilegium elegendi ſibi confeſſarium. Sententiam iſtam veram eſſe arbitror, quia tale priuilegium non conceditur regulariter niſi viris maximę authoritatis, & intelligentiæ: cuius intelligentia ſupplere poſſunt ignorantiæ confeſſarij electi (quando adeſſet,) Si autem tale priuilegium conceſſum eſſet perſonæ non doctæ non expertæ in rebus conſcientiæ, mihi videtur iſte non poſſet eligerem ſibi confeſſarium niſi vnum de approbatis ab ordinario. Et hoc procederet non ex parte Papæ concedentis priuilegium. ſed ex parte penitentis; ſcientia enim neceſſaria eſt in confeſſario, niſi ſuppleat intelligentia pœnitentis. Imò dico, quod ſi Papa præciperet ignoranti ſacerdoti, vt audiat confeſſionem alicuius carentis ſufficientia, & abſoluat neſciens ſi rectè, vel non. Illa abſolutio (ni fallor:) non teneret, non ex parte authoritatis conceſſę, ſed ex parte ignorantiæ confeſſarij, neſcientis diſcernere inter lepram, & lepram, & quid abſoluere, & quid ligare: vnde ambo iſti, eſſent illi, de quibus dicebat Dominus, Si cęcus cæco ducatum præſtat, ambo in foueam cadūt. Hoc totum videtur annuere Magiſter Dominicus à Soto in 4. diſtinct. 18. q. 4. art. 3. in fine. His, ergo ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Habens priuilegium eligēdi ſibi confeſſarium debet eligere vnum de approbatis regulariter.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit minorem propoſitionem eſſe falſam. Et ad probationem dicit, quod Rector animarum dupliciter debet cognoſcere vultum pecoris ſui, vnomodo extrinſice vigilando ſuper gregem ſibi commiſſum, Et in hoc non debet ſtare verbis ſubditi, ſed factis, & prouidere prout oportet. Alio modo cognoſcere poteſt vultum pecoris ſui per confeſſionem credendo illi omnia, quæ pro ſe, vel contra ſe dicit. Et ſi dicit ſe eſſe legitime confeſſum debet ei credere. In foro exteriori non creditur reo.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator dicendo, Non poteſt aliquod priuilegiū indulgeri in præiudicium alterius. Sed ſi quis poſſet confiteri alteri quam proprio ſacerdoti, eſſet in præiudicium ſacerdotis ordinarij, ergo alius per priuilegium non poteſt ad audientiam confeſſionis populi non ſibi ſubditi admitti, vnde ſubditi iſti non poſſunt illi alteri confiteri.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad min. dicit, quod nemini fit præiudicium, niſi id ei ſubtrahatur, quod in fauorem ipſius indultum eſt, vt verbi gratia, ſi beneficium, quod quis poſſidet abſque vlla eius cauſa ſubtraheretur, modo iuriſdictio confitendi proprio ſacerdoti non conceditur in fauorem curati, ſed in fauorem populi, vnde ſi ſuperioribus Prælatis expedire videatur in ſalutem populi ad honorem Dei promouendum, & alijs ſacerdotibus debent committere, & nullum tunc fit præiudicium ſacerdoti ordinario, licet illi, qui quærunt, quæ ſua ſunt, & non quæ Ieſu Chriſti oppoſitum teneant, iudicant curati illi, qui præſunt gregi, non vt oues paſcant, ſed vt ab illis paſcantur iſti arbitrantur confeſſarij ex priuilegio eſſe ſibi in detrimentum, & cedere illis in iniuriam, tamen hoc totum venit in commodum gregis, quod tandem reſultat in honorem paſtoris, vt experientia docet,

Quando populus conſitetur priuilegiatis nō fit præiudicium curato, ſed beneficium populo.

Inſtantia 3.

Inſurgit Argumentator, & format tertiam inſtantiam contra prædicta dicendo, Ille qui audit confeſſionem alicuius eſt proprius Iudex eius (alias non poſſet eum ligare, & ſoluere,) ſed vnius hominis poſſe eſſe plures ſacerdotes repugnat, vel proprios Iudices,

Probatur hoc, quia tunc teneretur pluribus obedire, quod eſt impoſſibile, pręcipue ſi cōtrarie præcipiant, vel incompoſſibilia, ergo non poteſt aliquis confiteri niſi proprio ſacerdoti, etiam ex ſuperioris licentia.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod inconueniens eſſet ſi duo æqualiter ſuper eandem plebem conſtituerentur confeſſarij, vel Iudices, non autem ſi inæqualiter, natura ſuper eandem plebem immediate eſt Parochus Epiſcopus, & Papa, ſic inæqualiter, etiam dantur confeſſores, aliquando autem dātur coadiutores, & hoc eſt in vſu, aliquando, inæquali authoritate, quam habet ſuperior à quo ſunt data eſt, & hoc fit tempore Iubilei, vt in caſibus reſeruatis, Regulariter tamen quando duo præcipiunt diuerſa, & vtrumque ſeruari non poteſt, obſeruandum eſt, quod præcipit ſuperior, vnde quando Dominus dixit Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, de hoc intelligit (æquali habente poteſtatem) ſi poteſtas eſt inæqualis duabus ſeruire poſſumus, dum vno ſubordinetur alteri.

Iuriſdictio abſoluēdo à peccatis reperitur in Papa in Epiſcopo, in curatis, & in confeſſoribus ordine diuerſo.

Petrus tenet primum locum, Apoſtoli ſecundum, Diſcipuli 72. tertium. Ita modo, loco Petri eſt Papa loco Apoſtolorū ſunt Epiſcopi, loco ſeptuagintaduorum Diſcipulorum ſunt curati Animarum: ecce, quod omnes ſunt ſubordinati. Eccleſia enim eſt terribilis, vt caſtrorum acies. cap. venerabilis acies, velut ſolet eſſe acies caſtrorum ordinata.

Si enim non eſſet ordinata non eſſet terribilis inimi-

inimicis, & præ admiratione honorabilis, & præ granitate militum legitime pugnantium formidabilis.

Ordo autem huius Eccleſiaſticæ authoritatis facit, quod Concil. Trid. ſeſſione 23. cap. 4. & can. 6. Hierarchiam vocat, conſiſtit enim in ſubalternatione, non autem in æqualitate miniſtrorum Dei, ſuper eandem plebem, vt dictum eſt.

Inſtantia 4.

Argumentator vltimo loco inſtat dicendo, iniuriam ſacramento facit, qui ſacramentum iterat ſuper eadem materia, vel ſaltem inutiliter facit, ſed qui confeſſus eſt alio ſacerdoti, tenetur iterum confiteri proprio ſacerdoti ſi petat. Cum non ſit abſolutus ab obedientia qua ei tenetur, hoc ergo non pôteſt licitè fieri, quod aliis quam proprio ſacerdoti confiteatur.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat inſtantiæ huius minorem propoſitionem ſcilicet, quod qui confeſſus eſt alij ſacerdoti, teneatur iterum confiteri proprio ſacerdoti (ſi petat,) & ad probationem dicitur, quod iſte confeſſus non eſt abſolutus ab obedientia parochi qua ei tenetur, ſed abſolutus eſt ab obedientia parochi, qua ei ante confeſſionem tenebatur, quia modo non tenetur illi denuo confiteri, nullus enim tenetur confiteri peccata, quæ non habet. Iſte confeſſus eſt ab habente authoritatem ex priuilegio, eique dimiſſa ſunt peccata, quoad Deum, & quoad Eccleſiam, ideo non tenetur confiteri proprio ſacerdoti (quantuncunque petat.) Dicat mihi inquit Magiſter Poreta contra eos, qui oppoſitam ſententiam tenent, quid vis maxime confiteri; Nihil, vel aliquid? Si nihil hoc eſt inconueniens, proprieque vocis ignorantia. Si aliquid aut peccatum veniale, aut mortale. Si mortale, mortale non habet, quia de illis eſt iam abſolutus, Si veniale, ad hoc non tenetur ex Concilio Trident. ſeſſione 14. capit. 5. Nihilominus ſtando in opinione aliorum, inquit Doctor Sanctus Talis enim ſolum venialia confiteri debet, (vt quidam dicunt) vel profiteri ſe eſſe immunem à peccato mortali. Et hoc eſt de mente D. Tho., propterea ſubdit. Et Sacerdos ei in foro conſcientiæ credere debet, & tenetur. Sed dato (& non conceſſo) Si iterum confiteri teneretur, non fruſtra, primo confeſſus fuiſſet; quia quanto pluribus ſacerdotibus confitetur quis, tanto plus de pœna remittitur ei, tum ex erubeſcentia confeſſionis, quæ in pœnā ſatisfactoriā cōputatur ex authoritate clauiū, vnde inquit Angelicus Doctor toties poſſet confiteri, quod ad omni pœna liberaretur. Nec reiteratio facit iniuriam ſacramento, niſi in quo ſanctificatio adhibetur, vel per characteris impræſſionem, vel per materiæ conſecrationē, quorū neutrum eſt in pœnitentia, vnde bonum eſt, quod ille qui authoritate Epiſcopi confeſſionem audit inducat confitentem, quod confiteatur proprio ſacerdoti: quod ſi noluerit nihilominus eum abſoluere debet; ex qua Doctrina Angelica habemus, quod pœnitens etiam inuicto proprio ſacerdote; poteſt confiteri alteri, & quod ille alius Sacerdos poſt ſuaſionem ad confitendum proprio ſacerdoti debet eum abſoluere Scotus in 4. diſtin. 18.

Abſolutus ab habente authoritatē, non tenetur confiteri peccata de quibus eſt abſolutus proprio ſacerdoti iterum.

Nota.

ad primum, tenet contra D Thom. quod per ſecundam confeſſionem nihil pœnæ remittatur. Ratio eius eſt quia cum ſemel Deus iudicium abſolutionis ratificauit licet non ſit abſurdum illud reiterare, nihilominus non iteratur cum illo fructu. Nam idem inquit, in foro occurrit litigioſo, vbi poſtquam reus ſemel abſolutus eſt, non amplius à pœna eorundem delictorum abſolui poteſt.

Impugnatio.

Theologus cum Magiſtro Soto, dicit, quod D. Scoti opinio tenuiſſimo vtitur fundamento, nam in litigioſo foro poteſt materia abſolutionem eſſe, quæ omnia reliquias pœnæ remoueat. In ſacramentali verò non ſemper abſolutio prima tollit totam pœnam Et ideo poſtquam natura eſt legitima abſolutio, & cadit ſuper debitam materiam ſcilicet ſuper peccata alias confeſſa quæ materia eſſe poſſunt confeſſionis ex Concil. Florentino, nulla poteſt aſſignari ratio cur per ipſam non fiat etiam remiſſio culpæ, ſecundo quia autem dum quis accedit contritus ad primam confeſſionem habet remiſſam culpam, & nihilominus per abſolutionem ſortitur remiſſionem pœnæ. Cur non ergo id adipiſcetur, per ſecundam & tertiam abſolutionem? Caietanus in 4. q. de confeſſione ſuper 3. p. dicit, quod abſolutio, non ſolum remittit pœnam, ſed etiam reliquias culpæ, quæ ſunt corruptæ habitudines, & inclinationes ad peccandum. Hoc multo magis fit in ſacramento extreme vnctionis, cum hoc ſit illi proprium.

Impugnationis ſolutio.

Confiteri eadem peccata plures prudenter cum vtile, ideſt imprudenter autē dānoſū.

Adnotat Magiſter Dominicus à Soto vnum circa iſtam confeſſionum repetitionem peccatorum alias ſcilicet ſacramentaliter remiſſorum, quod non ſunt huiuſmodi confeſſiones pro libito repetendæ, eſſet enim abuſus ſacramenti, iterum atque iterum eadem peccata abſque cauſa confiteri, & tantus poteſt eſſe abuſus, vt ſacramentum nullum eſſet, & nullam conferet gratiam, imò eſſet religionis ludibrium. Sed tunc tantum huiuſmodi repetitiones ſunt licitæ, quando, cauſa grauis interuenit. v. g. ſi forte ſe offert grauis confeſſarius, & doctus, cui homo vult detegere vitam ſuam, vel in mortis articulo, vel tempore magni Iubilei, vel in aliqua maxima ſolemnitate. Et ſint pro dubio iſta. accedamus ad vltimum.

Dubium tertium.

IN hoc dubio quærit lector. An pœnitens in extremo vitæ ſuæ poſſit abſolui à quolibet ſacerdote, pro vtraque parte argumentatur.

Partis affirmatiuæ probatio

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Neceſſitas ſpiritualis eſt maior quam corporalis, ſed aliquis in neceſſitate vltima poſitus, poteſt aliorum rebus vti (etiam inuitis dominis) ad ſubſtentationem ſui, vel ad ſubueniendum corporis neceſſitati, ergo & in articulo mortis ad ſubueniendum ſpirituali neceſſitati poteſt à non ſuo ſacerdote, abſolui.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio; Ad abſolutionem requiritur aliqua iuriſdictio, vt patet ex

dubio præcedenti. Sed Sacerdos non acquirit iuriſdictionem ſuper illum, qui in fine pœnitet, ergo nemo poteſt eum abſoluere.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit, primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, ſecundo ſoluit inſtantias partis negatiue. Quo ad primum.

Poſitus in articulo mortis poteſt abſolui à quocũque ſacerdote à quocunque peccato, & cenſura Eccleſiaſtica.

Concluſio reſponſiua quæſito. Quando neceſſitatis articulus imminet, non impeditur quilibet Sacerdos per Eccleſiæ ordinationem, quin abſoluere poſſit à quibuſcunque peccatis, & etiam ab excommunicatione à quocunque lata. Concluſio iſta probatur, primo rationibus, ſecundo authoritate. Prima ratio deſumitur ex D. Thom. inquit enim in corpore. Quilibet Sacerdos quantum eſt, ex virtute clauium habet poteſtatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, vnde quod non poſſit abſoluere quemquã, & ab omni peccato, & cenſura, non prouenit ex defectu clauium. Sed quod non poſſit omnes ab omni peccato abſoluere, hoc eſt quia per ordinationem Eccleſiæ habet iuriſdictionem limitatam, vel omnino nullam habet. Sed quia neceſſitas non habet legem, ideo quando neceſſitatis articulus imminet per Eccleſiæ ordinationem non impeditur, quin abſoluere poſſit, ex quo habet claues etiam ſacramentaliter. Et tantum conſequitur ex abſolutione alterius, ſicut ſi à proprio ſacerdote abſolueretur non ſolum à peccatis, ſed ab omni cenſura, tunc poteſt abſolui à quolibet Sacerdote (inquit Doctor Sanctus,) ſed etiam ab excommunicatione à quocunque ſit lata, & à peccatis.

Neceſſitas excuſat ab obſeruatione legis humanæ, non autẽ ab obſeruatione legis diuinæ, & declaratur hoc.

Probatur hoc. Nam abſolutio hæc etiam ad iuriſdictionem pertinet, quæ per legem ordinis Eccleſiæ coarctatur. Pro clariori intelligentia huius probationis Angelice obſeruandum eſt, dictum illud. Neceſſitas non habet legem, dictum hoc verificatur in præceptis iuris poſitiui, non autem iuris diuini, vnde vult dicere Doctor Sanctus. Neceſſitas non habet legem ab Eccleſia factam, quoniam diſputatio iſta eſt, de lege ſeu ordinatione Eccleſiaſtica, quæ eſt de confitendo proprio ſacerdoti, quæ lex non ſe extendit ad articulum mortis. Hoc enim ex eodem & D. Thom. p. 2. q. 96. art. 6. haberi poteſt. Ait enim ibi. Omnis lex ordinatur ad communem hominum ſalutem, & in tantum obtinet vim, & rationem legis, quando autem ab hoc deficit, non habet virtutem obligandi: contingit autem multoties, quod aliquid obſeruare communi ſaluti eſt vtile, vt in pluribus, quod tamen in aliquibus caſibus eſt maxime noxium. Quia ergo legiſlator non poteſt omnes ſingulares caſus intueri, proponit legem ſecundum ea, quæ in pluribus accidunt, ferens intentionem ſuam ad communem vtilitatem, vnde ſi occurrat caſus, in quo obſeruatio talis legis ſit damnoſa communi ſaluti non eſt obſeruanda. Sicut ſi in ciuitate obſeſſa ſtatuatur lex, quod portæ ciuitatis maneant clauſæ, hoc eſt vtile communi ſaluti, vt in pluribus. SI tamen contingat caſus, quod hoſtes inſequantur aliquos ciues, per quos ciuitas conſeruaretur, damnoſiſſimũ eſſet ciuitati, niſi eis portæ aperirentur, & ideo in tali caſu portæ eſſent aperiendæ contra verba legis, vt ſeruaretur vtilitas communis, quam legiſlator intendit. Hoc enim intelligitur in ſubitaneis periculis, in quibus non conceditur mora recurrendi ad ſuperiorem, quia tunc neceſſitas habet diſpenſationem legis annexam, quia neceſſitas non ſubditur legi. Ille, qui in caſu neceſſitatis agit præter verba legis non iudicat de ipſa lege, ſed iudicat de illo caſu ſingulari, in quo videt verba legis obſeruanda non eſſe, quod intentio legiſlatoris non intendit obligare in tali caſu neceſſitatis. Si dubium, ſi de hoc debet, vel ſecundum legem agere, vel ſuperiorem conſulere. Interpretatio locum habet in dubijs, in quibus non licet abſque determinatione Principis à verbis legis diſcedere, ſed in manifeſtis non eſt opus interpretatione, ſed executione, inquit Doctor Sanctus 2 2. q 66. art. 7. Ea enim, quæ ſunt iuris humani non poſſunt derogare iuri naturali, vel iuri diuino. At ſecundum naturalem ordinem ex diuina inſtitutione res inferioris ordinis ad hoc ſunt ordinatæ, quæ ex his ſubueniatur hominum neceſſitati. Et ideo per rerum diuiſionem, & appropriationem ex iure humano procedentem non impeditur, quin hominis neceſſitati ſit ſubueniendum ex huiuſmodi rebus. Imò licet vti re aliena occulte accepta in caſu extremæ neceſſitatis, & talis ocultatio non habet rationem furti propie loquendo, quia per talem neceſſitatem efficitur ſuum id, quod erat alienum; accipit enim illud ab ſubſtentandam propriam vitam. Imò in caſu extremæ neceſſitatis poteſt quis occultè rem alienam accipere, vt ſubueniat proximo ſuo indigenti.

Vlterius obſeruandum eſt, quod neceſſitas, de qua eſt hic ſermo, quæ non habet legem, non eſt neceſſitas qualiſcunque, ſed moriendi propria in titulo quæſiti, inquit Doctor Sanctus videndũ an pœnitens poſſit in fine vitæ à quolibet ſacerdote abſolui. Quando enim alicui imminet neceſſitas communicandi, & deficit confeſſor, non poteſt pęnitẽs abſolui à quolibet ſacerdote, quia neceſſitas celebrandi Miſſam, quæ maius, quid importat quam neceſſitas communicandi, non habet hoc priuilegium, ſed in tali neceſſitate conſtitutus dimittitur intra terminos non habentium copiam Confeſſoris.

Articulus mortis eſt nõ quando exalatur ſpiritus, ſed quando à peritis medicis vita infirmi deſperatur, &c.

Neceſſitatem extremam moriendi intellige, non quando tunc emiſſurus eſt Spiritum, ſed quando à peritis medicis vita infirmi deſperatur, vel quando apparent ſigna probabilia periculi mortis, vel cum Syl. verbo Confeſſor. 1. §. 6. membro. 7. Neceſſitas in articulo mortis eſt non ſolum cum quis eſt morti proximus, ſed etiam dum qui ſe obijcit periculo mortis, vt dum prælium, vel mare eſt ingreſſurus. At (hoc relicto,) Articulus mortis eſt cum mors eſt iam in fieri proxime per cauſam naturalem aut violentam, videlicet dum per infirmitatem, aut per miniſtrum iuſtitiæ, quis eſt interficiendus.

In

In his tantum, caſibus licet cuilibet ſacerdoti quemlibet abſoluere,aliter dicendum eſt de periculo mortis remotò, vel non in propinquo. Non enim noſter expectanda eſſe vltima neceſſitas, quia tunc forte, non poſſet iuuari, ſicut forte non poterit confiteri, ſicut quando quis eſt in tali extremitate cibum ſumere non poteſt. Extrema,ergo neceſſitas in propoſito noſtro, eſt quando apparet periculum vitæ, & non poteſt haberi confeſſor proprius, neque ille, qui talis ſit ex priuilegio.

Corellariom. Non licet extorquere propoſitionem illam D.Thom ſcilicet neceſſitas non habet legem, ad cauſam diuinorum præceptorum coram Tyrannis,quaſi quod minante Tyranno mortem corporalem alicui,niſi cōtra legem, diuinum aliquid fecerit, vel dixerit. In iſto caſu non licet offendere Deum ad euitandam corporis mortem, quoniam in tali caſu iſte mortaliter peccaret per D.Tho.2.2.quæſt.125.art.3. Et Phyl.3.Ethic.dicit inopiam non oportet timere, neque ægritudinem, neque quæcunque alia non à propria malitia procedunt. c. non ita timenda ſunt vt pro eis vitandis recedatur ab eo, quod bonum eſt ſecundum virtutem. In hoc enim errauerunt hæretici dicendo, quod Apoſtoli ſtulti fuerunt nolentes, abiurare Chriſtum coram hominibus, & potius permiſerunt ſe occidi. Damnata fuit hac hæreſis à Concil. Later. ſub Innocentio.3.c.22. ſic. Cæterum cum anima ſit multo præcioſior corpore,ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur. Et reccuauit homine. De pœnit. & remiſ. poſt ea omnis vtriuſque ſexus, ſed his relictis pergamus ad principalem concluſionis probationem.

Lex diuina obligat etiā tempore neceſſitatis, & cum periculo vitæ.

Ratio ſecunda eſt iſta. Sacramētum hoc eſt in remiſſione peccatorum inſtitutum. At articulus mortis eſt vbi res agitur, aut perpetuæ felicitatis,aut perpetuæ damnationis. Non ageret Eccleſia, quæ Spiritu Sancto gubernatur, ſecundum ampliſſimam Dei miſericordiam ſi non omni remedio exeunti ab hac vitę luce promptiſſime ſuccurreret, & ex oppoſito ſi vellet aliquod peccatū in articulo mortis eſſe reſeruatum, aut aliquem ſacerdotem ſuſpenſum,ne manus abſolutionis impenderet. Nec valet reſponſio aliquorū dicentiū hoc ſacramentum non eſſe ſic neceſſarium vt baptiſmum,quia occurrentibus impedimentis iuris ſufficeret contritio.

Poſitus in articulo mortis poteſt abſolui ſimpliciter à quocunque ſacerdote.

Obiectio.

Reſponſio. Reſponſionē dicebā iſtorum non valere, quoniam eſto ita ſit, nihilominus non debet Eccleſia deficere in eo,quod poteſt. Nam ſacramenta omnia gratiam conferunt,& ſæpe homo ex his ex attrito fit contritus, propterea non debet Eccleſia priuare exiſtentem in extremis tali ſubſidio, quod faceret, ſi laborans in extremis non poſſet à quocunque confeſſario, abſolui à quocunque peccato,& cenſura,tempore neceſſitatis.

Quæſitum primum.

INueſtigat Lector. An huius libertas erga poſitum in extremis ſit de iure diuino,an vero de iure poſitiuo:c.An omnes ſacerdotes habeant iuriſdictionem, iure diuino abſoluendi in articulo mortis. Aut hoc illis ſit conceſſum iure Pontificio pro vtraque parte aſſiſtunt doctores.

Pro parte affirmatiua eſt Paludanus in 4.d.20 q.p.concl.1. Et Capreoli d.19.quod videtur tenere.D.Thom.d.20.q.p.art.2. Et ſic probant intentum. Quilibet Sacerdos quantum ſit de virtute clauium habet poteſtatem indifferenter ad omnes, & quantum ad omnia peccata, ſed quod non poſſit omnis ab omni peccato abſoluere, hoc eſt, quia per ordinationem Eccleſiæ habet iuriſdictionem limitatam,vel omnino nullam. Sed quoniam neceſſitas legem non habet, ideo quando articulus neceſſitatis imminet per Eccleſiæ ordinationem,nemo impeditur,quin abſoluere poſſit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Durandus in 4.d.10.q 2. tenet partem negatiuam ſcilicet, quod hoc ſit de iure poſitiuo. Et rationem aſſignat dicendo Chriſtus dixit Petro tanquam Paſtori. Paſce oues meas, & commiſit illi regimen, & curam totius Eccleſiæ. Ad regimen autem ſpectat iuriſdictionem tam in foro conſcientiæ quam in foro exteriori, ergo nemo habet iuriſdictionem aut vſum eius niſi per authoritatem Eccleſiæ, qua vtuntur ſacerdotes abſoluentes in articulo mortis.

Partis negatiuæ probatio.

Quæſiti terminatio pro parte negatiua.

PRobabilior ſententia videtur iſta, pro parte negatiua, ideo corroboranda eſt cum Magiſtro Dominico à Soto, loquit enim Chriſtus vtique in Eccleſia reliquit iuriſdictionem, vt in primo dubio oſtenſum eſt. Nihilominus earum diſtributiones Eccleſiæ commiſit, quæ hunc, vel illum creat Epiſcopum, vel Parochialem ſacerdotem. Et confirmatur. Nam illa iuriſdictio,quæ eſt in foro interiori ſimilis eſt illi, quæ eſt in foro exteriori, ſed hæc ſecunda manifeſte tradita eſt à Chriſto Domino Eccleſiæ, ad diſtribuendam, ſequitur, vt & interior eodem modo ſit tradita quā quod Sacerdos abſoluat in articulo mortis,ex conceſſione Eccleſiæ habetur, ſecundo confirmatur noſtra concluſio ex more loquendi Eccleſiæ, vbicunque reſeruat excommunicationis abſolutionem dicens, vt nulli fiat talis abſolutio,præterquā in articulo mortis,ecce, quod excipit caſum quaſi ſua ſit illa facultas, vt patet can.paſtoralis §. præterea de off. ordina. Et c. Fures de furtis, &c. Eos qui de ſententia excommunicationis lib.6.& multis alijs. Imò in hac ſententia eſt D.Th. nunquam enim ait, quod quilibet ſimplex Sacerdos virtute iuriſdictionis quam habet poſſit abſoluere, ſed virtute clauium, quæ ſunt Eccleſiæ conceſſæ, niſi impediatur ab Eccleſia,quæ illi ſacerdoti nullam dat iuriſdictionem, vel dat limitatam, hoc enim clarius habemus in ſolutione ad primum vbi dicit,

Poteſtas reperta in abſoluendo in articulo mortis à quocunque peccato & cenſura in quolibet ſacerdote eſt de iure poſitiuo.

cit quia Eccleſia acceptat, vt quilibet Sacerdos abſoluere poſſit in articulo mortis, ideo ex hoc ipſo, quod quis iuriſdictionis habet vſum, quamuis iuriſdictione careat. Ecce doctrina limpida Angelici Doctoris manifeſtans ſacerdotem vllam iuriſdictionem ſuſcipere, dum ſacerdotio innitiatur, neque concedit ſacerdotem abſoluentem in articulo mortis vllam habere iuriſdictionem, ſed merum vſum iuriſdictionis Eccleſiæ ex eius voluntate.

Contra hoc inſurgit Argumentator dicendo.

Impugnatio.

SI huiuſmodi abſolutio in articulo mortis ex commiſſione Eccleſiæ fit, ſequitur, quod Papa, vel Concilium poſſet, eandem conceſſionem reuocare, nempe vt in poſterum nullus ſimplex Sacerdos poſſit à quocunque peccato abſoluere, neque in articulo mortis.

Interrogatio nis reſpōſio.

Theologus diſtinguit conſequens dicendo ſi enim ly poſſe, poteſtatem dicat abſolutam conceditur conſequens ipſum. Si autem dicat id quod legitime fieri poſſet, negatur conſequentia, & ratio negotijs aſſignatur, quia eſſe intolerabilis error, ſi Eccleſia amplitudinem abſolutionis in articulo mortis cohiberet, & ideo à Spiritu Sancto cuius numine poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionē accepit, non permittitur, id facere.

Quæſitum ſecundum.

QVærit ſecundo lector, ſi in articulo mortis talis abſolutio fieri poteſt, etiam ab apoſtata, & hæretico, ab abſciſo, ab Eccleſia.

Quæſiti reſponſio.

ILluſtriſſimus Dominus Caietanus in ſumma verbo abſolutio, dicit, quod talis abſolutio in tali caſu poteſt fieri abſolute à quocunque ſacerdote At Syl. verbo Confeſſor primo. §. 20. dicit, quod licet huiuſmodi abſolutio fieri poteſt à quocunque ſacerdote excommunicato ſuſpenſo degradato, & irregulari nihilominus non poteſt fieri à præciſo. cap. ab hæretico, & ab Apoſtata, qui admiſſa fide, non ſunt membra Eccleſiæ, ſententia eſt Raynerii, ratio, quia abſolutio iſta non eſt tam neceſſaria quam baptiſmus, iſti autem admiſerūt ſimul cū fide iuriſdictionem omnem, ideo in nullo caſu poſſunt abſoluere à peccato, neque à cenſuris. At ſi nullus alius Sacerdos adeſſet, eſſet tanquam ſi nullus adeſſet, vlterius inquit Sotus maxime eſſet timendum, quod intentionem legitimam non haberet ad abſoluendum, probabilior vtique videtur opinio iſta quam illa Caietani: tamen, quia & Apoſtata & hæreticus, ſi intelligeret facere, quod intendit Eccleſia Romana, poſſent forſitan abſoluere.

In articulo mortis quando hæreticus, vel apoſtata ſacerdos intendi facere quod intēdit Eccleſia pōt abſoluere. vt ſacerdos catholicus.

Quod autem Sacerdos tunc quicunque valeat ab excommunicatione pœnitentem abſoluere, nulli dubium eſt, quoniam abſolutio à peccatis nulla eſt niſi facta prius abſolutione ab excommunicatione. Quare, & hæreticus tunc, & Apoſtatā ſi legitime reſipiſcat, abſoluere poteſt. Et à quacunque alia cenſura etiam, vt ab interdicto, &

Quæſitum tertium.

QVærit lector an laicus poſſit abſoluere ab huiuſmodi cenſuris in articulo mortis, de abſolutione ſacramentali non quærimus, ſed extra ſacramentum, cum Iudex Laicus ab iſtis abſoluere poſſit.

Quæſiti ſolutio.

THeologus tenet partem negatiuam, & aſſignat rationem dicendo cum Paludano in 4. d. 20 quod abſolutio in articulo mortis ab excommunicatione datur, vel non conceditur niſi ratione peccati ſcilicet, vt abſoluere poſſit à peccatis. Cum ergo laicus à peccatis abſoluere non poſſit non creditur illi conceſſa tunc authoritas abſoluendi ab excommunicatione. Item quia abſolutio illa intelligitur, vel quantum ad corpus, vel quantum ad animam, ſcilicet, vt poſſit frui indulgentijs Eccleſiæ. Quantum ad primum non eſt neceſſarium, quia poſt mortem poteſt iudex defunctum quantum ad illum effectum abſoluere etiam poſt mortem, & ſepulturam. Sed quantum ad animā, niſi ſit in gratia non poſſunt ei huiuſmodi indulgentiæ prodeeſſe, & ſi decedat in gratia, etiam poſt mortem poteſt Iudex defunctum ad illum effectum, etiam in ſepultura eum abſoluere. Vlterius vſus Eccleſiæ eſt, vt nec in illo articulo vllus ab excommunicatione abſoluatur niſi à ſacerdote idque ſi infirmus ſuperuixerit à peccato abſoluatur. Verum eſt tamen, quod proprius iudex poteſt pro libito ab excommunicatione abſoluere etiam ſi infirmus reſtituere nollet, aut facere, quod iubetur, quia poteſt eum abſoluere ab obedientia quamuis maneat in peccato, à quo niſi reſipiſcat abſolui nequit.

Laicus in articulo mortis non poteſt abſoluere ab ex communicatione, quia neque à peccatis.

Contra prædicta ſe opponit Argumentator dicendo, quod canon. Sanctum eſt, de conſec. d. 4. dicitur, quod quidam naufragus, vt refertur, per laicum reconciliatur, ergo in articulo mortis laicus poteſt abſoluere ab excommunicatione. Impugnatio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod impugnatio iſta nihil contra nos concludit, tum quia vt ibidem ait D. Auguſtinus ad Fortunatum. Hiſtoria illa non eſt authentica, tunc etiam, quia illic fit ſermo de reconciliatione à pœnitentia publica quam non erat neceſſe habere excommunicationem annexam. His pro rationibus adductis probatur concluſio authoritate.

Probatur concluſio iſta authoritate Concilij Tridentini Seſſione 14. cap. 7. de pœnitentia Ibi enim dicitur. Quoniam natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & vetuſtiſſimum. Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionē illam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert in quem ordinariam, vel

Impugnationis reſpōſio.

ſubde-

ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magni opere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam,& grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis dumtaxat ſacerdotibus abſoluerentur, vnde merito Pontifices maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Neque dubitandum eſt, quid omnia, quæ à Deo ſunt ordinata ſunt,quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua diœceſi in ædificationem tamen, non in deſtructionem licet, qui illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores ſacerdotes authoritate, præſertim quo ad illa quibus excommunicationis cenſura annexa eſt.

Peccatorum reſeruatio ſẽper fuit in Eccleſia Dei præterquã in articulo mortis vt ex decreto Cõcilij Tridẽtini habetur.

Hanc autem delictorum reſeruationem conſunnni eſt diuinæ authoritati,nõ tantum in externa politia, ſed etiam coram Deo, vim habere, veruntamen pie admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat,in eadem Eccleſia Dei conſtitutum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis,atque adeò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſint. Extra quem articulum ſacerdotes, cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores, & ad legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Hæc in Concilio iſto.

Vbi habemus in alia multa;, quod quilibet Sacerdos, quantum in ſe virtute clauium habet poteſtatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, & excommunicationes prout ex iam dictis habemus in doctrina Doctoris Snacti. Sed, quod iſte non poſſit ab omnibus, & omnes abſoluere eſt, quia habet iuriſdictionem limitatam ab Eccleſiæ ordinatione. Per hęc autem, quod dicit Concilium. Atque adeo omnes ſacerdotes quoslibet &c. manifeſtat, quod illud non poſſe abſoluere ſemper quoslibet, prouénit ex eo, quod Eccleſia ſacerdotibus limitat iuriſdictionem,quã limitationem per eiuſdem Eccleſiæ conſenſum ſublata,in articulo mortis poteſt quilibet Sacerdos quoslibet abſoluere.

Excluſio erroris.

Ex prædicta deffinitione damnata remanet hæreſis Marſilij de Padua,& Ioannis de Ianduno vt refert Cardinalis de Turrecremata de Eccleſia lib.4 cap.37.dicentium,quod Papa Archiepiſcopus, Epiſcopus, & ſimplex Sacerdos, ſunt omnes æqualis authoritatis, & iuriſdictionis ex inſtitutione Chriſti, ſed quod vnus plus habeat alio,eſt ex conceſſione Imperatoris, & ſicut conceſſit ita reuocare poteſt. Oppoſitum autem ibi docet Concilium dicens, quod talis iuriſdictio eſt in Eccleſia ex poteſtate tradita ſibi à Chriſto. damnata etiam fuit talis hæreſis à Papa. Ioan.22. in extrauag. licet iux. Item à Concil. Conſtantienſi ſeſſione.15. damnante,omnes articulos Ioan.Huſſ. Inter quos erat articulus 9. ſub his verbis; Papalis dignitas à Cæſare innoleuit,& Papæ præfectio, & inſtitutio à Cæſaris potentia emanauit. In eandem enim hęſim iſtius incidit cum illo Mar.de Padua,& Io.de Ianduno. His ergo relictis accedamus ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ.

Authoritas abſoluẽdi in articulo mortis ab omni peccato, & cenſura prouenit ab Eccleſia.& non à Cæſare.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod aliquis poteſt vti iuriſdictione alterius ex eius voluntate, quia ea, quæ iuriſdictionis ſunt, committi poſſunt, vnde quia Eccleſia acceptat, vt quilibet Sacerdos abſoluere poſſit in articulo mortis, ideo ex hoc ipſo, inquit Doctor Sãctus, quis vſum iuriſdictionis habet, quamuis iuriſdictione careat, Sacerdos iſte in tali caſu vtitur iuriſdictione, quã ſuper hunc moribundum habet Eccleſia ex ipſius Eccleſiæ voluntate, vt ex iam dictis patet.

Manifeſtatur authoritas ordinaria confeſſariorum Regularium, ex Conciliis. & decretis ſummorũ Põtificum,

Hac occaſione obſeruãdum eſt prout obſeruat Io.Bap.Confectitius cap.6.pag.160. quod ſacerdotes Regulares iuxta formam Concilij Tridentini ab Epiſcopo approbati eandem prorſus poteſtatem habent, quam parochiales curati ſacerdotes à iure communi traditam habere dignoſcuntur, quibus tantum conceſſum eſt, quantum eis non eſt reſeruatum neque prohibitum. Et ideo Regulares hac ordinaria authoritate ſeculares audire confeſſiones, illoſque in vita, à caſibus, & cenſuris nemini reſeruatis. A reſeruatis verò quibuſcunque in articulo mortis dumtaxat ſicut parochi abſoluere valent. Ex facultate autem Apoſtolica ſubdelegata eiſdem Regularibus per priuilegia à Sancta Sede Apoſtolica Fratribus ordinis minorum olim per Leonem decimum conceſſa, & Clementem 7. confirmata extenſa, & communicata. Et per Paulum quartum Fratribus minoribus de obſeruantia confirmata, & ampliata, & demum per Gregorium 13. & Sixtum V. approbata, & innouata Regulares præuia tamen ordinarij approbatione eorum ſuperiorum locorum nempe Priorum Guardianorum ſeu Corectorum ſpirituali diſputatione poſſunt, in quibuſcunque cuiuslibet anni ſolemnitatibus, & omnibus Dominicis Quadrageſimæ nec non ſingulis diebus ferialibus à medio Quadrageſimæ vſque ad octauam Paſchæ etiam cuiuslibet anni incluſiue, ab omnibus cenſuris, & criminibus etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis (exceptio contentis in Bulla cœnæ Domini) abſoluere, & vota commutare modo, & forma, & temporibus, quibus in dictis Priuilegijs conceditur &c.

Authoritates Mendicantiũ Confeſſariorum reſtricta fuit ſub Clemente 8.

Quo ad caſus reſeruatos Epiſcopo, alias mendicantes, ex Priuilegio abſoluere poterant. Nihilominus hodie videtur vacare prædicta Priuilegia in hac parte, ſtante declaratione Papæ Gregorij 13. de ſententia Sacre Congregationis Concilij Tridentini infraſcripti tenoris facta, & per Sacram etiam Regularium Congregationem repetitam, a qua in abſoluendo, non eſt recedendũ. Et ſub Clemente Octauo die 9. Ianuarij. 1601. Congregatio Cardenalium, S.R.E. negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, prohibet omnibus Regularibus, & his, quæ ſunt de ſocietate Ieſu, & præcipit ne quis eorum ſub protextu Priuilegiorum, indultorum facultatum

qua-

quatumcunque &c. Ab vllo ex caſibus clare, vel dubie in Bulla Cœnæ Domini contentis, vel alias quomodocũque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum, per ſanctitatem ſuam, eiuſque ſucceſſores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis. Nec etiam à caſibus locorum ordinarijs reſeruatis, vel impedimentis, niſi in mortis articulo, ſeu etiam noua, & ſpirituali ſanctitatis ſuæ aut ſucceſſorum, vel ordinariorum, quo ad caſus ab ipſis reſeruatis reſpectiue, impetrata in ſcriptis licentia. Facultates in hac parte cõceſſæ, irritæ ſunt.

Abſolutio obtenta contra hanc probibitionem nulla eſt.

Inſtantia 2.

ARgumentator ſecundo loco inſtat dicendo. Ille, qui ſacramentum baptiſmi in articulo mortis ab alio, quam à proprio ſacerdote recipit, non debet à proprio ſacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet Sacerdos in articulo mortis poſſit abſoluere à quolibet peccato, non debet pœnitens ſi euadit, ad ſuum ſacerdotem recurrere, quod falſum eſt. Nam Sacerdos non haberet cognitionem de vultu pectoris ſui.

Inſtant. ſolutio.

Abſolutus in articulo mortis à quocunque ſacerdote nõ indiget, vt abſoluatur a proprio ſacerdote.

Theologus concedit totum argumentum. Et ad probationem falſitatis dicit, quod non oportet, quod infirmus ſi euadit ab infirmitate, recurrat ad proprium ſacerdotem, vt iterum à peccatis ſoluatur, à quibus in articulo mortis abſolutus eſt. Similiter nec oportet, vt abſolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias abſoluere potuiſſet abſolutionem petens, ſed ſatisfactionem offerens. Et dicat ſacerdoti ſuo, quod fuit abſolutus, à peccatis. Decipitur, ergo Arguens credendo abſolutum in caſu mortis à ſacerdote non ſuo, ideſt non proprio, per authoritatem, neque ordinariam neque delegatum, debere recurrere ad ſacerdotem ſuum pro abſolutione à peccatis, vel ab excommunicatione. Ad motiuum autem præmiſſæ ſuæ credulitatis dicitur, quod ad habendam cognitionem vultus pectoris ſui pro quanto agitur de foro tantum conſcientiæ ſufficit curato, quod ſciat hunc ſibi ſubditum eſſe abſolutum in articulo mortis.

Quæſitum.

Inquiſitio.

SEd dicis, quid erit, ſi iſte pœnitens noluerit ſatisfacere pro eo delicto, pro quo fuit excommunicatus, incidet ne iſte denuo in eandem excommunicationem? apparet enim, quod nõ, quia abſolutus fuit ſimpliciter, & ſicut non incidit in peccata, de quibus eſt abſolutus, non debet incidere in excommunicationem.

Reſponſio.

Theologus huic quæſito ſatisfacit dicendo, quod pro parte affirmatiua de hoc extat expræſſum decretum Bonifacij cap. eos, qui de ſententia excommunicationis, quo iubet Papa, vt huiuſmodi per ſimplicem ſacerdotem abſoluti, ſi periculum euaſerint, cum primum potuerint ſe iudici repræſentari ſatisfacturi prout iuſtitia ſuadebit, ne cenſuræ illudant Eccleſiaſticæ, quod ſi non fecerint, eo ipſo iure in eandem recidant excommunicationis ſententiam.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. In articulo mortis, ſicut licet alieno baptizare, ita etiam non ſacerdoti, ſed non ſacerdoti vnquam licet abſoluere neque poteſt in foro pœnitentiali, ergo neque in articulo mortis eum, qui non eſt ſibi ſubditus poteſt abſoluere.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat illationem. Rationem negationis aſſignat, quia non debet fieri idem iudicium de baptiſmo, & de confeſſione reſpectu miniſtri. Nam baptiſmus ex ipſa ſanctificatione materiæ habet effectum, etiam à quocunque conferatur alieno, ille ſacramentum recipit. At vis ſacramentalis pœnitentiæ, conſiſtit in ſanctificatione miniſtri. Et ideo ille, qui laico confitetur, quamuis impleat, quod ex parte ſui eſt de ſacramentali confeſſione, tamen ſacramentalem abſolutionem nõ conſequitur. Et ideo aliquid valet quantum ad diminutionem pœnæ, quæ fit per confeſſionis meritum, & pœnitentiam, ſed non conſequitur diminutionem illam pœnæ, quæ eſt ex vi clauium. Et ideo oportet, quod ſacerdoti iterum confiteatur, & magis ſic confeſſus diſcedens punitur poſt hãc vitam, quam ſi ſacerdoti fuiſſet confeſſus. Ex qua doctrina apparet, quod licet maior, & minor pro- ptio inſtantiæ ſint veræ, nihilominus concluſio ex præmiſſis illis deduci non poſſunt. Hæc ſint pro dubio iſto nunc ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus principalis.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod D. Iacobus loquæbatur Chriſtianis, quibus præſupponebat notam eſſe legem Euangelicæ confeſſionis ſolis presbyteris faciendæ, quod habere poſſumus ex hoc, quod præmiſit, vt infirmus induceret presbyteros Eccleſiæ, ſignificauit illis confeſſionem eſſe faciendam, vt alterutrum, idem ſit, quod homo homini non cuilibet, ſed ſacerdoti, ſolis enim ſacerdotibus, dixerat Dominus, quorum remiſeritis peccata, &c.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator. In baptiſmo omnes Chriſtiani inſtituti ſunt ſacerdotes prout teſtatur Io. Apoc. 5. dicendo. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, ergo non oportet confiteri ſacerdoti, ſed ſufficit confiteri Chriſtiano.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ad impugnationem dicit, quod licet omnes Chriſtiani ſacerdotes dicantur, eo quod ſe Deo ſacrificant, nomine autem peculiari ſoli illi dicuntur ſacerdotes, qui corpus Chriſti verum, & offerunt, & conſacrant. Ex quibus patet, quod D. Iacobus non inſtituit hoc ſacramentum, ſed ſupponit inſtitutum eſſe à Chriſto, & ſacerdotes eſſe miniſtros illius, & hortatur Chriſtianos ad frequentiam eius.

Inſtantia 2.

Argumentator non acquieſcit, inquit enim Pœnitentia eſt ſacramentum neceſſitatis, ſicut & baptiſmus, ſed in baptiſmo propter neceſſitatis ſacramentum eſt miniſter quilibet homo, ergo & pœnitentiæ, ſed miniſtris Eccleſiæ facienda, eſt

con-

Digitized by Google

feſſio, ergo ſufficit cuilibet confiteri.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit ad maio. quod baptiſmus eſt magis ſacramentum neceſſitatis quam confeſſio, ſeu quam pœnitentiam quo ad abſolutionem, & confeſſionem. Ratio huius rei eſt, quia baptiſmus quandoque non poteſt ſine periculo ſalutis æternæ prætermitti, vt patet in pueris, qui non habent vſum rationis; qui ſaluari non poſſunt ſine actuali baptiſmo. Ecce ſententia Angelici Doctoris oppoſita illis, qui dicunt pueri poſſe ſaluari in fide parentum, in vetero, & extra decedentium ſine baptiſmo. Ita non eſt inquit Doctor Sanctus de confeſſione, & abſolutione, quæ tantum ad adultos pertinent, in quibus contritio, cum propoſito confitendi, & deſiderio abſolutionis ſufficit ad liberandum à morte æterna, vnde ratio de confeſſione, & de baptiſmo non eſt ſimilis.

Pueri ſine actuali baptiſmo ſaluari nõ poſſũt, adulti autem ſine cõfeſſione iure ſaluari valent.

Inſtantia. 3.

Contra hanc reſponſum inſtat Argumentator dicendo. Confeſſio eſt ad hoc neceſſaria, vt taxetur pœnitenti ſatisfactionis modus, ſed aliquando non Sacerdos dulcius poteſt pœnitenti dare ſatisfactionis modum quam multi ſacerdotem, ergo non eſt neceſſe, quod confeſſio fiat ſacerdoti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit ad minor, quod in ſatisfactione non ſolum attendenda eſt quantitas pœnæ, ſed etiam virtus eius ſecundum, quod eſt pars ſacramenti, & ſic requirit ſacramentorum diſpenſatorem, quamuis etiam ab alio quam à ſacerdote pœna taxari poſſit. Non enim laicus poteſt taxare pœnitenti ſatisfactionem, vt habet virtutem ſecundum, quod eſt pars ſacramenti. Cum nec cõfeſſio facta laici in caſu neceſſitatis ſit ſacramentum, vt in primo dubio tactum fuit, laicus poteſt taxare ſatisfactionem ſecundum ſolum, quod ex quantitate pœnæ habet virtutem.

Confeſſio ſoli ſacerdoti eſt facienda, & pp. abſolutionem, & propter ſatisfactione, quæ eſt pars ſacramẽti pœnitentiæ.

Ex his ſequitur vnũ correllarium ſcilicet, quod confeſſio ſoli ſacerdoti facienda eſt, & propter abſolutionem quam ſolum ipſe dare poteſt, vt oſtenſum eſt, & propter ſatisfactionem, vt eſt pars ſacramenti. Non enim laicus habet clauem à Chriſti Ioan 20. Matth. 18. & 16. ſed ſolus Sacerdos. Dicant, quod volunt lutherani, dicentes tales claues reperiri apud eos, contra quos per docte ſcribit Roffenſis A. 13. Et Leo Papa in Bulla contra errores Luth. iuſtiſſime hanc inſaniam condemnauit dicendo. De eorundem venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ac omnium, & ſingulorum prædictorum (materia deliberationem prohibita) Authoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, præfactos omnes, & ſingulos articulos ſeu errores, tanquam, vt præmittitur reſpectiue hæreticos, aut ſcandalos, aut falſos, aut piarum aurium offenſiuos, vel ſimplicium mentem ſeductiuos, & veritati Catholicæ obuiantes, reprobamus, atque omnino reijcimus, ac pro damnatis reprobatis, & reiectis ab omnibus vtriuſque Chriſti fidelibus haberi debere. &c. vt eſt videre apud Poretam. In additio ad 3. p. q. p. art. p. in Appendice, quo in loco diffuſe tractat hanc materiam.

Inſtantia 4.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. Confeſſio ad hoc ordinata eſt in Eccleſia, vt rectores peccatorum ſuorum vultum cognoſcant, ſed quandoque doctor, vel Prælatus, non eſt Sacerdos, ergo confeſſio non ſemper facienda eſt ſacerdoti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod cognoſcere vultum peccoris ad duo poteſt neceſſario refferri, primo quod coordinetur gregi Chriſti. Et ſic cognoſcere vultum peccoris pertinet ad curam, & ſolitudinem paſtoralem, quæ incumbit quandoque illis, qui non ſunt ſacerdotes, ſecundo ad hoc, vt prouideatur ei competens medicamentum ſalutis ſcilicet ſacramentum Euchareſtiæ. Et talia præbere pertinet ad ſacerdotem. Et ad talem cognitionem peccoris ordinatur confeſſio. Hæc dicta ſint pro caſu, & dubijs omnibus.

Caſus quartus de ſigillo confeſſionis.

Lector quarto loco, proponit caſum diſputandum cum dubijs annexis pertinentibus ad ſigillum confeſſionis.

In caſu iſto quærit Lector vtrum in quolibet euentu teneatur homo celare ea, quæ habet ſub ſigillo confeſſionis.

In primo dubio autem inueſtigat An ſigillum confeſſionis ſe extendat ad alia quam ad illa, quæ habita ſunt de confeſſione.

In ſecundo dubio interrogat Lector An ſolus Sacerdos ſigillum confeſſionis habeat.

In tertio autem dubio inquirit. An Sacerdos poſſit alijs reuelare delicta pœnitentis.

In quarto dubio fierit Lector. An Confeſſatius teneatur peccata pœnitentis celare etiam ſi aliter ea nouerit.

In caſu, ergo quærit Lector videndum in quolibet caſu teneatur homo celare ea, quæ habet ſub ſigillo confeſſionis, & procedit eodem modo, quo in præcedentibus format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Lector pro parte affirmatiua format tale argumentum authoritate, & ratione. Authoritate ſic. In decret. de pœnit. & remiſ. Caueat Sacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel quouis modo, prodeat aliquatenus peccatorem.

Ratione autem probatur ſic. Sacerdos debet Deo cuius miniſter eſt conformari, ſed Deus peccata, quæ per confeſſionem habet non reuelat, ſed tegit, ergo nec Sacerdos reuelare debet, ea quæ ſub ſigillo confeſſionis habet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum. Quid eſt inſtitutum pro charitate inquit D. Bernardus contra charitatem non militat, ſed celatio confeſſionis in aliquo caſu eſt contra charitatem, ergo in tali caſu confeſſor debet reuelare confeſſionem, minor probatur. Nam ſi aliquis in confeſſione ſcit aliquem hæreticum quem non poteſt indurare ad hoc, quod deſiſtat, a corruptione plebis. Et ſimiliter de alio, qui ſcit in confeſſione affinitatem eſſe inter aliquos, qui contrahere volunt, ergo in ſimilibus caſibus videtur, quod ſacerdos manifeſtare debet ea, quæ habet in confeſſione.

Caſus

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit: primo ponit aliquas diſtinctiones, ſecundo duplici concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, & in eius corroboratione proponit dubia, & reſoluit, vltimo ſatisfacit argumentis partis negatiuæ. Quoad primum diſtinguendum eſt de ſigillo licet certum ſit, quod hic de ſigillo confeſſionis loquimur, tamen vt doctrina ſit clarior diſtinguendum eſt dicendo, quod ſigillum poteſt eſſe de ſecreto alieno, & de proprio, quoad ſecundum non eſt difficultas, quia nemo ex iuſtitia ſibi ipſi tenetur cum iuſtitia ſit ad alterum. Si eſt ſermo de ſecreto alieno, vel illud habemus, ex proprio ore, vel ex ore alieno, vel illud ſcimus in confeſſione, vel extra, ſi extra confeſſionem ſecretum non cadit ſub ſigillo confeſſionis cum non ſe teneat ex parte ſacramenti, etiam quando ſecretum eſſet reuelatum ſub hac forma ſcilicet dico hoc tibi in confeſſione, Confeſſionis ſigillum cadit ſub ſacramento, vt tactum eſt modo, quod cadere non poteſt id, quod dictum eſt extra confeſſionẽ. Dicta ergo in confeſſione in actu confeſſionis ore proprio circa propriam perſonam, vel de perſona proximi, iſta cadunt ſub ſigillo confeſſionis reliqua non cadunt ſub ſigillo confeſſionis, ſed ſub fidelita e publica, vel priuata. Hæc proprio, quæ ad ſecunda.

Peccata habita in cõfeſſione ſub ſigillo confeſſionis ſunt ſeruanda.

Concluſio prima, quicunque Sacerdos tenetur confeſſionem omnino celare ſub ſigillo confeſſionis, & qui tale ſigillum frangit ſacrilegus eſt c. ſacræ rei violator, quam concluſionem (tali medio) probat Angelicus Doctor in corpore Articuli dicendo, ea quæ in ſacramentis exterius geruntur ſunt ſigna rerum, quæ interius ſunt. At ſubiectio exterior pœnitentis facta ipſi ſacerdoti ſignum eſt internæ ſubiectionis pœnitentis ad Deum. A ſimili abſolutio ſacerdotis eſt ſignum abſolutionis Dei, qua peccata veluti obliuioni tradita, ſic contigit, ex quibus apparet, qua ratione Sacerdos teneatur ſub ſigillo confeſſionis occultare peccata audita in confeſſione, tanquam ſi omnino eſſent oblita, aliter Sacerdos non conformaretur Deo, vnde apparet iniquitas ſacerdotis cooperantis contra ſigillum confeſſionis quoniam non ſolum offendit proximum manifeſtando eius pudenda, & non ſeruando, quæ accepit ſub ſigillo confeſſionis, ſed Deo cuius eſt miniſter, operans contra ordinem obſeruatum à Deo, dicentes. Si peccator egerit pœnitentiam de peccatis ſuis, & reliquerit ea, iniquitatuum eius nõ recordabor. Et Sacerdos ſacrilegus habet memoriam peccatorum delecta per pœnitentiam & reuelatur illa, vt ergo doctrina iſta magis cuſtodiatur afferamus doctrinam Magiſtri Dominici à Soto in 4. d. 18. q. 4. artic. 5. Et habetur ea, Scoto in eodem 4. d. 21. q. 2. quæ eſt ſententia Ricardi in eadem diſtinctione 21. q. 1. Ex ſententia omnium iſtorum doctorum dicitur ſic.

Sacerdos triplici iure ſcilicet naturæ diuino, & humano tenetur ad ſigillum confeſſionis.

Concluſio ſecunda, Sigillum confeſſionis eſt de iure naturæ, de iure diuino, & de iure humano. Et probatur primo, quod ſit de iure naturæ tali medio.

Mentiri eſt contra ius naturæ, ſed ſi confeſſor dicatur ſe ſcire, quod in confeſſione nouit mentitur ergo illa reuelatio eſt contra ius naturæ.

Minor proprio ſic probatur, quia quæ ſcit Sacerdos in confeſſione non nouit, vt homo, ſed vt Deus ſcilicet, vt miniſter Dei, propterea debet ſub ſecreto ſeruare peccata illa, vt Deus facit, vnde ſi reuelat peccata, licet veritatẽ dicat eſt ſacrilegus, ſecundo probatur fortius hæc concluſio.

Præceptum generale naturæ eſt, quod ſibi ne vis fieri, alteri ne feceris, ſed quiſque deſiderat ne arcana ſua occulta ſeruetur præcipue, quæ ſub ſigillo confeſſionis reuelauit, ergo idem ſeruandum eſt erga proximum ſuum, ergo ſigillum confeſſionis eſſe de iure naturæ manifeſtum eſt, quod autem ad tale ſigillum teneatur Sacerdos de iure diuino ſic oſtenditur. Confeſſio eſt de iure diuino (vt loco ſuo probatum fuit) ergo, & ſigillum confeſſionis erit de iure diuino probatur hoc per D. Thom in corpore Articuli dicentem quod de neceſſitate ſacramenti eſt, quod quis confeſſionem celat. Cum ergo dicat, quod ſigillum confeſſionis eſt de neceſſitate ſacramenti, per conſequens eſt de iure diuino, per conſequens ſigillum eſt de iure diuino, vt ſacramentum ipſum. Obſeruandum tamen eſt, quod Angelicus Doctor licet dicat, quod ſigillum eſt de neceſſitate ſacramenti non dicit tamen, quod ſit de eſſentia eius, quoniam vt alias oſtenſum eſt ſacramentum pœnitentiæ ſeu confeſſionis poteſt eſſe complectum, & perfecte exiſtere etiam quod ſigillum non ſeruetur. Sigillum tamen eſt de neceſſitate ſacramenti, ratione finis ad quem ordinatum eſt ſacramentum, quod ſic manifeſtatur. Nam ſi viuere eſſet neceſſarium neceſſarius per conſequens eſſet cibus, cum ſine cibo viuere homo non poſſit naturaliter. Pari ratione ſi ex præcepto diuino neceſſaria eſt confeſſio, etiam criminum occultorum, neceſſarium erit pro bono communi Eccleſiæ, ſigillum criminum in confeſſione reuelatorum, primo quia per hoc ſigillum peccatores magis ad confeſſionem trahuntur, & ſimplicius peccata confitentur. Hoc enim ex D. Thom. habemus in corpore articuli. Nam ex duobus oſtendit neceſſitatem ſigilli ſacramenti, Primo ex parte ſacramẽti ſcilicet ne Confeſſor exiſtat violator fidei ſacramenti de cuius intentione eſt tegere delicta, vt in obliuione tradantur, Secundo ex parte vtilitatis Eccleſiæ. Nam ſigillum hoc trahit peccatores ad pœnitentiam, & facit, quod peccata diſtinctius confiteantur.

Neceſſitas ſigilli cõfeſſionis requiritur ex parte ſacramenti, & ex parte vtilitatis Eccleſiæ.

Tertio loco Sacerdos tenetur ad ſigillum confeſſionis ex iure humano, Nam in Concilio Lateranenſi generali ſub Innocentio 3. cap. 21. dicitur. Careat Sacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel quouis modo prodat aliquatenus peccatorem. Sed ſi prudentiori concilio indiguerit illud abſque vlla expræſſione perſonæ caute requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare non ſolum à ſacerdotali officio

Aſſignantur pœnæ grauiſſimæ quas obtineret Sacerdos trangens ſigillũ confeſſionis.

Digitized by Google

officio deponendum decernimus, verum eſſe ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum. Et terminatio iſta Papæ recitatur extra de penit.& remiſ.cap.omnis vtriuſque ſexus. Et d.6.cap. de pœnitentia. Sacerdos ante omnia caueat de his, quæ ei confitentur peccata alicui recitet, quod ea confeſſus eſt, quod ſi aliter fecerit deponatur, & omnibus diebus ſuis peregrinando ignominioſus pergat. At quia peregrinatio iſta, non multum ſalutifera erat propterea in ſupradicto Concil.Lat.decretum eſt, quod talis ſacrilegus deponatur ab officio ſacerdotali, & vt ſupra. Notat tamen Magiſter Dominicus à Soto, quod licet ſacrilegus iſte confeſſarius (ipſo iure in has pœnas incurrat) nihilominus eas nemo ſubire tenetur quoadusque non fuerit condemnatus ſigillum confeſſionis fregiſſe. Agat ipſe pœnitentiam de præterito delicto, & caueat de futuro, orans vt ſibi dimittatur, & in tentationem non inducatur. Ex quibus elicere poſſumus quod neque ad ſeruandam vitam hominis qualiſcunque ſit ille ſiue fuerit Papa ſiue Imperator, ſiue Rex, ſiue propria perſona, immo, quod magis eſt, neque ad ſeruandam totam Rempublicam temporalem, ſed ſpiritualem in ſumma nulla occaſione licet aperire ſigillum cõfeſſionis, ex ſententia omnium doctorum, verum eſt, quod in hoc decipitur Altiſidiorenſis in 4.cap.de confeſſione vbi dicit, quod aliud eſt ſigillum infringere, (quod nunquã licet) & aliud aperire, quod licet, quando accidit magnum periculum in Eccleſia ſi hoc fiat de licentia Epiſcopi. Opinio iſta fugienda eſt, vt mors, immo magis, quàm mors ipſa. Immo dico ego ex ſententia Theologorum ſublimium, quod ſi Sacerdos videret perſonam aliquam innocentem, maxime dignitatis, & authoritatis ad ſupplicium capitis duci poſtetque (detecta confeſſione malefactoris) eum liberare, non licet. Immo ſi ſupplicium eſſet contra propriam perſonam, hoc facere nõ poteſt. Et vt in verbo dicam omnia, In nullo caſu licet frãgere ſigillum confeſſionis ratio huius rei eſt, quoniam ſigillum confeſſionis pertinet ad præceptũ negatiuum ſcilicet ne ſacramento vllo irrogetur iniuria, quod fieri non poteſt, ſi aliquo non reuelentur ea, quæ ſub ſacramento confeſſionis teguntur. Et licet, aliqui timidi dicant, quod pro vitanda morte minata à tyranno licet aperire ſigillum confeſſionis negamus hoc. Ratio negationis eſt. Quia ſigillum confeſſionis eſt de iure naturæ, de iure diuino, & de iure humano, & pertinet ad præcepta negatiua, quæ obligant ſemper, & ad ſemper. Hoc enim magis apparebit in deciſione dubiorum modo diſputanda.

Nõ datur caſus in quo liceat aperire ſigillum confeſſionis.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector. An ſigillum confeſſionis ſe extendat ad alia, quam ad ea, quæ ſunt de confeſſione rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſcilicet, quod ſigillum confeſſionis ſe extendat ad alia, quam ad illa, quæ ſunt de confeſſione eſt talis ratio. De confeſſione non ſunt niſi peccata: Sed aliquando cum peccatis alia multa, quis narrat ad confeſſionem non pertinentia, ergo cum illa ſacerdoti dicantur vt Deo, videtur etiam, quod ad illa ſigillum confeſſionis ſe extendat.

Pro parte negatiua adducit talem rationem. Sigillum confeſſionis eſt aliquid annexum ſacramentali confeſſioni ſed ea, quæ annexa ſunt alicui ſacramento, non ſe extendunt vltra ſacramentum, ergo ſacramentum confeſſionis, non ſe extendit, niſi ad ea de quibus eſt confeſſio, ergo non ad alia.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus ponit vnam diſtinctionem, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas cõcluſiones poſtea reſpondit inſtantijs partis negatiuæ. Diſtinctio eſt iſta. Sigillum confeſſionis ad aliqua ſe extendere poſſe dupliciter, ſcilicet directè, & indirectè.

Concluſio prima. Sigillum confeſſionis directè non ſe extendit, niſi ad illa de quibus eſt ſacramentalis confeſſio.

Sigillum cõfeſſionis directè nõ ſe extendit niſi ad illa de qbus eſt ſacramentalis cõfeſſio indirectè ad aliqua alia.

Probatur concluſio iſta. Non ſolum perſona pœnitentis cadit ſub ſigillo confeſſionis, verum & illa, quæcunque illic explicata, quæ poſſunt ſi proderentur infamia lædi. Nam reſpectu illius neceſſarium eſt ſigillum, vt homines à confeſſione non arceantur. Aliquando enim conuenit complicem delicti explicare propter neceſſitatis circunſtantiam, vel aliam etiam perſonam, cuius fama, & honor ex reuelatione pereclitaretur, ſi ergo per clauſurã ſigilli eorum famæ, & honori non conſularetur confeſſio fieret execrabilis. Immo quamuis pœnitens aliquam perſonam in confeſſione impudenter detegeret, quam non erat neceſſarium nominare, eius etiam fama ſub eodem ſigillo cuſtodienda eſt, quia non omnes ita poſſunt prudenter confiteri, quin aliqua referãt ſecreta, quæ non erant referenda neceſſario.

Concluſio ſecunda. Quamuis directe ſola peccata ſint ſub ſigillo ſecreti obſeruanda, nihilominus indirectè res aliæ, quæ non ſunt peccata ex quorum manifeſtatione poſſet venire in notitiam peccati aut peccatoris cadunt etiam ſub eodem ſigillo, vt ſi quis dum homicidium confitetur narrat quemadmodum faber (rei inſcius) gladius ei vendiderit, vel ſi narrat, quod amicus crimen ei diſſuadebat, Illa enim licet in illis perſonis non eſſent peccata, poſſet anĩm (ſi detegerentur) præparare viam quærendi peccatum, vel peccatorem. Et eodem modo ſi confeſſor diceret. Petrus fuit tali hora in tali loco, tunc enim poſſet venire Petrus in ſuſpicionem homicidij, quod illic fuerat perpetratum. Reliqua autem, quæ ad peccata nihil pertinent non comprehenduntur ſub ſigillo, quamuis Sacerdos de his, quæ in confeſſione etiã quod ad confeſſionem non pertineant non debeat dicere verbum, præcipuè ſi circunſtantes intelligere, poſſunt in confeſſione talia fuiſſe audita,

quoniam ſcandalizantur, quod dicta in confeſſione panduntur. Debet, ergo iudicium illud, eſſe velut ſacrarium quoddam, ab humana conuerſatione longe ſemotum. Concludendum tamen eſt cũ Scoto in 4. d. 21. q. 2. & Soto. d. 18 q. 4. art. 5. concluſione 3. quod quando peccatum ſic in genere detegitur, vt nullatenus ad notitiam perſonæ referri poteſt, non eſſe confeſſionis reuelatio. Neque in hoc ſtandum eſt in ſententia Panormitani ſuper cap. omnis vtriuſque ſexus dicentis, quod etiam reuelare peccatum eſt ſigillum infringere) Quoniam licet in dicto canone, peccatum reuelare vetet, tamen per præcedentia verba illud exponitur, ibi enim dicitur. Caueat ne quis quouis modo prodeat peccatorē, vbi inſinuatur eatenus, peccatum eſſe celandum, vt nullatenus peccator prodatur. Quare in concionibus ſeu lectionibus publice factis licet repræhendere poſſint peccata audita in confeſſione. Prudentia tamen eſt, non oſtendere illa ſcire in confeſſione, ad fugiendum ſcandalum. Et propterea cauendum eſt ne in præſentia eorum prædicentur, qui illa confeſſi ſunt, contremiſcerent enim metuentes ſuas confeſſiones in publicum prodi. Pari ratione dicere iſte confeſſus eſt mihi ſua peccata, non eſt reuelare confeſſionem, nam cum materia confeſſionis non ſit niſi peccata, non eſt pluſquam dicere, iſte confeſſus eſt mihi. Similiter non eſt reuelatio confeſſionis dicere iſte confeſſus eſt mihi ſua venialia, niſi exprimeret ſpeciem, vel particulare veniale. Dicere tamen inquit Magiſter Dominicus à Soto, vt ſupra.

Concinnatores poſſunt repræhendere peccata in cõfeſſione habita, non debent tamē dicere illa habuiſſe in confeſſione.

Iſte confeſſus eſt mihi ſua peccata mortalia, eſſet reuelatio confeſſionis, quia poteſt homo ſine mortalibus exiſtens confiteri, vlterius inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod etiam quandoque in manifeſtatione pœnitentiæ peccatorum publicorum appetitur ſigillum. v. g. ſi confeſſarius diceret, hæc, quæ fuit meretrix publica confeſſa eſt mihi legitimè, & abſoluta eſt à me: ſimiliter iſte, qui fuit publicus concubinarius, vel vſurarius, &c. reliquit peccatum, & ego illum abſolui ab illo, licet tamen dicere inquit Magiſter Sotus iſte, vel iſta, confeſſus, ſeu confeſſa eſt, & obtinuit beneficium abſolutionis.

Quæſitum.

LEctor cupit ſcire. Si forte peccator non abſoluitur, vtrum liceat, in aliquo caſu interrogatus, ſacerdoti reſpondere. Iſte non eſt abſolutus. Caſus iſte accidit quandoque ſcilicet dum quiſque viuit in ſtatu peccati, vſuræ, vel concubinatus. Et quot annis confitetur eidem ſacerdoti, qui eum non abſoluit, vtrum repræhenſus ille Sacerdos, quomodo confeſſione illius audiat, dicere poſſit ego illum, vel illam non abſolui.

Quæſiti reſponſio.

DVpliciter reſpondemus primo cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ſecundo, cum Magiſtro Dominico à Soto. Caietanus licet hæſitans, dicit id licere, & aſſignat rationem dicendo, quod cum ſuſpenſio abſolutionis ex alijs cauſis prouenire poſſit, quam ex pertinacia in peccato illa non eſt reuelatio confeſſionis. Magiſter autem Dominicus à Soto oppoſitum tenet, dicit enim, quod hoc nullatenus licet, quod & tandem inſinuat ipſe Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. Nam per ſe ipſa reſponſio, ſuppoſito ſtatu illius hominis, vehementer generat opinionem illum non abſolui, quia eſt impœnitens. Nam ſi cauſam ſubiungeret, Non abſoluo, quia non reſipiſcit, manifeſta apertio confeſſionis eſſet. In his, ergo omnibus aliud non licet dicere, quàm ipſe confeſſus mihi, Et ego feci officium meum. Niſi forſitan pœnitens ſe proderet exempli gratia. Si enim in carcere, mihi hæreticum confeſſum, quia impœnitens eſt non abſolui, & poſtea in incendium raptus dicat ſe manere in ſua hæreſi. Non eſt periculum, ſi ego dicam illum non abſoluiſſe, quia hoc ipſe manifeſtauit. Ex dictis in hoc dubio cognoſcimus bonitatem Dei maximam, non tantum, quia per miniſtrum ſuum tegit peccata ſibi ſacramentaliter confeſſa, quod eſt proprium confeſſionis ſacramentalis, ſed etiam, quia ipſe voluit, ab eodem cõfeſſario, tam ſtrictiſſima circumſpectione ſemper tegi, ita vt eorum videatur, mox poſt cõfeſſionem totaliter oblitus. Hanc obliuionem confeſſarij voluit forſan (vltra alias expoſitiones) deſignare Deus. Quando Ezechielis 33. dixit, Si impius egerit pœnitentiam, vita viuet, omnia peccata eius non imputabuntur ei. Hoc (vt ab oppoſitis loquamur) obliuioni tradetur. Ibi namque permiſerat, etiam ſi dixero iuſto, quod vita viuet, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, in iniquitate ſua, qua operatus eſt, tamen ipſa morietur. Et infra. Si dixero impio, morte morieris, & impius egerit pœnitentiam, omnia peccata eius non imputabuntur ei, qui & vita viuet. Ecce, quod ab oppoſitis diſcurrendo in idem redit ly non imputabuntur cura ly obliuioni tradetur, Sed dicet quis. Quare nunc in tertia perſona dicit. Non recordabuntur, cum tamen ſupra cap. 18. dixerat in prima perſona. Non recordabor. Hoc enim fecit (ni fallor) vt manifeſtaret, miniſtrum ſuum (qui in perſona eſt alter ab ipſo Deo) non recordaturum, vel ad modum ſe non recordantis habiturum circa peccata à pœnitente ſibi confeſſa. Ecce, quod ſigillum à miniſtro ſuo cuſtodiendum, etiam antiquitus prædixerat Deus. Nam in cap. 18. loquendo in propria perſona dixit, Non recordabor, & in capit. 33. loquendo de miniſtris huius ſacramenti, addit non recordabuntur. Ex qua bonitate Dei homo inexcuſabilis redditur ſi non cõfiteatur, ex quo peccata ſua in confeſſione reuelata tanta celationis cuſtodia, ſub tanto præcepto communiuntur.

Non licet cõfeſſario manifeſtare hũc ſibi confeſſũ nõ abſoluiſſe etiam, quod verum dicat.

Nota.

Deus manifeſtauit ſigillum cõfeſſionis in Ezechiele, eſſe ſeruandum a cõfeſſoribus.

Mirum eſt hoc, Si peccator tegit peccata ſua, Deus eadem detegit. Si vero peccator detegit, Deus eadem tegit. Ex præcepto itaque ſigilli à Chriſto Domino inſtituti, & ab Innocentio tertio, declarati prout oſtendimus in caſu, duo habita

Nota.

ſunt

ſunt ad litteram Bonitas maxima Dei erga peccatoré confitentem,& in excuſabilitas maximę peccatoris pre rubore,vel alio venenoſo reſpectu, peccata propria confiteri recuſantis. Iſtis ſic dilucidatis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant, ſolutio.

THeologus ex dictis in conclnſionibus dicit primam inſtantiam eſſe ſolutam. Nam illa, quæ directè, vel indirectè pertinent ad confeſſionem ad ſigillum pertinent, illa autem, quæ nullo modo ad confeſſionem pertinent non attinent ad ſigillum confeſſionis. Quando tamen de illis tractantur cum prudentia eſt tractandum, ne ſigillum confeſſionis veniat in diffidentia apud pœnitentes.

Inſtantia 2.

Argumentator contra ſupradicta format ſecundam inſtantiam dicendo. Aliquando aliquis dicit alicui aliquod ſecretum, & ille recipit illud ſub ſecreto confeſſionis, ergo ſigillum confeſſionis ſe extendit ad illa quæ non ſunt de cōfeſsione.

Inſtant.ſolutio.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod quis non debet de facili aliquid recipere hoc modo, ſi tamen recipiat tenetur ex promiſſione, hoc modo celare, ac ſi in confeſſione illa haberet, quamuis ſub ſigillo confeſſionis non habeat, declaratur reſponſio iſta.

Nullū ſecretū cadere poteſt ſub ſigillo confeſſionis niſi habitum ſit in cōfeſſione etiā ſi pmittatur.

Nam huiuſmodi, quæ extra confeſſionem ſacramentalem ſub ſigillo confeſſionis dici prohibētur, impropriè ſibi hoc nomen vendicant. Nam ſigillum confeſſionis inueniri non poteſt ſine ſacramentali confeſſione, quia vinculum ſacramentale non eſt authoritatis humanæ, ſed diuinæ tantum. Verba reſponſionis D. Thom. ponderanda ſunt. In primis dicit, quis non debet de facili aliquid recipere hoc modo, vt oſtenderet, quod aliter eſt committere ſecretum hoc modo, & aliud recipere, quia primum poteſt eſſe ſine peccato ſecundum non. Nam qui tradit, vel recipit aliquid in confeſſione diuinitus inſtituta, extra confeſſionem videtur irreuerentiam facere ſacramento, cum nihil ſit æquè celandum ſicut, quod in ſacramentali confeſſione habetur, & per hoc videtur ſigillum confeſſionis multum vileſcere, verba igitur D. Thom. vltra bonum conſilium, quod apertè præferunt, implicite oſtendunt, quod ſi dicta extra confeſſionem ſacramentalem non important ſecum propriè ſigillum confeſſionis licet hoc ad extra ſonant. Nam in poteſtate confeſſarij non eſt dicta ſibi in confeſſione recipere, vel non recipere ſub ſigillo, ita vt poſſit non recipere, ſicut eſt in caſu hoc extra confeſſionem. Item non dicunt pœnitentes confeſſario, vt peccata ſibi confeſſa recipiat ſub ſigillo cum hoc de ſe intelligatur, & ſtatim obligat. At ſi hoc extra confeſſionem non diceretur recipere dictū hoc ſub ſigillo confeſſionis, imò ſi hoc diceretur, & non reciperetur ſub tali ſigillo, tunc ipſe audiens non obligaretur ad celandum ſibi tunc dicta. Ecce quantum iſta nomina ſub ſigillo confeſſionis differant ſecundum rei veritatem, licèt iuxta ſonum idem ſint, quæ differentia notatur à Doctore Sancto in verbis præſentis reſponſionis In ſignum cuius ait Doctor Angelicus Si tamen recipit tenetur ex promiſſione. Quaſi dicat. Iuxta aliorum iura ſecretorum obligatur promittens tenere ſecretum, minus tamen, quàm ſub ſigillo ſacramenti confeſsionis obligatus eſſet, ergo talis ſic extra confeſsionem ſacramentalem promittens, non audit, vt Deus, ſed vt homo ergo poteſt talis abſtringi ſub ratione præcepti, vel excommunicationis latæ ſententiæ ad manifeſtandam veritatem ſibi detectā etiā, quod ſub ſacramento præmiſſo illa habeat, quando adeſt caſus licitus præcipiendi de huiuſmodi ſecretis reuelandis. Et in tali caſu is, qui recipit ſub ſigillo iſto confeſsionis tenetur obedire Prælato de hoc præcipienti. Immo quandoque ex ſuamet conſcientia, etiam ſi Prælatus nihil omnino inueſtiget, vel dicat, tenetur in ſecreto reuelare Iuxta illud Iſidori. In malis promiſsis reſcinde fidem, & tanto magis quanto non prom ſit ſub iuramento. Nam ſimplex promiſsio aſsimilandi ſecretum ſigillo confeſsionis videtur, & ſecundum aliquos Doctores eſt minus vinculū, quàm promiſsio iuramento firmata. De hoc dubio ſit ſatis dictum, accedamus ad aliud.

Accipere extra cōfeſſionem aliquid ſub ſigillo confeſſionis peccatum eſt graue ſeu mortale.

Habita extra confeſſionem ſuo ſigillo cōfeſſionis ſunt reuelanda Iudici ſi præcipiat vt reuelentur nō āt habita in cōfeſſione.

Obſeruandum eſt aliud pro maiori declaratione dictorum in reſponſione inſtantiæ ſecūdæ præcedētis dubij, quod Sacerdos, vel alius, qui accepit aliquid ſub ſigillo confeſsionis, niſi illud acceperit in confeſsione ſacramentali, figuram ſcilicet habens ſacramenti Nam ſi quis incipiat confiteri, licèt aliqua de cauſa non finiat, obligatio exurgit ſigilli, nam illa eſt pars ſacramentalis confeſsionis, quoniam ſi reliqua confiterentur, illa pars cū alia ſufficeret, vt ſubſequeretur abſolutio. Et eadem ratione, ſi defectus contritionis, vel alia de cauſa abſolutio ſuſpendatur. Imò ſi quis facit confeſsionē, non habens primum propoſitum abſtinendi, ſed confiteatur ſecundum tenorem cap. Quod quidā de pœnit. & remiſ. eadem naſcitur ſigilli obligatio. In ſumma etiam Prælati, dum ab eis petitur facultas abſoluendi à reſeruatis tenentur ad ſigillū, ne perſonam pœnitentis prodant, neque vero peccatum eo modo per quam perſonam inueſtigari poteſt. De his enim diffuſius loco ſuo tractabitur, Deo fauente.

Obſeruandum autem eſt ex decreto Innocētij tertij, habemus enim, quod quilibet participās de actu confeſsionis, etiam laicus debet neceſſario ſeruare ſigillum, præceptum illud formaliter ad confeſſarios ſe extēdit, extenſiue autem ad omnes participantes quoque modo de ſecreto iſto. Intentio. Innocentij ibi eſt, quod peccata cōfitentis maneāt omnibus modis ſecreta. Hoc oſtendit ſic Magiſter Seraphinus à Poreta.

Cum ergo Papa ſufficienter prouidere famæ confitentis voluerit, vt vndique libera eſſet confeſſio, & ipſius famæ ſufficienter prouideri non poſſit niſi per extentionem ſigilli ad quoſcunque peccata confitentis in confeſſione narrata quomodocunque audientes, clarum reſtat, quod Papa ipſe præmiſſum decretum ad omnes hos implicitè ſaltem extendere voluit ſicut fecit. Sub nomine,

ergo ſacerdos intellexit quoſcunque etiam laicos, inquantum, & ipſi aliquo modo participare poſſunt de audientia confeſſionis. Quoniam ergo acceſſorium ſequitur naturam principalis, vt habetur in 6. de regulis iuris. Et principalis in caſu noſtro eſt verè Sacerdos immediate audiens confeſſionem confitentis. Acceſſorius eſt quicunque alius etiam laicus, fatendū igitur eſt, quod intentio Papæ eſt obligare iſtos acceſſorios, & eodem proportionaliter circumſpectionis vinculo, & eiſdem pœnis ex ſupradictis motus Gregorius, & Eugenius quartus decreuerunt prout ſupra. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtātiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod ſeculares illi prout declaratum eſt in ſecunda concluſione, quia participant in ſacramento confeſſionis tenentur ad ſigillum, non ſic ſtricte, vt confeſſarij, ſed pro gradu ſuo prout declaratum fuit.

Inſtantia 2. Argumentator de nouo inſtat dicendo. Aliquando aliquis in caſu neceſſitatis poteſt laico confiteri, ſed ille tenetur peccata celare cum illi dicuntur ſicut Deo, ergo non ſolum Sacerdos habet ſigillum confeſſionis.

Inſtant. ſolutio. Huic inſtantiæ reſpondet Theologus ex iam dictis dicēdo, quod tales audientes confeſſionem tempore neceſſitatis tenentur ad ſigillum cum & illi habeant ſigillum per participationem, ſacerdotes enim habēt illud per eſſentiam, laici autem per participationem.

Inſtantia 3. Tandem inquit Argumentator apparet ſigillum confeſſionis reperiri in aliquo laico propriè, & eſſentialiter. Aliquando aliquis ſecularis ſe ſacerdotem fingit, vt conſcientiam alicuius per hanc fraudem exploret, & ille peccat ſi confeſſionem illam reuelet, quoniam pœnitens ſub ſigillo confeſſionis ſacramentalis manifeſtauit peccata ſua, ergo non ſolum Sacerdos ſigillum confeſſionis habet.

Inſtant. ſolutio. Sigillū confeſſionis ficto laico nō eſt ſigillū eſſētialiter, ſed participatiue. Theologus manet in ſua reſponſione, concedo inquit, quod in iſto fraudulenti reperitur ſigillum confeſſionis loquendo de ſigillo vniuerſaliter, ideſt ſiue per eſſentiam ſiue per participationem. Iſte grauiſſime peccat, quia fingendo ſe ſacerdotem iniuriam facit ſacramento confeſſionis, & ſi reuelaret confeſſionem magis peccaret, non tamen ita grauiter ſicut Sacerdos, quia confeſsio illa non fuit ſacramentalis, licet hoc crederet pœnitens, illa facta ſacerdoti ſacramentalis eſt, propterea ſigillum confeſsionis eſſentialiter, & ſimpliciter habet Sacerdos realis, non autem Sacerdos ille fictus. Hæc ſint pro dubio iſto. Ad aliud procedamus.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio Lector interrogat, An ſolus Sacerdos ad ſigillum confeſsionis teneatur. Et pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Solus Sacerdos eſt miniſter ſacramenti confeſsionis. Sed ſigillum confeſsionis annexus eſt huic ſacramento, ergo ſolus Sacerdos tenetur ad ſigillum confeſsionis. Confirmatur hæc pars affirmatiua. Non tenetur ea, quæ in confeſsione audit celare, quia non ſcit ea, vt homo, ſed vt Deus, ſed ſolus Sacerdos eſt miniſter Dei, ergo ipſe ſolus tenetur ad ſigillum. &c.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt tale ratiocinium. Aliquando aliquis confitetur ſacerdoti per interpretem (neceſsitate vrgente,) ſed interpres videtur teneri confeſsionem celare, ergo etiam non Sacerdos aliquid ſub ſigillo confeſsionis habet.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus occaſione dicta in reſponſione ad ſecundam inſtantiam mouet dubium præſens, & circa hoc dubium tria facit, Primo dat vnam diſtinctionem, Secundo duplici concluſione ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Diſtinctio ergo eſt. Habere ſigillum confeſsionis ſtat dupliciter eſſentialiter, & per ſe, & participatiue, ſtante hac diſtinctione concluſiones ponuntur.

Soli ſacerdotes per ſe, & formaliter tenentur ad ſigillum confeſſionis. Concluſio prima. Solus Sacerdos per ſe, & formaliter tenetur ad ſigillum confeſsionis ſacramentalis. Probatur concluſio iſta. Sigillum confeſsionis competit homini inquantum eſt miniſter Eccleſiæ, ſed per ſe, & formaliter ſolus Sacerdos eſt miniſter Eccleſiæ, ergo ſoli illi per ſe, & formaliter competit habere ſigillum confeſsionis. Confirmatur hoc. Sigillum confeſsionis inſequitur clauem ſcientiæ ob id enim, quod Sacerdos clauem ſcientiæ habet ad cognoſcendum peccatum in ſacramento, ſigillum, quo tenetur eandem confeſsionem celare fit ei ſacrum, & ſacra fide inuiolabile, & dum illud rumpit fit ſacrilegus pūta ſaeri violator, ex quo ſubditur pœnis iuris tanquam ſacrilegus ſi manifeſtaret, quod ſub ſigillo habet, ergo habere ſigillum confeſsionis competit ſacerdoti, per ſe, & formaliter.

Aliquis, qui non eſt Sacerdos participatiue poteſt teneri ad ſigillum confeſſionis. Concluſio ſecunda, Aliquis ſecularis participatiuè, poteſt teneri ad ſigillum confeſsionis. Probatur concluſio iſta. Aliquis qui non eſt Sacerdos poteſt in aliquo caſu participare aliquid de actu clauis, dum confeſſionem audit propter neceſſitatem, ita etiam participat de actu ſigilli confeſſionis, & tenetur celare, quamuis propriè loquendo, ſigillum confeſſionis non habeat. Pro cuius intelligentia eſt notandum, quod ille participare dicitur aliquid de actu confeſſionis (etiam ſi non ſit Sacerdos,) qui propter aliquod licitum, vel illicitum, dictum in confeſſione audit, vel confitendo ſibi, vel ſacerdoti, verum eſt, quod Angelicus Doctor in littera dicit dum confeſſionem audit propter neceſſitatem; Non tamen excluduntur per hoc aliæ cauſæ, ſiue licitæ ſiue illicitæ, ſed iuxta morem ſuum laudabilem ordinarium, ab antedictis procedit, dixerat enim (prout in dubijs præcedentium caſuum dictum eſt) quod

extra

extra caſum neceſſitatis, poteſt quis venialia confiteri laico (modo declarato) ſimiliter, quod ſacerdoti poteſt confiteri per interpratem, in caſu neceſſitatis, dixerat etiam in præcedentibus, quod etiam non abſoluens tenetur ad ſigillum; Interpretes igitur, & laicus in caſu audiens confeſſionem, & quicunque etiam prætereundo, vel induſtria, aliquid dictum in confeſſione audit, etiam ſi quis ſe confeſſorem fingit, etiam qui latenter abſconditus, putat vt veniat in cognitionem alicuius criminis confitentis, de quo ipſe ſuſpicatur, confeſſionem audit, quod eſt magnum ſacrilegium, & iniuriam facere ſacramento, omnes iſti tenẽtur ad ſigillum ſacramenti confeſſionis, quia participant aliquid de actu confeſſionis. Adde (inquit Magiſter Poreta,) quod & is, cui aliquod habitum in confeſſione de licentia confitentis reuelatur, etiam tenetur ad ſigillum. Cum de actu confeſſionis aliquid participet, ſaltem mediatè ſcilicet mediante illo ſacerdote, qui ſic reuelat, & ſe in confeſſione prius habuiſſe declarat. Hoc totum probatur, quia participare de actu clauis, quod eſt debitum, confeſſionem celandi, ſupponat illum, quem ad ſigillum teneri aſſerit: Non tamen iſti ita ſtricte tenentur, nec ita grauiter peccant non ſeruando ſecretum, & frangendo ſigillum. De interprete hoc clarum eſt, quia vt dictum fuit alias ſigillum non eſt tam ſacrum ſicut in ſacerdote, quia confeſſio illa non eſt neceſſaria ſic, vt ſecum afferat ſecreti vinculum. Et idem dicendum ſi quis confiteatur laico. Si autem, quis confiteretur per internuntium peccaret vtique mortaliter internuntius, reuelans non tamen tam grauiter, quàm interpres, quia illa confeſſio, vt alias diximus non eſt valida. Si autem aliquis caſu audit confeſſionem non ſe ingerendo, ſed quia alter locutus eſt altè tenetur, quidem etiam ſub peccato mortali celare tale peccatum, ſed non ſub ſigillo confeſſionis ſacramenti. Si autem per iniuriam aut fraudem ſe ſe ad audiendam confeſſionem ingereret, de quo D. Dionyſius repræhendit Demophytum. Ille vltra hoc, quod in tali facto peccat mortaliter arctiſsimè tenetur ad ſigillum licèt non ſub cenſuris decretis ſacerdoti, iſte tamẽ eſſet grauiter puniendus, præſertim, ſi perſonam ſacerdotis fingeret. v. g. ſi quis ob Zelotipiam qua vtitur vxore, credens eſſe adulteram, loco ſacerdotis ſederet, vt vxoris audiret confeſsionem. In hunc quidem grauiſsimo ſupplitio eſſet procedendum. Cum hoc etiam ſtat, quod gradus criminis iſtius nunquam pertingeret fractioni ſigilli, quod Sacerdos committeret. Ex his concluſionibus, deducitur vnum colleralium ſcilicet, quod nunquã accidit vinculum ſacri ſigilli confeſsionis niſi vbi confeſsio ſacramentalis, quæ ſcilicet fit intentione accuſandi ſe coram Deo, ex quo patet, quod dictum extra confeſsionem ſub ſigillo confeſsionis non continetur ſub illo, vt vulgus putat, ſed manet ſub fidelitate humana, vt declaratum eſt in dubio præcedenti. Quinimmo inquit Magiſter Dominicus à Soto, ſi quis genibus flexis dicat ſacerdoti hoc, quod dixi, dico ſub ſigillo confeſsionis

Nota.

Audiens caſu ſeu induſtria cõfeſſionem alicuius confitẽtis ſe ſacerdoti peccat mortaliter reuelãdo illud & grauiter.

etiam facta confeſsione generali, ſi hoc tantummodo faciat cauſa detegendi illud ſecretum, non inſurgit inde vinculum ſacri ſigilli confeſsionis tunc, quia ſecretum illud quandoque non eſt peccatum, tum cum licèt ſit peccatum, & alia taceat, non fit intentione confeſsionis faciendę, ſed commendandi ſecretum illud. Et ideo ſacerdos, debet cerimonias illas euitare.

Dubium tertium.

IN hoc dubio quærit Lector vtrum de licentia confitentis poſsit Sacerdos dicere ea, quæ habet in confeſſione, dubium ſecum ducit aliquas difficultates, ideo ſunt dilucidandæ, rationes pro vtraque parte dubij ſunt adducendæ.

Pro parte affirmatiuæ eſt talis ratio, qui poteſt aliquid facere per ſe poteſt etiam per alterum facere, ſed confitens poteſt peccatum ſuum, quod fecit alteri per ſe reuelare, ergo & hoc facere poteſt per ſacerdotem. Et confirmatur ſic. Superior poteſt mittere peccatorem cum litteris ad inferiorem ſacerdotem de voluntate ipſius, ergo de voluntate confitentis poteſt Sacerdos peccatum reuelare alteri.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Quod enim non poteſt ſuperior non poteſt inferior: ſed Papa non poteſt aliquem licentiare, vt quod habet in confeſſione alteri proderet, ergo nec ille, qui confitetur poteſt ipſi licentiam dare.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij ſolutio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat vnum, Secundo vnica cõcluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, quod de hac re variæ ſunt opiniones. Alexan. Alenſ. 4. p. q. 78. membro ſecundo. Et Scotus, & Durandus in quarto, d. 21. tenent partem negatiuam: dicunt enim, quod Sacerdos vllo pacto reuelare poteſt confeſsionem. Et conantur ſuadere opinionem ſuam dicendo, quod Sacerdos ſcit, nouit vt Deus, ergo per nullam facultatem confeſſor reuelare poteſt confeſsionem inquit Alexander. Durãdi ratio eſt, quia (inquit ipſe.) Notitia ſacerdotis per confeſsionem acquiſitam non ſufficit, vt citra mendacium dicere poſsit, ſe illud ſcire, quare licet id dicat de licentia pœnitentis mentitur.

Oppoſitam ſententiam tenet D. Th. & D. Bonauentura ideo manendo cum ſanctis, & relictis peccatoribus ponemus noſtram concluſionẽ, quæ talis eſt, Sacerdos de licentia pœnitentis, poteſt manifeſtare illa, quæ habet in confeſsione abſque fractione ſigilli.

Confeſſarius de licentia cõfitẽtis poteſt reuelare confeſſionẽ abſque fractione ſigilli.

Concluſio iſta ex ratione pro parte affirmatiua adducta certiſſima eſt: corroboratur tamen de nouo poſitio, primo fundamento erecto à Diuo Thom. duo ſunt inquit Doctor Sanctus, quæ ſacerdoti obſtant ne confeſſionem reuelet. Primum quia id neſcit, vt homo, ſed, vt Deus. Secundum eſt ſcandalum, ne homines confeſſiones abhoreant.

Vtrumque autem obſtaculum tollitur de licentia pœnitentis Nam per illa ſit, vt Sacerdos peccata ſciat, vt homo etiam. Et propterea per hoc, quod homines ſciunt non poſſe ſuam confeſſionem reuelare niſi de eorum licentia, ſatis obuiatur ſcandala puſilorum. Ex hoc fundamento apparet inter hos doctores in re nullam eſſe controuerſiam, contrarij enim doctores non negant per facultatem pœnitentis poſſe dari licentia, vt reuelare poſſit confeſſarius illa, quæ habet in confeſſione, quia nec hoc negare poſſunt. Cum in cap. officij de pœnit. & remiſſ. conſtat ſacerdotem Papam conſuliſſe de quodam peccato, quod mulier ſibi fuerat confeſſa. Ratio etiam hoc manifeſte ſuadet. Sigillum confeſſionis inſtitutum eſt in bonum confitentis, ſed aliquando bonum eſt pœnitenti, quod confeſſor de ſui licentia reuelat aliqua quibus libuerit. Hanc licentiam dare poteſt pœnitens non ſolum poſt confeſſionem, & extra illam, ſed etiam in ipſamet confeſſione, licet dicant doctores ſupracitati, quod talis licentia danda eſt poſt confeſſionem narrando peccatum illud cuius reuelandi facultatem facere vult ſacerdoti. At hæc eſt vna cœremonia Metaphyſica, inquit Magiſter Sotus, (& bene quidem) quia nihil ad rem moralem pertinet. Nam ſi licet pœnitenti, qui ſolum homicidium confeſſus eſt, extra confeſſionem narrare iterum homicidium, cur ſine iterata narratione non liceat dicendo, Ego ſibi facultatem do, reuelandi homicidium, quod tibi confeſſus fui, nihil igitur refert an detur in actu confeſſionis, vel poteſtatem difficultas eſt in vtendo hac facultate.

Maxima prudẽtia vti debet confeſſarius in aperiendũ ſigillũ confeſſionis de licẽtia etiam pœnitentis.

Nam confeſſarius prudens eſſe debet. Primum cauendum eſt nedum Sacerdos, viderit pœnitentem cogi, vt facultate eius vtatur. v. g. ſi tyrannus Iudex cogeret, vt licentiam concederet ſacerdoti dicendi peccatum ſuum, vt eum punire poſſet de crimine, vllo modo Sacerdos ſigillum apperire debet, quia non reſultaret in bonum, ſed in malũ pœnitentis. Secundo quando talis licentia eſt occaſio peccando, ſeu occultandi peccatum in confeſſione, vt ſi det puella licentiam confeſſario, vt dicat ſi ipſa eſt virgo, vel corrupta, vt dicat ſi libere, vel violenter promiſit tali, vel amiſit honorem, vel quid ſimile Confeſſarius hanc libertatem acceptare non debet, quoniam ex his occaſionibus occultantur peccata in confeſſione, pro ſeruanda ſama, & honore. Minus malum eſt, vt iſti in falſo matrimonio perſeuerant, quam per viam confeſſionis iſta tractare, ſimiliter, quod mulier ſit adultera quam quærere hoc via confeſſionis. Sunt etiam alij incauti viri, qui cogunt vxores ſuas confiteri alicui confeſſario, & quod illi det licentiam, vt dicere poſſit, quæ audiuit ab ea in confeſſione quo ad honeſtatem vitæ, ſit ne adultera, vel pudica. In his enim multum errant iſti, quia in tali caſu confeſſarius citra mortale poterit renuntiare marito vxorem ſuam eſſe pudicam licet ſit adultera, quia mendacium non eſt pernicioſum, quare in hac re teſtimonium confeſſarij parui momenti eſt, ſecundo manifeſte offertur occaſio adulteræ mentiandi in confeſſione proponentis iterum confiteri. Hac demum ſacramentum confeſſionis tali conditione factum venit in vilipendium. In huiuſmodi errorem forſitan veniunt matres ille, qui cogunt filias confiteri eidem confeſſario aui, & ipſe confitentur ſimiliter, & confeſſarij, qui hoc ſuadent, quoniam puellæ ille etiam, quod non dent talem licentiam, dubitare ſolent, quod confeſſarius omnia, quæ audit in confeſſione dicat matri illarum, quod & faciunt aliqui ignorantes confeſſarij ſub manto charitatis, vel vt acquirant gratiam matris, & peccant mortaliter, frangendo ſigillum confeſſionis, & prębent occaſionem filiabus occultandi peccata in confeſſione: Non eſt ergo vtenda licentia pœnitentis, niſi priuatim, in eius commodum ad capiendum concilium in re quam Sacerdos definire non valet, id autem faciendum, ſine reuelatione perſonæ. Si tamen hoc fieri non poteſt nominare perſonam de eius licentia poteſt imò Sacerdos ipſe abſque licentia poteſt de eadem repetitiores conſulare dummodo perſona in notitiam venire non poſſit. Si tamen pœnitens renuerit etiam in genere ſacerdotem tale concilium capere non poteſt vltra procedere, ſed debet illum abſque abſolutione dimittere. Quamobrem dum pœnitens intelligit ſe aliquibus negotijs impeditus, quæ ſine ſcientia, & prudentia extricari non poſſunt ſapientem ſacerdotem debet inquirere, qui per ſe, abſque huiuſmodi conciliorum turbis de illis valeat iudicare.

Omni cautela vti debet confeſſarius in manifeſtãdo delictum pęnitentis ẽt de eius licẽtia.

Obſeruandum etiam eſt, quod quando confeſſarius errauit abſoluendo, vel non ſibi ſubditum, vel à peccato, vel à cenſura reſeruata ſuperiori confeſſarius ipſe ſecreto loqui debet pœnitenti, manifeſtareque illi errorem perpetratum in abſoluendo, vt ipſe denuo confitearur ab habenti authoritatem, vel reuertatur ad ipſummet pro abſolutionem poſtquam obtinuerit authoritatem à ſuperiori eum abſoluendi à prædictis caſibus. In hac petenda authoritate debet confeſſarius vti omni diligentia, ad hoc vt Prælatus in cognitionem peccatoris deuẽnire non poſſit. In tali caſu pœnitens tenetur concilium capere ſacerdotis, quod ſi reſpuerit tunc ſacerdotis culpam in ſeipſum transfudit, & debet alteri confiteri. His igitur ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Oſtenditur quid agere debet confeſſarius qui errauit abſoluẽdo a reſeruatus.

Inſtantiarum ſolutio.

Instant. ſolutio.

THeologus ad maior. propoſitionem dicit, quod propoſirio vera eſt loquendo in eodẽ genere, vel ordine, vel foro tenet enim in ordine Prelatorum, Papa non poteſt concedere licentiam reuelandi confeſſionem multo minus hoc poterit facere Epiſcopus. Et licet Papa ſit maior pœnitenti iſto tamen non conſiderantur in eodem genere ambo, ſeu forro. Pęnitens eſt Dominus ſuæ famæ. Papa autem non eſt Dominus famæ ipſius pęnitentis ideo pęnitens pro bono ſuo, & commodo crimen ſuum reuelare poteſt, & licentiam dare poteſt confeſſario ſuo, vt illud reuelet, vel cum D. Thom. dicamus, quod Papa non poteſt licentiare ſacerdotem ad dicendum, quia non poteſt ſ. cere,

vt il-

vt illud ſciat, vt homo, quod tamen facere poteſt, ille qui confitetur, propterea Papa non poteſt dare talem licentiam, quod facere poteſt pęnitens.

Inſtantia 2. Inſurgit Argumentator dicendo, quod inſtitutum eſt propter bonum commune Eccleſiæ non poteſt ex arbitrio vnius irritari, ſed celari confeſſionis inſtitutam eſt propter bonum totius Eccleſiæ, vt homines confidentius ad confeſſionem accedant, ergo pęnitens non poteſt licentiam dare ſacerdoti, vt frangat ſigillum confeſſionis.

Inſtant. ſolutio. Theologus concedit totum argumentum, & negat id, quod infertur ex eo. Nam quando confeſſarius manifeſtat delictum habitum in confeſſione, de licentia pœnitentis manifeſtat id, quod ſcit vt homo propterea non frangit ſigillum, & per conſequens non tollitur id quod inſtitutum eſt propter bonum commune, quod eſt obſeruatio ſigilli, quod non poteſt operiri contra voluntatem confitentis, bene autem de eius voluntate.

Inſtantia 3. De nouo inſtat Argumentator dicendo. Si pœnitens talem licentiam dare poſſet, eſſet præbere ſacerdoti pallium malitiæ magnæ, nam quotieſcunque reuelaret delictum habitum in confeſſione dicere poſſet, quod hoc fecit de licentiâ pœnitentis, & ſic impune peccaret, quod eſt maximum inconueniens, ergo talis licentia non poteſt dari à pœnitente.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat antecedens, & ad probationem dicit, quod in caſu, quod Sacerdos eſſet accuſatus, quod reuelauerit confeſſionem ſine licentia debet confeſſarius probare, quod hoc de licentia pœnitentis fecit, aliter puniretur.

Inſtantia 4. Contra inquit Argumentator, ſtantibus his, ſequeretur vnum maximum inconueniens ſcilicet, quod ex hac conceſſione, vel reuelatione ille cui Sacerdos reuelat tale delictum habitum in confeſſione, verè non reperiri in tali pœnitenti, vel quia illud nunquam commiſſit, vel delectum eſt per pœnitentiam coram Deo; & ſic difamaretur pœnitens, ergo talis licentia dum debet vti.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ dicit, quod ille ad quem notitia prædicta peruenerit mediante ſacerdote, de voluntate pœnitentis participat in aliquo actu ſacerdotis. Et ideo iſte ſeruare debet ſigillum, ſicut & de interpræte dictum fuit, niſi forte pœnitens vellet, quod ille abſolute ſciat, & libere, tunc tale in confeſſione habitum, non amplius manet ſub ſigillo confeſſionis, quia confeſſarius ſcit illud, vt homo, & tractat cum illo alio, vt homo, & ille accipit hoc ab illo confeſſario, vt homo, propterea in hoc neuter ad ſigillum tenentur. In quo caſu cum tractat negotium illud non debet dicere hoc ſcire in confeſſione, & quod de illo tractat de licentia pœnitentis, ne videatur fractor ſigilli confeſſionis dicat, quod id, quod tractat certò nouit, & quod tractat hoc ex commiſſionis talis, vel talis, dicit Sotus. Hæc ſint pro dubio iſto ad aliud procedamus.

Quando confeſſarius ordinem recipit à pœnitente, vt libere, & abſolute tractet negotium aliquod illud nõ pertinet ad ſigillum confeſſionis.

Dubium quartum.

IN hoc dubio quærit Lector An confeſſarius teneatur peccata pœnitentis celare, etiam ſi illa nouerit extra confeſſionem. Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua ſic ratiocinatur ſecretum confeſſionis inſtitutum eſt ad euitanda ſcandala, & ne homines à confeſſione retrahãtur, ſed ſi confeſſarius dicere poſſet illud, quod in confeſſione audiuit (etiam ſi alia via illud nouerit) ſcandalum ſequeretur, & occaſio daretur pœnitenti occultandi peccata, ergo nullo modo poteſt manifeſtare illa, quæ audiuit, in confeſſione.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua ſic format rationem. Nullus poteſt alium obligare, ad id quod non erat obligatus niſi eſſet Prælatus illius, ſed ille, qui ſciebat peccatum alicuius per viſum primo non erat obligatus ad celandum illud, ergo neque poſtea ad hoc tenetur.

Deciſio dubij pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit pro dubij deciſione, Primo manifeſtat cum D. Thom. triplicem opinionem circa hoc dubium, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito tertio, ſoluit inſtantias. Quo ad primum inquit Doctor Sanctus, quod circa hoc triplex fuit opinio prima fuit Altiſidorenſis dicentis, quod peccata præterita ſcita extra confeſſionem, & in confeſſione habita non poteſt reuelare confeſſarius, niſi dicat pœnitenti, quod illa non accipit, ſub ſigillo confeſſionis. ſimiliter ſcita poſt confeſſionem, ſecundi dicunt, quod peccata præterita ſcita extra confeſſionem, & in confeſſione aliter manifeſtare non poteſt confeſſarius bene, autem illa, quæ ſcit poſt confeſſionem. Nulla iſtarum opinionum amplectitur D. Thom. & rationem aſſignat dicendo, quod iſti dum nimium ſigillo confeſſionis attribuunt, præiudicium veritati, & iuſtitia ſeruandæ faciunt. Poſſet enim aliquis ad peccandum eſſe pronior ſi non timeret ab illo accuſari cui confeſſus eſt peccata ſua, ſi coram illo peccatum iteraret, & ſic iſte euaderet inſolentiſſimus, ſimiliter multum iuſtitiæ perire poterit. Si teſtimonium aliquis ferre non poſſet de eo, quod vidit poſt confeſſionem de hoc factam. Nec obſtat, quod quidam dicunt, quod debet proteſtare ſe non teneri ad priuatum hoc, quia hoc non eſſet proteſtari, niſi poſtquam peccatum eſſet ſibi dictum. Et tunc quilibet Sacerdos poſſet cum vellet reuelare peccatum proteſtationem faciendo ſi hoc ipſum ad reuelandum liberum redderet, & ex oppoſito, poſſet pęnitens dum dubitat, quod Prælatus ſit illum excommunicaturus poſſet illi confiteri peccata ſua, & ſic effugeret excommunicationem. Et ideo alia opinio eſt communior inquit Doctor Sanctus. Hæc ſunt dicta proprio puncto. Nunc accedamus ad concluſiones reſponſiuas.

Sacerdos ꝙ ſciuit ante, vel poſt confeſſionem poteſt manifeſtare iuriſd. ea quidem, & cũ grano ſalis.

Concluſio prima. Illud quod ſcit confeſſor, vt homo ſcilicet ante, vel poſt confeſſionem non cadit ſub ſigillo confeſſionis nec tenetur celare.

Probatur concluſio, quia quilibet homo dicere poteſt ſe ſcire, quod proprijs oculis vidit confeſſor iſte proprijs oculis vidit, quod etiam in confeſſio-

ne

ne audiuit, vel non audiuit, ergo non tenetur illa ſub ſigillo confeſſionis occultare. Probatur concluſio iſta primo. Nam iis, quod habet homo de hac re extra confeſſionem, non admittit per confeſſionẽ: ſed ante confeſſionem nõ tenebatur rem illam occultare, opportuna occaſione, ergo nec poſt confeſſionem ad hoc tenetur. Secundo, quia aliter lata eſſet via præparata ad fraudes, (vt oſtenſum eſt ſopra,) Tertio Sacerdos in re graui teſtis eſſe non poſſet, quod in detrimentum Reipublicæ veniret, quæ omnia abſurda ſunt, & oppoſita legi iuſtitiæ. Quarto quia iudex non poſſet acceptare accuſationem, vel depoſitionem ſacerdotis de crimine, puta de furto facto ab eo, cuius cõfeſſionem audiuit, vt ſi latro inter confitendum crumenam abſcindit ſacerdoti, licèt confiteatur illi furtum, poſtea Sacerdos comperiens ſuam crumenam ſubſtuliſſe, non poſſet illum denuntiare, dicens tali hora, tali loco, ſibi fuiſſe ſublatam eodem tempore illum illuc adfuiſſe, ergo ſacerdos non tenetur celare ea, quæ ſciebat, vel nouit ante, vel poſt confeſſionem.

Confeſſarius tenetur celare iſta eadẽ, quatenus ſcit illa, vt Deus.

Concluſio ſecunda Sacerdos tenetur celare illa eadem, quæ nouit, vt Deus .i. inquantum confeſſor. Ratio eſt, quia vt ſic neſcit illa, vt homo, & per conſequens, debet illa obliuioni tradere, vt facit Deus cuius ipſe Sacerdos eſt miniſter, vt ſuperius declaratum fuit, quod confirmat Papa Eugenius quartus in Concil. Flor. dicendo, quod confeſſarius ea, quæ ſcit, vt Deus non poteſt manifeſtare ad extra, quod facere poteſt, quoad ea, quæ ſcit, vt homo. Cum igitur confeſſarius ſcit aliquid, quod in confeſſione audit, poteſt illa manifeſtare eo modo, quo ſcit, vt homo ſcilicet, quo ſcit extra confeſſionem non autem eo modo, quo ſcit, vt Deus ſcilicet, quo ſcit in confeſſione. Et ſine peccato facere poteſt. Hoc Correlariũ ſequitur ex hac doctrina, quod non ſolum ſacerdotes, ſed non ſacerdotes audientes confeſſionem, vt interprætes, nuntij, & alij, qui caſu, vel induſtria audierunt confeſſionem ſacramentalem, tenetur ad ſigillum, quia vnuſquiſque illorum ſcit illa, vt Deus, non autem, vt homo, loquendo igitur D. Thom. de omni audiente confeſſionem non de ſacerdote tantum dicit, ſcilicet, quod debeat celare ea, quæ ſcit in confeſſione, quia ea ſcit, vt Deus, hoc idem applicatur ad omnes, qui aliqua ſciunt ex confeſſione, quia illa ſciunt, vt Deus: Sacerdos enim confeſſarius ſcit illa, vt Deus inquantum ex officio audit, confeſſiones. Alij ſciunt, vt Deus inquantum participant aliquid de actu confeſſionis. Probatur hoc, quia talis non poteſt dicere hoc audiui in confeſſione ſimpliciter, quia non eſt miniſter huius ſacramenti, ſed taliter ſcilicet accidẽtaliter, vel ex induſtria. Ex his duabus concluſionibus ſequitur tertia concluſio, vel correlarium vnum per maxime vtile his, qui ſubiacent ſigillo confeſſionis.

Homo de his quæ in confeſſione, & extra nouit, loqui nõ debet abſque maxima neceſſitate.

Talis homo ſiue Sacerdos ſiue non Sacerdos, propter ſcandalum vitandum debet abſtinere ne de hoc loquatur niſi tempore maximę neceſſitatis, inquit Angelicus Doctor. Ecce quam doctè & rectè loquatur Angelicus Doctor, quam doctrinam ſi quis obſeruauerit vltra, quod fugiet periculum peccandi, ædificabit populum, & addiſcet reuerentiam portare ſigillo ſanctiſſimę confeſſionis. His igitur notatis pro literæ intelligentia ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ dicit, quod quando aliquis dicit ſe vidiſſe, quod in confeſſione audiuit, non reuelat, quod in confeſſione habet, niſi per accidens, non reuelat formaliter ſcilicet, ſed materialiter, immo tanto minus reuelat materialiter ſcitum in confeſſione, quam vltra intentionem, quam habet de non reuelando confeſſionem, vtitur ad extra nomina viſionis: dicit enim ſe vidiſſe illud, non autem ſe audiuiſſe, propterea ſubdit Doctor Sanctus ſicut, qui ſcit aliquid per auditum non reuelat, quod vidit per ſe loquendo ſi dicat ſe audiuiſſe, ſed per accidens, inquantum dicit auditum, quod accidit viſum etiam eſſe. Et ideo iſte in tali caſu non frangit ſigillum confeſſionis.

Reuelare ſibi dicta in cõfeſſione poteſt, quis dupliciter formaliter, vel materialiter.

Inſtantia 2.

Argumentator ſecundo inſtat dicendo. Quicunque alicuius confeſſionem audit, ei obligatur ad hoc, quod peccata ſua non reuelat: Sed ſi aliquis promitteret alicui tenere priuátum, quod ei dicitur, quantumcunque poſtea ſciret, deberet priuatum tenere, ergo, quod quis in confeſſione audiuit, quantumcunque aliàs ſciat, debet priuatum haberi.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ dicit Theologus, quod non obligatur audiens confeſſionem ad hoc, quod nõ reuelet peccatum ſimpliciter, ſed prout eſt in confeſſione auditum, nullo enim caſu dicere debet, ſe hoc audiuiſſe in confeſſione, ſed ſi factum alias nouit, vel audiuit, veritatem dicere tenetur, ſi legitimè interrogatur, vnde inquit Poreta pro intelligentia literæ. Aliud eſt promittere alicui, quod ſibi dicitur tenere priuatum ſimpliciter .i. non reuelare ſimpliciter, vt intelligit argumentator in minori: Et aliud eſt promittere alicui: quod ſibi dicitur tenere priuatum ſecundum quid ideſt non reuelare, quod vt tunc ſibi dicitur, ſic intelligitur ſigillum; Primus enim ſibi dictum etiam, quod alia via ſciat illud, reuelare (ſaltem promiſſione) non poteſt, ſecundus autem, ſi aliàs ſciat poteſt. Ratio eſt, quia promiſſio prima cadit ſuper rem nullo modo reuelandã, ſecunda autem ſuper rem hoc modo non reuelandam. Ex quo habetur, vt primus reuelando rem peccat contra promiſſum. Secundus autem non peccat, niſi modo illo reuelet.

Confeſſor tenetur nõ reuelare, quod ſcit in cõfeſſione. vt ſic, poteſt tamẽ reuelare quãdo ſcit alia via in tẽpore neceſſitatis.

Inſtantia 3.

Argumentator non quieſcit denouo inſtat dicendo. Duorum, quod eſt altero potentius trahit ad ſe reliquum: Sed ſcientia qua ſcit peccatum, vt Deus eſt potentior, & dignior ſcientia, qua ſcit peccatum, vt homo, ergo trahit ad ſe eam, & ita non poterit reuelare aliquid Sacerdos, quod ſcit in confeſſione etiam, quod antea ſciuerit, quoniam ſcit illa, vt Deus, qui abſcondit illa.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit ad maiorem propoſitionem, quod

Diuerſa eſt ſcientia qua ſcimus rē in cōfeſſione ab ea, qua ſcimus extra illam.

quod dictum illud intelligendum eſt de illis duobus, quæ habent oppoſitionem, ſed ſcientia, qua ſcit aliquis peccatum vt Deus, & illa qua ſcit, vt homo non ſunt oppoſitæ. Cum ſint de eodem ſcibili,& eodem modo ex parte rerum ſcitarum acquiſitæ,licet ſint in diuerſo foro ſcientiæ. Hoc autem non inducit oppoſitionem ſcientiarum, ſed nobilitatis inæqualitatem, quoniam ſcientia de eadem re in foro ſacramentali habita eſt nobilior ea,quæ fuit extra.

Inſtantia 4.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. Sacramentum confeſſionis inſtitutum eſt ad vitandum ſcandalum, ne homines a confeſſionibus retrahantur:ſed ſi aliquis poſſet dicere illud,quod in confeſſione audiuit(etiam ſi illud alia via ſciret) nihilominus ſcandalum ſequeretur, ergo nullo modo poteſt illa dicere.

Inſtant.ſolutio.

Propter ſcandalum vitandum non eſt operā ſit cōtra iuſtitiam.

Theologus dicit ad maiorem,quod non debet ita vitari peccatum ex vna parte, quod ex alia iuſtitia relinquatur veritas enim non eſt propter ſcandalum dimittenda(ſi veritas ſaluatur) ſcandalum eſt vitandū. Sed quando imminente periculo iuſtitiæ reuelat, quis alias ſcitum etiam, quod illud antea, vel poſt in confeſſionē audiuerit, & ſequitur ſcandalum,ipſe non eſt reus ſcandali, quia (ſeruatis ſeruandis) iuxta dicta in concluſionibus non dedit ſcandalum, imrio quantum fuit de ſe illud vitauit. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento adducto pro parte negatiua caſus principalis dat duas reſponſiones. Prima deſumpta ex Alex.Panorm.& Syl.ſecunda, ex D.Thom.primi dicunt, vel ille, qui accedit ad confeſſionem promittit ſe emendare à peccatis de quibus eſt confeſſus, vel non. Si ſic inquiunt confeſſor tenetur ad ſigillum confeſſionis, ſi non poteſt peccatum illud ei, qui prodeſſe poteſt,& non obeſſe reuelare, loquendo de peccato faciendo quare Alexandrus in 4.p.q.78. memb.2.art.2. dicit, ſi quis confitetur peccatum præteritum, quamuis non habeat firmum propoſitum abſtinendi de ipſo, occultandum eſt ſub ſigillo,ſecus autem ſi non eſt factum,ſed de nouo faciendum. Sententia iſta Diuo Thom. non placet, propterea dicit,opinionem iſtam eſſe erroneam,quia eſt contra veritatem ſacramenti. Confeſſio enim informis ſacramētalis eſt, etiam quod ſecuta non ſit abſolutio, ſicut & baptiſmus fictè ſumptus. Confeſſio iſta eſt ſacramentalis,licet non ſit ſacramentum, & hoc ſufficit, ad hoc, quod ſit ſeruandum ſigillum. Et mirandum de Alexandro, qui dicit,quod peccatum perpetratum non poteſt reuelari, & quod poteſt reuelari ſi eſt perpetrandum. Clarum eſt,quod non ſolum peccata facta, ſed facienda ſunt abſoluenda, & cum ſunt futura, vnde relinquenda eſt opinio illorum,& dicendum eſt, quod omnia peccata habita in confeſſione ſiue mortalia,ſiue venialia,ſiue facta à propria perſona,ſiue ab alia tegenda ſunt,& ſeruanda, ſub ſigillo confeſſionis,& nullo modo manifeſtanda eſt perſona, qui illa perpetrauit, vel habet in animo illa peragere vnde ad argumentum dicitur, quod Sacerdos non agit contra charitatem dum non vult manifeſtare illa, quæ audiuit in confeſſione, ratio eſt,quia illa,quæ vouit,in confeſſione neſcit, hoc enim affirmat D.Thom.dicendo. Illud quod ſub confeſſione ſcitur eſt quaſi neſcitum, cum illud ſciat confeſſarius, non vt homo, ſed vt Deus ſcilicet, vt miniſter Dei. Debet nihilominus confeſſarius aliquod remedium adhibere in prædictis caſibus,quantum poteſt, ſeruato tamen ſigillo confeſſionis. Et hoc ſit per communem admonitionem, hortando, vt quiſque teneat catholicam fidem, caueant à Lupis rapacibus, qui ad illos veniunt in veſtimentis ouium,quod non eſt credendum omni ſpiritui. Admoneat Prælatum,vt diligenter vigilet ſuper gregem ſuum, ita tamē,quod non dicat verbum,vel quid,quod poſſit detegere peccatum in confeſſione habitum, & quærere debet confeſſarius inducere pœnitentem ad aquirendum ſpiritum pro poſſe,hortando illum ad frequentiam confeſſionis,ad ſpem ponēdam in Deo, ad ſe exercendum in bonis operibus &c.

Interrogatio

Quærit enim Lector, quid ſit agendum in caſu,quo quis accedit ad confeſſionem, non animo obtinendi remiſſionem ſuorum peccatorum, ſed vt inducat ſacerdotem ad aliquod malum peragendum prout fecit quidem peſſimus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iſte conſpirationem in Pontificem parabat,& ad hanc, vt ad finem intentum perueniret, confeſſus eſt ſacramentaliter alteri Cardinali, vt traheret eum in ſuam coniurationem, quærit ergo Lector ſi in tali caſu confeſſor ad ſigillum confeſſionis teneatur.

Interrogationis reſponſio.

Reſpondet Lector Theologus per diſtinctionem dicendo, vel ille, qui confitetur ſacramentaliter, confitetur per modum accuſationis coram Deo quamuis habeat ſiniſtrum propoſitum annexum, quod facit confeſſionem eſſe inualidam. Vel confitetur non per modum accuſationis coram Deo,ſed ad inducendum confeſſarium in hæreſim,vel in conſpirationem, vel ad aliud malum perpetrandum,vt fecit Cardinalis ille ſupranominatus.

In primo ſenſu confeſſarius tenetur ad ſigillum, non autem in ſecundo. Ratio vtriuſque eſt, quia prima fuit ſacramentalis confeſſio, non autem ſecunda, Nam confeſſio eſt accuſatio peccatorum, quæ reperitur in prima confeſſione iam modo dicto,non autem in ſecunda. In prima confeſſarius tenetur ad ſigillum, quoniam poſſibile eſt, quod qui accedit ad confeſſionem cum propoſito perpetrandi aliquod malum, putans illud non eſſe peccatum v.g. ire in duello cum aliquo, qui eum inuitauit, vel occidere tyrannum priuata authoritate,vel conficere aliquem cōtractum vſurarium,quem putat eſſe licitum.

Quādo quis accedit ad cōfeſſionem, vt decipiat, vel ſeducat confeſſariū eius confeſſio nō cadit ſub ſigillo.

Et licet confeſſarius dicat huiuſmodi contractum non eſſe licitum, non vult à propoſito ſuo deſiſtere,hoc idem facit,quo ad alios duos modo narratos caſus. In his caſibus ſeruandum eſt ſigillum,

Digitized by Google

lum, quia talis confeſſio eſt ſacramentalis, cum per ſolam mutationem propoſiti abſque confeſſione iſte eſt abſoluendus.

In ſecundo ſenſu confeſſarius non tenetur ad ſigillum confeſſionis, ratio aſſignatur, quia ille non cenſetur intentionem habuiſſe confitendi peccata ſua, propterea illicò iſte puniendus eſt, ne alios ſua peſte contaminet, & infectet. Et ille, qui nouit conſpiratores, & rebelles non eſt abſoluendus, niſi facta reuelatione talium hominum iniquorum ad quod tenebatur Cardinalis ille, vt ſeductor ille è medio collegij Cardinalium Illuſtriſſimorum tolleretur.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector, & contra prædicta format ſecundum argumentum dicendo. Sacerdos ad ſigillum confeſſionis ex præcepto Eccleſiæ tenetur. Sed poteſt dari caſus, quod Eccleſia occultum crimen reuelari præcipiat, ergo tenebitur Sacerdos tunc illud detegere, etiam quod ſit ſibi notum tantum per confeſſionem. Probatur concluſio. Nam confeſſarius non tenetur ad ſigillum contra voluntatem Eccleſiæ, quæ dedit tale præceptum de ſigillo confeſſionis.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat maiorem, quia præceptum de ſigillo confeſsionis non ſolum eſt de iure poſitiuo humano, ſed eſt etiam de iure naturæ, & de iure diuino propterea ſuper illo non ſe extendit authoritas Papæ ſeu Eccleſiæ, vnde inquit Doctor Sanctus, ſi præcipiatur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt dicat, ſi quis aliquid ſcit, vel notitiã habeat de tali peccato, in quo caſu ille confeſſarius, qui notitiam habet huius peccati in confeſsione, nihil debet reſpondere. Immo debet exiſtimare, quod intentio Prælati ſit, vt manifeſtet delictũ, ſi illud ſciat, vt homo, ſed dato, quod intentio Prælati eſſet, ſcire delictum qualitercunque, etiam quod exprimeret contentum ſub ſigillo confeſsionis, non poteſt confeſſarius frangere ſigillum, quia non nouit delictum illud, vt homo, ſed vt Deus, cuius voluntas eſt, vt celetur confeſſio, & delicta detecta in confeſsione maneant tecta ſub ſigillo illius. Confeſſarius enim ſubiectus eſt ſuperiori, vt homo, & non vt Deus, nulla enim cadit diſpenſatio, in ſigillum confeſsionis, quoniam eſt de iure naturæ, & diuino, & non ſolum de iure poſitiuo, (vt pluries dictum eſt) propterea contra ſigillum nulla cenſura tenet. Ille autem, qui ſcit delictum illud alio modo à confeſsione, etiam ſi illud habeat ſub iuramento, vel ſub ſigillo confeſsionis extra confeſsionem tamen, debet obedire præcipienti, ſi procedat iuridice. Nam tunc notitiam habet delicti, vt homo, & in tali caſu ſoluitur à iuramento. In hoc tamen cum cautela procedere debet, quia neque Prælatus ad correctionem delinquentis per cenſuras procedere debet, ſed per allegata, & probata. Si autem facta diligenti inquiſitione cum inuenit malefactorem, vt prouideat bono communi in futuro, bene facit fulminando excommunicationem, ſi adſit iuſta cauſa, & materia ſit grauis.

Confeſſarius non poteſt aperire ſigillum confeſsionis etiam ſi præcipiatur ſibi ſub pena excommunicationis Papalis.

Argumẽtum tertium.

Format tertium argumentum Lector dicendo. Poteſt occurrere caſus, quod Sacerdos in teſtem ſit vocatus, contra illum cuius peccata manifeſta ſunt ei per confeſſionem. Et quod Iudex præcipiat ei, vt dicat veritatem, circa tale, vel tale crimen occultum iſtius pœnitentis, quid agere debet confeſſarius in tali caſu? Si non dicit veritatem peccat mortaliter, & fit periurus, ſi dicit veritatem aperit ſigillum confeſſionis, ergo datur caſus, in quo eſt frangendum tale ſigillum. Nam charitas incipit à ſeipſo, prius confeſſarius debet ſuccurrere ſuæ conſcientiæ, quàm pęnitenti illi maxime, quando delictum, quod quæritur eſt contra proximum, vel in ruinam tertiæ perſonæ.

Argumenti ſolutio.

Theologus reſpondet huic argumento dicendo, quod ex doctrina data elicitur ſolutio huius argumenti, dicit enim, quando Sacerdos vocatus eſt in teſtem, & datum eſt ei iuramentum de veritate dicenda, non tenetur manifeſtare illa, quæ ſcit in confeſſione (niſi cognitionem habeat illorum de quibus interrogatur extra confeſſionem) Ratio huius veritatis eſt, quia vocatus eſt in teſtem, vt homo eſt. Illa autem, quæ ſcit in confeſſione ſcit vt Deus, non autem, vt homo. Peccata enim, quæ audiuit in confeſſione apud ipſum ſunt tanquam ſi vnquam eſſent facta. Et merito quidem poteſt dicere illa neſcire, quoniam quæ ſciuntur per auditum, verè, & propriè non ſunt ſcita, teſte D. Auguſtino lib. 1. retractactionum capit. 14. Inquit enim, Id dumtaxat iure ſcire dicimus, quod firma ratione depræhendimus, nempe illud ſcimus, vel quod per ſcientias nobis demonſtratur, vel nos ipſi proprijs oculis videmus, quod confirmat Baldus dicendo. Scientia eſt infallibilis notitia veritatis, & cap. Teſtis. 3. q. 9. Id teſtis ſcire dicitur, quod viſu, vel alio ſenſu experimentaliter nouit. Ex quibus clare patet, quod illa, quæ ſcit Sacerdos neſciat, vt homo, ſed vt Deus, ergo dato iuramento de veritate dicenda veraciter dicere poteſt illa neſcire, quæ nouit in confeſſione abſque eo, quod fiat periurus.

Confeſſarius veraciter dicere poteſt ſe neſcire illa, quæ ſcit in confeſſione abſque eo, quod fiat periurus.

Impugnatio.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem, vt clarior fiat doctrina, & contra illam format tale argumentum. Ex duobus contradictorijs neceſſarium eſt alteram præmiſſarum eſſe veram, & alteram falſam, ſed iſtę duæ propoſitiones ſunt contradictoriæ ſcilicet Scio hoc, & neſcio hoc, ergo vna illarum vera eſt, & altera eſt falſa, affirmatiua eſt vera, ergo negatiua erit falſa, & per conſequens dum illa profert, mentitur Sacerdos ipſe.

Impugnationis reſpõſio.

Theologus dupliciter ſoluit hanc impugnationem. Primo cum Gabriele in 4. d. 21. artic. 1. & alijs 2. cum Magiſtro Dominico à Sot. in 4. d. 18. q. 4. art. 5. Gabriel dicit, quod ipſa propoſitio affirmatiua eſt vera, negatiua falſa, in hoc ſenſu, quia per neutram debet reſpondere, Rationem aſſignat dicendo. Si affirmatiuæ reſpondet, frangit ſigillum, ſi negatiuæ mentitur, propterea debet tacere. Et quando dicitur, quod Sacerdos tacendo videtur affirmare eſſe verum id, de quo interrogatur, reſpondet dicendo, quod Sacerdos tacendo, non affirmat neque negat, ſed ex malitia hominum naſcitur ſuſpenſio illa, tamen ſi reſpondet

affir-

affirmatiua eſt vera propoſitio, quia verè ſcit, ſi negatiue falſa eſt propoſitio, quia falſum eſt, quod manifeſtat de quo interrogatur. Ricardus dicit affirmatiuā eſſe falſam, ratio eius, quia ſimpliciter neſcit id de quo interrogatur vt homo, ſed ſcit illud tamquam Deus ideſt ſolus Deus ſcit illud. Hoc dictum Ricardi (pace ſua) verum non eſt, quia Sacerdos vere illud ſcit tanquam Dei miniſter. Solus Deus ſcit illud, vt cognitor occultorum. Sacerdos autem illud ſcit, vt miniſter Dei. Ratio eius eſt, quia vt miniſter Dei dicit pœnitenti. Ego te abſoluo, ergo confeſſarius ſimpliciter, nouit peccata à quibus abſoluit peccatorem. Relictis his reſponſionibus ponamus reſponſionem Magiſtri Soti.

Confeſſarius dicendo ſe ſcire, & ſe neſcire, quæ nouit in cōfeſſione verum dicit.

Reſponſio formalis eſt, quod ambæ iſtę propoſitiones ſunt veræ diuerſimode tamē propterea negamus, quod vt ſic ſint contradictoriæ. Affirmatiua accipitur ſimpliciter, ſcio peccata iſtius. Negatiua eſt vera in bono ſenſu ſcilicet neſcio, vt homo, ſed vt Deus, Deus illa ſcit non, vt illa manifeſtet, ſed vt in obliuionem tradat illa, quæ in die iudicij erunt manifeſta ad gloriam, & non ad confuſionem verè pœnitentis. Eodem modo dicere poteſt confeſſarius, ego ſcio peccata huius pœnitentis, vt in obliuionem illa tradam neſcio illa, vt homo ſcilicet ad manifeſtanda illa. Et bene vtique, Nam ſcire ordinatur ad dicere, iſta notitia in confeſſione non eſt ordinata ad dicere, ergo non eſt ſcire, vnde merito dicebat D. Bernardus. Nihil minus ſcio, quam quod in confeſſione ſcio. Nam ſcire eſt rē per cauſam cognoſcere, vel cognoſcere cauſam per effectus. Confeſſarius nullo iſtorum modorum nouit peccata, ergo verè ille neſcit. Nec oportet addere, vt hómo quoniam in communi vſu loquendi, quando Sacerdos dicit, ego neſcio hoc, intelligitur, vt homo, in quo ſenſu, & Dominus noſter dicebat, De die illo nemo ſcit, neque filius hominis. Sciebat vtique hoc, vt Deus dicendo ipſemet Chriſtus quicquid nouit Pater, & Filius nouit, ſed hoc neſciebat, vt redemptor ſcilicet vt manifeſtaret illud hominibus.

Interrogatio

Lector interrogat dicendo, quid reſpondere debet confeſſarius ſi interrogaretur. Audiſti Petrum hoc peccatum feciſſe, vel non. Dicere neſcio, vel non memini, non ſatisfacit interroganti, immo reſponſio cauſaret ſuſpitionem illum perpetraſſe hoc peccatum.

Reſponſio.

Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod iſte poteſt reſpondere. Non audiui, in tecto ſenſu, ideſt non audiui tāquam homo, vt dicam, ſed vt Deus, vt non dicam. At ſi vrgentius tyrannus inſtaret dicendo ſacerdoti. Quæro à te ſi in confeſſione audiuiſti ex ore Petri ipſum hoc delictum feciſſe. Nam reſponſio illa non ſatisfaceret interrogationi ſcilicet non audiui, vt homo, vel vt dicam, quoniam interrogatio eſt ſi audiuit, vt Deus, cum in confeſſione audiat, vt Deus, non autem, vt homo. Reſponſio formaliter ex hac diſtinctione colligi poteſt, vel tyrannus iſte eſt infidelis, vel peſſimus Chriſtianus qualitercunque ſit ille, quoniam in hac actione contemuit legem Chriſtianam, & ſacramenta Eccleſiæ reſpondere debet. Non eſt fas, vt tibi ad iſtam interrogationem quicquam reſpondeam. Etiam ſi cōminaretur mortem, ſacerdoti ipſi, Sacerdos debet manere in ſuo propoſito, & potius optare mortem, quàm dicere verbum contra ſigillum confeſſionis, quia ſi diceret contra ſigillum grauiſſime peccaret, ſi pateretur mortem pro ſigilli conſeruatione eſſet martyr Chriſti.

Quādo interrogat Sacerdos ſi in confeſſione audiuit hoc, vel illud peccatū, reſpondere debet non licet tibi reſpondere de hoc.

Quando pœnitens manifeſtat ſua peccata confeſſario illa ei dicit, non vt homini, ſed vt Deo, propterea quando pœnitens interrogatur, ſi hoc, vel illud cuiquam dixerat poteſt iurare, nemini hominum illa dixiſſe, quoniam non dixit illa ſacerdoti, vt homini, ſed vt Deo, immo ſi Sacerdos diceret ei, mihi hoc dixiſti, reſpondere, & iurare poteſt, nihil illi dixiſſe. Si autem interrogaretur, ſi hoc illi dixit in confeſſione. Non debet dicere non, quia falſitatem diceret. Sed reſpondere debet. Non eſt fas tibi ad hanc interrogationem quicquam reſpondere, quoniam hoc ad forum tuum non pertinet, ſed ad Dei forum. Et ſi tyrannicè ad dicendum hoc vellet conſtringere meritorie poteſt mortem ſubſtinere potius, quàm ſatisfacere eius peruerſæ voluntati, quoniam ad hoc non tenetur. Cum interrogatio iſta, impia, & ſacrilega ſit.

Pœnitēs potius, quā manifeſtare ſuā cōfeſſionem tyrāno debet mortem ſubire.

Quæſitum.

INquirit Lector quid agendum ſit in iſto caſu. Sacerdos quidam acceſſit ad ſororem ſuam, putans certiſſime habere rem cum alia. Cui ſoror in confeſſione dicit illi ſacerdoti ſe eſſe illam ad quam acceſſerat. Sacerdos iſte notus eſt omnibus ſacerdotibus loci illius, ſimiliter habet tantum vnicam ſororem, teneturne reuelare hoc peccatum, vel circunſtantiam quantum in confeſſione nouerat, quam ſcit, vt Deus, non vt homo, Idem occurrit de ſacerdote, qui errante claue abſoluit à quo abſoluere non poteſt, puta ab excommunicatione, vel à peccato reſeruato ſuperiori, tamen ſi ille vult confiteri non poteſt non manifeſtare perſonam ab eo abſolutam in tali excommunicatione, vel crimine exiſtentem. v.g. ſi illo in loco, eſſent tantum tres ſacerdotes ſcilicet abſolutus indebite; abſoluens, & cui delictum confitetur in tali confeſſione in qua frangitur ſigillum confeſſionis anterioris?

Huic quæſito aliqui credunt ſatisfacere diuerſimodè tamen, aliqui reſpondent affirmatiuè alij negatiuè. Scotus, Paludanus, Adrianus, & nonnulli alij reſpondent negatiuè, & dicunt, quod iſti in ſua confeſſione debent ſubticere illam circunſtantiam. Et ad hoc dicendum mouentur ex hoc, dicunt enim, quod vinculum ſigilli ſtrictius eſt, quàm obligatio ad integram confeſſionem. Et quia ſupradicti confeſſarij ſciunt iſta, vt miniſtri Chriſti propterea in ſua confeſſione debent ſubticere illas circunſtantias, ne ſigillum confeſſionis aperiatur.

Quæſiti ſolutio.

Magiſter Dominicus à Soto ex oppoſito dicit falſum eſſe id, quod dicunt iſti ſcilicet, quod vinculum ſigilli magis liget, quam vinculum integritatis

Si operire coacta in cōfeſſione aliquid pertinēs ad ſigillū cōfeſſionis pōt cōfeſſarius ꝑ īegritate ſuę confeſſionis.

Digitized by Google

gritatis cõfeſſionis immo videtur minus ligare inquit Magiſter Sotus. Cum obligatio ſigilli ex obligatione confeſſionis emergat, at dato, quod in vtroque reperiatur æqualis obligatio, ad hoc, vt perfecta ſit confeſſio debet manifeſtare circunſtantiam aggrauantem, vel mutantem ſpeciem (licet videatur frangere ſigillum confeſſionis) Non ſpecificando tamen perſonam. Etiam quod confeſſarius ſecundus ex hoc veniret in cognitionem delinquentis complicis, in delicto pœnitentis, non eſſet tantæ infamiæ, hoc manifeſtare in confeſſione, quàm ſi manifeſtaretur extra, ratio eſt, quia & iſte alius Sacerdos ad ſigillum confeſſionis tenetur ſicut primus. Si tamen primus confeſſarius valde timeret de infamia ſui, vel complicis in delicto taceat pro tunc circunſtantiam, aliter non, vt confeſſio ſit integra.

Argumentum quartum.

Vltimum argumentum format Lector contra prædicta in ordine ad indignos miniſtros in religione, quod eſt tale: Occurrere poteſt quod ex cõfeſſione alicuius percipiatur talis eſſe indignus Prælaturæ, quam quærit, ergo in tali caſu confeſſarius debet contradicere promotioni. Cum grauiſſimum peccatum ſit eligere indignum, ſed ſi contradicit aliquo modo manifeſtat delictum habitum in confeſſione frangit ſigillum, ergo non eſt neceſſe in omni caſu ſeruare ſigillum confeſsionis.

Argumenti ſolutio. Quãdo quis ex confeſſione nouit aliquẽ eſſe indignũ ad Prælaturã nõ poteſt illi contradicere neque illi admittere, ad illa.

Huic argumento inquit Theologus ſatisfacit Doctor Angelicus dicendo, quod quando quis ex confeſsione nouit aliquem eſſe indignum Prælatum, vel Prælaturæ non debet illum ad Prælaturam promouere, & rationem aſsignat dicendo, quia multis alijs de cauſis poteſt ab alijs iudicari indignus Prælaturæ, quàm ex peccato, puta ex defectu ſcientiæ ſeu ætatis, vel alicuius alterius rei ſimilis, vnde contradicendo, vel non concurrẽdo in electionem non reddit ſuſpicionem de crimine, neque confeſsionem reuelat. Magiſter Porota obſeruat hanc doctrinam Angelicam, & dicit, quod Doctor Sanctus in hac reſponſione loquitur de rigore ſigilli, quod non abſtringit ad eligendum indignum ad Prælaturam, tamen ſi Prælatus ille poſſet declinare, ne intermitteretur in cauſa promotionis ipſius indigni, pro indigno cognito in confeſsione bene faceret ad euitandum ſcandalum puſillorum circa ſigillum confeſsionis, quod & pariter dicit de confeſſario, ſed ſi non poteſt declinare faciat, quod dictum eſt, non conſentiat, vel ſe opponat, cautè tamen vnum obſeruat Doctor Sanctus in reſponſione ad tertium ideſt ad argumentum præcedens ſcilicet, quod quando

Oſtenditur quid facere poteſt Prælatus ſciens via confeſſionis aliquos ſuos miniſtros eſſe idignos officio.

Prælatus via confeſſionis nouit aliquem eſſe indignus Prælaturæ debet illum admonere, vt Prioratum reſignet, & ſi reſignare noluerit, poteſt ex alia occaſione abſoluere ipſum à Prioratu, ita tamen, quod omnis ſuſpicio vitetur de confeſſionis reuelatione. Quando hoc facere non poteſt ſine tali reuelatione dimittat illum impunitum. Cum illa neſciat, vt homo, ſed vt Deus, vnde proprie illa neſcit quapropter non poteſt illum punire, neque publice, neque priuate. Iudex autem audiens delictum in confeſſione nullum ius habet puniendi, niſi iniungẽdo pœnitentiã in ſacramẽto pœnitẽtiæ.

Officiales ſunt in duplici differentia aliqui habentes iuriſdictionem annexam officio, puta Prioratus, aliqui hoc non habentes, vt ſacriſta Syndicus & c. primi non poſſunt amoueri ab officijs ſuis, bene ſecundi, vnde Prælatus via confeſſionis ſciẽs inhoneſtam vitam ſacriſtæ, vel ſindici, & ſimilium poteſt illos remouere à ſuis officijs, ſi nollent renuntiare (cum cautela tamen) ne reueletur confeſſio. Non poteſt tamen Prælatus priuare prioratu Priorem, niſi iuridice procedat contra eum, niſi ex via confeſſionis noſcat illum indignum eſſe. Et non ſolum Prælatus per talem notitiam non poteſt illum abſoluere, ſed neque inquiſitionem particularem contra eum facere, quo ad caſum ſibi reuelatum in confeſſione niſi alia via ad aures eius peruenerit. Et quod dicitur de Prælatis Eccleſiaſticis intelligitur etiam de iudicibus ſecularibus, qui per viam iniquorum confeſſariorum quærunt venire in cognitionem occultorum delictorum. Non enim ex tali iniqua notitia procedere poſſunt, ad inquirendum, & examinandos teſtes. Immo ſi dum procedunt in hac cauſã nouerint rem eſſe cognitam ex ſola via confeſſionis deſiſtere debent, & habere facta, pro non factis.

Contra hoc inquit Argumentator. Si verum eſſet, quod non poſſet quis procedere contra reum, per ea, quæ habet in confeſſione ſequeretur, quod ſi per viam confeſſionis Iudici conſtaret, quod illa nocte, eſſet capienda, & conburenda ciuitas ab iniquis hominibus, quod non poſſet illos capere, vel contra illos procedere, quod videtur falſiſſimum, ergo in tali caſu, videtur, quod Iudex hac via poſſit procedere. *Impugnatio.*

Theologus huic impugnationi reſpondet dicendo, quod in hac re debemus vti diſtinctione hac, vel Sacerdos manifeſtauit reos nominatim, vel in genere dixit, vigilate ſuper vrbem ne aliqua damna illi incurrãt, ſi primum fecit Sacerdos, non poteſt Iudex contra illos procedere, quia fuit iniquiſſima reuelatio. Si ſecundum dixit. Iudex vigilare poteſt, & debet, & obuiare malo illi. Et ſi nefarios, & iniquos illos comprahenderit in fragranti, ſua ipſorum tunc erit culpa ſi hac via puniantur. Et hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis ſatis dicta. Et ad alium caſum pergamus. *Impugnationis ſolutio.*

Caſus quintus de confeſſione informi, & de reitirabilitate eius.

VT igitur perfecte cognoſcere poſſimus virtutem confeſſionis in hoc caſu Lector diſputare vult de eius informitate, & reitirabilitate.

In caſu, ergo quærit Lector vtrum confeſſio poſſit eſſe informis.

In primo dubio inueſtigat An confeſſio informis valida ſit, vel neceſſario itiranda.

In ſecundo dubio, interrogat An confeſſio generalis ſufficiat ad delenda mortalia oblita.

In caſu, ergo quærit Lector vtrum confeſſio poſſit eſſe informis. Et more ſolito format argu- *Partis affirmatiuæ probatio.*

Digitized by Google

argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Quilibet tenetur ad confeſſionem mortalium: Sed ſi aliquis confeſſus eſt etiam in mortali exiſtens, non tenetur vlterius ad confitenda illa peccata. probatur hoc, quia cum nullus ſcire poteſt ſe charitatem habere nullus ſciret ſe confeſſum fuiſſe, ergo non eſt de eſſentia confeſſionis, quod ſit charitate formata, ergo poteſt eſſe informis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentum ſumitur ab auctoritate. Inquit enim Eccleſiaſt. 12. A mortuo velut quod non eſt perit confeſſio, ſed ille, qui non habet charitatem eſt mortuus. Cum charitas ſit vita animæ, ergo abſque charitate non poteſt eſſe confeſſio, ergo non datur confeſſio informis.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

THeologus tria intendit facere in caſu iſto, Primo diſtinguit confeſſionem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & pro maiori intelligentia illarum determinat dubia annexa tandem ſoluit argumenta partis negatiuę. Quoad primum dicit, quod confeſſio ſumitur dupliciter primo, vt eſt actus virtutis, & prout eſt ſacramentum. Prout eſt actus virtutis eſt actus meritorius proprie, & ſic confeſſio non valet ſine charitate, quæ eſt principium merendi. Prout eſt actus ſacramenti ordinat pœnitentem ad ſacerdotem, qui habet clauem Eccleſiæ, qui per confeſſionem confitentis conſcientiam cognoſcit ſecundo Magiſter Dominicus à Soto gratia explanationis tituli quæſiti dicit, quod talis defectus accidere poteſt confeſſioni, vt fiat non ſolum informis, ſed etiam inualida (hoc pro nunc non deſeruit propoſito noſtro) poteſt hoc etiam prouenire ex parte pœnitentis ex defectu intentionis, vel quia non fit integre, vel alijs de cauſis irrita poteſt fieri confeſſio, ſimiliter ex parte ſacerdotis confeſſio poteſt eſſe nulla, quia legitimam non habet iuriſdictionem, vel intentionem abſoluendi, Secundus ſenſus ad rem pertinens ideſt vtrum poſſit eſſe legitima confeſſio, quo ad ſubſtantiam ſacramenti, licet effectu gratiæ careat. Circa hunc ſenſum quæſiti præſentis obſeruandum eſt, quod nullum aliud ſacramentum dicitur informe (etiã quod careat ſuo effectu, & ſit inefficax) verum eſt, quod omnia ſacramenta ſunt cauſa gratiæ nullum tamen eandem gratiam recipit in ſe, quia eorum materia eſt extrinſecus appoſita ſuſcipienti. In hoc autem eſt peculiare, quod confeſſio quæ eſt actus pœnitentis ſit materia ſacramenti dicitur informari gratia, & charitate, quæ ſunt actus ſacramenti, ideo, quando ſacramentum eſt inefficax dicitur informis confeſſio. Et hoc eſt, quod quærimus ſcilicet ſi confeſſio poſſit eſſe informis.

Circa igitur hoc quæſitum duæ ſunt extremæ opiniones, in quarum medio veritas conſiſtit. Prima opinio in vno extremo eſt Ioannis Maioris in quarto diſtinctione decimaſeptima, quæſtione tertia, & quæſtione nona. Cui adhæret Adrianus, quæſtione quinta de confeſſione dubio quinto, conſiſtit in hoc, quod omnis confeſſio quomodocunque informis ob aliquid impedimentum gratiæ, eſt inualida, ac proinde iteranda, vnde dicunt, non poſſe confeſſionem (ſeruata ſubſtantia ſacramenti) eſſe informem. Et addunt, quod ad hoc, quod confeſſio valida ſit requiritur vera contritio pœnitentis per quam accedat cum gratia ad confeſsionem, vnde ex hac opinione, nullus ex attrito poteſt fieri contritus. Alia opinio pro alio extremo eſt cuiuſdam Ioannis de Gandauo dicentis, quod nulla confeſsio dummodo ſit integra, ex defectu contritionis fit irrita. Et iſte dicit, quod datur confeſsio informis.

Opinio tertia, eſt media, ad cuius intellectum ſupponendum eſt, quod confeſsio quæ non eſt valida quantum ad ſubſtantiam ſacramenti, neque informis dicitur, neque formata, quia non eſt confeſsio, vnde ad hoc, quod confeſsio ſit informis, vel formata ſupponitur, quod ſit confeſsio, differunt tamen in hoc, quod informis eſt imperfecta, & formata per gratiam eſt perfecta his ſuppoſitis, poſſumus ponere concluſiones, primo in quantum eſt actus virtutis, Secundo prout eſt pars ſacramenti.

Cõfeſſio qua ratione eſt actus virtutis non poteſt eſſe informis.

Concluſio prima, Confeſsio qua ratione eſt actus virtutis pœnitentiæ non poteſt eſſe informis.

Concluſio iſta probatur, Nam confeſsio ſicut contritio qua parte eſt actio virtutis eſt actus meritorius probatur hoc, quia nullum opus dicitur ſimpliciter, aut eſt officium virtutis niſi ſit Deo acceptum ex conſequenti niſi ex charitate procedat, quæ eſt principium merendi.

Concluſio ſecunda, confeſsio quatenus eſt pars ſacramenti poteſt quantum ad ſubſtantiam eſſe vera confeſsio, & eſſe confeſsio informis.

Cõfeſſio quatenus eſt para ſacramenti, quantum, ad ſubſtantiã poteſt eſſe vera confeſſio, & informis.

Probatur concluſio iſta. Nam confeſſio prout eſt pars ſacramenti nihil aliud eſt, quam quædam accuſatio, quam homo ſuam conſcientiam ſacerdoti clauibus Eccleſiæ fungenti, fideliter manifeſtat; At peccator, in peccato perſiſtens poteſt cuncta ſua peccata fideliter ſacerdoti manifeſtare, ergo confeſſio poteſt eſſe informis, nempè vt ſit impletio præcepti abſque effectu gratiæ. Similiter probatur, quandoque homo putat ſe eſſe in gratia, & charitate, & non eſt, quia non eſt bene diſpoſitus, vt requirit puritas ſacramenti, tunc confeſſio iſta quoad ſubſtantiam valida eſt, eſt informis, quia non eſt facta in gratia, & charitate, totum hoc habetur ex D. Thom. nam dato oppoſito ſequeretur, quod ſemper homo eſſet ambiguus, vtrum præceptum confeſſionis impleuerit, ſi ſola confeſſio facta in charitate eſſet confeſſio, & ſi confeſſio informis non ſatisfaceret præcepto Eccleſiæ, cum nullus hominum certus eſſe poſſit ſuam confeſſionem factam eſſe in gratia, ſi præparauit ſe eo modo quo debet.

Vlterius omnia alia ſacramenta poſſunt quo ad ſubſtantia operum impleri abſque gratia, vt honorare parentes ieiunare, & ſimilia, ergo etiam hoc in præcepto confeſſionis accidere poteſt, quod aliquis ſatisfaciat, quo ad ſubſtantiam operis præcepto confeſſionis, non autem, quo ad modum, hoc autem aliud non eſt, quidam confeſſio informis, ergo datur vera confeſſio, quo ad eſſentiam, & informis, quia facta fuit extra gratiam, Vlterius Baptiſmus ficte receptus eſt vere ſacramentum, ſi accipitur cum intentione recta, ergo & confeſſio, vel pœnitentia facta in peccato eſt vere ſacramentum ſi fit ea intentione, qua ordinauit Eccleſia, ergo ſicut datur baptiſmus fictus, datur confeſſio informis.

Impugnatio.

Contra hoc, nam conſequentia eſt nulla datur baptiſmus ficte ſumptus, ergo & confeſſio informis. Inquit Adrianus per bapiiſmum imprimitur character non autem per pœnitentiam, nec baptiſmus eſt reiterabilis, vt pœnitentiæ ſacramentum.

Impugnationis ſolutio.

Theologus dicit, quod impugnatio eſt extra propoſitum, quia eſſe reitirabile, vel irreitirabile non facit ad propoſitum. Ratio cur hoc conuenit baptiſmo, non eſt niſi, quia ſacramentum, & eius effectus ſunt duæ res diſtinctæ. Et ideo nihil obſtat, quo minus poſſit homo ſuſcipere ſubſtantiam ſacramenti ſine gratia, quæ eſt eius effectus. Quare licet baptiſmus nullum imprimeret characterem, id ipſum etiam accideret: veluti ſacramentum extremæ vnctionis, quod non imprimit characterem ſi ficte ſuſciperetur eſſet verum ſacramentum, ergo & confeſſio facta ab eo, qui non eſt in charitate, erit verum ſacramentum, ſi fiat ſecundum intentionem Eccleſiæ.

Acceptandi ſunt ad pœnitentiā illi, qui nolunt pro tunc relinquere peccata modo faciat confeſſionem etiam informem.

Veritas iſta habetur ab Aleſſandro tertio, ſcilicet, quod confeſſio poſſit eſſe informis, hoc enim Papa manifeſtat ſcribens Belucenſis Epiſcopo dixit enim quoddam ad confeſſionem de criminibus veniant, & quamuis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt abſtinere non poſſe.

Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod eorum confeſſiones recipere debes. Et eis de criminibus concilium exhibere, quia licet non ſit vera huiuſmodi pœnitentia, admittenda tamen eſt eorum confeſſio, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicanda. Dicta iſta recitantur in cap. de pœnit. & remiſ. Ecce, quod à non contrito poteſt fieri confeſſio ſacerdoti, verum ſi taliter eſt incontritus, vt ſe inſolubilem proponat (in quo caſu loquitur Papa) Confeſſio eius admittitur quidem ad audientiam pro ſalubribus monitis, & qualicunque pœnitentia à confeſſario imponenda, ſed non ad abſolutionem. Peccaret enim tunc peccato ſacrilegij, tam abſoluens quam abſolutionem recipiens, quoniam eorum quilibet contra formam abſolutionis veniret, & per hoc iniuriam in eſſentialibus inferret ſacramento. Non tamen propter hoc confeſſio illa eſt reſpuenda, ſed admittenda dicitur. Multo ergo magis in caſu noſtro informis confeſſio eſſet admittenda per hoc ſignificat. Nam ibi, & impœnitens eſt ipſe confitens, & impœnitentiam ſuam manifeſtat ille confeſſario. In caſu autem noſtro: neque impœnitens adeſt, ſed imperfecte pœnitens, & per conſequens impœnitentiam manifeſtare non poteſt. Ille non abſoluitur, iſte autem abſoluitur, ſed abſolutio non ſortitur ſuum effectum, ex culpa pœnitentis, vt igitur hæc omnia multo magis percipiantur proponamus dubium.

Dubium primum.

IN dubio quærit Lector vtrum informis confeſſio adeò ſit valida, quod non ſit reiteranda neceſſario, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua communis animi conceptio Theologorum eſt, quod aliqua confeſſio meritorie ſi reiterabilis, & aliqua ex neceſſitate, ſed confeſſio informis non eſt reitirabilis eſt meritoria proprie, ergo eſt talis ex neceſſitate, ergo neceſſario eſt reitiranda.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, talis ratio formatur. Finis præcepti non cadit ſub præcepto: ſed finis præcepti confeſſionis eſt, charitas, ergo non cadit ſub præcepto confeſſionis, quod ſit facta in charitate, ergo abſque gratia poteſt impleri, quo ad ſubſtantiam operis, vt oſtenſum eſt in caſu, ergo non eſt neceſſe, quod confeſſio informis reitiretur.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo ſex concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes. Quo ad primum cum Domino Caietano, quod dicit in hac materia ſunt duo errores extremi vitandi. Primus, quod omnis confeſſio informis ſit valida, & non reiteranda. Secundus error eſt, quod nulla confeſſio informis ſit valida, & per conſequens omnis ſit reititabilis. Veritas inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in medio conſiſtit, prout habetur quæſt. 5. de confeſſione apud ipſummet Dominum Caietanum ſententia eius media eſt, quod aliqua confeſsio informis eſt valida, & aliqua eſt informis, ſed non valida, & hæc differentia oritur ex cauſa: diuerſæ informationis confeſsionis, ex his cauſis percipi poteſt, quæ confeſsio informis ficta ſit, & quæ valida. Aliud notandum eſt circa cauſam informitatis confeſsionis. In confeſsione ſacramentali tria ſunt conſideranda ſcilicet confeſſor ſacramentum, & pœnitens ſacramentum autem conſtat ex tribus, contritione, confeſsione, & ſatisfactione, in omnibus iſtis poteſt accidere caſus, quo aliquis confeſsionem reitirare tenetur. Aliud fundamentum ponitur ſcilicet, quod hæc tria mutuo, ſe conſequuntur ſcilicet confeſsionem eſſe validam, & per illam impleri præceptum, ſaltem quo ad ſubſtantiam, & non eſſe iterandam.

Ob id enim, quod eſt valida ſit, vt præcepto ſa-

tisfaciat,

Digitized by Google

Confeſſio aliquando eſt reitirabilis ex parte confeſſarii aliquando ex parte pœnitentis aliquando ex parte ſacramenti.

tisfiat, ac perinde, vt non ſit iteranda, & econuerſo eo, quod non eſt valida, fit vt non ſit impletiua præcepti ac perinde, vt ſit iteranda. Quo circa iudicium vtrum ſit inualida non ſatis ſumitur ex eo, quia eſt informis. In illa enim perſpiciendum eſt, quæ ſit ficta confeſſio, & nihilominus valida hoc enim cognoſcimus ſi attendamus ad cauſam cur ſit informis. Quapropter, quæ inualida eſt non eſt confeſſio cum careat his, quæ ſunt de eſſentia confeſſionis. Iſta omnia diligenter ſunt conſiderанda ad placandas conſcientias puſillorum: Scrupuli enim, qui in hac materia magis moleſtant homines ſunt de reitiranda confeſſione, igitur pro placatione illarum ponamus concluſiones. At quia cõfeſſio redditur inualida, & reiterabilis aliquandò ex parte ſacerdotis, aliquando ex parte ſacramenti, aliquando ex parte pœnitentis, vt ordinate procedamus incipiendum decreui à confeſſario.

Confeſſio facta ſacerdoti non habenti iuriſdictionẽ, vel intẽtionẽ abſoluẽdi eſt inualida, & reiteranda.

Concluſio prima, Confeſſio, quæ fit ſacerdoti non habenti iuriſdictionem, vel intentionem abſoluendi eſt inualida, per illam non impletur præceptum, & eſt reiteranda. Probatur concluſio iſta. Nam abſoluere non eſt actus ſolus characteris ſacerdotalis per quam Sacerdos poteſtatem habet in corpus Chriſti, ſed exigit paterna iuriſdictionem. Cum abſoluere munus paſtoris ſit, vt aliàs dictum eſt, & quod manifeſtat Dominus dicendo Petro Paſce oues meas. Paſcere enim actus iuriſdictionis eſt, & propterea abſoluere attinet ad iudicium. Ex quo fit vt ſi quis bona fide confiteatur ſacerdoti, quem arbitratur habere iuriſdictionem. Cum primam rem ſciuerit ſcilicet eum non habere, tenetur iterum confiteri eodem anno, quia confeſſio non fuit maioris valoris, quàm ſi facta eſſet laico. Secundo accidere poteſt, quod formata ſit confeſſio, & tamen inualida. Formata non per gratiam ſacramentalem, ſed per illam, quæ datur virtute perfectæ contritionis, In caſu ergo præſenti, qui bona fide illegitimo ſacerdoti confitetur per ignorantiam tunc excuſatur quouſque ſciat non eſſe legitimum. Et ideo ſuo merito non fraudatur. Idemq; dicendum eſt de eo, qui eſt ſuſpenſus ab eadem iuriſdictione, vel excommunicatus nominatim, aut propter manifeſtam clerici percuſſionem, iuxta decretum Concilij Conſtan. Eliàs excommunicatos ab iſtis euitare non tenemur etiam ſi ſciamus eſſe excommunicatos inquit Magiſter Sotus. In 4. d. 18. q. 3. art. 3. Et ideo abſolutio ab ipſis impenſa tenet. Secus ſi ſunt ſuſpenſi, vel degradati.

Abſolutio data ab aliquibus ſacerdotibus excommunicatis tenet, & ab aliquibus nõ tenet.

Pari ratione ſi Sacerdos non habuit intentionem abſoluendi abſolutio eſt nulla, Sed hac ſolicitudine nemo debet turbari. Nam niſi manifeſtiſsime conſtaret, ſacerdotem non habuiſſe intentionem abſoluendi, certus pœnitens eſſe debet illa habuiſſe, & eſſe abſolutum, coram Deo, & in foro conſcientiæ.

Ex parte confeſſarii confeſſio quinq; modis poteſt eſſe inualidã non ſatisfactoria, & reiterabilis.

Vt igitur clarius percipiatur doctrina contenta in hac concluſione obſeruanda ſunt, quæ modo dicemus ſcilicet, quod ex parte confeſſarij quinque modis accidere poteſt confeſſionem eſſe inualidam non ſatisfactoriam præcepto Eccleſiæ, & eſſe iterandam, Primo ex defectu poteſtatis, Secundo ex defectu iuriſdictionis, Tertio ex defectu vſus, Quarto ex defectu formæ abſolutionis, Quinto ex defectu intentionis. Primo confeſſio inualida eſſe poteſt ex defectu poteſtatis, quia ſi non eſt Sacerdos ille cui confitetur, confeſſio illa eſt reitiranda, quia non eſt ſacramentalis, & poteſtas abſoluendi à peccatis accipitur in ordine ſacerdotali propterea non Sacerdos nec audire poteſt confeſſionem, nec abſoluere poteſt à peccatis, vt abunde loco ſuo in hac diſputatione declarauimus. Inualida etiam poteſt eſſe confeſſio ex defectu iuriſdictionis, vel ordinariæ, vel delegatæ. Probatur hoc: Abſoluere non eſt actus ſolius characteris ſacerdotalis inquit Sotus, in prima concluſione, vt dictum eſt, per quem Sacerdos poteſtatem habet in corpus Chriſti verum, ſed exigit præterea iuriſdictionem, qua abſoluere poſſit. Cum abſoluere ſit munus Paſtoris. Nam dixit Chriſtus Petro, Paſce oues meas, & Apoſtolis omnibus, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. Quando ergo Sacerdos non habens iuriſdictionem abſoluit, exercet poteſtatem ordinis ſuper non ſibi ſubditis. Hoc idem facit, qui abſoluit à reſeruatis ſuperioribus, ſi illi ſacerdoti limitata fuit iuriſdictio, ſi abſoluit à reſeruatis nihil facit, quia iuriſdictio eius, non ſe extendit ad peccata illa reſeruata, propterea pœnitens non eſt abſolutus ideo debet reitirare confeſſionem, quod tetigimus ſupra cum Magiſtro Dominico à Soto, dum diximus, cum primum rem ſciuerit eum non habere talem iuriſdictionem, tenetur iterum confiteri eodem anno, quia confeſſio fuit inualida nihilominus excuſabatur, quo adusque ignorabat illum non eſſe legitimum confeſſorem, vel carere tali authoritate. Inualida etiam poteſt eſſe confeſſio ex impedimento vſus, quia confeſſor eſt ſuſpenſus, vel degradatus, vel excommunicatus. Clarum eſt, quod ſi confeſſor eſt ſuſpenſus, vel degradatus, quod authoritatem abſoluendi non habet. Si autem eſt excommunicatus aliquando abſolutio tenet aliquando non. Confeſſio facta excommunicato occulto, ſi fiat bona fide, valet abſolutio, nec pœnitens peccat, nec ad reitirandam confeſſionem tenetur, etiam, quod ſciat confeſſarium eſſe excommunicatum occultum, ſi illi non adeſt copia confeſſoris.

Inducens cõfeſſarium excommunicatum occultũ ad audiendã confeſſionis ſine neceſſitate, & aduertenter peccat mortaliter, & confeſſio eſt inualida.

Obſeruandum tamen eſt, quod qui confitetur tali excommunicato cognito, ſine neceſſitate, aduertens, & cognoſcens, ſe peccare inducendo illum ad audiendam confeſſionem, quem ſcit non poſſe audire ſine peccato mortali, maxime ſi tale peccatum non confiteatur tali ſacerdoti, non eſt abſolutus, quia qui in mortali eſt, abſolui non poteſt, niſi conteratur, & confiteatur peccatum illud.

Immò ſi quis ſciret ſacerdotẽ eſſe in mortali, & induceret illum ad audiendam confeſſionem, ſi poſſet habere alium confeſſorem peccat mortali-

T 2 ter,

Digitized by Google

ter, & ſi non confiteatur hoc peccatum ſigillatim, non poteſt abſolui, & reiteranda eſt confeſſio, quia non eſt integra. Nauarrus c. 9. numero 7. In caſu neceſſitatis non peccat pœnitens, vtendo iure ſuo ſcilicet confitendo ſuo Curato. Et in tali neceſſitate excuſatur Parochus, nec peccat etiam, quod ſit excommunicatus, ſi tamen eſt contritus, & quærit ſe liberare ab ipſo vinculo excommunicationis, licet ei pro tunc exequi ſuum officium pro ſuo Parochiano. Si tamen non eſſet contritus, nec quæreret abſolutionē ab illo vinculo, vel ſi poſſet miniſtrare ſacra per alium ſacerdotem peccaret mortaliter ipſe perſonaliter exercendo ſacra, quæ exercere non deberet. Quarto inualida eſſe poteſt confeſſio ex defectu formæ, & eſt reiteranda confeſſio, quia forma non ponitur niſi in materia diſpoſita. Hoc accidit, quando ex culpa pœnitentis non datur abſolutio, in quo caſu tenetur iſte iterum confiteri, vnde ille qui confiteretur, & non abſoluitur, non implet præceptum de confitendo ſemel in anno, ex ſententia Nauarri cap. 10. numero 4. vbi dicit, quod ſi pœnitens non vult relinquere peccatum, & occaſiones propinquas peccandi, vltra quod non poteſt abſolui non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de confitendo ſemel in anno.

Cōfeſſio cui non ſequitur abſolutio eſt inualida, & reiterāda eodem anno.

Hoc idem ſentit Magiſter Dominicus à Soto loco ſupracitato, dicendo, quod hoc intelligit Concilio Trid. c. omnis vtriuſque ſexus, vbi iubetur, quod omnis Chriſtianus ſemel in anno confiteatur. Iubetur per conſequens, vt ſacramentum ſuſcipiat. At quia ille, qui non accepit abſolutionem (ex culpa ſua, ſacramentum non ſuſcipit, pœnitentiæ videlicet,) ergo non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ propterea in illo anno iterum debet confiteri, vt clarius apparebit in defectu de contritione. Vltimo loco ex parte confeſſarij confeſſio eſt nulla, & reiterabilis ſcilicet, quando confeſſor non habet intentionem abſoluendi. Intentio enim miniſtri in omni ſacramento neceſſaria eſt, & ſi pœnitens certus eſſe poſſet, quod in ſua confeſſione defuit intentio confeſſarij deberet reiterare confeſſionem, ſed quia de hoc cognitionem habere non poteſt, credat eſſe abſolutum, quia per contritionem Deo gratus efficitur, de reliquo, quia fecit, quod in ſe eſt excuſatur apud Deum. Si tamen acciderit, quod confeſſarius tactus dolore cordis de hoc illum admoneret, vt tutior eſſet in conſcientia poteſt reiterare confeſſionem, quoniam prior fuit nulla, quia cum in illa non reperiebatur ſacramentalis abſolutio, quæ eſt forma in ſacramento hoc.

Difficultas.

Lector ſe opponit dicendo, quod in caſu iſto, non videtur pœnitens iſte excuſari coram Deo. Nam ſecundum communem ſententiam Theologorum, ſi pœnitens accedat ad confeſſionem attritus tunc non eſt in gratia, at adueniente ſacerdotis abſolutione, virtute clauium, ex attrito, fit contritus, ratio eſt, quia in illo tunc infunditur gratia, & iuſtificatur. Quæro inquit Lector modo ſi quis attritus accedat ad cōfeſſionem, & Sacerdos non abſoluat ex defectu quocunque ſiue intentionis ſiue iuriſdictionis ſiue ex alia cauſa, vtrum ſi iſte moriatur poſt horam eſſet ſaluus. Ex vna parte videtur, quod non, quia non eſt in gratia. Ex alia parte videtur, quod ſic, quia facit, quod in ſe eſt, vt ſalutem conſequatur.

Difficultatis reſponſio.

Theologus huic difficultati per diſtinctionem reſpondet dicendo, vel loquimur de lege ordinaria, vel ex particulari dono Dei, ſi ſecundum legem ordinariam iſte non ſaluatur, quia virtute ſacramenti, neque in ratione attritionis fuit iuſtificatus. Si ex dono particulari, hoc poteſt concedi, quia ex Dei miſericordia forſitan ſaluatur. Secundo reſpondetur, vel iſte antequam moreretur ſuſcepit ſacramentum Euchariſtiæ, vel non ſi non ſuſcepit decidit ſine gratia, & ſic perijt (loquendo de lege ordinaria) ſi illud ſuſcepit, aut arbitrabatur ſe eſſe contritum, vel ſolum attritum. ſi accedit putans ſe non eſſe contritū, accepit Euchareſtiam in mortali, & manducauit ſibi iudicium. Si putauit accedere contritum, tunc ſuſcipiendo Euchareſtiam ſuſcepit gratiam, vt in tali propoſito loquens Doctor Sanctus; affirmat. 3. p. q. 79. art 3. Accipi qua de cauſa Angelicus Doctor ſuadet, omnes Chriſtianos ne relinquant aliquem, ſine viatico diſcedere, quoniam multæ vtilitatis eſt decedentibus ab hac vita, vnde infirmi omnem diligentiam adhibere debent in eligendis ſibi confeſſarijs ne tempore mortis illuſi maneant cum detrimento ſuarum animarum.

Omnibus viribus infirmus debet procurare optimū cōfeſſariū, & accipere ſanctam communionē antequā diſcedat ab hac vita.

Terminato primo puncto ſcilicet quibus de cauſis reitiranda ſit confeſſio, ex parte confeſſarij, nūc autem accedamus ad ſecundum punctum, & videamus quando reitiranda eſt confeſſio ex parte ſacramenti, quod accidere poteſt ex tribus iuxta tres partes ſacramenti pœnitentiæ, Primo ex defectu contritionis, Secundo ex defectu confeſſionis, Tertio ex defectu ſatisfactionis. Accedamus ad primum punctum, poſtea ad ſecundum & tertiū,

Concluſio 1. Confeſſio reitirabilis eſſe poteſt, vel ex parte contritionis, vel cōfeſſionis, vel ſatisfactionis

Primo reitiranda eſt confeſſio ex parte contritionis ſcilicet, quando pœnitens ficte accedit. At quia fictio in confeſſione pluribus modis poteſt cadere, declarandi ſunt modi fictionis ad hoc, vt intelligatur, quando ex fictione, vel ex propria culpa confeſſio ſit reiteranda, quatuor modis igitur quis ad confeſſionem accedere poteſt, primo quando ita eſt indiſpoſitus vt nullum pœnitus dolorem, ſeu deteſtationem peccati habeat. Confeſſio iſta eſt nulla, & iſte eam reiterare debet. Ratio Capreoli in 4. d. 17. q. 2 art. 1. eſt quia vbi non eſt dolor, ſeu deteſtatio peccatorum non eſt contritio, & vbi non adeſt contritio, confeſſio inde ſecuta nullā habet imaginem accuſationis, ideo potius dicenda eſt ſimplex narratio peccatorum, quam accuſatio.

Accedere ficte ad cōfeſſionem contingit quadrupliciter.

Hoc idem confirmat Magiſter Dominicus à Soto dicendo in quarta concluſione loci ſupracitati, vbi nulla prorſus eſt deteſtatio peccati, quæ aliquo ſaltem modo eſt attritio, nulla eſt confeſſio, ſiue fictionem illam confiteatur, ſiue non, talis eſt confeſſio impenitentium, quod confirmat D. Antoninus in fine. §. quinti. 3 p. tit. 14. ca. 19. Et Magiſter Poteta in ſuo notando ſecundo, ad

tertium

tertium, primi art.q.9. in ſupplemento. 3.p. Ibi enim dicit.

Propoſitum abſtinendi à peccato in futurum contingit tripliciter, vel non abſtinendi.

Si ergo taliter deficeret contritio, quæ ex diſplicentia præteritorum peccatorum, & ex propoſito vitandi futura conſurgit, eſſet proculdubio reiteranda confeſſio, quia in iſto non reperitur voluntas relinquendi peccata, ſed tantum quædam veleitas, ſecunda fictio in confeſſione eſt quando pœnitens de præteritis dolet, non tamen proponit abſtinere in futuro, tunc enim ficte ad confeſſionem accedit, quod ſic oſtendo. Proponere abſtinere à futuris poteſt, quis tripliciter: Primò per actum poſitiuum contrarium actualiter. Et hoc accidit quando homo dolet de peccatis præteritis vtique, cum hoc tamen actualiter proponit de nouo illa non relinquere. v.g. dolet quis de perſecutione facta contra inimicum ſuum, attamen deponere non vult odium, nec parcere illi intendit, ſimiliter concubinarius dolet apud ſe detinuiſſe concubinam in domo ſua, qua de cauſa, non vult, quod in eadem domo maneat tempore Hebdomadæ Sanctæ, & ſequentis donec confiteatur, & communionem recipiat. Cum hac tamen firma intentione, vt tranſactis illis diebus, inducere eam iterum in domum ſuam. Et ſic dicendum eſt de ſimilibus. Secundo quis proponere poteſt non abſtinere à futuris per actum poſitiuum non contrarium actualiter, bene tamen habitualiter. Hoc fit quando pœnitens non proponit peccatum ſequi actaliter, vt in primo caſu, tamen illud relinquere, & mutare vitam non intendit. Hoc accidit quibuſdam vſurarijs, & concubinarijs, & ſimilibus dolentibus de peccatis præteritis, itaquod nollent amplius in futurum peccare, tamen quia in peccatis illis inuoluti ſunt. Ille non proponit in præſenti relinquere vſuram, nec iſte concubinam cogitat dimittere, nec ille alium aliud peccatum cuius eſt ſeruus. Huiuſmodi fictiones in vtraque acceptione imperfectorum ſunt, ideo iſti omnes tenentur eadem peccata iterum confiteri ex doctrina Doctorum peritorum. Tertio modo quis proponere poteſt non abſtinere in futuro à peccatis per actum negatiuum. Et hoc facit homo, dum pœnitet Deum, & animam ſuam, & proximum ſuum ſimiliter offendiſſe. Nec cogitat actualiter, vel habitualiter eum amplius offendere, verum non proponit actualiter vt decet à peccatis abſtinere, quia ad hoc non attendit, neque illud conſiderat. De numero iſtorum inquit Dominus Caietanus loco ſupra citato eſt maior pars Chriſtianorum. Iſti dicuntur habere propoſitum abſtinendi in futuro, & vocatur attritorum perfectorum. Iſti cum ſacramentalem abſolutionem recipiant, dicuntur ſatisfaciſſe præcepto de confitendo ſemel in anno. Et tali fictione recedente, per ſubſequentem contritionem ideſt per actualem deteſtationem peccatorum gratiam ſuſcipiunt, ſi diligenter attendunt.

Accedamus ad tertiam fictionem, tertia fictio igitur eſt quando quis dolet de peccatis, cum propoſito abſtinendi in futurum, tamen dolor ille eſt mixtus, quia dolet de peccatis, non quia ſibi peccata diſpliceat, ſed quia timet Deum vultorem ſeuerè peccata punientem, & quantum ſit de ſe nollet illas pęnas inuenire, vt ſine timore poſſet in peccatis delectari. Iſte taliter accedens ad confeſſionem non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, ſed in hoc facto nouum peccatum committit, & tenetur reiterare confeſſionem.

Quartus defectus ex parte contritionis eſt, quando quis non habet dolorem ſufficientem, & cognoſcit ſe illum non habere, & non confitetur talem defectum. Confeſſio ex tali fictione nulla eſt cum non ſit integra, quia inſufficientia illa imputatur ad peccatum.

Si vero confitetor illam, & abſoluitur tunc ſatisfacit præcepto Eccleſiæ quantum ad ſubſtantiam præcepti de confitendo ſemel in anno, vnde non tenetur iterare confeſſionem. Nihilominus pro tunc non conſequitur gratiam ſacramentalem. Recedente fictione tunc pœnitens incipit percipere fructus abſolutionis ſicut, & in alijs ſacramentis inquit Doctor Sanctus.

Quæſitum.

Reſponſio. Sine maxime dolore peccatorũ in confeſſione non acquiritur gratia ſacramentalis.

LEctor occaſione dictorum in hac concluſione, & in hoc vltimo puncto quærit. Quantus eſſe debet dolor ad acquirendam gratiam ſacramentalem in confeſſione. Reſpondet Theologus, quod dolor iſte dupliciter intelligi poteſt, abſolutè, & cõparatiuè. Abſolutè maxime eſſe debet ex parte voluntatis, ita quod odio habeatur peccatũ, ſuper omne odibile inquit Caietanus Illuſtriſſimus, vt clarius apparebit in diſputatione de contritione. Qui verò maiorem dolorem nõ habet de peccato, quam de quocunque damno ſibi illato, occaſione peccati commiſſi, non eſt diſpoſitus ad gratiam ſacramentalem, & dolor talis comparatiue, debet reperiri in confeſſione. Sed quia in moralibus exẽpla magis mouent quã verba ponã exemplum. Adeſt hic quidam nobilis, qui gratia vindicandi iniuriam acceptam occidit inimicum, hoc peracto conſiderat actum iſtum, & gaudet de ſua dignitate recuperata ex tali occiſione & de gloria acquiſita in mundo hoc medio magis, quã ſit de commiſſo homicidio cõtra legem Dei. Iſte plus mundi, quàm Dei honorem magnificat propterea talis dolor de homicidio non ſufficit in confeſſione, vnde qui pro tunc non poteſt habere maiorem dolorem de homicidio perpetrato, quã diſcomplacentia de honore recuperato, doleat non poſſe habere maiorem dolorem, ſi antẽ non vult dolere non eſt capax abſolutionis, & vt ad punctum difficultatis veniamus.

Pœnitens ſi non habeat debitã cõtritionem dum accedit ad cõfeſſionẽ doleat, aliter nõ obtinet gratiam.

Sufficit vt homo ſimpliciter loquendo maiorem diſplicentiam habeat de peccatis propter Dei offenſam, quàm de omni alia re mundi, cum propoſito, non amplius peccandi, ſaltem doleat ſummopere non habere talem diſplicentiam, & dolorem. Et dato caſu, quo quis putat habere dolorem ſufficientem ad confeſſionem requiſitum, & illum abſoluat Sacerdos, ſub tali credulitate exiſtentem, ſi autem credulitas illa non eſt culpabi-

lis, nec ex craſſa ignorantia naſcatur non eſt reitirabilis confeſſio, aliter ſic. Et hoc eſt, quod inſinuat Doctor Sanctus in corpore dicendo, confeſſio informis prout eſt pars ſacramenti ſic ordinat pœnitentem ad ſacerdotem, vt clauibus Eccleſiæ ſe ſubijciat. Et licet tunc non percipiat fructum abſolutionis tamen recedente fictione percipere incipiet, quia tunc non eſt contritus, recedente fictione fit contritus. Ex quibus verbis habemus, duplicem eſſe contritionem perfectam, & imperfectam, relicta perfecta, de qua aliàs eſt loquẽdum, & loquamur de imperfecta, quæ neceſſe accedente actuali ſacramento ſufficit ad acquirendam gratiam Dei. Contritus prima contritione imperfectè, accedens ad confeſſionem virtute clauium fit perfectè contritus, quoniam ex attrito fit contritus, ſecundus non fit per confeſſionem contritus, ratio quia quando accedit ad confeſſionem non erat in gratia, nec ſub manu confeſſoris accepit gratiam. Non tamen iſte tenetur de nouo confiteri, quia taliter confeſſus ſubiecit ſe clauibus Eccleſiæ omnia integraliter confitendo, putans ſe habere contritionem ſuorum peccatorum, licèt ſit imperfectiſſima penitudo, dummodo peccata illa manifeſtet confeſſario, prout illa habet in corde. Sed quia frigide de illis eſt attritus à Sancto Thoma vocatur fictus, non malitioſe, ſed ignoranter. Nam ſecundum ſuam exiſtimationem non habet in corde ſuo illum malum affectum, aliter confiteretur de hoc, quod ſi non faceret non confiteretur omnia ſua peccata. De ſubſtantia autem confeſſionis eſt narrare peccata omnia etiam occultiſſima cõfeſſario. Sed quia impoſſibile eſt ſi vere cõfiteatur, quod quis confiteatur peccata ſua, ſine aliquali diſplicentia, quoniam ille, qui confitetur peccatum ſuum proponere debet illud, vt malum proprium quod deſiderat cauere, quod non facit, qui non confitetur, ſed narrat peccata, tanquam rem factam de ſatisfactione ſenſus ſui.

Oſtenditur quando quis virtute clauium ex attrito fiat contritus, & quãdo non, niſi recedente fictione.

Difficultas.

INter thomiſtas eſt controuerſia de intelligentia verborum D. Thom. de illo, qui accedit ad confeſſionem non attritus, qui pro illo tunc non accipit fructum ſacramenti accipit tamen (recedente fictione) vt accidit in baptiſmo, & in alijs ſacramentis, Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod hoc non verificatur niſi in ſacramento baptiſmi, & arbitratur, quod Doctor Sanctus non ſit contrariæ opinionis, licet dicat in 4. d. 18. apud Sotum, quod hoc ſit proprium ſacramentorum imprimentium characterem, & pœnitentiæ ſacramenti. Nam inquit ipſe Magiſter Sotus, quod Angelicus Doctor loquebatur ſecundum opinionem communem, quod dictum in ſumma correxit, aſſignando baptiſmo hanc proprietatem vlterius dicit, quod D. Th. hoc dictum correxiſſet in ſumma, niſi fuiſſet morte præuentus.

Capreolus, Caietanus, & alij Thomiſtæ oppoſitum tenent dicunt ſententiam hanc eſſe veriſſimũ, & ꝙ non eſſet retractãda, ſed ſolida manere.

Quærit Lector Theologus ad concordantiam redicere hos doctores, dicendo, quod de fictione iſta loqui poſſumus dupliciter, vel ex parte pœnitentiæ in ſe, vel in ordine ad contritionem futuram pœnitentis. In primo ſenſu pœnitentia non habet de ſe, vt recedente fictione ſortiatur ſuum effectum, ſed hoc habet ratione contritionis, vnde cum fictio illa recedat per contritionem pœnitentis, ſatis eſt, quod talis fictus conteratur, & confiteatur denuo ſuam fictionem ad hoc, vt acquirat gratiam ſacramentalem. Non tamen eſt neceſſe, vt reiteretur confeſſio, cum ſinceriter fuit facta non tamen debito modo, ſufficit enim accuſare huiuſmodi tepiditatem ſpiritus quantum ad debitam præparationem ad confeſſionem ipſam.

Recedente fictione pro... confeſſionis ſinceriter facta ſacramentum ... ſortitur ſuũ effectum nec eſt reitiranda cõfeſſio.

Accedamus ad ſecundum principale requæſitum ex parte ſacramenti, quod eſt confeſſio. Confeſſio tunc eſt reitirabilis, quando quis ſine cauſa legitima dimidiat confeſſionem abſcondendo confeſſario ſcienter aliquod peccatum mortale, aut circunſtantiam neceſſariò confitendam, etiam quod hoc faciat ex ignorantia craſſa. Si autem hoc procederet ex inaduertentia confeſſio non eſſet reititanda, ſatis eſſet in reconciliatione manifeſtare tale peccatũ confeſſario illi ſi eſt poſſibile eum habere, vel alio, ſimiliter faciendum eſt quo ad circunſtantiã ſupradictã. Ex quibus apparet errorem quorumdam Hypochritarum, qui confitentur vnam partem ſuorum peccatorũ, vno cõfeſſario, & aliam alio, vt non videatur tam grauis peccator, vt eſt, ſimiliter eſt maxima fictio producens hunc effectum, verecundia, vel timor, quæ facit abſcondere peccata turpia, vel ſi illa manifeſtant non ſe accuſant, ſed excuſant, & quia iſti, & ſimiles non integre, & ſinceriter confitentur confeſſio illorum nulla eſt, & venit reitiranda. Aduertat confeſſarius dum audit mortale, in alia confeſſione oblitum interrogare pœnitentem ſi dum confeſſus fuit tunc diligenter examinauerit conſcientiam ſuam, vel non. Quoniam ſi oblitus eſt delicti ex eo, quia non fecit, quod in ſe erat debet reitirarè confeſſionem præcedentem. Si autem peccatum adhæreat tunc memoriæ, ſed non dixit illud ex aliqua iuſta cauſa ſatis eſt narrare peccatum relictum. Et vt hoc facilius percipiatur obſeruanda ſunt quæ modo dicemus.

Concluſio 3. Occultare aliquid in cõfeſſione facit illam inualidam, & reitirabilem.

In tribus caſibus aliquis poteſt tacere peccatum in confeſſione. Primo quando imminet periculum animæ, vt accidit de puella ſi aperiret amorem ſuum erga ſacerdotem. Secundo quando imminet periculum vitæ, vel famæ pœnitentis, vt occurrit in occiſione parentis confeſſarij. Tertio quando aliqua circunſtantia neceſſaria dici non poteſt ſine manifeſtatione tertiæ perſonæ puta ſocij in crimine. In his caſibus abſque vitio, & detrimento confeſſionis, quod tunc poteſt pœnitens tacere peccatum aliquod, vel aliquam circunſtantiam peccati, quando non adeſt copia confeſſoris cui ſine aliquo periculo poſſet commode, & cum omni fiducia confiteri peccata omnia, & circunſtantias. In quibus caſibus pœnitens poteſt alia peccata confiteri. Et illud de quo dubitat tacere,

Oſtenditur qbus de cauſis licet tacere aliqđ peccatum in confeſſione.

cum

cum propoſito confitendi illud, quam primum occurrerit opportunitas confeſſarij cui ſyncere poſſit abſque ſcrupulo manifeſtare relicta peccata, vel circumſtantias. Semotis iſtis occaſionibus confeſſio mediata neceſſario eſt reititanda. Hoc enim clare manifeſtat Illuſtriſsimus Dominus Caietanus in ſummula dicendo, quod confeſsio mutilari poteſt dupliciter, directè, vel indirectè. Directè, dum quis ex verecundia, vel ex puſillanimitate, vel alia de cauſa peccatum aliquod mortale, vel circumſtantiam neceſſario confitendam reliquit. Mutilatio iſta ſacrilega, mortale peccatum eſt, faciens confeſsionem irritam, per conſequens reiterandam. Et hæc mutilatio non ſinit recipere fructum ſacramenti dummodo procedat ex craſſa negligentia. Cum talis non accedat eo modo quo debet ad hoc ſacramentum ideo reiteranda eſt cõfeſsio. Indirectè autem mutilare, quis poteſt confeſsionem ſine peccato, quando non adeſt copia confeſſoris, vt in caſibus ſupra nominatis, in quibus non eſt neceſſe reiterare confeſsionem, ſatis eſt manifeſtare confeſſario delictum relictum, vel circumſtantiam non declaratam alteri confeſſori, & qua de cauſa hoc fecit.

Mutilari peccata in confeſſione contingit dupliciter directè, & indirectè.

Concluſio quarta.

TErtia pars ſacramenti eſt ſatisfactio, ex cuius defectu aliquando reititanda eſt confeſſio. Et hoc accidit quando pœnitens in accipienda pœnitentia vilipendebat illam, non intendens illam adimplere, tunc confeſſio non valet, nec abſolutio tenet, & per conſequens confeſſio eſt iteranda, non ratione ſatisfactionis, ſed ratione malitiæ, per conſequens non integræ confeſſionis, cum non explicatur in confeſſione voluntas non ſatisfaciendi, licet hoc facere promittat confeſſario, hoc eſt peccatum non detectum in confeſſione, quod reddit illam inualidam. Si tamen dum à ſacerdote iniungebatur pœnitentia, illam ſincero animo acceptauit, & poſtea illam non adimpleuit, culpabiliter, vel non culpabiliter, non tenetur reitirare confeſſionem bene manifeſtare debet cõfeſſario quare dimiſit illam, & illam adimplere quam primum debet, quia ſi culpa ſua illam amittit peccat mortaliter. Si ex obliuione hoc fecit peccauit venialiter. Quomodocunque ſit in tali caſu non tenetur ex hoc reiterare cõfeſſionem. Ratio eſt, quia ſatisfactio non eſt de eſſentia ſacramenti pœnitentiæ, licet ſit de eius integritate. Datur enim pœnitentia in confeſſione pro ſatisfactione pœnæ peccati commiſſi, quæ facienda eſt in hoc mundo, vel in purgatorio. In ſignum huius veritatis, inquit D. Antoninus tripliciter confeſſor imponit pœnitenti aliquid. Primo per modum conſilij, ſicut cum admonet eum quotidie orare, eleemoſynas facere, & ſimilia: ad iſta pœnitens non tenetur ex neceſſitate. Secundo iniungit aliquid per modum declarationis illius, ad quod tenetur ex conſcientia, dicendo, quod ieiunet in Quadrageſima, quod accipiat ſanctam communionem in Paſchate, quod reſtituat aliena, & ſimilia. Tertio aſſignat pro pœnitentia delictorum dum dicit, quod pro ſuis peccatis dicat tales orationes, faciat tales eleemoſynas, viſitet tales Eccleſias &c. Ad iſta pœnitens tenetur, ſub reatu mortalis, poſt acceptionem talis pœnitentiæ. Ratio eſt, quia ſi non adimplet illam contrafacit præcepto obedientiæ, non enim debebat illam acceptare, niſi illam facere intelligebat. Si autem vult ſoluere illam ſatis eſt accuſare negligentiam ſuam.

Reperiuntur defectus aliqui ex parte ſatisfactionis inualidantes cõfeſſionem tūc reiterabilis eſt confeſſio iſta.

Triplici de cauſa confeſſor dat pœnitentiam pœnitenti in cõfeſſione.

Ex iam dictis patet, quando iteranda eſt confeſſione ex parte confeſſarij, quando ex parte ſacramenti, tunc reſtat, vt videamus quando ſit reitiranda ex parte pœnitentis, pro quo membro ponenda eſt iſta concluſio reſponſiua quæſito.

Concluſio quinta. Duplici de cauſa confeſſio eſt reitiranda ex parte pœnitentis. Primo ex defectu intentionis, Secundo ex defectu impedimenti reperti in ipſo pœnitente. Et manifeſtatur ſic concluſio iſta. Quando quis accedit ad ſacramentum confeſſionis cum animo, non ſe accuſandi coram Deo, ſed vt appareat bonus Chriſtianus, & ne à ſuperioribus puniatur, vel vt ad aliquod malum peragendum inducat confeſſarium.

Duplici de cauſa ex parte pœnitentis confeſſio eſt reiterãda neceſſario.

In his caſibus confeſſio eſt nulla cum non debito modo ſit facta, quia ordinata eſt ad malum finem & non ad finem intentum confeſſionis, qui eſt vt confeſſio ſit facta coram Deo cum ſpe obtinendi veniam, ſecundo confeſſio eſt reitiranda, quando adeſt aliquod impedimentum in pœnitente, puta ſi pœnitens eſt excommunicatus, quia primo debet abſolui ab excommunicatione poſtea à peccatis loquendo ſecundum iura.

Pro cuius maiori intelligentia obſeruandum eſt ex Ricardo in 4. d. 18. art. 9. q. 4. quod aliquis dupliciter poteſt eſſe excommunicatus, primo iuſte, ſecundo iniuſte Nauarrus in Manuali cap 9. numero 3. tenet, quod ſi quis primo abſoluit (quemcunque excommunicatum à peccatis) quam ab excommunicatione, quod valida ſit abſolutio, & ad hoc dicendum mouetur, quia inquit non eſt defectus in eſſentialibus talis modus procedendi licet ſit prohibitus, peccat tamen, qui abſoluit, & qui eſt abſolutus ſi hoc ſcienter fit, tenet inquit abſolutio, quia multa facta tenent, quæ non ſunt facienda. Nihilominus, qui procurat abſolui à peccatis, ſciens ſe eſſe excommunicatũ debet reitirare confeſſionem, non quia excommunicatio impediat abſolutionem peccatorum, inquit ipſe, ſed quia excommunicatus accedit cum conſcientia peccati mortalis contrafaciendo ordinationi Eccleſiæ. Hæc Nauarrus, Ricardus autem loco ſupracitato dicit, quod ille, qui iuſte eſt excommunicatus, & ſcit hoc, non poteſt primo abſolui à peccatis quam ab excommunicatione, quia qui oppoſitum facit Eccleſiam contemnit. Ille autem, qui iniuſtè eſt excommunicatus, & qui totis viribus quærit abſolutionem ab excommunicatione tenet, quod ſit abſolutus coram Deo, non tamen, quod poſſit abſolui ab homine, niſi ſit prius abſolutus ab excommunicatione, quod oſtendit vſus Eccleſiæ. Ex quibus habetur clare, quod canonice procedendo nemo abſolutus eſt à peccatis, excommu-

Nullus excõmunicatus poteſt prius à peccatis abſolui quã ab excommunicatione.

Digitized by Google

communicatione remanente. Immo ſententia D. Thom. Syl. Soti, & Thomiſtarum eſt, quod abſolutio peccatorum facta ſupra excommunicatum non teneat. Cuius ratio deſummitur ex definitione excommunicationis, quæ eſt iſta ideſt, quod omnis excommunicatus à paſſiua ſacramentorum participatione priuatur, & per conſequens ad ſuſcipiendam ſacramentalem abſolutionem peccatorum ſuorum inhabilis redditur. Et in hoc facto, nulla ignorãtia excuſat, vnde ille qui abſolutus eſt à peccatis manens ſub excommunicatione, debet reiterare confeſſionem, & prius abſolui ab excommunicatione poſtea à peccatis, Dicat Nauarrus quidquid ſibi placet. Et licet ipſe dicat, quod quando abſoluitur à peccatis priuſquam ab excommunicatione non ſit defectus eſſentialis, nos dicimus oppoſitum, quoniam tunc forma datur ſuper indebitam materiam ſacramenti pœnitentiæ, forma eſt abſolutio, materia proxima ſunt actus pœnitentis. Clarum eſt, quod non introducitur forma niſi in materia diſpoſita bene per Ariſt. excommunicati actus, non ſunt materia bene diſpoſita: quia priuatur excommunicatus, a participatione paſſiua ſacramentorum, ergo abſolutio peccatorum non operatur nec introducitur in illo niſi prius ſit abſolutus ab excommunicatione.

Concluſio 6.

Epilogus.

Summa omnium caſuũ propter quos eſt reiteranda confeſſio.

REitirare confeſſionem quamlibet, non ex diffidentia, ſed ex humilitate vtilis eſt, neceſſarium tamen eſt reititare illam quando in ea reperiatur defectus, vel ex parte ſacerdotis, vel ex parte ſacramenti, vel ex parte pœnitentis, ex parte abſoluentis ſi abſoluens non eſt Sacerdos, vel non habet iuriſdictionem, vel priuatus eſt vſu miniſtrandi, vel ex forma, quia non vtitur debita forma, vel quia non intendit abſoluere, vel ſi vtitur debita forma, & recta intentione pœnitens ex culpa ſua non eſt capax abſolutionis, vel non intendit dimittere culpam. Ex parte ſacramenti ſi nõ adeſt contritio, vel integra confeſſio, vel ſi eſt excommunicatus pœnitens, vel non intendit ſatisfacere pro peccatis prout promittit ſacerdoti. His igitur ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

INſtantiæ pro vtraque parte vtique rectè concludunt inquit Theologus in bono ſenſu iuxta diuerſas concluſiones in deciſione dubij poſitas. Quando confeſſio informis eſt valida non eſt reitirabilis ex neceſſitate; ad bene eſſe, & vtiliter quidẽ ſic, quando autẽ non eſt valida reiticabilis eſt omnino ex quacunque parte hoc proueniat ſiue ex parte miniſtri, ſiue ex parte ſacramenti ſiue ex parte pœnitentis, vt clare patet in declaratione concluſionum in deciſione dubij, ad quas eſt recurrendum prout difficultates requirunt. Et hæc ſint pro dubio iſto, pergamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector. An confeſſio generalis ſufficiat ad delenda peccata oblita. Dubium hoc occaſione præcedentis proponitur, dictum eſt (ſecundum cõmunem opinionem Theologorum) quod aliqua cõfeſſio eſt reiterabilis ex neceſſitate, aliqua vtiliter & ad bene eſſe, & in pręcedenti dubio declaratum eſt, quando ſit reitirabilis ex neceſſitate. In hoc dubio videndum eſt quantæ vtilitatis ſit confeſſio generalis omnium peccatorum etiam recte cõfeſſorũ, Et pro vtraque parte formandæ ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua. Ille qui ſincerè confitetur veniam conſequitur niſi ſit fictus. Sed ille, qui confitetur omnia peccata, quæ in memoria habet aliquorum oblitus, non eſt fictus ex hoc, cum ignorantiam facti patitur, quæ à peccato excuſat, ergo veniam conſequitur, & ſic peccata, quæ oblita ſunt relaxatur. Cum impium ſit dimidiam veniam ſperare.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Peccatum per confeſſionem delectum non eſt neceſſarium confiteri, ſi ergo peccata oblita per confeſſionem generalem dimitterẽtur, nõ eſſet neceſſarium, quod cum ad notitiam redeunt confiterentur, quod falſum eſt, ergo per confeſſionem generalem non remouentur peccata oblita præcipuè mortalia.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſaria pro intelligentia dicendorum, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit Angelicus Doctor, quod confeſſio operatur, præſuppoſita contritione, quæ culpã delet, qua ſtante confeſſio ordinatur ad deletionem peccati, Secundo obſeruandum eſt, quod duplex eſt confeſſio generális, vna ſacramentalis facta coram confeſſario, dum fit particularis confeſſio, & hoc fit dum dicit pœnitens.

De his confeſſis, & de omnibus alijs quorum memoriam non habeo dico meam culpam, & peto abſolutionem: alia non eſt ſacramentalis, ſed extra ſacramentum, qualis eſt confeſſio facta in Complectorio, & ad primam, de hac ſecunda non eſt quæſtio, quia tantum ad remiſſionem venialium eſt ordinata. Prima etiam diuiditur alia eſt confeſſio generalis, quæ fit à perſonis deuotis, qui intendunt in eadem confeſſione manifeſtare omnia peccata vitæ ſuæ aliàs confeſſa de quibus fuit abſolutus de hac etiam non eſt difficultas, quia actualiter confitentur non ſunt oblita, & ex intentione ſunt abſoluta, quæ confeſſio valde vtilis eſt præcipue, tempore aliquarum ſolemnitatum, & Iubilei. Alia dicitur confeſſio generalis, quam facit pœnitens in quacunque ſua confeſſione particulari, poſt narrata peccata omnia, quæ ad memo-

Confeſſio generalis peccatorũ alia eſt ſacramentalis, alia non ſacramentalis.

riam veniunt de hac confeſſione, modo eſt quæſtio ſi per illam ſcilicet dimittantur in illa confeſſione, per eandem abſolutionem omnia peccata mortalia oblita. His ſtantibus reſpōdetur quæſito.

Confeſſio generalis, facta poſt particularem coram ſacerdote ſufficit ad delenda mortalia oblita.

Per confeſſionem generalem peccator obtinet abſolutionem omnium mortalium oblitorum in confeſſione, vi clauium quibus confitens ſe ſubijcit, ſi nullum obſtaculum ponat ex parte ſui. Probatur hoc, quia erubeſcentia confeſſionis peccati pœnam minuebat quam meruerat pro culpis ſuis: At pœna peccati illius de quo quis ſpiritualiter coram ſacerdote non erubuit non eſt diminuta. Ex his ſequitur vnum corrollarium reſpondens formaliter ad titulum quæſiti ſcilicet confeſſio generalis ſufficit ad mortalia oblita excuſabiliter delenda, directè quo ad pœnam pro quanto ſpectat ad vim clauium ſolummodo, & quo ad culpam præſuppoſitiuè. Probatur ſic intentum. Confeſſio actualis generalis, ordinatur directè ad remiſſionem pœnæ ex vi clauium etiam, quod ſpecialiter non exprimatur peccatum excuſabiliter oblitum, ex erubeſcentia magis dimittitur peccatum, quæ non reperiretur in confitente niſi ſpecialiter exprimeretur peccatum, quod ad memoriam venit.

Concluſio iſta confirmatur authoritate Concilij Tridentini ſeſſione 14. capitul. 5. ibi enim inſinuat, peccata mortalia oblita in confeſſione generali dimitti, dum ait. Reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuerſum eadam confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus cum Propheta fideliter dicimus. Ab occultis meis munda me Domine. Ex quibus manifeſte apparet, quod peccata oblita, & in confeſſione generali incluſa, à Domino Deo mundantur præſuppoſita tamen ſemper contritione. Ad huiuſmodi ſenſum loquebatur Beda ſuper Lucam. cap. 4. dicens. Modo ſaluator rogatur, modo vltrò ſanat ægrotos oſtendens ſe contra peccatorum paſſiones, precibus fidelibus ſæper annuere, & illa, quæ in ſe ipſi minime intelligunt, vel intelligenda clare, vel etiam non intellecta dimittere, iuxta illud, quod poſtulat Dauid dicens. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. Hanc concluſionem manifeſtat conſuetudo Eccleſiæ, quæ ordinauit, vt Sacerdos abſoluens pœnitentem dicat. Ego abſoluo te à peccatis tuis, quæ mihi modo confeſſus es, & ab omnibus alijs quorum memoriam non habes. Confitendo iſta, quam nullus Chriſtianus, & præcipuè Thomiſta debet dimittere, vt multi (ignauia ducti) dimiſerunt, inſinuat, quod confeſſio generalis idest in generali clauſa, de omnibus etiam alijs, non tantum de ſpiritualiter confeſſis in quibus offendi Deum, dico meam culpam, peccata comprehendens vniuerſa ſufficit ad delenda mortalia omnia. Cum ergo confitens dicat ſuam culpam de omnibus peccatis, & de illis quorum memoriam non habet; Sacerdos debet etiam ab illis abſoluere dicendo. Ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, confeſſis & quorum memoriam etiam non habes, ſi veram credimus eſſe doctrinam D. Thom. ſcilicet, quod per cōfeſſionē generalem deleātur mortalia oblita in confeſſione. Sacerdos ad manifeſtandam hanc veritatem debet addere illam particulam quorū &c. Immo Poreta arbitratur, quod nullus confeſſarius illam dimittat; ex tali vſu Eccleſiæ corroborat doctrinam hanc D. Thom. dicendo. Niſi enim confeſſio in generali facta coram ſacerdote ſufficeret ad delenda omnia peccata mortalia, oblita in confeſſione Miniſtri Eccleſiæ, quæ eſt columna veritatis, non dicerent. Abſoluo te ab his quorum memoriam non habes: Ecce confuſio illorum confeſſariorum, qui dedignantur inter abſoluendū addere illam particulam. Abſoluo te ab his quorum memoriam non habes. Et hoc credo magis procedere ex ignorantia luciferina, quam ex ignauia ſimplici, quomodocunque ſit, male faciunt (niſi ego decipiar.)

Erràt qui inter abſoluendum à peccatis dimittunt illam particulam, & ab omnibus alijs quorum memoriam non habes.

Obſeruandum tamen eſt, quod peccata oblita de quibus loquimur, non ſunt peccata illa, quæ ex negligentia pœnitentis non veniunt ad memoriam, quoniam quandoque hæc negligentia eſt in cauſa, quod confeſſio ſit inualida, & ſit reitiranda, ſed loquimur de illis, quæ poſt diligentem cogitationem pro omni conatu ad rememorandum, vt alias diximus, ad memoriam non deuenerunt, hoc idem intelligit Concil. Trid. loco, adducto ſupra. Ex hac doctrina Angelica, & Sacro Concilio apparet temeritas Lutheri, vt narrat Leo X. in Bulla contra Lutheri errores; dicētis. Quod lib. Arb. dum facit, quod in ſe eſt peccat mortaliter, ſecundum Concil. ſupradictum cogitauit iſte confitens diligenter peccata ſua, faciendo ſcilicet, quod in ſe eſt, vt recordaretur illorum, & tamen non ſolum non peccauit ipſe, ſed ex hoc munditiam conſcientiæ promeruit. Item error iſte à Leone ipſo inter alios damnatur, ex his etiam damnatur error Nouati apud Prateolum, dicentis peccantes ad mortem poſt baptiſmum à communione diuinorum eſſe reiciendos, & ſolius Dei eſt, & non ſacerdotis poſſe temittere huiuſmodi delictum. Ecce contra Nouatum ex doctrina D. Thom. & Concilij, quod peccator per confeſſionem factam ſacerdoti non ſolum obtinet veniam delictorum accuſatorum verum, & illorum quorum memoriam non habet, vide multa alia apud Poretam in ſupplemento ſeu additionibus ad 3. p. q. 10. art. 5. Et nos deſcendamus ad ſoluendas inſtantias partis negatiuè dubij præſentis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod in cōfeſſione ſacerdotali duo requiruntur abſolutio peccatorum, & iudicium, quo ad primum pœnitens per confeſſionem generalem habuit intentum, fuit abſolutus etiam ab occultis, remanet ſecundum ſcilicet iudicium ſacerdotis, vt pro illis peccatis oblitis aſſignet ſatisfactionem pro quantitate delicti, vnde pœnitens cum ad memoriam venerit peccatum illud oblitum tenetur illud manifeſtare in confeſſione, vt ſuppleatur, quod defuit in ſacramentali confeſſione. Nam per confeſſionem illam generalem Sacerdos potuit abſolutionem

Aſſignatur ratio quare ſunt confitenda peccata oblita, quādo veniunt ad memoriam.

tionem impendere confitenti, ſed non potuit inde iudicium ſufficiens trahere ad ſatisfactionem imponendam condecentem.

Inſurgit Argumentator dicendo. Quicumque non eſt conſcius ſui peccati, vel non habet peccatum, vel eſt oblitus ſui peccati, ſi ergo per generalem confeſſionem peccata mortalia oblita dimittuntur. Quicumque nõ eſt ſibi conſcius de aliquo peccato mortali, per generalem confeſſionem poteſt eſſe certus, quod eſt immunis à peccato mortali, ſed hoc eſt cõtra D. Paulũ. 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod ſcire ſe eſſe ſine mortali ſtat dupliciter certitudinaliter. ſ. & coniectudinaliter. Primo modo nullus homo viuens ſcit, prout dicit Apoſtolus. Secundo modo ſcire poteſt. Et manifeſtat hanc veritatem Doctor Sanctus dicendo, confeſſio non operatur (niſi contritione præſuppoſita, vt tactum eſt ſupra.) At non poteſt aliquis ſcire quando in eo ſit vera contritio, ſicut nec ſcire poteſt. An habeat plenitudinem gratiæ, vnde non poteſt ſcire ſi per confeſſionem generalem ſit ſibi peccatum oblitum dimiſſum per certitudinem quamuis poſſit per coniecturas aliquas exiſtimare. Poteſt tamen per reuelationem ſcire habere contritionem eſſeque ſibi dimiſſa peccata.

Nullus certus eſſe poteſt ſi dimiſſa sũt ſibi peccata per cõfeſſionem, licet poſſit habere aliquas cõiecturas.

Pro maiori intelligentia dictorum eſt obſeruandum, quod quando vnus effectus à duabus cauſis procedere poteſt, nemini licitum eſt abſque periculo falſitatis argumentari ab illo effectu, ad vnam illarum cauſarum determinatè per certitudinem, niſi forte doceatur ab eo, qui clare videt, à qua cauſa determinata profluit. Hinc oritur, quia eleemoſyna, oratio, & ſimilia de genere bonorum poſſunt à cauſa bona, & cauſa mala procedere, ideo non licet iudicare determinate, & per certitudinem, quo animo hæc ſint facta, bono, aut animo malo, vt non decipiatur aliqua fallacia, vel æquiuocationis, vel amphibologiæ, vel figuræ dictionis, vnde arguendo in propoſito decipitur, quia effectus iſte ſcilicet eſſe ſine culpa, & iuſtificatus poteſt venire ex duabus cauſis ſcilicet ex cõfeſſione generali, vel particulari ſeu à gratia habituali, vel à natura hominis, cum homo acquirat gratiam per vtramque confeſſionem, ſimiliter homo diligere poteſt Deum ſuper omnia, gratia habitali mediante, vel naturaliter. Cum etiam ſine gratia habituali naturaliter homo diligat Deum, pluſquam ſeipſum, ex D. Thom. p. 1. q. 60. art. 5. Et per conſequens homo naturaliter delectatur in Deo, in Dei ſeruitio, &c. loquendo de amore naturali. Reſtat igitur clare, quod nemo poteſt per certitudinem ſcire, ſe vel alium eſſe in Dei gratia, quamuis poſſit hoc per coniecturas exiſtimare, vnde pœnitens, qui diſcuſſit pro poſſe ſuam conſciẽtiam, & coram ſacerdote manifeſtauit ſingula peccata, quæ memoriæ tunc illi occurrerũt, & petit veniam ab occultis, & oblitis, poteſt ſperare ab omnibus eſſe abſolutũ, non tamen per certitudinem niſi hoc illi Deus reuelauerit prout fecit cum Apoſtolo Paulo, quando dixit illi, ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

Inſtantia 3

De nouo inſtat Argumentator dicendo. Nullus ex negligentia reportat cõmodum: ſed non poteſt eſſe ſine negligentia, quod aliquis peccatum mortale obliuiſcatur antequam ei dimittatur, ergo non reportat ex hoc commodum, quod ſine ſpirituali confeſſione de peccato, ei dimittatur illud.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit ad minorem, quod iſte non reportat commodum ex negligentia, quia non ita plenam remiſſionem conſequitur, ſicut alias conſequutus fuiſſet, nec tantum meretur, & tenetur iterum confiteri, cum ad memoriam peccatum venerit. Et hoc, quod obtinet non habet ex ſua negligentia, ſed ex contritione, & confeſſione generali, in quibus illud etiam oblitum, à tali obliuioſo, ne ab illo condemnetur, tale commodum reportat. Ex negligentia illa repertantur incommoda ſupradicta, de remiſſione, de merito, & de iterum confitendo, vtique pœnitens per abſolutionem peccatorum narratorum in confeſſione abſoluitur ab oblitis, non ſimpliciter, ſed ab illis de quibus memoriam non habet (facto diligente examine,) non eſt abſolutus ab illis formaliter, quia non ſunt confeſſa, ſed extenſiua, & conſequutiua, quia abſoluitur perſona, & per conſequens abſoluitur ab omnibus ſuis peccatis, cum per pœnitentiæ ſacramentum non dimittatur vnum peccatum ſine alio. Quando peccatum oblitum, venit ad memoriã, de nouo eſt confitendum, inquit D. Th.

Pœnitens dũ abſoluitur ab omnibus peccatis tam cõfeſſis, quam oblitis, quia perſona abſoluitur.

Impugnatio.

Lector contra hanc doctrinam ſe opponit dicendo. Si per confeſſionem generalem, & contritionem eſſent peccata oblita mortalia deleta ergo dum veniunt ad memoriam non eſſent amplius confitenda, valet conſequentia, quia peccatum deletum per pœnitentiam non eſt neceſſe amplius confiteri, ergo dicendum eſt, quod peccata illa non ſint abſoluta, vel quod non ſint amplius confitenda.

Theologus ſoluit hanc impugnationem ex doctrina tradita dicit enim, quod in confeſſione ſacramentali duo requiruntur. Abſolutio, & iudicium ſacerdotis ſatisfactionem pro peccato imponentis. In confeſſione generali Sacerdos facit primum vt, dixit Doctor Sanctus ad primum argumentum ſcilicet abſoluit ab illis peccatis; quod oſtendunt verba illa ſacerdotis ſupra pœnitentẽ, & ab his quorum memoriam non habes, quod non aduertunt confeſſarij, qui verba illa aduertenter dimittunt, verba enim illa licet non ſint de eſſentia abſolutionis non ſunt tamen ſuperflua, ſed declaratoria reſpectu illorum ad quæ ſe extendit abſolutio. His ſic intellectis dicitur (ad id, quod additur, Secundo loco, quod pœnitens tenetur cõfiteri oblita dum ad memoriam venerint, vt Sacerdos pro illis aſſignare poſſit pœnitentiam ſatisfactoriam, & de nouo ab illis abſoluat, vt tutior ſit in conſcientia. Et dato, quod non eſſet neceſſarium repetere abſolutionem, repetitur tamen ad bene eſſe, prudenter quidem. Ne aliquando ignorantia craſſa pœnitentis, eſſet in cauſa, quod talis prius abſolutus ex culpa ſua non fuiſſet.

Nota. q̃ verba illa nõ abſoluẽdo, quorũ memoriã non habes, licet non ſint de eſſentia ſacramenti, nõ tamen ſunt ſuperflua.

Argu-

Inſtantia 4.

Argumētator denuo inſtat dicendo. Magis eſt elongatum à cognitione confitentis id, quod eſt omnino ignoratum, quàm illud cuius eſt oblitus, ſed peccata per ignorantiam commiſſa, generalis confeſsio non delet, quia tunc hæretici, qui neſciunt aliqua in quibus ſunt ipſa peccata. Aut etiã aliqui ſimplices, per generalem confeſsionem abſoluerentur, quod falſum eſt ergo generalis confeſsio non tollit peccata oblita.

Inſtant. ſolutio.

Ignorãtia iuris non excuſat à peccato, bene excuſatur põt ignorantia facti.

Reſpondet Theologus huic inſtantiæ dicendo, quod duplex eſt ignorantia. Ignorantia iuris, & ignorantia facti. Et addit cum D. Thom. quod ignorantia iuris non excuſat, quia peccatum eſt, cum quilibet teneatur ſcire illa, quæ ad eum pertinent. Ignorantia facti excuſat, ex quibus ad inſtantiam tactam dicitur, quod aliquis ex eo, quia non confiteatur peccata ſua, quia neſcit illa eſſe peccata propter ignorantiam iuriſdictionis non excuſatur à fictione, quia tenetur illa ſcire eſſe peccata, quoniam ſunt contra legem naturæ, vel ſcriptæ, vel diuinæ, ſeu humanæ.

Excuſatur tamen ſi neſcitet ea eſſe peccata, vt ſunt peccata oblita, quia dicunt ignorantiam facti, ſeu particularis circunſtantiæ, quod in idem redit, ſicut ſi cognouit alienam, quam credidit eſſe ſuam. Obliuio enim de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideo excuſat a peccato fictionis in confeſsione, quod fructum abſolutionis & confeſsionis impedit, peccata iuris in confeſsione generali remittuntur, non autem ignorantia iuris, quia tunc obliuioſus ille reputatur fictus, quæ fictio tollit fructum abſolutionis, & confeſsionis. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta caſus partis negatiuæ.

Argumentorum caſus ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Pœnitens ſubijciēs ſe clauibus recipit fructus ſacramenti, vel in actu cōfeſſionis, vel adueniente charitate in illo.

THeologus primo argumento dicit, quod authoritas illa intelligitur in ordine ad fructus confeſſionis percipiendos quos nullus extra charitatem percipit. Non tamen authoritas illa loquitur, quantum ad ſubſtantiam confeſſionis, nec quantum ad fructum eius recipiendum poſt, quãdo ſcilicet recedente fictione homo redierit ad cor. Licet enim ipſe confitens ſit extra charitatem, & conſequenter mortuus ſit dum confitetur, tamen in actu illo ſeruat ſubſtantiam confeſſionis idest omnia peccata confitetur, & ſecundum intentionem ſuam ſubijcit ſe clauibus Eccleſiæ, & poſtmodum (redeunte eodem) veraciter ad cor, recedit fictio illa prior, & charitas ipſi infunditur, & per conſequens efficitur viuus, & tunc primum fructum actualiter præcedentis cōfeſſionis incipit percipere. Ex quibus apparet, quod argumentum non eſt contra noſtram concluſionem bene intellectam ſed eſt in fauorem eius, ſtante gloſſa illius authoritatis, prout elicitur ex ſecunda concluſione pro deciſione dubij.

Argumētum ſecundum.

Inſurgit Lector, & format ſecundum argumentum dicendo. Confeſſio diuiditur contra contritionē, & ſatisfactionē, ſed contritio, & ſatisfactio nunquã poſsũt extra charitatē fieri, ergo nec cōfeſſio.

Argumenti ſolutio.

Contritio, & ſatisfactio extra charitatē non poteſt reperiri. confeſſio autem ſic.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod contritio, & ſatisfactio fiunt Deo. Confeſſio autem fit homini, vnde de ratione contritionis, & ſatisfactionis eſt, quod homo ſit Deo per charitatem vnitus, hoc autem non eſt de ratione confeſſionis. Pro intelligentia huius reſponſionis vnũ obſerat Magiſter Seraphinus à Poreta, quod ex hac reſponſione Angelicus Doctor non vult intelligere, quod contritio, & ſatisfactio non poſſit eſſe ſine charitate in pœnitente, ſed intelligit, quod contritio, & ſatisfactio, quantum eſt ex parte rationis ipſarum non eſſe ſine charitate. Ecce exemplum. Charitas ſecundum rationem charitatis nunquam excidit, vt ſecundum conditionem ſubiecti, in quo eſt poteſt excidere, ex ſententia D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 11. & ſuper 1. Cor. 13. Sicut enim antea, ratione charitatis, nunquam poteſt excidere idest peccare, quemadmodũ calor ex propria natura non poteſt infrigidare aquam, quantum eſt ex volubilitate ſubiecti in quo eſt poteſt. Ita contritio, & ſatisfactio attenta ratione ipſarum (inquit Poreta) ſunt ſemper cum charitate, quæ tamen quantum ſit ex imperfectione ſubiecti, in quo ſunt poſſunt eſſe extra charitatem, non tamen ſic Deo ſatisfaciunt, vt in quæſt. 14. art. 2. In additione ſeu, ſupplemento ad 3. p. vnde Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod confeſſio facta à non habentem charitatem valida eſt quantum ad ſubſtantiam confeſſionis, & ſacramenti.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector dicendo. Contritio eſt vna trium partium ſacramenti, vt in Concil. Flor. diffinitum eſt, & in quo eſt confeſſio informis non eſt contritio, ergo illic nullum eſt ſacramentum, ergo confeſſio informis non eſt ſacramentalis.

Impugnationis ſolutio.

Theologus per eandem diſtinctionem dicit, quod contritio, vt eſt virtus ſignificat actum gratia informatum, ſed vt eſt pars ſacramenti quantum ad eius ſubſtantiam non dicit niſi ordinem ad ſacerdotem, puta deteſtationem, vt confeſſio ſit explicatiua peccatorum per modum accuſationis, vnde in concilio ſolum determinatur in genere, quod contritio eſt pars ſacramenti, quod autem contritio formata ſit neceſſaria, vt ſacramentum ſit perfectum, & efficax, vel attritio ſufficiat ad ſubſtantiam ſacramenti, Theologorum ſcolis relictum eſt terminandum, ſeu explicandum.

Argumētum tertium.

Accuſatio, quæ fit ore debet fideliter correſpondere cordi inquit Lector, vt ſit ſacramentalis confeſſio. Dum autem quis in peccato confitetur os cordi non conſonat. Probatur hoc, quia quod ore condemnat corde approbat. Cum corde peccatum teneat, quod ore damnat, ergo talis non confitetur.

Argumenti ſolutio.

In cōfeſſione aliquorũ os cordi cōcordat aliquorũ autem non.

Theologus cum D. Thom. dicit, quod ille, qui peccata, quæ habet narrat, vere loquitur. Et tunc cor concordat voci, vel verbis quantum ad ſubſtantiam confeſſionis, quamuis diſcordet in fine confeſſionis, licet enim in confeſſione quantum ad finem eius oporteat, quod os cordi concordet in damnando veraciter peccatum. Ita vt corde vere damnat illud, quod ore damnat, tamen in confeſ-

ſione

ſione quantum ad eius ſubſtantiam ſufficit, quod os cordi concordet, in narrando veraciter peccata, quæ retinet in corde. Si enim pœnitens peccata narrat ore, quæ ſecundum ſuam cognitionem tenet corde, & fictionem corde habita, quam ſupponimus tunc non narrat relinquitur, quod iſte ſit fictus non malitioſe, ſed ignoranter. Hoc ſecundum rei veritatem iſte confitens, affectum adhuc peccati corde tenet, vt puta, non eſt plene contritus, ſed frigide attritus, tamen ſecundum ſuam craſſam æſtimationem, non habet corde illum malum effectum, quod ſi non faceret non confiteretur omnia peccata ſua, vt proſupponitur in littera in qua dicitur, quod iſte narrat peccata ſua, quæ habet, & quod eiuſdem verbis concordat quantum ad ſubſtantiam confeſsionis. Clarum eſt, quod de ſubſtantia confeſsionis eſt narrare omnia peccata etiam cordis, de quibus confitens eſt ſibi ipſi conſcius, quia ergo ſecundum veritatem ibi latebat, ideo ille veraciter fictus erat, excuſabatur tamen ignorantia à peccato, ſed impediebat fructum abſolutionis recipiendæ. At quia poſtea cognouit errorem doluit, & tunc primo fructum abſolutionis percipere incepit.

Ille autem, qui ſe nouit non eſſe contritũ, & animum habet perſeuerandi in peccato, & confitetur, bene facit, ad corrigendum ſeipſum, & vt inueniat modum reuertendi ad cor, tamen non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de confitendo ſemel in anno, niſi dum accedit ad confeſsionem animo dimittendi peccata, puta ſe eſſe contritum, vel ſaltem attritum ſufficienter. Et hæc ſint dicta pro diſputatione huius caſus, proponẽdus eſt vltimus.

Caſus ſextus de effectibus, & fructibus confeſſionis ſacramentalis.

LEctor in caſu iſto diſputare intendit de effectibus confeſsionis ſacramentalis, & proponit caſum cum dubijs annexis.

In caſu, ergo quærit vtrum confeſsio liberet à morte peccati.

In primo dubio inueſtigat Lector vtrum aliquo modo confeſsio liberet à pœna.

In ſecundo dubio interrogat An confeſsio aperiat Paradiſum.

In tertio dubio petit An confeſsio ſacramentalis tribuat ſpem ſalutis.

In caſu, ergo quærit Lector vtrum confeſsio liberet à morte peccati. Et pro vtraque parte formata ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Confeſsio eſt pars pœnitentiæ ſacramentalis, ſed pœnitentia à culpa liberat, ergo & confeſsio.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua argumentatur ſic. Confeſſio contritionem ſequitur, ſed contritio ſufficienter delet culpam, ergo confeſsio non liberat à morte peccati, quæ eſt culpa.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo obſeruat aliqua, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, & pro maiori eius intelligentia terminat dubia annexa, & vltimo loco ſatisfacit argumentis partis negatiuę. Quo ad primum eſt notandum, quod planta iſta confeſſionis ſacramentalis producit quatuor fructus excellẽtes, Primo liberat à morte peccati, Secundo liberat à pœna peccati, Tertio aperit Paradiſum, Quarto dat ſpem ſalutis æternæ, ideo pœnitentes guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Secundo eſt notandum, quod tam contritio, quam confeſſio, & quam abſolutio gratiam confert. Ad cuius intelligentiam recolendum eſt ex ſuperioribus, quod iam contritio, quam confeſſio dupliciter conſiderari poteſt, Primo prout eſt actus virtutis ſecundo inquantum eſt pars ſacramenti. Nam contritio prout eſt actus virtutis cauſa eſſe poteſt (mediante Dei auxilio) remiſſionis peccatorum per gratiam Dei, vt in diſputatione de contritione clarius apparebit, & eadem ratione confeſſio per modum meriti poteſt eandem gratiam augere. At conſideratio iſta, non pertinet ad præſentem locum, ſed modo conſideranda eſt confeſſio quatenus eſt pars ſacramenti: iſta pro primo puncto. Nunc ad ſecundum accedamus.

Concluſio. Confeſſio quatenus eſt pars ſacramenti eſt partialis cauſa inſtrumentalis gratiæ per quam actuale peccatum poſt baptiſmum cõmiſſum remittitur. Confeſſio liberat à morte peccati cauſando gratiã.

Concluſio iſta probatur, quia ad illum effectum, ſacramentum pœnitentiæ eſt ordinatum cuius pars materialis eſt confeſſio, ergo confeſſio liberat à morte peccati. Confirmatur hoc nam ſicut in baptiſmo non ſolum per verborum formã, verum per ablutionem, quæ eſt materia confertur gratia. Ita in propoſito noſtro per confeſſionem, ratione adiunctæ abſolutionis confertur gratia; ex D. Thom. 3. p. q. 86. art. 3. & in 4. d. 17. q. 3. art. 4. ergo confeſſio liberat à morte peccati, valet conſequentia, nam cauſare gratiam, & remittere culpam idem eſt, quod liberare à morte peccati.

Vlterius baptiſmus non ſolum liberat à morte peccati dum re ſumitur, ſed etiam dum habetur in voto, ergo & confeſſio hoc facit, conſequentia, ex paritate cartit, quia vtrumque ſacramentum ordinatum eſt in remiſſionem peccatorum. Antecedẽs probatur ſic ex ſententia Theologorum affirmantium triplicem baptiſmum ſcilicet aquæ, ſanguini, & flaminis. Duo vltimi ſunt in voto primus in re. Conſequentia autem habetur ex D. Thom. q. 10. in addictionem ad 3. p. art. 1. vbi dicit ſimiliter eſt dicendum de confeſsione adiuncta abſolutioni. Confeſsio ſicut proceſsit in voto pœnitentis liberauit à culpa, & hoc fit per contritionem, in qua includitur propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi. In actu autem confeſsionis, & abſolutionis gratia augetur, & remiſsio fit peccatorũ, inquit Doctor Sanctus.

Pœni-

Pœnitens autem accedendo ad confeſſionem attritus(ſi obicem non ponat) ſub manu confeſſarij de attrito ſit contritus, & hoc virtute clauium, per quam mutationem liberatus fuit à morte peccati. Et vt clarior ſit doctrina ponamus tres propoſitiones.

Propoſitio prima. Per confeſſionem in voto, quæ in contritione includitur fit ſæpè peccatorum remiſſio probatur hoc, legitima contritio propoſitum ſacramenti pœnitentiæ includit. Et voluntas apud Deum pro facto reputatur. Eadem contritio habet, quod ſit conuerſio in Deum licet tūc nulla ſacramentalis gratia conferat, ſed per modum duntaxat conuerſionis, prout diximus per comparationem ad baptiſmum.

Per cõfeſſionem in pœnitente confertur aut augetur gratia, & abſoluitur à peccatis.

Propoſitio ſecunda. Per confeſſionem in re accedente abſolutione contritionis augetur gratia, attritioni vero confertur gratia. Nam confeſſio ſi inuenit gratiam in pœnitente contrito auget illam ſi non inuenit in attrito cauſat illam, & de attrito facit contritum.

Propoſitio tertia. Sacerdos ſiue gratiam augeat, ſiue gratiam infundat vere abſoluit, qui hoc negaret, negaret Euangelium. Et licet Magiſter ſententiarum in 4. d.18. qui dicebat, ſacerdotem non abſoluere, ſed abſolutum oſtendere, eius ſententia non eſt tenenda, quia directè, eſt contra ſententiam Chriſti Domini Quodcunque ſolueritis ſuper terram erit ſolutum, & in cælis. Non enim dicit quorum oſtenderitis remiſſa, ſed quorum remiſeritis peccata. Alioquin forma illa. Ego te abſoluo eſſet falſa, vnde D. Auguſtinus in lib. de adul. coniu. Per claues inquit Eccleſiæ regni cælorum non dubitatur remiſſio fieri peccatorum. Et lib. de vera, & falſa pœnit. Ipſi inquit ſacerdotes iam poſſunt plus proficere, quàm veteres, qui lepram non mundabant, plus poſſunt confitentibus parcere quibus crimen remittit Dominus ſcilicet per eos, Lazarum Chriſtus, quem de monumento ſuſcitauit obtulit diſcipulis ſoluendum, per quod oſtendit poteſtatem ſoluendi conceſſam ſacerdoti. Et D. Ioan. Chriſoſt. li. 3. de ſacr. Sacerdotes inquit antiqui lepram non mundabāt, ſed mundatam oſtendebant. At verò noſtri, non corporis lepram, verò animæ ſordes non dico purgatas probare, verum purgare prorſus conceſſum eſt. Et in Concilio Conſt. in bulla Martini Papæ ſcilicet de pœnit. quæ ait neque cordis contritione, neque oris confeſſione, ſed tantum gratia Dei. Nam, & ſi nemo tollat peccata, niſi ſolus Deus. De conſ. d. 4. can. nemo. Idque formaliter facit per gratiam, tamen illam inſtrumentaliter ſacramenta producit.

Confeſſor verè abſoluit à peccatis pœnitentem cõtritũ ſibi confeſſum.

Ex his habemus ſenſus illorum verborum. Ego te abſoluo prolatorum ſupra perſonam contriti. Aliqui dicunt, quod quando homo contritus, ad ſacramentum accedit, abſoluitur à pęna, & alij dicunt, quod abſoluitur à præcepto confeſſionis. Magiſter Dominicus à Soto relitis his interpretationibus dicit, quod verè tunc Sacerdos abſoluit à culpis propterea exponens verba illa cum D. Th. dicit ſic. Ego ſacramentum abſolutionis impendo cuius virtute remiſſioné obtinuiſti, & cuius vis ſufficienter tibi, ſi modo eadem peccata haberes, & ſi ſine obice illa diceres remitteret. Idem enim eſt ſenſus in forma. Ego te baptizo, quando cathecumenus in gratia ex dictis baptizatur. His ſtantibus, ponamus dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio inquirit Lector. An confeſſio liberet aliquo modo à pœna oſtenſum fuit in caſu quomodo liberat à culpa ſcilicet à morte peccati, merito inquirit, ſi liberat à pœna peccati, & format rationes ſic.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Per omnia opera pœnalia expiatur pœna peccato debita: Confeſſio autem habet pœnam annexam, ergo per illam expiatur peccatum, ergo confeſſio liberat aliquo modo à pęna peccati.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Peccato non debetur niſi pęna æterna, vel temporalis, ſed pęna æterna per contritionem dimittitur pęna autem temporalis per ſatisfactionem, ergo per confeſſionem nihil dimittitur de pęna.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Cõfeſſio adiuncta abſolutioni liberat à culpa, & à pœna, tam æterna quàm temporali.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio eſt iſta. Confeſſio cum abſolutione non ſolum à culpa verũ, & à pęna peccati liberat, tam æterna, quàm temporali, quod probatur ſic. Nam dum liberat à culpa, ſiue in re ſiue in voto applicetur, ſimul liberat à pęna æterna. Cum autem applicatur in re, tunc virtute clauium, ex opere operato, vt dicunt Theologi remittitur pars pęnæ, quæ erat in purgatorio luenda, ſiue culpa fuerit remiſſa per contritionem, ſiue tunc per ſacramentum remittatur. Immo pęna tam parua eſſe poteſt, vt remittatur tota. Probatur intentum ſic, quia vis clauium ad culpam ſe extendit, & ad pęnam, vnde licet tam per contritionem, quàm per confeſſionem per modum meriti aliquid pęnæ temporalis remittatur, tamen ſuperueniente abſolutione plus virtute clauium condonatur. Et hoc eſt, quod docet D. Thom. dicendo, quod confeſſio ſimul cum abſolutione habet vim liberandi à pęna dupliciter vno modo ex ipſa vi abſolutionis, & ſic quidem liberat in voto exiſtente à pęna æterna ſicut etiam à culpa, quæ quidem pęna, inquit eſt condemnans, & ex toto exterminans, à qua homo liberatus, adhuc manet obligatus pęnæ temporali, etiam quod pęna ſit medicina purgans, & promouens, & ſic pęna hæc reſtat in purgatorio facienda etiam his, qui à pęna inferni liberati ſunt.

At quia pœna iſta improportionata eſt viribus pœnitentis in hoc mundo viuentis, minuitur

Digitized by Google

Confeſſio facta pluries de ipſis peccatis minuit pœnã, magis enim operatur in re quã in voto.

per vim clauium, taliter quod ſit proportionata viribus pœnitentis, ita quod pœnitens pro illa ſatisfacere poteſt in hac vita. Alio modo confeſſio damnauit pœnam ex ipſa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubeſcentiæ annexam. Et concludit Angelicus Doctor. Et ideo quanto aliquis pluries de ipſis peccatis confitetur, tanto magis pœna minuitur. Magiſter Poreta oſtendit, quomodo confeſſio in actu magis minuat de pœna peccati. Nam confeſſio in voto minuit pœnam peccati tantum vi abſolutionis, ſed actualis confeſſio minuit non ſolum vi abſolutionis, verũ & vi erubeſcentiæ. Et per conſequens minus minuit confeſſio in voto, quàm in re. Abſolutio votiua tollit pœnam æternam mutando ipſam in temporalem, improportionatam tamen nobis viuentibus prout inquit Doctor Sanctus: Actualis vero confeſſio tollit pœnam æternam, ſi votiua confeſſio actu hoc non fecit, & temporalem pœnam nobis relictam facit proportionatam. Itaquod reus in hac vita ſatisfactionem debitam à confeſſario iniunctam adimplendo totaliter pœnam illam tollere poſſumus. O magna virtus confeſſionis. Et addit vnum Magiſter Poreta dicendo Ergo pœna purgatorij non poteſt exhauriri per pœnas in hoc mundo voluntarias ex nobis tantummodo aſſumptas, licet huiuſmodi pœnis eam pro aliqua parte tollamus, in quo ſenſu, & ſatisfactiones vocantur. Nec mirum eſt hoc, quia ſi confeſſio in voto relinquit temporalem pœnam nobis improportionatam, multo magis improportionata erit ex operibus bonis factis ex ſelectione: vnde mirũ non eſt, ſi per opera facta ex ordine confeſſarij liberemur à pœnis purgatorij, quod facere non poſſumus per opera bona moralia, niſi ex acceptatione Dei, & in minore quantitate, quod manifeſtat confeſſarius dum abſoluit à peccatis dicendo in oratione illa poſt abſolutionẽ, Quicquid boni feceris, & intendis facere, & mala quæ ſuſtines & patienter ſuſtinebis ſit tibi in remiſſionem peccatorum in augumentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Opera iſta moralia facta poſt talem benedictionem ſacerdotis magis mihi proſunt, quàm ante, quia non tantum ex natura operum, vt prius operatur, ſed etiam ex virtute clauium. Et per conſequens prius ſunt tantum ſatisfactiones ſimpliciter dictæ, nunc autem ſunt ſatisfactiones ſacramentales, vt dicit Doctor Sãctus quolib. 3. art. 28. & conſequenter efficatiora ad exhauriẽdam totaliter pœnam purgatorij, quã prius non poterat facere pœnitens, quia erat improportionata. Nunc autem facere poteſt, quia effecta eſt proportionata virtute clauium. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Pœna purgatorij eſt nobis improportionata in hac vita, & ſit proportionata per confeſſarium aſſignantẽ pœnitẽtiam pro peccatis confeſſis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ factæ pro parte negatiua dicendo, quod concluſio non ſequitur ex præmiſſis. Et rationem aſſignat dicendo, quod non ſemper per contritionem minuitur pœna æterna. Et hoc cauſatur, quia multoties pœnitens accedit ad confeſſionem non contritus, ſed attritus, ſic ſimiliter, quando accedit contritus obtinet remiſſionem ex voto confeſſionis efficacius tamen quando confitetur, & abſoluitur à peccatis, ſimiliter pœna temporalis, ex vi confeſſionis, ex improportionata fit proportionata, & minuitur per erubeſcentiam confeſſionis. Hoc etiam confirmatur, dicit D. Th. vt habebimus in diſputatione de ſatisfactione, quod ſatisfactio debet fieri in charitate. Charitas autem non habetur niſi mediante confeſſione ſaltem in voto, ſignum ergo eſt, quod ſatisfactio quæ pœnam dimittit pendet à confeſſione; confeſſio itaque quæcunque modo ſumatur de pœna minuit, ſed actualis de qua ſolum formalis reſponſio datur multo amplius.

Per cõtritionem in voto minus minuitur de pœna quam per contritionem ſacramentalẽ.

Argumentator inſtat contra hanc reſponſionem dicendo reſponſio eſt bona, ſed non ſatisfacit ad plenum. Nam voluntas pro facto reputatur. vt inquit hic Angelicus Doctor, ſed qui contritus eſt habuit propoſitum confitendi, ergo tantum valuit ipſi ſicut ſi fuiſſet confeſſus, & ita per confeſſionem, quam poſtea facit, nihil ei de pœna diminuitur.

Inſtantia 2.

Huic inſtantiæ Theologus cum D. Th. ſatisfacit dicendo, quod in aliquibus voluntas per facto reputatur, non autem in omnibus. In his, quæ ſunt à ſe ſcilicet ab homine, & quantum ad præmium eſſentiale. Non autem conſiderata in his, quæ ſunt ab alio, neque quantum ad præmium accidentale, vt patet de baptiſmo. Non enim tantum valet voluntas ſuſcipiendi baptiſmum, ſicut ipſius ſuſceptio, vnde dicit Doctor Sanctus reputatur voluntas pro facto in his, quæ ſunt omnino ab homine, & iterum quantum ad præmium eſſentiale, non autem quantum ad pœnæ remotionem, non autem quantum ad præmium, vel quantum ad meritum accidentale, & ſecundario. Et concludit, quod confeſſus, & abſolutus minus in purgatorio punietur, quàm contritus ſolum. Nam actualis confeſſio dependet etiam ab alio homine, ſicut & baptiſmus, non autem omnino ab eodem homine, vt caſtitas ieiuniũ, & ſimilia. Obſeruat vnũ Poreta circa ly quantum ad præmium eſſentiale ad differentiam præmij accidentalis in huius doctrinæ confirmationem videtur loqui D. Auguſtinus in lib. de bono coniugali, vnde dicit, non impar eſt meritum continentiæ in Io. qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham, qui filios genuit, hoc intelligitur quantum ad præmium eſſentiale, non tamen, quo ad præmium occidentale, ſecundum hoc magis meritum penſatur ex animo operantis quàm ex genere actus, & non aliter.

Inſtant. ſolutio.

Declarat dictum illud voluntas pro facto reputatur, in ordine ad confeſſionem.

Ex his confunditur temeritas illorum hæreticorum dicentium nullam pœnam remanere poſt confeſſionem, quæ hæreſis damnatur in Concil. Trid. ſeſſione 14. can. 12. vbi dicitur. Si quis dixerit totam pœnam ſibi remitti ſemper à Deo, &c. Anathema ſit. Et can. 15. Si quis dixerit &c. fictionem eſſe, quod virtute clauium (ſublata pœna æterna) pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat Anathema ſit. Et canone 30. Si quis

poſt

Remota culpa per confeſſionem remanet pęna peccati ſoluēda in hoc, vel in futuro ſeculo.

poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori culpa remitti, & reatum pœnæ æternæ deleri dixerit, ita vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſeculo, vel in futuro in Purgatorio antequam ad regna cælorum aditus patere poſſit Anathema ſit, vide Magiſtrū Seraphinum à Poreta in Appendice. q. 10. art. 3. vt ſupra. Hoc etiā manifeſtat D. Scriptura 2. Reg. 12. Nam Deus dimiſit culpam & pœnam æternam, quam meruerat Dauid Rex propter Adulterium Betſabee, & homicidium Vriæ, ipſi Dauid pœnitenti, dum dixerit Peccaui, & Nathan dixit illi, Dominus quoque tranſtulit à te peccatum tuum: Attamen, quia tota temporalis pœna non fuit dimiſſa. Addidit Nathan, veruntamen filius, qui natus eſt tibi morte morietur, quin etiam Dominus præuidens confeſſionem Dauidis fecit, vt Nathan prædixerit ei. Quamobrem non recedet gladius de domo tua, vſque in ſempiternum, & addit. Hæc dicit Dominus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu feciſti abſcondite ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſdrael, & in conſpectu ſolis huius. Ecce manifeſte, quod remiſſa culpa per confeſſionem remanet pœna temporalis delenda per pœnitentiam in hoc, vel in futuro ſeculo, prout declaratum eſt abūde. De hoc dubio ſatis dictum ſit, accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector Si cōfeſſio apperiat Paradisū Rationes pro vtraque parte adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Confeſſio facit hominem ſubijci clauibus Eccleſiæ, ergo aperit Paradiſum, valet conſequentia. Claues Eccleſiæ aperiunt Paradiſum Quodcunq; ſolueritis ſuper terrā erit ſolutum, & in cælis, ergo & confeſſio aperit illum, quia confeſſione vtitur clauibus illis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Diuerſorum ſacramentorum diuerſi ſunt effectus, ſed apertio Paradiſi eſt effectus baptiſmi. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non introibit in regnum Dei, ergo hūc effectum ſcilicet aperiendi regnum Dei, non producit confeſſio, aliter idē effectus perueniret ex diuerſis, & pluribus cauſis, quod eſt, cōtra Ariſt. dicentem in phyſicis. Idem effectus numero non poteſt procedere à diuerſis cauſis.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuę.

Sacramentalis confeſſio aperit Paradiſum, quantū ſit ex parte ſui, ſi non adeſt impedimentum ex parte pœnitentis.

Concluſio igitur eſt iſta. Sacramentalis confeſſio aperit Paradiſum. Concluſio iſta duplici via probatur primo ratione deinde authoritatibus. Ratione probatur ſic. Confeſſio remouet culpam, & pęnam quibus prohibetur aliquis ab ingreſſu Paradiſi, ergo manet via Paradiſi ſine impedimento, ergo ipſa aperit Paradiſum, valet conſequētia, quia ab introitu Paradiſi nos excludit culpa, ſiue reatus pœnæ. Confeſſio autem ſacramentalis in re, ſiue in voto (quando re non poteſt haberi) remouet impedimenta iſta, tollendo totaliter obſtaculum vitæ æternæ per abſolutionem, & temporalem per erubeſcentiam, & ſatisfactionem, vt oſtēſum eſt in dubio præcedenti, merito igitur dicitur, quod confeſſio aperit Paradiſum, vel ſtatim, ſi per eam ablata eſt pœna, vel originaliter ſi manet aliquid ſatisfaciendum in Purgatorio, quo ſatisfacto abſque vllo impedimento Chriſtianus habet ingreſſum in cælū. Ex quibus apparet impietas Machabeorum dicentium. Confeſſionem peccatorū factam ſacerdotibus Eccleſiæ Romanæ nihil valere ad ſalutem. Clare enim hæretici iſti non ſolum opponuntur veritati Catholicæ, ſed Apoſtolo Iacobo cap. 5. dicentis. Confitemini alterutrum, vt ſaluemini. Ecce quod confeſſio facta ſacerdoti, valet ad ſalutem. Nam per ly alterutrum intelliguntur ſacerdotes confeſſarij, vt habetur ex Cōc. Galonenſi 2. Can. 33. affirmat hoc ſit. Quoddam ſacerdotibus peccata confitenda eſſe percenſent, quod ſine magno fructu intra Sanctam ſit Eccleſiam. Ita &c. vt ſecundum ſententiam Apoſtoli Confiteamur alterutrum peccata noſtra, vt ſaluemur, confeſſio itaque, quæ fit ſacerdoti, &c. Cum enim ratio, quod cònfeſſio aperiat Paradiſum, ſit hæc, quod ſcilicet culpam pœnamque amouet confeſſio per deciſa in dubijs præcedentibus hoc facit, ergo ex ſe aperit Paradiſum, dicat quicquid ſibi videtur Lutherus ſuo ſpiritu ſathanico.

Impugnatio.

Inſurgit Lutherus dicendo, vt habetur in Bulla Leonis decimi contra errores Lutheri, quod fomes peccati, etiam ſi nullum ſit actuale peccatum, moratur animam ab ingreſſu cæli.

Impugnationis ſolutio.

Theologus contra Lutherum concedit, quod confeſſio omnino fomitem non tollit, tamen ex hoc non ſequitur, quod anima poſt confeſſionem abſque actuali peccato ab ingreſſu cæli retardetur propter fomitem prædictum. Nam ſi anima talis poſt confeſſionem, ſtatim exiret à corpore, in cælum reciperetur. Quare? Quia confeſſio illa præcedens Paradiſum appetuit, etiam quod ab homine ipſo viuente fomitem totaliter non abſtulerit, quod autem fomes non ſit peccatum, & per conſequens ab ingreſſu Paradiſi animam aliàs dignam, non remoueatur. Et per conſequens, quod Lutherus ex hoc damnatus habetur ex Concil. Trident. ſeſſione 5. decreto primo, vbi ſic ait. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitē. Hæc Sancta Synodus fatetur, & ſentit, quæ cum ad agonem, relicta ſit neceſſaria non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet quinimmo, qui legitime certauerit coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat,

Concupiſcentia dicitur peccatū impropriè, quia ex peccato procedit, & ad peccatum inclinat.

Sancta Synodus declarat, Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis ſit peccatum, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, ſed qui ait

tem contrarium ſenſerit Anathema ſit. Et quod dicat Sancta Synodus de baptizatis intelligẽdum eſt de Chriſtianis mũdatis per confeſſionem. His ſic declaratis pro intelligentia dubij. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Baptiſmus aperit Paradiſum veniẽtibus ad fidẽ Chriſti cõfeſſio aperit illũ Chriſtianis peccantibus verè pœnitẽtibus.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod licet baptiſmus & confeſſio ſint diuerſa ſacramenta, tamen agunt in virtute vnius paſſionis Chriſti per quam aditus Paradiſi eſt apertus, propterea iſta ſacramenta eundem effectum producere poſſunt diuerſa tamen ratione. Sicut diuerſorum terminorum concluſiones dummodo habeant idem medium per quod demonſtrentur, pertinent ad eandem ſcientiam, & per conſequens faciunt certitudinem eiuſdem gradus in intellectu. Ita baptiſmus, & confeſſio licet ſint ſacramenta diuerſa, producere poſſunt eundem effectum, cum per idem medium ſcilicet, quod eſt paſſio Chriſti, operetur producunt aperitionem Paradiſi. Baptiſmus aperit Paradiſum infidelibus, venientibus ad fidem, & paruulis in Chriſto regeneratis. Confeſſio aperit Paradiſum Chriſtianis in mortalibus exiſtentibus verè pœnitentibus, vtrumque autem virtute paſſionis Chriſti hæc ſacramenta operatur.

Inſtantia 2.

Argumentator non acquieſcit, contra hanc reſponſionem inſtat dicendo, Id quod clauſum eſt ante apertionem intrari non poteſt, ſed ante confeſſionem moriens intrare Paradiſum poteſt, ergo confeſſio non aperit Paradiſum.

Inſtant. ſolutio.

Nullus baptizatus peccator ante confeſſionem in voto, vel re poterit intrare in regnum cœlorum.

Theologus dicit ad minorem, quod ante cõfeſſionem in re quis ingredi poteſt Paradiſum, non tamen ante confeſſionem in voto, in quo ſenſu negatur minor propoſitio. Ante votum confeſſionis vtique Paradiſus clauſus erat peccati mortaliter, quamuis poſtea per contritionem, votum confeſſionis importantem apertus ſit ante confeſſionem actualiter factam. plenius tamẽ aperitur per confeſſionem actualem, & rationem aſſignat Angelicus Doctor dicendo. Non tamen obſtaculum reatus eſt totaliter amotus per confeſſionem ſcilicet in voto, ante cõfeſſionem actualem, videlicet, & ſatisfactionem. Circa quæ verba obſeruat Magiſter Seraphynus à Porcta, & dicit, vltima verba reſponſi textualis obſeruanda ſunt ne ſint cauſa erroris, vt credas, quod confeſſio quælibet actualis, & ſatisfactio, obſtaculum reatus totaliter amoueant, quoniam accidit inquit quandoque, quod confeſſio non eſt veſtita contritione ad hoc peruenienti, ſimiliter, & ſatisfactio, quandoque pœnalitate tanta, cum non ſit proportionata quantitati culpæ, ex quo obſtaculum reatus non auferetur vnde Sanctus Doctor quolib. 3. art. 28. dicebat. Si cõtingat, quod Sacerdos minorem ſatisfactionem imponat pœnitenti, quàm ſit illa ad quam obligatur ex quantitate ſui peccati (ſubtracto eo, quod remittitur virtute clauium, & contritionis præcedentis) nihilominus pœnitens ad aliquid vlterius obligatus, quod ſi in hac vita non perficiet in purgatorio exoluet. Illa igitur vltima verba in reſponſione data à D.Th. intelliguntur de confeſſione, & ſatisfactione ad tantam admotionem condignis, in voto etiam, quod deficiente facultate fiat, quoniam ſic, & non aliter, obſtaculum reatus totaliter amouent, vnde per talia verba non intendit negare D.Th. quod confeſſio, & ſatisfactio ſolum votiue amoueant quandoque totaliter obſtaculum reatus, ſed inferre vult, quod eadem actualiter facta (cæteris paribus) ad ipſum ſic admouendum magis valet. Hæc ſint pro dubio iſto, proponatur aliud.

Pœnitẽtia data pœnitenti à confeſſario ſi nõ eſt proportionata quãtitati peccati ſoluenda eſt in purgatorio.

Dubium tertium.

IN iſto dubio quærit Lector An confeſſio ſacramentalis tribuat ſpem ſalutis. Et pro vtraque parte ratiocinatur.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio per confeſſionem homo fit humilior, & mitior, ex ſententia Magiſtri ſententiarum. Sed per hoc homo accipit ſpem ſalutis, ergo confeſſionis effectus eſt tribuere ſpem ſalutis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Spes ex omnibus actibus meritorijs prouenit, ergo ſpes ſalutis non eſt proprius effectus confeſſionis.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Confeſſio ſacramentalis dat ſpem ſalutis fidelibus peculiari modo.

Concluſio. Cõfeſſio ſacramentalis tribuit fidelibus ſpem ſalutis. Probatur concluſio iſta ſic. Spes remiſſionis peccatorũ non eſt nobis niſi per Chriſtum, ſed homo per confeſſionem ſe ſubijcit clauibus Eccleſiæ habentibus virtutẽ ex paſſione Chriſti, ergo confeſſio ſpem ſalutis tribuit. Maior, & Minor propoſitio de ſe eſt certa. Concluſio autem ſequitur ex præmiſſis, ergo veriſſima eſt. Declaratur tamen ſic. Ex latere Chriſti tunc ſacramenta fluxerunt, quando ex eo exiuit ſanguis, & aqua propterea veraciter dicimus, ſacramẽta omnia traxere ſuam virtutem à paſſione Chriſti: At præcipua ſacramenta ſunt Baptiſmus, & Euchareſtia. In ſanguine intelligitur Euchareſtia id eſt ſacramentum altaris. Et in aqua Baptiſmus, alia ſacramenta ordinem, & originem habẽt ad ea. Et ab eis ex his ſpes noſtræ ſalutis manifeſtè venit, Nam Chriſtus eſt ſpes noſtra, vnde Petrus. Actuum Apoſtolorũ 4. dicebat. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificãtibus, qui factus eſt in caput anguli neque in aliquo alio ſalus, neq; eſt aliquod nomẽ ſub cœlo datũ hominibus in quo oporteat vos ſaluos fieri, quo in loco Apoſtolus Petrus loquitur de Chriſto Ieſu Nazareno crucifixo.

Ex his manifeſtè apparet ſtulta illorũ hæreſis, qui dicunt, quod confeſſio non tribuit ſpem ſalutis, quam reprobat Conc. Trident. ſeſſione 6. cap. 16. Et can. 26. Si quis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta expectare, & ſperare æternam retributionem, à Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti me-

ritum,

ritum, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo, vſque ad finem perſeuerauerit Anathema ſit. Ex quibus patet incluſiue, quod confeſſio, cum ſit bonum opus, tribuit ſpem ſalutis, habendæ ſiue per gratiam in re, ſiue per gloriam in ſpe, ſiue etiam per gloriam in re, ſi perſeuerantia aderit. Hanc veritatem confirmat Apoſtolus Paulus 1. Cor. 15. contra hos hæreticos dicendo. Abundate in omni opere bono. Scientes, quod labor videtur non eſt inanis in Domino c. habentes ſpem, quod labor videtur retributionem accipiet à Domino, & conſequenter ſcientes, quod omne opus bonum (de quorum numero eſt confeſſio) ſpem tribuit ſalutis, & ad Hebræos. 6. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſti in nomine ipſius. Ecce quod omne opus bonum ſecundum Apoſtolum ſpem ſalutis tribuit, ergo & confeſſio hoc facit, cum ſit opus optimum. Et alijs dictis Apoſtoli confirmat Magiſter Poreta concluſionem noſtram. Et Dauid in Pſal. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem, quid clarius deſiderari poteſt? vide ibi ſi plures authoritates ſcripturæ, & conciliorum cupis videre, quia deſcendere volo ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod ex actibus non poteſt eſſe ſpes ſalutis principaliter ſed ex gratia redemptoris. Et cum confeſſio gratiæ redemptoris innititur, ideo ſpem ſalutis tribuit non ſolum, vt actus meritorius, ſed etiam, vt pars ſacramenti. Nam omnia ſacramenta ex latere Chriſti fluxerunt, virtutes omnes à quibus procedũt actus meritorij cauſant ſpem ſecundario quatenus actus illi informati ſunt gratia.

Cõfeſſio præcipuè, vt pars ſacramenti dat pœnitentibus ſpem vitæ æternæ ſecundario.

Confeſſio, non ſolum vt eſt actus meritorius, ſed vt pars ſacramenti ſpem tribuit. Et confeſſio in propoſito magis conſideratur prout eſt pars ſacramenti, quàm prout eſt actus noſter meritorius. Nam ſi ex actibus noſtris meritorijs non dependet principaliter ſpes ſalutis, tamen dependet tanquam principalis effectus à confeſſione prout eſt ſacramentum, ergo ſpem ſalutis quocunque modo confeſſio dat. Inquantum actus noſter dat ſecundario, vt ſacramẽtum principaliter, vel quod in idem redit, ſpes ſalutis ſecundario data effectus eſt confeſſionis pro actu pœnitentis acceptæ. Et ſpes ſalutis principaliter data, eſt effectus confeſſionis pro ſacramento ſumpto, ergo à ſimili actus noſtri meritorij tribuunt nobis ſpem ſalutis ſed ſecundario, non autẽ principaliter, vt habetur ex Concilio Trid. prout videbimus infra.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit dicendo. Per tribulationem ad ſpem peruenimus prout docet Apoſtolus Rom. 5. Sed tribulationem homo præcipue in ſatisfactione ſubſtinet, ergo tribuere ſpem ſalutis magis eſt ſatisfactionis, quàm confeſſionis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus eadem reſponſione ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod vtique tribulatio ſpem ſalutis tribuit ſecundario, quia hoc fit per experimentum propriæ virtutis, quod exercetur in ſatisfactione. Cõfeſſio autem tribuit ſpem ſalutis principaliter, quia ſpes ſalutis prouenit ex gratia redemptoris, cui innititur confeſſio præcipue prout eſt pars ſacramenti, verum eſt, quod quandoque in ſatisfactione tribulatio magis ſentitur, & per conſequens ibi valde exercetur propria virtus, purgatioque licet fiat à pœna, tamen in actuali confeſſione magis ſentitur tribulatio peccatorum cum lachrymabilis debeat eſſe confeſſio, ſatisfactio autem ſacramentalis grata eſt Deo, & eſt meritoria, quia grata, & meritoria fuit confeſſio. Et per regulam poſterioriſticam. Propter quod vnũquodque, & illud magis, ſi ergo ſatisfactio tribuit ſalutem, magis tribuit confeſſio, confeſſio principaliter, & ſatisfactio ſecundario. Et hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Confeſſio tribuit ſpem ſalutis principaliter ſatisfactio illã præbet ſecundario.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ad argumentum pro parte negatiua caſus dicit, quod ex iam dictis, manet ſolutum. Nam & ſi contritio præcedat confeſſionem, voto tamen includit illam, & virtute illius liberat à morte peccati, & contritus acquirit gratiam. Ex quibus omnibus occiditur Lutherus; dixit enim, quod ſacramentum confeſſionis non confert gratiam. Immo dicimus nos, quod non ſolum confert gratiam, ſed liberat à peccato, quia homini contrito prius data fuit gratia hoc enim habetur ex Concil. Trid. ſeſſione 14. c. 4.

Argumẽtum ſecundum.

Lector format ſecundum argumentum dicendo. Sicut mortale eſt culpa, ita & veniale, ſed per confeſſionem fit veniale quod prius fuerat mortale, vt habetur in 4. d. 17. q. 5. à medio, ergo per confeſſionem non remittitur culpa, ſed culpa in culpam mutatur.

Argumenti ſolutio.
Triplex veniale, ex genere ex cauſa, & ex euentu,

Theologus ad minorẽ dicit, quæ eſt deſumpta à Magiſtro ſcilicet, quod mortale per confeſſionẽ fit veniale intelligitur de veniali nõ ex genere, vel ex cauſa, ſed ex euentu, & per conſequens in alio ſenſu, quã ſumatur veniale in maiori propoſitione vnde D. Th. dicit, quod veniale ibi ſumitur pro pœna de facili expiabili, & non pro culpa, vnde non ſequitur, quod confeſſio culpam in culpam conuertat, quia penitus illã annihilat; veniale enim dicitur tripliciter, Primo ex genere ſicut verbũ otioſum, Secundo ex cauſa idest habens in ſe veniæ cauſam, ſicut peccatum ex infirmitate, Tertio ex euentu, vt in caſu noſtro, quia per confeſſionem hoc euenit, quod de culpa præterita homo veniam conſequatur. Hæc ſint pro tota diſputatione iſta.

Diſputatio tertia de conſanguinitate, quæ inter impedimenta matrimonij connumeratur.

IN hac diſputatione Lector proponit multos caſus cum dubijs annexis diſcutiendis.

In primo caſu quærit: An diffinitio conſanguinitatis ſit recte, ac bene aſſignata.

In dubio inueſtigat An hæc propoſitio ſit vera ſcilicet Conſanguinitas eſt vinculum.

In caſu, ergo quærit Lector verum diffinitio conſanguinitatis ſit recte ac bene aſſignata, & more ſolito format argumentum pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum probans intentum ſcilicet, quod conſanguinitas ſit vinculum ab eodem ſtipate dependentium, carnali propagine contractum: In qualibet bona diffinitione ponitur genus, & differentia: Cum diffinitio quælibet conſtet ex genere, & differentia. Sed in diffinitione hac ponitur propriũ genus, & differẽtię, ergo diffinitio iſta bona eſt: maior propoſitio nõ indiget probatione, cũ ſit vna maxima in logica: minor autẽ probatur genus in hac diffinitione eſt vinculum. Et ea quæ ſequuntur ponuntur loco differentiæ ideſt ab eodem ſtipate deſcendentium carnali progenie contractum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Omnes homines ab eodem ſtipate carnali propagatione deſcendunt ſcilicet ab Adamo, & Eua, ergo ſi bona eſſet hæc diffinitio conſanguinitatis, omnes homines eſſent ad inuicem conſanguinei, & per conſequens, inter eos non poſſet eſſe matrimonium, ergo falſum eſt, quod conſanguinitas ſit vinculum ab eodem ſtipate deſcendentium, carnali propagine contractum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Triplex cognatio, carnalis, ſpiritualis, & legalis, & declarat quid ſit vnamquãque illarum.

LEctor Theologus pro caſu iſto tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, & pro maiori illius intelligentia proponit dubium, & reſoluit, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuę caſus. Quoad primum deſcendit ad cognitionem quid nominis cognationis dicendo, quod cognatio ſecundum amplitudinem ſuæ ſignificationis nominis, magis amplum eſt, quàm affinitas, & addit, quod triplex eſt cognatio ſcilicet carnalis, ſpiritualis, & legalis. Cognatio carnalis eſt, quæ nomine conſinitatis deſignatur, & venit per carnalem generationem. Spiritualis cognatio eſt, quæ per regenerationem in Santiſſimo fonte baptiſmatis contrahitur, legalis autem cognatio eſt illa, quæ per adoptionem legis acquiritur. Cognatio ergo carnalis affinitas vocatur, & contrahitur per carnalem copulam. Nam cum vir, & vxor per copulam fiant vna carro, ex Domini ſententia. Erunt duo in carne vna, hinc fit, vt conſanguinei vnius, fiant alteri affines. His ſic declaratis pro primo pũcto, procedendum eſt ad ſecundum.

Conſanguinitas eſt vinculum ab eodẽ ſtipite deſcẽdentium carnali progenie contractum.

Concluſio reſponſiua quæſito. Conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali progenie contractum.

Probatur ſic concluſio iſta. Omnis amicitia ex 8. Ethic. in aliqua communicatione conſiſtit: Cum amicitia ligatio ſiue vnio quædam ſit, ergo communicatio, quæ eſt cauſa amicitiæ vinculum dicitur, ergo conſanguinitas eſt quoddam vinculum, valet conſequentia, quia conſanguinitas dicit quandam conuenientiam in naturali communicatione, hoc patet, quia in communicatione exigitur vinculum perſonæ, & propagatio naturalis, ergo conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagine contractum. Declaratur concluſio iſta ſimili quodam. Sicut dicuntur concines illi, qui ſunt vnius ciuitatis, vel originem ab eadem ciuitate trahunt, cum habeant publicam communicationem adinuicem. Et commilitones dicuntur illi, qui in militari negotio conueniunt, ergo à ſimili illi, qui conueniunt in naturali coniunctione, vel communicatione dicuntur conſanguinei. Ex quibus concludit Doctor Sanctus, quod in prædicta diffinitione ponitur vinculum pro genere, perſonæ pro ſubiecto, propagatio carnalis pro principio dicit quaſi principium, quia ſi non eſt genus, ſe habet ad modum generis, quod ſatis eſt pro diffinitione ipſa. Cum ſufficiat in diffinitione, ponere aliquid loco generis. In propagatione naturali exigitur cõmunicatio perſonarum reſpectu deſcendentium ab vno ſtipite, igitur dicendum eſt ſic. Conſanguinitas eſt vinculum, deſcendentium ab eodem ſtipite. Ricardus, & alij dicunt, quod vinculum carnale ideſt conſanguinitas, eſt cauſa vinculi. At cum Magiſtro Soto dicendum eſt, quod conſanguinitas formaliter eſt vinculum, quia vinculum talium eſt cauſa conſanguinitatis. Cognatorum enim vinculum eſt idem ſanguis, & conſanguinitas eſt communio plurium in eodẽ ſanguine, quæ nihil aliud eſt, quàm relatio quædam, & habitudo realis ad eundem ſanguinem etenim, ſanguis vinculum eſt, & glutinum, quo plures colligunt. Si tamen vinculum accipitur pro amicitię iure, quo conſanguinei obligantur conſanguinitas poteſt dici cauſa eiuſdem vinculi, Stirps autem eſt perſona ideſt origo à qua tanquam à fonte eiuſdem promanauit ſanguis, veluti Adã prima Radix fuit, & ſtirps humani generis à quo vniuerſi mortales, tanquam rami eiuſdem arboris pullularunt.

Probatur ſecundo concluſio ipſa. Nam Ethimologia ſeu interpretatio huius nominis conſanguinitatis id oſtendit, ergo ex illa poſſumus concludere diffinitionem conſanguinitatis eſſe bene aſſignatã. Conſequẽtia deſumitur ex Eugenio Papa, & ex concilio Niceno. Eugenius Papa. 16. q. 1. c. Placuit ſecundo, loquens de Monacho dicit. Sicut piſcis ſine acqua caret vita, ita ſine monaſterio Monachus, & ſubdit Papa. Agnoſcas nomen ſuum. Monos enim græce, latine, eſt vnus. Achor græce, latine, eſt teſtis, vnde monachus dicitur vnus teſtis ſede atque ſolitarius, & taceat, vt officio ſuo vacat, quia mundo mortuus eſt, Deo autem viuit, inquit Pontifex ille. Et concilium Nicenum cap. placuit ſic ait: Placuit omnibus reſidentibus in ſancta Nicena Synodo, vt monachorum conuerſatio, & vita, ſecundum ethimologiam nominis ab omnibus diſcrepat, monachus enim græce, latine ſingularis dicitur, vnde monachus, per omnia ſingulariter, ſecundum gloſſam ibi. Et non ſeculariter agere debet, & oportet. His ſtantibus ex Papa, & ex Sacro Concilio deſcendendum eſt ad propoſitum noſtrum dicendo, quod cum

Monachus interpretatur vnus teſtis, ideo ab aliis ſeparatus, vt exiſtat, vt teſtis ſingularis.

res ex thimologia cognoſci debeat, prout aſſerit conſequentia, eamque ex illa regulari, ergo ex thimologia debet cognoſci, & manifeſtari natura cõſanguinitatis. Conſanguinitas, interpretatur ſanguis vnitas, deriuatur enim à con quod eſt Simul ſiue vnum, & ſanguine, ergo idem eſt conſanguinitas, quod vnitas ſanguinis. At vnitas ſanguinis haberi non poteſt in multis perſonis, niſi per propaginem, modo illo in diffinitione declarato ideſt per generationem, vnde ſequitur ex ſententia Papæ, & Concilij, a ſimili, quod conſanguinitas recte ſit diffinita, cum eius diffinitio concors ſit eius nemini prout declaratũ eſt vſque modo. Cum ergo vnitas ſit, quid commune, ad plura ſe extendens merito Magiſter Dominicus à Soto, dicit quod nomen illud vinculum in diffinitione poſitum eſt genus. Eadem enim ratione animal poſitum in diffinitione hominis dicitur genus, quia ratio eius ſe extendit ad plures ſpecies animalium. Ita & vinculum in diffinitione conſanguinitatis dicitur genus, quia ratio vinculi in pluribus ſeruatur. Nam reperitur in conſanguinitate, in cognatione ſpirituali, & etiam legali, & in affinitate, quæ omnia pertinent ad ſacramentum matrimonij, & impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum.

Cõſanguinitas ideſt ſanguis vnitas quia deriuatur a con, & sãguine ideſt ab vno ſanguine.

Obſeruandum tamen eſt, quod in brutis animalibus non reperitur hoc genus conſanguinitatis, affinitatis, cognationis ſpecialis, vel legalis licet deſcendant ab eodem ſtipite, quoniam in illis non poteſt eſſe amicitia, quæ eſt fundamentum talis vinculi, vt declaratum eſt. Item dicitur in diffinitione ab eodem ſtipite deſcendentium, in quo manifeſtat Theologus, quod ſermo eſt de ſtipite proximo in radice, quoniam ſi ſermo eſſet de ſtipite remoto omnes ſumus ab Adam, quod enim huiuſmodi conſanguinitas non exeat à ſtipite proximo oſtenditur ex hoc, quia virtus generatiua non pertingit vſque ad omnes gradus, vt dicit Ariſt. lib. 4. de generatione animalium c. 3. prout clarius videbimus in reſponſione ad primum argumentum ſimiliter dicitur Carnalis propagatio, quia per talem copulam conſanguinitas contrahitur, vnde inter Angelos non eſt conſanguinitas, quia inter illos nõ eſt, carnalis propagatio, ſed mirabilis quædam productio. At vero inter beatam Virginem, & Chriſtum filium eius fuit vera conſanguinitas, quoniam fuit ibi vera generatio, & natiuitas ex parte virginis quamuis fuerit quædam mirabilis actio maxime eleuata à natura ex parte Dei, inquit P.F. Petrus de Ledeſma ex ſententia Couarruuiæ ſuper 4. Decretalium p. 2. c. 6. §. 6. Et Nauarræ in manuali cap. 22. numero 41. His ſic declaratis dubium proponitur.

Angelici non ſunt conſanguinei bene autem Chriſtus, & Maria Spiritus Sancti opere.

Dubium.

Quærit enim Lector in hoc dubio ſi Pater, & Filius ſint conſanguinei. Nam ex iam dictis rationes deſumuntur pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Conſanguinitas ex iam dictis, eſt ſanguis vnitas, at inter Patrem, & Filium eſt maxima vnitas ſanguinis, cum Pater habeat de ſua ſubſtantia in Filio, ergo Pater, & Filius ſunt conſanguinei.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt diffinitio conſanguinitatis, dicitur enim conſanguinitas eſt vinculum contractum ex carnali progenie ab eodem ſtipite deſcendentium, ſed Pater, & Filius non deſcendunt ab eodem ſtipite, ſed Filius deſcendit à Patre ergo non ſunt conſanguinei.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus breuiter ſoluit hoc dubiũ, Primo vnica concluſione ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantiam pro parte negatiua adducta.

Concluſio Pater, & Filius ſunt conſanguinei. Concluſio eſt clara de ſe, & comprobata ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, & ſic declaratur. Nam ad conſanguinitatem non eſt neceſſe, quod conſanguinei deſcendant per carnalem copulã, ſatis eſt, quod vnum deſcẽdat ab alio, vel ab altera realiter. Nam Chriſtus Dominus, & eius caſtiſſima mater conſanguinei fuerunt opera Spiritus Sancti non tamen ex carnali copula. Ex oppoſito Eua nullatenus fuit conſanguinea Adæ Ratio eſt, quia ab illo, non carnali propagine deſcendit. Nam carnalis propago fit per deciſum ſanguinem, vel ſemen vtriuſque parentis, (vt in communi generatione) vel ſaltem Matris, vt in generatione miraculoſa B. V. Eua autẽ, nec per ſemen nec per ſanguinem ab Adamo deſcendit, ſed de vna coſta ipſius Adæ Deus illam formauit, non in ventre, ſed extra, quare nec genita fuit ab Adam, nec concepta, nec parta, neque verò ambo per carnalem propaginem, ſed à Deo ambo ſeparatim creati fuerunt. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Parentes, & Filij vere ſũt cõſanguinei, quia inter illos eſt ſanguinis vnitas.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Soluit inſtantiam partis negatiuæ Theologus dicendo, quod Parentes, & filij deſcendunt ab eodem ſtipite ſcilicet ab Adamo, & Eua. Cum omnes homines ab Adam deſcendant præter Adam ipſum, qui fuit formatus de limo terræ, & Euam, qui fuit formata ex vna coſta Adæ propriè in primo ſenſu Pater, & Filius ſunt conſanguinei, Secundo dicitur, quod ſenſus diffinitionis conſanguinitatis ſub diſiunctione eſt ſumẽdus: dicimus enim, quod illi ſunt conſanguinei, qui ambo ab vno deſcendunt vt ſunt fratres, & deſcendentes à parentibus, vel vnus ab altero. Et in hoc ſenſu Pater, & Filius, & Mater, & Filia, & omnes ſimul ſunt conſanguinei, ſatis eſt enim, quod realiter vnus deſcendat ab altero, vt ſint conſanguinei.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator dicendo. Conſanguinitas eſt nomen quoddam conuenientiæ. Conuenire autem non poſſunt homines, qui ex materia, & forma tantum conſtant, niſi aut ratione formæ aut ratione materiæ, ſed conuenientia ex ratione formæ eſt ſpecifica, in qua vniuerſi mortales conueniunt.

ueniunt. In materia autem omnes differunt indiuidualiter etiam fratres, materia enim eſt principium indiuiduationis, ergo conſanguinitas non eſt conuenientia.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ dicit, conſanguinitatem non eſſe conuenientiam ſpecificam ratione formæ, ſed conuenientiam materialem in ſanguine: ſanguis enim ad materiam ſpectat vt caro, vnde ad inſtantiam factam dicit, verum eſſe, quod in diuerſis indiuiduis diuerſæ reperiuntur materiæ numero, nihilominus eſt idē ſanguis in ordine ad cauſam efficientem, quia ſcilicet ab eodem ſtipite, & ab eadem radice pullulat, ſicut idē eſt riuulus, qui ab eodem venit fonte. His relictis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argument. ſolutio. THeologus primo argumento contra caſum adducto ſatisfacit dicendo ad antecedens, verum eſſe, quod omnes homines ab eodem ſtipite carnali propagine deſcendunt, loquendo de ſtipite remoto, ſed hoc verum non eſt loquendo de ſtipite propinquo. Conſanguinitas non ſumitur à ſtipite remoto, ſed à propinquo, propterea negatur conſequentia. Nam in ſtipite multum remoto (ſicut in Adam) virtus non manet in illis, qui ex eo propagantur: diffinitio enim ſano modo eſt intelligenda, vt cum dicitur conſanguinitas eſt vinculum deſcendentium ab eodem ſtipite, intelligitur cuius ſtipitis virtus in eiſdem perſeuerat, virtus autem agentis, cum per multa ducatur media, attenuari incipit, & debilitari, adeò vt tandem deficiat. Nam virtus actiua, non reperitur ſecundum eandem perfectionem in inſtrumento, ſecundum quod reperitur in agente principali. At quia omne mouens motum eſt inſtrumentum, inquit Doctor Sanctus, inde eſt, quod virtus primi motoris in aliquo genere, per multa media deducta, tandem deficit, & prouenit ad aliquod, quod eſt motum, & non mouens. v.g. Si quis proijciat ſaxum in aquam, aqua ipſa multas circulationes facit, quarum vna, ab alia cauſatur, itaque vnaqueque illarum ſit mouens, & mota, excepta vltima in qua virtus motoris ita deficit, vt ipſa remaneat tantum mota, & non mouens. Ita in propoſito noſtro, virtus generantis mouet, non ſolum quantum ad id, quod eſt ſpeciei, ſed quantum ad id, quod eſt indiuidui, ratione cuius Filius aſſimilatur Patri, non ſolum in eſſe naturæ ſpeciei, ſed etiam in accidentibus, qua vtique ratione Filius Patris, & nonnunquam aui nepos imaginem refert complexionis, & morum effigiem, quæ quidem indiuidualis conuenientia, conſanguinitas dicitur. Attamen virtus illa paterna, non ſecundum totam perfectionem deſcendit in filiam. Et adhuc in nepote minuitur. Et ſic deinceps debilitatur. Et hinc oritur, quod virtus illa quandoque deficit, vt vltra procedere non poſſit. Et quia conſanguinitas eſt inquantum multi communicant in tali virtute ex vno in multos per propaginem inductam paulatim ſe conſanguinitas diminit prout docet Iſidorus lib. 11. Ethymologiarum c.6. & refertur 35. q.4. c. conſanguinitas quo in loco dicitur. Dum virtus illa paulatim per propaginis ordinem exhauritur, conſanguinitas extinguitur, quemadmodum in arbore truncus radicibus proximus robuſtior eſt, mox rami, quo trunco propinquiores, eo ſunt valentiores, deinde tamen ramuſculi propagant exiles, vt tandem in cacumine euaneſcant.

Impugnatio Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo ex Ricardo, quod ratio iſta thomiſtica non concludit. Eo quod hæc virtus fortior eſt in vno, quàm in alio. Et ideo cōſanguinitas in vno ſtipite latius progreditur, quàm in alio deſcendentium in illis.

Impugnationis reſpōſio. Soluit hanc impugnationem thomiſta dicendo, quod in his debemus procedere ſecundum, quod contingunt in pluribus, & non prout in paucioribus, & ſimilitudine in bonis optima eſt, quia iſto modo nobilitates familiæque illuſtres quo à trunco plus elongantur, eo magis degenerant, & tandem ad paupertatem multoties veniunt, & in obliuionem reddūtur. Hac de cauſa iura primogenituræ, & facultatum, diuitiarumque amplitudines, & domus illuſtres, veluti oſſa Reipublicæ, & columnæ perſeuerant. Adeſt, & alia ratio, quod cum cōſanguinitas ſit genus amicitiæ, eo actenus procedūt, quatenus ſecundum vſum communem huiuſmodi amicitiæ, & familiaritates perdurant. Per quot gradus conſanguinitas ipſa dilatatur dicemus in quarto caſu amplius de hoc.

Argumētum ſecundum. Lector gratia diſputationis contra prædicta format ſecundum argumentum, quod eſt tale, vinculum non poteſt eſſe niſi aliquorum adinuicem conuenientium, cum de natura vinculi ſit vnire, ſed eorum, qui deſcendunt ab vno ſtipite non eſt maior conuenientia, quàm aliorum hominum, ergo conſanguinitas non eſt aliquorum vinculum. Probatur minor propoſitio. Iſti cōueniūt in ſpecie cum alijs, & differunt numero, ſicut omnes alij homines ergo &c.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento dicit minorem propoſitionem eſſe falſam, & ad probationem dicit, quod conſanguinei non ſolum conueniunt in natura ſpeciei, ſed etiam in virtute propria ipſius indiuidui ex vno in multos traducta, ex quo contingit quandoque, quod filius aſſimilatur non ſolum Patri, ſed Auo, vel remotis parentibus, prout docet Ariſt. li.8. de Animalibus. Vlterius dicitur, quod licet non ſit maior conuenientia inter propinquos, quàm inter extraneos ratione ſpeciei, vel differētię numeralis, eſt tamen differentia ratione eiuſdem ſtipitis indiuidualis traductæ in multis, eſt maior.

Argumētum tertium. Lector non acquieſcit, format tertium argumentum contra reſponſionem hanc dicendo. Carnalis propagatio fit de ſuperfluo alimenti, ſed tale ſuperfluum, magis habet conuentionem cum rebus comeſtis, cum quibus in ſubſtantia conuenit, quàm cum eo, qui comedit, ergo cum non naſcant aliquod conſanguinitatis vinculum illius, qui ex ſemine naſcitur ad res comeſtas, ergo nec ad generantem, ex carnali propagine naſcitur aliquod

quod

quod vinculum propinquitatis.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento reſpondet dicendo, quod conuenientia magis ſumitur ſecundum formam, ſecundum quam aliquis eſt actu, quam ex parte materiæ ſecundum quam eſt in potentia, vt patet exemplo. Carbo magis conuenit cum igne, quàm cũ arbore, vnde abſciſſus eſt, ſimiliter alimentum iam conuerſum in ſpecie nutriti per virtutem nutritiuam magis conuenit cum ipſo nutrito, quàm cum illa re vnde ſumptum eſt nutrimentum hoc ſtante dicitur ad minorem propoſitionem argumenti, quod cum denominatio fieri debeat à materia proxima, quæ quidem ſe habet, vt forma reſponſione materiæ remotæ. Id autem, quod proxime in ſemen conuertitur, non eſt elementum, vel caro, ſed eſt ſanguis, prout docet Ariſt 15. de animalibus, ob id vinculum illud, quo conſanguinei conglutinantur eſt ſanguis quare cognatorum communicatio conſanguinitas potius, quam carnalitas dicitur.

Argumẽtum quartum.

Contra hoc formar quartum argumentum lector dicendo. Laban dixit ad Iacob Geneſ. 18. Os meum, & caro mea es, ratione conſanguinitatis, quæ erat inter eos, ergo talis magis debet dici, carnalis propinquitas, quàm conſanguinitas.

Argumenti reſponſio.

Iam ex dictis ad tertium argumentum inquit Theologus habetur reſponſio ad hoc argumentum. Nam cum proxime id, quod conuertitur in ſemen ſit ſanguis per Ariſt. loco ſupracitato, propter hoc vinculum, quod contrahitur per propaginem carnaliter conuenientius dicitur conſanguinitas, quam carnalitas. Aliquando tamen aliqui conſanguinei conſueuerunt ſe vocare, vnum os, & vna caro, quia ſanguis, qui in ſemen viri, vel meſtrum feminæ conuertitur potentia eſt caro, & os ſemen, & meſtrum illud virtute generatiuæ parentũ conuertũtur in carnẽ, & oſſa geniti ab illis.

Vinculum, q contrahitur per propaginem potius dicitur cõſanguinitas, quã carnalitas.

Argumẽtum quintum.

Vltimum argumentum format Lector contra prædicta ſic. Carnalis propagatio eſt communis hominibus, & animalibus brutis, ſed in animalibus non contrahitur ex propagine carnalis conſanguinitatis vinculum, ergo neque in hominibus hoc vinculum contrahitur.

Argumenti reſponſio.

Theologus negat illationem huius argumenti ratio negationis eſt inquit, quia non eſt par ratio de hominibus, & de brutis, Nam licet animalia ab eodem propagantur genitori, & ab eadem matre ſint concepta, & in luce producta, non tamen animalia ipſa coniuncta ſunt in amicitiæ vnitatem propter propagationem multorum ex vno parente proximo. Et hoc quia animalia proprie loquendo non ſunt capacia amicitiæ, in qua fundatur conſanguinitas. Communicatio ergo ſanguinis, vnde conſanguinitas fundatur, fundamentum ſuum habet in naturali amicitia, quæ ſine cognitione finis haberi non poteſt. Bruta animalia tali cognitione carent, carentque libertate, qua ſuarum actionum poſſint habere dominium propterea non ſunt capacia amicitiæ, licèt in aliquibus illorum reperiatur veſtigium aliquod amicitiæ. Ob id in brutis conſanguinitas eſſe non poteſt. Hæc ſint abundanter dicta pro caſu, & dubio iſto.

Caſus ſecundus.

Lector proponit caſum ſecundum diſputandum cum dubijs annexis, in quo quærit. Si conuenienter conſanguinitas deſignatur per gradus, & lineas.

In caſu, ergo quærit vtrum conuenienter conſanguinitas deſignetur per gradus, & lineas.

In dubio quærit An verum ſit, quod ad optinendam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficit gradum remotiorem tantùm exprimere, an verum neceſſarium ſit vtrumque gradum declarare.

In caſu ergo quærit Lector vtrum conuenienter conſanguinitas deſignetur per lineas, & gradus, & pro vtraque parte format argumentum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Quod decretum eſt ab Eccleſia, & terminatum in iure conuenienter eſt factum. At diſtinctio conſanguinitatis per gradus, & lineas ponitur ab Eccleſia, & à iure, ergo conuenienter eſt aſſignata diſtinctio iſta per gradus, & lineas. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor eſt Iſidori, prout habetur 35. q. 5. vbi ponit primum gradum conſanguinitatis. Et Can. Ad ſedem Alexandri ſecundi quibus conſanguinitas per lineas, & gradus diſtinguuntur, ergo ſtanda eſt tali terminationi cum ſit ab Eccleſia.

Linea cõſanguinitatis eſt ordinata collatio perſonarum cõſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentiũ diuerſos continẽs gradus.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale argumentum inſtruit. Linea conſanguinitatis nil aliud eſt, quàm perſonarum collactio, quæ ſunt conſanguinitate coniunctæ, ſed huiuſmodi collactio eſt ipſamet conſanguinitas, ergo linea non eſt pars ex qua conſanguinitas conſtat prout habetur ex diffinitione lineæ, ſcilicet linea conſanguinitatis eſt ordinata collatio perſonarum, conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos continens gradus.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo ſupponit aliqua pro fundamento doctrinæ tractandæ, Secundo vnica concluſione ſatisfacit quæſito affirmatiuæ, Tertio ſoluit argumenta (poſt dubij deciſionem) Quo ad primum eſt obſeruandum, Primo quod in hac doctrina non conueniunt Iuriſtæ cum canoniſtis præcipuè in diſtinguendo gradus in linea tranſuerſali. Nam iuris ciuiles, ex vno gradu iuris canonici fiunt duo, qua vtrique ratione iuriſtæ amplificant gradus ipſius conſanguinitatis in duplum, vt Alexander ſecundus Can. Ad ſedem 35. q. 5. refert. Enimverò Iuſtinianus in authentica de hæredibus ab inteſtato, veniens Colla. 8. ob ſolam ſucceſſionem hæreditatum ab inteſtato gradus conſtituit. Et dicit, quod vſque ad 6 gradum vocantur hæredes, cogitauit ipſe ſextum gradum (modo ſuo) in tertio gradu canonico includi, hac ratione dicebat enim ipſe cum filius vno gradu diſtet à Patre, Fratres inter ſe diſtant duobus gradibus dicebat enim

vnum

Digitized by Google

vnum diſtare ab altero vnu gradu, & alter ab altero alium gradum recipere. Et eadem ratione loquebatur in ordine ad nepotes, quia vterque ab vno diſtat duobus gradibus, dicebat ambo inter ſe diſtare quatuor gradibus. Ac ſubinde pro nepotes diſtare in 6. gradu, vltra quem gradum voluit ab inteſtatu hæredes ſuccedere. Ius autem canonicum hos gradus, ad tres reduxit, Primus gradus repetitur inter Filium, & Patrem, Secundus inter nepotes, & auum, Tertius inter pronepotẽ, & ab auo, Quartus inter abnepotem, Quintus inter trinepotem prout eſt videre in linea conſanguinitatis, apud ſummiſtas.

Gradus conſanguinitatis in minori numero ſunt apud canoniſtas quã apud iuriſtas.

Relicta igitur in præſentiarum opinione legiſtarum deſcendamus ad ius canonicum, & ſupponamus hoc aliud fundamentum poſitum à D. Th, ſcilicet quid ſit linea, inquit enim linea in præſentiarum non accipitur propriè, ſed impropriè large, & non ſtricte ſcilicet per quandam ſimilitudinem. Nam ſicut in linea ſunt multa puncta, ita in linea conſanguinitatis ſunt multi gradus. v. g. linea recta deſcendentium ſunt Pater Filius, nepos pronepos, & ſic deſcendendo. Aſcendentium, eſt Pater Auus Atauus, abauo, & ſic aſcendendo hoc ſtante deſcribitur ſic. Linea eſt ordinata collectio perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium diuerſos continens gradus. Pro intelligentia huius diffinitionis, eſt obſeruandum, quod linea dicit habitudinem quãdam ipſarum perſonarum conſanguinearum, ſecundum quod diſtant inter ſe. Nam ſi non eſſet diſtantia, conſanguinitas eſſe non poſſet ſicut non poteſt eſſe ſimilitudo, niſi vbi eſt aliqua diuerſitas, cum ſimilitudines claudicẽt centum pedibus prout dicitur in prouerbio, vnde ſi recte, & exacte diffinietur linea in propoſito noſtro dicendum eſt, quod linea aliud non eſt niſi conſanguinitatis collectio ordinata perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium habens ſuos gradus. Sicut populus eſt collatio plurium perſonarum ſub eiſdem legibus viuentibus.

Linea cõſanguinitatis dicitur per ſimilitudinem ad lineam naturalẽ ſeu mathematicam.

Ex quo colligitur, quod conſanguinitas, & linea conſanguinitatis non eſt idẽ, quia linea eſt collatio perſonarum conſanguinitas eſt ipſa habitudo inter ipſas perſonas, in ordinem ad ſanguinem, velut ordo eſt relatio inter magiſtratum, & reliquos viros. Ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod linea dicit perſonas, quæ ſunt relationis conſanguinitatis extrema. Gradus vero eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quanta diſtantia, perſonæ inter ſe differant, vt habitudo filij ad Patrem eſt primus gradus, quoniam inter illos, nulla perſona media diſtat, ſed dicitur primus gradus, quia eſt prima diſtantia. Gradus quidem aſcenſum ſiue deſcenſum ſignificat. Deſcenſus duo extremos, & terminos ſignificat ſcilicet à quo, & ad quem. Quare eiuſdem ad ſeipſum gradus eſſe non poteſt. Primus igitur gradus ſupra eſt Pater, & Mater in ordine ad proles. In primo gradu infra ſunt filius, & filia in ordine ad genitores.

Linea cõſanguinitatis, & conſanguinitas non eſt idem, diſtinguuntur plus quam formaliter.

Declaratur in quo conſiſtat diuerſitas graduum conſanguinitatis.

Non enim Pater, & Mater inquit Magiſter Dominicus à Soto ponuntur primus gradus, ſed vt primum extremum primi gradus, qui terminatur ad filios. Hinc fit, quod linea ex pluribus gradibus conſtat. Linea enim eſt ſeries perſonarum, quæ conſtat ex Patre, & filio, nepote, pronepote. &c. Et ita in linea deſcendendo.

Argumentator ſe opponit ad ea, quæ vſque modo dicta ſunt dicendo. Linea inter duo puncta extrema, tantum clauditur de mente Phyloſophi, ergo linea conſanguinitatis, non poteſt conſtare ex pluribus gradibus.

Impugnatio.

Reſpondet Theologus, & deſtruit hanc impugnationem per vnam diſtinctionem dicendo, quod de linea loqui poſſumus dupliciter, Primo prout eſt ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie, & corpore, & vt ſic extrema ſunt duo puncta. Cum in quolibet puncto ſecari poſſit in duas medietates, vel in plures partes. In quo ſenſu non loquimur de linea, Secundo modo ſumitur linea impropriè, ſimilitudinariè, in quo ſenſu poteſt habere plures gradus prout ſuperius dictum fuit. His pro primo puncto, notatis ad ſecundum procedamus.

Impugnationis reſpõſio.

Concluſio reſponſiua. Conſanguinitas diſtinguitur per lineas, & gradus, ſecundum tres habitudines lineæ. Nam triplex eſt linea, aſcendentium deſcendentium, & tranſuerſalis, quæ eſt collateralium. Hoc enim docet Ariſt. 8. Ethic. c. 12. quo in loco dicit. Sanguis communicatio eſt triplex prima eſt ſecundum habitudinem principij, ad principiatum, qualis eſt patris ad filium, filij ad nepotem, nepotis ad pronepotem &c. quo in loco dicit, Patres diligunt filios, tanquam partes ab eis deciſas, atque ab ipſis exiſtentes, ſimiliter, & matres ſe habent in ordine ad eoſdem filios, & filias. Secunda habitudo eſt principiati ad principium, & ſic ſumitur linea aſcendentium, vt filij ad Patrem, Patris ad Auum, Aui ad proauum &c. Et ſubdit Ariſt. Filij diligunt parentes, tanquam illos à quibus exiſtunt, & ſicut partes ſuum totum. Quo fit, vt hæc duæ lineæ non ſint re diuerſæ, ſed ſolum ratione, & conſideratione. Nam per eandem ſcalam aſcendimus, & deſcendimus, Tertia eſt linea tranſuerſalis, quæ ad collaterales tranſuertitur, qualis eſt inter duos fratres, vel fratres, & ſorores, vel inter ſorores ipſas, vel inter duos fratrueles, qui ſunt fratres filij, & fratres Patris, vel matris, ſeu ſorores. Et ſic deſcendendo, vel aſcendendo, iuxta ea quæ in linea recta dicta ſunt, prout habetur in figura conſãnguinitatis apud Magiſtrum Dominicum à Soto. 4. d. 40. q. vnica. art. 2. Et apud Syl. de impedimento conſanguinitatis. In qua vtique figura ab Adam, primo parente per lineam rectã deſcenditur, cuius primus gradus eſt filius, ſecundus nepos, tertius pronepos, quartus abnepos, quintus trinepos, ſexto quadrinepos, &c. Et per eandem lineam rurſus aſcenditur, vnde primus gradus eſt Pater, qui erat trinepos, ſecundus Auus, qui erat pronepos, tertius proauus, qui erat nepos, quartus abauus &c. Primus igitur gradus in linea tranſuerſalis reperitur inter duos fratres, & ſorores, ſecundus inter filios

Triplex eſt linea conſanguinitatis aſcendentium deſcendẽtium, & tranſuerſalis, vel collateralis.

Lineæ cõſanguinitatis aſcẽdentiũ, & deſcendentium ſunt idem re, non autẽ ratione, trãſuerſalis ab illis re diſtinguit.

illorum qui ſunt germani, tertius inter nepotes, & ſic deſcendendo &c.

Dandæ ſunt aliquæ regulæ ad cognoſcendum in quo gradu diſtent conſanguinei inter ſe, & primo pro linea recta.

Datur regulæ tres ad cognoſcendum in quo gradu cõſanguinitatis diſtent inter ſe conſanguinei.

Prima regula eſt, quando inter perſonas, quæ ſunt in linea recta nulla alia perſona mediat perſonæ illę ſunt in primo gradu, ſicut Pater, & filius quod dicitur de Patre, & filio dicitur, de matre, & filia ſeu de Patre, & filia, vel matre, & filio; Pater enim & filius ſunt in primo gradu, quia nulla perſona inter illos mediat. Si vero mediat aliqua perſona, tot gradus erunt quot perſonæ mediæ, cõnumeratis omnibus medijs, & extremis ſunt in tot gradibus quot perſonæ (dempta vna) v.g. quia Pater, & filius, & nepos ſunt tres perſonæ, nepos diſtat ab auo in ſecundo gradu, & pronepos in tertio filius autem diſtat à Patre in primo gradu, quoniam ſunt duæ perſonæ, & dempta vna, vna tantum manet, & vnus gradus.

Regula ſecũda pro linea trãſuerſali. Quot ſunt in linea tranſuerſali, æqualiter in eodem gradu in quo diſtãt à ſtipite diſtant inter ſe. v.g. filius, & filia eiuſdem Patris, vel matris, qui æqualiter ſunt in linea tranſuerſali ſunt in primo gradu inter ſe, ſicut ſunt in primo gradu cum Patre, & matre ſua. In hac regula omnes in vniuerſum conueniunt vt patet in gloſſa in arbore lib. 6. verſus inter collaterales.

Impugnatio prima.

Lector ſe opponit contra hanc regulam dicendo. Sicut nepos diſtat ab vno duobus gradibus, ob id quod inter eos mediat filius. Ita & duo filij videntur duobus gradibus diſtare, quia Pater eſt medius inter eos, cum à Patre contrahant inter ſe conſanguinitatem.

Impugnationis ſolutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod Pater non eſt medius inter filios eo modo quo filius eſt medius inter Patrem, & nepotem, quaſi quod filij ſint duo extrema in eadem linea, ſed ambo in eadem linea ab ipſo dependẽt, quia quilibet illorum immediate eſt à Patre.

Impugnatio ſecunda.

Lector de nouo ſe opponit huic reſponſioni dicendo. Filius propinquior eſt Patri ſanguine, quã fratri ſuo, ſed diſtat vno gradu à Patre, ergo pluribus à fratre.

Impugnationis reſpõſio.

Theologus remouet hanc impugnationem dicendo ſequelam eſſe nullam, quamuis enim filius ſit magis coniunctus Patri, quàm fratri ex hoc tamen non ſequitur, quod frater ſit magis coniunctus Patri, quàm fratri ſuo, ſicut enim vna albedo eſſe poteſt altera maior, vel intenſiue habere maiorem perfectionem, vel extenſiue, quia per maiorem quantitatem dilatatur. Ita filius eſt magis conſanguineus Patri, quàm fratri ſuo ab eodem Patre genito, quia arctius, & perfectius eſt vinculum inter genitum, & genitorem (eo quod ſunt ſicut effectus, & cauſa) quàm ſit inter duos fratres, qui non ſe habent, niſi ſicut duo effectus ad eandem cauſam, licet frater non ſit propinquior ſuo Patri, quàm ſuo fratri, quia fratres non diſtant à ſe inuicem, niſi quantum diſtant à Patre, qui eſt vnus gradus, vnde Fratres, & Pater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, in ſignum huius veritatis. Eccleſia in hac materia ſic procedit, vt primus gradus ſit inter genitores, & filios, & inter fratres, vt ait Zacharias Papa Can. Parentelæ eodem can. & quæſt. ſecundus gradus inter nepotes, qui ſi ſunt fratris filij, vel fratrum filij, fratrueli dicuntur. Et ſi ſororum ſubrini ideſt ſororiani, tertius autem gradus inter pronepotes, quartus inter abnepotes quamuis omnes iſti ſub fratribus collateralibus ſint, & conſobrini dicantur.

Fratres inter ſe, & in ordine ad ſuos genitores ſunt in primo gradu conſanguinitatis.

Regula tertia pro linea, etiã tranſuerſali ponitur. Quot ſunt in linea trãſuerſali ſi diſtãt in æqualitate à ſtipite, attendendus eſt gradus remotior, & in quo gradu diſtat remotior à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe, ipſi collaterales exempli gratia inter nepotem Patri, & auunculi eius, eſt diſtantia in duobus gradibus lineæ collateralis, ratio eſt, quia cum inæqualiter ambo diſtent ab eodem ſtipite ſcilicet à Patre, qui eſt auus vnius, & Pater alterius, nepos tamen eſt in remotiori gradu, iuxta, quod debet regulari collateralis diſtantia, regulam iſtam deſumpſit Doctor Sanctus in cap. vir, quia ſtipite, de conſang. & affinit. vbi dicitur, quod ſi vir diſtat à ſtipite in quarto gradu, fęmina autem in quinto, poſſunt licite contrahere matrimonium ſecundum regulam iam aſſignatam. Et aſſignat rationem dicendo. Quia collaterales non habent inter ſe conſanguinitatem, niſi quam habent ratione primi ſtipitis, ac proinde nullus vnius lineæ poteſt habere maiorem propinquitatem ad alterum alterius lineæ, niſi quam habet ratione primi ſtipitis, & ad ſtipitem conſanguinitatis virtus, quanto magis deſcendit, tanto magis debilitatur, ac tandem extinguitur, vt habetur cap. conſanguinitas. 25. quæſt. 4. vt igitur clarior percipiatur regula iſta, dubium proponamus.

Dubium.

Circa hanc regulam Lector mouet dubium hoc magnæ difficultatis, quod eſt tale. Quęrit enim an verum ſit, quod ad obtinendam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficiat gradum remotiorem tantum exprimere. An verum neceſſe ſit vtrumque gradum declarare, rationes validiſſimæ ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale ratiocinium, deſumptum ex ratione iuris illius. Nam in illo reperitur, quod ſi alter conſanguineorum diſtat ſexto, vel ſeptimo gradu à ſtipite, alter autem in ſecundo, vel tertio non poſſunt coniungi, ergo non ſufficit exprimere gradum remotiorem ad diſpenſationem optinendam pro matrimonio contrahendo, ſed vtrumque gradum exprimere eſt neceſſe.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua eſt regula modo adducta vbi dicitur conſanguinitatis virtus quanto magis deſcendit, tanto magis debilitatur, & tandem extinguitur, vt habetur cap. conſanguinitas 25. quæſt. 4. ergo ſatis erit ſi proponatur gradus magis diſtans pro diſpenſatione obtinenda.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo directa concluſione ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio igitur eſt, In caſibus ſimilibus ſufficit exprimere gradum remotiorem. Et non eſt neceſſe exprimere gradum magis propinquum pro diſpenſatione obtinenda.

Probatur concluſio iſta authoritate Pontificia, ex cap. vit. de conſanguinitate, vel affinitate. Hoc ibi diffinit Pontifex, quod ad obtinendam diſpenſationem. Si vir diſtat à ſtipite in quarto gradu poſſunt licite copulari. Et in conſtitutione Clemẽtis ſexti quoque incipit nuper idem habetur. Et D. Thom. eſt huius ſententiæ in additione ad tertiam p. quæſt. 54. art. 2. Hoc idem affirmat Ledeſma ibi. Et Magiſter Dominicus à Soto in 4. d. 40. art. 2. &c.

Pro diſpẽſatione obtinenda exprimendi sũt gradus vtriuſque conſanguinitatis ſi propĩquior eſſet primus gradus aliter non.

Concluſio ſecunda. In aliquibus caſibus exprimendi ſunt gradus vtriuſque partis ad obtinendam diſpenſationem. Concluſio iſta in primis habetur ex Pio quarto, q in quodã motu proprio expreſſe præcipit, vt declaretur vterq; gradus remotior ſcilicet, & propinquior ad obtinendam diſpenſationem at Pius V. in alio motu proprio Anno Domini 1566. die 20. Auguſti, expreſſe reuocauit clauſulam illam Pij quarti, & rem hanc reſtituit ad ius commune antiquum, ſcilicet, vt ſufficeret gradum remotiorem exprimere declarat tamen ipſemet Pius V. ſeipſum dicendo, quod quando propinquior gradus fuerit primus gradus, non ſatis eſſe remotiorem exprimere, ſed etiam exprimendus eſt gradus propinquior. Et rationem reddit dicendo, quodcumque in primo gradu intendit diſpenſare. Hoc intelligitur ſuppoſito, quod vnus ſit in primo gradu lineæ tranſuerſalis, alter qui eſt in gradu remotiori ſit infra quartum gradum. Nam ſi ſit vltra quartum gradum, vel extra quartum gradum ſententia doctorum eſt, nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem ad licite contrahendum. Semper enim loquuntur de conſanguineis, in linea tranſuerſali. Si autem eſſent in linea recta, non poſſent contrahere matrimonium infra gradus prohibitos. Obſeruandum tamen eſt, quod Pius V. in illo ſuo motu proprio ponit hanc conditionem, dummodo poſtea obtineantur litteræ declaratoriæ ſuper gradum propinquitatis iuxta conſtitutionem Gregorij V. & Clementis prædeceſſorum noſtrorum. Et hoc ad euitandum ſcandalum puſillorum, ſcientes tales eſſe in gradu prohibito, & eſſe diſpenſatos in gradu remotiori tantum, non autem, in gradu propinquo propterea obtinendæ ſunt litteræ declaratoriæ. Et hoc præcipue obſeruandum eſt in illis prouincijs vbi eſt talis conſuetudo, vbi autem non eſt conſuetudo, hoc neceſſarium non eſt, quibus ſtantibus inſtantia pro parte affirmatiua manet ſoluta.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantiam dicendo, quod inſtantia ante terminationem Pij V. habebat aliquam apparentiam, ſed poſt illã nulla eſt ambiguitas, ſufficit manifeſtare gradum remotiorẽ, niſi propinquior eſſet primus gradus, vbi tamen, pro illis prouintijs ſeruatur videlicet, qui habent in vſu manifeſtare vtrumque grandum ad euitandum ſcandalum puſillorum, hoc ſeruandum eſt etiam modo, prout declaratum eſt in deciſione dubij.

Vt igitur doctrina ſi clarior obſeruandum eſt, quod quanto gradu perſonę remotior eſt, à ſtipite, tantum diſtat à quolibet alio per aliam lineam dependentem. v. g. ſtirps communis eſt Petrus, filij illius ſunt, Socrates, & Luchretia, iſti ſunt in primo gradu. De Socrate deſcendit Plato, de Luchretia ex alia parte deſcendit Titius. Iſti ſunt in ſecundo gradu in ordine ad Petrum. De Platone deſcendit Hyppolitus de Titio autem venit Claudius, hi duo ſcilicet Hyppolitus, & Claudius ſunt in tertio gradu, deſcendentes æqualiter à Petro. De Hyppolito deſcendit Alexius, & de Claudio Andreas. Hi ſcilicet Alexius, & Andreas ſunt in quarto gradu diſtantes à Petro æqualiter, Alexius, autem & Andreas ſunt vltimæ perſonæ in Petri conſanguinitate, inter quas eſt prohibitum matrimonium contrahere. Vltimus, ergo ex vna linea in gradu prohibito eſt Alexius, & in Alia eſt Andreas. De Andrea naſcitur Berta, quæ profecto à communi ſtipite illo Petri deſcendit, & diſtat à Petro in quinto gradu, & ſi exiſtit extra conſanguinitatem prohibentem matrimonium, ergo à quolibet deſcendente à Petro, per aliam lineam diſtabit quinto gradu. His ſic declaratis, ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Arbor cõſanguinitatis diſtincta deſcribitur, pro intelligẽtia prohibitionis, matrimonij contrahendi.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus dicit primo argumento vna cum Doctore Angelico, quod obiectio illa procedit ex falſis. Nam conſanguinitas non eſt collatio, ſed relatio quædam aliquarum perſonarum quarum collatio lineam conſanguinitatis adinuicem facit, vt Pater, filius, nepos, &c. complexiue ſumpti, faciunt collationem, velut populus perſonarum facit multitudinem, conſanguinitas eſt relatio ideſt habitudo, & reſpectus inter ipſas perſonas velut ordo eſt relatio in magiſtratibus, prout abunde in deciſione caſus dictum fuit.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra prædicta format ſecundum argumentum ſic. Illud ſecundum, quo diuiditur aliquod commune, non poteſt poni in diffinitione illius communis, ſed deſcendens ponitur in diffinitione conſanguinitatis, ergo conſanguinitas non poteſt diuidi, per lineam aſcendentium, & deſcendentium, & tranſuerſalium.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo ad maiorem propoſitionem, quod illud ſecundũ, quod diuidit commune aliquod non poteſt poni in

Digitized by Google

ni in diffinitione illius cõmunis ſub eadem ratione formale,ſed ſub alia ratione,vel aliomodo poteſt poni, in quo ſenſu neganda eſt minor propoſitio. Nam deſcendens communiter ſumptus,attenditur ſecundum quamlibet conſanguinitatis lineam, ex qua vinculum conſanguinitatis trahitur,deſcenſus tamen particulariter ſumptus,à perſona tali,cuius conſanguinitas quæritur, lineã deſcẽdentiũ facit. Ex quibus ad argumẽtũ dicitur,ꝙ deſcendes cõmunis non ponitur in diffinitione cõſanguinitatis, & lineæ,neq; deſcẽſus talis,i.determinatus ponitur in diffinitione vtriuſq;, ſed deſcẽdẽs aliter,& aliter ſũptus ponit̃ ĩ ipſa diffinitione.

Argumẽtum tertium.

De nouo Lector inſurgit dicendo, contra illam particulam, ſ. quod conſanguinitas diſtinguatur per gradus, ſi conſanguinitas diſtingueretur per gradus, & cognoſceretur oporteret, quod illi qui ſunt ĩ eodẽ gradu eſſent æqualiter cõſãguinei,ſed hoc falsũ eſt, ergo conſanguinitas recte nõ diſtinguitur p gradus. Minor probat̃. Nã propatruus,& ꝓnepos eiuſdẽ,ſunt ĩ eodẽ gradu,nõ tñ sũt æqualiter cõſãguinei ex decretis, tñ sũt in eodẽ gradu.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat maiorẽ propoſitionẽ,& aſſignat rationẽ dicẽdo,ꝙ iſti ſunt æquales extenſiue nõ autẽ intenſiue. Cõtingit.n.,ꝙ aliquorũ duorũ, qui ſunt ĩ eodẽ genere cõſanguinitatis reſpectu alicuius perſonæ vnus ſit magis conſanguineus quã alius,vt ſupra dictũ fuit de Patre,& fratre,qui ſunt in primo gradu cõſanguinitatis,tñ filius eſt magis cõſanguineus Patri q̃ proprio fratri intenſiue non extẽſiue,vt ĩ deciſione caſus declaratũ fuit,& ĩ hoc ſenſu propatruus eſt magis conſanguineus v.g. Petro,quam pronepos eius,licet ſint in eodẽ gradu.

Argumẽtum quartum.

Lector non acquieſcit,de nouo inſurgit, & format quartum argumentum tali modo. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit aliũ gradum,ſicut quælibet vnitas addita facit aliam ſpeciem numeri,ſed perſona addita perſonæ non ſẽper facit gradum alium conſanguinitatis,ergo conſanguinitas non recte per gradus diſtinguitur. Probatur minor. Nam in eodem gradu conſanguinitatis eſt Pater,& patruus, qui adiungitur.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumẽto ſatisfacit dicẽdo,ꝙ quãuis Pater,& patruus ſit in eodẽ gradu reſpectu radicis cõſanguinitas,quia vterq; diſtat vno gradu ab vno.i. Pater vno gradu diſtat à fratre ſuo, & à filio ſuo,qui eſt nepos talis fratris,tñ reſpectu eius cuius cõſanguinitas quæritur nõ ſunt in eodẽ gradu,quia in ordine ad patrẽ eſt in primo gradu. In ordine ad patruũ eſt,non in primo gradu ſed in ſecundo Hæc oĩa authoritate Apoſtolica cõprobantur. In primis ſũmus Pontifex Zacharias dicebat ſic. Parentelæ gradus taliter cõputamus. Siquidem ego,& frater meus vna gratia ſummus,primũque gradũ efficimus nullo gradu diſtamus. Rurſus filius meus, fratriſque mei filius ſecunda generatio ſunt,ac gradũ ſecundũ faciunt,nec à ſe aliquo gradu ſeparantur. Atq; ad hunc modũ cætere ſucceſſiones ſunt hal.ẽdę. Hęc habẽtur 35.q.5. Et Alexãder Papa. Nõ terminatur cõſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, ſed terminatur in ſeptimo gradu,ſecundũ canones &c. Duo gradus legales vnũ canonicũ cõſtituunt, Fratres itaq; qui ſecũdũ ſæculares leges dñr in ſecundo gradu,iuxta canones numerãtur in primo gradu,filij fratrũ, qui illic numerantur in quarto,hic cõputãtur in ſecũdo,nepotes verò,qui in ſexto ibi,iſti, hic numerãtur in tertio,ſic deinceps, qui legibus inſcribũtur ĩ octauo, & 10.in canonibus definiũtur in quarto,& quĩto, atq; de al qbus ſentiẽdũ eſt, vt q ſm̃ canones dñr in ſexto,vel ſeptimo,ſm̃ leges accipiãtur in duodecimo,vel in decimoquarto. Hæc ibidẽ in cap. Ad ſedẽ Apoſtolicã,vnde patet,ꝙ Papa Zacharias numerat gradus ſm̃ canones,non aũt ſm̃ leges ſæculares. Nã collocat fratres in primo gradu,eoſq; ad inuicẽ nullo gradu diſtare dicit,ꝙ nõ faciũt leges, vt patet per Alexandrũ Papã. Ecce ꝙ Sũmi Pontifices approbãt arborẽ cõſanguinitatis,aſcẽdentiũ, deſcendentiũ,& collateraliũ,& gradus multos aſſignant in illa. Immo cõtra negãtes illã Alexãdrus ſecundus dicebat. Taliter igitur determinatis gradibus cõſanguinitatis, Apoſtolica authoritate admonemus vos,fratres,& filij, vt oĩbus ſic ſeriẽ genealogiæ cõputandũ eſſe intimetis,quomodo ſancti Patres numerandã eſſe ſanxerũt. Nã ſi quis obſtinata mẽte à recto tramite Apoſtolicæ Sedis deuiare voluerint,& aliter quam nos in nuptijs cęlebrãdis,gradus parẽtelę numerare cõtẽderit,primo ꝓ ſua temeritate cæleſti pęna ſaluteturpoſtmodũ gladio ꝑpetuę Anathematis nouerit ſe iugulãdũ. Stãdũ eſt igitur ĩ hac noſtra deciſione cũ beãtur ex terminatione Eccleſiæ. Et proponamus aliũ caſũ.

Caſus tertius.

Lector proponit tertium caſum cum dubijs annexis, vt cognoſcere poſſimus ſi conſanguinitas impediat matrimonium de iure naturali.

In hoc caſu,ergo inquirit Lector, vtrũ conſanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.

In primo autem dubio inueſtigat. An prohibitiones poſitæ in Leuitico, modo in lege Euangelica vim habeant,& ſi Papa cũ illis poteſt diſpẽſare

In ſecundo dubio interrogat,An conſanguinitas quæ eſt in recta linea in primo gradu, impediat matrimonium iure naturali.

In tertio dubio poſtulat, An matrimonium inter genitores, & genitos adeò iure naturæ ſit prohibitum, vt etiam natura integra iduitaret.

In quarto dubio petit Lector vtrum taliter matrimonium iſtud ius naturæ reprobet, vt ob nullã cauſam publicam poſſit in eo diſpenſari.

In quinto dubio inueſtigat An in omnibus alijs generibus lineæ rectæ ſit irritum, & illicitum matrimonium iure naturali.

In dubio ſexto quærit Lector an aliquis gradus conſanguinitatis in linea tranſuerſali iure naturæ impediat matrimonium.

Lector igitur quærit in hoc tertio caſu vtrũ cõſanguinitas de iure naturali ĩpediat matrimoniũ. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentatur ſic. Illud quod impedit bonum prolis etiam impedit matrimonium lege naturæ. Sed conſanguinitas impedit bonum prolis, ergo conſanguinitas ſecundum legem naturæ impedit matrimonium. Ma-

ior propoſitio probatione non indiget Minor oſtẽditur ſic. Inquit Gregorius in fine ſui regiſtri ad inter.x. Experimento didiſcimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſubcreſcere, ergo conſanguinitas impedit bonum prolis. Confirmatur intentum ſic. Illud quod habet natura humana in prima ſui conditione eſt de lege naturæ, ſed à prima ſui conditione hoc habuit humana natura, ſcilicet, quod Pater, & Mater, à matrimonio excluduntur, ergo conſanguinitas impedit matrimonium ſecundum legem naturæ, prima propoſitio pro vera ſupponitur, ſecunda oſtenditur ſic, Secundo Geneſeos dicitur loquendo de matrimonio, propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem & adherebit vxori ſuæ, hoc non poteſt intelligi quantum ad cohabitationem, ergo quantum ad matrimonij coniunctionem, ergo humana natura, à prima ſua conditione habuit, quod Pater, & Mater à matrimonio filiorum ſint excluſi.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua argumentatur ſic. Nulla mulier potuit eſſe propinquior viro, quam Eua Adæ, de qua dixit Adam hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Sed Eua fuit mulier coniuncta Adæ, ergo nulla conſanguinitas, quantum eſt de lege naturæ impedit matrimonium.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus ſuppoſito vno, ſcilicet, quod caſus iſte difficilis ſit, propter multa dubia circa illum occurrentia, ſatisfacit quæſito vnica concluſione affirmatiua, & vt bene percipiatur proponit dubia annexa, & illa reſoluit.

Conſanguinitas diuerſimode impedit matrimonij aliquibus de iure naturæ aliquibus de iure diuino, & alijs de iure humano. Concluſio igitur eſt. Conſanguinitas quantum ad aliquas perſonas impedit matrimonium de iure naturali, quantum ad alias, de iure diuino, quantum ad alias de iure humano, præcipue Eccleſiaſtico. Concluſio iſta probatur, quo ad ſingulas partes, & primo quo ad primam ſic. In matrimonio illud dicitur eſſe contra ius naturæ quo matrimonium redditur incompetens reſpectu finis ad quẽ eſt ordinatum. Finis autem matrimonij per ſe primo eſt bonum prolis, quod impeditur per aliquã conſanguinitatem ſcilicet per conſanguinitatem repertam inter Patrem, & filiam, vel inter Matrem, & filium, ergo datur aliquod impedimentum matrimonij de iure naturæ, Probatur minor, ſcilicet, quod impediatur bonum prolis, ſcilicet inter Patrem, & filiam, & Matrem, & filium, non quidem totaliter cum filia ex ſemine Patris poſſit generare, & ſimul cum Patre, prolem genitam nutrire, & inſtruere. In quibus bonum prolis conſiſtit, tamen hoc conuenienti modo fieri non poteſt. Inordinatum enim eſt, quod Filia Patri per matrimonium iungatur in ſociam cauſa generandæ prolis, & educandæ, inquit Doctor Sanctus. Probatur hoc, quia filiam per omnia oportet Patri ſuo eſſe ſubiectam, & non ſociam, cum genita ſit ab eo, ergo de lege naturali, eſt, vt Pater, & filia à matrimonio repellantur. Et multo magis Mater, & filius, quia magnæ reuerentiæ, quæ debetur parentibus derogatur, tã ſi filius Matrẽ, quã ſi Pater filiam duceret in coniugem, cum vxor viro aliqualiter debet eſſe ſubiecta, repugnat enim, quod Mater ſit ſubiecta filio. Conſanguinitas impedit etiam reſpectu ſecundi finis. Nam finis ſecundarius per ſe matrimonij, eſt concupiſcentiæ depreſſio, hoc incommodo fit, vt conſanguinei, in matrimonio coniungantur, ergo conſanguinitas naturaliter impedit matrimonium. Maior propoſitio per ſe eſt nota. Minor probatur deperit enim concupiſcentiæ depreſſio, quando ei præbetur aditus per familiarem conuerſationem, quæ inter conſanguineos reperitur. Et ideo lex diuina non ſolum Patrem, & Matrem à matrimonio depellit, ſed etiam alias coniunctas perſonas, quas oportet ſimul conuerſare, & quæ debent inuicem alterius altera pudicitiam cuſtodire, & hoc pertinet ad ſecundum membrum concluſionis. Quod vſque modo diximus præcipit Deus Leuitici 18. dicendo. Ne reuelas turpitudinem Patris, vel Matris tuæ &c. Iſtæ prohibitiones licet ſint duodecim, ad ſex tantum reducuntur. Prohibẽtur de iure diuino nuptiæ in primo, & ſecundo gradu in linea recta cõſanguinitatis, ſcilicet inter Patrem, & filiam, & Matrem, & filium, qui eſt primus gradus, & inter Auum, & nepotem, & ſubinde inter Auiam, & nepotem, qui eſt ſecundus gradus. In tranſuerſali, nuptiæ prohibentur in primo gradu, vt inter fratrem, & ſororem, & in ſecundo aſcendendo ſcilicet inter conſobrinas, & amitas ſororis Patris ſimiliter in matertera, ſcilicet ſororem Matris. Iſti enim licet duo appareant gradus, non eſt tamẽ niſi vnus, ſ. ſecundus conſanguinitatis aſcendentium in linea tranſuerſali, rurſus inter affines prohibetur matrimonium, in primo gradu duobus modis, ſcilicet aſcendendo, & à latere, primo modo, vt ſiquis cognoſcit Matrem, & filiam eſt. Ne quis ducat priuignam ideſt vxoris ſuæ filiam, neque gener ſocrum ſuam, neque vna nubeat Patri, & filio videlicet, ne nurus nubat ſocro patris mariti ſui, neque priuignus ducat nouercam. Omnes enim iſti quatuor ſunt idem genus affinitatis prohibetur etiam, ſecundo modo matrimonium in primo gradu affinitatis, ſcilicet ne quis ducat ſorores duas, aut vna duabus fratribus nubat. Hic eſt primus gradus, licet non tam efficax, vt priori modo, vt igitur clarius percipiamus qualiter matrimonium in his gradibus de lege diuina ſit prohibitum, adducamus verba Leuitici loco ſupracitato, verba ſunt iſta. Cuſtodite leges meas, atque judicia, quæ faciens homo viuet in eis, ego Dominus, turpitudinem Patris ſui. Et turpitudinem Matris tuæ non diſcooperias, Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius, turpitudinem vxoris Patris tui ideſt matris nouerche nõ diſcooperias, turpitudinem Patris tui eſt, turpitudinem ſororis tuę ſiue ex Patre ſiue ex Matre, quæ domo, vel foris genita eſt, non reuelabis turpitudinẽ filiæ filij tui, nepotis ex filia non reuelabis, quia turpitudo tua eſt, turpitudinem filiæ vxoris Patris tui, quæ peperit Patri ſuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis, turpitudinem ſororis Patris tui non diſcooperias, quia caro eſt Patris tui, turpitudinem

Aſſignantur gradus conſanguinitatis inter quos prohibitum eſt matrimonium de iure diuino.

Nota.

ſororis

ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quod ſit caro matris tuæ, turpitudinem Patris tui non reuelabis, neque accedas ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur, turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt, nec diſcoperias ignominiam eius, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt, & vxorem fratris tui nullus accipiat, turpitudinem vxoris tuæ, & filij eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſummes, vt reueles ignominiam eius, quia caro illius ſunt. Et talis coitus inceſtus eſt, Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius nõ accipias, neque reuelaberis, turpitudinem eius adhuc illa viuente; alias fœlitates in hoc propoſito, multa enumerat diuina ſcriptura, vide illic ſi placet.

Quo ad tertiam partem concluſionis reſpectu perſonarum, quæ de iure humano impediuntur ad contrahendum. Olim conſanguinitas impediebat vſque ad ſeptimum gradum incluſiue. Nunc conſanguinitas impedit vſque ad quartum gradum incluſiue, vt clare videbimus in ſequentibus his ſic declaratis in probatione concluſionis proponamus, & ſoluamus dubia, vt clarius doctrina percipiatur.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit, vtrum prohibitiones in Leuitico poſitæ modo in lege noua vim habeãt. Itaque quod circa hoc duo quærimus primum vtrum infideles, qui in illis gradibus contraxerũt, ſi modo conuerterentur ſint ſeparandi, Secundo ſi Papa ſuper aliquem illorum diſpenſare poſſit. Hæc duo quæſita adinuicem cõuertuntur. Si enim ius illud diuinum modo obligat Papa diſpenſare non poteſt ſi non obligat diſpenſare poteſt. In hac materia ſententiæ ſunt diuerſæ, ideo adducenda ſunt pro vtraque parte diſputationis argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua (relictis hæreticis, qui in malo ſenſu loquuntur) eſt D. Bonaueotura in 4. d. 40. art. 1. q. 2. Et Ricardus ibidem immo D. Th. d. 39. q. art. 3. ad tertium dicit, quod ſi infideles, qui in gradibus contraxerunt in Leuitico prohibitus ſunt ſeparandi, & Syl. verbo matrimonium 8. q. 6. & verbo Papa §. 17. ait omnes ferre illos gradus eſſe iure naturæ prohibitos in quibus ideo Papa diſpenſare non valet, Valdenſis dicit, quod ferre omnes illi gradus ſunt de iure naturæ cui ſubſcribit D. Antoninus in 3. p. tit. 1. cap. 14. ergo prohibitiones illę in Leuitico remanent in teſtamento nouo in Eccleſia Dei.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Thomas de Argentina, qui dicunt ius naturæ ſolum parentes, & liberos prohibere, non tamen fratres, ergo prohibitiones illę omnes, non manent modo.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Pręcepta impedientia matrimoniũ in Leuitico non remanẽt, niſi quo ad id, quod pertinet ad ius naturæ.

Concluſio prima. Præcepta illa Leuitici prohibitoria (ea ratione qua lege illa poſita ſunt) nullũ in lege noſtra vigorem retinent, ſed prorſus extincta ceſſarunt, perſeuerant modo ſolum quatenus moralia ſunt ſcilicet quatenus vim iuris naturalis retinent. Et probat hanc concluſionem quo ad vtramque partem, quo ad ſecundam partem facilis eſt probatio. Nam Chriſtus Dominus ius naturæ non extinxit, ſed perfecit, ergo prohibitiones illę quatenus vim naturalis iuris retinent perſeuerant. Quo ad primam partem ſic probatur concluſio. Per Chriſtum abolita, & antiqua ea fuit Lex antiqua. Et hoc fecit dum diceret exiſtens in cruce. Conſummatum eſt, vnde Apoſtolus ad Hebræos. 7. dicebat. Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Cum ergo in Chriſto tranſlatum fuit ſacerdotium veteris legis in ſacerdotium Melchiſadech, ſcilicet Chriſti ſequitur, vt legis tranſlatio facta ſit. Et ſubdit Apoſtolus. Reprobatio quidem fit prioris mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Et ad eoſdem Hebræos. 8. in verbis illis Hieremiæ ſcilicet Ecce dies veniunt dicit Dominus, & conſumabo ſuper domum Iſdrael teſtamentum nouum, quod teſtamentum nouum, prius vetus antiquauit. Vbi inquit Apoſtolus, quod autem antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt, & declarat hoc per ſimilitudinem ad Rom. 7. dicendo, Mulier ſub viri lege eſt, viro viuente, mortuo autem viro, ſoluta eſt à lege viri. Sic & nos per mortem Chriſti liberati ſummus à lege veteri. Et alia multa dicit Apoſtolus apud Magiſtrum Dominicum à Soto. in 4. d. 40. art. 3. quod eſſet legum adducere (ideo illis relictis) concludit ipſe, & dicit, quod eſſet hæreſis affirmare, quod prohibitiones illæ quatenus legales ſunt modo obligarent. Cum per Chriſtum omnino ablata ſunt legalia omnia, vltra hoc dicit, quod præcepta illa Leuitici, quatenus erant præcepta legis Moſaycæ, alias gentes non obligabant, quæ ad legem circumciſionis non tenebantur, ergo (inferamus nos) neque modo lex illa obligat nos, quia nõ magis modo, nos quã gentiles cõprehendit, Immo ab illa nos Chriſtus liberauit. His pro certo relictis. Conſiderandum venit quantum iuris naturalis prohibitiones illæ contineant, quoniam ſolum tantum nos obligant præcepta illa, quantum de iure naturali habent.

Prohibitiones in leuitico reſpectu matrimonij, intantum obligant inquantũ continent de iure naturali, & non plus.

Vt ergo doctrina ſit clara ponenda ſunt aliqua notanda quorum primũ eſt iſtud. Lex vetus iam omnino ceſſauit (prout dictum eſt) quantum ſcilicet ad præcepta iudicialia, & cerimonialia. Moralia etiam non obligant inquantum ſunt præcepta legis veteris, ſed inquantum pertinent ad legem naturalem. Ex quo colligitur, quod in noua lege nullæ prohibitiones in Leuitico poſitæ reſpectu matrimonij ex vi legis veteris obligent, ſed ſi obligant, obligant ex vi legis naturalis, ſecundo eſt notandum, quod Chriſtus in lege Euangelica eleuauit matrimonium ad quoddam eſſe ſupernaturale ſacramenti. Et hoc tantum habet ſuperadditum ex

diuina lege in omnibus alijs relictum eſt matrimonium in ordine legis naturæ, vnde nulla prohibitio, nulla irritatio conſanguinitatis habetur ex iure diuino in lege noua, quæ non habetur in lege naturali. Tertio notandum eſt, quod aliud eſt dicere aliquid eſſe prohibitum iure naturali, & aliud eſt dicere, quod ſit irritum, & nullum iure naturali. Nam poteſt eſſe prohibitum aliquid iure naturali, quod tamen nõ eſt irritum, & nullum, ex D. Thom. 2. 2. q. 63. Electio indigni ad officium Eccleſiaſticum, prohibitum eſt iure naturæ, Nihilominus, ſi talis electio fiat ab habente authoritatem, factum tenet, & electio non eſt irrita. Et in materia de matrimonio, contrahere de præſenti cum vna femina (poſt ſponſalia de futuro) cum alia prohibitum eſt iure naturæ, tamen non eſt irritum, & nullum iure naturæ, prout videbimus (loco ſuo) Ita in propoſito noſtro, probabile eſt, quod omnes illi gradus prohibiti in 18. Leuitici, ſint etiam iure naturæ prohibiti, tamen certum eſt, quod non omnes illi gradus ſunt irriti de iure naturali ſi contrahantur in illis, bene autem aliqui illorum, quod ſint prohibitæ iure naturæ perſonæ omnes illæ, ſuadet naturalis reuerentia debita conſanguineis illis, & affinibus, quod ſi fiat matrimonium, non ſit irritum in omnibus illis gradibus ſuadetur ſic. Nam primus, & ſecundus gradus conſanguinitatis, in linea recta, & primus in linea trãſuerſali, certum eſt, quod irritant matrimonium iure naturali, vt clarius apparebit infra, ſed non eſt certum, quod omnes alij gradus irritant de iure naturali, dato quod tali iure eſſent prohibiti. Ex his elicere poſſumus, quod inter illa, quæ ſunt de iure naturæ, aliqua ſunt tanquam prima principalia, aliqua ſunt tanquam concluſiones remotæ deductæ ex his, per conſequens prohibitiones ſupradictæ, aliquæ ſunt ſic de iure naturæ validæ, vt eodem iure matrimonium irritent. Aliæ autem quæ licet iure naturæ id prohibeant, non tamen eodem iure irritant. Condecens tamẽ eſt vt Eccleſia ſic talia matrimonia cohibeat, vt illa caſſet, & annullet, ſed nihilominus poterit ſuper his diſpenſare Papa, his poſitis, & declaratis ponendæ ſunt aliæ duæ concluſiones.

Non omne prohibitum iure naturali eſt irritũ, & nullum præcipue in ordine ad matrimonium.

Concluſio ſecunda. In lege noua nullus gradus conſanguinitatis prohibitus eſt iure diuino poſitiuo, vnde non irritat matrimonium eodem iure.

Concluſio eſt clara, quoniam tale ius diuinum poſitiuum non reperitur in toto teſtamento nouo, neque in aliqua traditione Eccleſiaſtica, ergo tale ius diuinum non repetitur in lege noua, ex quo ſequitur, quod omnis prohibitio, quæ nunc habetur in Eccleſia circa illos gradus, aut eſt iuris naturalis, aut iuris Eccleſiaſtici.

De iure diuino poſitiuo nullus gradus conſanguinitatis prohibitus eſt modo bene autẽ de iure Eccleſiaſtico.

Concluſio tertia. Stando in iure Eccleſiaſtico omnes illi gradus Leuitici (loco citato ſuperius) ſunt prohibiti, & irriti ex vſu Eccleſiæ prout habetur in iure Eccleſiaſtico. In aliquibus tamen gradibus illorum ſcilicet in illis, quæ ſunt de iure naturali prohibiti Summus Pontifex diſpenſare poteſt, quia licet prohibitiones illæ omnes eſſent de iure naturali, inter illas eſt ordo (modo declarato ſupra) quia aliquæ prohibent, & irritant, & aliquæ non irritant. Ad maiorem euidentiam iſtorum obſeruandum eſt, quod ibi prohibetur matrimonium inter conſanguineos in primo, & ſecundo gradu lineæ rectæ. Et in primo lineæ tranſuerſalis, tamen prohibitiones in ſecunda linea tranſuerſali poſitæ ſunt, cum certo moderamine, quia non prohibetur ibi matrimonium inter quoſcunque conſanguineos in quocunque gradu illius lineæ, non prohibetur matrimonium inter fratueles, qui ſunt in ſecundo gradu æqualiter diſtantes à ſtipite, ſed prohibetur matrimonium inter conſanguineos in ſecundo gradu lineæ tranſuerſalis inæqualiter diſtantes à ſtipite, v. g. inter materteram, vel amitam. Non tamen eſt ibi prohibitum matrimonium inter conſobrinam, vel patruum, vel auunculum. Et alij gradus affinitatis ſunt ibi prohibiti, prout patet in dicto capite. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ dicit, quod conſequentia non currit. Et ad authoritatem D. Th. dicitur, quod Doctor Sanctus ibi non eſt loquutus ex propria ſententia, ſed ex ſententia Ricardi, qui tenet, quod gradus illi prohibiti in Leuitico nunc ſint prohibiti iure diuino, quod nos non concedimus, ſecundo dicitur (dato, & non conceſſo) quod gradus illi eſſent prohibiti iure diuino etiam modo, non ex hoc ſequitur, quod contrahentes in aliquibus illorum gradibus, non eſſent veri coniuges. Nam prohibitiones illæ, quæ non ſunt de iure naturæ, licet prohibeant matrimonium in illis gradibus non tamen irritant, & annullant omnia illa, ſed aliqua tantum, vt oſtenſum eſt. Inſtant. ſolutio.

Contra hanc reſponſionem iſtat Lector dicendo, Gloſſa iſta eſt contra terminationem Innocentij tertij, in cap. litteras de reſtitutione ſpolliarum vbi dicit Papa, quod in gradibus prohibitis lege diuina non poteſt fieri diſpenſatio: Et gloſſa addit in lege diuina c. Leuitici 18. ergo &c. Inſtantia 2.

Soluit hanc inſtantiam Theologus dicendo, quod Innocentius 3. illo in loco non loquitur vniuerſaliter, ſed indiffinite, ſenſus verborum eſt, quod in aliquibus caſibus prohibitis Leuit. 18. Papa diſpenſare non poteſt, vt patet de primo gradu vtriuſque lineæ, poteſt tamen in alijs. Inſtant. ſolutio.

Non acquieſcit Lector de nouo inſtat dicendo, Gloſſa iſta eſt contra intentionem Summi Pontificis c. 4. de conſ. & affin. quo in loco dicit, quod infideles, qui contraxerunt ſecundum ſtatuta iuris diuini non ſunt ſeparandi, ergo per Papam ſi contra talia ſtatuta contraxerunt, ſunt ſeparandi. Inſtantia 3.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod dictum ſummi Pontificis eſt veriſſimum ſi bene intelligatur ſcilicet. Si iſti contraxerunt in gradibus illis Leuitici in quibus Papa non poteſt diſpenſare, ſunt ſeparandi. Clarum eſt, quod Papa diſpenſare poteſt in aliquibus gradibus contentis in leuitico, prout definitur in Concil. Trid. ſeſſione 24. can. 3. Immo ſummus Pontifex illo in loco

Inſtant. ſolutio.
Non licet cõtrahere cum vxore fratris defuncti at in hoc Papa poteſt diſpenſare.

dicit

dicit, quod ſi ille, qui contraxit cum vxore fratris ſui conuertatur, ad fidem, non ſunt ſeparandi, tamen talia matrimonia prohibetur ne fiant in Eccleſia, Poteſt tamen Papa in tali matrimonio diſpenſare.

Inſtantia 4. Vltimo loco Lector inſtat dicendo. Ille prohibitiones quæ habentur in illo capite, ſunt præcepta moralia iuris naturalis, ergo modo in lege Euangelica habent vim. Concluſio patet. Antecedens probatur. In primis ibi dicit Deus. Præcepta mea ſeruabitis: quæ verba doctores intelligunt de præceptis moralibus. Secundo probatur hoc idem ratione, dicit ibi Deus. Ne reuelabis turpitudinem &c. Sed non reuelare turpitudinem pertinet ad dictamen rationis moralis, vel naturalis, ergo moralia ſunt præcepta illa, Tertio confirmatur hoc ex verbis illis, quæ apponuntur in fine capitis. Non polluamini in his in quibus contaminatæ ſunt gentes omnes. Ex quibus verbis colligitur eſſe præcepta naturalia, & moralia quæ ſpectant ad omnes gentes, quod affirmat D. Auguſtinus. q. 53. Leuitici vbi ait, Præcepta illa Leuitici 18. ſunt intellecta in decalago. At decalagus conſtat ex præceptis moralibus, & naturalibus, ergo iſta ſunt moralia, & naturalia.

Inſtant. ſolutio. Huic inſtantiæ dicit Theologus duo, Primo ait, aliqui dicunt, quod non omnia illa præcepta Leuitici ſunt moralia. ſed aliqua illorum eſſe iudicialia, Secundo dicit, quicquid ſit de hoc admittendo omnia illa eſſe moralia dicimus, quod omnes illi gradus prohibiti ſunt propter reuerentiam naturalem quæ habent illis perſonis, non tamen ex hoc conuincitur, quod matrimonium in omnibus illis gradibus ſit adeò prohibitum, vt ſit irritum iure naturæ, immo oppoſitum colligimus, non ſolum in noua lege, ſed in veteri. Nam Abraham contraxit cum Sara. Et eadem lege conſueuerat frater accipere relictam fratris ſui ſine ſemine, quod factum non fuiſſet, ſi tale matrimonium iure naturæ eſſet irritum. Et in lege noua vidimus ſæpe Pontificem diſpenſare, vt conſobrinus contrahat cum cōſobrina, quod etiam idem contrahat cum duabus ſororibus ſucceſſiue, vel econtra. Hæc ſint pro dubio iſto, proponatur ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector An conſanguinitas, quæ eſt in recta linea in primo gradu impediat matrimonium iure naturali, vt inter Patrem, & filiam, inter Matrem, & filium, pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua. Illud dicitur eſſe contra ius naturæ per quod matrimonium redditur reſpectu finis ad quem eſt ordinatum inutile. Finis autem matrimonij per ſe primo eſt bonum prolis, quod impeditur per conſanguinitatem ſcilicet inter Patrem, & filiam, vel inter Matrem, & filium, vt oſtenſum eſt in caſu præſenti in deciſione illius, ergo conſanguinitas quæ eſt in recta linea in primo gradu, vt in propoſito impedit matrimonium iure naturali.

Pro parte negatiua tale format ratiocinium. In his gradibus poteſt eſſe matrimonium authoritate diuina ſcilicet inter Patrem, & filiam, Matrem, & filium, ergo tale matrimonium iure naturali non eſt prohibitum. Antecedens probatur, Filius authoritate diuina poteſt occidere matrem, & filia Patrem, ergo multo magis contrahere matrimonium cum illis poſſunt. Conſequentia eſt clara. Nam in his quæ ſunt de iure naturali non poteſt eſſe diſpenſatio per D. Thom. 1 2. q. 100. artic. 8. neque authoritate diuina cum ſit intrinſice mala. In his enim quæ intrinſice mala ſunt nō cadit deſpenſatio, ergo illud ſuper quo cadit deſpenſatio nō eſt cōtra ius naturæ, ſequitur enim, quod ſi Deus diſpenſare poſſit matrimonium in primo gradu, quod talis gradus de iure naturæ non impediat matrimonium. Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio ergo eſt. Regulariter, & communiter loquendo, matrimonium in primo gradu lineę rectę ſcilicet inter Patrem, & filiam, vel Matrem, & filium adeò eſt illicitum, vt iure naturali conſtare non poſſit nec diuino, dato etiam, quod de hoc data non eſſet lex aliqua. Concluſio iſta conſtat ex ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, & per ea quæ dicta ſunt in deciſione caſus præſentis de nouo tamen probatur ſic, Primo ex natura vinculi matrimonij oritur æqualitas inter virum, & vxorem, prout ſignificatum fuit, quando Deus ex coſta Adę formauit Euam, quando ſimiliter Adam dixit loquens de vxore ſua. Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Et quando Chriſtus Dominus de coniugatis dixit erunt duo in carne vna, quia æqualiter concurrūt ad officia matrimonialia. At inter Parentes, & filios non poteſt eſſe æqualitas ex iure naturali. Cum filij ſubiecti ſint naturaliter parentibus, ergo, Secundo probatur intentum inter coniuges debet eſſe libertas ad petendum debitum, ſed reuerentia debita parentibus, iure naturali huic libertati, & familiaritati horum coniugatorum opponitur, ergo hoc non licet vllo pacto, Tertio Mater non debet timere filium, nec filius poteſt eſſe caput matris. Sed vxor timere debet virum ſuum. Et vir eſt caput mulieris, ergo inter Matrem, & filium vllo pacto matrimonium eſſe poteſt cum ſit contra ordinem naturæ matrimonij, Quarto confirmatur intentum. Hæc eſt communis confeſſio omnium nationum, quod matrimonium inter genitores, & genitos ſtare non poteſt. Matrimoniū inter Patrē, & filiam, vel Matrē, & filium, à natura abhorrēt etiā, quod non eſſet damnatū à lege.

Sed communis confeſſio omnium nationum pertinet ad ius naturæ, ergo tale matrimonium eſt contra ius naturæ. Maior propoſitio ſic probatur. Inquit Apoſtolus 1. Cor. 5. Auditur fornicatio inter vos, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt quis vxorem Patris ſui quis habet,

uenitunt. In materia autem omnes differunt indiuidualiter etiam fratres, materia enim eſt principium indiuiduationis, ergo conſanguinitas non eſt conuenientia.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ dicit, conſanguinitatem non eſſe conuenientiam ſpecificam ratione formæ, ſed conuenientiam materialem in ſanguine: ſanguis enim ad materiam ſpectat vt caro, vnde ad inſtantiam factam dicit, verum eſſe, quod in diuerſis indiuiduis diuerſæ reperiuntur materiæ numero, nihilominus eſt idē ſanguis in ordine ad cauſam efficientem, quia ſcilicet ab eodem ſtipite, & ab eadem radice pullulat, ſicut idē eſt riuulus, qui ab eodem venit fonte. His relictis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argument. ſolutio. THeologus primo argumento contra caſum adducto ſatisfacit dicendo ad antecedens, verum eſſe, quod omnes homines ab eodem ſtipite carnali propagine deſcendunt, loquendo de ſtipite remoto, ſed hoc verum non eſt loquendo de ſtipite propinquo. Conſanguinitas non ſumitur à ſtipite remoto, ſed à propinquo, propterea negatur conſequentia. Nam in ſtipite multum remoto (ſicut in Adam) virtus non manet in illis, qui ex eo propagantur. diffinitio enim ſano modo eſt intelligenda, vt cum dicitur conſanguinitas eſt vinculum deſcendentium ab eodem ſtipite, intelligitur cuius ſtipitis virtus in eiſdem perſeuerat, virtus autem agentis, cum per multa ducatur media, attenuari incipit, & debilitari, adeò vt tandem deficiat. Nam virtus actiua, non reperitur ſecundum eandem perfectionem in inſtrumento, ſecundum quod reperitur in agente principali. At quia omne mouens motum eſt inſtrumentum, inquit Doctor Sanctus, inde eſt, quod virtus primi motoris in aliquo genere, per multa media deducta, tandem deficit, & prouenit ad aliquod, quod eſt motum, & non mouens. v.g. Si quis proijciat ſaxum in aquam, aqua ipſa multas circulationes facit, quarum vna, ab alia cauſatur, itaque vnaqueque illarum ſit mouens, & mota, excepta vltima in qua virtus motoris ita deficit, vt ipſa remaneat tantum mota, & non mouens. Ita in propoſito noſtro, virtus generantis mouet, non ſolum quantum ad id, quod eſt ſpeciei, ſed quantum ad id, quod eſt indiuidui, ratione cuius Filius aſſimilatur Patri, non ſolum in eſſe naturæ ſpeciei, ſed etiam in accidentibus, qua vtique ratione Filius Patris, & nonnunquam aui nepos imaginem refert complexionis, & morum effigiem, quæ quidem indiuidualis conuenientia, conſanguinitas dicitur. Attamen virtus illa paterna, non ſecundum totam perfectionem deſcendit in filium. Et adhunc in nepote minuitur. Et ſic deinceps debilitatur. Et hinc contur, quod virtus illa quandoque deficit, vt vltra procedere non poſſit. Et quia conſanguinitas eſt inquantum multi communicant in tali virtute ex vno in multos per propaginem inductam paulatim ſe conſanguinitas diminuit prout docet Iſidorus lib. 11 Ethymologiarum c. 6. & refertur 35. q. 4. c. conſanguinitas quo in loco dicitur. Dum virtus illa paulatim per propaginis ordinem exhauritur, conſanguinitas extinguitur, quemadmodum in arbore truncus radicibus proximus robuſtior eſt, mox rami, quo trunco propinquiores, eo ſunt valentiores, deinde tamen ramuſculi propagant exiles, vt tandem in cacumine euaneſcant.

Impugnatio Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo ex Ricardo, quod ratio iſta thomiſtica non concludit. Eo quod hæc virtus fortior eſt in vno, quàm in alio. Et ideo cōſanguinitas in vno ſtipite latius progreditur, quàm in alio deſcendentium in illis.

Impugnationis reſpōſio. Soluit hanc impugnationem thomiſta dicendo, quod in his debemus procedere ſecundum, quod contingunt in pluribus, & non prout in paucioribus, & ſimilitudine in bonis optima eſt, quia iſto modo nobilitates familiæque illuſtres quo à trunco plus elongantur, eo magis degenerant, & tandem ad paupertatem multoties veniunt, & in obliuionem reddūtur. Hac de cauſa iura primogenituræ, & facultatum, diuitiarumque amplitudines, & domus illuſtres, veluti oſſa Reipublicæ, & columnæ perſeuerant. Adeſt, & alia ratio, quod cum cōſanguinitas ſit genus amicitiæ, eo actenus procedūt, quatenus ſecundum vſum communem huiuſmodi amicitiæ, & familiaritates perdurant. Per quot gradus conſanguinitas ipſa dilatatur dicemus in quarto caſu amplius de hoc.

Argumētum ſecundum. Lector gratia diſputationis contra prædicta format ſecundum argumentum, quod eſt tale, vinculum non poteſt eſſe niſi aliquorum adinuicem conuenientium, cum de natura vinculi ſit vnire, ſed eorum, qui deſcendunt ab vno ſtipite non eſt maior conuenientia, quàm aliorum hominum, ergo conſanguinitas non eſt aliquorum vinculum. Probatur minor propoſitio. Iſti cōueniūt in ſpecie cum alijs, & differunt numero, ſicut omnes alij homines ergo &c.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento dicit minorem propoſitionem eſſe falſam, & ad probationem dicit, quod conſanguinei non ſolum conueniunt in natura ſpeciei, ſed etiam in virtute propria ipſius indiuidui ex vno in multos traducta, ex quo contingit quandoque, quod filius aſſimilatur non ſolum Patri, ſed Auo, vel remotis parentibus, prout docet Ariſt. li. 8. de Animalibus. Vlterius dicitur, quod licet non ſit maior conuenientia inter propinquos, quàm inter extraneos ratione ſpeciei, vel differētię numeralis, eſt tamen differentia ratione eiuſdem ſtipitis indiuidualis traductæ in multis, eſt maior.

Argumētum tertium. Lector non acquieſcit, format tertium argumentum contra reſponſionem hanc dicendo. Carnalis propagatio fit de ſuperfluo alimenti, ſed tale ſuperfluum, magis habet conuentionem cum rebus comeſtis, cum quibus in ſubſtantia conuenit, quàm cum eo, qui comedit, ergo cum non naſcant aliquod conſanguinitatis vinculum illius, qui ex ſemine naſcitur ad res comeſtas, ergo nec ad generantem, ex carnali propagine naſcitur aliquod

quod

quod vinculum propinquitatis.

Argnmenti ſolutio.

Theologus huic argumento reſpondet dicendo, quod conuenientia magis ſumitur ſecundum formam, ſecundum quam aliquis eſt actu, quam ex parte materiæ ſecundùm quam eſt in potentia, vt patet exemplo. Carbo magis conuenit cum igne, quàm cū arbore, vnde abſciſſus eſt, ſimiliter alimentum iam conuerſum in ſpetie nutriti per virtutem nutritiuam magis conuenit cum ipſo nutrito, quàm cum illa re vnde ſumptum eſt nutrimentum hoc ſtante dicitur ad minorem propoſitionem argumenti, quod cum denominatio fieri debeat à materia proxima, quæ quidem ſe habet, vt forma reſponſione materiæ remotæ. Id autem, quod proxime in ſemen conuertitur, non eſt elementum, vel caro, ſed eſt ſanguis, prout docet Ariſt 15. de animalibus, ob id vinculum illud, quo conſanguinei conglutinantur eſt ſanguis quare cognatorum communicatio conſanguinitas potius, quam carnalitas dicitur.

Argumētum quartum.

Contra hoc format quartum argumentum lector dicendo. Laban dixit ad Iacob Geneſ. 18. Os meum, & caro mea es, ratione conſanguinitatis, quæ erat inter eos, ergo talis magis debet dici, carnalis propinquitas, quàm conſanguinitas.

Argumenti reſponſio.

Iam ex dictis ad tertium argumentum inquit Theologus habetur reſponſio ad hoc argumentum. Nam cum proxime id, quod conuertitur in ſemen ſit ſanguis per Ariſt. loco ſupracitato, propter hoc vinculum, quod contrahitur per propaginem carnaliter conuenientius dicitur conſanguinitas, quam carnalitas. Aliquando tamen aliqui conſanguinei conſueuerunt ſe vocare, vnum os, & vna caro, quia ſanguis, qui in ſemen viri, vel meſtrum feminæ conuertitur potentia eſt caro, & os ſemen, & meſtrum illud virtute generatiuæ parentū conuertūtur in carnē, & oſſa geniti ab illis.

Vinculum, q̄ contrahitur per propaginem potius dicitur cōſanguinitas, quā carnalitas.

Argumētum quintum.

Vltimum argumentum format Lector contra prædicta ſic. Carnalis propagatio eſt communis hominibus, & animalibus brutis, ſed in animalibus non contrahitur ex propagine carnalis conſanguinitatis vinculum, ergo neque in hominibus hoc vinculum contrahitur.

Argumenti reſponſio.

Theologus negat illationem huius argumenti ratio negationis eſt inquit, quia non eſt par ratio de hominibus, & de brutis, Nam licet animalia ab eodem propagantur genitori, & ab eadem matre ſint concepta, & in luce producta, non tamen animalia ipſa conuincta ſunt in amicitiæ vnitatem propter propagationem multorum ex vno parente proximo. Et hoc quia animalia proprie loquendo non ſunt capacia amicitiæ, in qua fundatur conſanguinitas. Communicatio ergo ſanguinis, vnde conſanguinitas fundatur, fundamentum ſuum habet in naturali amicitia, quæ ſine cognitione finis haberi non poteſt. Bruta animalia tali cognitione carent, carentque libertate, qua ſuarum actionum poſſint habere dominium propterea non ſunt capacia amicitiæ, licèt in aliquibus illorum reperiatur veſtigium aliquod amicitiæ. Ob id in brutis conſanguinitas eſſe non poteſt. Hæc ſint abundanter dicta pro caſu, & dubio iſto.

Caſus ſecundus.

Lector proponit caſum ſecundum diſputandum cum dubijs annexis, in quo quærit. Si conuenienter conſanguinitas deſignatur per gradus, & lineas.

In caſu, ergo quærit vtrum conuenienter conſanguinitas deſignetur per gradus, & lineas.

In dubio quærit An verum ſit, quod ad optinendam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficit gradum remotiorem tantùm exprimere, an verum neceſſarium ſit vtrumque gradum declarare.

In caſu ergo quærit Lector vtrum conuenienter conſanguinitas deſignetur per lineas, & gradus, & pro vtraque parte format argumentum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Quod decretum eſt ab Eccleſia, & terminatum in iure conuenienter eſt factum. At diſtinctio conſanguinitatis per gradus, & lineas ponitur ab Eccleſia, & à iure, ergo conuenienter eſt aſſignata diſtinctio iſta per gradus, & lineas. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor eſt Iſidori, prout habetur 35. q. 5. vbi ponit primum gradum conſanguinitatis. Et Can. Ad ſedem Alexandri ſecundi quibus conſanguinitas per lineas, & gradus diſtinguuntur, ergo ſtanda eſt tali terminationi cum ſit ab Eccleſia.

Linea cōſanguinitatis eſt ordinata collatio perſonarum cōſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentiū diuerſos continēs gradus.

Pro parte negatiua tale argumentum inſtruit. Linea conſanguinitatis nil aliud eſt, quàm perſonarum collactio, quæ ſunt conſanguinitate coniunctæ, ſed huiuſmodi collactio eſt ipſamet conſanguinitas, ergo linea non eſt pars ex qua conſanguinitas conſtat prout habetur ex diffinitione lineæ, ſcilicet linea conſanguinitatis eſt ordinata collatio perſonarum, conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos continens gradus.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo ſupponit aliqua pro fundamento doctrinæ tractandæ, Secundo vnica concluſione ſatisfacit quæſito affirmatiuæ, Tertio ſoluit argumenta (poſt dubij deciſionem) Quo ad primum eſt obſeruandum, Primo quod in hac doctrina non conueniunt Iuriſtæ cum canoniſtis præcipuè in diſtinguendo gradus in linea tranſuerſali. Nam iuris ciuiles, ex vno gradu iuris canonici fiunt duo, qua vtique ratione iuriſtæ amplificant gradus ipſius conſanguinitatis in duplum, vt Alexander ſecundus Can. Ad ſedem 35. q. 5. refert. Enimverò Iuſtinianus in authentica de hæredibus ab inteſtato, veniens Colla. 8. ob ſolam ſucceſſionem hæreditatum ab inteſtato gradus conſtituit. Et dicit, quod vſque ad 6 gradum vocantur hæredes, cogitauit ipſe ſextum gradum (modo ſuo) in tertio gradu canonico includi, hac ratione dicebat enim ipſe cum filius vno gradu diſtet à Patre, Fratres inter ſe diſtant duobus gradibus dicebat enim

vnum

Digitized by Google

vnum diſtare ab altero vnu gradu, & alter ab altero alium gradum recipere. Et eadem ratione loquebatur in ordine ad nepotes, quia vterque ab vno diſtat duobus gradibus, dicebat ambo inter ſe diſtare quatuor gradibus. Ac ſubinde pro nepotes diſtare in 6. gradu, vltra quem gradum voluit ab inteſtatu hæredes ſuccedere. Ius autem canonicum hos gradus, ad tres reduxit, Primus gradus reperitur inter Filium, & Patrem, Secundus inter nepotes, & auum, Tertius inter pronepotē, & ab auo, Quartus inter abnepotem, Quintus inter trinepotem prout eſt videre in linea conſanguinitatis, apud ſummiſtas.

Gradus conſanguinitatis in minori numero ſunt apud canoniſtas quā apud iuriſtas.

Relicta igitur in præſentiarum opinione legiſtarum deſcendamus ad ius canonicum, & ſupponamus hoc aliud fundamentum poſitum à D. Th. ſcilicet quid ſit linea, inquit enim linea in præſentiarum non accipitur propriè, ſed improprie large, & non ſtricte ſcilicet per quandam ſimilitudinem. Nam ſicut in linea ſunt multa puncta, ita in linea conſanguinitatis ſunt multi gradus. v. g. linea recta deſcendentium ſunt Pater Filius, nepos pronepos, & ſic deſcendendo. Aſcendentium, eſt Pater Auus Atauus, abauo, & ſic aſcendendo hoc ſtante deſcribitur ſic. Linea eſt ordinata collactio perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium diuerſos continens gradus. Pro intelligentia huius diffinitionis, eſt obſeruandum, quod linea dicit habitudinem quādam ipſarum perſonarum conſanguinearum, ſecundum quod diſtant inter ſe. Nam ſi non eſſet diſtantia, conſanguinitas eſſe non poſſet ſicut non poteſt eſſe ſimilitudo, niſi vbi eſt aliqua diuerſitas, cum ſimilitudines claudicēt centum pedibus prout dicitur in prouerbio, vnde ſi recte, & exacte diffinietur linea in propoſito noſtro dicendum eſt, quod linea aliud non eſt niſi conſanguinitatis collactio ordinata perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium habens ſuos gradus. Sicut populus eſt collatio plurium perſonarum ſub eiſdem legibus viuentibus.

Linea cōſanguinitatis dicitur per ſimilitudinem ad lineam naturalē ſeu mathematicam.

Ex quo colligitur, quod conſanguinitas, & linea conſanguinitatis non eſt idē, quia linea eſt collatio perſonarum conſanguinitas eſt ipſa habitudo inter ipſas perſonas, in ordinem ad ſanguinem, velut ordo eſt relatio inter magiſtratum, & reliquos viros. Ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod linea dicit perſonas, quæ ſunt relationis conſanguinitatis extrema. Gradus vero eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quanta diſtantia, perſonæ inter ſe differant, vt habitudo filij ad Patrem eſt primus gradus, quoniam inter illos, nulla perſona media diſtat, ſed dicitur primus gradus, quia eſt prima diſtantia. Gradus quidem aſcenſum ſiue deſcenſum ſignificat. Deſcenſus duo extremos, & terminos ſignificat ſcilicet à quo, & ad quem. Quare eiuſdem ad ſeipſum gradus eſſe non poteſt. Primus igitur gradus ſupra eſt Pater, & Mater in ordine ad proles. In primo gradu infra ſunt filius, & filia in ordine ad genitores.

Linea cōſanguinitatis, & conſanguinitas non eſt idem, diſtinguuntur pluſquam formaliter.

Declaratur in quo conſiſtat diuerſitas graduum conſanguinitatis.

Non enim Pater, & Mater inquit Magiſter Dominicus à Soto ponuntur primus gradus, ſed vt primum extremum primi gradus, qui terminatur ad filios. Hinc fit, quod linea ex pluribus gradibus conſtat. Linea enim eſt ſeries perſonarum, quæ conſtat ex Patre, & filio, nepote, pronepote. &c. Et ita in linea deſcendendo.

Argumentator ſe opponit ad ea, quæ vſque modo dicta ſunt dicendo. Linea inter duo puncta extrema, tantum clauditur de mente Phyloſophi, ergo linea conſanguinitatis, non poteſt conſtare ex pluribus gradibus.

Impugnatio.

Reſpondet Theologus, & deſtruit hanc impugnationem per vnam diſtinctionem dicendo, quod de linea loqui poſſumus dupliciter, Primo prout eſt ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie, & corpore, & vt ſic extrema ſunt duo puncta. Cum in quolibet puncto ſecari poſſit in duas medietates, vel in plures partes. In quo ſenſu non loquimur de linea, Secundo modo ſumitur linea improprie, ſimilitudinarie, in quo ſenſu poteſt habere plures gradus prout ſuperius dictum fuit. His pro primo puncto, notatis ad ſecundum procedamus.

Impugnationis reſpōſio.

Concluſio reſponſiua. Conſanguinitas diſtinguitur per lineas, & gradus, ſecundum tres habitudines lineæ. Nam triplex eſt linea, aſcendentium deſcendentium, & tranſuerſalis, quæ eſt collateralium. Hoc enim docet Ariſt. 8. Ethic. c. 12. quo in loco dicit. Sanguis communicatio eſt triplex prima eſt ſecundum habitudinem principij, ad principiatum, qualis eſt patris ad filium, filij ad nepotem, nepotis ad pronepotem &c. quo in loco dicit, Patres diligunt filios, tanquam partes ab eis deciſas, atque ab ipſis exiſtentes, ſimiliter, & matres ſe habent in ordine ad eoſdem filios, & filias. Secunda habitudo eſt principiati ad principium, & ſic ſumitur linea aſcendentium, vt filij ad Patrem, Patris ad Auum, Aui ad proauum &c. Et ſubdit Ariſt. Filij diligunt parentes, tanquam illos à quibus exiſtunt, & ſicut partes ſuum totum. Quo fit, vt hæc duæ lineæ, non ſint re diuerſæ, ſed ſolum ratione, & conſideratione. Nam per eandem ſcalam aſcendimus, & deſcendimus, Tertia eſt linea tranſuerſalis, quæ ad collaterales tranſuertitur, qualis eſt inter duos fratres, vel fratres, & ſorores, vel inter ſorores ipſas, vel inter duos fratrueles, qui ſunt fratres filij, & fratres Patris, vel matris, ſeu ſorores. Et ſic deſcendendo, vel aſcendendo, iuxta ea quæ in linea recta dicta ſunt, prout habetur in figura conſanguinitatis apud Magiſtrum Dominicum à Soto. 4. d. 40. q. vnica. art. 2. Et apud Syl. de impedimento conſanguinitatis. In qua vtique figura ab Adam, primo patente per lineam rectā deſcenditur, cuius primus gradus eſt filius, ſecundus nepos, tertius pronepos, quartus abnepos, quintus trinepos, ſexto quadrinepos, &c. Et per eandem lineam rurſus aſcenditur, vnde primus gradus eſt Pater, qui erat trinepos, ſecundus Auus, qui erat pronepos, tertius proauus, qui erat nepos, quartus abauus &c. Primus igitur gradus in linea tranſuerſalis reperitur inter duos fratres, & ſorores, ſecundus inter filios

Triplex eſt linea conſanguinitatis aſcendentium deſcendētium, & tranſuerſalis, vel collateralis.

Lineæ cōſanguinitatis aſcendentiū, & deſcendentium ſunt idem re, non autē ratione, trāſuerſalis ab illis re diſtinguit.

illorum,

Digitized by Google

illorum qui ſunt germani,tertius inter nepotes.& ſic deſcendendo &c.

Dandæ ſunt aliquæ regulæ ad cognoſcendum in quo gradu diſtent conſanguinei inter ſe,& primo pro linea recta.

Datur regulæ tres ad cognoſcendum in quo gradu cōſanguinitatis diſtent inter ſe conſanguinei.

Prima regula eſt, quando inter perſonas, quæ ſunt in linea recta nulla alia perſona mediat perſonæ illę ſunt in primo gradu,ſicut Pater, & filius quod dicitur de Patre,& filio dicitur,de matre,& filia ſeu de Patre,& filia,vel matre, & filio; Pater enim & filius ſunt in primo gradu,quia nulla perſona inter illos mediat. Si vero mediat aliqua perſona, tot gradus erunt quot perſonæ mediæ, cōnumeratis omnibus mediis, & extremis ſunt in tot gradibus quot perſonę (dempta vna) v.g.quia Pater, & filius, & nepos ſunt tres perſonæ, nepos diſtat ab auo in ſecundo gradu,& pronepos in tertio filius autem diſtat à Patre in primo gradu, quoniam ſunt duæ perſonæ, & dempta vna, vna tantum manet,& vnus gradus.

Regula ſecūda pro linea trāſuerſali. Quot ſunt in linea tranſuerſali, æqualiter in eodem gradu in quo diſtāt à ſtipite diſtant inter ſe.v.g.filius, & filia eiuſdem Patris, vel matris, qui æqualiter ſunt in linea tranſuerſali ſunt in primo gradu inter ſe, ſicut ſunt in primo gradu cum Patre,& matre ſua. In hac regula omnes in vniuerſum conueniunt vt patet in gloſſa in arbore lib.6. verſus inter collaterales.

Impugnatio prima.

Lector ſe opponit contra hanc regulam dicendo. Sicut nepos diſtat ab vno duobus gradibus, ob id quod inter eos mediat filius. Ita & duo filij videntur duobus gradibus diſtare, quia Pater eſt medius inter eos, cum à Patre contrahant inter ſe conſanguinitatem.

Impugnationis ſolutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod Pater non eſt medius inter filios eo modo quo filius eſt medius inter Patrem, & nepotem,quaſi quod filij ſint duo extrema in eadem linea, ſed ambo in eadem linea ab ipſo dependēt, quia quilibet illorum immediate eſt à Patre.

Impugnatio ſecunda.

Lector de nouo ſe opponit huic reſponſioni dicendo. Filius propinquior eſt Patri ſanguine,quā fratri ſuo, ſed diſtat vno gradu à Patre, ergo pluribus à fratre.

Impugnationis reſpōſio.

Theologus remouet hanc impugnationem dicendo ſequelam eſſe nullam,quamuis enim filius ſit magis coniunctus Patri, quàm fratri ex hoc tamen non ſequitur,quod frater ſit magis coniunctus Patri,quàm fratri ſuo,ſicut enim vna albedo eſſe poteſt altera maior, vel intenſiue habere maiorem perfectionem, vel extenſiue, quia per maiorem quantitatem dilatatur. Ita filius eſt magis conſanguineus Patri,quàm fratri ſuo ab eodem Patre genito,quia arctius,& perfectius eſt vinculum inter genitum,& genitorem(eo quod ſunt ſicut effectus,& cauſa) quàm ſit inter duos fratres, qui non ſe habent, niſi ſicut duo effectus ad eandem cauſam, licet frater non ſit propinquior ſuo Patri,quàm ſuo fratri,quia fratres non diſtant à ſe inuicem, niſi quantum diſtant à Patre, qui eſt vnus gradus,vnde Fratres, & Pater ſunt in primo

Fratres inter ſe, & in ordine ad ſuos genitores ſunt in primo gradu conſanguinitatis.

gradu conſanguinitatis,in ſignum huius veritatis. Eccleſia in hac materia ſic procedit, vt primus gradus ſit inter genitores, & filios, & inter fratres,vt ait Zacharias Papa Can.Parentelæ eodem can. & quæſt. ſecundus gradus inter nepotes, qui ſi ſunt fratris filij,vel fratrum filij, fratrueli dicuntur. Et ſi ſororum ſubrini idest ſororiani,tertius autem gradus inter pronepotes, quartus inter abnepotes quamuis omnes iſti ſub fratribus collateralibus ſint,& conſobrini dicantur.

Regula tertia pro linea, etiā tranſuerſali ponitur. Quot ſunt in linea trāſuerſali ſi diſtāt in æqualitate à ſtipite,attendendus eſt gradus remotior, & in quo gradu diſtat remotior à ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe,ipſi collaterales exempli gratia inter nepotem Patri,& auunculi eius,eſt diſtantia in duobus gradibus lineæ collateralis,ratio eſt, quia cum inæqualiter ambo diſtent ab eodem ſtipite ſcilicet à Patre, qui eſt auus vnius,& Pater alterius,nepos tamen eſt in remotiori gradu, iuxta, quod debet regulari collateralis diſtantia,regulam iſtam deſumpſit Doctor Sanctus in cap. vir, quia ſtipite,de conſang.& affinit.vbi dicitur,quod ſi vir diſtat à ſtipite in quarto gradu, fęmina autem in quinto,poſſunt licite contrahere matrimonium ſecundum regulam iam aſſignatam.Et aſſignat rationem dicendo. Quia collaterales non habent inter ſe conſanguinitatem,niſi quam habent ratione primi ſtipitis, ac proinde nullus vnius lineæ poteſt habere maiorem propinquitatem ad alterum alterius lineæ, niſi quam habet ratione primi ſtipitis, & ad ſtipitem conſanguinitatis virtus, quanto magis deſcendit, tanto magis debilitatur,ac tandem extinguitur, vt habetur cap. conſanguinitas.25.quæſt.4. vt igitur clarior percipiatur regula iſta,dubium proponamus.

Dubium.

Circa hanc regulam Lector mouet dubium hoc magnæ difficultatis,quod eſt tale. Quærit enim an verum ſit, quod ad obtinendam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficiat gradum remotiorem tantum exprimere. An verum neceſſe ſit vtrumque gradum declarare, rationes validiſſimæ ſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt tale ratiocinium, deſumptum ex ratione iuris illius. Nam in illo reperitur, quod ſi alter conſanguineorum diſtat ſexto, vel ſeptimo gradu à ſtipite, alter autem in ſecundo, vel tertio non poſſunt coniungi, ergo non ſufficit exprimere gradum remotiorem ad diſpenſationem optinendam pro matrimonio contrahendo,ſed vtrumque gradum exprimere eſt neceſſe. Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua eſt regula modo adducta vbi dicitur conſanguinitatis virtus quanto magis deſcendit, tanto magis debilitatur, & tandem extinguitur, vt habetur cap. conſanguinitas 25. quæſt.4. ergo ſatis erit ſi proponatur gradus magis diſtans pro diſpenſatione obtinenda. Partis negatiuæ probatio.

Dubij

Digitized by Google

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo directa concluſione ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio igitur eſt. In caſibus ſimilibus ſufficit exprimere gradum remotiorem. Et non eſt neceſſe exprimere gradum magis propinquum pro diſpenſatione obtinenda.

Probatur concluſio iſta authoritate Pontificia, ex cap. vir de conſanguinitate, vel affinitate. Hoc ibi diffinit Pontifex, quod ad obtinendam diſpenſationem. Si vir diſtat à ſtipite in quarto gradu poſſunt licite copulari. Et in conſtitutione Clemẽtis ſexti quoque incipit nuper idem habetur. Et D. Thom. eſt huius ſententiæ in additione ad tertiam p. quæſt. 54. art. 2. Hoc idem affirmat Ledeſma ibi. Et Magiſter Dominicus à Soto in 4. d. 40. art. 2. &c.

Pro diſpẽſatione obtinenda exprimendi sũt gradus vtriuſque conſanguinitatis ſi propĩquior eſſet primus gradus alīter non.

Concluſio ſecunda. In aliquibus caſibus exprimendi ſunt gradus vtriuſque partis ad obtinendam diſpenſationem. Concluſio iſta in primis habetur ex Pio quarto, q in quodã motu proprio expreſſe præcipit, vt declaretur vterq; gradus remotior ſcilicet, & propinquior ad obtinendam diſpenſationem at Pius V. in alio motu proprio Anno Domini 1566. die 20. Auguſti, expreſſe reuocauit clauſulam illam Pij quarti, & rem hanc reſtituit ad ius commune antiquum, ſcilicet, vt ſufficeret gradum remotiorem exprimere declarat tamen ipſemet Pius V. ſeipſum dicendo, quod quando propinquior gradus fuerit primus gradus, non ſatis eſſe remotiorem exprimere, ſed etiam exprimendus eſt gradus propinquior. Et rationem reddit dicendo, quodcumque in primo gradu intendit diſpenſare. Hoc intelligitur ſuppoſito, quod vnus ſit in primo gradu lineæ tranſuerſalis, alter qui eſt in gradu remotiori ſit infra quartum gradum. Nam ſi ſit vltra quartum gradum, vel extra quartum gradum ſententia doctorum eſt, nullam eſſe neceſſariam diſpenſationem ad licite contrahendum. Semper enim loquimur de conſanguineis, in linea tranſuerſali. Si autem eſſent in linea recta, non poſſent contrahere matrimonium infra gradus prohibitos. Obſeruandum tamen eſt, quod Pius V. in illo ſuo motu proprio ponit hanc conditionem, dummodo poſtea obtinentur litterę declaratoriæ ſuper gradum propinquitatis iuxta conſtitutionem Gregorij V. & Clementis prædeceſſorum noſtrorum. Et hoc ad euitandum ſcandalum puſillorum, ſcientes tales eſſe in gradu prohibito, & eſſe diſpenſatos in gradu remotiori tantum, non autem, in gradu propinquo propterea obtinendæ ſunt litteræ declaratoriæ. Et hoc præcipue obſeruandum eſt in illis prouincijs vbi eſt talis conſuetudo, vbi autem non eſt conſuetudo, hoc neceſſarium non eſt, quibus ſtantibus inſtantia pro parte affirmatiua manet ſoluta.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantiam dicendo, quod inſtantia ante terminationem Pij V. habebat aliquam apparentiam, ſed poſt illã nulla eſt ambiguitas, ſufficit manifeſtare gradum remotiorẽ, niſi propinquior eſſet primus gradus, vbi tamen, pro illis prouintijs ſeruatur videlicet, qui habent in vſu manifeſtare vtrumque grandum ad euitandum ſcandalum puſillorum, hoc ſeruandum eſt etiam modo, prout declaratum eſt in deciſione dubij.

Vt igitur doctrina ſi clarior obſeruandum eſt, quod quanto gradu perſonę remotior eſt, à ſtipite, tantum diſtat à quolibet alio per aliam lineam dependentem. v. g. ſtirps communis eſt Petrus, filij illius ſunt. Socrates, & Luchretia, iſti ſunt in primo gradu. De Socrate deſcendit Plato, de Luchretia ex alia parte deſcendit Titius. Iſti ſunt in ſecundo gradu in ordine ad Petrum. De Platone deſcendit Hyppolitus de Titio autem venit Claudius, hi duo ſcilicet Hyppolitus, & Claudius ſunt in tertio gradu, deſcendentes æqualiter à Petro. De Hyppolito deſcendit Alexius, & de Claudio Andreas. Hi ſcilicet Alexius, & Andreas ſunt in quarto gradu diſtantes à Petro æqualiter, Alexius, autem & Andreas ſunt vltimæ perſonæ in Petri conſanguinitate, inter quas eſt prohibitum matrimonium contrahere. Vltimus, ergo ex vna linea in gradu prohibito eſt Alexius, & in Alia eſt Andreas. De Andrea naſcitur Berta, quæ profecto à communi ſtipite illo Petri deſcendit, & diſtat à Petro in quinto gradu, & ſi exiſtit extra conſanguinitatem prohibentem matrimonium, ergo à quolibet deſcendente à Petro, per aliam lineam diſtabit quinto gradu. His ſic declaratis, ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Arbor cõſanguinitatis diſtincta deſcribitur, pro intelligẽtia prohibitionis matrimonij contrahendi.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus dicit primo argumento vna cum Doctore Angelico, quod obiectio illa procedit ex falſis. Nam conſanguinitas non eſt collatio, ſed relatio quædam aliquarum perſonarum quarum collatio lineam conſanguinitatis adinuicem facit, vt Pater, filius, nepos, &c. complexiue ſumpti, faciunt collationem, velut populus perſonarum facit multitudinem, conſanguinitas eſt relatio ideſt habitudo, & reſpectus inter ipſas perſonas velut ordo eſt relatio in magiſtratibus, prout abunde in deciſione caſus dictum fuit.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra prædicta format ſecundum argumentum ſic. Illud ſecundum, quo diuiditur aliquod commune, non poteſt poni in diffinitione illius communis, ſed deſcendens ponitur in diffinitione conſanguinitatis, ergo conſanguinitas non poteſt diuidi, per lineam aſcendentium, & deſcendentium, & tranſuerſalium.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo ad maiorem propoſitionem, quod illud ſecundũ, quod diuidit commune aliquod non poteſt poni in

ni in diffinitione illius cõmunis ſub eadem ratione formale,ſed ſub alia ratione,vel aliomodo poteſt poni, in quo ſenſu neganda eſt minor propoſitio. Nam deſcendens communiter ſumptus,attenditur ſecundum quamlibet conſanguinitatis lineam, ex qua vinculum conſanguinitatis trahitur,deſcenſus tamen particulariter ſumptus,à perſona tali,cuius conſanguinitas quæritur, lineã deſcẽdentiũ facit. Ex quibus ad argumẽtũ dicitur,ꝙ deſcendes cõmunis non ponitur in diffinitione cõſanguinitatis, & lineæ,neq; deſcẽſus talis,i.determinatus ponitur in diffinitione vtriuſq;, ſed deſcẽdẽs aliter,& aliter ſũptus ponit͂ ĩ ipſa diffinitione.

Argumẽtum tertium.

De nouo Lector inſurgit dicendo, contra illam particulam, ſ. quod conſanguinitas diſtinguatur per gradus, ſi conſanguinitas diſtingueretur per gradus, & cognoſceretur oporteret, quod illi qui ſunt ĩ eodẽ gradu eſſent æqualiter cõſãguinei,ſed hoc falsũ eſt, ergo conſanguinitas recte nõ diſtinguitur ꝑ gradus. Minor probat͂. Nã propatruus,& ꝓnepos eiuſdẽ,ſunt ĩ eodẽ gradu,nõ tñ sũt æqualiter cõſãguinei ex decretis, tñ sũt in eodẽ gradu.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat maiorẽ propoſitionẽ,& aſſignat rationẽ dicẽdo,ꝙ iſti ſunt æquales extenſiue nõ autẽ intenſiue. Cõtingit.n.,ꝙ aliquorũ duorũ, qui ſunt ĩ eodẽ genere cõſanguinitatis reſpectu alicuius perſonæ vnus ſit magis conſanguineus quã alius,vt ſupra dictũ fuit de Patre,& fratre,qui ſunt in primo gradu cõſanguinitatis,tñ filius eſt magis cõſanguineus Patri q̃ proprio fratri intenſiue non extẽſiue,vt ĩ deciſione caſus declaratũ fuit,& ĩ hoc ſenſu propatruus eſt magis conſanguineus v.g. Petro,quam pronepos eius,licet ſint in eodẽ gradu.

Argumẽtum quartum.

Lector non acquieſcit,de nouo inſurgit, & format quartum argumentum tali modo. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit aliũ gradum,ſicut quælibet vnitas addita facit aliam ſpeciem numeri,ſed perſona addita perſonæ non ſẽper facit gradum alium conſanguinitatis,ergo conſanguinitas non recte per gradus diſtinguitur. Probatur minor. Nam in eodem gradu conſanguinitatis eſt Pater,& patruus, qui adiungitur.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumẽto ſatisfacit dicẽdo,ꝙ quãuis Pater,& patruus ſit in eodẽ gradu reſpectu radicis cõſanguinitas,quia vterq; diſtat vno gradu ab vno.i. Pater vno gradu diſtat à fratre ſuo, & à filio ſuo,qui eſt nepos talis fratris,tñ reſpectu eius cuius cõſanguinitas quæritur nõ ſunt in eodẽ gradu,quia in ordine ad patrẽ eſt in primo gradu. In ordine ad patruũ eſt,non in primo gradu ſed in ſecundo Hæc oĩa authoritate Apoſtolica cõprobantur. In primis ſũmus Pontifex Zacharias dicebat ſic. Parentelæ gradus taliter cõputamus. Siquidem ego,& frater meus vna gratia ſummus,primũque gradũ efficimus nullo gradu diſtamus. Rurſus filius meus, fratriſque mei filius ſecunda generatio ſunt,ac gradũ ſecundũ faciunt,nec à ſe aliquo gradu ſeparantur. Atq; ad hunc modũ cæteræ ſucceſſiones ſunt habẽdę. Hęc habẽtur 35.q.5. Et Alexãder Papa. Nõ terminatur cõſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, ſed terminatur in ſeptimo gradu,ſecundũ canones &c. Duo gradus legales vnũ canonicũ cõſtituunt, Fratres itaq; qui ſecũdũ ſæculares leges dñi in ſecundo gradu,iuxta canones numerãtur in primo gradu,filij fratrũ, qui illic numerantur in quarto,hic cõputãtur in ſecũdo,nepotes verò,qui in ſexto ibi,iſti, hic numerãtur in tertio,ſic deinceps, qui legibus inſcribũtur ĩ octauo, & 10.in canonibus definiũtur in quarto,& quĩto, atq; de alꝗbus ſentiẽdũ eſt, vt q ſm̃ canones dñr in ſexto,vel ſeptimo,ſm̃ leges accipiãtur in duodecimo,vel in decimoquarto. Hæc ibidẽ in cap. Ad ſedẽ Apoſtolicã,vnde patet,ꝙ Papa Zacharias numerat gradus ſm̃ canones,non aũt ſm̃ leges ſæculares. Nã collocat fratres in primo gradu,eoſq; ad inuicẽ nullo gradu diſtare dicit,ꝙ nõ faciũt leges, vt patet per Alexandrũ Papã. Ecce ꝙ Sũmi Pontifices approbãt arborẽ cõſanguinitatis,aſcẽdentiũ, deſcendentiũ,& collateraliũ,& gradus multos aſſignant in illa. Immo cõtra negãtes illã Alexãdrus ſecundus dicebat. Taliter igitur determinatis gradibus cõſanguinitatis, Apoſtolica authoritate admonemus vos,fratres,& filij, vt oĩbus ſic ſeriẽ genealogiæ cõputandũ eſſe intimetis,quomodo ſancti Patres numerandã eſſe ſanxerũt. Nã ſi quis obſtinata mẽte à recto tramite Apoſtolicæ Sedis deuiare voluerint,& aliter quam nos in nuptijs cęlebrãdis,gradus parẽtelę numerare cõtẽderit, primo ꝓ ſua temeritate cæleſti pęna ſalutetur,poſtmodũ gladio ꝑpetuę Anathematis nouerit ſe ingulãdũ. Stãdũ eſt igitur ĩ hac noſtra deciſiune cũ habeatur ex terminatione Eccleſiæ. Et proponamus aliũ caſũ.

Caſus tertius.

Lector proponit tertium caſum cum dubijs annexis, vt cognoſcere poſſimus ſi conſanguinitas impediat matrimonium de iure naturali.

In hoc caſu ergo inquirit Lector, vtrũ conſanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.

In primo autem dubio inueſtigat. An prohibitiones poſitæ in Leuitico, modo in lege Euangelica vim habeant,& ſi Papa cũ illis poteſt diſpẽſare

In ſecundo dubio interrogat,An conſanguinitas quæ eſt in recta linea in primo gradu, impediat matrimonium iure naturali.

In tertio dubio poſtulat, An matrimonium inter genitores, & genitos adeò iure naturæ ſit prohibitum, vt etiam natura integra idunaret.

In quarto dubio petit Lector vtrum taliter matrimonium iſtud ius naturæ reprobet, vt ob nullã cauſam publicam poſſit in eo diſpenſari.

In quinto dubio inueſtigat An in omnibus alijs generibus lineæ rectæ ſit irritum, & illicitum matrimonium iure naturali.

In dubio ſexto quærit Lector an aliquis gradus conſanguinitatis in linea tranſuerſali iure naturæ impediat matrimonium.

Lector igitur quærit in hoc tertio caſu vtrũ cõſanguinitas de iure naturali ĩpediat matrimoniũ. Et pro vtraque parte format argumenta.

Pro parte affirmatiua argumentatur ſic. Illud quod impedit bonum prolis etiam impedit matrimonium lege naturæ. Sed conſanguinitas impedit bonum prolis, ergo conſanguinitas ſecundum legem naturæ impedit matrimonium. Ma-

Partis affirmatiuæ probatio.

Digitized by Google

ior propoſitio probatione non indiget Minor oſtẽditur ſic. Inquit Gregorius in fine ſui regiſtri ad inter. x. Experimento didiſcimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſubcreſcere, ergo conſanguinitas impedit bonum prolis. Confirmatur intentum ſic. Illud quod habet natura humana in prima ſui conditione eſt de lege naturæ, ſed à prima ſui conditione hoc habuit humana natura, ſcilicet, quod Pater, & Mater, à matrimonio excluduntur, ergo conſanguinitas impedit matrimonium ſecundum legem naturæ, prima propoſitio pro vera ſupponitur, ſecunda oſtenditur ſic, Secundo Geneſeos dicitur loquendo de matrimonio, propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem & adherebit vxori ſuæ, hoc non poteſt intelligi quantum ad cohabitationem, ergo quantum ad matrimonij coniunctionem, ergo humana natura, à prima ſua conditione habuit, quod Pater, & Mater à matrimonio filiorum ſint excluſi.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Nulla mulier potuit eſſe propinquior viro, quam Eua Adæ, de qua dixit Adam hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Sed Eua fuit mulier coniuncta Adæ, ergo nulla conſanguinitas, quantum eſt de lege naturæ impedit matrimonium.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus ſuppoſito vno, ſcilicet, quod caſus iſte difficilis ſit, propter multa dubia circa illum occurrentia, ſatisfacit quæſito vnica concluſione affirmatiua, & vt bene percipiatur proponit dubia annexa, & illa reſoluit.

Conſanguinitas diuerſimode impedit matrimoniũ aliquibus de iure naturæ aliquibus de iure diuino, & alijs de iure humano.

Concluſio igitur eſt. Conſanguinitas quantum ad aliquas perſonas impedit matrimonium de iure naturali, quantum ad alias, de iure diuino, quantum ad alias de iure humano, præcipue Eccleſiaſtico. Concluſio iſta probatur, quo ad ſingulas partes, & primo quo ad primam ſic. In matrimonio illud dicitur eſſe contra ius naturæ quo matrimonium redditur incompetens reſpectu finis ad quẽ eſt ordinatum. Finis autem matrimonij per ſe primo eſt bonum prolis, quod impeditur per aliquã conſanguinitatem ſcilicet per conſanguinitatem repertam inter Patrem, & filiam, vel inter Matrem, & filium, ergo datur aliquod impedimentum matrimonij de iure naturæ, Probatur minor, ſcilicet, quod impediatur bonum prolis, ſcilicet inter Patrem, & filiam, & Matrem, & filium, non quidem totaliter cum filia ex ſemine Patris poſſit generare, & ſimul cum Patre, prolem genitam nutrire, & inſtruere. In quibus bonum prolis conſiſtit, tamen hoc conuenienti modo fieri non poteſt. Inordinatum enim eſt, quod Filia Patri per matrimonium iungatur in ſociam cauſa generandæ prolis, & educandæ, inquit Doctor Sanctus. Probatur hoc, quia filiam per omnia oportet Patri ſuo eſſe ſubiectam, & non ſociam, cum genita ſit ab eo, ergo de lege naturali, eſt, vt Pater, & filia à matrimonio repellantur. Et multo magis Mater, & filius, quia magnæ reuerentiæ, quæ debetur parentibus derogatur, tã ſi filius Matrẽ, quã ſi Pater filiam duceret in coniugem, cum vxor viro aliqualiter debet eſſe ſubiecta, repugnat enim, quod Mater ſit ſubiecta filio. Conſanguinitas impedit etiam reſpectu ſecundi finis. Nam finis ſecundarius per ſe matrimonij, eſt concupiſcentiæ depreſſio, hoc incommodo fit, vt conſanguinei, in matrimonio coniungantur, ergo conſanguinitas naturaliter impedit matrimonium. Maior propoſitio per ſe eſt nota. Minor probatur deperit enim concupiſcentiæ depreſſio, quando ei præbetur aditus per familiarem conuerſationem, quæ inter conſanguineos reperitur. Et ideo lex diuina non ſolum Patrem, & Matrem à matrimonio depellit, ſed etiam alias coniunctas perſonas, quas oportet ſimul conuerſare, & quæ debent inuicem alterius altera pudicitiam cuſtodire, & hoc pertinet ad ſecundum membrum concluſionis. Quod vſque modo diximus præcipit Deus Leuitici 18. dicendo. Ne reuelas turpitudinem Patris, vel Matris tuæ &c. Iſtæ prohibitiones licet ſint duodecim, ad ſex tantum reducuntur. Prohibẽtur de iure diuino nuptiæ in primo, & ſecundo gradu in linea recta cõſanguinitatis, ſcilicet inter Patrem, & filiam, & Matrem, & filium, qui eſt primus gradus, & inter Auum, & nepotem, & ſubinde inter Auiam, & nepotem, qui eſt ſecundus gradus. In tranſuerſali, nuptiæ prohibentur in primo gradu, vt inter fratrem, & ſororem, & in ſecundo aſcendendo ſcilicet inter conſobrinas, & amitas ſororis Patris ſimiliter in materterã, ſcilicet ſororem Matris. Iſti enim licet duo appareant gradus, non eſt tamẽ niſi vnus, ſ. ſecundus conſanguinitatis aſcendentium in linea tranſuerſali, rurſus inter affines prohibetur matrimonium, in primo gradu duobus modis, ſcilicet aſcendendo, & à latere, primo modo, vt ſiquis cognoſcit Matrem, & filiam eſt, Ne quis ducat priuignam ideſt vxoris ſuæ filiam, neque gener ſocrum ſuam, neque vna nubeat Patri, & filio videlicet, ne nurus nubat ſocro patris mariti ſui, neque priuignus ducat nouercam. Omnes enim iſti quatuor ſunt idem genus affinitatis prohibetur etiam, ſecundo modo matrimonium in primo gradu affinitatis, ſcilicet ne quis ducat ſorores duas, aut vna duabus fratribus nubat. Hic eſt primus gradus, licet non tam efficax, vt priori modo, vt igitur clarius percipiamus qualiter matrimonium in his gradibus de lege diuina ſit prohibitum, adducamus verba Leuitici loco ſupracitato, verba ſunt iſta. Cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis, ego Dominus, turpitudinem Patris ſui. Et turpitudinem Matris tuæ non diſcooperias, Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius, turpitudinem vxoris Patris tui ideſt matris nouerchæ nõ diſcooperias, turpitudinem Patris tui eſt, turpitudinem ſororis tuę ſiue ex Patre ſiue ex Matre, quæ domo, vel foris genita eſt, non reuelabis turpitudinẽ filiæ filij tui, nepotis ex filia non reuelabis, quia turpitudo tua eſt, turpitudinem filiæ vxoris Patris tui, quæ peperit Patri ſuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis, turpitudinem ſororis Patris tui non diſcooperias, quia caro eſt Patris tui, turpitudinem

Aſſignantur gradus conſanguinitatis inter quos prohibitũ eſt matrimoniũ de iure diuino.

Nota.

ſororis

ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quod ſit caro matris tuæ, turpitudinem Patris tui non reuelabis, neque accedas ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur, turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt, nec diſcoperias ignominiam eius, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt, & vxorem fratris tui nullus accipiat, turpitudinem vxoris tuæ, & filij eius non reuelabis Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſummes, vt reueles ignominiam eius, quia caro illius ſunt. Et talis coitus inceſtus eſt, Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius nõ accipias, neque reuelaberis, turpitudinem eius adhuc illa viuente; alias ſexlitates in hoc propoſito, multa enumerat diuina ſcriptura, vide illic ſi placet.

Quo ad tertiam partem concluſionis reſpectu perſonarum, quæ de iure humano impediuntur ad contrahendum. Olim conſanguinitas impediebat vſque ad ſeptimum gradum incluſiue. Nunc conſanguinitas impedit vſque ad quartum gradum incluſiue, vt clare videbimus in ſequentibus his ſic declaratis in probatione concluſionis proponamus, & ſoluamus dubia, vt clarius doctrina percipiatur.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit, vtrum prohibitiones in Leuitico poſitæ modo in lege noua vim habeãt. Itaquod circa hoc duo quærimus primum vtrum infideles, qui in illis gradibus contraxerũt, ſi modo conuerterentur ſint ſeparandi, Secundo ſi Papa ſuper aliquem illorum diſpenſare poſſit. Hæc duo quæſita adinuicem cõuertuntur. Si enim ius illud diuinum modo obligat Papa diſpenſare non poteſt ſi non obligat diſpenſare poteſt. In hac materia ſententiæ ſunt diuerſæ, ideo adducenda ſunt pro vtraque parte diſputationis argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua (relictis hæreticis, qui in malo ſenſu loquuntur) eſt D. Bonauentura in 4. d. 40. art. 1. q. 2. Et Ricardus ibidem immo D. Th. d. 39. q. art. 3. ad tertium dicit, quod ſi infideles, qui in gradibus contraxerunt in Leuitico prohibitis ſunt ſeparandi, & Syl. verbo matrimonium 8. q. 6. & verbo Papa §. 17. ait omnes ferre illos gradus eſſe iure naturæ prohibitos in quibus ideo Papa diſpenſare non valet, Valdenſis dicit, quod ferre omnes illi gradus ſunt de iure naturæ cui ſubſcribit D. Antoninus in 3. p. tit. 1. cap. 14. ergo prohibitiones illæ in Leuitico remanent in teſtamento nouo in Eccleſia Dei.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Thomas de Argentina, qui dicunt iuris naturæ ſolum parentes, & liberos prohibere, non tamen fratres, ergo prohibitiones illæ omnes, non manent modo.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Præcepta impedientia matrimonij in Leuitico non remanẽt, niſi quo ad id, quod pertinet ad ius naturæ.

Concluſio prima. Præcepta illa Leuitici prohibitoria (ea ratione qua lege illa poſita ſunt) nullũ in lege noſtra vigorem retinent, ſed prorſus extincta ceſſarunt, perſeuerant modo ſolum quatenus moralia ſunt ſcilicet quatenus vim iuris naturalis retinent. Et probat hanc concluſionem quo ad vtramque partem, quo ad ſecundam partem facilis eſt probatio. Nam Chriſtus Dominus ius naturæ non extinxit, ſed perfecit, ergo prohibitiones illæ quatenus vim naturalis iuris retinent perſeuerant. Quo ad primam partem ſic probatur concluſio. Per Chriſtum abolita, & antiqua ea fuit Lex antiqua. Et hoc fecit dum diceret exiſtens in cruce. Conſummatum eſt, vnde Apoſtolus ad Hebræos. 7. dicebat. Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Cum ergo in Chriſto tranſlatum fuit ſacerdotium veteris legis in ſacerdotium Melchiſadech, ſcilicet Chriſti ſequitur, vt legis tranſlatio facta ſit. Et ſubdit Apoſtolus. Reprobatio quidem fit prioris mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Et ad eoſdem Hebræos. 8. in verbis illis Hieremiæ ſcilicet Ecce dies veniunt dicit Dominus, & conſumabo ſuper domum Iſdrael teſtamentum nouum, quod teſtamentum nouum, prius vetus antiquauit. Vbi inquit Apoſtolus, quod autem antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt, & declarat hoc per ſimilitudinem ad Rom. 7. dicendo. Mulier ſub viri lege eſt, viro viuente, mortuo autem viro, ſoluta eſt à lege viri. Sic & nos per mortem Chriſti liberati ſummus à lege veteri. Et alia multa dicit Apoſtolus apud Magiſtrum Dominicum à Soto. in 4. d. 40. art. 3. quod eſſet legum adducere (ideo illis relictis) concludit ipſe, & dicit, quod eſſet hæreſis affirmare, quod prohibitiones illæ quatenus legales ſunt modo obligarent. Cum per Chriſtum omnino ablata ſunt legalia omnia, vltra hoc dicit, quod præcepta illa Leuitici, quatenus erant præcepta legis Moſaycæ, alias gentes non obligabant, quæ ad legem circumciſionis non tenebantur, ergo (inferamus nos) neque modo lex illa obligat nos, quia nõ magis modo, nos quã gentiles cõprehendit, Immo ab illa nos Chriſtus liberauit. His pro certo relictis. Conſiderandum venit quantum iuris naturalis prohibitiones illæ contineant, quoniam ſolum tantum nos obligant præcepta illa, quantum de iure naturali habent.

Prohibitiones in leuitico reſpectu matrimonij, intantum obligant inquantũ continent de iure naturali, & non plus.

Vt ergo doctrina ſit clara ponenda ſunt aliqua notanda quorum primũ eſt illud. Lex vetus iam omnino ceſſauit (prout dictum eſt) quantum ſcilicet ad præcepta iudicialia, & cerimonialia. Moralia etiam non obligant inquantum ſunt præcepta legis veteris, ſed inquantum pertinent ad legem naturalem. Ex quo colligitur, quod in noua lege nullæ prohibitiones in Leuitico poſitæ reſpectu matrimonij ex vi legis veteris obligent, ſed ſi obligant, obligant ex vi legis naturalis, ſecundo eſt notandum, quod Chriſtus in lege Euangelica eleuauit matrimonium ad quoddam eſſe ſupernaturale ſacramenti. Et hoc tantum habet ſuperadditum ex

dicit, quod ſi ille, qui contraxit cum vxore fratris ſui conuertatur, ad fidem, non ſunt ſeparandi, tamen talia matrimonia prohibetur ne fiant in Eccleſia, Poteſt tamen Papa in tali matrimonio diſpenſare.

Inſtantia 4. Vltimo loco Lector inſtat dicendo. Ille prohibitiones quæ habentur in illo capite, ſunt præcepta moralia iuris naturalis, ergo modo in lege Euangelica habent vim. Concluſio patet. Antecedens probatur. In primis ibi dicit Deus. Præcepta mea ſeruabitis: quæ verba doctores intelligunt de præceptis moralibus. Secundo probatur hoc idem ratione, dicit ibi Deus. Ne reuelabis turpitudinem &c. Sed non reuelare turpitudinem pertinet ad dictamen rationis moralis, vel naturalis, ergo moralia ſunt præcepta illa, Tertio confirmatur hoc ex verbis illis, quæ apponuntur in fine capitis. Non polluamini in his in quibus contaminatæ ſunt gentes omnes. Ex quibus verbis colligitur eſſe præcepta naturalia, & moralia quæ ſpectant ad omnes gentes, quod affirmat D. Auguſtinus. q. 53. Leuitici vbi ait, Præcepta illa Leuitici 18. ſunt intellecta in decalogo. At decalogus conſtat ex præceptis moralibus, & naturalibus, ergo iſta ſunt moralia, & naturalia.

Inſtant. ſolutio. Huic inſtantiæ dicit Theologus duo, Primo ait, aliqui dicunt, quod non omnia illa præcepta Leuitici ſunt moralia, ſed aliqua illorum eſſe iudicialia, Secundo dicit, quicquid ſit de hoc admittendo omnia illa eſſe moralia dicimus, quod omnes illi gradus prohibiti ſunt propter reuerentiam naturalem quæ habent illis perſonis, non tamen ex hoc conuincitur, quod matrimonium in omnibus illis gradibus ſit adeò prohibitum, vt ſit irritum iure naturæ, immo oppoſitum colligimus, non ſolum in noua lege, ſed in veteri. Nam Abraham contraxit cum Sara. Et eadem lege conſueuetat frater accipere relictam fratris ſui ſine ſemine, quod factum non fuiſſet, ſi tale matrimonium iure naturæ eſſet irritum. Et in lege noua vidimus ſæpe Pontificem diſpenſare, vt conſobrinus contrahat cum cóſobrina, quod etiam idem contrahat cum duabus ſororibus ſucceſſiue, vel econtra, Hæc ſint pro dubio iſto, proponatur ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector An conſanguinitas, quæ eſt in recta linea in primo gradu impediat matrimonium iure naturali, vt inter Patrem, & filiam, inter Matrem, & filium, pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua. Illud dicitur eſſe contra ius naturæ per quod matrimonium redditur reſpectu finis ad quem eſt ordinatum inutile. Finis autem matrimonij per ſe primo eſt bonum prolis, quod impeditur per conſanguinitatem ſcilicet inter Patrem, & filiam, vel inter Matrem, & filium, vt oſtenſum eſt in caſu præſenti in deciſione illius, ergo conſanguinitas quæ eſt in recta linea in primo gradu, vt in propoſito impedit matrimonium iure naturali.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua tale format ratiocinium. In his gradibus poteſt eſſe matrimonium authoritate diuina ſcilicet inter Patrem, & filiam, Matrem, & filium, ergo tale matrimonium iure naturali non eſt prohibitum. Antecedens probatur, Filius authoritate diuina poteſt occidere matrem, & filia Patrem, ergo multo magis contrahere matrimonium cum illis poſſunt. Conſequentia eſt clara. Nam in his quæ ſunt de iure naturali non poteſt eſſe diſpenſatio per D. Thom. 1 2. q. 100. artic. 8. neque authoritate diuina cum ſit intrinſice mala. In his enim quæ intrinſice mala ſunt nó cadit diſpenſatio, ergo illud ſuper quo cadit diſpenſatio nó eſt cótra ius naturæ, ſequitur enim, quod ſi Deus diſpenſare poſſit matrimonium in primo gradu, quod talis gradus de iure naturæ non impediat matrimonium.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Concluſio ergo eſt. Regulariter, & communiter loquendo, matrimonium in primo gradu lineę rectę ſcilicet inter Patrem, & filiam, vel Matrem, & filium adeò eſt illicitum, vt iure naturali conſtare non poſſit nec diuino, dato etiam, quod de hoc data non eſſet lex aliqua. Concluſio iſta conſtat ex ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, & per ea quæ dicta ſunt in deciſione caſus præſentis de nouo tamen probatur ſic, Primo ex natura vinculi matrimonij oritur æqualitas inter virum, & vxorem, prout ſignificatum fuit, quando Deus ex coſta Adę formauit Euam, quando ſimiliter Adam dixit loquens de vxore ſua. Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Et quando Chriſtus Dominus de coniugatis dixit erunt duo in carne vna, quia æqualitet concurrūt ad officia matrimonialia. At inter Parentes, & filios non poteſt eſſe æqualitas ex iure naturali. Cum filij ſubiecti ſint naturaliter parentibus, ergo, Secundo probatur intentum inter coniuges debet eſſe libertas ad petendum debitum, ſed reuerentia debita parentibus, iure naturali huic libertati, & familiaritati horum coniugatorum opponitur, ergo hoc non licet vllo pacto, Tertio Mater non debet timere filium, nec filius poteſt eſſe caput matris. Sed vxor timere debet virum ſuum. Et vir eſt caput mulieris, ergo inter Matrem, & filium vllo pacto matrimonium eſſe poteſt cum ſit contra ordinem naturæ matrimonij, Quarto confirmatur intentum. Hæc eſt communis confeſſio omnium nationum, quod matrimonium inter genitores, & genitos ſtare non poteſt.

Matrimoniū inter Patrē, & filiam, vel Matrē, & filium, à natura abhorrēt etiā, quod non eſſet damnatū à lege.

Sed communis confeſſio omnium nationum pertinet ad ius naturæ, ergo tale matrimonium eſt contra ius naturæ. Maior propoſitio ſic probatur. Inquit Apoſtolus 1. Cor. 5. Auditur fornicatio inter vos, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt quis vxorem Patris ſui quis habet,

ergo gentes tales fornicationes abominātur, ergo ſunt contra naturam, quinto probatur ſic. Inquit D. Auguſtinus 15. de ciuitate Dei c. 16. Sacramentum matrimonij ſignum ſimbulumque eſt charitatis Chriſti, & Eccleſiæ, ergo ratione huius ſacramenti charitas Chriſti eſt propaganda inter Chriſtianos, & amplificanda hoc fit coniungendo fideles extraneos, in affinitate mediante ſacramento matrimonij. Etenim ſi Pater (vt ibi dicit D. Auguſtinus) filiam duceret, idem eſſet Pater, & maritus, & eadem eſſet filia, & vxor, quod eſt abſurdum, ſimiliter idem poſſet eſſe auus, & maritus, quæ ratio. D. Auguſtini etiam ſe extendit ad alios conſanguineos. Si enim frater duceret in vxorem ſororem ſuam idem eſſet ambobus frater, & filius Pater, & ſocer, quod rurſus, ſi nepos, & nepotes cōiunguntur eſſent coniuges, & fratrueles, & eorum Pater eſſet Pater, & ſocrus, & auunculus. Et mater eſſet ſimul ſocrus, & amita. Iſtæ neceſſitudines dum ad diuerſos ſanguines matrimonium ſe extendit, vt alij ſint conſanguinei, & alij affines, latius honeſtius, & pulchrius poſſunt propagari, & abſque tot impediméta, vt de ſe patet ſexto. In generatione teſte Ariſt. vir ſe habet, vt agas, fœmina vt patiens, qui per copulā efficiuntur vna caro: Cum ergo liberi ſint ſicut partes parentum, ita quod Pater, & filia ſint quodammodo vna caro, ergo non poſſunt ſimul licite coniungi. Accedit in confirmatione huius veritatis diſparitas annorum ætatis, Nā cum mulier parit attingere ſolet annū vigeſimum, quando ipſa filio nuberet eſſet quadragenaria, per conſequens inepta ad concipiendum, ergo tale matrimonium eſſet contra ius naturæ. At quid amplius dicere debemus: Nihil enim ſceleſtius excogitari poteſt, vt vir eundem ventrem vnde exijt deturpare audeat. Et fœmina eodem ſemine quo concepta fuit polluatur. Et illi, qui oppoſitum operati ſunt (ſi aliqui fuerunt) non inſtinctu naturæ hoc fecerunt, ſed modu Sathanico ducti. Nam animalia in hoc decepti, vt cognouerunt factum ſe occiderunt teſte. D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 9. ad 3. Hoc docet Ariſt. 9. de Hiſtoria animalium c. 47. tomi 4. dicit enim, quod quidam æquus, quia deceptus fuit, vt matri commiſceretur ſeipſum præcipitauit, quaſi pre horrore, eo quod etiam animalibus aliquibus ineſt naturalis reuerentia ad parentes. Obſeruent hoc libidinoſi. Et nos ſoluamus inſtantiam pro parte negatiua adductam.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat, quod ſtante ordine naturæ, quod diſpenſabile ſit ex iure diuino matrimonium inter Patrem, & filiam, vel matrem, & filium. Ad probationem dicitur, quod non eſt par ratio de matrimonio, & de occiſione, quia in tali occiſione filius, vel filia eſſet agens inſtrumentale, & non principale, vt eſſet in matrimonio, ponamus dubium aliud.

Dubium tertium.

QVærit Lector in hoc dubio An matrimonium inter genitores, & genitos adeò iure naturæ ſit prohibitum, vt etiam in natura integra vitaretur. Relinquenda ſunt argumenta, quia facilis eſt ſolutio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

In Paradiſo terreſtri etiā, quod Adam non peccaſſet non admitteretur matrimoniū primo gradu.

LEctor Theologus vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito dicendo. In ſtatu innocētiæ naturaliter omnes abhorruiſſent cōtrahere matrimonium inter conſanguineos primi gradus in linea recta ſcilicet matrimonium inter Patrem, & filiam, vel Matrem, & filium. Hanc concluſionem probatur. Nam in illo ſtatu Natura homines docuiſſet nefas eſſe talia contrahere coniugia. Ratio huius rei eſt, quia liberi ipſi eandem reuerentiam, & honorem deberent parentibus ſicut modo, & excelentiori modo illam exibuiſſent.

Impugnatio

Argumentator impugnat hanc concluſionem dicendo. In Paradiſo terreſtri non fuiſſet prohibitum matrimonium in quocunque gradu, ergo filij poſſent contrahere cum parentibus matrimoniū. Conſequētia eſt clara. Antecedēs probatur. Nam, quod tale matrimonium modo licitum non ſit, cauſa fuit peccatum primorum parentum: At remota cauſa remouetur effectus, ergo talis prohibitio in ſtatu illo non eſſet. Et ideo filius cognoſcendo matrem, non reuelaret eius turpitudinem, neque Pater cognoſcendo filiam, neque concupiſcentia exorbitaret.

Impugnationis reſpōſio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod in ſtatu peccati vtique matrimonium in primo gradu lineæ rectæ fuit prohibitum occaſione peccati, vt fugiamus turpitudinem. At in ſtatu innocentia hoc vitaret modeſtia naturalis, & reuerentia exhibenda parentibus, & eſſet ad euitandum peccatum, pro cuius intelligentia eſt obſeruandum, quod ſtante ſtatu innocentiæ nullum peccatum exiſtere poſſet. Nihilominus homines in ſtatu illo fuiſſent liberi. Et ſicut propter eſcam ligni amiſimus Paradiſum delitiarum.

In Paradiſo terreſtri etiā quod Adam nō peccaſſet poſſent poſſent peccare.

Ita illum quilibet amittere potuiſſet per quodcunque mortale peccatum, ſiue contra ius dicendum, ſiue contra ius naturæ commiſſum, vt ſi filius cognouiſſet matrem ſuam, vel Pater filiam ſuam, tunc peccaſſet contra legem naturæ, & concubitus ille eſſet turpis, per quem reuelaret pudenda matris, vel Patris, propter quod peccatum eiecti fuiſſent de Paradiſo. Hæc ſint pro dubio iſto accedamus ad quartum.

Dubium quartum.

IN hoc dubio quærit Lector An taliter matrimonium inter genitores, & genitos ius naturæ reprobet, vt ob nullam cauſam publicam poſſit in eo diſpenſare. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt quidam Martinus de Magiſtris, tractatu de temperantia quæſtione de inceſtu, quo in loco dicit, quod in hoc gradu datur diſpenſatio ratione boni communis ſcilicet ne humanum genus periret. Si adeſſet inquit caſus extremæ neceſſitatis liceret Patri filiam, & filio Matrem cognoſcere. v.g. inquit Martinus. Si Adam ſ... non niſi filias ex Eua ſuſcepiſſet, & deſideraſſet maſculos, & cognouiſſet illam eſſe ineptam ad concipiendos mares, vel forte ſi eam tunc Deus ſubſtuliſſet, tunc inquit abſque alia Dei diſpenſatione potuiſſet ad filiam accedere, cauſa procreandi maſculos, vel demus inquit ipſe, quod nunc ex hominibus non eſſent ſuperſtites, niſi Pater, & filia, qui crederent orbem deficere, prout arbitratæ ſunt filiæ Loth. quæ ſeſe Patri ſummiſerunt; tunc videtur illi, quod in tali caſu cauſa conſeruandi humanum genus. Pater poſſet filiam in matrimonium ducere cui ſubſcribere videtur Magiſter Dominicus à Soto in 4.d.26. q. prima, art. 2. de religioſis, qui nõ obſtante ſolemni voto caſtitatis poſſent matrimonium contrahere, quod & videtur affirmare in d.40. q. vnica. art.3. de conſanguinitate.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſupra 2.2.q.154.art.9. quo in loco dicit de mente D.Thom. matrimonium Patris cum filia, vel matris cum filio eſſe indeſpenſabile, vt ob nullam penitus neceſſitatem, etiam propagandi humani generis poſſet fieri licite Et affirmat, quia arbitratur talis actus carnalis adeò eſſe de natura malus, vt mentiri, & furari, à quibus nequitia inſeparabilis eſt, vnde dicit, quod tale matrimonium per nullam potentiam eſſet diſpenſabile.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro deciſione dubij præſentis valde difficilis certe, tria facit, Primo recitat aliquas opiniones, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias præcipue partis affirmatiuæ, Quo ad primum dicit, quod circa huiuſmodi quæſitum fuerunt tres opiniones. Prima opinio fuit Martini adducti pro parte affirmatiua dubij, dicit enim, quod in aliquo caſu, (ſed raro) puta ſi periclitaret genus humanum licitum eſſet contrahere matrimonium in primo gradu lineæ rectę, ſcilicet Pater poſſet contrahere cum filia, & Mater cum filio, Secundam ſententiam huic oppoſitam tenet Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, prout in argumento pro parte negatiua dubij dicit enim tale matrimoniũ ita eſſe illicitum ſtando in iure naturali, quod etiã in illo raro periculo generis humani non liceret contrahere in illo primo gradu, & ſi contraheret matrimonium eſſet nullum, quam ſententiam videtur tenere ibi Doctor Sanctus; tertia ſententia eſt media ſcilicet, quod tale matrimonium iure naturæ eſt prohibitum, & nullum, ita quod per naturam non poteſt fieri oppoſitum. Non tamen dicit eſt ita intrinſece malum, vt mendacium, vnde ex hac ſententia concluditur, quod ex diſpenſatione diuina, & authoritate Dei poſſet tale matrimonium eſſe licitum in illo caſu ſingulari, vel in alio ſimili, hæc ſententia eſt Magiſtri Dominici à Soto, loco ſupracitato in 4.d.40.art.3.& alij Theologi ſunt huius ſententiæ prout eſt videte Apud Couarruuiam 4.decret.p.2.c.6.§.10.numero 4. His ſtantibus pro primo puncto, Secundo loco ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Matrimoniũ inter Patrẽ, & filiam, & Matrem, & filium ex diſpẽſatione diuina eſt licitum abſq; illa nõ.

Concluſio prima. Matrimonium contractum inter Patrem, & filiam, vel Matrem, & filium, non eſt ita intrinſice malum, vt mendacium. Immo poteſt honeſtari ex Dei diſpenſatione, qua diſpenſatione facta, ſi matrimonium contraheretur validum eſſet. Concluſio iſta ſic probatur. Sicut occidere innocentem per ſe, & directè non eſt ita intrinſice malum, quin poſſit fieri aliquando authoritate diuina, in aliquo caſu, & factum tenet. Ita contrahere in illo primo gradu non eſſet ita malum quin diuina authoritate in aliquo caſu non poſſit honeſtari, Nam Deus cum ſit Dominus corporum poteſt optime dare filio poteſtatem ſuper corpus Matris. Ita vt nulla ſit irreuerentia nec turpitudo in commixtione vtriuſque, ergo diuina diſpenſatione interueniente poterit fieri matrimonium inter illos, Secundo probatur intentum. Nam licet per naturam geniti inferiores, & ſubditi ſint parentibus iuxta ordinem præfixum à Deo. Tamen Deus, qui non eſt ligatus tali ordine, poterit ſua authoritate in aliquo caſu illos facere æquales, præcipue quantum ad vſum matrimonialem, ergo ſtante diſpenſatione diuina poterit ſtare matrimonium inter illos. Nec hoc repugnat ad id, quod diximus in deciſione dubij ſecundi ſcilicet, quod regulariter matrimonium in illo primo gradu adeò eſt illicitum, vt nullo modo permitti poſſit de iure naturæ, quia ibi loquuti ſumus ſtando tanto in iure naturali, & quod licite fit de potentia Dei ordinaria; Modo loquimur in ordine ad diuinam diſpenſationem, ſi hoc de potentia Dei abſoluta licitum eſſe poſſit. Et dicimus, quod ſic, quia eſſet actio ſupra ordinem naturæ, & ſupra poteſtatem conceſſam vſque modo Summo Pontifici.

Concluſio ſecunda. Matrimonium contractum in extrema neceſſitate abſque diuina diſpenſatione, non eſt validum immo eſt vitioſum probatur hoc ex dictis in dubio ſecundo. Nam omnes nationes pro re abominabili reputant tale matrimoniũ, & illud natura ipſa abhorret. Et merito quidem, quia iſte perſonæ iure naturali ſunt inhabiles ad matrimonium contrahendum. Et ideo matrimonium inter tales perſonas ſtare nõn poteſt, ſicut dictum eſt aliàs de Monacho, qui nõ poteſt vxorem ducere (etiam in extrema neceſſitate) abſque diſpenſatione diuina, quoniam eſt inhabilis ſtando in iure naturæ, cum ſit mortuus mundo, eadem ratione filij contrahere non poſſunt cum parentibus extrema etiam neceſſitate inſtante, quoniam de iure naturæ ſunt inhabiles propter reuerentiam debitam parentibus. In hoc ſenſu loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus de mente D.Thom. contra Martinum de Magiſtris, vnde

appa-

appatet, quod non bene illum impugnat Magiſter Dominicus à Soto. In ſignum, quod intentio Illuſtriſſimi Caietani ſit iſta, ipſemet ſe declarat dicendo ad inſtantiam Martini de Magiſtris, ſcilicet, qui faciet Mater, & filius, vel Pater, & filia, tantummodo in mundo relicti dicendo, quod in tali caſu recurrere deberent ad authorem naturæ cui incumbit curę ſeruandarum ſpecierum, quippe ſtatuit Deus, vt genus humanum ſeruaretur per continuam generationem, non per Matrem cum filio, vel Patre cum filia, ſed per alios mares, & fœminas. Et profecto Deus qui non deficit in neceſſarijs prouideret, vel mutando ordinem datum rebus, vel diſpenſando ſupra ordinem datum naturæ, vel alio modo cum dicat Chriſtus Dominus, ex lapidibus poteſt Deus ſuſcitare filios Abrahæ. His ſic declaratis, & bene intellectis cum Illuſtriſſimo Domino Caietano, ſoluendæ ſunt inſtantiæ Martini adductæ in fauorem partis affirmatiuæ.

Monachi, & filii nequeſit cõtrahere illi abſolutè, & iſti cum parẽtibus etiam aduenięre neceſſitate niſi ex diſpenſatione.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus cum Caietano dicit primæ inſtantiæ, quod non pertinet ad priuatam perſonam velle obuiare omni periculo, verum eſt inquit Caietanus, quod bonum humanæ ſpeciei præſtantius eſt honore iſtius perſonæ, homo autem qui non eſt Dominus naturalium rerum non poteſt licite priuare ſe aut aliam perſonam bono naturalis honoris ſibi debiti propter illud maius bonum, quia priuando ſe incurreret proprium malum moris, quod non eſt admittendum pro quocunque bono communi naturali, ſiue morali, dicat Magiſter Sotus quicquid ſibi videtur, quoniam dicunt bene, quod in tali caſu tale matrimonium fieri non poſſet ſine ſpeciali diſpenſatione diuina. Sicut maius bonum eſt ſalus, & vita patriæ quam vnius priuatæ perſonæ; non poſſum tamen ego authoritate propria hominis priuati etiam ruſtici vitam tollere, vt toti patriæ vitam darem. Cum dicat Apoſtolus, non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Si autem aduenisset talis caſus neceſſitatis deuote inquit Dominus Caietanus Deo eſſet recurrendum, cui cura eſt de omnibus. Et ſi Deus ſupra ordinem naturæ diſpenſaret, per Angelum ſuum manifeſtando talem diſpenſationem illis, vel hoc illis reuelaret Deus per internam inſpirationem, tunc licite Pater ille poſſet ſe carnaliter coniungere cum filia ſua, vel filius cum Matre. Abſque tali diſpenſatione minime liceret. Cum in dubijs ſemper tutior pars ſit eligenda, & ad id, quod dicit Magiſter Sotus Cauillum eſſe dicente aliquo ſcilicet, quod in tali caſu credendum finem adeſſe mundi, cum de die illo nemo ſcit, ecce fuga. Deus non vult diſpenſare in tali neceſſitate, Deus dat vir tutem generádi Deus per legem ſuam manifeſtauit inter quos licet contrahere matrimonium, & inter quos non licet, Chriſtus dixit. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, Deus iniquos odio habuit Deus, abhorret peccatores præcipue inceſtuoſos, & natos, & genitos ex concubitu inceſtuoſo, ergo ſi iſti in tali extremitate poſiti, per reuelationem, poſt debitam ſummiſſionem factam, Deo neſciunt tale matrimonium, quod de ſua natura, eſt illicitum, eſſe voluntate Dei factum licitum, rationabiliter poſſunt credere finis mundi adeſſe. Nec ratio Soti aliquid valet ſcilicet de die illo nemo ſcit, hoc enim intelligitur naturaliter, bene ſcire poteſt hoc homo ſi Deus illi reuelaret, vel poteſt habere de hoc congituram euidentem, quia cum ſpecies per generationem conſeruetur naturaliter, generatio humana deficit, ergo ſpecies humana de proprio deficit, & per conſequens venit finis mundi, vel eſt propius, quod conſiderare voluit Magiſter Dominicus Sotus, aliàs vir egregius, & Doctiſſimus.

Sententia Caietani præferenda eſt Soti ſententiæ de matrimonio contrahendo in ſummo gradu.

Impugnatio.

Argumentator huic doctrinæ ſe opponit dicendo, quod nequaq̃ Deus in hoc matrimonio poteſt diſpenſare. Nam ex D. Thom. 1. 2. q. 100. art. 8. habetur, quod ea quæ ſunt contra ius naturæ non poſſunt licite diſpenſari, etiam authoritate diuina cum ſint intrinſice mala, ſed prout ex antecedentibus conſtat. Matrimonium inter Patrẽ, & filiam, vel inter Matrem, & filium eſt contra ius naturæ, ergo intrinſice malum, ergo non eſt diſpenſabile nec authoritate diuina.

Impugnationis ſolutio.

Deſtruit Theologus hanc impugnationem dicendo, quod Deus in tali caſu non diſpenſaret in iure naturali prout natura manet modo in ſui diſpoſitione, a variatis rebus ex diſpoſitione diuina ius naturæ eſſe mutatum, ſi non formaliter materialiter, vel virtualiter ſaltem, vnde ſi in caſu noſtro filius contraheret cum Matre, vel Pater cum filia, matrimonium eſſet validum iure naturali, ratio eſt, quia tunc Deus mutaſſet naturam, & per conſequens ius naturale illius. Et eſt ſimile. Occidere innocentem per ſe, ex intentione eſt contra ius naturæ. At illum occidere authoritate diuina eſt licitum ſecũdũ ius naturę, quod obligat quemcunque obedire Deo, ſimiliter furari eſt contra ius naturæ, furari in tempore extremæ neceſſitatis non eſt contra ius naturæ, quia tunc omnia ſunt communia. Ita matrimonium inter Patrem, & filiam, vel Matrem, & filium eſt contra ius naturæ, non mutatis conditionibus naturæ, at tale matrimonium ex diſpenſatione diuina validum eſt, quia per huiuſmodi diſpenſationem mutatur ius naturæ.

Mutata natura, vel ordine naturæ mutatur ius naturale, & quod primo erat contra ius naturæ non eſt contra, ſed ſecundum ius naturæ ſi fiat ordinatione diuina.

Inſtant. ſolutio.

His ſtantibus reſpondetur ad ſecundam inſtantiam Martini ex doctrina Caietani, inquit enim Theologus, quod caſus Martini non eſt dabilis, quia in ſe includit incompoſſibilitatem ſcilicet, quod Deus de facto præcipiat multiplicationem ſpeciei humanæ, dicendo Creſcite, & multiplicamini & replete terram. Et quod Eua talis complexionis fuerit, vt eſſet inepta ad generationem maſculorum. repugnant enim hæc duo adinuicem, quoniam ex primo ſequitur oppoſitum ſecundi & ex ſecundo ſequitur oppoſitum primi. Nam ſi ipſi primi parentes præceptum acceperant, vt generarent ex ſeipſis, vt replerent terram, oportebat Euam eſſe fecundam ad vtrumque ſexum, alioquin non ex Adamo, & Eua, ſed ex vna alia ne-

ceſſario

Digitized by Google

ceſſario requiſita replenda fuiſſe terram ex illis, non autem ex primis parentibus, quia illa alia mulier eſſet Mater maſculorum. Confirmat hoc Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, ſic impoſſibile eſt, vt primis parētibus eſſent imperfecta principalia in productione rerũ naturalium. Cum ex Ariſt. 2. Methaphyſica. Perfecta principalia naturaliter ſunt ante imperfecta. In tali caſu Martinus ipſe, ponit primos parentes habere imperfecta principalia humanæ ſpeciei ĩperfectione naturalis priuationis, quoniam eſſent priuati naturali fecunditate maſculorum. Iterum falſum eſt (quod dato caſu per impoſſibile) vt patet ex ante dictis, quod ratio moralis indubitáter ſuaderet cõiunctionem talem propter conſeruandam ſpeciem, hoc eſſe licitum cum ex natura ſua illicitum ſit. Ratio enim ſuaderet recurrere Deo authori naturæ, vt ſuccurreret in tali neceſſitate, & vt obedirent eius imperio. Hæc ſint pro dubio iſto proponamus vltimum.

Dubium quintum.

IN hoc dubio quærit Lector An in omnibus alijs gradibus lineæ rectæ ſit irritum, & nullũ matrimonium, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Parentes ſemper ſunt ſuperiores etiam ſi non ſint in primo gradu. Et tanta reuerentia debetur illis ſicut Patri, & Matri. Et forſitam maior eſt reuerentia, quæ exibetur Auuis, & proauis quam parentibus. At matrimonium inter parentes, & filios, eſt irritum, & nullum naturaliter propter reuerentiam illis debitam, ergo erit irritum, & nullum inter quoſcunque conſanguineos in linea recta. Conſequentia probatur. Nam ſecundum legem diuinam, & humanam omnes aſcendentes in recta linea vocãtur Patres, & omnes deſcendentes filij, ergo in omnibus illis gradibus eſt naturalis reuerentia, quæ eſt inter Patrem, & filium in primo gradu, & Matrem, & filium in eodem gradu. talis reuerentia impedit matrimoniũ in primo gradu, ergo impedit in omnes alios eiuſdem lineæ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum. Eccleſia tantum prohibet matrimonium in recta linea vſque ad quartum gradum, ergo matrimonium in alijs gradibus non eſt illicitum, iure naturæ.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo ponit ſententias diuerſorum circa hanc materiam, Secundo vnica concluſione negatiua ſatis facit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ. Quo ad primum dicit, quod diuerſæ ſunt ſententiæ Theologorum in hac materia. Prima ſententia eſt, quod in ſolo primo gradu lineæ rectæ de iure naturali matrimonium eſt illicitum, in omnibus autem alijs gradibus tali iure licitum eſt, ſententia iſta eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani loco ſupracitato. 2. 2. q. 154. art. 9. ad tertium, cum quo concordat D. Bonauentura in 4. d. 40. q. 2. Item Alexander de Aleſ. 2. p. q. 169. Ruffenſis de matrimonio Angliæ. Item Angelica, & Ruſſela in hac ſententia manent. Caietanus Illuſtriſſimus loco citato, & in ſecundo opuſculo, ad Clementem ſeptimum de coniugio Regis Angliæ, tenet iure diuino ſolum prohiberi vnus gradus in linea recta ſcilicet Parentum, & natorum. Et pro fundamento ſuæ ſententiæ accipit doctrinã Angelici Doctoris, loco ſupracitato, vbi dicit, D. Thom. quod in comixtionem perſonarum coniunctarum aliquid eſt, quod eſt ſecundum ſe indecens, & repugnans naturali rationi, ſicut comixtio inter parentes, & filios, aliæ vero perſonæ, quæ non coniunguntur ſecundum ſeipſas, ſed per ordinem ad parentes, ita non habent ex ſeipſis indecentiam, ſed variatur illa, ſecundum conſuetudinem, & legem humanam, vel diuinam. Ex quibus infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod ad rationem filij attinet, vt deriuatur à ſanguinibus vtriuſque parentis, aut ſaltem matris, vt Chriſtus Dominus, Filio autem per accidens contingit habere duos ratione parentum, quia ſcilicet Patres habuerunt alios Patres. Nam filij Adæ, abſque Auis fuerunt verè filij. Id autem, quod eſt per ſe eſt neceſſarium, quod autem eſt per accidens eſt contingens ex Ariſt. Quare inter Patrem, & filium eſt neceſſaria vnitas, quæ iure naturæ matrimonium excludit, inter alios autem, non ita res ſe habet.

Secundam opinionem huic oppoſitam tenent Ricardus, Scotus, Durandus, Paludanus, & Caius Iuriſconſultus in lib. Nuptiæ ſecundo §. de ritu nuptiarum, iſti tenent, quod in omnibus gradibus lineæ rectæ matrimonium eſſe nullum, & irritum iure naturali, & dicunt, quod hæc eſt communis opinio ſcilicet, quod linea recta in infinitum dirimit matrimonium, vſque adeo, vt Adam, qui q. 30. annis vixit, ſi viduus tunc eſſet, & quod magis eſt, ſi modo reſurgeret cum nulla poſſet matrimonium contrahere.

Tertia opinio, eſt illorum, qui media via incederunt, aſſerentium, quod non ſolum impeditur matrimonium, quo ad primum gradum in recta linea verum autem in alijs gradibus, non tamen in omnibus. Doctores huius ſententiæ ſunt multi, Victoria vt aiunt dicit, quod conſanguinitas impedit vſque ad quintum, vel ſextum gradum in recta linea, & aſſignat rationem dicendo, quod vſque ad illum gradum videtur eſſe maximam reuerentiam, quod non videtur in alijs. Magiſter Dominicus à Soto in 4. d. 40. art. 3. tenet, quod iure naturæ ſolum impediatur matrimonium, quo ad primum, & ſecundum gradum, non autem quo ad alios. Alij autem dicunt, quod matrimonium iure naturali impeditur vſque ad quartum gradum.

His opinionibus poſitis, vt veritatem inuenire poſſimus ſupponenda ſunt aliqua, Primo, quod his noſtris temporibus non multum refert an matrimonium iure naturæ impediatur in omnibus gradibus lineæ rectæ vſque ad ſextum, vel ſeptimum, cum vita hominis modo breuis ſit, refert autem

tem

tem ſcire an in ſecundo, vel tertio gradu impediatur matrimonium (iure naturæ) quoniam poteſt contingere, quod matrimonium ſit contractum inter infideles in ſecundo, vel tertio gradu, & poſtea conuertantur ad fidem, quia ſi fuerit validum matrimonium illud iure naturæ, non ſunt ſeparandi, aliter ſic, ſecundo ſupponendum eſt, ex dubio ſupradicto ſcilicet, quod authoritate diuina, & ex diuina diſpoſitione poteſt fieri matrimonium in omnibus illis gradibus lineæ rectæ in caſu neceſſitatis, ſicut dictum eſt de matrimonio in primo gradu, immo à fortiori in alijs. Cum certum ſit matrimonium in primo gradu eſſe nullum, quod non eſt certum in alijs gradibus. Iſtis ſic poſitis, & declaratis pro primo puncto, deſcendendum eſt ad ſecundum. Concluſio enim in fauore ſecundæ opinionis eſt ponenda etiam, quod aliæ ſint probabiles, ſecunda autem eſt tutior, prout videbimus infra.

Iure naturæ prohibitum eſt matrimonium in primo, & ſecundo gradu in recta linea, nõ autem in alijs.

Concluſio. Non ſolum inter genitores, & genitos lege naturæ prohibitum eſt matrimonium, ſed etiam inter auos, & nepotes, tamen non progreditur in infinitum. Probatur prima pars concluſionis ſic. Leuitici 18. poſt interdictum primi gradus id eſt inter parentes, & filios ſubditur in recta linea de Auis & de nepotibus, dicendo turpitudinem filiæ filij tui, vel nepotis ex filia nõ reuelabis, quia turpitudo eſt. In ſignum, quod nepotes ſunt etiam quodammodo auorum filij. Quo circa dicit Magiſter Dominicus à Soto. Quamuis non omnia illa præcepta. ſint pure moralia, quæ debent durare in noua lege, vt ſupra dictum fuit, Nihilominus profecto, in ſecundo illo gradu natura ipſa videtur nuptias exechrari. Nam aui ſolent appellari Magni Patres, quia in ordine ſunt Partes, & Matres ſuorum genitorum, & illis debetur maxima reuerentia, licet in ordine ad genitores (vt dictum fuit) & ideo licet non tanta cum turpitudine, tamẽ acceſſus aui, ad nepotem videtur reciprocatio quædam agentis ad ſeipſum, tanquam ad paſſum. Nec ratio Illuſtriſſimi Domini Caietani omnino deſtruit intentum noſtrum, licet concludat in gradibus remotioribus, Concedimus enim, quod abſurdius eſſet matrimonium, inter genitores, & genitos quam inter remotos in linea recta. Non tamen ſic, ſi contraheretur matrimonium inter auos, & nepotes, vel inter auum, & nepotem. Immo qua parte Auus ſenior eſt, & nepos iunior in ordinem ad Auam plus quodammodo deformitatis affert. Et quamuis non tam nepotes per ſe ad Auos referantur, quam ad Patres, ſatis eſt ad hoc, quod natura abhorrat matrimonium inter iſtos, eſſet immediate parentes ſanguinem ab illis ducant. Et licet Doctor Angelicus mentionem non faciat niſi de patribus, & filijs, ſub illos etiam intellexit illos à quibus habent eſſe immediate parentes illi, poſuit tamen exemplum in re, clariori ex quibus apparet quantum diſtat R. P. F. Petrus de Ledeſma à doctrina D. Thom. dicendo, quod in omnibus gradibus lineæ rectæ irritum, & illicitum eſt matrimonium (iure naturali) Illo tamen relicto in ſua ſententia, cum defendatur à multis, etiam ex nominis, deſcendamus ad probandam ſecundam particulam concluſionis noſtræ, ſcilicet, quod prohibitio non procedat in infinitum in gradibus ſupradictis, quod autem conſanguinitas, quæ impedit matrimonium, per totam lineam rectam non deſcendat, probatur multipliciter, Primo nullus in memoria talem conſanguinitatem retinet, in ſignum, quod ad illum gradum, non peruenit ſtricte loquendo conſanguinitas ipſa. Secundo probatur ratione morali. Nam conſanguinitas conſideratur, vt radix, & fons amicitiæ, at iuxta ordinem communem naturalis amicitia inter aſcendentes, & deſcendentes nimium diſtantes euaneſcit, & tandem diſperit (vt in ſuperioribus oſtenſum fuit) ergo non datur ratio cur ſemper conſanguinitas ſit reputanda, Tertio probatur, quia vidimus proſapias, & illuſtres dignitates euaneſcere, & mutari & humano iudicio conſanguinitatem aboliri. At ligamina naturalis iuris, ex communi hominum iudicio, & æſtimatione penſari debet profecto inquit Magiſter Dominicus à Soto propinquius ſe videtur ſanguine contingere: Hiſpani, & Galli, & Itali, quam Adam, & eius filij ſi modo vixiſſent, & ad nos accederẽt, immo, quod nos, & Iaphet, qui fuit ille, qui repleuit Europam populis. Conſanguinitas (vt dictum eſt) ad modum plantæ ſe habet, ergo ſicut in arbore, & alijs rebus datur methodus, & terminus, vltra quem tranſgredi, vel progredi non poteſt, Ita conſanguinitas, ergo talis linea tandem finem ſuum accipit. Probatur intentum etiam ratione legali. Si linea recta in infinitum matrimonium interdiceret, ius Eccleſiaſticum, quo gradu conſanguinitatis prohiberetur matrimonium admoneret. At vero ſine vlla diſcrepatione lineæ rectæ, vel tranſuerſalis fuerunt olim prohibiti ſextus, vel ſeptimus gradus, & modo dumtaxat quartus, ergo cum Eccleſia cõtra ius naturæ nihil agere poſſit, ſignum eſt conſanguinitatem lineæ rectæ iure naturæ perinde ac tranſuerſalis finiri. Et re vera ſi modo triauus, quia trinepta quinto gradu diſtat inter viuos exiſteret, à matrimonio contrahendo cum illa minime impediretur. Et quod hoc verum ſit, ſeruanda eſt, forma capituli conſanguineorum. Vir qui à ſtipite citato, tale matrimoniũ non reſpuit hoc enim conſiderare deberent, qui oppoſitum affirmant præcipue thomiſtæ, vt non exirent de via Magiſtri noſtri. Confirmat ſuam doctrinam Magiſter Sotus dicendo, Fortaſſe Papa non poteſt diſpenſare, in ſecundo gradu ſcilicet inter Auum, & nepotem, vel vnquam diſpenſauit, & forſitan non auderet hoc facere propterea, quod Aui, & nepotes proxime ad parentes, & natos accedentes quaſi Patres, & filij reputarentur. In alijs duobus gradibus ſcilicet, tertio, & quarto, diſpenſare non debet ſummus Pontifex, ſi autem diſpenſat in aliqua vrgente occaſione facit, quod poteſt, & debet pro tunc, & laudandus eſt. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantia partis affirmatiuæ.

Inſtan-

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus inſtantiæ adductæ pro parte affirmatiua dubij dicit, quod ex iam dictis modo manet ſoluta difficultas, quia ceſſat illa reuerẽtia quæ debetur Patribus magnis, ſicut & conſanguinitas tranſato tertio, vel quarto gradu, quia oĩa finita ſinẽ habẽt, quod affirmamus de conſanguinitate, vnde quanto magis Auus diſtat à Patre, tanto magis ceſſat obligatio reuerentiæ, propterea ceſſat intentio conſanguinitatis, & licet omnes aſcendentes in linea recta vocantur Patres, & deſcendentes filij, hoc fit gratia affinitatis non æqualitatis, ſed ſecũdũ magis, & minus, vnde ordine naturæ inualidum eſt matrimonium in primo, & ſecundo gradu, Et lege Eccleſiaſtica in tertio, & quarto, & non in alijs, ratione dicta.

Inſtantia 2. Contra hoc inſtat Argumentator dicendo. Omnes iſti aſcendentes habent rationem principij, & deſcedentes rationem principiati. Ex quo colligitur, quod aſcendentes habent rationem ſuperiorum, ergo naturaliter debetur illis reuerentia, ergo inter illos non poteſt ſtare matrimonium.

Inſtant. ſolutio. Reſpondet Theologus dicendo, conſequentiam non currere, & aſſignat rationem dicendo, duplicia eſſe principalia proxima, & remota. Ex quibus oritur duplex reuerentia debita, proxima, & communis principalia proxima, & reuerentia proxima naturaliter impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, hoc autem non faciunt principalia remota, & reuerentia communis debita. In ſignum cuius Chriſtus Dominus vocatur filius Dauid, & Abraham, & tamen contrahebant matrimonium illi inter ſe, qui erant, ſcilicet in eadem linea, excepti illi, qui erant coniuncti in primo, vel ſecundo gradu in ſignum, quod de iure naturæ, matrimonium non eſt prohibitum niſi in primo, & ſecundo gradu, & quod in alijs poteſt contrahi, ſi non abſolute in tertio, & quarto gradu ſaltem per diſpenſationem Papæ.

Inſtantia 3. Contra hanc reſponſionem de nouo inſtat Argumentator dicendo: Omnes homines communiter dicuntur contrahere peccatum originale tanquam à principio remoto ſimpliciter ab Adã, & à deſcendentibus tanquam à principio magis, & minus remoto. Itaque omnes homines eſſe cenſentur velut partes ipſius Adæ, & velut contenti in primo parente, vt in principio, & radice, ergo ratione hac principaliter debetur reuerentia ſuperioribus, & per conſequens deſcendentes contrahere non poſſunt cum ſuperioribus in infinitum.

Inſtant. ſolutio. Eadem diſtinctione Lector Theologus reſpondet huic inſtantiæ dicendo, verum eſſe, quod omnes homines contrahunt peccatum originale tanquam à principio remoto ab Adam, & à deſcendentibus, tanquam à principio proximo magis, & minus remoto. At cum ordo rerum à principijs proximis ſumatur, & nõ à remotis, propterea matrimonium inhibetur iure naturæ in ordine ad propinquos, non autem in ordine ad remotos parentes.

Inſtantia 4. Argumentator adhuc non acquieſcit, inſtat de nouo dicendo: Ex vinculo matrimonij oritur æqualitas inter virum, & vxorem, ſed in illis qui ſunt in recta linea non poteſt eſſe æqualitas, ergo nec matrimonium. Maior probatur tunc, quia habent ſe ſicut ſuperius, & inferius, tunc quia erga ſuperiores, & aſcendentes eſt pietas, & non iuſtitia commutatiua propter inæqualitatem, ergo non poteſt eſſe inter illos matrimonium.

Inſtant. ſolutio. Huic inſtantiæ ſatiſfacit Theologus dicendo, quod inter illos, qui ſunt in recta linea extra quartum gradum, reperitur tanta æqualitas quantam exigit matrimonium, quoniam extra illum gradum, ceſſat conſanguinitas, vt oſtendimus ſupra, & inter illos remanet tanta æqualitas dico, quanta requirit matrimonium, quæ conſiſtit in redditione debiti, & in debita reuerentia, quæ non ſe extendit naturaliter vltra ſecundum gradum, licet ex præcepto Eccleſiæ modo vſque ad quartum, & non vltra extendatur. Nec ratio aduerſariorum concludit, dicendo illi, quod Papa non loquitur de linea recta, quando in cap. illo prohibet nuptias vſque ad quartum gradum, & non vltra, hęc eſt fuga quædam, quia Papa ſi hoc intellexiſſet vnico verbo potuiſſet ſe declarare, præcipuè vbi tractatur de ſacramento, hoc facere debuiſſet. Similiter dicimus, quod Angelicus Doctor excludendo matrimonium, inter genitores, & genitos nomine Patrum non intelligit omnes aſcendentes in recta linea, vt dicunt iſti. Nam ibi ſe declarat diſtinguendo reuerentiam, quæ impedit matrimonium dicendo, quod immediata naturaliter impedit, non autem mediata quæ refertur ad auum, proauum &c. His igitur pro dubio iſto declaratis, & terminatis, proponendum eſt vltimũ.

Dubium vltimum.

IN hoc dubio quærit Lector An aliquis gradus conſanguinitatis in linea tranſuerſali impediat iure naturæ matrimonium, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Gradus primus de iure naturæ impediri, & dirimit matrimonium. At in linea tranſuerſali inter fratrem, & ſororem eſt primus gradus, ergo talis gradus conſanguinitatis de iure naturæ impedit matrimonium.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua tale format ratiocinium. Lex naturalis eadem eſt apud omnes gentes. At per D. Auguſtinum 15. de ciuitate Dei cap. 16. Barbaris gentibus in more ſunt fraterna coniugia, ergo talia coniugia iure naturæ non ſunt prohibita, ergo in linea tranſuerſali non datur gradus conſanguinitatis impediens, ſeu annullans matrimonium.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſario ſcienda pro intelligentia huius materiæ, Secundo tribus concluſionibus ſatiſfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtan-

inſtantias partis negatiuæ. Quoad primum ex Ledeſma eſt obſeruandum, quod ſtando in iure naturali, quando commercium carnale eſt illicitum, & inceſtuoſum matrimonium eſt irritum iure naturali. Ratio huius rei eſt, quoniam matrimonium eſt vinculum perpetuum, de ſe ordinatum ad copulam carnalem, ergo ſi actus illicitus eſt, ſtando in iure naturali, vinculum nullum erit ſtando in eodem iure, alias natura repugnaret ſibiipſi. Ex quo ſequitur regula. Quando matrimonium eſt irritum propter propinquitatem copulę carnalis habet peculiarem deformitatem, quæ in confeſſione neceſſario explicanda eſt, hæc autem deformitas (in caſu noſtro) vocatur inceſtus, ſiue matrimonium ſit irritum iure naturali, ſiue, iure poſitiuo, peccatum tamen erit graue, vel minus graue ſecundum qualitatem propinquitatis. ſecundo eſt obſeruandum ex Soto, quod ſicut in linea recta conſanguinitatis, ita & in tranſuerſali dito gradus diſtinguuntur, qui difficultatem habent, an iure naturæ ſint impedimenta, primus enim eſt inter fratres, qui eodem gradu cadunt à Patre, & ſecundus eſt inter aſcendentes, & deſcendentes, vt inter patruum, vel auunculum, & conſobrinos, qui ratione prioris vinculi coniunguntur, Tertio obſeruandum venit, quod circa huiuſmodi materiam ſunt duæ opiniones extremæ, prima eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani 2. 2. q. 154 vt ſupra, qui tenet partem negatiuam, ſcilicet, quod conſanguinitas primi gradus lineæ tranſuerſalis non ſit de iure naturæ impedimentum matrimonij, & licet Ricardus Scotus, & Durandus ſint eiuſdem ſententiæ, tamen nullus illorum efficaciter probat intentum, vt facit Caietanus, Magiſter Sotus in 4. diſt. 40. quæſt. vnica. art. 4. & Ledeſma cum additionem ad 1. p. quæſt 54. art. 3. tenet partem affirmatiuam. Cum illis igitur proponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ, & poſtea ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Matrimoniũ in primo gradu lineæ trãſuerſalis iure naturæ prohibitũ eſt regulariter extra caſum extremæ neceſſitatis.

Concluſio prima. Matrimonium in primo gradu lineæ tranſuerſalis, ſcilicet, inter fratrem, & ſororem, adeo eſt prohibitum iure naturali, vt conſtare non poſſit inter illos (ſaltem regulariter loquendo) extra caſum extremæ neceſſitatis. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem, quo ad primam ſic, in Leuitico 18. vt patet huiuſmodi matrimonium in tali gradu eſt prohibitum, vt patet ibi, ergo eſt contra ius naturæ. Confirmatur concluſio iſta, ratione adducta, pro parte affirmatiua dubij. Nam licet nexus parentuum ad filios arctior ſit quam inter fratres adinuicem, tamen, in vtraque linea, reperitur nexus primi gradus conſanguinitatis, ergo in vtroque irritat matrimonium de iure naturæ. Item omnes illæ rationes adductæ in corroboratione primi gradus in recta linea conſanguinitatis deſeruiunt, pro linea iſta tranſuerſali in ordine ad primum gradum. Nam ferre idem eſt pudor, & verecundia, ſi frater ſororem cognoſcat ac ſi Pater filiam adoriretur. Nam tam neceſſario fratres in eadem domo habitant immo ſæpe in eodem cubile iacent, vt Pater, & filia, vnde Ariſt. 8. Ethic. cap. 12. dicebat Amicitia fraterna vigentiſſima eſt Amant enim fratres tamquam idem ſeipſum, quia eodem ſunt ſanguine geniti, & lacte nutriti, & arctiſſima conſuetudine iuncti, & moribus imbuti. Quare ſi religio eas nuptias vetaret eadem ſucceſcenti libidinis irritamẽta, reſpueret vnde Ariſt. 2. Politicorũ cõtra Politiam Platonis eodẽ ferre modo fraterna connubia atque paterna, abominatur, vnde c. de Epiſcopis, & Cleric. l. eum qui vbi ſacerdotibus Matres, & germanas ſorores domi habere permittitur in his inquit nihil ſæui criminis exiſtimari, fœdus naturale permittit. Et Lucanus, & Poetæ (lumine naturali docti) inceſtos appellant ſororum partus ex fratribus. At (poetis relictis) quia in his quæ iuri naturæ nituntur ſacris fas eſt profana miſceri; accedamus ad diuinam ſcripturam Geneſ. 20. & 26. ob id Abraham iuſſit vxori ſuæ, vt diceret ſororem ſe eius eſſe, vt illo nomine celaretur eſſe vxorem. Quare cum Abimelech ſciuit illam eſſe vxorem, intellexit non eſſe ſororem, ex qua hiſtoria habemus, quod apud gentiles lumine naturali inotuiſſe fraterna connubia eſſe nefanda, quod affirmat D. Auguſtinus loco ſupracitato de ciuitate Dei, ait enim non niſi peruerſis legibus permittebantur fraterna coniugia. Melior, inquit, conſuetudo ipſam mauult exhorrere licentiã.

Secunda pars probatur, primo Innocentius 3. cap. Gaudeamus de diuortijs, diffinit, quod matrimonium in primo gradu ſi reperiatur inter infideles, conuerſos ad fidem diſſoluatur, ſi autem reperiatur, in ſecundo, vel tertio gradu non diſſoluatur, vbi explicat ſummus Pontifex, quod matrimonium in primo gradu, eſt, irritum iure naturæ, tamen quia hoc, non eſt de fide, non eſt dicendũ, quod ſententia Caietani ſit erronea vt dicit Sotus, quoniam veritas ipſa, non eſt diffinita in ſacra ſcriptura, vel in concilijs, vel ab aliquo Sũmo Pontifice. Et licet apud illud Gaudeamus, probet intentum noſtrum, non tamen manifeſtat ita clare, vt oppoſitum ſit erroneum. Nam Summus Pontifex ſolum dicit, quod ſi inueniantur in ſecundo, vel tertio gradu matrimonia inter infideles, quod maneant in huiuſmodi matrimonijs, etiam ſi ad fidem conuertantur, nihil tamen dicit de primo gradu, vel quod ſit irritum, & nullum iure naturæ, vel non, hoc dubium extat inter doctores, de hoc igitur Papa nihil voluit diffinire, propterea non eſt damnandus Caietanus licet ex illo cap. deſumat argumentum pro noſtra concluſione, Secundo probatur concluſio noſtra in omnibus gradibus, qui non prohibentur iure naturali facta eſt diſpenſatio in Eccleſia, immo in illis gradibus de quibus dubitatur, an poſſit fieri diſpenſatio. Sed hucuſque non eſt viſa diſpenſatio inter fratrem, & ſororem, ergo argumentum eſt morale, quod non poſſit fieri talis diſpenſatio à Papa, Tertio confirmatur hoc. Actus coniugalis inter fratrem, & ſororem ex natura rei eſt nefarius, inceſtuoſus, ex iamdictis, ergo eſt contra ius naturæ, Quarto probatur, quia alias omnia matrimonia fierent intra eandem domum, ſtando iure naturæ, & ſic confœderatio matrimonij quæ intenditur per matrimonium non

habe-

habetet effectum. Vltimo loco probatur, ſic concluſio iſta. Matrimonia ex quibus ſequuntur maxima inconuenientia contra finem matrimonij, irrita ſunt iure naturæ, ſed ex matrimonio, inter frattem, & ſororem ſequuntur maxima incommoda contra finem matrimonij, ergo eſt nullum. Maior propoſitio clara eſt de ſe. Minor probatur. Nam proles quæ oritur ex tali matrimonio non creſcit, vt dicit D.Gregorius prout habetur 35.q.5.cap.quædam. Nam natura ipſa videtur repugnare tali matrimonio. Secundo probatur ſic Proles quæ producitur ex tali matrimonio, non poteſt bene educari ſecundum eſſe rationale, ergo eſt cõtra finem matrimonij. Antecedẽs probatur. Amor naturalis fratrum coniunctus cum amore coniugali multum emolit animum hominum, ita vt non poſſint aliquod magnum cogitare circa filium.

Concluſio iſta ſufficienter probata eſt, ſi deſideras ſolutiones ad rationes Illuſtriſſimi Domini Caietani oppoſitum concludentes, lege Magiſtrum Dominicum à Soto in 4. d.40. q.vnica art. 4. quia (illis à nobis relictis) pergimus ad alias concluſiones pro terminatione dubij.

In caſu extremæ neceſſitatis licitum eſſet matrimoniũ inter fratre, & ſororẽ abſque particulari diſpẽſatione diuina.

Concluſio ſecunda. In caſu extremæ neceſſitatis, non eſſet contra ius naturæ matrimonium inter fratres, abſque diſpenſatione diuina. Probatur concluſio iſta multipliciter, primo. In principio mundi fuit verum matrimonium inter filios Adæ, & ſine aliqua diſpenſatione diuina, ergo & nunc ſi adueniret caſus puta, quãdo alij nõ reperirentur in mundo, ne ſpecies humana deſineret, poſſent ſe coniungere in matrimonium, valet conſequentia, quia non eſſet minor neceſſitas iſta quam illa, ſimiliter non legitur verè datam fuiſſe talem diſpenſationẽ, neque eſt vero ſimile, vt ſtatim Deus à principio conderet legem naturalem in qua ſtatim deberet diſpenſare. Confirmatur hoc. Nam probabile eſt apud aliquos Theologos, quod in primo gradu lineæ rectæ ſit licitum matrimonium (iure naturæ) in tali caſu, etiam ſine diſpenſatione, vt dictum eſt in dubio præcedenti, ergo probabiliſſimum erit, quod in primo gradu lineæ tranſuerſalis ſit licitum. Conſequentia currit, quia multo magis eſt contra ius naturæ contrahere matrimonium in primo gradu lineæ rectæ, quam in primo gradu lineæ tranſuerſalis, quod autem hoc liceat ex diuina diſpenſatione nulli dubium eſſe poteſt. Nam à principio mundi contaxerunt filij Adæ in illo primo gradu, & licite, ſaltem ex diſpenſatione diuina, Immo ex præcepto diuino, ibi enim Deus dixit creſcite, & multiplicamini, & replete terram, vnde neſceſſitas obediendi diuino præcepto erat ſufficiens cauſa, vt matrimonium contraheretur inter ipſos filios Adæ, cum alij homines in mundo non reperirentur. Confirmatur denuo intentum ſic. Matrimonium in primo gradu lineæ rectæ fieri poteſt ex diuina diſpenſatione, ſed ſtando in iure naturæ magis illicitum eſt matrimonium in primo gradu lineæ rectæ quam in tranſuerſali, vt patet, ergo licitum erit in primo gradu lineæ tranſuerſalis contrahere matrimoniũ ex diuina diſpenſatione, in magna neceſſitate, & ſi eſſet extrema, forſitam abſque tali diſpẽſatione.

Matrimonia in alijs gradibus à primo conſanguinitatis in linea trãſuerſali iure naturæ nõ ſunt irrita.

Concluſio tertia. Matrimonia in alijs gradibus conſanguinitatis lineæ tranſuerſalis non ſunt irrita iure naturæ. Probatur concluſio iſta authoritate, & ratione. Authoritate, Abraham duxit Saram conſobrinam ſuam, vt habetur in Geneſ.c.20. Otoniel contraxit matrimonium cum conſobrina eius, filia Caleph, fratris ſui maioris Iosue 15. Secundo probatur. In cap. Gaudeamus de diuortijs, diffinitum eſt, quod matrimonia in ſecundo, & tertio gradu ſi inueniũtur in infidelibus conuerſis ad fidem non diſſoluantur, At ſi eſſent irrita iure naturali Eccleſia deciperet illos in re tam graui, ergo iure naturali non ſunt irrita. Tertio Papa diſpenſat in ſecundo, & tertio gradu conſanguinitatis in linea tranſuerſali, ergo tale matrimonium in illis gradibus iure naturæ non eſt nullum, valet conſequentia, quia Papa diſpenſare non poteſt in his quæ ſunt contra ius naturæ, & contra ius diuinum, vt igitur hoc clarius percipiatur obſeruandum eſt, quod ſecundus gradus conſanguinitatis aſcendentium, & deſcendentium in linea tranſuerſali nullo diuino iure, aut naturali eſt prohibitum, & ſuper illo Papa diſpenſare poteſt, primo quantum ad ius diuinum oſtenditur ſic, ius diuinum vnum poſitiuum eſt, quod non eſt de iure naturæ, vt præcepta fidei, & ſacramenta in Euangelio. Aliud enim eſt ius diuinum, & naturale. Præceptum prioris generis ſub lege Euangelica nullum eſt poſitum, quo matrimonia talia prohibeantur, matrimonia illa cum prohibitiones deletæ ſunt, relictæ ſolum ſunt in lege Euangelica ſecundum id quod matrimonium eſt de iure naturali. Huiuſmodi ſecundus gradus licet poſitus ſit in Leuitico, non tamen adeo eſt prohibitus, vt in illo Papa diſpenſare non poſſit. Hoc probat Sotus multipliciter, primo quoniam rationes illæ quas de Patre, & filia de fratre & ſorore, de Auo, & nepote, non deſeruiunt in ſecundo gradu conſanguinitatis in linea tranſuerſali, quoniam matrimonium in his non habet tantam fœditatem ſicut in illis, quare matrimonium in his gradibus inferioribus non eſt prohibitum de iure naturæ. Secundo probatur. Thare Pater Abrahæ, & Nachor, qui Pater fuit illius familiæ quam Deus in plantationem ſui populi elegerat, ambobus illis filijs nepotes, nempe filias primi filij Aram matrimonio iunxit, in ſignum, quod in lege naturæ tale matrimonium non fuit prohibitum, quia Abraham fuit ante legem ſcriptam pluſquam quadringentis annis, vt igitur concludamus, In Concil. Trid. ſeſſione 24. can.3. diffinitum eſt, quod ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in aliquibus gradibus prohibitis in Leuitico. Ibi non prohibentur niſi ſecundus, & tertius gradus in linea laterali conſanguinitatis, ergo Papa in illis poteſt diſpenſare, in ſigno, quod non ſunt iuris naturæ. Ex his igitur ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ aductæ pro parte negatiua dubij dicendo, verum eſſe, quod barbari illi, non deteſtabantur coniugia fraterna, quia libidine ducti, nuptijs deteſtandis fratrũ vtebantur, propterea matrimonia illa adulterina erant, nulliuſque vinculi.

Inſtantia 2.

Contra hanc reſponſionem, inſurgit Argumentator, & format ſecundam inſtantiam, dicendo, relinquamus Barbaros illos, & veniamus ad populum Dei. Nam non ſolum filij Adæ, matrimonium inter ſe contraxerunt, vt Caim, & Seth cum ſuis ſororibus, verum & Abraham cum Sara ſorore ſua, prout dixit Amalech, Arguens Abraham, quod dixiſſet Saram ſororem ſuam eſſe, cum eſſet vxor, reſpondit Abraham, & dixit Amalech, verè ſoror mea eſt, filia Patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet dicendo, quod varij ſunt doctores in hac difficultate, ſtando cum Caietano dicimus, quod Abraham ſatisfecit Amalech dicendo, verè ſoror mea eſt, quia non ſolum erat ſoror nomine, vel iuxta communem vſum loquendi de conſanguineis, ſed verè erat ſoror, realiter à Patre ſuo genita, tamen ex alia matre, quam fuerat mater Abrahæ, propterea dixit verè ſoror mea eſt, filia Patris mei, non filia matris meæ, vide Magiſtrũ Sotum, ad ſecundum, ibi multa dicit.

Inſtantia 3.

De nouo Argumentator inſtat dicendo. Si primus gradus conſanguinitatis, ſcilicet, inter fratrẽ, & ſororem matrimonium iure naturali impediret, ſequeretur, quod etiam ſecundus gradus idem impedimentum ſecum ferret, puta inter patruum, & auunculum, & conſobrinam. Probatur ſequela. Nam, patruus eſt alter Pater, & eſt prohibitio in Leuitico, verbis ſimilibus, ſcilicet, turpitudinem ſororis Patris tui, aut matris tuæ, non diſcooperias. At hoc non eſt naturale impedimentum, cum Eccleſia ſuper hunc gradum diſpenſare ſolet, ergo gradus tranſuerſalis (iure naturæ) conſanguinitatis non impedit.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, ſequelam non currere, Et ad probationem dicit, quod non eſt eadem ratio de primo gradu conſanguinitatis, in linea tranſuerſali, & de alijs gradibus. Nam inter fratres ex natura rei, requiritur cohabitatio, & familiaritas, quoniam procedunt ab vno capite, & principio, & ideo neceſſe eſt, quod ſimul cohabitent, vt principium illud poſſit influere. At vero in ſecundo, & tertio gradu, non requirit tãta familiaritas, neque cohabitatio, quoniam non procedunt ab eodem principio. Hoc enim clare conſtat ex ſupradictis ab Innocentio 3. cap. Gaudeamus. ait enim Papa: Infideles qui in ſecundo gradu contraxerunt, ſi conuertentur, non eſſe ſeparandos, vbi plene docetur, non eſſe impedimentum de iure naturæ. Ex quo rurſus colligitur, quod Papa poteſt diſpenſare ſuper illo gradu ſecundo. Non tamen conceditur, quod poſſit diſpenſare ſuper primo in vtraque linea. Ex quibus patet, quod primus gradus, impedit in vtraque linea de iure naturæ, & etiam ſecundus in linea recta, vt oſtenſum eſt, alij autem gradus vſque ad quartum incluſiuè, iure Eccleſiaſtico impediunt, ſuper quibus poteſt diſpenſare Papa. Hæc dicta ſint pro iſto dubio. Nũc ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit primo argumento dicendo, quod licet Eua fuerit ex coſta Adæ, non tamen fuit eius filia, immo, nec cõſanguinea, cum non fuerit genita ex eius lumbis, ſed ex oſſe à Deo diuinitus fabricata. Ita potuiſſet Deus ex tali coſta ædificare æquum, vel quid ſimile. Ad hoc enim, ꝙ ſit filia, oportet ꝙ facta ſit per actũ generationis.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum contra prædicta, dicendo. Lex naturalis eadẽ eſt apud omnes, ſed apud Barbaras nationes nulla perſona coniuncta conſanguinitate à matrimonio excluditur, ergo conſanguinitas de iure naturæ nullum matrimonium impedit.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad minorem dicit (prout tactum eſt in dubijs) quod talis vſus Barbarorum non procedit ex lege naturali, ſed ex concupiſcentiæ ardore, qui legem naturę in illis offuſcauit. Et iſti ſunt illi, de quibus loquebatur Apoſtolus Rom 1. dicendo, qui contra legem naturæ agunt, dati ſunt in reprobum ſenſum, dicentes bonum malum, & malum bonum, cuiuſmodi ſunt hæretici, & alij peccatores peſſimi. Ex 6. n. Geneſeos elijcitur veritas iſta. Nam ex multiplicatione peccatorum, ratio in illis hominibus, tam valide offuſcata fuit, vt indiſcriminatim (ſola pulchritudine attenta) vxores acciperent, ex omnibus quæ ſibi placebant, (multo magis ex oppoſito) manſit lex naturalis in Angelico Doctore, quo ad mores, & literas, quandoque ipſe nunquam peccauit mortaliter, ex teſtimonio Eccleſiæ, de Sancto iſto affirmantis, & dicentis. O munus Dei gratia, vincens quouis miraculum, peſtiferæ ſuperbiæ nunquam perſenſit ſtimulum. Ideo tenebroſas errorum, hæreſumque latebras, tam clare detexit, eaſque tam valide expugnauit, vt totus mundus admiraretur.

Nota.

Argumẽtum tertium.

Format tertium argumentum lector cõtra prędicta dicendo. Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, vt dicitur in principio digeſtorum, ſed animalia bruta etiã cum propria matre, & ſorore coeũt, ergo non eſt de iure naturæ, quod aliqua perſona à matrimonio, propter conſanguinitatem repellantur.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad minorẽ dicit, quod coniunctio maris, & feminæ dicitur eſſe de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit, ſed hanc cõiunctionẽ diuerſimode natura docuit animalia, ſcilicet ſecundum diuerſas conditiones illorum. Nam alijs animalibus ab homine natura non indidit ſolicitudinem filiorum cum tanta diligentia, vſque ad tempus definitum, ſecundum diuerſam capacitatem filiorum, nec docuit perpetuam reuerentiam deferendam parentibus. Alijs animalibus indidit quid ſimile brutis, ad tempus plus, & minus, ſecundum

quod

quod neceſſarij ſunt, vel filijs parentes, vel parentibus filij. Nam bruta, quamdiu manet (apud ipſa) ſuæ matris cognitio, non coeunt cum illa, vnde etiam in quibuſdam animalibus, abhorret filius cognoſcere matrem carnaliter, quamdiu manet apud ipſos cognitio ipſius matris, quia deferunt illi, veſtigium reuerétiæ naturaliter, vt recitat Phyloſophus lib. 9 de animalibus. c. 46. & 47. dicendo. Cameli mares, nunquam ſuperueniunt ſuas. Item cum aliquando Camelus admiſſarius non haberetur. Curator matri opertæ pullum admiſit, qui dum coiret delapſo operimento agnouit matrem, & quamuis coitum abſoluerit, memor tamé commiſſi ſceleris, paulo poſt, camellarium illum morſu defixo interimit. Item ferunt, Regem Sytarũ habuiſſe æquam egregiam, ex qua mares genereſi omnes gignerentur, quorum vnus qui præſtantior habebatur, cum vi ex matre procreare placeret, admiſſum omnino recuſaſſet, opertam deinde latuiſſe matrem, vt imprudens ſuperueniret, verum vbi à facie matris detectam agnouit, in fugam properaſſe, atque ſeipſum præcipité interemiſſe. Hæc ibi. Ecce quod bruta, magnam reuerentiam matribus ſuis naturaliter deferunt, quamdiu in eis perſeuerat cognitio matris. Et quia omnes honeſti mores, inquit Doctor Sanctus, in hominibus, congregati ſunt naturaliter, & perfectius quam in brutis animalibus, propter hoc, homines naturaliter abhorrent cognoſcere, nó ſolum matrem, ſed & filiam, quod adhuc eſt minor indecentia contra naturam, vt dicitur nono de hiſtoria animalium c. 47. Vlterius, negatꝰ da eſt conſequentia argumenti, & ratio negationis eſt, quia animalia bruta ex propagatione carnis, non contrahunt conſanguinitatem, vnde ratio non eſt ſimilis. Bruta enim non cognoſcunt, propterea non deferunt parentibus debitam reuerentiam, nec exercent officium amicitiæ. Conſanguinitas ob id vinculum naturale eſt, quia ex hoc naſcuntur reuerentiæ, & amicitiæ iura. Item cum non habeant dominium ſuarum actionum, nec libertatem cognoſcant, ſed mero inſtinctu naturali operatur, non ſunt capacia fœlicitatis, aut initiæ, propterea non potiuntur fructu conſanguinitatis, nec eius neceſſitudinem violant.

Animalia bruta abſtominãtur ſe cõmiſcere cũ ſuis genitoribus ab illis cognitis.

Lector inquit, optima eſt doctrina, nihilominus adhuc remanet ſcrupulus. Nam nihil impedit matrimonium, quod non contrariatur alicui bono matrimonij, ſed conſanguinitas hoc non facit, ergo non impedit matrimonium.

Argumẽtum quartum.

Theologus negat minorem huius argumenti, quia conſanguinitas (vt oſtenſum eſt in vltimo dubio) opponitur fini primario, & ſecundario, & per accidens etiam.

Argumenti ſolutio.

Vltimum argumentum format Lector ipſe dicendo. Eorum quæ ſunt magis propinqua, & ſimilia, melior, & firmior eſt coniunctio, ſed conſanguinei ſunt magis propinqui, quam extranei, & matrimonium coniunctio quædam eſt, ergo conſanguinitas matrimonium non impedit, ſed iuuat.

Argumẽtum quintum.

Theologus dicit huic argumẽto, quod vera eſt maior propoſitio, quando vna vnio aliam non impedit, modo negamus minorem. Identitatis vnio impedit ſimilitudinem, ſimiliter vinculum conſanguinitatis impedit vinculum matrimonij, quia vinculum matrimonij ordinatur ad vnionem extraneorum, in vno ſacramento, vinculum conſanguinitatis eſt in ordine ad illos qui ſunt in eadem linea. Hæc ſint pro caſu, & dubijs.

Argumenti ſolutio.

Caſus quartus.

IN hoc vltimo caſu quærit Lector ſi conſanguinitatis gradus, matrimonium impedientes potuerunt taxari ab Eccleſia.

Partis affirmatiuæ probatio.

In dubio, ergo interrogat. Si Principes ſæculares, etiam ſub lege Euangelica, poſſint limitare aliquid circa huiuſmodi gradus.

In caſu ergo quærit Lector ſi ad Eccleſiam pertinet taxare gradus conſanguinitatis matrimonij. Et pro vtraque parte format argumenta.

Pro parte affirmatiua ſic. Præceptum Eccleſiæ quæ Spiritu Sancto regitur, diuinitus habet firmitatem, ex teſtimonio Chriſti Domini. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit, ſed Eccleſia quandoque prohibuit, & quandoque conceſſit aliquos gradus, quos lex vetus nó prohibuit, ergo gradus illi matrimonium impediunt. Confirmatur hoc. Sicut olim matrimonium gentilium diſpenſabatur per leges ciuiles, ita nunc per ſtatuta Eccleſiæ, ſed olim lex ciuilis determinabat gradus conſanguinitatis, qui matrimonium impedirent, & illos qui non impedirent, ergo & modo hoc fieri poteſt per Eccleſiæ ſtatuta.

Pro parte autem negatiua tale format argumentum. Inquit Dominus Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Sed illos qui infra quartũ gradum conſanguinitatis coniuncti ſunt, Deus coniunxit, puta in ſecundo, vel tertio, ſeu quarto gradu, cum talis coniunctio non ſit prohibita à lege naturæ, neque à lege diuina, ergo nec humano ſtatuto ſeparari poſſunt, ergo Eccleſia illorum matrimonium dirimere non valet.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo obſeruat aliqua neceſſaria pro intelligentia dicendorum, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, declaratque illud magis proponendo dubium, illudque ſoluendo, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primũ pro fundaméto, debemus ponere terminationem Eccleſiæ circa hoc quæſitum. Contra Eccleſiam ſe poſuerunt Luterani, dicendo, quod Eccleſia non habet facultatem in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, in ordine ad matrimonium, vnde dicunt, quod per Eccleſiam non poſſunt taxari gradus impedientes matrimonium, niſi ſeruare impedimenta illa, quæ in Leuitici 18. ſunt poſita.

Contra quos Eccleſia in Concil. Trid. ſeſſione 24. can. 3. fulminat, dicendo. Si quis dixerit eos tantum conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur poſſe impedire matrimo-

Ad Eccleſiã pertinet diſpenſare in aliquibus ſpe dimẽtis matrimonii & ponere illa, & poſita leuare

 nium

nium contrahendum, & dirimere contractum. Non poſſe Eccleſia in nonnullis illorum diſpenſare, aut cõſtituere, vt plures impediant, & dirimãt. Anathema ſit. Et can. 4. ſi quis dixerit Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta dirimentia matrimoniũ, vel in his conſtituendis errasse, anathema ſit, vnde Papa Gregorius in Concilio Meldenſi ſic dicit. De affinitate conſanguinitatis, per gradum cognationis, placuit vſque ad ſeptimam generationem obſeruare. Hoc habetur 33. q. 2. & 3. Et Iulius Papa ibidem, Nullos in vtroque ſexu permittimus ex propinquitate ſui ſanguinis, vel vxoris vſque in ſeptimum generis gradum vxorem ducere. Et Nicolaus Papa, & Concil. Lugdunenſe, & Cabilomenſe, hoc idem affirmant. Et Innocentius 3. in concilio generali. Non debet repræhenſibile iudicare, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque variantur humana, præcipue cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas, id popoſcit quoniam ipſe Deus, ex his quę in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. Prohibitio copulæ coniugalis in quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus, iam non poteſt, abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari, &c. Cum ergo vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita volumus eſſe perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus, ſuper hoc dudum æditis, vel ab alijs, vel à nobis, vt ſi quis cõtra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerit copulari, nulla longinquitate defendatur annorũ. Hæc dicuntur de conſan. & affin. Hoc idem videtur docere manifeſte Angelicus Doctor hic in corpore Articuli. Secundum diuerſa tempora inuenitur conſanguinitas, ſecundum gradus diuerſos matrimonium impediſſe, prout docet D. Auguſtinus lib. 15. de ciuitate Dei, vbi dicit. In principio humani generis ſolus Pater, & Mater à matrimonio repellebãtur, & ratio huius eſt, quia tempore illo, erat paucitas hominum, & oportebat (inquit Doctor Sanctus) propagationem humani generis maximam curam impendere, vnde non erant remouendæ, niſi illæ perſonæ, quæ matrimonio incompetentes erant, etiam quantum ad finem principalem matrimonij, qui eſt bonum prolis. Poſtmodum multiplicato genere humano, per legem Moyſis plures perſonæ, ſunt exceptæ, quia iam concupiſcentiam reprimere incipiebant, vt dicit Rabbi Moyſes omnes illæ perſonæ exceptæ ſunt à matrimonio, quæ in vna familia cohabitare ſolent. Et ratio huius prohibitionis eſt, quia ſi inter eos carnalis copula eſſe poſſet, maximum incendium libidinis præſtaretur, ſed alios conſanguinitatis gradus, lex vetus permiſit, immo quodamodum præcepit, ſcilicet, vt de cognatione ſua vnuſquiſque vxorem acciperet, ne ſucceſſionis confuſio eſſet. Et hoc ordinabat lex, quia cultus diuinus, tunc temporis per ſucceſſiones generationis propagabatur. His ſtantibus pro primo puncto. Accedendum eſt ad ſecundum.

In lege noua

Concluſio prima. In lege noua, quæ eſt lex ſpiritus plures conſanguinitatis gradus ſunt prohibiti in ordine ad matrimonium. Concluſio primo declaratur quoad ſuos terminos, Secundo rationibus probatur. In primis notandi ſunt termini in concluſione poſiti, ly plures gradus, dicuntur, comparatiuè, ſcilicet ad gradus prohibitos iure naturali, vel diuino. Probatur concluſio ratione, quia iam, ſcilicet in Eccleſia Chriſti, ſpiritualem gratiã, non per carnis originem, cultus Dei deriuatur, & multiplicatur.

plures cõſanguinitatis gradus ſunt prohibiti à matrimonio.

Obſeruanda ſunt verba iſta, ſcilicet deriuatur, & multiplicatur. Nam multiplicatio iſta, fit, & per ſpiritualem gratiam, & per originem carnis, ſed præſtantiori modo fit per gratiam, in quo ſenſu loquitur concluſio. In lege antiqua talis multiplicatio non fiebat per gratiam, ſed per multiplicationem procedentem ex origine carnis. In lege noua fit per gratiam ſpiritualem, vnde non eſt mirũ, ſi in lege noua plures gradus cõſanguinitatis prohibentur, quam in veteri. Contractus connubialis ab orbe condito naturalis fuit, ab authore naturæ inſtitutus, nempe in officium, ad genus humanum propagandum. At quia ad pacem, & tranquilitatem Reipublicæ, etiam pertinet matrimoniũ. Attinet ad ciuilem ordinare multa de ipſo matrimonio, ſicut de alijs contractibus, per legem autem Chriſti, idem matrimonium, in numero ſacramentorum Eccleſiæ poſitum eſt, cõmiſſumque eſt miniſtris Eccleſiæ, vt pro loco, & tempore poſſent aliqua circa illud ſtatuere, & ordinare. Quo circa, ius, quod erat in Republica ciuili, de cauſis matrimonialibus diſcernendis, dum non erat ſacramentum, ad Eccleſiã, facto ſacramento, trãſlatum eſt, lex autẽ ciuilis multa excludebat à matrimonio, vt patet ff. de ritu nuptiarum, ergo & Eccleſia à fortiori hoc facere poteſt. Confirmatur hoc. Lumen naturalis rationis oſtendit multa incommoda oriri, ſi gradus huiuſmodi perſonarum non excludantur à matrimonio, ſed non ſatis lumen ipſum naturæ oſtendit quantæ abſurditatis, ſit contrahere matrimonium in gradu proximo, ergo neceſſarium eſt, ad diſcernendum hoc in Republica, vt detur facultas hoc diſcernendi, quam vtique condecuit Eccleſiæ tribui, vt ſicut circa alia ſacramenta, multa Eccleſia diſpoſuit, de temporalibus, rebus, & redditibus. v.g. Ad ſacramentum ordinis non promouit bigamos, homicidas &c. Ita Spiritus ſancti inſtinctu, remouet aliquos à ſacramento matrimonij, puta conſanguineos, affines &c.

Impugnatio.

Inſurgit Lector contra hanc doctrinam dicendo. In alijs ſacramentis, Eccleſia non poteſt facere, vt ſacramentum ſit nullum, quamuis poſſit facere, quod ſit peccatum, ſi id contra eius iuſſionem ſuſcipitur, ergo non poteſt facere Eccleſia, quod matrimonium, quod alias validum eſſet, ſit prorſus nullum, puta ſi contrahatur infra quartum gradũ conſanguinitatis, vel affinitatis, ſi contrahatur clandeſtine &c.

Impugnationis dilutio.

Theologus remouet hanc impugnationem dicendo, conſequentiã nihil valere, & rationem aſſignat dicendo, quod non eſt eadem ratio de hoc ſacramento, & de alijs, diſcrimen enim ſumitur ex

natu-

Eccleſia poteſt inualidare matrimoniũ aliquod, quod alias fuiſſet validũ

natura ſacramentorum. Illa enim ſacramenta, quæ characterem imprimunt, quia ſecum afferunt ſuũ effectum, qui effectus non pendet à voluntate humana, ſi legitima intentione conferũtur, & ſuſcipiuntur, Eccleſia impedire non poteſt, quod non ſint valida, quamuis ſine delicto, in caſu tali non ſuſciperetur. Non ſic res ſe habet in his ſacramentis, quæ ex humana voluntate pendent, vnde Magiſter Dominicus à Soto dicit. Sicut poteſt Eccleſia, per excommunicationem, vel ſuſpenſionem facere, vt ſacramentum abſolutionis ſit nullum, ſimiliter quod votum ſolemne non teneat, niſi iuxta ſuas leges ſuſcipiantur. Ita poteſt in propoſito noſtro facere. Nam matrimonium (conſenſibus humanis) contrahentium conglutinatur, poteſt Eccleſia illos conſenſus ſuper tali materia reuocare, vt caſſi ſint, & nulli, veluti in alijs ſtipulationibus, quæ per merum ius naturæ firmæ eſſent, humana lege infringuntur.

Gradus conſanguinitatis Eccleſia Dei varietatẽ ſuſceperunt in ordine ad matrimonium.

Concluſio ſecunda. Gradus conſanguinitatis, tempore elapſo, & ſucceſſiue, varietatem quãtum ad nuptias coniungendas ſuſceperunt. Antiquitus, vſque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis, rationaliter ſiebat prohibitio matrimonij & tamen primus cõſanguinitatis gradus in recta linea, adeo in iure naturæ à matrimonio expulſus eſt, quod nunquam fuit permiſſum, vt in caſu ſuperiori viſum fuit. Primus vero gradus collateralium nempe inter fratres, & ſorores, quia paulominus efficatiæ habet, in primo orbis ortu, propter extremam neceſſitatem, diſpenſationem admiſit pro tempore illo, tamen ſtatim poſt prohibitus fuit, vt ſupra oſtenſum eſt, tanquam ſi nunquam permiſſum fuiſſet. Quare matrimoniũ in hoc primo gradu lineæ rectæ, vel tranſuerſalis, ſub nulla lege validum, & firmum fuit. Deinde ſub lege ſcripta fuit prohibitus gradus iſte Leuitici 18. vt in caſu anteriori oſtenſum eſt. Poſtmodum ſub lege Euangelica, tempore D. Auguſtini, quadringentis annis ab orbe redempto, non ſolus gradus ille verum, & ſecundus, teſte ipſemet D. Auguſtinus 15. de Ciuitate Dei. c. 16. Et Gregorius in Epiſtola, ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, Et refertur can. Quædam lex 31. q. &c. vbi Romanam legem condamnat, quæ huiuſmodi connubia inter fratrueles permittebat, rationem huius damnationis aſſignat dicendo, quoniam ex huiuſmodi cõiugio experimento didiſcimus, ſobolem non poſſe ſubcreſcere. Indulget tamen, vt in quinto, vel quarto gradu contrahatur, quæ indulgentia ſolum intelligitur reſpectu gentis Regni Anglorum, quæ tũc recenter, reuertebatur ad fidem, teſte Alex. 3. in cap. Ad ſedem ca. q. 5. Immo in eodem canone quædã lex Gregorius Papa, ad Felicem Epiſcopum Meſſanæ dicit, tali licentia, alia gens nõ poſſe vti. Et tũc prohibitio iſta fuit protracta, vſque ad ſextum, & ſeptimũ gradũ. Can. de affin. Et can. de cõſãgu. &c.

Connubium inter fratres, & ſorores ꝓhibitum fuit à quacunq; lege, & inter filios iſtarum ab Eccleſia tẽpore D. Auguſtini.

Quando dicitur, quod prohibitio matrimonii facta eſt vſque ad ſextum, vel ſeptimum

Obſeruandus eſt autem modus loquendi, ſ. vſque ad ſextum, vel ſeptimum gradum, quia illo in loco ꝓ eodẽ accipitur ſextus, & ſeptimus gradus cum ſint idem re, differunt, tantum nomine &, ſecũdum diuerſam ſupputationem, vt docet Iſidorus ibidem Can. 1. gradu. Quod enim primũ ſtipitẽ, ſcilicet primum Patrem tanquam primum gradũ faciebant, ſeptẽ numerabãt gradus, vſque ad Nepotem quintũ, vt Patres eſſent in primo gradu in ſecundo fratres, & ſic deſcendendo ad nepotes vſque ad ſeptimum gradum. At quia, vt in vſu modo eſt, ſtipitem non connumerabant, ſed fratres in primo gradu collocabant, non ſtatuebant niſi ſex gradus vſque ad eoſdem, quintos nepotes. Vltra quos nullus fuit vnquam conſanguinitatis gradus excluſus à matrimonio,

primũ gradũ idem gradus intelligitur ꝑ ſextum, & ſeptimum.

Dubium.

QVærit Lector in hoc dubio An Principes ſæculares etiam ſub lege Euangelica, habeant facultatem cohibendi matrimonia vt ſi contra eorum ordinationes fiant ſint nulla. Pro vtraque parte adſint rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic Lector. Fides, iura naturæ non tollit, ſed perficit. Sed ante Euangelium in lege naturæ, Cæſares condere leges poterant de coniugijs, ergo, & ſub lege Euangelica hoc facere poſſunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Si Principes ſæculares poſſent inualidare matrimonium, ſicut poteſt Eccleſia, accideret, vt ſæpe adinuicem huiuſmodi poteſtates (Eccleſiaſtica, ſcilicet, & ſæcularis) contradicerent, quod veniret in maximam perniciem Chriſtianitatis, ergo Principes ſæculares, talem facultatem non habent.

Dubij ſolutio pro vtraque parte.

LEctor Theologus huic dubio ſatisfacit vnica concluſione bimembri. Et poſtea ſoluit impugnationem, & inſtantias.

Principes Catholici ſæculares poſſunt cõdere leges anullãtes matrimoniũ de conſenſu Papæ, & non aliter.

Concluſio, vel Reſpublica ciuilis ea, quæ ordinat circa matrimonium, ordinat (Papa non cõtradicente, vel contradicente) Si non contradicẽte Papa, ordinationes ſuas obligant, ſi contradicente Papa minime. Concluſio iſta declaratur, & probatur quoad vtrumque membrũ. Et primo ſic, Princeps qui facultatem Reipublicæ habet, leges poteſt cõdere circa matrimonia contrahenda, puta de paſciſendis de ſtipulandis nuptijs, poſſunt coarcere conſanguineos, & affines à matrimonio, vt ſi illa contra inuite tentauerint nulla ſint. Et quia iſta poſſunt eſſe facta, & ſine detrimento ſacramenti, & cum detrimento, de conſenſu Papæ, vel contra eius voluntatem, propriã declaratur ſecundũ mẽbrum ſic. Si huiuſmodi leges non fuerint in præiudicio matrimonij, & libertatis Eccleſiæ, & factæ fuerint de conſenſu Papæ, haberent vim obligandi. Si autem fuiſſent in detrimento ſacramenti, & contra libertatem Eccleſiæ, & voluntatem Papæ, leges ipſæ non obligarent.

Prima pars probatur ſic. Reſpublica ciuilis, & Principis poteſtas in pacem, & proſperum ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ inſtituta ſunt, huiuſmodi autem pax, & tranquilitas plurimum ex nuptijs contrahendis pendent, & magis forſitan quam in

alijs contractibus, ergo poteſt Reſpublica legibus huiuſmodi diffinire, & dirigere, ſecundo probatur hoc, quia rationes illæ ob quas gradus cognationis prohibentur lumine naturali inoteſcũt, nempe quia feditatem habent. Et quia ſi conſanguinei in eadem habitare domo, in periculo inceſtus verſarentur. Ad principem autem pertinet, remouere tales occaſiones ad tollenda vitia. Item principi incumbit amicitias in ſua Republica protegere, hoc fit per matrimonia diuerſi ſanguinis, ergo Reſpublica de huiuſmodi coniugijs leges poteſt condere.

Impugnatio. Lector huic doctrinæ ſe opponit dicendo, Matrimonium modo eſt ſacramentum, ergo Princeps, vel Reſpublica, non poteſt materiam eius, & ſubſtantiam mutare, hoc eſt, non poteſt prohibere, vt ſi cognati contraherent matrimonium non teneret.

Impugnationis reſpõſio. Deſtruit Lector Theologus hanc impugnationem dicendo, quod non obſtat, ſi matrimonium eſt ſacramentum (vt de facto eſt) quoniam ſacramenti inſtitutio non abſtulit, quin matrimonium ſit ciuilis contractus, propterea ex illa parte qua eſt contractus ciuilis non eximitur à poteſtate ciuili. Immo quandoque matrimonia inter conſanguineos vergunt in perniciem Reipublicæ, vnde Doctor Sãctus in 4. d. 26. q. 2. art. 1. dicit, quod matrimonium quantum ad ciuiles vtilitates qualis eſt amicitia, & mutuum obſequium, inſtitutionem habet à lege ciuili. Et d. 34. art. 1. ad quartum ait. Matrimonium inquantum eſt in officium naturæ ſeu communitatis, ſtatuitur lege ciuili. Vlterius iure ciuili, adoptiones filiorum inſtituuntur, & approbãtur, ex quibus legale vinculum contrahitur, quod eſt impedimentum matrimonij, vt infra patebit. Reſponſio iſta bona vtique eſt, ſed optimum eſt ſecundum membrum reſponſionis. Nam cum incumbat Eccleſiæ de ſacramentis decidere, & in his quæ pertinent ad Regnum Cælorum, & Reſpublica ciuilis ſpirituali Reipublicæ ſit ſubdita, nequit ciuilis in matrimonialibus cauſis, præcipue in conſtituendis perſonis legitimis, vel illegitimis ſe intromittere, vel non poteſt deuiare, ab Eccleſiæ ſantionibus, & ordinibus, alioquin duo eſſent capita in Eccleſia, quod vtique eſſet monſtruoſum, eo quod vinea Domini deſtrueretur, vnde Angelicus Doctor in 4. d. 42. q. 2. art. 2. ad quartum dicit. Prohibitio legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonij niſi interuenitet authoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdicit. Et idem obſeruandum eſt in deſcernendo, quod nam matrimonium ſit legitimum, & quod ſit illegitimum, quod iudicium reuera ad Eccleſiam pertinet. De dotibus verò, & de hæredibus decernere, & de alijs, quæ mere ſæcularia ſunt, ad ſæculare attinet iudicium. Ex his inſtantiæ pro dubio factæ manent ſolutæ.

Ad Eccleſiã, & non ad Rempublicam ciuilem pertinet ſtatuere perſonas legitimas, vel illegitimas in ſacramẽto matrimonij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. AD inſtantiam pro parte affirmatiua dicitur, quod fides nõ tollitur iure naturæ, ſed proficit, propterea matrimonium, quod primo tantum erat in officium naturæ collocauit inter ſacramenta, & traxit ad forum ſuperius, ſcilicet Eccleſiæ, relinquens tamen illud quo ad ea quæ pertinet ad ciuiles contractus foro ſæculari, vnde conſequentia non valet, ſi ante legem Euangelicam matrimonium ſimpliciter pertinebat ad forum ſæcularem, quod & modo ſimpliciter pertineat, quia tunc non erat ſacramentum, modo eſt ſacramentum, ideo modo ad Eccleſiam pertinet.

Inſtant. ſolutio. Ad inſtãtiam pro parte negatiua dicitur, quod recte concludit, in his quæ pertinent ad matrimonium prout eſt ſacramentum. Cum hoc tamen ſtat, quod ciuilis Reſpublica poſſit condere leges, & terminare aliqua circa contractus matrimoniales prout ciuiles ſunt, & ad bonum Reipublicæ pertinent. De his autem quæ pertinent ad legimitatem, vel illegimitatem perſonarum, tractare nõ poteſt Reſpublica ciuilis nec Princeps ſæcularis niſi de conſenſu ſummi Pontificis, aliter leges ſuæ non obligarent in conſcientia. Hæc ſint pro dubio iſto, Nunc ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. THeologus primo argumento dicit ad minorem, quod ſicut Deus non coniugit illos, qui coniunguntur contra diuinum præceptum, ita nõ coniugit illos, qui contra Eccleſiæ præceptum copulantur, cum præceptum Eccleſiæ obligat ſicut præceptum diuinum, vnde ad rationem in argumento allata dicitur, quod licet eis qui in quarto gradu coniunguntur, lege diuina non prohibetur talis coniunctio immediate, prohibetur nihilominus illa à Deo mediate, ſcilicet mediante Eccleſia, quæ in præcipiendo, vicem Dei gerit, prout manifeſtat Dominus in Euangelio dicendo diſcipulis ſuis, qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit. Præceptum enim Eccleſiæ inquit Doctor Sanctus obligat ſicut præceptum Dei, non ratione perſonæ, quia perſona Dei in infinitum excedit perſonam Eccleſiæ, tanquam infinitum finitum, ſed quo ad neceſſitatem obediendi. Nam, & Deo, & Eccleſiæ obedire debemus, ex diuina ordinatione.

Argumẽtum ſecundum. Inſurgit Lector, & format ſecundum argumentum contra prædicta dicendo, Matrimonium eſt ſacramentum ſicut baptiſmus. Sed ex ſtatuto Eccleſiæ fieri non poteſt, quod illæ qui ad baptiſmũ accedit, non accipiat characterem baptiſmalem, ſi illæ ex iure diuino ſit baptiſmi capax, ergo pari ratione, Eccleſia ſtatutum facere non poteſt, quod matrimonium non ſit inter illos, qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento dicit, quod non eſt par ratio, de matrimonio, & de baptiſmo, quia licet ambo ſint ſacramenta. Matrimonium tamẽ habet vnum annexum, ſcilicet, quod non ſolum eſt ſacramentum, ſed eſt datum etiam in officium naturæ, propterea matrimonium magis ſubiacet ordinationi miniſteriorum Eccleſiæ, quam baptiſmus,

Digitized by Google

ptiſmus, qui eſt ſacramentum tantum. Nam ſicut contractus, & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus, & officia ſpiritualia determinantur lege Eccleſiaſtica, ſub quibus cadit matrimonium.

Argumẽtum tertium.

Contra hoc Lector format tertium argumentum, quod eſt tale. Ius poſitiuum, non poteſt ea, quæ ſunt naturalia, remouere, vel ampliare, ſed cõſanguinitas eſt vinculum naturale, quod quantum eſt de ſe natum eſt matrimonium impedire, ergo Eccleſia non poteſt aliquo ſtatuto facere, quod aliqui poſſint matrimonialiter coniungi, vel non coniungi, ſicut non poteſt facere, quod ſint, vel non ſint conſanguinei.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit, quod conſanguinitas ſit vinculum naturale ſimiliter, quod coniugium ſit vinculum naturale, & quod primum procedit ex neceſſitate, ſecundum ex libertate. Et concedit, quod Eccleſia, ſimiliter vinculum conſanguinitatis non poſſit diſſoluere, & facere, quod illi qui nõ erant conſanguinei ſint conſanguinei, vel qui ſunt conſanguinei, conſanguinei non ſint, ſimiliter concedit, quod Eccleſia non poſſit diſſoluere matrimonium, ſi eſt legitime contractum. Subdit tamen. At quod conſanguinitas impediat vinculum matrimonij, non eſt naturale, niſi in quibuſdam gradibus, vt oſtenſum eſt in caſu præſenti, & in præcedenti. Et ideo poteſt Eccleſia per diuinam facultatem condere leges, quibus pro temporum varietate, varij gradus, matrimonium impediant, quod carnalis copula reſpectu aliquorum ſit licita, vel illicita in diuerſis gradibus conſanguinitatis ſecundum diuerſam opportunitatem temporis.

Argumẽtum quartum.

Non acquieſcit Lector contra prædicta format quartum argumentum dicendo. Statutum iuris poſitiui debet aliquam cauſam rationalem aſſignare, vel habere, propter hoc, quia ſecundum cauſam rationalem quam habet à iure naturali procedit. Sed cauſæ quæ aſſignantur de gradibus matrimonij, videntur omnes irrationales, ergo videtur, quod talis prohibitio nullum vigorem habeat. Minor probatur. Cauſæ illæ habitudinem non habent ad cauſata, ſicut quod conſanguinitas prohibeatur vſque ad quartum gradum propter quatuor elementa, vſque ad ſextum, propter ſex ætates mundi, vſque ad ſeptimum propter ſeptẽ dies quibus totum tempus terminatur, ergo tales cauſæ aſſignatæ non videntur rationabiles.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento dicit Theologus, quod Angelicus Doctor ſatisfacit inſtantiæ dicendo, quod non ſemper aſſignantur rationes per modum cauſæ, vt in propoſito noſtro, tales rationes aſſignatæ ſunt per modum adaptationis, & congruentiæ, vnde ad argumentum dicit, quod aliud eſt dicere rationes illas eſſe irrationabiles, cum irrationabiles non ſint, & aliud eſt dicere, quod non ſunt neceſſariæ, ſeu cauſæ totaliter, quod verum eſt. Ex hoc autem nihil deperdit authoritas Eccleſiæ. Sufficit enim primæ ratio adducta, ſcilicet, quod eſt inutile, & periculoſum prohibere matrimonium vltra quartum gradum conſanguinitatis prout oſtenſum eſt in deciſione caſus. Et d... quod nulla appareret ratio ſufficiens ex neceſſitate ſtatuendi talia ſtatuta, adhuc ſola authoritas Eccleſiæ pro omnibus rationibus ſupplet ad oſtendendum, quod ſtatuta ſua ſunt rationabilia prout docet Apoſtolus 1. Cor. 11. dicendo. Si quis contentionis videtur eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, ſed neque Eccleſia Dei. quaſi dicat, ad proteruos, & ignaros, qui loquacitatem plurimum pro facundia habent, ſatis ſuperque ſufficit reſpondere, de tali, vel tali re ſic vel ſic ſtatuta, quod Eccleſia Dei ſic facit. Maxima enim ratio eſt quia cum in actionibus ſuis quo ad regimen, ſemper Eccleſia, à Spiritu Sancto ducta rationabiliter omnia facit.

Argumẽtum quintum.

Lector inſurgit contra prædicta, & conſtruit quintum argumentum dicendo, vbi eſt eadem cauſa debet eſſe idem effectus, ſed cauſa quare conſanguinitas impedit matrimonium eſt bonum prolis, repræſſio concupiſcentiæ, & multiplicatio amicitiæ, prout in caſu antecedenti oſtenſum fuit, iſta omni tempore æqualiter ſe habent, ergo debuiſſet æqualiter omni tempore gradus conſanguinitatis matrimonium impedire, hoc autem verum non eſt.

Nam modo impedit vſque ad quartum gradum. Antiquitus vſque ad ſeptimum gradum conſanguinitas matrimonium impediebat.

Argumenti ſolutio.

Reſpondet Theologus huic argumento dicendo, quod mutata cauſa, mutatur effectus cauſa, quod conſanguinitas impediebat matrimonium non fuit ſemper eadem, ſed variatur ſecundum diuerſa tempora, hac de cauſa variati ſunt gradus conſanguinitatis impedientes matrimonium. Nã id quod vno tempore non poteſt concedi, vtiliter, alio tempore conceditur, & econuerſo, ideo Eccleſia variat gradus impedientes matrimonium.

Argumẽtum ſextum.

Lector contra hanc reſponſionem diuinum argumentum format dicendo, vna, & eadem coniunctio, non poteſt eſſe in genere ſacramenti, & genere ſtupri. At hoc contingeret, Si Eccleſia haberet poteſtatem ſtatuendi diuerſum numerum in gradibus conſanguinitatis, impedientibus matrimonium ſicut ſi aliqui in quinto gradu quãdo prohibitus fuit coniuncti fuiſſent, talis coniunctio ſtuprum eſſet tunc, ſed poſtmodum eandem coniunctionem Eccleſiæ prohibitione reuocante, matrimonium legitimum eſſet, at non ſtuprum. Et econuerſo poteſt accidere, puta ſi aliqui gradus conceſſi eſſent poſſent poſtmodum ab Eccleſia interdici, ergo videtur, quod poteſtas Eccleſiæ ad hoc non ſe extendat, ſcilicet, vt faciat, quod illa, qui modo eſt conſanguineus in poſterum non ſit talis. Et quod modo non eſt conſanguineus poſtea ſit conſanguineus.

Argumenti ſolutio. Nullum impedimẽtum ſuperueniens matrimonio poteſt dirimere matrimoniũ cõtractũ.

Theologus ſatisfacit huic argumento ex notandis ſuprapoſitis, ſolutio conſiſtit in hoc, ſcilicet, quod ſtatutum non impedit matrimonia præterita, ſed futura, vnde ſi modo prohiberetur vnus gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, qui nunc eſt conceſſus. Illi qui ſunt coniuncti in illo gradu puta in quarto non ſunt ſeparandi, ratio eſt, quia

nullum

...illum impedimentum ſuperueniens matrimonio contracto illud poteſt dirimere. Et ſic coniunctio, quæ prius fuit matrimonium, non efficitur per ſtatutum Eccleſiæ ſtuprum. Et ſimiliter ſi aliquis gradus concederetur qui nunc eſt prohibitus, illa coniunctio non efficitur matrimonium, ex ſtatuto Eccleſiæ ratione primi contractus, quia matrimonium nullum fuit, & poſſunt ſeparati, ſi velint, vel de nouo contrahere, ſed ſi contrahent de nouo eſſe alia coniunctio diſtincta à præcedenti.

Argumẽtum ſeptimum. Vltimo loco Lector format tale argumentum. Ius humanum debet imitari ius diuinum, ſed ſecundum ius diuinum, quod in lege veteri continetur non æqualiter currit prohibitio graduum in ſurſum, & deorſum. Nam in veteri lege aliquis prohibebatur accipere in vxorem ſororem Patris ſui, non tamen filiam fratris ſui, ergo neque modo manere debet prohibitio de nepotibus, licet maneat illa de patruis.

Argumenti ſolutio. Huic argumento reſpondet Theologus dicendo, illationem non tenere. Et ad probationem dicit, quod non eſt eadem ratio de lege diuina, & humana inſtatuendo de matrimonijs, Eccleſia.n.in prohibendis gradibus conſanguinitatis, præcipue obſeruat rationem amoris. Et quia non eſt minor ratio amoris, ad neptam quam ad patruum, ſed eſt maior, quanto eſt propinquior Patri filius, teſte Ariſt.8. Ethic. c.12. propter hoc Eccleſia æqualiter prohibuit gradus conſanguinitatis, in patruis, & nepotibus. At lex vetus in perſonis prohibendis attendebat præcipue ad cohabitationem contra concupiſcentiam, prohibens illas perſonas ad quas facilius paterat acceſſus, propter mutuam cohabitationem. Magis enim conſueuit cohabitare neptis patruo, quam amita nepoti, quia filia eſt idem quaſi cum Patre, cum ſit aliquid eius, ſed ſoror non eſt idem, hoc modo, cum fratre, cum non ſit aliquid eius, ſed nati ſunt ex eiſdem genitoribus. Et ideo in lege illa, non erat eadem ratio prohibendi neptem, & amitam. Hæc dicta ſint pro caſu vltimo, & dubio in eo contento, & tota hac diſputatione.

Aduerte hic, benigne lector quod per accidens & ex impreſſoris incuria, inſertus fuit tractatus iſte de conſanguinitate, quem nos fuſius, in materia de matrimonio in lucem prodere decreuimus.

DISPVTATIO QVINTA in littera C.

De Contentione.

Caſus.

Lector in caſu iſto proponit quærere, vtrum contentio ſit peccatum mortale. Et ſequens ordinem præfixum proponit argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Illud quod eſt contra præceptum D.Pauli eſt peccatum mortale, contentio eſt huiuſmodi, ergo eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt certa, quia, qui ſpernit præceptum Apoſtoli, ſpernit præceptum Dei. Minor probatur. Inquit enim Apoſtolus in ſecunda Epiſtola ad Tim. cap.2. Noli verbis contendere. Et idem confirmat Apoſtolus, in primo, & ſecundo ad Romanos, ergo contentio eſt contra præceptum Pauli Apoſtoli, quod hoc ſit mortale peccatum, confirmatur. Nam, quod excludit à regno Dei eſt peccatum mortale, contentio à regno Dei excludit, ergo mortale peccatum eſt. Minor probatur. Opera carnis per eundem Apoſtolum excludunt à regno Dei, ſed contentio inter opera carnis connumeratur ab Apoſtolo, ergo excludit à regno Dei, ergo eſt peccatum mortale, cum nil aliud excludat à regno Dei niſi peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt argumentum efficax. Peccatum mortale in viris ſpiritualibus non inuenitur. At in talibus inuenitur contentio, ergo contentio non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt certiſſima. Minor probatur ex D.Luca 22. Facta eſt contentio inter diſcipulos Ieſu quis eorum eſſet maior, ergo contentio reperiebatur, in Apoſtolis, per conſequens non poteſt eſſe peccatum mortale.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hanc caſum tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſaria pro intelligentia doctrinæ, Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum pro fundamento doctrinæ ponit diffinitionem ipſius contentionis. Secundo obſeruat, modos quibus ipſa contentio ſumitur. In primis D.Ambroſius diffinit contentionem, ſic dicendo. Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Tunc enim reperitur contentio, quando aliquis intendit ſtrepitu verborum impugnare veritatem, in iſto caſu iſte verè contendit. Et hoc eſt quod intendebat Angelicus Doctor. 2.2. q.38. art.1. dum diceret contendere eſt contra aliquem tendere. Et declarat hoc dicendo. Sicut diſcordia contrarietatem quamdam in voluntatem importat, ita contentio importat contrarietatem in oratione. Hac de cauſa, oratio quæ opponitur alteri orationi vocatur contentio, quæ ponitur à Cicerone in lib.4. Reth. inter colores Reth. contentio inquit Doctor Sanctus, eſt cum ex contrarijs rebus oratio efficitur, hoc pacto inquit habet aſſentatio (ideſt adulatio) iocunda principalia, eadem exitus amariſſimos affert. Secundo eſt notandum cum Illuſtriſſimo Domino Caietano, quod intentio, tripliciter poteſt fieri ad impugnationem veritatis, in qua conſiſtit contentio, ſicut alios fines, ſcilicet materialiter formaliter, & virtualiter. Materialiter quidem tantum, cum aliquis impugnat quidem veritatem, ſed non vt eam impugnat, ſed vel tentationis, vel exercitij gratia. Et hoc non pertinet ad contentionem, cuius finis eſt velle veritatem ſupprimere.

Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Ni cõtendere eſt contra aliquẽ tendere.

Conten-

Contentio tripliciter conſideratur, & ſummitur, ſcilicet materialiter formaliter, & virtualiter.

Contentio formaliter, vel intentio eſt, cum aliquis cognoſcit aliquam veritatem, & ad hoc tendit, vt eam impugnat, virtualiter autem hoc fit cum talis ſic contra aliqua propoſita intendit procedere, vt non ſit ſibi curæ an vera ſint, vel falſa, quæ impugnare proponit. Hæc enim intentio tantæ efficatiæ eſt, vt etiam ad impugnandam ipſam veritatem ſe extendat. Clauditur enim in intenta impugnatione etiam veritatis impugnatio, vt patet. Ex his duobus modis vltimis, intentionis impugnãdi veritatem, reperitur perfecta ratio contentionis, & ratio peccati mortalis, Tertio eſt obſeruãdum, quod cõtentio poteſt conſiderari quadrupliciter, Primo prout importat impugnationem veritatis, Secundo prout dicit impugnationem falſitatis. Tertio prout dicit etiam impugnationem falſitatis, ſed modo indebito, Quarto contentio, ſine ordine, & cum ſcandalo. Hæc ſint primo puncto. Ad ſecundum pergamus.

Contentio ſecundũ, quod importat impugnationẽ veritatis eſt in debitũ modum eſt peccatum mortale.

Concluſio prima. Contentio ſecundum, quod importat impugnationem veritatis, & modum indebitum, eſt, peccatum mortale. Probatio concluſionis in hoc conſiſtit. Nam impugnare veritatem ex intentione illa, eſt contra charitatem, cum Deus ſit veritas, & charitas, ergo eſt peccatum mortale, probatur ſecundo, ex Apoſtolo Romanorum 12. Non in contentione, & æmulatione, ſcilicet ambulemus, quod annotauerat Cato. dicendo, contra verboroſos nolli contendere verbis. Et D. Gregorius in ſuis moralibus. Ego puto (ſalua fide) melius, ſcilicet eſſe alieno cedere intellectui quam contentionibus deſeruire. De hac contentione, forſitam loquebatur Propheta in Pſal. 106. dicendo, Effuſa eſt contentio ſuper Principes, & errare fecerit in inuio, & non in via, ſcilicet Deus fecit illos errare, permiſſiuè, propter contentionem malam, repertam in illis. Non enim Deus cauſa errorem in nobis, permittit tamen nos errare, vel in pœnam peccatorum noſtrorum, vel vt reſurgamus, maiori efficatia, & deuotione, vel alia de cauſa. Et hoc inſinuare intendebat Propheta Amos. cap. 3. dicendo. Non eſt malum, quod non fecerit Dominus in ciuitate, ſcilicet permiſſiue, quod affirmat D. Auguſtinus in Enchiridion dicẽdo. Nihil fit niſi omnipotens fieri vellit, vel ipſe faciendo, ſcilicet bona, vel ſinendo fieri, ſcilicet mala. Dixit, ergo Dauid Rex, quod Deus fecit errare contentioſos, ideſt permittit errare qui nollunt ambulare in via, quæ Chriſtus eſt, prout affirmat Dominus ipſe, ex ore proprio dicendo. Io. 14. Ego ſum via, veritas & vita, per hanc viam ambulat humilis, & mitis, ſuperbus, & contentioſus, non ambulat per hanc viam, ſed per viam perditionis. Non ambulat in via hac, ſed in inuio ideſt in diabolo, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Diabolus ipſe eſt in inuio, ideſt extra viã, cum ſit extra Chriſtum, extra gratiam, & charitatem, Chriſtus Dominus eſt via, quæ ducit ad cælum. Cum, ergo contentioſi non ambulant per viam gratiæ, & charitatis Chriſti, quærendo veritatem, ſed vadunt in inuio emulationis, & ſuperbiæ, erratee eos facit Deus permiſſiue. Ad quod aduertens Apoſtolus 2. Tim. 2. dicebat. Noli contendere verbis. Ad nihilum vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.

Triplex contentio prima emulationis ſecũda diſputationis, tertia litigationis.

Pro maiori notitia iſtorum obſeruandum eſt, quod triplex eſt contentio, Prima dicitur emulationis, inferiorum, in ordine ad ſuperiores, Secunda eſt contentio opinionum, in ſcholis, in ſcientijs, Tertia eſt contentio litigationis. Dicamus de prima contentione, poſtea dicemus de alijs. Contentio emulationis, procedit ex inuidia. Nam quando ſcolares, vel ſequaces alicuius doctoris, puta Scotiſtæ, vident doctrinam doctoris Angelici excèlentiorem, eſſe Scoti doctrina, inuident, & contendunt contra laudãtem doctrinam Angelicam. Talis contentio reperiebatur inter Corinth. côuerſos ad fidem, quos repræhendebat Apoſtolus 1. Cor. 1. dicendo illis. Contentiones ſunt inter vos, hoc autem dico, quia vnuſquiſque dicit. Ego ſum Cephæ, ideſt Petri, ego Pauli, ego autem Apollo? Nunquid diuiſus eſt Chriſtus? Et in 3. cap. dicebat eiſdem. Cum ſit inter vos Zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? ideſt, mũdani, & ſæculares. Talis enim erat opinio Corinthiorum, ſcilicet, quod ille qui a meliori, & maiori Sancto erat Baptizatus, ille maiorem gratiam conſequutus fuiſſet, tanquam ſi ab hominibus illis, veniret gratia, ſicut à Chriſto. Et ſic qui habebat affectionem ad vnum Apoſtolum, magis illum commendabat, & contendebat contra illos, qui ab alio Apoſtolo erant baptizati, dicendo, quod illi non erant ſic perfecti, ſicut erant ipſi, quia illi non à tam Sancto receperunt baptiſmum, ſicut ipſi. Et quia error iſte erat maximi momenti, attribuendo illis hominibus, quod conuenit Deo ſolo. Non enim homines, etiam Sancti conferunt gratiam, ſed Chriſtus Dominus, à quo veniunt ſacramenta ipſa, propterea iſti propter talem contentionem, ambulabant, non in via Chriſti, ſed in inuio diaboli. In eodem errore erant diſcipuli B. Io. Baptiſtæ exiſtimantes maiorem eſſe Io. magiſtrum ſuum, ipſo Chriſto Domino vniuerſorum, vnde non mirum, ſi quando videbant, quod plures veniebant ad Chriſti ſequelam, & doctrinam, lamentabantur, dicentes Ioanni Magiſtro ſuo, diſcipulos illos magis proficere. Et dicendo Chriſto Domino, quare diſcipuli tui non ieiunant quotidie ſicut & nos? Et forſitam contendebant ſubſtentare, Ioannem eſſe maiorem Chriſto, qui Sanctus, & humilis erat. Io. autem vt ab inuio ad viam rectam illos duceret, miſit aliquos illorum ad Chriſtum Dominũ, dicendo illi. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus. Ipſi etiam videntes miracula facta à Chriſto, crediderunt ipſum eſſe meſſiam, & ſequuti ſunt eum. Huiuſmodi contentio reperitur inter multos religioſos, quærentes qualis fuit maior, Sanctus D. Dominicus, vel D. Franciſcus, Sanctus Thomas, vel Sanctus Bonauentura, &c. Iſtæ contentiones vanæ ſunt, & nihil aliud cauſant, niſi diſcordiam. Et quod hoc verum ſit, ab effectu cognoſcere poſſumus. Legitur de duobus doctoribus, quorum vnus habebat in magnam deuotionem Beatum Io. Baptiſtam. Alter Beatũ Io. Euangeliſtam,

Factum mirabile in quo oſtenditur cõtentionẽ deberet eſſe ꝓcula Chriſtianis præcipue a Religioſis.

geliſtam, & vnuſquiſque illorum, quærebat anteponere illum, quem habebat in magna veneratione, alteri Sancto Io. Et de hoc ſæpiſſimè altercabantur. Tandē deuenerunt ad hoc, vt terminaretur quæſtio iſta, in diſputatione vna publica. Ecce mirandum grande. Nocte præcedente diem, aſſignatam diſputationi. B. Io. Bap. apparet ſuo Doctori Decreto. Et B. Io. Euangeliſta ſuo, præcipientes illis, vt talem diſputationem dimitterent, dicendo, quod Sancti ipſi cōcordes erāt in cęlis, & quod doctores ipſi, concordes debebant eſſe in terra. Contentio etiam quæ reperiebatur inter Iudæos, & Gentiles conuerſos ad fidem, nullius momenti, vel fructus erat. Iudæi contra Gentiles dicebāt. Nos de genere Abrahæ nati ſumus, cui promiſſio facta eſt, prout habetur ex ore Chriſti dicentis. Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſdrael. Nos ſumus populus Dei dilectus, Nos mirabilibus ſignis in manu forti, eduxit Deus de terra Aegypti. Nos Deus ſicco pede, trāſire fecit mare rubrum. Māna pauit. Aquam de petra dedit. Ad nos tandem ſpecialiter miſſus eſt filius Dei, natus de Virgine Iudæa. Contra quos, dicebant Gentiles conuerſi, verum eſt, quod dicitis. Sed quanto plura ſunt beneficia vobis à Deo collata, tanto deteriores vos eſſe oſtenditis. Nam eiſdem pedibus, quibus mare rubrum tranſiſtis, poſtea, ante Idola ſaltaſtis, & quę manibus veſtris feciſtis, & ore proprio quo laudes Deo dediſtis de ſumerſione Pharaonis, & exercitus eius. Idola adorantes laudaſtis in deſerto. Contepſiſtis manna in deſerto, cupientes herbas imperfectiſſimas Aegypti. Sæpe Deum contra vos irritaſtis. Et pro complemento iniquitatum veſtrarum Chriſtum vobis promiſſum in lege, & Prophetis occidiſtis. Nos igitur vobis digniores ſumus, quia quādo de Chriſto audiuimus, in eū credidimus. De nobis loquutus eſt Propheta dicens. Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obidiuit mihi. Nā ſi nos Apoſtolos, & Prophetas habuiſſemus, nūquā Idola coluiſſemus. D. Paulus, volens ab illis omnibus ſemouere hanc contentionem, & oſtendere, quod non acceperunt donum fidei ex meritis, ſed ex miſericordia Dei, dicebat, Romanorum 12. Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei, & 3. cap. Iuſtificati gratis, gratia ipſius.

Contētio inter Iudęos, & Gentiles ad fidem Chriſti cōuerſos maxima.

Relicta hac prima contentione, veniamus ad ſecundam, quæ eſt contentio diſputationis, pro impugnatione falſitatis, & ponatur alia concluſio.

Concluſio ſecunda. Contentio prout eſt impugnatio falſitatis, ſi debito modo fiat, non eſt peccatum, ſed eſt laudabilis, de iſta, nihil eſt dicendum modo.

Contētio pro impugnanda falſitate poteſt eſſe laudabilis poteſtque eſſe peccatū veniale, & mortale.

Concluſio tertia. Contentio prout importat impugnationem falſitatis, modo inordinato, poteſt eſſe peccatū veniale, & etiam mortale, veniale, ſi paruus eſt exceſſus, mortalis ſi magnus. Hoc enim oſtendit Angelicus Doctor, ſic arguendo. Contrarietas loqutionis poteſt attendi dupliciter, vno modo, quantū ad intentionem contendentis, alio modo, quantū ad modum, ſi intenditur cōtrariari veritati, vituperabile eſt, ſi falſitati, laudabile eſt, quo ad modum, conſiderandum eſt, vtrum talis modus contrariandi, conueniat perſonis, & negotijs, ſi conuenit, eſt laudabilis, vel talis modus excedit conuenientiam perſonarum, & negotiorum, & ſic contentio eſt vituperabilis.

Contentio igitur diſputationis indiſcreta, eſt triplex, prima contra ſcientiæ veritatem, ſecunda, contra modeſtiæ congruentiam, tertia, circa materiam inutilem. Contentio quæ eſt impugnatio veritatis aduertenter, & modo immoderato, puta cum clamore, de qua loquuti ſumus, & cum D. Tho. probauimus illam eſſe peccatum mortale. Iſta contentio verſatur circa res magni momenti circa pertinentia ad fidem, circa illa, quæ terminata ſunt ab Eccleſia, & circa bonos mores. Solent enim in tali genere contentionis aliqua opponi ex malitia, vt moueant animum inſipientium ad odium, non ſolum ſubſtētantis oppoſitum, ſed totius religionis talis Religioſi. Contentio iſta, ſemper eſt peccatum, & vt in pluribus, mortale grauiſſimum, quia hoc non fit ex charitate, ſed ex elatione, vt ſocius maneat confuſus, talis igitur altercatio, non ſolum à religioſis procul eſſe debet, ſed à quocunque Chriſtiano.

Contētio diſputationis triplex, prima cōtra veritatem, ſecūda ſine modeſtia, tertia inutilis.

Contentio ſecunda, ſe tenet ex parte modi. Contentio pro defenſione veritatis (vt in concluſionibus dictum fuit) ſi fit debito modo, laudabilis eſt, ſi indebito modo, vituperabilis, propterea ſi talis diſputatio facta eſt cum clamore, & ſtrepitu, veniale peccatum eſt, ſi fiat ſine ſcandalo prout dicemus in vltima concluſione. Contentio etiam contra falſitatem ſi fiat cum ſcandalo, erit peccatum mortale. Si autem fiat contentio ad impugnādam falſitatem, debito modo, laudabilis eſt. In quo ſenſu Catholici contra hæreticos contendūt, & defendunt veritatem, & meritoriè quidem, ſi ſunt periti in his quæ ſunt fidei. Imperiti enim hoc pondus ſummere non debent, quoniam excedit vires ſuas, hoc etiam facere non debent propter periculum, quoniam ex hac audacia peccant mortaliter, ſi abſque maxima neceſſitate diſputant cum illis. Talis diſputatio, à peritis non eſt facienda coram indoctis, & ſimplicibus, ex ſententia Doctoris Sancti 2. 2. q. 10. art. 2. quia ſimplices, & indocti, vacilare poſſent, audientes falacias contra fidem, quas ipſi ſoluere neſciunt. Coram doctis talis contentio eſt vtilis & neceſſaria, ad impugnandam temeritatem hæreticorum obſtinatorum in ſua perfidia. Nunc loquamur de inutili diſputatione, ſeu contentione, quæ eſt tertia contentio diſputationis. Iſta contentio vitioſa eſt, propter materiæ inutilitatem, & hæc fit quando contenditur de re nullius momenti, vtrum talis res ſit, vel non ſit, ſic ſe habeat, vel non. Hoc damnat Apoſtolus 1. ad Tim. 6. dicendo. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſacris ſermonibus Ieſu Chriſti, & quæ ſunt pietatis, & doctrinæ ſuperbus eſt, & nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnā verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiſciones malæ, conflictationes,

Diſputare cōtra infideles, & hæreticos non debent niſi à Doctiſſimi, & periti ſſimi in rebus fidei.

nes,

Digitized by Google

nes hominum, mente corruptorum. Quæſtio enim tunc erat inter Chriſtianos nouiter ad fidem Chriſti conuerſos. An aliquis eſſet ſeruus, cum omnes ex eiſdem patribus ſint nati, & omnes Chriſtus redemit, pugna verborum apud illos erat, quia neſciebant concordiam verborum Chriſti, & Apoſtoli eius Pauli. Dicebat Dominus. Si liberauit vos filius, verè liberi eritis. Dicebat autem D. Paulus, qui ſub iugo ſeruitutis ſunt. Dominos ſuos, omni honore dignos arbitrentur. Contentio iſta, eſt contentio verborum tantum. Chriſtus Dominus loquitur de ſeruitute animæ per peccatum, à qua Chriſtus nos liberauit. Apoſtolus loquitur de ſeruitute corporali, ſecundum quam vnus, eſt ſeruus alterius.

Nota inutiles diſputationes irritandæ à quolibet fideli.

In hoc genere contentionis conſiſtebat quæſtio illa. Si B. V. concepta fuit in peccato originali. Si B. Maria Magdalena fuit Virgo. Si Io. Euangeliſta ſit in cælo in anima, & in corpore, vel ſi modo eſt in Paradiſo Terreſtri. Si D. Petrus fuit magis dilectus à Chriſto quam D. Ioannes. Et idem de ſimilibus. Quæſtiones iſtæ cum ſint inutiles, omnino dimittendæ ſunt, propterea dimittamus nos illas. Contentio litigij videtur eſſe prohibita à Chriſto Domino, Matth. 5. vbi dicit, qui vult tecum contẽdere, vt tunicam tuam tollere dimitte ei, & pallium. Et D. Paul. 1. c. 6. Sæcularia iudicia ſi habetis omnino peccatum eſt in vobis, quibus in locis, nec Chriſtus, nec Apoſtolus eius Paulus, intelligit damnare iudicium rectum ſæculare, ſed illud, quod factum eſt contra iura. Quando Dominus dixit, non eſſe contendendum in iudicium, non eſt præceptum, ſed conſilium, propterea non obligat, niſi quo ad animi præparationẽ, ſcilicet, non ſolum dimittere ablata, ſed dare poſſeſſa. Et hoc oſtendit patientia Chriſtianorum tempore neceſſitatis, D. Paulus ſimiliter condamnat ſæcularia iudicia, quæ fiunt à iudicibus non competentibus, & contentiones factæ inutiliter ante illos, præcipue quando diſputatur de rebus fidei (coram infidelibus) condamnat ſimiliter iudicia ſæcularia, in quibus procedimus cum fraudibus mendacijs, & iniuſtitijs. Et quia vt in pluribus in iudicijs ſæcularibus fiunt multa peccata ex vtraque parte. In illis enim inueniuntur mẽdacia, periuria, odia, contumeliæ, fraudes, & ſimilia, vnde melius eſſet pro ſalute animæ, dimittere talia litigia, quã ſe exponere, tot periculis, præcipue, vbi lingia ſunt intricata, & miniſtri iuſtitiæ cauiloſi, & Iudices partiales. In litigijs contentio debet eſſe modeſta, afferre rationes ſuas, & non vituperare partem aduerſam. Tenetur Iudex omni diligentia operari, vt lites quam cito finiantur, ne fiant immortales. In l. properandum cap. de iudicibus. Circa hæc multa eſſent dicenda, ſed melius eſt, vt illis relictis pergamus ad propoſitum noſtrum.

Contentio litigioſa ſi nõ ſit ſecundum iura, ſed ex cauilatione fugienda eſt, quoniam ſine peccato non fit.

Vnum eſt obſeruandum ex Caietano Illuſtriſſimo, conſideratum à Magiſtro Dominico à Soto, ſcilicet, quod non ſolum qui impugnat formaliter veritatem contendendo contra ipſam, verum etiã virtualiter. Et hoc quando contra aliqua propoſita intendit procedere, & non eſt ſibi curæ an vera ſint, vel falſa, quæ impugnantur. Hæc intentio tantæ efficaciæ eſt inquiebat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vt etiam ad ipsã veritatem impugnandam ſe extendat, in iſta enim impugnatione clauditur impugnatio veritatis. Intentio igitur impugnandi veritatem formaliter, vel virtualiter acceptam, propriè eſt contentio, & eſt peccatum mortale, non ſolum quatenus eſt contra veritatem illorum quæ pertinent ad fidem, ſed etiam contra veritatem moralem, & contra veritatem quæ pertinet ad intellectus perfectionem, vt ſunt veritates vniuerſales, & etiam veritates in ſingulari ſpectantes ad bonum, vel ad malum proximi, vti de fama, de honore, de iudicio, & de ſimilibus. Circa hoc addit Magiſter Dominicus Danenſis, quod impugnatio veritatis virtualiter, non ſolum ſe extendit ad ſupradicta, ſed ad alia, Nam hæreticus, qui impugnat veritatem fidei, æſtimans illam eſſe falſitatem ex ignorantia culpabili, non intendit propoſita impugnare ſiue vera, ſiue falſa ſint, nihilominus virtualiter intendit pugnare veritatem, quam culpabiliter æſtimat eſſe falſitatem, licet non ſit tam formalis, vel virtualis impugnatio, vt duæ prædictæ, v. g. Si quis contenderet, quod feſtuca non eſt in terra, non peccaret mortaliter propter imperfectionem naturæ, quia nihil refert, an feſtuca ſit, vel non ſit in terra, ſicut nec mendacium in his eſt mortale peccatum, quia non eſt pernicioſum, ſed iocoſum ratione imperfectionis naturæ. Ex his habemus quartam concluſionem in qua oſtenditur, quando contentio ſit mortale peccatum.

Contẽtio cũ intẽtione impugnandi veritatẽ eſt peccatum mortale.

Concluſio quarta, Contentio ſecundum quod importat impugnationem falſitatis, ſi fiat cum tanta inordinatione in contendendo, quod ex hoc generetur ſcandalum aliorum, poteſt eſſe peccatum mortale. Concluſio iſta probatur ſic. Dare occaſionem ſubuerſionis audientium eſt peccatum mortale, quia (vt patet) eſt contra charitatem. At contentio cum tanto inordinato modo facta dat occaſionem ſubuerſionis audientium, vt habetur ex Apoſtolo 2. Tim. 2. ergo erit peccatum mortale talis contentio, ſeu impugnatio falſitatis hoc enim diligenter obſeruare debent impugnatores falſitatis coram popularibus, maxime coram ſimplicibus, quia hoc deſeruit non parum ad quæſtionem decimam. 2. 2. art. 7. vbi tractatur de diſputatione cum infidelibus. Omnia enim iuxta concluſionem ſecundam fiant ſiue à prædicatoribus, ſiue à doctoribus, ſiue occulte, ſiue publicè, vt prudenter procedat. Et ſi accidat aliquando modus inordinatus, non ſit tantus vt excedat illum de quo loquitur. Tertia concluſio, & non pertingat ad modum inordinatum, huius quartæ concluſionis. His igitur ſic ſtantibus, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Contẽtio contra falſitatem ſi fiat ſine modo, & cauſat ſcãdalum eſt peccatũ mortale.

Argumentorum ſolutio.

THeologus primo argumento dicit minorem propoſitionem eſſe falſam, & ad probationem dicit, quod in Apoſtolis Domini erat conten-

Argumenti ſolutio.

tio

Digitized by Google

In diſcipulis Chriſti erat contentio imperfecta non autem perfecta, vel peccato venialis eſſe poterat nō tamen mortalis.

tio imperfecta materialiter non autem formaliter, modo declarato ſupra, quia prout docet Angelicus Doctor, in diſcipulis Domini, non erat contentio, cum intentione pugnandi veritatem, quia vnuſquiſque illorum defendebat id, quod ſibi verum videbatur, vnde contentio illa, non erat peccatum mortale, tamen venialis culpa eſſe poterat, quia contentio illorum erat circa rem paruam, & inutilem de qua non erat contendendum. Erat enim in contentione illorum inordinatio quædam, cum eſſet de primatu honoris, & de præcedentia in regno Chriſti antequam conſequutum illud fuiſſent. Nondum enim erant ſpirituales, vt gloſſa ibi dicit, propterea Dominus illos compeſcuit. Inquit enim Magiſter Seraphinus à Porcta, nondum erant ſpirituales diſcipuli ipſi abſolute loquendo, erant vtique ſpirituales, ſed non in gradu perfecto.

Argumētum ſecundum.

Inſurgit Lector, & contra prædicta format ſecundum argumentum intendens probare, quod neque contentio perfecta ſit peccatum mortale, tali medio. Nulli bene diſpoſito debet placere peccatum mortale in proximo, Sed Apoſtolo Paulo placuit contentio philipenſium, ergo contentio non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur. Inquit ibi Apoſtolus. Quidam ex contentione Chriſtum anuntiant, & in hoc gaudeo, & gaudebo, ergo cōtentio non eſt peccatum mortale.

Argumenti reſponſio.

Theologus huic argumento dicit, quod gaudere de contentione Philipenſium ſtat dupliciter, per ſe, ſcilicet, & per accidens, D. Paulus, non per ſe gaudebat de contentione illa, ſed per accidens, non gaudebat de contentione per ſe, quoniam de peccato non eſt gaudendum, gaudebat de contentione illorum per accidens, ratione fructus, qui ex prædicatione illorum proueniebat, nam talis contentio circa viuere Chriſtianum, quæ reperiebatur inter Philipenſes, perueniebat ad aures gentilium, inter quos data occaſione enuntiabatur Chriſtus, & multi illorum veniebant ad fidem.

Argumētum tertium.

Nō ſatisfacit hæc reſponſio Lectori, propter ea contra ipſam format tertium argumentum dicendo. Accidit, quod aliqui in iudicio, vel diſputatione contendunt (non animo malignandi) immo pro aliquo bono fine, vt faciunt illi qui contra hæreticos diſputando contendunt, de quibus loquitur gloſſa ſuper illud 1. Regum 4. Accidit quadam die, &c. dicendo. Catholici contra hæreticos contendentes, non commoueant niſi prius ad certamen commouerentur, ergo contentio non eſt peccatum mortale, aliter peccarent mortaliter contendendo, & diſputando cum hæreticis.

Argumenti ſolutio.

Contētio imperfecta, vel materialis, poteſt eſſe peccatū veniale.

Theologus ſoluit hoc argumentum dicendo, quod duplex eſt contentio, perfecta, & imperfecta, ſeu materialis, & formalis, vel ad impugnandam veritatem, vel falſitatem. Contentio perfecta formalis, vel virtualis ad impugnandam veritatem, eſt peccatum mortale (vt patet ex iam dictis) Contentio imperfecta, ſiue materialis, vel contra falſitatem, aliquando non eſt peccatum, & ſi eſt peccatum eſt veniale, niſi excedantur limites modeſtiæ in diſputando. Ex quibus dicimus ad argumentum, quod ille peccat mortaliter qui in iudicio contendit, vt impugnet iuſtitiam, & veritatem, formaliter, vel virtualiter. In diſputatione peccat mortaliter ille qui intendit impugnare veritatem doctrinæ. In hoc ſenſu catholici non contendunt cum hæreticis, ideo ipſi non peccant mortaliter, immo merentur, quia inſudant pro defenſione veritatis Catholicæ, hæretici autem peccant, quia in tali diſputatione quærunt impugnare veritatem. Contentio autem in iudicio, vel in diſputatione ſecundum, quod importat quandam accrimoniam loquentis, non eſt ſemper peccatum mortale, ſed aliquando non eſt peccatum, aliquando autem eſt peccatum veniale, prout in pluribus, ſicut diximus, & declarauimus in concluſionibus.

Argumētum quartum.

Vltimo loco ſe opponit Lector dicendo. Iob cum Deo contendiſſe habetur ex 39. vbi dixit Propheta. Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquieſcitur. Nihilominus Iob in tali contentione non peccauit mortaliter, ergo contentio non eſt peccatum mortale. Minor probatur ſic. Dominus manifeſtat hoc dicendo. Non eſtis loquuti rectum coram me, ſicut ſeruus meus Iob, prout habetur in eodem Iob cap. vltimo, ergo contentio non eſt mortale.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento inquit Theologus, reſpondetur dicendo, quod illo in loco Contentio accipitur pro diſputatione, prout declarat ipſemet Iob cap. 13. dicendo. Ad omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio. Non enim propriè Iob cum Deo contendit, quia non intendebat pugnare veritatem, ſed inquirere illam. Vitandæ igitur ſunt contentiones inutiles quoniam ex opere diaboli veniunt cui ſummè diſplicet pax, & concordia hominum. Legitur enim in vitis Sanctorū Patrum, quod in Heremo, erant duo fratres Deo militantes, in maxima concordia viuentes. Vnus illorum inſtigatus à Diabolo dixit alteri. Tot anni ſunt, quod Chriſto militemus, & nunquam inter nos fuit aliquā contentio. Contendamus, ergo obſecro adinuicem. Reſpondit ſocius. Ego neſcio contendere, neque modum contendendi noui vnquam. Cui ſocius dixit, ponamus aliquā rem hic in medio. Ego autem dicam Res iſta mea eſt. Et tu ex contrario dices, immo res iſta mea eſt. Et ego dicam denuo, quod res iſta mea eſt, & tu reſpondebis, non eſt verum hoc, res iſta mea eſt, & ſic contentio erit inter nos. Facta autem conuentione. Primus dixit, res iſta eſt mea. Secundus dixit non, ſed mea eſt. Primus oſtendens animi indignationem voce validiori dicebat, quod res iſta mea ſit affirmo. Secundus ſocius (credens, quod primus eſſet iratus) noluit amplius ſecum contendere, dixit illi. Si res iſta tua eſt, accipe illam cum benedictione Domini. Et ſic terminata eſt quæſtio. Cui primus ſocius dixit non oportet ſic procedere, dic ſemper, quod res iſta tua eſt, & ego dicam, quod eſt mea, vt contentio maneat inter nos. Iterum primus dixit res iſta mea eſt. Cui ſocius immo res iſta eſt mea. Ille altius voce validiori res eſt mea dicebat. Cui dixit de nouo ſocius. Si tua eſt accipe illam,

Exemplū ad diluendam diſcordiam, & remouendas cōtentiones.

illam, & terminata fuit contentio. Concordia inter illos manſit, & diabolus ab illo receſſit, cum confuſus remaneret ex eo, quod inter ipſos fratres diſcordiam ponere non potuit. Hæc dicta ſint pro caſu, & diſputatione iſta.

DISPVTATIO SEXTA in littera C.

De contritione, Prima pars ſacramenti pœnitentiæ.

APud omnes catholicos certiſſimũ eſt, quartum ſacramentum Eccleſiæ eſſe pœnitentiam, cuius quaſi materia ſunt cordis cõtritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, prout habetur ex Sacris Concilijs, Florentino, & Tridentino. Iam enim in diſputatione quarta de confeſſione tractauimus ordo alphabeticus requirit, vt modo tractemus de contritione, prima pars materialis huius ſacramenti, licet ordo doctrinæ quærebat, vt primo tractaremus de contritione, & poſtea de confeſſione. Diſputatio autem de tertia parte huius ſacramenti, ſcilicet, de ſatisfactione, tractabimus loco ſuo, ſcilicet, in diſputationibus in littera, S, ne diuertamus ordinem præfiſſum.

In hac diſputatione de contritione, Lector proponit multos caſus cum dubijs annexis diſputandos, inter quos iſte tenet primum locum.

In caſu enim quærit Lector, vtrum diffinitio contritionis ſit bene aſſignata, ſcilicet, quod contritio ſit dolor pro peccatis aſſumptus &c.

In primo autem dubio interrogat, vtrum contritio ſit actus virtutis.

In ſecundo dubio poſtulat Lector, An attritio poſſit fieri contritio.

In primo ergo caſu quærit Lector, ſcilicet, vtrũ contritio ſit dolor pro peccatis aſſumptus cũ propoſito confitendi, & ſatisfaciendi ſecundum arbitrium confeſſarij. Et vt clarè percipiatur difficultas, ponit argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, eſt communis opinio ſeu ſententia Theologorum, ſcilicet, quod diffinitio contritionis ſit iſta, ſcilicet, contritio eſt dolor pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi ſecundum arbitrium ſacerdotis, ergo diffinitio illa eſt propria contritionis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, D. Auguſtinus 14. de ciuitate Dei cap. 6. in medio, & cap. 7. 18. Et eſt prima diffinitio contritionis. Dicit dolor eſt de his quæ nobis nolentibus accidunt, ſed peccata non ſunt de numero illorũ quæ nos nolumus tẽpore contritionis cũ peccatũ per eũdẽ D. Aug. ſit volũtariũ, ergo cõtritio, nõ eſt dolor ꝓ peccatis, &c.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hũc caſũ tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſaria pro materia totius diſputationis, Illis declaratis, ſecundo loco ponit, & declarat aliquas diffinitiones contritionis; & vt magis percipiãtur proponit dubia, & reſſoluit, Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ, vt igitur rectè procedamus in hac materia tã neceſſaria Chriſtianis, hoc modo decreui procedere. Volens oipotens Deus, remediũ præbere his qui peccatũ cõmiſerunt poſt lauacrũ regenerationis .ſ. à peccato actuali quo denique ex filijs iræ filij Dei de nouo, efficeremur, vocaremus, & eſſemus. Ideo carnẽ aſſumpſit filius Dei, & tradidit ſemetipſum pro nobis, & ad hunc finẽ ſtatuit quartũ ſacramentũ Eccleſiæ .ſ. ſacramentũ pęnitentiæ, vt eo mediãte, Chriſti fideles mundarentur à quocũque crimine cõmiſſo poſt receptionẽ ſantiſſimi baptiſmi, & per ipſum homo acquiret gratiã, & vires, ad reſiſtẽdum mundo, carni, & diabolo. De quo ſacramẽto loquutus eſt Dñs Petro ipſum interroganti, & dicenti. Quoties peccauerit in me frater meus, & dimittã ei? cui Redẽptor noſter Matth. 18. dixit. Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Hoc ſacramentũ Theologi vocant ſecundã tabulã poſt naufragiũ. Et D. Th. ne decipiamus in hac re, cognoſcens loquutionẽ eſſe methaphoricã, declarat quare pęnitentia dicitur ſecunda tabula dicẽdo. Mare in quo oẽs ingreſſi ſumus per Adæ peccatũ eſt Mundus Nauis per quã ex hoc mari trãſimus ad portũ ſalutis eſt baptiſm ſacramentum, quo mediante ab omni peccato mũdamur, & quo ad culpã, & quo ad pęnã, & per ipſam in tranquilitate nunc innocentiæ nauigamus. Hæc nauis innocentiæ per peccatũ mortale frangitur, poſt cuius fractionẽ remanet pęnitentia. Et quia ipſa eſt per quã ſaluatur peccator, propterea vocatur à tabula reſpectu primæ tabulæ ſaluę nauis, igitur ſicut ille qui poſitus eſt in medio aquarũ, fracta naui ſaluari non poteſt ſine ſuffragio alicuius tabulæ fractę nauis. Ita homo in mortaliter exiſtens poſt baptiſmum, ſaluari non poteſt niſi auxilio diuino mediante, ſcilicet mediante ſacramento pęnitentiæ. Ecce neceſſitas ſacramenti pęnitentiæ. Modo accedamus ad materiam, & formam illius.

Oſtẽditur neceſſitas ſacramenti pęnitentiæ, & cur dicatur ſecũda tabula poſt naufragium.

In hoc ſacramẽto ſicut in quocũq; alio ſacramẽto reperitur materia, & forma. Forma ſe tenet ex parte miniſtri, materia autẽ ex parte pęnitẽtis. Forma in hoc ſacramẽto ſunt verba ſacerdotis prolata ſupra pęnitẽtẽ .ſ. Ego abſoluo te à peccatis tuis &c. Materia autẽ q̃ ſe habet in ordine ad pęnitẽtẽ eſt duplex, propinqua .ſ. & remota. Materia remota ſunt peccata, nõ vt appetenda, ſed vt totis viribus deteſtãda, ſicut ſtupa dicitur materia ignis .i. materia cõburẽda, ita peccata ſunt materia delẽda per pęnitentiam. Materia propinqua ſunt actus pęnitentis, nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Iſtæ vocantur partes integrales pęnitentiæ.

In ſacramẽto pęnitẽtiæ forma ſe tenet ex parte miniſtri ſacramenti materia autem ex parte pęnitentis.

Secundum quod obſeruare debemus, pro doctrinæ fundamento, eſt ſignificatum nominis huius, ſcilicet, contritionis. Quo ad quid nominis contritio deſumpta eſt, à verbo contero, & ſignificat intimum dolorem. Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod hæc duo verba. Attero, & Contero latina ſunt, tamen contero ſignificationem auget inquit ipſe. Nam illa quæ dura ſunt, quando in multas, & magnas partes diuiduntur, frangi dicuntur, cum verò in minimas, conteri affirmamus. Et hoc eli-

Contritio dupliciter conſideratur ex parte eius à quo nomē impoſitur, & ex parte eius ad quod nomen impoſitū eſt.

catur ex verbis Domini Matth. 21. vbi ait, Dominus, Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, ſuper quem verò ceciderit conteret eum (his obſeruatis pro his à quibus contritionis nomen imponitur) Nunc autem veniendum eſt, ad id ad quod nomen illi imponitur, vel ad quod nomen impoſitum eſt. In ſacra ſcriptura cor hominis durum dicitur quia talis homo per ſuperbiam ſuo ſenſui inhærens, recedit ad obſeruantia præceptorum diuinorum, in ſignū cuius dicebat Deus. Induratum eſt cor Pharaonis. Quando autem homo ille recedit à malo, molificatur eius cor durum. Si autem imperfectè deteſtatur eius peccatum, talis deteſtatio dicitur attritio, quando autē per ſpeciale auxilium Dei maximè deteſtatur peccatum ſuum, homo ille dicitur contritus, maximè ſi hoc facit amore Dei. Nam actus iſte in corde hominis, nullā afflictionem ad peccatum relinquit, ſed omne expellit peccatum à corde ſuo.

Contritio diffinitur, vt eſt virtus. & vt eſt pars ſacramēti, & vtroque modo eſt dolor aſſumptus pro peccatis.

Tertium obſeruandum eſt, quod contritio ſumitur dupliciter. Primo prout eſt actus virtutis, Secundu prout eſt pars ſacramenti pęnitentiæ. Et vtroque modo diffinitur, vt eſt actus virtutis ſic. Contritio eſt dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis, quo homo punit in ſe, quod dolet commiſiſſe, vel omiſiſſe, vt autem eſt pars ſacramenti ſic. Contritio eſt dolor pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, &c. Pro maiori intelligentia iſtorum obſeruandum eſt, quod dolor, qui in diffinitione contritionis ponitur eſt, duplex, ſenſibilis, & intellectualis qui eſt quędam affectio voluntatis circa illa, quæ nobis nolentibus accidunt. Primus dolor (vt patebit magis infra) non eſt de eſſentia contritionis, Secundus autem ſic, Primus dolor eſt effectus contritionis, & non eſt de eius eſſentia, ſenſus enim in quo formaliter eſt dolor, non percipit Deum qui eſt ſuper omnes ſenſus. Dolor autem exiſtens in voluntate eſt de eſſentia contritionis. Contritio enim eſt dolor voluntariè aſſumptus propter Deum dilectum, non propter timorem pęnæ, ſed propter afflictionem offenſę factę Deo, quibus notatis pro primo puncto, ponendæ ſunt diffinitiones variæ ipſius contritionis.

Contritio eſt dolor nō ſenſus, ſed deteſtatio peccatorum quatenus veniunt in offenſam Dei, cū propoſito mutandi vitam confitendi ſatisfaciendiq; pro illis.

Prima diffinitio. Contritio eſſentialiter non eſt dolor ſenſus, ſed deteſtatio peccatorum (quæ eſt in voluntate) quatenus veniunt in offenſam Dei cū propoſito mutandi vitam, confitendi, & ſatiſfaciendi, ſpe veniæ diuinitus obtinendæ. vt igitur diffinitio iſta clara exiſtat, obſeruandum eſt, quod in diuina ſcriptura nomine cordis voluntas deſignatur, ideo pro dolore cordis qui de eſſentia contritionis eſt, intelligitur dolor voluntatis. Nam ſicut cor, eſt principium motus corporalis, ita voluntas, eſt motrix omnium potentiarum, vnde nō eſt mirum ſi in diuina ſcriptura, & apud ſacros Theologos, contritio dicatur deteſtatio cordis circa peccata. Vlterius obſeruandum eſt, quod dolor ſenſus circa peccata, licet dicatur contritio, ſermo non eſt formalis, ſed effectiuus, propterea cōtritio, non eſt formaliter dolor, ſed effectiuè, quia talis dolor in pęnitente venit ab ipſa contritione. Hæc propoſitio igitur, contritio eſt dolor, veriſſima eſt cauſaliter, quia contritio eſt cauſa talis doloris, hoc enim videtur fuiſſe declaratum in libro de vera, & falſa pęnitentia, quo in loco dicitur, dolor eſt comes pęnitētiæ. Ibi enim nō dicitur, quod dolor ſi pęnitentia, ſed eſt comes pęnitentiæ, vt inſinuaret textus, quod licet dolor non ſit ipſa pęnitentia, eſt tamen effectus eius. In diuina. n. ſcriptura, perfecta contritio non eſt aliud niſi afflictio cordis, compunctio, & ſcitio ipſius, prout dicit Dauid in Pſalmis, & Deus per Ioelem Prophetam, ex his faciliter declaremus diffinitionē ipſius contritionis. Quælibet enim diffinitio cōſtat ex ſuo genere, & ſua differentia. In hac diffinitione genus, eſt, dolor pro peccatis voluntariè aſſumptus. Differentia, eſt quatenus peccata ſunt in offenſa Dei, ſimiliter, cum propoſito confitendi illa legitimo ſacerdoti, & cum propoſito ſatisfaciendi pro illis, pro viribus, iuxta voluntatem confeſſarij. Ex iam dictis patet quomodo genus huius diffinitionis intelligatur. Nihilominus Magiſter Seraphinus à Poreta, optimè illam declarat dicendo, quod ly dolor in diffinitione poſitus, denotat ſubſtantiam actus contritionis, quia actus ille qui eſt contritio, eſſentialiter eſt dolor nimius voluntatis, ita quod, non poteſt intelligi contritio (non intellecto dolore illo eſſentialiter) ſicut, nec homo intelligi poteſt, non intellecto animali. Reliqua poſita in diffinitione, ſe tenent ex parte differentiæ, primo in illa diffinitione dicitur, quod eſt dolor pro peccatis, hæc particula additur, vlterius, voluntariè aſſumptus, ad differentiam doloris inuoluntarij, ſed aſſumpti alijs de cauſis, ſimiliter ly pro peccatis in diffinitione, ſummitur particula illa formaliter, & non materialiter, inquantū reſultant peccata ipſa in offenſam Dei, ſed quia ex illis aliquando ſequuta eſt infamia, vel admiſſio dominij, vel pęna inferni, talis dolor non eſſet cōtritio, ſi eſſet cauſatus ab illis malis externis, & non à peccatis ipſis, vt ſic formaliter, nam talis dolor inuentus in hominibus peſſimis, & impijs, vt in Antioco, in Saule, in vtroque Herode, & talis dolor reperitur modo in damnatis, abſque fructu tamē. Item ly peccatis in diffinitione ſummitur vniuerſaliter idest de omnibus peccatis, ſcilicet, cordis, oris, & operis, de pręteritis, præſentibus, & futuris. Non tamen hoc vniformiter, nam de præſentibus actualiter, de futuris ex propoſito, quod manifeſtat Eugenius 4. in Concilio Flor. in decreto de Armenis quo in loco dicitur cordis contritio eſt, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo, cū propoſito, non peccandi de cætero. Accedamus ad alias particulas diffinitionis, inter quas ſequitur iſta. Cum propoſito confitendi, ponitur enim huiuſmodi particula, quia abſque tali propoſito non datur vera contritio. Inquit enim Apoſtolus Paulus. 9 hæbreorum. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum, ergo multo minus fit remiſſio peccatorum ſine effuſione ſanguinis Chriſti figurati per ſanguinem Hircorum, ſanguis enim Chriſti applicatur peccatoribus per ſacramenta, præcipuè per ſacramentum pœnitentiæ,

Declaratur diffinitio contritionis quo ad ſingulas particulas, poſitas in diffinitione.

de

Digitized by Google

de cuius integritate, & eſſentia eſt ipſa confeſſio ſi non in re ſaltem in voto.

Nam Chriſtus Dominus pro omnibus mortuus eſt, non tamen omnes beneficium eius mortis accipiunt. Solum enim illi ſaluantur quibus applicantur merita Chriſti per ſacramenta Eccleſiæ, præcipuè per baptiſmum, & pœnitentiam, & per alia ſacramenta dignè ſuſcepta. At quia lapſis ſeu conſtitutis in peccatis abſque ſacramento pœnitentiæ non applicantur merita Chriſti, propterea in Concil. Trid. ſeſſione 14. art. 2. vbi de ſacramento pœnitentiæ agitur, dicitur. Eſt autem hoc ſacramentum pęnitentiæ lapſis, poſt baptiſmum, ad ſalutem neceſſarium. Et nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Et in Canone. 6. dicitur. Si quis negauerit confeſſionem ſacramentalem ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, Anathema ſit. His viſis accedamus ad vltimam particulam diffinitionis, quæ eſt, cum propoſito ſatisfaciendi. Iſta enim particula eſt per maximè neceſſaria, Alioquin ſi contriti de peccatis ſuis, non haberent propoſitum ſatisfaciendi, non haberent firmum propoſitum ſubijciendi ſe clauibus Eccleſiæ, quod eſt per maximè neceſſarium ad ſalutem. Nam ad miniſtros huius ſacramenti pertinet, ex commiſſione Chriſti Domini ligare, & ſoluere. Nam confeſſarius non ſolum debet pœnitentem abſoluere à peccatis, verum debet ligare abſolutum ad opera ſatisfactoria, cum pietate tamen. Hæc pro iſta diffinitione contritionis. Nunc accedamus ad aliam.

Contritio eſt compũctio, & humilitas mentis cũ lachrymis veniens de recordatione peccati, & timore iudicij.

Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 12. in principio aſſignat vnam aliam diffinitionem contritioni dignam maximæ conſiderationis.

Secunda diffinitio eſt iſta. Contritio eſt compunctio, & humilitas mentis cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore Iudicij, Hanc diffinitionem de claro ſic, vna cum Poreta, quo ad ſingulas particulas, Primo dicitur contritio eſt humilitas mentis ſeu ſpiritus, prout dicit D. Gregorius, ratio eſt, quia humilitas componitur ex ſummis, & imis. Nam humilitas facit, quod homo peccator humiliet ſe, non ſolum coram Deo, ſed coram creaturis etiam, vt percipere poſſit veniam peccatorum ſuorum. Quando homo attentè, conſiderat defectus ſuos, vileſcit ſibi ipſi, propterea inclinat ſe Deo, & miniſtris eius. Inquit enim Iſidorus, quod contritio eſt, humilitas mentis ſeu ſpiritus, vt oſtenderet, quod verè contritus, non ſolum externè, ſed internè humiliat ſe, humiliatio mentis, & ſpiritus denotat humiliationem voluntatis quæ eſt humiliatio virtuoſa, & fructuoſa, realis, & non fictitia, cum talis humiliatio fiat, in deteſtationem peccatorum. Non enim realiter humilitas ficta, & hypochritarum, eſt verè humilitas, ſed elatio quædam. Humilitas realis eſt donũ Dei, & prouenit ex Spiritus Sancti impulſu, non adhuc habitantis in homine qui reducitur ad cor, ſed mouentis, vt pœnitens poſſit ſe ad iuſtitiam, & virtutes præparare.

Vlterius contritio dicitur humilitas mentis, & ſpiritus, quia facit, quod peccator per intellectum ſuum cognoſcat ſe miſerum, aſcribẽdo peccata ſua ſibi, & non alijs. Qua de cauſa in iſta diffinitione ponitur alia particula, cum lachrymis, dicendo, cõtritio eſt compunctio cum lachrymis.

Ad contritionem concurrunt lachrymæ cordis & corporis ſimul.

Lachrymæ ſunt in duplici differentia, aliæ ſunt mentis, alię ſunt corporis, de vtraque lachryma loquitur Iſidorus in hac diffinitione, de illa mentis dum dicit compunctio, de illa corporis dum dicit cum lachrymis. Contritio enim facit lachrymare contritum internè, & externè immo principaliter internè (vt alias declarabitur) lachrymæ internæ ſunt neceſſariæ, externæ non ita ipſi contrito. Lachrymæ internæ ſunt compunctio, mentalis, diſplicentia peccatorum, quibus mediantibus pœnitens intelligit euitare omne peccatum, ſuper omne euitabile, & odire iniquitatem ſuam ſuper omne odibile abſolutè. Alia particula in diffinitione poſita, eſt quod huiuſmodi humilitas mentis in contrito veniat de recordatione peccati. Iſta recordatio peccatorum eſt deteſtatio, illorum de qua loquitur Dauid Rex dicendo Deo. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, vel quando dixit. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Ex iſta particula diffinitionis faciliter cognoſci poteſt contritus, ab incontrito. Nunc accedamus ad particulam penultimam, de timore Iudicij. Dixit enim Iſidorus quod contritio ſiue compunctio eſt humilitas mentis cum lachrymis veniens de recordatione peccati, & timore Iudicij.

Timor iudicij particularis, & vniuerſalis cõcurrit ad contritionem peccatorum cum ſpe veniæ illorũ.

Timor enim vt notum eſt apud intelligentes eſt duplex, filialis, ſcilicet, & ſeruilis, Iſidorus hoc in loco loquitur de timore ſeruili, qui eſt timor Iudicij, & gehennæ, talis timor non eſt malus præcipuè cum ad bonum finem ordinatur, nam per ſacramentum pęnitentiæ, multoties tranſimus à timore ſeruili ad filialem præcipuè quando homo, virtute clauium, ex attrito, fit contritus, hoc enim verum eſſe apparet in diuina ſcriptura, Niniuitæ enim & nonnulli alij populi, ex timore ſeruili ad filialem peruenerunt, & grati Deo fuerunt. Tandem quando Iſidorus, ponit vltimam particulam, ſcilicet, Iudicij, loquitur de timore vtriuſque Iudicij, particularis, ſcilicet, & vniuerſalis, timendũ eſt certè vtrunque iudiciũ, particulare, ſcilicet, & vniuerſale, particulare vt ſimus parati pro die mortis, vniuerſale, quoniã ſi morti fuerimus in gratia Dei, infalibiliter cum Chriſto ibimus in eius gloriam, ſi enim ab hac vita quis diſcedit in mortali, non ſolum anima eius guſtabit pęnas æternas vſque in diem Iudicij vniuerſalis, ſed ex tunc in perpetuũ, in anima, & in corpore efficietur de numero damnatorum. Merito igitur quiſque confiſus non in proprijs meritis, vel virtutibus, ſed in Dei miſericordia ſe diſponat ad benè viuendum, vt vna cum Chriſto Domino ſit aſſumptus in gloriam. Nam ſpes iſta eſt illa quæ pro vltima particula diffinitionis ponitur ab Iſidoro. Et iſta ſint pro ſecunda diffinitione contritionis.

Contritio eſt remittens, & annihilãs peccatũ exiſtẽs inter ſpẽ, & timorem.

Tertia diffinitio, Contritionis habetur ex D. Auguſtino, & ex D. Gregorio, quę talis eſt, contritio, eſt remittens, & annihilans peccatum exiſtens inter ſpem, & timorem. In primis dicunt Sancti iſti,

quod contritio eſt remittens, & annihilans peccatum. Ratio eſt quia effectus contritionis formatæ eſt remittere, & annihilare peccatum. Contritio informis ad hunc effectum vnque diſponit, non tamen illum producit, Ratio eſt, quia ſine charitate non fit remiſſio peccatorum. Charitas autem tantum in contritione formata reperitur, cum ipſa ſit forma omnium virtutum. In contritione informis charitas non eſt, quia contritio informis eſſe non poteſt ſi eſſet in ea charitas. Vlterius dicunt, quod contritio eſt remittens, & annihilans peccatum, loquuntur enim Sancti iſti de peccato propriè dicto, quod in Dei offenſa conſiſtit. Contritio tamen non tollit fomitem peccati, nec mirum, quoniam baptiſmus, quod eſt ſacramentum ordinatum contra peccatum omne, non tollit fomitem, multo minus hoc facere poteſt contritio. Dicunt tamen Sancti iſti, quod contritio annihilat peccatum, non propriè, ſed impropriè, annihilare propriè eſt tollere omnino eſſe. annihilare autem impropriè eſt tollere rem à tali ſubiecto, quod idem eſt, quod remittere peccatum ei, in quo contritio propriè reperitur, & perfectè.

Manifeſtātur requiſita ad veram cōtritionem, vel ad eſſe vere contritum.

Tandem dicunt, quod huiuſmodi contritio exiſtit inter ſpem, & timorem, quia contritus ſperat adimpleri in ſe promiſſionem illam diuinam, ſcilicet. In quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabor, timet tamen quia incertus eſt de vera contritione in ſe, Pœnitens à miſericordia Dei accipit ſpem remiſſionis peccatorum ſuorum. Iuſtitia Dei nihilominus in illum prodocit timorem, pro maiori intelligentia iſtorum obſeruamus: requiſita ad veram contritionem, vel ad eſſe verè contritum, Primo enim ad contritionem acquirendam fides neceſſaria eſt, qua credimus verum eſſe, ſcilicet, quod infernus paratus eſt peccatoribus. Et quod Deus per merita Chriſti iuſtificat peccatores ad cor conuerſos, ex qua conſideratione concutitur peccator, & ad Deum totis viribus recurrit, & mediante bonitate filij Dei, remanet iuſtificatus, fugit infernum, & acquirit paradiſum, & ſocietatem Angelorum. Hæc ſint pro tertia diffinitione contritionis.

Quarta diffinitio contritionis, ex patribus, deſumpta a Nauaro in tractatu de contritione eſt, & in his conſiſtit. Cōtritio eſt pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo, actuali, vel virtuali, peccati proprij commiſſi, quatenus eſt offenſa Dei perfectè dilecti cum ſpe veniæ, & propoſito non peccandi amplius, ſaltem mortaliter, & confitendi, & ſatisfaciendi. Iſta propriè non eſt diffinitio, cum diffinitio debeat eſſe breuis, eſt tamen perfecta declaratio illorum quæ in diffinitione contritionis continentur, propterea, particulę omnes huius deſcriptionis diligenter conſiderandæ ſunt. Nauarus illas omnes, longo ſermone manifeſtat, quarū tres ſub breuitate explicabimus (breuitate enim gaudeant moderni) Prima enim particula in hac diffinitione eſt. Pœnitudo, quæ particula ſtat pro genere, nam pœnitudo, & dolor idem ſignificant, licet quo ad modum ſignificandi quodammodo ſint diuerſa, vt videri poteſt apud ipſummet Nauarum. Pœnitudo enim ſicut, & dolor, reperitur non ſolum in contritione formata, ſed etiam in contritione informi, ſeu in attritione. Secunda particula eſt, quod ſit voluntaria, & ratio eſt, quia pęnitentia violenta nullius eſt meriti, Nam & damnati pœnitent ſe peccaſſe, fruſtra tamen, quia non ex amore Dei, ſed ex acerbitate pœnæ dolent. In diffinitione hac ponitur dolor peccati, vt diſtinguatur pœnitentia beatorum, à viatorum pęnitentia quia illa eſt ſine dolore in hac reperitur dolor, hic autem contritio eſt cum dolore, & cum dolore maximo. Cum in perfecta contritione requiratur ſupremus dolor mentis, & etiam corporis (modo poſſibili.) In pœnitente enim appreciatiuè debet reperiri maximus dolor, ſicut & maximus amor erga Deū, reperiri in cōtrito debet, & talis dolor requiritur quo ad peccata propria actualia. De alienis autem ſi non ſit tantus dolor, nihil refert dummodo ſit diſplicentia, ſimiliter de peccato futuro ad quod animus omnino non eſt terminatus; dico ad quod animus non eſt omnino terminatus, quia tale eſſet peccatum actuale cordis, licet, nondum eſſet in opere Et quia pœnitens debet per maximè odire id quod venit in offenſam Dei, quapropter dolerì debet de peccato, prout eſt offenſa Dei principaliter. Secundario debet doleri de peccato quatenus per illud non ſolum incurrit in pęnam damni, ſed ēt peccatum fecit illum ſubiectum pęnis inferni, & multis incommodis mūdi hujus. Hæc omnia bona ſunt, ſi ordinata ſint in cultum Dei. Et ratio requirit. Nam cum Deus ſuper omnia ſit diligendus, etiam ſuper omnia odiū habendum eſt id quod Dei bonitatem offendit, ideſt peccatum. Debet enim pęnitere pęnitens, cum ſpe veniæ, quia ſine tali ſpe, (vt ſuperius declaratum fuit) non fit remiſſio peccatorum. Dictū eſt in diffinitione, quod pęnitens debet pęnitere de peccatis cum propoſito amplius non peccandi ſaltem mortaliter, quia ſine tali propoſito nullus à mortali liberatur, vt habetur, ex ſententia ſummorum pontificum, & Conciliorum. Tandem pęnitens propoſitum habere debet, confitendi, & ſatisfaciendi. Quia licet contritio tollat peccata quo ad culpam, & quandoque quo ad pęnam, nō tollit tamen obligationem, confitendi proprio ſacerdoti, vt inquit Adrianus in quarto de Confeſſione quæſtione 1. col. penultima, Tenetur non ſolum ad confeſſionem verum etiam ad ſatisfactionem, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatū, & tenetur ſeruare illa quæ ei præcipiet confeſſarius, vt autem iſta omnia magis percipiantur proponenda ſunt dubia, ancilla & ſoluenda.

Cōtritio eſt pęnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali propri peccati commiſſi quatenus eſt offenſa Dei perfectè dilecti cum ſpe veniæ & propoſito nō peccādi amplius ſaltem mortaliter, & confitendi, & ſatisfaciendi.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector, An contritio ſit actus virtutis. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Probatur tali ratione. Nihil eſt meritorium, niſi ſit actus virtutis. Sed contritio eſt quidam actus meritorius, ergo eſt actus virtutis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale ratiocinium formatur.

Paſſio-

Paſſiones non ſunt actus virtutis, at contritio eſt paſſio, ergo contritio non eſt actus virtutis. Maior propoſitio ex Ariſt. 2. Ethicorum c. 5. habetur, vbi dicit, quod ex paſſionibus neque laudamur, neque vituperamur. Minor autem eſt certiſſima. Nam dolor eſt paſſio quædam. Contritio autem eſt dolor, ergo paſſio quædam.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione huius dubij duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Cōtritio quo ad ſignificatum nominis non eſt virtus, bene autem quo ad id, quod impoſitum eſt nomen, & eſt pars ſacramenti.

Concluſio prima. Contritio ſecundum proprietatem nominis non ſignificat actum virtutis, ſed potius quandam paſſionem corporalem, hoc ex dictis in caſu habetur, ibi enim per phyloſophum. Metheorotum quarto, declaratum fuit, quod conteri ſignificat propriè ſolidum in ſe, reduci per fractionem ad partes minimas, Ecce corporalis illa paſſio de qua loquitur concluſio quæ eſt reduci ſolidum in ſe, per fractionem in partes minimas. At huius corporalis reductio in partes minimas non eſt actuus virtutis, ergo contritio ſecundum nominis impoſitionem nō eſt actus virtutis.

Concluſio ſecunda. Contritio quo ad id, quod impoſitum eſt nomen eſt actus virtutis, ſcilicet, ad conterendum, prout ſignificat anihilationem ſeu cōminutionem illius voluntatis, qua commiſſum eſt peccatum, vt ſic eſt actus meritorius, & actus virtutis illius ſacramenti, quod dicitur pęnitentia.

Probatur concluſio iſta. Comminuere in propoſito idem eſt, quod deteſtari illam voluntatem qua commiſſum eſt peccatū importat. n. de ſe bonum ex genere, & aliquam rectitudinem voluntatis, quod ex hoc ſit virtus pœnitentiæ, probatur. Pœnitentiæ proprium eſt deteſtari ac deſtruere peccatum præteritum. Ex pœnitentia enim voluntatis ſequitur deſtructio, & illius de quo pœnitet, ſiue ſit ſcriptum, vel dictum, vel factum, & hoc eſt, quod intelligit Doctor Sanctus dicendo. Pœnitentia eſt deteſtari, & deſtruere peccatum præteritum, vnde ab hoc effectu dixit Deus Gen. 6. Pœnitet me feciſſe hominem, ideſt volo delere hominem, vt infra poſtea dicit delebo hominem, quē formaui. In hoc tamen non poſſumus ponere mutationem in voluntatem Dei, ſed miſticè loquutus eſt Deus. Pœnitet me feciſſe hominem, ideſt pęnitentiam agam pro homine, carnem aſſumendo, & moriendo pro peccatis hominum.

Cōtritio quę eſt virtus pars ſacramēti pęnitentiæ eſt.

Ex his colligitur vnū corellarium, ſcilicet, quod Pœnitentiæ virtus, ſeu contritio, vt virtus (quod idem eſt) ſic pars pœnitentiæ ſacramentalis, ſeu quod contritio ſit pars ſacramenti. Nam pœnitentiæ ſacramentum tres habet partes, ſcilicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, ex Concil. Trid. ſeſſione 14. cap. 3. can. 4. Deteſtatio peccati eſt contritio, manifeſtatio confeſſio, & quod ſequitur ex his eſt ſatisfacio, vlterius dicit Angelicus Doctor, quod contritio eſt anihilatio peccati ita vt nihil maneat de peccato in quo caſu voluntas peccatoris dicitur anihilata. Tunc enim ad nihilum deducitur voluntas maligna, quando quis eam cupit nunquam fuiſſe, ſic enim per voluntatem præſentem contritus voluntatem illam qua voluit prius peccatum annihilat. Et quia contritus non tantum dolet de præterito, ſed etiam propoſitum habet non peccandi de cætero. Ideo hæc annihilatio in futurum etiam reſpicit, ita vt velit præſens contriti voluntas, quod nunquam maligna voluntas, ſeu voluntas peccandi in æternum in ſeipſum reperiatur. Et hanc annihilationem contritus omnino ex corde vult non perfunctoriè, vel ſuperficialiter, aut remiſſo modo, ſed ſimpliciter, & abſolutè. Nam contritus ex corde omnino, quibuſcunque in contrarium non obſtantibus vellt ea omnia, vt nunquam peccandi voluntas reuiuiſcat, amputare, reſcindere, neceſſarioque ſibi faciē da pro medela animæ ſuæ facere, veniat (inquit) quicquid poteſt in contrarium, Ego (auxilio Dei fretus) nunquam volo peccare in æternum, ſi relinquendus eſſet talis attentus, ne pacem relinquam, ſi relinquendus eſſet Pater, vel mater, ne pacem relinquam, ſi relinquendus eſſet totus mundus, ne pacem relinquam. Si reſtituenda eſſet res, fama, pecunia, & mihi mendicandum eſſet, vt à peccato liberet, mendicabor. Modo non pacem omnino faciam omnia patiar omnia ſubſtinere libenter volo. Et hoc eſt, quod diximus in caſu, ſcilicet, quod dolet contritus de peccatis ſupra omne doloroſum, & vitare intendit illud ſuper omne vitabile.

Manifeſtatur in quibus differat veraciter contritus ab attrito, & via reducendi attritio ad eſſe contritū.

Oculum tamen debet habere contritus in hoc factum, ne intret in tentationem, quod faciet ſi ſe in mano Domini ſtatuit. Attritus non ſic reſolutè voluntatem peccandi abſolutè annihilare deſiderat, ſed tepidè, quodammodo vult, & non vult, vt facit piger, in gratia Dei perdurare vellet, ſed cupit manere in gratia amicarum, vel amicorum, quæ vel qui, ſæpè occaſionem peccandi fuerunt. Et ſi forte eas, vel eos dimittere permittit, vel proponat, multo frigidè hoc facit. Obſeruandum tamen eſt, quod attritus eſt inuia ad contritionem, maxime accedente auxilio Confeſſoris explicātis illi mala quæ per peccatum incurrit, periculum mortis repentinæ, grauitatem, ingratitudinem in recidendo, præ oculis illi debet ſuadere, habere, quam breuia ſunt, caduca, & nulla omnia delectamenta, in quibuſcunque peccatis, & vt recipiscat, prudens confeſſarius ad memoriam pœnitentis reducere debet, nouiſſima illius peccata, dicendo illi cum Apoſtolo. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis, proponere illi paſſionem, & mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti dicēdo, ambola fili mi per has duas vias, ſcilicet, per recordationem iniquitatum tuarum, & per memoriam mortis, & paſſionis Domini, Prima via ducet te ad compūctionem cordis, Secunda ad obtinendam remiſſionem tuorum delictorum. Et ſi confeſſor ſuauiter ducet pœnitentem ad Deum. Et hoc eſt, quod dicitus, quod attritus ſæpe ſub manu confeſſoris fit contritus. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod in contritione eſt duplex dolor de peccato, vnus i parte ſenſitiua quę paſſio eſt. Alius dolor eſt in voluntate, qui nihil eſt aliud quam diſpliſentia alicuius mali, ſecundum quod affectus voluntatis nominatur per nomina paſſionum, in quo ſenſu contritio eſt dolor per eſſentiam, & eſt actus virtutis penitentiæ. In primo ſenſu dolor nõ eſt eſſentialiter contritio, prout eſt actus virtutis, ſed effectus pœnitentiæ ſeu contritionis, ſed tamẽ hic dolor inquit Doctor Sanctus, poteſt pertinere ad contritionem inquantum eſt pars ſacramenti. Et aſſignat rationem dicendo, quia ſacramenta non ſolum in interioribus actibus, ſed etiam in exterioribus, & in rebus ſenſibilibus nata ſunt eſſe, vnde ſi quæratur. An contritio ſit dolor, reſponſio eſt, quod eſt dolor voluntatis, non autem dolor ſenſitiuus, eſſentia autem contritionis eſt diſplicentia voluntaria de peccato, dolor autem dicitur, conſecutiuè, vel cauſatiuè, ſeu reſultatiuè, ex diſplicentia illa, cauſatus in parte ſenſitiua, afflictio, dolor, & triſtitia quibus tanquam ſignis proteſtatur voluntas diſplicentiam ſuam de peccato, ac ſi per extortores hos ab ea cauſatos effectus videamus audiamuſque ipſam dicentem, Tedet animam meam vitæ meæ, ſcilicet, præteritæ. Addit tamen Magiſter Seraphinus à Porera, Licet autem dolor exterior, non ſit contritio quæ eſt virtutis actus, ſed huius contritionis effectus, poteſt tamen peruenire ad contritionem quæ eſt pars ſacramenti. Hoc eſt, inquit. Non omnia quæ pertinent ad contritionem quæ eſt pars ſacramẽti ſunt eſſentialiter actus virtutum, ſed ſufficit, quod ſint effectus illarum, v.g. Contritio pars ſacramenti, eſt diſplicentia voluntaria de peccato (ecce actus virtutis) cum dolore ſenſitiuo, ecce effectus illius virtutis, primum eſſentialiter requiritur ad contritionem partem ſacramenti, ſecundum autem non ſic neceſſario, & ideo adhoc ſignificandum. D. Thom. in litera vtitur hoc modo loquendi, poteſt pertinere ad contritionem, & non dixit abſolutè pertinet.

Contritionis eſſentia eſt diſplicentia voluntaria de peccato, eſt autẽ dolor cauſatiue. & non aliter.

Nota.

Ex his appertè deſtruitur impia hæreſis Lutheri, dicentis. Contritio quæ paratur per diſcutionem conſcientiæ, facit hominem magis peccatorem, dictum impiiſſimum eſt. Nam talis contritio quandoque peruenit ad perfectam diſplicentiam de peccato, per talem diſcutionem ponderationem, & conſiderationem, & per conſequens iſta eſt actus virtutis, ergo non facit hominem hypocritam, & peccatorem, vt dicit Lutherus, ſed Sãctum, & Deo gratum. In hac re iniquus Lutherus intendebat hominem diuertere ab omni bono, & in omni malo confirmare. Nam principium boni poſt peccatum, eſt Contritio. Et principium contritionis communiter eſt, per Concil. Trid. ſeſſione 14 cap. 4. ex timore pœnarum, & metu gehẽnæ. Item ex recognitione annorum in peccatis expenſorum, & ex conſideratione turpitudinis peccati, vnde qui tollere nititur de medio cauſas contritionis communiter exiſtentes, populos per hoc in omni malo detinere, & ab omni bono arcere laborat, & conſequenter tamquam diaboli miles infernum replere animabus fidelium, ipſiſque claudere viam æternæ ſalutis procurat. Ecce quam turpiter procedit Lutherus in hac re.

Dãnatur impietas Lutheri reprobãtis virtutem contritionis dicentis illam facere hominem hypocritam.

Optima eſt doctrina (inquit Lector) ſed supereſt ſcrupulus vnus. Nam ſicut contritio dicitur à tedio, ita attritio, ſed attritio non eſt actus virtutis ita neque contritio erit actus virtutis.

Inſtantia 2.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod attritio non dicit acceſſum ad perfectam contritionem, vnde in corporalibus attrita dicuntur, quæ aliquo modo diminuta ſunt, Contritio autem dicitur quando omnes partes diminutæ ſunt, & tritæ minutatim, vnde attritio in ſpiritualibus ſignificat quandam diſplicentiam peccatorum, ſed non perfectam, Contritio autem ſignificat diſplicentiam perfectam vnde licet contritio, & attritio dicantur à terendo, differunt tamen in modo, ex quo apparet differentia reperta inter eas. Contritio dicitur à terendo ſic, quod teratur res in particulas minimas, & ferre non viſibiles Attritio à terendo dicitur ſic quod in partes groſſas fractio fiat. Illa itaque per adaptionem quandam dicitur anihilatio, iſta non, cum ergo nõ ſit eadem ratio de vtraque, poterit contritio eſſe actus virtutis, etiam quod attritio talis actus non ſit.

Inſtant. ſolutio.

Vt igitur ſupradicta melius intelligantur attendamus ad cauſas contritionis, quæ multæ ſunt. Prima eſt cognitio peccatorum ſuorum. Iuxta illud 38. Iſaiæ. Recogitabo tibi oẽs annos meos, in amaritudine animæ meæ, Secunda eſt confuſio bona, & pudor ſeu verecundia ad cognitionem talem conſequens. Confuſibilia enim ſunt peccata maximè carnalia, quæ confuſio optima eſt, iuxta illud Apoſtoli Rom. 6. Quem fructum habuiſtis tunc, in illis, in quibus nunc erubeſcitis. Tertia cauſa eſt peccatorum fœditas, maxime carnaliũ peccatorum quem, & ipſum peccatorem vilem redunt, iuxta illud Hieremiæ 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas: idem, tam vilis effecta es, quod vix quis cogitare poteſt. Quarta cauſa eſt timor iudicij extremi ſiue in particulari in fine vitæ vniuſcuiuſque, ſiue vniuerſalis in extremo mundi, nam vtrumque eſt per ſe terribiliſſimum, & merito maximè peccatoribus ſecundum gradum delictorum propriorum formidabiliſſimum, & ad contritionem virtutem pœnitentiæ induſtiuum, ex ſacro Concil. Trid. vt ſupra. De vtroque loquebatur Petrus Apoſtolus, p. c. 4. dicendo, vix iuſtus ſaluabitur, impius autem, & peccator vbi peribunt? Can. 5. eſt conſideratio tanti boni amiſſi (id eſt gratiæ Dei, patriæque cæleſtis) & tanti mali acquiſiti, ſcilicet, vndecunque crudeliſſimę captiuitatis ſub diaboli poteſtate, de qua re dicitur peccatori Hierem. 2. Nihil habebit proprium perpetuæque gehennæ incurſus. Iuxta illud Apoc. 2. Memento itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, Idem memoratio profunda

Aſſignantur multæ cauſæ contritionis à quibus contritio procedit, & ex quibus cognoſcitur.

ſunda boni perditi, damnique acquiſiti inductio eſt ad pœnitentiam, ideſt ad contritionem, & ad faciẽda opera bona. Sexta cauſa eſt ſpes triplex, ſcilicet, ſpes veniæ qua per gratiam Dei peccata dimittuntur, ſpes gratiæ cooperantis qua aditæ, bona operamur, ſpes gloriæ qua de bonis factis remuneramur. His enim conſideratis pro primo dubio, accedamus ad ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit lector, An attritio poſſit fieri contritio. Et pro vtraque parte dubij adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale ratiocinium formatur. Attritio non aliter à contritione differt quam informe, à re formata. Hoc probatur, quod attritio eſſe poteſt ſine gratia, contritio autem non. Fides autem, quæ prius erat informis, poſtea per charitatem formatur, ergo pari modo attritio poteſt fieri contritio.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, eorum quorum principalia ſunt omnino diuerſa, neutrum poteſt alterum fieri. Attritionis autem principium eſt timor ſeruilis. Contritionis vero eſt amor filialis. Attritio, ergo fieri contritio nequit.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſaria pro fundamento doctrinæ, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ. Quo ad primum dicit, quod pro fundamento doctrinæ præſentis duo ſunt inueſtigandas, primo qualis quantaque ſit inter attritionem, & contritionem differentia, Secundo vtrum idem actus qui modo eſt attritio fieri poſſit contritio. Quo ad primum, licet variæ ſint opiniones, tamen omnibus illis relictis apud Magiſtrum Dominicum à Soto, in 4. d. 17. q. 2. art. 5. deueniendum eſt ad id, quod deſeruit propoſito noſtro, colliguntur enim quinque differentiæ inter contritionem, & attritionem. Prima ſumitur ex parte abſoluti. Nam Contritio eſt dolor de offenſa Dei propter Deum.

Ponuntur quinque differentiæ repertæ inter Attritionem, & cõtritionẽ digniori conſideratione.

Attritio autem eſt dolor de peccatis ob timorem inferni, aut aliorum nocumentorum temporalium. Secunda ſumitur ex parte cauſæ, Attritio oritur ex timore ſeruili, Contritio autem ex timore filiali. Ex qua differentia ſubſequitur tertia. Attritio poteſt elici ex viribus naturalibus, cum non ſit vltima diſpoſitio ad gratiã, & poteſt eſſe ſimul cum peccato. Contritio autem naſci non poteſt niſi ex auxilio ſpeciali, ſupranaturali præueniente liberum arbitrium, & ſimul infundente habitum pœnitentiæ, ex quo actus contritionis elicitur. Quarta differentia ſumitur ex parte effectus, & eſt, quod attritio non ſufficit ad conſtituendum hominem in gratia. Contritio, autem ſua intrinſica, virtute, diuinitus recepta, hominem in gratiam conſtituit, vnde contritio, non indiget extrinſica charitate, quoniam in ſe illam habeat. Tandem ex his ſumitur quinta differentia. Attritio poteſt eſſe informis. Contritio autem nequaquam, quia ſimul à Deo mouente liberum arbitrium, infunditur gratia, & charitas.

Impugnatio.

Lector impugnat has differentias aſſignatas præcipuè vltimum, dicendo. Poteſt homo ex puris naturalibus peccatum deteſtari quatenus eſt offenſa Dei, ſed talis deteſtatio, eſt proxima diſpoſitio ad gratiam, ergo viribus naturalibus poſſimus, nos ad gratiam diſponere. Minor conſtat. Maior probatur. Poſſum ego deteſtari peccatum quatenus eſt offenſa Patris, vel amici, cum ergo Deum naturali lumine conſtat cunctis creaturis eſſe meliorem poteſt quis peccatum deteſtari, quatenus eſt offenſa Dei.

Impugnationis dilutio. Vltima diſpoſitio ad gratiã nullus habere poteſt ſine ſpeciali Deo auxilio.

Theologus diſtinguit maiorem propoſitionem, & negat minorem, dicit, ergo, quod imperfectè poſſumus deteſtari peccatum ex puris naturalibus propter Dei amorem, perfectè autem non, ſine Dei gratia infuſa perfecta effectrix amicitiæ Dei, quæ nõ poteſt eſſe cum peccato. Negatur igitur minor, quod actus ille ex puris naturalibus ſit proxima diſpoſitio ad gratiam, cum talis diſpoſitio non fiat niſi per auxilium ſpeciale. Et ſi Caietanus vna cum Scoto dicat, quod ex puris naturalibus, poſſumus habere vltimam diſpoſitionem ad gratiam, decipitur. Nos in hac parte manemus in ſentẽtia negatiua. Magiſtri Dominici à Soto, dicẽdo, quod non eſt dabilis vltima diſpoſitio ad gratiam ex viribus naturæ. Et quod adhoc neceſſario requiritur auxilium ſupranaturale. His ſtantibus pro fundamento ponendæ ſunt concluſiones.

Attritio, ex obiecto attritionis, non poteſt fieri contritio ex obiecto contritionis immo vllo modo.

Concluſio prima. Attritio quæ intrinſicè ex obiecto habet, quod ſit attritio non poteſt fieri contritio, quæ intrinſicè id habet ex obiecto. Declaratur, & probatur, declaratur, & poſtea probatur concluſio iſta. Nam duplex eſt, contritio ſicut, & attritio. Prima contritio eſt ex obiecto quæ, ſcilicet, eſt dolor offenſæ Dei. Altera eſt, contritio extrinſica, & eſt qualiſcunque dolor peccatorum, informatus tamen gratia. Et pariter attritio altera eſt intrinſicè ex obiecto, quæ. ſ. eſt dolor peccati, non quatenus eſt offenſa Dei. Atque altera extrinſeca, quæ licet ſit dolor de offenſa Dei caret tamen gratia. Concluſio ratione etiam probatur ſic. Actus ſumunt ſpecies ex obiecto, ſed contritio, & attritio habent obiecta diuerſa, ergo differunt ſpecie, ergo vna non poteſt fieri altera. Confirmatur ſic. Attritio, & contritio dicunt tantummodo actum, vt patet. At vnus actus idem numero informis, ideſt procedens ab aliquo principio ſine charitate, non poteſt fieri poſtea formatus, ideſt procedens à principio illo formato charitate, hoc enim eſt certum quia principium illud nõ manet aduemente charitate, quia charitas eſt ſupranaturalis, per conſequens actus ex illa procedens eſt ſupranaturalis, at naturale non poteſt fieri ſupranaturale, neque econuerſo, ergo conſiderando attritionem, & contritionem ex obiecto formali, vna, vt ſic, in aliam non poteſt mutari.

Hoc etiam declaratur, quando charitas ſuper-

uenit iam actus ex viribus naturæ præceſſit, ſunt actus tranſeuntes, & nō immanentes, vnde quādo voluntas informatur charitate, incipit oprari præſtantiori modo quam prius, ergo actus præcedens, informis, qui erat in voluntate, receſſit, ergo non informatur à charitate, ſed producitur nouus actus in voluntate informatus charitate, iſte actus eſt contritio, & primus erat attritio, ergo vnus non fit alter.

Attritus ex infuſione gratiæ, & charitatis poteſt fieri contritus, ex virtute clauium.

Concluſio ſecunda, licet attritio non poſſit fieri contritio. Attritus autem virtute clauium fit contritus. Contritio enim quæ elicitur ab actu infuſo charitatis eſt donum ſupranaturale Dei. Attritio eſt actus naturalis, repugnat enim quod actus naturalis efficiatur ſupranaturalis. Homo autem ex attrito fit contritus, quia per acquiſitionem charitatis, regulat voluntatem ſuam, ita vt Deum anteponat alijs rebus, & doleat principaliter peccaſſe propter offenſam Dei. Et hoc inſinuare intendebat Doctor Sanctus, ex ſententia Magiſtri Dominici à Soto in 4.d.17. dicendo deteſtationes informes ex viribus naturalibus præcedentes gratiam, tranſeunt adueniente gratia, & virtute pœnitentiæ infuſę, & ideo nunquam informatur gratia, vnde abſolute concludit, D. Tho. attritionem non poſſe fieri contritionem. Ex modo procedendi Concilij Tridentini habetur veritas, harum concluſionum. Nunquam Patres illi cum de contritione loquerentur dixerunt, quod attritio quandoque fiat cōtritio, licet dixerint, quod attritio diſponat ad gratiam impetrandam in ſacramento pœnitentiæ. Aliud enim eſt diſponere ad contritionem gratia informatam, & aliud eſt conuerti in contritionem. Et vt clarius hoc percipiatur, pono verba Concilij ſeſſione 14. cap. 4. Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, & ſit cum ſpe veniæ. Et declarat Sancta Synodus nō ſolū, nō facere hominē hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine ſacramento pœnitentiæ per ſe, ad iuſtificationem peccatorem perducere nequeat, tamen eum ad Dei gratiā in ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hoc enim timore concuſſi vtiliter Niniuitę ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrauerunt. Ecce quam clarè loquatur concilium, & oſtendat, quod attritio eſt via ad contritionem, qua conuertimur ad Deum, & de peccatoribus efficimur iuſti. His igitur ſic declaratis, ſoluēndæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Attritio non manet ſimul cum contritione per aduentum contritionis deſinit eſſe ipſa attritio.

THeologus negat conſequentiam, ſcilicet, fides, & ſpes informes adueniente charitate ſunt formatæ, ergo & actus attritionis, ratio negationis eſt, quia habitus illi, ſcilicet, fides, & ſpes, manent, actus attritionis tranſit. At cum attritio cum ſit de genere bonorum, inquit Sotus, non inconuenit, quod poſſit permanere cum gratia, tamen ex doctrina D. Thom. hoc non eſt neceſſarium, quia adueniente, quod perfectum eſt, euacuatur quod ex parte eſt, hoc patet, quando homo ex attrito fit contritus, attritio tranſit, & contritio manet. Immo dicendum eſt, quod ante introductionem actus ſupranaturalis in penitentem, actus naturalis tranſit, ſic dicit doctor, ſcilicet, ante donum contritionis, recedit ipſa attritio. Fides igitur informis, & formata, eſt ſemper idem habitus ſubſtantialiter perſeuerans abſente charitate, à voluntate dicitur informis, adueniente illa in volūtate, fides dicitur formata, actus autem oportet quod ſint formati charitate, vel non formati quia trāſeūt, vnde attritio ex ſui natura eſt ſemper ſine charitate quia ex viribus naturæ procedit. Contritio eſt ſemper cum charitate, quia eſt donum Dei.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator, & inſtat ſecundo loco dicendo. Materia recipit perfectionem remota priuatione, ſed dolor ſe habet ad gratiam ſicut materia ad formam, hoc patet quia gratia informat dolorē, ergo dolor qui primo erat informis, (culpa exiſtente) quæ eſt priuatio gratiæ, remota culpa recipiet perfectionem informationis, à gratia, & ſic attritio fit contritio, quod eſt intentum.

Inſtant. ſolutio.

Actus attritionis per aduentum actus cōtritionis tranſit, cum ſit actus naturalis. & contritio eſt ſupranaturalis.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod maior propoſitio verificatur in materia permanenti, non autem in actu tranſeunte, vnde negatur minor. Nam dolor ille qui erat informis, non manet charitate adueniente, & ideo formari non poteſt inquit doctor Sanctus, ſecundo reſpondetur, quod materia eſſentialiter non habet originem à forma; ſicut actus habet originem ab habitu quo formatur, vnde non eſt inconueniens materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius nō informabatur, ſed hoc dicere de actu eſt impoſſibile, ſicut impoſſibile eſt, quod aliquis idē numero oriatur à principio à quo prius non oriebatur, cum res tantum ſemel in actu procedat, vnde non eſt ex defectu charitatis, quod attritio non informetur, quandoque charitas non poteſt non informare, ſed eſt ex defectu actus vocati attritio, qui trāſiens, mox non expectat aduentum charitatis, à qua ſi poſſibile fuiſſet eſſet informatus, ſed repugnat ergo eſt contra naturam rei ipſius, dicere quod attritio (cū ſit actus) poſſit fieri contritio. Impoſſibile. n. eſt dicere quod aliquis natus ſit, & quod eius natiuitas non præceſſit. Iam attritio à voluntate orta eſt ex opere naturæ, de nouo ab ipſamet voluntate non poteſt oriri ex opere charitatis, quia quod iam eſt non fit, & quod fit nōdum eſt, impoſſibile eſt ergo quod attritio fiat contritio.

Attritio cum ſit actus naturalis non poteſt fieri contritio quæ eſt actus ſupranaturalis.

Ex duplici cauſa procedit, quod actus informis non poteſt fieri formatus, & conſequenter, quod attritio non poſſit fieri contritio. Primo quia actus mox natus tranſit, vt dictum eſt, Secundo quia informatio actus dependet à priori, & non à poſteriori, ideſt habitus informaturus actum neceſſario præcedere debet illum, cum ab ipſo habitu

bitu

Digitized by Google

bitu actus informandus debeat neceſſario naſci, cum actus informis ab illo naſcatur, vnde ſi naſcatur informis, ſemper erit informis. Et aliquando aliquis actus dicitur formatus, hoc fuit à pricipio natiuitatis ſuæ, vnde ex littera habemus, ſi actus ille informis, etiam quod non tranſiret, ſemper eſſet informis, etiam ſi charitas poſtea informaret voluntatem. Et hoc non ex defectu charitatis quæ apta eſt informare, ſed ex conditione naturali ipſius actus, qui ſuum eſſe iam habet. Hinc eſt, quod ſi ille actus etiam poſt aduentum charitatis remanens, deberet eſſe formatus, oporteret ille denuo naſci à potentia iam habituata habitu ſupranaturali, verum tunc non eſſet idem actus numero totaliter, concludam ergo, quod attritio eadem numero totaliter, etiam ſi remaneret adueniente charitate non fieret contritio, niſi de nouo produceretur à voluntate, iam habituata charitate, vnde attritio eadem, non poteſt fieri contritio, licet attritus poſſit fieri contritus. Hinc fit inquit Magiſter Seraphinus à Poreta, quod ſatisfactio facta in peccato mortali, ab eo qui poſtea aſſequitur charitatem, eſt reiteranda ſi valere debet ad vitam æternam. Ratio eſt, quia actus informis tranſijt (& poſito quod non tranſeat) non niſi à natiuitate ſua habere poteſt ipſum eſſe formatum. Et quod dicimus de ſatisfactione, dicendum eſt de alijs actibus, vt ſunt meritorij. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ, ſeu argumenta pro parte negatiua caſus.

Satisfactio facta in peccato mortali ab eo qui poſtea aſſequitur charitatē eſt reiteranda.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Contritio eſt dolor ꝑ peccato voluntarius, ad delendum actū voluntar. ſi peccati.

THeologus primo argumento ſatjsfacit dicendo ad minorem, quod peccata fuerunt voluntaria non ſimpliciter, ſed pro tempore illo quo committebantur, propterea voluntariè perpetrata ſunt, non ſunt tamen voluntaria pro tempore quo pro illis conterimur, immo ſunt in nobis contra noſtram voluntatem. Nam & ſi peccata illa tranſierunt quo ad actum, manent tamen quoad reatum. Oportet enim quod dolentis, vel contriti voluntas nolit id quod voluntas peccantis volebat. Et ſic in iſto ſenſu dolor eſt de his quæ nobis nolentibus nunc, & ſimul eſt de his quæ nobis volentibus antea acciderunt. Modo vir contritus ſi poſſibile eſſet, nollet peccaſſe, ſed quia repugnat, quod id quod eſt factum non ſit factum, ideo contritus, & afflictus eſt pro Dei offenſa. Rationabiliter quidem, quia ſicut volūtariè peccauit, cum per D. Auguſtinum non eſt peccatum niſi ſit voluntarium. Ita dolor de peccato non eſt verè dolor niſi ſit voluntarius, contrarius voluntati peccantis.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum contra ſecundam particulam diffinitionis contritionis dicendo. Contritio nobis à Deo datur, cum ſit donum Dei, ſed quod datur non aſſumitur, ergo contritio non eſt dolor aſſumptus pro peccatis.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad maiorem propoſitionem dicit. Concedo quod contritio prout eſt donum Dei, quod detur nobis à Deo. Et vt ſic non eſt dolor aſſumptus à nobis. At quantum ad ſubſtantiam actus venit à Deo tanquam à cauſa principali, & à libero arb. tāquā à cauſa proxima. Et ex hac parte, dolor iſte eſt voluntariè, aſſumptus, virtutes enim infuſas, ex D. Auguſtino Deus in nobis ſine nobis operatur, non abſolutè, ſed ſine nobis cooperantibus, non tamen ſine nobis conſentientibus, vnde ad argumentum formaliter dicendum eſt, quod id quod ab alio tantum nobis datur, non aſſumitur à nobis, ſed id quod datur nobis, nobis conſentientibus, etiam aſſumitur à nobis, vt accidit in propoſito noſtro.

Virtus contritionis non datur nobis à Deo niſi nobis conſentientibus.

Argumētum tertium.

Lector format vltimum argumentum dicendo, videtur quod ſuperfluè in diffinitione contritionis addita ſint verba illa. Cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, quod ſic oſtenditur, Satiſfactio, & confeſſio ſunt neceſſaria ad hoc quod pœna remittatur quæ in contritione remiſſa non fuit, ſed quandoque tota pœna in contritione remittitur, ergo non eſt neceſſarium ſemper, quod contritus habeat propoſitum confitendi, &c.

Argumenti ſolutio. Vere contritus tenetur confiteri peccata ſua, & pro illis ſatiſfacere.

Theologus vnam cum D. Thom. concedit totum argumentum, & negat illationem concluſionis, & aſſignat rationem dicendo, quod duplici de cauſa verè contritus tenetur ad confeſſionem, & ſatisfactionem, Prima, quia homo non poteſt eſſe certus de ſua contritione, ſcilicet, quod fuerit talis, & tanta, vt totam pœnam, & culpam ſoluerit, vel abſtulerit. Et dato quod per reuelationem haberet talem certitudinem, tenetur etiam ad ipſam confeſſionem, & ſatisfactionem, vt ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ de confitendo (ſaltem) ſemel in anno, aliter peccaret cōtra tale præceptum, in quo dicitur, quilibet fidelis teneatur confiteri ſemel in anno peccata ſua proprio Sacerdoti. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis. Nunc ad ſecundum accedamus.

Caſus ſecundus.

LEctor proponit ſecundum caſum diſputandum cum dubijs annexis, quo ad habendam contritionem omnium peccatorum.

In caſu ergo quærit Lector vtrum debeat homo conteri de pœnis, ac de omnibus peccatis.

In primo dubio inueſtigat. An etiam debeat conteri de peccato actuali committendo. Et de alieno.

In ſecundo dubio inueſtigat, An quilibet debeat conteri de ſingulis peccatis mortalibus.

In præſenti caſu quærit Lector, vtrum homo debeat conteri de pœnis, & de omnibus peccatis, & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic. Pœnitentia eſt medicina contra omnia peccata præcipuè actualia, cum ſit ſecunda tabula poſt naufragium, ſed pœnitentia non eſt aliquorum peccatorum quorum non ſit contritio quæ eſt prima pars pœnitentiæ, ergo contritio debet eſſe de omnibus peccatis. Confirmatur hoc. Nullum peccatum dimittitur, niſi quis iuſtificetur, ſed ad iuſtificationem requiritur contritio.

tritio, ergo de quolibet peccato actuali conteri oportet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum. Ex decreto medicorum, contraria contrarijs curantur, ſed quædam peccata per triſtitiam committuntur, ſicut accidia, & inuidia, ergo illorum medicina non poteſt eſſe triſtitia, ſcilicet, contritio, ſed gaudium, ergo non eſt neceſſe, quod homo conteratur de omni peccato actuali.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa huiuſmodi caſum tria facit, Primo declarat aliqua, pro fundamento doctrinæ, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, & vt doctrina ſit clarior proponit dubia annexa eaque determinat, vltimo loco ſoluit argumenta partis negatiuæ.

De malis pœnæ poteſt vtique eſſe dolor, non autē contritio.

Quo ad primum obſeruanda ſunt duo, vnum circa pœnas peccati. Aliud circa peccatum originale, primum obſeruandum eſt, quod circa pęnas peccatorum, non reperitur contritio de culpa vtique, de pœna autem non, hoc enim oſtendit Doctor Sanctus dicendo. Contritio importat alicuius duri, & integri comminutionem. At huiuſmodi integritas & duritia, inuenitur in malum culpæ, non autem in malo pœnæ; in malo culpæ, quia voluntas quæ eſt cauſa culpæ, in eo qui male agit, ſtat in ſua duritia, propterea neceſſe eſt, vt conteratur, adhoc vt illi dimittatur culpa ipſa. Quantum ad pœnas non tenetur conteri, quia nullus tenetur illud de quo dolet, ſed pœnitens (ſecundum ſuum nomen) pœnam tenet, ergo non dolet de pœna, quia malum pœnæ non importat integritatem voluntatis, quæ debeat per dolorem diminui, cum pœnam ſimpliciter dicat diminutionem. Et ideo de malis pęnæ inquit Doctor Sanctus poteſt eſſe dolor, ſed non contritio, dolet pęnitens de pęnis in quas incidit pro ſua culpa, non tamen de illis conteretur, quia non eſt vnde conteratur.

Impugnatio prima.

Argumentator inſurgit dicendo, videtur, quod doctrina iſta ſit contra D. Auguſtinum in lib. de pęnitentia, dicit, Nemo vitam æternam deſiderat, niſi cum huius vitæ mortalis pęniteat, ſed mortalitas vitæ quædam pęna eſt, ergo pęnitens etiam de pęnis debet conteri.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod D. Auguſtinus ibi loquitur de pęnitentia largè ſumpta, & quod intentio ſua eſt, quod pęnitentia debet eſſe de hac mortali vita, non ratione ipſius mortalitatis, ſed ratione peccatorum ad quę ex infirmitate huius vitæ deducimur.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Argumentator, D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pęnitentia c. 14. ante medium tom. 4. ait quod pęnitens debet dolere ex hoc, ꝙ virtute ſe priuauit, ſed priuatio virtutis quædam pęna eſt, ergo contritio eſt dolor etiam de pęnis.

Impugnationis reſpōſio.

D. Thom. (inquit Theologus) deſtruit hāc impugnationem dicendo, quod ille dolor quo quis dolet ex amiſſione virtutis per peccatum, non eſt eſſentialiter contritio, ſed eſt principium eius. Nam ſicut aliquis monetur ad operandum aliquid propter bonum, quod inde expectat, ita monetur ad dolendum de aliquo propter malum quod inde conſequutus eſt, veritas enim huius doctrinæ habetur ex Concilio Florentino, ab Eugenio 4. in diffinitione data cōtritionis. Ibi enim dicit Papa, quod cordis contritio eſt, ad quam pertinet, vt peccator doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Ecce diffinitio contritionis, optima quidem cum ſit à Papa cum toto Concilio. Si eſt bona, non habet aliquid diminuti, ſicut nec aliquid ſuperflui, cum ergo non faciat mentionem de pęnis, ſed tantum de peccato, non enim dicit, quod doleat de pęnis, ſed de peccatis, ſequitur apertiſſimè, quod de intentione Sacri Concilij eſt, contritionem non eſſe de pęnis, alioquin illud dixiſſet, quod non fecit.

Dolor de virtute amiſſa per peccatū non eſt cōtritio, ſed principium contritionis.

Nō datur contritio de peccato originali, ſed tamē de actuali: et contritio de eo poteſt eſſe dolor.

Sed obſeruandum pro fundamento doctrinæ, & pro titulo ac quæſiti intelligentia, quod quādo quærimus ſi homo debeat conteri de omni peccato, quod quæſitum eſt de peccato actuali, non autem de originali, quia non datur contritio de originali peccato. Et quod hoc verum ſit oſtenditur ratione efficaci, Medicina debet eſſe proportionata morbo, Sed peccatum originale ſine noſtra voluntate contractum eſt, ergo non requiritur, quod per actum voluntatis qui eſt contritio ab ipſo purgemur. Contritio enim eſt contra duritiam cordis, ſindite corda veſtra, & eſt comminuite voluntatis duritiem, ergo cōtritio ſolum poteſt eſſe de illis peccatis, quæ ex duritia noſtræ voluntatis in nos proueniunt, ſub ſummamus minorem. Sed peccatum originale noſtra voluntate non eſt inductum, ſed ex vitiatæ naturæ origine contractum, ergo de ipſo, non poteſt eſſe contritio propriè loquendo, tamen de eo poteſt eſſe diſplicentia, vel dolor. Ideo vocatur peccatum originale non autem actuale, quia ex origine cauſatur, non ab actu volūtatis noſtræ (inquā) ad differētiā voluntatis Adæ, quia contractum fuit per actum voluntatis Adæ, & diffuſum in nobis, abſque noſtra voluntate, propterea tale peccatum dicitur vnum, & multa, vnum in ordine Adæ à quo proceſſit, multa in ordine ad omnes homines, quoniam contrahimus illud per actum generationis parentum noſtrorum, hoc oſtendit Concil. Trid. ſeſſione quinta. Decreto de peccato originali ſic dicendo. Hoc peccatum Adæ origine vnum eſt, & propagatione non immitatione trāsfuſum omnibus, & vnicuique proprium, propterea dicebat. D. Thom. quod peccatum originale noſtra voluntate non eſt inductum, ergo cum non ſit voluntarium non eſt vnde de eo ſit conterendum, tamen de illo poteſt eſſe diſplicentia, & dolor, vt dictum fuit.

Impugnatio prima.

Argumentator impugnat hanc doctrinam, inquit doctrina eſt bona, non tamen excludit quin de peccato originali debeat eſſe contritio, quod oſtenditur ſic, de peccato actuali cōteri debemus non ratione actus inquantum eſt ens quoddam, ſed ratione deformitatis. Cum actus ſecundum ſuam ſubſtantiam quoddam bonum ſit, & à Deo. Sed peccatum originale habet deformitatem,

ſicut

ſicut & actuale, ergo de eo conteri debemus.

Impugnationis dilutio. Contritio de peccato originali in Adamo reperiebatur in nobis talis cõtritio eſſe non poteſt.

Theologus dicit, quod verum eſt, quod contritio non eſt de peccato ratione ſubſtantiæ actus tantum, quia ex hoc non habet rationem mali, neque etiam ratione deformitatis tantum, quia deformitas de ſe non dicit rationem culpæ, ſed quandoque importat pęnam, debet enim de peccato eſſe contritio inquantum importat vtramque deformitaté ex actu voluntatis prouenientem. Hoc autem nõ eſt in peccato originali, ideo de eo non eſt contritio, Peccatum originale in Adamo erat peccatum perſonale, & actuale, & eius deformitas proueniebat ex actu eius voluntatio, quod non accidit in nobis, vnde (ille nõ autem nos) debebat conteri de peccato illo. Deformitas peccati originalis in hoc. v.g. puero, non eſt voluntatis pueri, qui in tali peccato generatus eſt, ſed tm̃ prouenit ex voluntate primorum parentum. Et in ſignum, quod de hoc peccato non debeat conteri homo quilibet, Sacrum Concilium de quo loquuti ſumus ſupra, diffiniendo contritionem, mentionem non facit de peccato originali. In concilio enim illo Florẽtino ſub Eugenio 4. diffinitio contritionis eſt, cordis contritio ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero, peccatum originale nõ eſt cõmiſſum niſi ab Adamo, ergo ad illud non ſe extendit contritio in vniuerſum ergo contritio de qua loquimur non eſt de peccato originali.

Cum igitur contritio non ſit neque de pœna peccatorum, neque de peccato originali, quæſtio manet circa peccata actualia, igitur relicto, huiuſmodi puncto circa ea, quæ ad fundamentum doctrinæ pertinent, ad punctum principale deſcendendum eſt, ſcilicet, circa peccata actualia, vt videre poſſimus, ſi homo de omni peccato actuali debeat conteri, ideo reſpondendum eſt in fauorem partis affirmatiuæ.

Cõtritio prima pars ſacramenti pœnitentiæ ad omne actuale peccatum ſe extendit.

Concluſio talis. De omni actuali peccato debemus conteri, licet concluſio ex his quæ dicta ſunt pro fundamento doctrinæ à ſufficienti diuiſione maneat clara, tamen ratione, & authoritate probatur. Ratione ſic. Si debeat qualecunque actuale peccatum curari oportet, quod contritionem actualem remittatur. Nam peccatum actuale quodcunque ſit illud, vel tranſgreſſionis, vel omiſſionis, mortale, vel veniale, ex duritia cordis prouenit. Cum in hoc voluntas legi Dei non cedat, & ad duritiam remouendam oportet adhibere contritionem, ergo de omni actuali peccato debet homo conteri. Concluſio iſta etiam certiſſima eſt, & rationibus pro parte affirmatiua caſus remanet comprobata.

Authoritate confirmatur concluſio iſta, deſumpta ex Concilio Florentino loco ſupracitato. Inſinuatum enim tunc fuit hoc, quando in Decreto Sacri Concilij diffinitum eſt, quod contritio cordis eſt ad quam pertinet, vt doleat de peccato cõmiſſo. Cum concilium nullum peccatum excludit omne includit, ergo de omni peccato actuali debemus conteri. Hoc enim tanto magis verum eſt, quanto diffinitiones rerũ intelliguntur vniuerſaliter, & in talibus indiffinita propoſitio æquiualet vniuerſali, ex Phyloſopho 1 libris poſteriorũ, Nec obſtat quod in diffinitione ſolum mentio fiat de peccato commiſſo, quia intelligenda eſt, etiam de peccato omiſſionis. Nam plus eſt peccatum commiſſum quam peccatum commiſſionis. Nam peccatum commiſſum, dicitur omne peccatum quomodocunque patratum, ſiue ore, ſiue corde, ſiue opere, ſiue ommittendo, ſiue committendo, ſiue mortaliter, ſiue venialiter deficiendo. Adeo quod ly peccatum commiſſum dicitur tantum, ad differentiam peccati originalis, quia originale vt ſic, non eſt commiſſum, ſed contractum. Commiſſum itaque æquiualet hinc quod dico ex voluntate propria incurſum. Quamuis ergo peccatum omiſſionis, non ſit peccatum commiſſionis, neque econtra, tamen peccatum commiſſionis ſi contingerit incurri diceretur verè peccatum commiſſum. Nam tale peccatum non eſt omiſſum, ergo poteſt dici commiſſum, confirmatur hoc, laudabile eſt, quod ab aliquo peccatum ſit omiſſum, & ſimiliter laudandus eſt ille à quo fuit omiſſum. Sicut econtra vituperabile eſt, quod opus bonum ſit omiſſum, & conſequenter is vituperandus eſt à quo tale opus omiſſum fuit. Oportet igitur, quod ſi in concreto loquamur de peccato præterito omiſſionis, quod vocemus illud peccatum cõmiſſum, non autem peccatum omiſſum. Relinquitur ergo, quod in diffinitione contritionis ab Eugenio Papa, & ſacro Concilio data, quod ſub ly de peccato commiſſo compræhendantur peccata cuiuſcũque generis, tam commiſſionis, quam omiſſionis, quoniam omnia iſta ſunt peccata actualia, ad quæ ſe extendit contritio, de qua eſt noſtra concluſio in caſu, & vt clarius appareat proponamus dubia.

Nota.

Non datur peccatũ actuale de quo nõ ſit conterendum cum omne tale peccatum ſit commiſſum.

Dubium primum.

LEctor in hoc primo dubio quærit cum de omnibus peccatis ſit conterendum. An etiam de peccatis futuris. Ex vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Contritio eſt actus liberi arbitrij qui magis ſe extendit ad futura, quam ad præterita. Cũ electio, quæ eſt de futuris contingentibus ſit actus liberi arbitrij, ergo contritio magis eſt de peccatis futuris, quam de præteritis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio demonſtratiua, ſacramentum pœnitentiæ ſemper reſpicit præterita. Contritio eſt prima pars pœnitentiæ, ergo eſt ordinata ad prætetita, & non ad futura, ergo de peccatis futuris non eſt conterendum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

De peccatis futuris nõ eſt contritio bene autẽ cautionem adhibenda.

Concluſio reſponſiua, Cõtritio non eſt de peccatis futuris, benè cautio adhibenda eſt circa illa,

vtraque

tritio, ergo de quolibet peccato actuali conteri oportet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum. Ex decreto medicorum, contraria contrarijs curantur, ſed quædam peccata per triſtitiam committuntur, ſicut accidia, & inuidia, ergo illorum medicina non poteſt eſſe triſtitia, ſcilicet, contritio, ſed gaudium, ergo non eſt neceſſe, quod homo conteratur de omni peccato actuali.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa huiuſmodi caſum tria facit, Primo declarat aliqua, pro fundamento doctrinæ, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, & vt doctrina ſit clarior proponit dubia annexa eaque determinat, vltimo loco ſoluit argumenta partis negatiuæ.

De malis pęnæ poteſt vtique eſſe dolor, non autē contritio.

Quo ad primum obſeruanda ſunt duo, vnum circa pœnas peccari. Aliud circa peccatum originale, primum obſeruandum eſt, quod circa pęnas peccatorum, non reperitur contritio de culpa vtique, de pœna autem non, hoc enim oſtendit Doctor Sanctus dicendo. Contritio importat alicuius duri, & integri comminutionem. At huiuſmodi integritas & duritia, inuenitur in malum culpæ, non autem in malo pœnæ, in malo culpæ, quia voluntas quæ eſt cauſa culpæ, in eo qui male agit, ſtat in ſua duritia, propterea neceſſe eſt, vt conteratur, adhoc vt illi dimittatur culpa ipſa. Quantum ad pœnas non tenetur conteri, quia nullus tenetur illud de quo dolet, ſed pœnitens (ſecundum ſuum nomen) pœnam tenet, ergo non dolet de pœna, quia malum pœnæ non importat integritatem voluntatis, quæ debeat per dolorem diminui, cum pœnam ſimpliciter dicat diminutionem. Et ideo de malis pęnæ inquit Doctor Sanctus poteſt eſſe dolor, ſed non contritio, dolet pęnitens de pęnis in quas incidit pro ſua culpa, non tamen de illis conteretur, quia non eſt vnde conteratur.

Impugnatio prima.

Argumentator inſurgit dicendo, videtur, quod doctrina iſta ſit contra D. Auguſtinum in lib. de pęnitentia, dicit, Nemo vitam æternam deſiderat, niſi cum huius vitæ mortalis pęniteat, ſed mortalitas vitæ quædam pęna eſt, ergo pęnitens etiam de pęnis debet conteri.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod D. Auguſtinus ibi loquitur de pęnitentia largè ſumpta, & quod intentio ſua eſt, quod pęnitentia debet eſſe de hac mortali vita, non ratione ipſius mortalitatis, ſed ratione peccatorum ad quę ex infirmitate huius vitæ deducimur.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Argumentator, D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pęnitentia c. 14. ante medium tom. 4. ait quod pęnitens debet dolere ex hoc, quod virtute ſe priuauit, ſed priuatio virtutis quædam pęna eſt, ergo contritio eſt dolor etiam de pęnis.

Impugnationis reſpōſio.

D. Thom. (inquit Theologus) deſtruit hāc impugnationem dicendo, quod ille dolor quo quis dolet ex amiſſione virtutis per peccatum, non eſt eſſentialiter contritio, ſed eſt principium eius. Nam ſicut aliquis mouetur ad operandum aliquid propter bonum, quod inde expectat, ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum quod inde conſequutus eſt, veritas enim huius doctrinæ habetur ex Concilio Florentino, ab Eugenio 4. in diffinitione data cōtritionis. Ibi enim dicit Papa, quod cordis contritio eſt, ad quam pertinet, vt peccator doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Ecce diffinitio contritionis, optima quidem cum ſit à Papa cum toto Concilio. Si eſt bona, non habet aliquid diminuti, ſicut nec aliqui ſuperflui, cum ergo non faciat mentionem de pęnis, ſed tantum de peccato, non enim dicit, quod doleat de pęnis, ſed de peccatis, ſequitur apertiſſimè, quod de intentione Sacri Concilij eſt, contritionem non eſſe de pęnis, alioquin illud dixiſſet, quod non fecit.

Dolor de virtute amiſſa per peccatū non eſt cōtritio, ſed principium contritionis.

Sed obſeruandum pro fundamento doctrinæ, & pro titulo ac quæſiti intelligentia, quod quādo quærimus ſi homo debeat conteri de omni peccato, quod quæſitum eſt de peccato actuali, non autem de originali, quia non datur contritio de originali peccato. Et quod hoc verum ſit oſtenditur ratione efficaci, Medicina debet eſſe proportionata morbo, Sed peccatum originale ſine noſtra voluntate contractum eſt, ergo non requiritur, quod per actum voluntatis qui eſt contritio ab ipſo purgemur. Contritio enim eſt contra duritiam cordis, ſindite corda veſtra, & eſt comminuite voluntatis duritiem, ergo cōtritio ſolum poteſt eſſe de illis peccatis, quæ ex duritia noſtræ voluntatis in nos proueniunt, ſub ſummamus minorem. Sed peccatum originale noſtra voluntate non eſt inductum, ſed ex vitiatæ naturæ origine contractum, ergo de ipſo, non poteſt eſſe contritio propriè loquendo, tamen de eo poteſt eſſe diſplicentia, vel dolor. Ideo vocatur peccatum originale non autem actuale, quia ex origine cauſatur, non ab actu volūtatis noſtræ (inquā) ad differētiā voluntatis Adæ, quia contractum fuit per actum voluntatis Adæ, & diffuſum in nobis, abſque noſtra voluntate, propterea tale peccatum dicitur vnum, & multa, vnum in ordine Adæ à quo proceſſit, multa in ordine ad omnes homines, quoniam contrahimus illud per actum generationis parentum noſtrorum, hoc oſtendit Concil. Trid. ſeſſione quinta. Decreto de peccato originali ſic dicendo. Hoc peccatum Adæ origine vnum eſt, & propagatione non immitatione trāſfuſum omnibus, & vnicuique proprium, propterea dicebat. D. Thom. quod peccatum originale noſtra voluntate non eſt inductum, ergo cum non ſit voluntarium non eſt vnde de eo ſit conterendum, tamen de illo poteſt eſſe diſplicentia, & dolor, vt dictum fuit.

Nō datur cōtritio de peccato originali, ſed tantū de actuali eſt contritio de eo poteſt eſſe dolor.

Impugnatio prima.

Argumentator impugnat hanc doctrinam, inquit doctrina eſt bona, non tamen excludit quin de peccato originali debeat eſſe contritio, quod oſtenditur ſic, de peccato actuali cōteri debemus non ratione actus inquantum eſt ens quoddam, ſed ratione deformitatis. Cum actus ſecundum ſuam ſubſtantiam quoddam bonum ſit, & à Deo. Sed peccatum originale habet deformitatem,

ſicut

Digitized by Google

ſicut & actuale, ergo de eo conteri debemus.

Impugnationis dilutio. Contritio de peccato originali in Adamo reperiebatur in nobis talis contritio eſſe non poteſt.

Theologus dicit, quod verum eſt, quod contritio non eſt de peccato ratione ſubſtantiæ actus tantum, quia ex hoc non habet rationem mali, neque etiam ratione deformitatis tantum, quia deformitas de ſe non dicit rationem culpæ, ſed quandoque importat pęnam, debet enim de peccato eſſe contritio inquantum importat vtramque deformitatē ex actu voluntatis prouenientem. Hoc autem nō eſt in peccato originali, ideo de eo non eſt contritio, Peccatum originale in Adamo erat peccatum perſonale, & actuale, & eius deformitas proueniebat ex actu eius voluntatio, quod non accidit in nobis, vnde (ille nō autem nos) debebat conteri de peccato illo. Deformitas peccati originalis, in hoc. v.g. puero, non eſt voluntatis pueri, qui in tali peccato generatus eſt, ſed tm̄ prouenit ex voluntate primorum parentum. Et in ſignum, quod de hoc peccato non debeat conteri homo quilibet, Sacrum Concilium de quo loquuti ſummus ſupra, diffiniendo contritionem, mentionem non facit de peccato originali. In concilio enim illo Florētino ſub Eugenio 4. diffinitio contritionis eſt, cordis contritio ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero, peccatum originale nō eſt cōmiſſum niſi ab Adamo, ergo ad illud non ſe extendit contritio in vniuerſum ergo contritio de qua loquimur non eſt de peccato originali.

Cum igitur contritio non ſit neque de pœna peccatorum, neque de peccato originali, quæſtio manet circa peccata actualia, igitur relicto, huiuſmodi puncto circa ea, quæ ad fundamentum doctrinæ pertinent, ad punctum principale deſcendendum eſt, ſcilicet, circa peccata actualia, vt videre poſſimus, ſi homo de omni peccato actuali debeat conteri, ideo reſpondendum eſt in fauorem partis affirmatiuæ.

Cōtritio prima pars ſacramenti pœnitentiæ ad omne actuale peccatum ſe extendit.

Concluſio talis. De omni actuali peccato debemus conteri, licet concluſio ex his quæ dicta ſunt pro fundamento doctrinæ à ſufficienti diuiſione maneat clara, tamen ratione, & authoritate probatur. Ratione ſic. Si debeat qualecunque actuale peccatum curari oportet, quod contritionem actualem remittatur. Nam peccatum actuale quodcunque ſit illud, vel tranſgreſſionis, vel omiſſionis, mortale, vel veniale, ex duritia cordis prouenit. Cum in hoc voluntas legi Dei non cedat, & ad duritiam remouendam oportet adhibere contritionem, ergo de omni actuali peccato debet homo conteri. Concluſio iſta etiam certiſſima eſt, & rationibus pro parte affirmatiua caſus remanet comprobata.

Authoritate confirmatur concluſio iſta, deſumpta ex Concilio Florentino loco ſupraciato. Inſinuatum enim tunc fuit hoc, quando in Decreto Sacri Concilij diffinitum eſt, quod contritio cordis eſt ad quam pertinet, vt doleat de peccato cōmiſſo. Cum concilium nullum peccatum excludit omne includit, ergo de omni peccato actuali debemus conteri. Hoc enim tanto magis verum eſt, quanto diffinitiones rerū intelliguntur vniuerſaliter, & in talibus indiffinita propoſitio æquiualet vniuerſali, ex Phyloſopho i libris poſteriorū, Nec obſtat quod in diffinitione ſolum mentio fiat de peccato commiſſo, quia intelligenda eſt, etiam de peccato omiſſionis. Nam plus eſt peccatum commiſſum quam peccatum commiſſionis. Nam peccatum commiſſum, dicitur omne peccatum quomodocunque patratum, ſiue ore, ſiue corde, ſiue opere, ſiue ommittendo, ſiue committendo, ſiue mortaliter, ſiue venialiter deficiendo, Adeo quod ly peccatum commiſſum dicitur tantum, ad differentiam peccati originalis, quia originale vt ſic, non eſt commiſſum, ſed contractum. Commiſſum itaque æquiualet hinc quod dico ex voluntate propria incurſum. Quamuis ergo peccatum omiſſionis, non ſit peccatum commiſſionis, neque econtra, tamen peccatum commiſſionis ſi contingerit incurri diceretur verè peccatum commiſſum. Nam tale peccatum non eſt omiſſum, ergo poteſt dici commiſſum: confirmatur hoc, laudabile eſt, quod ab aliquo peccatum ſit omiſſum, & ſimiliter laudandus eſt ille à quo fuit omiſſum. Sicut econtra vituperabile eſt, quod opus bonum ſit omiſſum, & conſequenter is vituperandus eſt à quo tale opus omiſſum fuit. Oportet igitur, quod ſi in concreto loquamur de peccato præterito omiſſionis, quod vocemus illud peccatum cōmiſſum, non autem peccatum omiſſum. Relinquitur ergo, quod in diffinitione contritionis ab Eugenio Papa, & ſacro Concilio data, quod ſub ly de peccato commiſſo comprehendantur peccata cuiuſcūque generis, tam commiſſionis, quam omiſſionis, quoniam omnia iſta ſunt peccata actualia, ad quæ ſe extendit contritio, de qua eſt noſtra concluſio in caſu, & vt clarius appareat proponamus dubia.

Nota.

Non datur peccatū actuale de quo nō ſit conterendum cum omne tale peccatum ſit commiſſum.

Dubium primum.

Partis affirmatiuæ probatio.

LEctor in hoc primo dubio quærit cum de omnibus peccatis ſit conterendum. An etiam de peccatis futuris. Ex vtraque parte ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Contritio eſt actus liberi arbitrij qui magis ſe extendit ad futura, quam ad præterita. Cū electio, quæ eſt de futuris contingentibus ſit actus liberi arbitrij, ergo contritio magis eſt de peccatis futuris, quam de præteritis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio demonſtratiua, ſacramentum pœnitentiæ ſemper reſpicit præterita. Contritio eſt prima pars pœnitentiæ, ergo eſt ordinata ad præterita, & non ad futura, ergo de peccatis futuris non eſt conterendum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

De peccatis futuris nō eſt contritio benè autē cautionem adhibenda.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Concluſio reſponſiua, Cōtritio non eſt de peccatis futuris, benè cautio adhibenda eſt circa illa,

vtraque

Digitized by Google

vtraque pars concluſionis probatur ratione, & authoritate, ratione ſic. In omnibus motorib. & mobilibus ordinatis ſic proceditur, quod motor inferior habet motum proprium, & præter hoc ſequitur in aliquo motum ſuperioris motoris, vt patet in motu planetarum qui præter motus proprios ſequuntur motum primi orbis. At in omnibus virtutibus moralibus motor eſt ipſa prouidentia, quæ dicitur auriga virtutum, ergo quælibet virtus moralis vltra motum proprium habet aliquid de motu prudentiæ. Et ideo cum pęnitentia ſit quædam virtus moralis quæ eſt pars iuſtitiæ, cum actu proprio, conſequitur motum prudentiæ. At proprius actus pęnitentiæ deſumptus ex obiecto, quod eſt peccatum commiſſum non futurum, ergo actus eius principalis, ſcilicet, contritio ſecundum ſuam ſpeciem reſpicit tantum peccatum præteritum, ergo non eſt neceſſe conteri de peccato futuro, valet conſequentia, quia contritio in futurum peccatum, non mouetur ſecundum rationem propriè ſpeciei, ſed tantum ſecundú quod habet aliquid adiunctum prudentiæ, in hoc ordinatur ad peccata futura, valet conſequentia. Nam motus prudentiæ ſaluatur in omnibus virtutibus moralibus, ergo & in pęnitentia, At officium prudentiæ eſt cauere à noxijs in futuro, ſic & virtus pęnitentiæ cauere à futuris peccatis, propterea ille qui conteritur dolet de peccato præterito, & cauet de futuro. Sed non dicitur inquit Doctor Sanctus, etiam contritio de peccato futuro, ſed magis cautio, quæ eſt pars prudentiæ contritioni adiuncta. Ex quibus habemus hoc corellarium, quod contritio illa non eſſet virtuoſa, quæ propoſitum cauendi peccata in futurum non haberet annexum. Nam peccatum, vt peccatum vniuerſaliter, Contritus non dereſt .retur niſi haberet firmum propoſitum non peccandi in futurum, probatur hoc, quia prudentia hoc requirit, & diffinitio contritionis hoc manifeſtat. Nam diffinitio data in Concilio Florentino erat, cõtritio cordis eſt, vt pęnitens doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Ex quo corroboratur authoritate Concilij concluſio noſtra, quo ad vtramque partem. Dolor enim peccatorum ex cõtritione cauſatus, cadit ſuper peccatum præteritum, propoſitum non peccandi ſuper futurum. Ecce prima pars. Contritio cordis eſt, vt pęnitens doleat de peccato commiſſo, ſcilicet, in præterito. Ecce ſecunda. Cum propoſito non peccandi de cætero. Ecce cautela adhibita pro futuro. Cautio enim in futuro de fugiendo peccato, inſinuata à Concilio, & manifeſtata à D. Thoma. Cautio hæc pars prudentiæ eſt, propterea quanto magis homo eſt prudens, & in dignitate leuatus tanto magis vti debet cautela iſta. Nam homo contritus, omnẽ diligentiam adhibere debet, ne in futurum offendat Deum, quod facit ſi caueat totis viribus peccatum. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ, partis affirmatiuæ.

Contritio virtuoſa habet annexũ propoſitum non peccandi in futurum.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ad primam inſtãtiam dicit, quod verum eſt liberũ arb. eſſe de futuris contingentibus ſecundum quod eſt de actibus, non autem ſecundum quod eſt de obiectis actuum, ratio eſt, quia homo poteſt cogitare ex lib. arb. de rebus præteritis, & neceſſarijs, tamen actus ipſe ſecundum quod ſub lib. arb. cadit contingens futurum eſt, & ſic etiam actus contritionis contingens futurum eſt, ſecundum quod cadit ſub lib. arb. ſed obiectum eius poteſt eſſe præteritum. Nam quando de contritione quæritur, An ſit de peccatis pręteritis, vel futuris, intenditur de obiectis ipſius contritionis, non autem de actu eius. Notiſſimum tamen eſt quod actus contritionis ſecundum quod cadit ſub lib. arb. eſt contingens futurum, & per conſequens hoc inueſtigare non intendit. Reſtat ergo quod de obiecto actus contritionis, & per conſequens de obiecto actus lib. arb. tunc inquirere intendamus, quaſi dicentes, vtrum contritionis ſiue actus huius, lib. arb. ſit obiectum aliquid futurum, vel præteritum & oſtenditur in concluſione, quod eſt præteritum, non autem futurum, modo declarato.

Inſtant. ſolutio.

Contritio ex parte obiecti eſt peccatorum præteritorum ex parte actus poteſt eſſe futurorum.

Non acquieſcit Argumentator, inſurgit, & inſtat ſecundo loco dicendo. Peccatum aggrauatur ex contingenti effectu, prout docent D. Hieronymus, Baſilius, & alij, dicunt enim, Pęna Arrij nondum eſt terminata, quia adhuc eſt poſſibile aliquos per eius hæreſim ruere, ſimiliter de illo qui iudicatur homicida ſi lettaliter percuſſerit, etiam antequam percuſſus moriatur, ſed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato, ergo nõ ſolum ſecundum, quod habet quantitatem ex actu peccati, ſed etiam ſecundum quod habet quantitatem ex futuro, vnde apparet, quod contritio etiam reſpicit futurum.

Inſtantia 2.

Theologus cum D. Thom. ſatisfacit inſtantiæ dicendo, quod ille effectus conſequens, qui peccatum aggrauat in actus præceſſit veluti ineſſe. Et ideo quando commiſſum eſt totam ſuam quantitatem habuit. Nam quando peccator de actu illo primo conteritur, antequam contingens futurus effectus (puta mors percuſſi) eueniat in ſeipſo, tunc conteritur de tota quantitate culpæ, quæ iam in actu illo primo (puta percuſſione) tanquam in ſua cauſa præceſſit. Et ex effectu conſequenti non accreſcit aliquid ei, quod habeat culpæ rationem, ſuper ergo totam culpæ quantitatem cadit contritio, etiam ante aduentum futuri effectus in ſeipſo, per aduentum poſtea effectus non accreſcit culpa, bene autem aliqua pœna accidentalis ſecundum quod plures habebit rationes dolendi in futuro in inferno de pluribus malis ex ſuo peccato conſequutis, in quo ſenſu, loquuntur D. Hieronymus, & alij. Sed hoc nihil facit ad contritionem, quæ tantum reſpicit præteritum. Iſtis declaratis, ponenda eſt ſecunda particula dubij.

Inſtant. ſolutio.

Licet in inferno non augmentatur culpa pęnæ augeri poſſunt ex damno relicto in mundo.

Lector etiam dubitabat quo ad peccata aliena,

ſi de

De peccatis alienis non eſt contritio niſi in illis participet pęnitens dolor etiam ſic.

ſi de illis dabatur contritio. Reſponſio ſimiliter eſt negatiua. Non tenetur homo conteri de peccatis alienis, vt aliena ſunt, ſi autem homo in illis partem haberet, vtique de illis debet conteri. Prima pars concluſionis eſt clara, & ſic probatur. Contritio eſt actus pęnitentiæ virtutis, ſed nullus pęnitet niſi de his quæ ipſe fecit, ergo nullus conteritur de peccatis alienis, & ſic cõfirmatur hoc, illud cõteritur quod prius durum erat, & integrum, ergo contritio quæ frangit durum, debet eſſe in illo qui habet cor durum per peccatum, ſed cor non eſt durum per peccatum alienum, ergo de illo nõ eſt cõtritio, benè poteſt eſſe triſtitia, ſeu pietas de malis alienis, hoc enim totum oſtenditur in Concil. Aquiſgranenſe. cap. 36. dicendo. Attrociter arguuntur qui peccatorē non recipiunt, ſed deſpiciunt, & ſpernunt, nec alterius delictum tanquam proprium ingemiſcũt, de talibus per Eſa. c. 65. Dominus cominans dicit, Qui dicunt recede à me, nec appropias mihi quia immundus es. Iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Poteſt tamen quis ex pietate compati, & doleri, prout faciebat Hieremia 9. dicendo, quis dabit aquam capiti meo, & oculis meis fontes lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? tanquam propria igitur delicta plebis peccata ſacerdos debet deflere, ſed affectu compatiendi, non ratione delicti commiſſi, vnde concilium ſupradictum repræhendit illos qui non de delicto alieno dolet tanquam de proprio, non per contritionem cum non ſit in voluntate ſua, ſed per pietatem, vnde inſinuat concilium, quod de peccatis alienis dolere poſſumus propriè loquendo, ſed non conteri. Ratio eſt, quia dolor contritionis eſt de proprijs peccatis à ſe commiſſis, non tantum affectu compatiendi, ex aſſignata ergo ratione, monſtrauit concilium quomodo aliena ſint propria, & non propria flentium. Contritio igitur eſt de peccatis propria actione commiſſis, dolor vero eſt de alienis tanquam de proprijs affectu ſolum compatiendi In Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. oſtenditur, quod contritio eſt de peccatis proprijs tãtum, ibi enim dicitur, omnis vtriuſque ſexus omnia ſua peccata confiteatur; patet enim, quod de illis peccatis debet eſſe contritio de quibus eſt confeſſio, cum igitur confeſſio non niſi de peccatis proprijs, ſit facienda iuxta Concilium, iam pro manifeſto relinquitur ex eodẽ Concilio, contritio de proprijs, & nõ de alienis peccatis eſſe debet niſi quatenus propria ſunt, ei qui cõteritur.

Impugnatio. prima.

Argumentator inſurgit contra prædicta dicendo. Nullus petit indulgentiam niſi de peccato de quo contritus eſt, ſed de peccatis alienis indulgentia petitur, ergo debet homo conteri de peccatis alienis. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur per Dauid Pſal. 18. Ab alienis parce ſeruo tuo.

Impugnationis dilutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod ſi pęnitens de alienis peccatis habet partem, vel per conſenſum, vel aliqua alia via, tunc debet pœnitere de illis, & conteri. In hoc enim ſenſu loquebatur Propheta, inquantum ex conſortio peccatorum, aliquis per conſenſum aliquam immunditiam contrahit, prout inſinuat idem Propheta in ſequẽti Pſal. dicendo. Cum peruerſo peruerteris, ſimiliter ſi proximus ex malo exemplo dato peccauit, vel induxiſti illum ad peccandum. In his & ſimilibus caſibus poteſt, & debet conteri de peccatis alienis. De his enim conterere debes tunc formaliter, quia peccata illa etiam tua ſunt, quia in illis participas, dolere cum contritione de illis debes, ſed diuerſo modo, ſub ratione enim qua aliena ſunt, de his tamen eſt dolendum. Sub ratione qua tua ſunt dolere debes, qui dolor verè contritio vocatur. Eadem enim ſunt omnino peccata materialiter loquendo de quibus potes, & nõ potes per contritionem dolere, ſed non ſunt eadem formaliter, ideo oppoſita non dicit qui ait, quod de peccatis alienis eſt contritio, de alieno vt alienum eſt non eſt contritio, de alieno vt proprium eſt contritio, quia illud quod prius durum erat conteritur, & ſic facit pęnitens dum dolet, & conteritur de peccato ſuo, inquantum participat cum illo. Conſenſus vero directus, vel occaſio data peccandi, facit, quod peccata aliena ſunt tua propria, fiunt enim tua per conſenſum, quæ aliena erant per actum, cohabitare cum peccatoribus (licet ſit periculoſum) non facit peccatum, ſed conſentire in peccatum, facit, quod peccatum alienum ſit tuum, vt patet.

Conteri propriè, & non cõteri debet pęnitens de peccatis alienis ſecundũ diuerſa.

Obſeruandum tamen eſt, quod cõſenſus in peccatum eſt duplex, ſcilicet, affirmatiuus, & negatiuus, & vterque eſt peccatum, de primo modo eſt difficultas, de ſecundo loquitur Concilium Conſtãtinopolitanũ, ſeſſione 6 ex Epiſtola Proch. ſic, ſecundum veram rationem, non prohibere flagitia agenti cognatum eſt Heli ille fatigatus ætate, & in Silo pertinentia ad legem ſacrificans, ipſe quidem non operabatur quæ pueri audebant, cooperabatur vero illis poſtquã non prohibebat peccantes, &c. Multum enim conſentit non prohibens peccata ſubditorum, quoniam per hoc à Concilio dicitur cooperari peccantibus. Alius conſenſus in eodem concilio exprimitur de filijs Heli, ſic. Pueri actionibus gradum iniutiantes indignos ſe per quæ peccabant ſacerdotio demoſtrantes, non ſolum eis, quibus operabantur cadebant, ſed enim & ad peccandum alios euocabant, imaginẽ peccati ſeſe ambulantibus proponentes. Hæc in cõcilio ex quibus apparet graue peccatũ ſuperiorũ negligentia incorrectionẽ ſubditorũ nõ prohibentiũ efficaciter ſubditis peccata, & opera ſcãdaloſa.

Cõſenſus in peccatũ eſt duplex affirmatiuus, & negatiuus, & vterque eſt peccatum.

Argumentator conatur probare, ꝙ formaliter, homo debet conteri de peccatis alienis, etiam vt aliena ſunt, inquit enim homo ex charitate debet diligere proximum ſicut ſeipſum, ſed propter dilectionem ſui, de malis ſuis dolet, & bona deſiderat, ergo cum teneamur proximo deſiderare bona gratiæ ſicut, & nobis, videtur etiam, quod debeamus de culpis eius dolere, ſicut & de noſtris, ſed contritio nil aliud eſt quam dolor de peccatis, ergo homo debet conteri de peccatis alienis.

Impugnatio ſecunda.

Theologus negat conſequentiam dicendo, de peccatis alienis vtique dolere debemus, non tamen de ipſis oportet vt conteramus. Cum non

Impugnationis ſolutio.

omnis dolor de peccato ſit contritio, prout declaratũ fuit. His ſtantibus ponendũ eſt aliud dubiũ.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio interrogat Lector, An conterendum ſit de ſingulis peccatis mortalibus. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Diuerſorum morborum diuerſæ ſunt medicinæ, ergo non ſufficit vna communis contritio pro omnibus peccatis mortalibus, probatur antecedens. Nam medicina, quæ ſanat oculum non ſanat calcaneum inquit D. Hieronymus ſuper Matth. 9. in verbis illis, hoc genus demoniorum. Confirmatur hoc. Cõtritio explicatur per confeſſionem, ſed oportet ſingula peccata mortalia confiteri, ergo & de ſingulis conteri.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Motus contritionis ordinatur ad iuſtificationem quæ fit in inſtanti. Sed in inſtanti non poteſt homo recogitare ſingula peccata, ergo non oportet, quod ſit contritus de ſingulis.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, ſed primo facit vnam diſtinctionem, ſcilicet, quod contritio poteſt conſiderari dupliciter, ſcilicet, quantum ad ſui principium, & quantum ad ſuum finem, ſtante hac diſtinctione ponitur iſta concluſio.

In principio quæritur, q contritio ſit ſingulorũ peccatorum in fine ſatis eſt cõtritio generalis omnium.

Quantum ad principium contritionis oportet, quod de ſingulis peccatis, quæ quis in memoriã habet conteratur, ſed quantum ad terminum, ſufficit, quod ſit vna communis de omnibus, probatur concluſio quo ad vtramque partem, primo quo ad primam. Principium contritionis hic vocat D. Th. cogitationẽ illã qua quis cogitat de peccatis ſuis, dolẽs de ſingulis, ſi nõ perfectè, doleat modo poſſibili, ſi pro tũc nõ ſit, dolor contritionis, ſaltem ſit attritionis. Secunda pars declaratur, terminus contritionis eſt quando dolor ille eſt gratia informatus. Quantum, ergo ad principium contritionis oportet, quod de ſingulis peccatis, quæ quis in memoria habet conteratur, aliter eſſet in peccato ex complacentia peccati. Sed quantum ad terminum ſufficit, quod ſit vna communis contritio de omnibus peccatis, tunc enim motus ille contritionis ait Doctor Sanctus agit in vi omnium diſpoſitionum præcedentium. Motus enim contritionis

Simile pulchrum.

videtur proportionem habere, pluribus guttis cauantibus durum lapidem, vltima enim cauat lapidem non ſimpliciter ex ſe, ſed virtute priorum. Ita durum cor frangitur virtute contritionum præcedentium, ab vltima tamen quæ agit virtute aliarum. Si enim lapis durus, ad quem cauendũm, & prima, & ſecunda gutta &c. & demum vltima cadit, totus motus gutatum præcedentium, vltima quaſi nihil actualiter cauat de lapide, ſed potentia, poſtrema autem gutta magnam cauationem facit, non ex ſe, ſed virtute præcedentium, hoc enim inſinuat Phyl. 8. Phyſicorum. tex. 23. dicendo, quod vltima gutta agit in vi omniũ guttarum præcedentium, ad tantam concauitatem diſponentium. Ad propoſitum, motum attritionis peccati huius turpis primo conſideratiuus diſponit à longe ad gratiam, Secundo eiuſdem magis conſideratiuus, diſponit minus à longe, & alij diſponunt magis propinquè, vltimus autem conſideratiuus, tanquam in vi omnium conſiderationum præcedentium, tactus dolore cordis à gratia diuina informatur, cuius adiutorio durities voluntatis prorſus anihilatur. Tunc primum motus iſte ſuum terminum attingit, & de attrito fit contritus, vna cõtritione formata, vniuerſa ſimul peccata omnino deteſtante euadit, prout habetur in prouerbio, gutta cauat lapidem, non bis, ſed ſæpe cadendo. Ita motus attritionis primus, ſecũdus, vel tertius quãdoque non ſufficit ad voluntatis duritiem totaliter conterendam, ſed motus ille iteratus crebrius, maiориſque intelligentiæ ſcientia, ſuper peccata ſua ſemper vigoratus ad terminum optatum (Deo adiuuante) proueniet, vt, ſcilicet, nimio contrita conſcientia pœnitentis in gratia Dei terminetur.

In hac re igitur tepidi ad conterendum, debent diligenter obſeruare, & antequam accedant ad confeſſionem debent omni diligentia conſiderare omnia ſua peccata ſigillatim, & de quocunque illorum ſigillatim doleri, & conteri, & vt perfectã contritionem acquirere poſſint, animo reſoluto ad confeſſionem pergere, & de omnibus peccatis ſuis doleri, primo in indiuiduo, & in ſpecie, poſtea in genere, & ſic tranſibit de contritione ſingulari ad generalem, iuxta doctrinam vſque modo declaratam.

Secundo probatur, quod conterendum ſit de ſingulis mortalibus, ſic. In omni actuali peccato duritia quædam eſt, vnde ſi debet peccatum curtari, oportet quod per contritionem conuenienter curetur, & per medicinam proportionatam ſanetur, ergo per applicationem medicinæ ſingularem, iuxta qualitatem delicti, cum non quælibet medicina ſanet quamlibet infirmitatem, ergo de ſingulis debet conteri.

Quæſitum.

VT igitur doctrina huius dubij facilius percipiatur, quærit Lector, ſi in penitente requirantur tot contritiones quot peccata in ſe ſunt, vel ſi ſufficiat vna perfecta contritio ad delenda omnia peccata.

Quæſiti ſolutio.

EX præcedentibus inquit Lector Theologus quæſitum manet ſolutum, ſcilicet, quod quantum ad principium contritionis contritio debet eſſe de ſingulis peccatis, vt ſcilicet, penitens conteratur de ſingulis peccatis quæ habet in memoria. In termino tamen cõtritionis ſufficit vna communis contritio de omnibus, quæ communis contritio virtute præcedentium liberat penitentem à peccatis

ſuis.

ſuis, At vt clarius intelligatur hoc ponuntur tres concluſiones deſumptæ à Magiſtro Dominico à Soto,& ab Authore deciſionum Aurearum.

Contritio ſingulorum peccatorũ requirit de iure naturæ, & in ordine ad ſacramentum confeſſionis.

Concluſio prima. Contritio per ſe,& ſuaptè natura, requiritur ſingulorum mortalium ſpecialis, & ſingularis,non ſolum in ordine ad confeſſioné, ſed etiam iure naturæ,quatenus per ſeipſam ſolá ex gratia procedentem remittuntur peccata. Concluſio iſta certiſſima eſt. Nam eſt ſententia D.Th. in 3.p.q.87 art. 1 quo in loco dicit hæc verba. Exigitur ad remiſſionem peccati mortalis perfectior penitentia ſcilicet, quam ad remiſſionem venialium, exigitur vt homo peccatum mortale deteſtetur quantum in ipſo eſt, vt ſcilicet diligentia adhibeat ad remouenda ſingula peccata mortalia, & ſingula deteſtetur, & hoc affirmat Doctor Sanctus de contritione ſecundum ſe,& non ſolum prout eſt pars ſacramenti.

In extremis ſatis eſt ſufficien habere contritionem generalẽ omnium peccatorum formaliter, ſi adeſt virtualiter contritio ſingulorum.

Secunda Concluſio, quando tempus non ſuppetit,aut commoditas,vel opportunitas non datur, ſufficit contritio generalis meliori modo quo pro tunc haberi poteſt peccatorum, quatenus ſunt offenſa Dei. Ratio concluſionis eſt,quia Deus ſalutis noſtræ ſitibundus,nihil à nobis pro quocunque momento temporis exigit, niſi id quod tunc eſt nobis poſſibile, & licet in exteriori, Illuſtriſſimus D.Caietanus non videatur approbare hanc cõcluſionem,in bono tamen ſenſu illam corroborat. Loquens de homine habente tempus ad conterendũ quo ad ſingula mortalia, non ſufficit illi contritio illa generalis,ſed oportet quod conteratur de ſingulis. At in caſu neceſſitatis non deuiat à via Soti. Cum abſolutè dicat ipſe Illuſtriſſimus in tractatu de contritione.q.2. Ad remiſſionem ſiquidem peccatorum mortalium,exigitur quod contritionis diſplicentia,ſit adeo perfecta extenſio,quod formaliter,vel virtualiter attingat omnia,& ſingula mortalia, quorum pęnitens eſt reus,quia impium eſt à Deo dimidiam ſperare veniam peccatorum mortalium,vnde concludit,ſufficit ad remiſſioné mortalium generalis contritio virtualiter ſe extendens ad illa, quia in inſtanti fit iuſtificatio impij, vnde apparet ſuperfluus labor Magiſtri Dominici à Soto contra Caietanum,ideo relictis opinionibus, cum vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet, venio ad vltimam concluſionem.

Eadem contritio dicitur partialis, & generalis reſpectu diuerſorum.

Concluſio tertia. Satis eſt ad habendam contritionem ſpecialem peccatorum ſingulorum mortalium,dum quis ad confeſſionem accedit, recogitare annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ,hoc eſt peccata ſingula per tépora, & loca indagare,quibus memoriæ oblatis,contritionem illorum eſt facile habere. Iſta dicitur contritio ſingularis ſi ad quodlibet peccatum referatur,ſi autem ad omnia relationem habet,dicitur contritio generalis, primum fieri debet in principio contritionis, ſecundum in fine,vt conſtat ex antecedentibus.

Inquiſitio.

LEctor cum Soto inquirit ſi dolor habitus in principio contritionis,ſit vera ac perfecta contritio, an non: Si eſt perfecta contritio ſequitur, quod ſequentes cogitationes erunt perfectæ contritiones ſingulares, ſin autem nequaquam, ſed tantum erunt attritiones,non tamen neceſſariæ ad remiſſionem peccatorum.

Inquiſitionis reſponſio.

THeologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano dicit, quod huiuſmodi deteſtationes ſingulares requiruntur. Nã deteſtationes illæ in principio contritionis,ſiue ſint veræ contritiones, ſiue ſint attritiones,ſunt neceſſariæ quia deteſtationes neceſſario requiruntur ad remiſſionem peccatorum. Si ſunt contritiones,ex ſui natura obtinent remiſſionem peccatorum, ſi ſunt attritiones diſponunt ad perfectam contritionem quæ habetur virtute ſacramenti pœnitentiæ, vel ex dono ſpeciali Dei. A qua doctrina non diſcedit Magiſter Dominic. à Soto in rei veritate, licet quoad verba illam impugnet. Nam concludendo inquit ipſe. Et reuera vſus pęnitentium non eſt niſi in principio habere contritionem generalem,quæ ſufficit ad gratiã, & deinde peccata inueſtigare ad cõfitendum. Attritio,vel contritio generalis mouet ad inueſtiganda, & ploranda peccata ſingula,qua inueſtigatione facta,vnica generali contritione, quæ virtualiter eſt ſingulorum peccatorum,repræſentat ſe confeſſori re, vel voto, & obtinet abſolutionem ſuorum peccatorũ, & vt veritas magis eluceſcat procedamus vltra cum D.Antonino. D.Antoninus §. 5. de contritione dicit, quod licet Deus ſit cauſa principalis contritionis noſtræ, tamen ex parte noſtri ſex aſſignantur cauſæ,de quibus cauſis in ſuperioribus multa diximus, prima cauſa eſt recognitio peccati,per Eſaiam dicentem Deo. Recogitabo tibi annos meos &c. vnde D.Io.Chriſoſt. dicit. Ad delendum peccatum, maius remedium non reperitur,quam continuata memoria illorum peccatorum cum dolore tamen, Secunda cauſa prouenit ex recognitione pudoris,prout docet ſapiens Prouerb 12. dicendo. Putredo in oſſibus eius,qui confuſione,res digna gerit. Tertia cauſa eſt deteſtatio vtilitatis amiſſæ. Nam per peccatum homo factus eſt ſeruus peccati, ex Domini ſententia Io.10. qui facit peccatum ſeruus eſt peccati,ad quam vtilitatem extendens oculos Seneca,dicere ſolebat. Si ſcirem Deos ignoraturos,& homines ſimiliter ignoraturos,adhuc dedignarer peccare, Quarta cauſa acquirendi contritionem,eſt timor Iudicij,& pœnarum Inferni,dicebat enim D.Hieronymus quoties diem illum conſidero, totus contremiſco, Quinta cauſa eſt conſideratio amiſſionis patriæ, & offenſa Dei,quam cauſam conſiderans D.Bernardus dicere ſolebat. Debet hic dolor, eſſe Acer. quia offendimus Deum creatorem omnium. Acrior quia offendimus Patrem noſtrum ſpiritualem qui nos paſcit multipliciter. Acerrimus quia offendimus redemtorem noſtrum, qui nos redemit à crudelitate Dæmonum,à vinculis peccatorum, & ab acerbitate tormentorum,

Aſſignantur ſex cauſæ quibus mediantibus acquirimus contritionem.

Nota.

Digitized by Google

ſexta, & vltima cauſa contritionis, eſt ſpes triplex, prima eſt veniæ conſequendæ, ex 3. Actuum Apoſtolorum. Pœnitemini, vt deleantur peccata veſtra, ſecunda eſt ſpes gratiæ recipiendæ, prout habetur in Apo. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo, tertia eſt ſpes gloriæ, dicente Domino Matth. 3. Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cælorum, ex his concludo, & dico. Si quis non vult conteri in hac vita, conteretur in inferno vbi nulla eſt redemptio.

Impugnatio.

Argumentator inſurgit dicendo, doctrina bona eſt, ſed non optimè concludit, ſcilicet, quod vna contritione non deleantur omnia peccata, dictum hoc videtur non eſſe vndequaque verum. Nam plus conueniunt peccata actualia mortalia adinuicem, quam actuale, & originale. Sed baptiſmus delet actualia, & originale ſimul, ergo vna contritio generalis delet omnia mortalia eodem actu, & confirmatur hoc. Iuſtificatio enim fit in inſtanti, ergo ad hoc vnica iuſti conuerſio, vel vnica pœnitentis contritio ſatis erit ad omnia mortalia ſimul delenda.

Impugnationis dilutio. Baptiſmus eſt ad generatio ſpiritualis vnica actione delet oĩa peccata ſit cõtritio. eſt alteratio. propterea vnica cõtritione non delet omnia peccata, ſed pluribus.

Theologus negat conſequentiam. Et aſſignat rationem negationis dicendo, quod baptiſmus immediatè agit virtute meriti Chriſti, qui habet infinitam virtutem ad delenda omnia peccata, propter quod vnico baptiſmo liberatur homo à quocunque peccato originali, & actuali etiam. In contritione cum merito Chriſti concurrit opus, vel actio noſtra humana, propter hoc oportet, qd ſingulis peccatis reſpondeat ſingularis contritio, cũ contritio ex parte noſtri non ſit infinitæ virtutis. Secundo dicit pro impugnationis ſolutione, quod alia eſt ratio de baptiſmo, & alia de contritione. Baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, pœnitentia autem quantum ad ſuas partes eſt ſatisfactio ſpecialis per modum cuiuſdam alterationis, vnica enim generatione generãtur omnia quæ de integritate ſunt geniti, & remouentur omnia accidentia contraria rei genitæ, quæ erant accidentia rei corruptæ. In alteratione tantum vnum accidens per accidens contrarium remouetur ad quod terminatur alteratio. Baptiſmus cum ſit generatio ſpiritualis ſimul delet omnia peccata, nouam vitam inducendo. Sed pœnitentia, non delet omnia peccata, niſi ad ſingula ſit applicata, vnde oportet de ſingulis conteri, cum propoſito confitendi. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Iuſtificatio impij, ex parte termini fit in inſtanti, ex parte principij fit in tempore.

AD inſtantiam pro parte negatiua dicit Theologus, quod concluſio non ſequitur ex præmiſſis, concludit in ordinem ad terminum contritionis, nõ aũt quantum ad principium, verum eſt, quod motum contritionis ordinatur ad iuſtificationem, & quod iuſtificatio ex parte termini fit in inſtanti, at ex parte principij fit in tempore. Totum ergo tempus præcedens iuſtificationem hanc reputatur pro principio contritionis, ſiue attritionis. Et vltimum inſtans huius temporis in quo attritio ipſa, ſiue informis contritio à gratia diuina formatur dicitur terminus eius, totus enim talis motus, tanquam via, tranſit in iuſtificationem tanquam in terminum viæ, doctrina iſta habetur ex modo loquendi Domini, Lucæ 7. Dimittuntur ei peccata quoniam dilexit multum, quod intelligitur de conuerſione vnica in termino, vnde aſſignatur forma contritionis, ſcilicet, ly dilexit, propter quod dixit multum, & non multoties.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator dicendo, contra dicta in deciſione dubij, Contritio debet eſſe de peccatis, ſecundum quod auertitur homo à Deo, ſed omnia peccata mortalia in auerſione conueniunt, ergo contra omnia ſufficit vna contritio.

Inſtant. ſolutio.

Omnia mortalia peccata non eadẽ modo auertunt à Deo, & conuertuntur ad creaturas, propterea pluribus cõtritionibus delẽtur.

Soluit hanc inſtantiam Theologus dicendo cũ D. Th. quod licet verum ſit, quod omnia mortalia conueniant in auerſione, tamen differunt in cauſa & modo aduerſionis, & quantitatis elongationis à Deo, & hoc eſt, ſecundum diuerſitatem conuerſionis. Ex his ad minorẽ dicitur, quod non omnia peccata mortalia conueniunt in aduerſione præciſè. Nam contritio debet eſſe de peccatis, non tantum ſecundum quod per ea auertitur quis à Deo. Talis autem cauſa, talis modus, talis elongationis quantitas conſequitur conuerſionem inordinatam ad commutabile bonum, ita quod iuxta diuerſitatem conuerſionum iſtarum, erit & varietas cauſæ, modi, & quantitatis elongandi ſe à Deo. Quia igitur in conuerſione iſta ad creaturam, non conueniunt omnia peccata, ſed ſingulam, propriam, diuerſamque, vel in cauſa, vel in modo, vel in quantitate aduerſionis ſecum trahunt, ideo ſingula debet ſub ſingulis conſiderationibus examinari, vt de ſingulis, ſigilatim contritionem aliciamus.

Quãtitas contritionis reſpondere debet menſuræ delictorũ pœnitentium.

Vt igitur in pratica ponamus hanc reſpõſionẽ, ponamus, quod quis fornicauit, vel blaſphemauit quinquies, alter ſemel tantum. Primus quantitate maiori peccauit, & magis à Deo ſe elongauit. Conſequenter contritio, quia proportionata eſſe debet peccato, iuxta dictum Pſal. 79. Potum dabis nobis lachrymis, in menſura. Oportet igitur, quod primus contritione validiori ad tollendam duritiem voluntatis ſic inordinatæ ſe conuertat ad Deum, quam ſecundus. Prædictæ autem comenſurationis non videtur quomodo poſſint habere correſpondentiam, niſi ille qui abundat peccatis abũdet etiam ſingularibus contritionibus. Alioquin ſi ſatis eſſet conteri vnica, nulla appareret differẽtia inter contritionem primi hominis, & ſecũdi, quia ſecundus ſicut, & primus conteritur cum, & ipſe à Deo aduerſus eſt, dicendum igitur eſt, quod illi qui inæqualiter peccauerunt inæqualiter conteri debeant. Non autem inæqualiter, quia vnus verſus eſt, alter non, cum ambo ſint aduerſi, ſed inæqualiter quia vnus tot vicibus, alter vna tantum. Nec ſufficit primo dicere aduerſus ſum pluſquam bis, ter quater, ſed requiritur, quod dicat cogitans diligenter aduerſus ſum quinquies decies, & conteri pro quacunque vice, modo ſibi poſſibili, vt ſecundum menſuram delicti ſit, & plagarum modus. In quo ſenſu dicebat Dauid Rex. Potum dabis nobis in lachrymis in menſura.

Quo ad id, quod dicit Doctor Sanctus de elongatione

gatione à Deo oſtendendum, quod in hoc differunt peccata, & ex conſequenti contritiones, ita quod de ſingulis peccatis eſſe debet ſingularis contritio, & quod dicitur de numero peccatorum qui magis elongare facit à Deo, dicendum eſt de peccatis differentibus in cauſa, vel in medio auerſionis, quia circunſtantiæ agrauant peccatum, & quantum eſt grauius peccatum tanto magis penitens de illo debet conteri, conſiderandum eſt etiã, ſi peccauit ex habitu, vel ex fragilitate, ex malitia, vel ex ignorãtia, cum ſcandalo, vel ſine ſcandalo, inducendo alios ad peccandum (vt facit diabolus) vel non, & ſic de alijs ſimilibus. Hæc pro dubio iſto. Nunc deſcendamus ad ſolutionem argumentorum partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Triſtitia quæ reperitur in inuidia, & accidia formaliter differt à triſtitia quæ eſt in contritione.

THeologus ſatisfacit argumento pro caſu adducto dicẽdo ad minorẽ, quod contritio dupliciter poteſt comparari ad peccatũ, formaliter, & materialiter. In primo ſenſu ſemper contritio eſt contraria peccato, non tamen in ſecundo ſenſu in primo ſenſu eſt medicina, non autem in ſecundo, formale in contritione eſt electio, cum ſit dolor pro peccatis aſſumptus, materiale autem eſt ipſe dolor. Inuidia, & accidia conueniunt in materiali cum contritione, quia & in illis eſt triſtitia. In formali tamen ſunt oppoſita, quia ſub alia ratione conſideratur triſtitia in accidia, & in inuidia, & ſub alia in contritione. In accidia, & in inuidia triſtitia reperitur in ordine ad damnum proximi, & propriæ vitæ, quæ directè contra legem Dei eſt, quæ præcipit, vt diligamus proximos noſtros, ſicut nos ipſos, & ea quæ ſunt Dei, & nos in ordine ad Deum diligamus. In contritione reperitur vtique dolor, quia peccatum eſt contra legem Dei, vnde talis dolor eſt medicina contraria dolori, vel triſtitiæ repertæ in accidia, & inuidia, propterea infirmitates illę, iſta medicina ſanantur, quando inuidus eligit deſiderium ruinæ proximi ſui gaudet, hoc idem facit accidioſus, in puncto quo terminat ſeipſum manere in tedio in ordine ad bona dicenda. Iſtæ ſunt peſſimæ infirmitates animæ, vnde ad expellendum tale gaudium iniquum, vel tale tedium infructuoſum, neceſſario vtenda eſt medicina contritionis, quæ eſt dolor pro peccatis abſumptus voluntariè, & ſic contraria, contrarijs curantur, formale in peccato principaliter eſt auerſio à Deo, ſecundario aũt eſt conuerſio ad creaturam, ergo in contritione formale erit dolor principaliter de tali auerſione, ſecundario de conuerſione ad creaturam. Et ſi accidat in peccato, quod ex parte conuerſionis reperiatur dolor, non tamen reperitur ex parte auerſionis, ecce quod cõtritio opponitur principaliter peccato, vt ſic, vt peccatum eſt.

Argumẽtum ſecundum.

Lector affirmat doctrinam eſſe bonã, tamen contra illam format ſecundum argumẽtum, quod eſt tale. Peccatum neceſſario eſt voluntarium, ſed peccata quæ per ignorantiam fiunt non poſſunt eſſe voluntaria, ergo de illis non poteſt eſſe contritio. Cum contritio ſit actus voluntatis, vt patet.

Argumenti ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſatisfacit argumento, vel ignorantia tollit totaliter voluntatem mali agendi. Ita quod ſi cognoſceret, quod eſſet malum non faceret illud, vel ignorantia non tollit totaliter voluntatem. In primo ſenſu ignorantia excuſat à peccato, vt patet de Jacob, qui dormiuit cum Lya credens quod eſſet Rachel, & non peccauit. In ſecundo ſenſu nõ excuſat ignorantia à peccato, & ſi à tanto, non à toto, ideo de iſtis debet homo conteri, quia in actione illa non adhibuit omnem diligentiam, quam adhibere debebat. De his quæ per obliuionem à memoria excidunt, ſi totaliter ſunt oblita, debilitas, vel labilitas memoriæ excuſat à peccato, ſi remanet aliqua memoria confuſa, penitens debet de peccato conteri ſecundum quod ſubiacet cognitioni (facta debita diligentia) & non aliter, & quando ad memoriam peccata illa regrediuntur de illis conteri debet peccator, illaque confiteri quam primum.

Ignorãtia aliquando non excuſat à peccato aliquando excuſat à toto, aliquando à parte.

Argumẽtum tertium.

Argumentator non acquieſcit inſurgit vltimo loco dicendo. Peccata venialia per contritionem non tolluntur, ergo de illis non eſt contritio, conſequentia patet, antecedens probatur, venialia enim manent etiam poſt infuſionem gratiæ contritionis.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat aſſumptum, ſcilicet, quod venialia non remittantur per contritionem. Ratio enim aſſignat. Nam ſi contritio eſt tantum de mortalibus ſola mortalia per contritionem remittuntur, & remanent venialia. Si autem contritio eſſet de venialibus, & venialia per contritionem remitterentur. Nam peccata illa omnia, ſupra quæ cadit vera contritio remittuntur, vnde bene eſt conteri, non ſolum de mortalibus, ſed etiam de venialibus. Hæc ſint pro caſu, & dubijs annexis. Nunc proponendus eſt alius.

Caſus tertius.

IN caſu iſto quam diſputare intendit Lector tractatur de quantitate doloris contritionis, cum dubijs annexis.

In caſu, ergo inquirit vtrum contritio ſit maior dolor qui eſſe poſſit in natura.

In primo dubio inueſtigat, An talis dolor poſſit eſſe nimis magnus.

In ſecundo dubio interrogat Lector. An contritio poſſit eſſe maior dolor de vno peccato, quam de alio.

In caſu, ergo quærit Lector vtrum contritio ſit maior dolor qui eſſe poſſit in mundo. Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum. Ex D. Auguſtino lib. 14. de ciuitate Dei c. 78. Omnis dolor in amore fundatur. Sed amor charitatis in quo fundatur dolor contritionis eſt maximus, ergo dolor contritionis maximus eſſe debet. Confirmatur hoc, dolor eſt de malo, ergo de magis malo debet eſſe maior dolor, ſed culpa eſt maius malum quam pena, ergo contritio debet excedere omnem alium dolorem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua formatur tale argumentum. Dolor eſt ſenſus læſio, ſed aliquæ læſiones magis ſentiũtur, quam læſio peccati, ſicut læſio vulneris, ergo contritio non eſt maximus dolor.

Deciſio caſus pro vtraque parte.

LEctor Theologus ponit vnam diſtinctionem, & iuxta membra diſtinctionis, ponit duas concluſiones reſponſiuas. Et vt magis percipiatur doctrina mouet dubia propoſita, & reſſoluit, Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ. Quo ad primum talis ponitur diſtinctio, in contritione eſt duplex dolor, vnus in ipſa voluntate in quo conſiſtit eſſentialiter contritio ipſa, ſecundus dolor cauſatur ex ipſo priori, & eſt in parte ſenſitiua, talis dolor cauſatur, vel ex neceſſitate naturæ, ſecundũ quod vires inferiores ſequuntur motum ſuperiorum, vel ex electione, ſecundum quod homo pœnitens in ſeipſo habet hunc dolorem, vt de peccatis doleat, hac diſtinctione ſtante, ponendæ ſunt concluſiones. partis affirmatiuę pro primo membro diſtinctionis, alia negatiua pro ſecundo, ſimiliter, & tertia concluſio eſt negatiua.

Concluſio prima. Dolor contritionis in voluntate exiſtens, ideſt diſplicentia, præteriti peccati, inquantum eſt offenſa Dei, excedit omnem dolorem.

Diſplicentia exiſtens in voluntate ſeu cõtritio præteriti peccati excedit oẽm dolorem.

Concluſio iſta probatur ratione adducta pro parte affirmatiua caſus, & confirmatur ſic, omnes tenemur diligere ſummum bonum ſuper omnia alia bona, ergo ex oppoſito odire tenemur ſuper omnia mala, malum huic bono contrarium, & per conſequens maximè dolere debemus de peccato cum ex oppoſito Deo opponatur. Hoc confirmat Doctor Sanctus in corpore dicendo. Quanto magis aliquid placet, tanto magis eius contrarium diſplicet, vltimus finis ſuper omnia placet, ergo peccatum, quod auertit ab vltimo fine ſuper omnia diſplicere debet, dolere præcipuè de hoc debet pœnitens inquantum peccatum, quod eſt auerſio ſeu ſeparatio à Deo, habet offenſam Dei adiunctam, vnde inquit Magiſter Dominicus à Soto, quod pœnitens ſic deteſtari debet peccatum, vt pro nulla re mundi amplius illud committere vellet, concluſio non ſolum eſt vera, ſed eſt de fide, cum fundatur in charitate. Nam ſicut Dominus Matth. 22. & Deut. 6. dixit. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde, Ita Deus Ioel. 2. dicebat Conuertimini ad me in toto corde veſtro &c. Formale enim in peccato eſt, quod auertit à Deo, & contritio hanc formalitatem reſpicit, & propter Deum, non autem principaliter propter contriti nocumentum. Dolet enim principaliter de hoc, quod auerſio ſeu ſeparatio à Deo habet offenſam Dei adiunctam. Non affligit principaliter de hoc, quod ſeparatio illa ſibimetipſi maximè nociua eſt, ergo dolor contritionis maximus eſſe debet prout eſt in voluntate, ideſt pęnitens debet dolere de peccato ſupra omne dolibile, prout venit in offenſam Dei, ex diuina ſcriptura etiã habemus, quod peccati contritio ſit maior dolor, quod reperiri poteſt in rerum natura, oſtendendo magis horribile eſſe peccatum quam mors, dicit enim Apoſtolus horribile eſt incidere in manu Dei viuentis, per Phyloſophum, vltimum terribilium eſt mors, & per conſequens mors eſt maximè horribilis, cum ergo peccatum oſtendatur magis horribile quam mors, ergo magis fugiendum eſt peccatum, quam mors, ergo magis dolendum eſt de peccato, quam de morte. Cum ergo contritio ſit dolor de peccatis, inter omnes dolores tenet primum locum, & eſt maximus inter omnes dolores in natura, quod autem ſit magis horribile peccatum, quam mors corporalis, demonſtrat Hieremia 15. dicendo, vhe mihi Mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? Et cap. 20. Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea non ſit benedicta. Quare de vulua egreſſus ſum, vt videam laborem, & dolorem, & conuſmationem in confuſione diei mei? Ecce quam horribile erat peccatum apud prophetam, qui in ventre matris ſuæ fuit ſanctificatus, ſi enim ſic horrebat peccatum repertum non in ſe, ſed in alio, quanto magis abhorruiſſet ſi illud ſenſiſſet in ſeipſo? ergo horribilius eſt peccatum morte ipſa. Confirmatur hoc ex primo Machabæorum 2. quo in loco videns Mathatias mala quæ fiebant in Iuda, & Hieruſalem, dixit, vhe mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis Sanctæ, & ſedere illic, cum datur in manibus inimicorum? Et quia non ſolum de malis externis lamentabatur, ſed principaliter de peccatis, in 3. cap. addidit, Melius eſt nos mori in bello, quam videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum. Immo Dominus hoc clariſſimè oſtendit Matth. 26. dicendo, Melius enim erat ſi natus non fuiſſet homo ille. Et hoc propter pęnam Inferni, quæ Iudæ manebat. propter peccatum ſuum, nam propter peccatum incurrebat pęnam æternam, ergo ſi pœna æterna eſt horribilis, multo magis peccatum, iuxta regulam poſterioriſticam, propter quod vnumquodque, & illud magis, ergo de peccato eſt dolendum tanquam de magis horribile, quam de priuatione ipſius eſſe, ſcilicet, de morte. Immo eligibilius eſt mori, quam peccare, prout habetur Danielis 13. Si hoc egero mors mihi eſt, ſi autem non egero non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus hominum, quam peccare in conſpectu Domini. Ecce quod Suſanna plus effugit peccatum, quã mortem pati ab illis ſenioribus intentatam. Inquit Suſanna. Si hoc egero mors mihi eſt, ſi non egero, non effugiam manus veſtras; quid eſt, ſi hoc egero? ideſt ſi me cognoſci à vobis conſentero. Quid eſt mors mihi eſt? peccatum mihi eſt, quid eſt ſi non egero non effugiam manus veſtras? ideſt ſi à vobis cognoſci noluero, mortem corporalem ſecundum quod vos comminamini, non effugiam à manibus veſtris mihi paratã, vnde id quod prius vocauit mortem, poſtea concludendo vocat peccare in coſpectu Domini. Et quod prius dixerat

Peccatum eſt magis horribile, & deteſtabile ipſa morte, vnde magis eligere debemus mortem quã peccare.

non

non effugiam manus veſtras, poſtea dicit, incidere in manus hominum, ex diuina autem ſcriptura habemus, peccatum eſſe magis fugiendum quam mors corporalis, magiſque de peccato dolendum eſt, quam de morte, ergo dolor contritionis cum ſit de peccato, eſt maximus dolor inter dolores naturales.

Dolor in cõtrito non eſt neceſſe, quod ſi maximus extenſiuè, dũmodo talis ſit intenſiuè.

Concluſio ſecunda. Dolor contritionis in parte ſenſitiua, debet eſt magnus. At ſi non eſt maximus nihil reffert. Concluſio iſta eſt certa quo ad partem primam quia eſt de offeoſa facta creatori, ergo debet eſſe magnus, quod aut non ſit neceſſe, vt ſit maximus, vltra quod eſt ſententia doctoris Sancti, rationibus ſic probatur. Intenſio actus voluntatis fit ex vehementia obiecti mouentis, obiectum autem ſenſibile vehementius mouet voluntatem, quam obiectum ſpiritnale, hoc probatur, quia voluntas ſequitur cognitionem intellectus. Cognitio intellectiua ortum habet à ſenſu, Senſibilia autem propinquiora ſunt quã ſpiritualia, ergo efficatius mouent, ergo amor ſenſibilium poteſt eſſe intenſior, ſimiliter diſplicentia amiſſionis ſenſibilium poteſt eſſe intenſior diſplicentia amiſſionis ſpiritualis, qua ad id quod habet de ſẽſu. At ſecuodum æſtimationem voluntas debet magis conteri de peccato quam de quocunque amiſſo bono, cum certa ſit bona create nihil eſſe in comparatione increati boni, vnde offenſa grauis, grauius debet deteſtati, voluntas ipſa.

Dolor cõtritionis in ordine ad ſe oſibilia etiã, quod ſit maior dolore peccatorum non tollit rationem contritionis.

Concluſio tertia. Dolor penitentis in parte ſenſitiua vehementior eſſe poteſt, quam ille qui eſt in voluntate, qui naſcitur ex deteſtatione peccatorum, & hoc abſque culpa penitentis. Probatur concluſio iſta. Dolor in ſenſu dupliciter gignitur, Primo ex læſione ſenſus, puta cum quis ferro, vel ligno percutitur, Et ſecundum hoc clatum eſt, quod dolor in ſenſu magis affligit quam dolor peccatorum, quia de propinquiori operatur. Secundo reperitur dolor in ſenſu, prout naſcitur ex obedientia voluntatis, ſi talis dolor ſenſus, eſt dolor rerum ſenſibilium, poteſt eſſe maior quam dolor peccatorum, probatur hoc, quia vires ſenſitiuæ promptius circa obiecta ſua obediunt rationi, quam circa obiecta ſpiritualia. Ex quibus veniunt cõſolandi penitentes, qui non ſic abundanter effundunt lachrymas propter peccata commiſſa, ſicut propter incommoda corporalia, quoniam natura quo ad hoc eſt in cauſa ſiue ſua culpa. Modo pœnitens totis viribus deteſtetur peccata ſua ſuper omnia deteſtabilia, & doleat non poſſet ſe totum in lachrymas conuerti, vnde D. Antoninus dicit, quod dolor ſenſibilis non requiritur de neceſſitate ad conſequendam remiſſionem peccatorum, ratio eſt inquit ipſe, quia, Deus non requirit ab homine impoſſibile. At habere talem dolorem cum abundantia effuſionis lachrymarum, non eſt in poteſtate hominis etiam in gratia conſtituti, ſicut in poteſtate eius eſt deteſtari peccatum ſuper omne deteſtabile, cum Dei adiutorio, ſatis eſt enim, quod homo faciat, quod in ſe eſt, vt ſaluetur. His notatis proponendum eſt dubium.

Dubium primum.

IN dubio iſto quærit Lector An dolor contritionis poſſit eſſe magnus nimis. Et rationes pro vtraque parte adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, omnis virtus moralis corumpitur per ſuperabundantiam, & defectum, ſed cõtritio, eſt actus virtutis moralis, ſcilicet, penitentiæ quæ eſt pars iuſtitiæ, ergo poteſt, eſſe ſuperfluus dolor de peccato.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale ratiocinium formatur. Nullus dolor poteſt eſſe immoderatior illo, qui proprium ſubiectum deſtruit. Sed dolor contritionis ſi eſt tantus, quod mortem, vel coruptionem corporis inducit, eſt laudabilis, ergo dolor contritionis non poteſt eſſe nimis magnus. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur ſic, dicit enim D. Anſelmus in lib. Medit. vtinam ſic impinguantur viſcera animæ meæ, vt medullæ corporis mei exſicantur, & D. Auguſtinus dicit, ſe eſſe dignum oculos cæcare plorando, ergo dolor contritionis non poteſt eſſe nimius.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubio tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem de excedentia contritionis. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum ponitur talis diſtinctio. Dolor contritionis dupliciter poteſt conſiderari, ſcilicet, ex parte voluntatis, & ex parte ſenſus, ex parte voluntatis non poteſt eſſe magnus, bene ex parte ſenſus, pro primo membro igitur diſtinctionis ponenda eſt concluſio negatiua, & pro ſecundo concluſio affirmatiua.

Contritionis dolor, vt eſt diſplicẽtia in ratione poſita, vt eſt offenſa Dei nõ poteſt eſſe nimis magnus.

Concluſio prima. Contritionis dolor inquantum eſt diſplicentia in ratione de peccato, vt eſt offenſa Dei non poteſt eſſe nimis magnus. Concluſio iſta ſic probatur. Augmentum ſeu intenſio charitatis erga Deum, eſt cauſa augmenti ſeu intenſionis diſpliſcentiæ de offenſa Dei, ſed amor charitatis erga Deum non poteſt in intenſione ſua eſſe nimis, ergo neque dolor contritionis inquantum eſt diſpliſcentia peccati cum ratione de offenſa Dei poteſt eſſe nimis. Declaratur maior propoſitio. Omnium animæ nominationum, ſeu affectionum prima eſt amor, per D. Thom. p. 2. q. 29. art. 2. ergo proceſſus probationis ab intenſione amoris, ad intenſionem odij, & a nimietate amoris, à non nimietate, odij eſt proceſſus à priori Amor enim ex litera, & ex D. Auguſtino eſt prima affectionum etiam ſpiritualiũ animæ, immo cuiuſcunque voluntatis, & conſequenter, quod amor ſit cauſa odij. Ideo quis odit peccatum, quia amat Deum, ergo qui magis amat Deum magis odit peccatum Et hęc cõtratio, qui minus odit peccatum, minus amat Deum. Sicut enim poſita cauſa ponitur effectus, ita aucta cauſa augetur effectus, & diminuta cauſa diminuitur effectus, & remota cauſa remouetur effectus cum ergo amor

chari-

charitatis non poſſit eſſe nimius, ergo nec dolor contritionis exiſtens in voluntate poteſt eſſe nimis magnus. Confirmatur hoc authoritate diuinæ ſcripturę, Eccleſ. 41. Glorificantes Dominum quãtumcunque potueritis, ſuper valebit adhuc. Glorificare autem Deum, quandoque in diuina ſcriptura ſummitur pro conteri de peccatis proprijs, & ea confiteri, prout habetur Ioſue quinto, quo in loco dixit Ioſue Achaz. Da gloriam Domino Deo Iſdrael (fili mi) & confitere. Hoc eſt de peccato tuo propter amorem Dei contritionem habe, & ex contritione illa confeſſionem fac. Sicut enim peccator (inquantum in ſe eſt) ignominioſam iniuriam facit Deo quando peccat, ita gloriam affert ei quando de peccato conteritur, & tantam gloriam dat Deo, vt etiam Angeli in cælo de tali gloria data Deo à peccatore pœnitentiam agente gaudium magnum concipiant. Lucæ 15. vnde quanto magis, vel minus cõteritur de peccato proprio, tanto magis, vel minus glorificat Deum, vnde cũ nos Deum diligere non poſſumus quantum diligibilis eſt, licet ſub præcepto illum teneamur diligere, ita ſub præcepto tenemur conteri de peccato, licet nequimus conteri eo modo quo debemus, præceptum autem adimplemus faciendo, quod in nobis eſt. Ex his ergo apparet veritas huius concluſionis, ſcilicet, quod dolor contritionis prout eſt in voluntate, in ordine ad offenſam Dei, non poteſt eſſe nimis (cum finitum non poſſit adæquari infinito, & multo minus excedere) dolor contritionis eſt finitus, offenſa Dei infinita, ergo dolor non poteſt eſſe nimis.

Cõtritio quãtum ad dolorem ſenſibilem poteſt eſſe nimia, ideo eſt regulãda prudentia.

Concluſio ſecunda. Contritio quantum ad dolorem ſenſibilem poteſt eſſe nimiam. Sicut etiam exterior corporis afflictio poteſt eſſe nimia. Probatur concluſio iſta, quia afflictio iſta, vel poteſt eſſe rationabilẽ conſeruationem ſubiecti, vel contra bonam habitudinem ſufficientem ad ea quæ incumbunt. In his autem omnibus (inquit Doctor Sanctus) debet accipi pro menſura conſeruatio ſubiecti, & bonę valetudinis ſufficientis ad ea quę agenda incumbunt. Et hoc eſt, quod inſinuabat Apoſtolus, Rom. 12. dicendo. Rationabile ſit obſequium veſtrum, ergo in hoc poteſt dari exceſſum. Ratio concluſionis iſtius fundatur in hoc, quod medium in quo conſiſtit virtus, non accipitur ſecundum quantitatem, ſed ſecundum rationem rectam, vt dicitur 2. Ethic. c. 6. Ratio autem recta non diſtat, quod tantum de quiete, lætitia, vel commodo corporali ſubtrahatur, vt vel natura conſeruari non poſſit, vel reddatur, quis impotens ad opera debita peragenda, vnde quantum ad primum dicebat D. Hieronymus, vt refertur diſt. 5. ca. Mediocriter. Non differt vtrum paruo, vel magno tempore te interimas, quia de rapina holocauſtum offert, qui vel ciborum nimia egeſtate, vel manducandi, vel ſomni penuria immoderatè corpus affligit. Et quo ad ſecundum, dicit ipſemet D. Hieronymus, quod homo rationis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias ſenſus integritati præfert. Prudenter, ergo ſecundum rationem rectam (arguendo à ſimili) in

Nota.

afflictionibus omnibus corporalibus (etiam pro contritione aſſumptis, ambulandum eſt, vt contritiones ipſæ ſint virtuoſæ, & Deo acceptæ, nobiſque ſalutiferæ, Hoc enim ſuadet Apoſtolus 2. Cor. 2. dicendo, Conſolamini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui huiuſmodi eſt. Ecce quod Apoſtolus timebat, ne fornicarius ille Corinthius, contritione illa ſenſus, nimia efficeretur, vel in diſperationem cadendo, vel puſillanimitatem quandam, & malenconiam contrahendo, vel etiam mortem, vel ineptitudinem ad officia pro tempore neceſſaria incurrendo. Hoc ipſum manifeſtat Apoſtolus 1. Tim. 5. dicendo. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas, Niſi enim contritio ſeu afflictio ſenſus poſſet eſſe nimia, non dicere hoc Apoſtolus, maximè quia hortabatur Timotheum, ad cuſtodiam caſtitatis, præmittendo teipſum caſtum cuſtodi. Et hoc dicebat Apoſtolus, quia abſtinere à vino, cum in eo ſit luxuria ad caſtitatis conſeruationem præcipuè conducit. Hoc totum videtur docere Concilium Pariſienſe lib. 1. cap. 46. vbi dicit, Illis eſt confeſſio peccatorum facienda, à quibus ſubinde, & modus pœnitentiæ, & concilium ſalutis capiatur. Et ſubdit, pęnitentia non in multitudine annorum, ſed potius in contritione cordis, & corporis eſt æſtimanda, hæc dicit concilium. Contritione ergo cordis, & corporis à ſacris ſcripturis terminatum fuit, æſtimandam eſſe penitentiam, quæ cum ſit virtus, in medio conſiſtit, nec æqualiter poteſt cuique applicari, ratione diuerſæ complexionis corporis, & auxilij ſingularis Dei, quod datur diuerſis diuerſimodè pro volnntate beneplacita Dei, quibus ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

In procurãda contritione peccator & pęnitens debet ꝓcedere prudenter.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus inſtantiæ primæ dicit, quod D. Anſelmus deſiderabat, ex pinguedine deuotionis medullas corporales exſicari, non quantum ad humores naturales, ſed quantum ad deſideria, & cõcupiſcẽtias corporales, vnde formaliter negatur minor propoſitio, & ad probationem dicitur, quod Anſelmus deſiderabat mortem vitiorum, & concupiſcẽtiarum corporalium reduci in ſeruitio Chriſti. Et ad dictum D. Auguſtini dicit Angelicus Doctor, quod quamuis dignum ſe cognoſceret amiſſione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator, non ſolum æterna, ſed etiam temporali morte dignus eſt, non tamen volebat ſibi oculos cæcare. Ex quibus conſtat formaliter ad argumentum, quod aliud eſt velle ſibi oculos cæcare plorando peccata. Et aliud eſt fateri ſe dignum oculorum cæcatione propter peccata illa, D. Auguſtinus non primum, ſed ſecundum dicebat.

Inſtant. ſolutio.

Argumentator contra hanc reſponſionem inſurgit dicendo. Dolor contritionis ex amore charitatis procedit, ſed amor charitatis non poteſt eſſe nimius, vt oſtẽſum eſt, ergo nec dolor contritionis,

Inſtantia 2.

Theo-

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod concludit inſtantia pro prima concluſione non autem pro ſecunda, ſcilicet, concludit de dolore qui eſt in ratione, nõ autem de dolore qui eſt in ſenſu, quia in ratione non imminet periculum anichilationis, benè autem in ſenſu. Ex quibus habetur, quod dolor procedens ex charitate in parte ſenſitiua poteſt eſſe nimius, non quatenus procedit ex charitate, ſed inquantum in illo imprudentia admiſcetur, quia non attendit pœnitens ad debilitatem ſuæ naturæ. Ex parte enim illa quæ erat vlciſcendi iniuriam Deo factam, non ſubiacet imprudentiæ, cum modus vlciſcendi illam ſit ſine modo, inquantum modus amandi Deum, ex quo deſiderium huius vltionis procedit eſt ſine modo (vt ait D. Bernardus) ſed pro iſta parte qua ſubiectum pro vltione prædicta caſtigatur poteſt imprudentiam commiſceri. Subiectum enim hoc eſt corruptibile, ppterea ex hac parte opus eſt multa prudentia in caſtigando corpus, ne minus debito illud caſtigantes inueniamus offenſæ diuinæ ab homine factæ parum Zelatores, vel non magis, quam ſufferre poſſit eam flagellantes videamur homicidæ noſtri. Ad quod reſpiciens D. Hieronymus loco ſupracitato dicebat. Nihil tamen deperit ſatisfactionis, aut etiam meriti huic debili, ſuũ corpus pro magnis peccatis debiliter affligenti ex cauſa legitima prædicta, ſi voluntate bona ſuppleat id, quod propter ſenſum corporalis fragilitatis non poteſt, quoniam Deus affectum potius quam ſenſum, ideſt cor magis quam exteriorem ſubſtantiam penſat, nec perpendit ita quantum in eius ſacrificium ſicut ex quanto proferatur. Propter ſimilem bonam voluntatem (licet non propter opus exterius, dixit aliquando D. Th. quod non impar meritum ſubſtantiale, non accidentale eſt continentiæ in Ioanne, qui nullus expertus eſt nuptias. Et in Abraham, qui filios generauit. 2. 2. q. 152. art. 4. ad primum. Et D. Auguſtinus in lib. de bono coniugali dicebat, quod Ioannis cælibatus, & Abrahæ connubium, pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt, ſed continentiam Ioannes in opere, Abraham ſolum in habitu habebat. Ex his patet quod fortis, & debilis Deo ſatiſfacere poteſt, dummodo faciat, quod in ſe eſt. Hæc pro dubio iſto, proponatur aliud.

Modo contemnendi in ordine ad offenſã Dei, debet eſſe ſine modo.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio interrogat Lector, An poſſit eſſe maior dolor de vno peccato, quam de alio. Et rationes adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, Deut. 25. dicitur, ſecundum menſuram peccati erit plagarum modus, ſed in contritione peccati plagę commenſurantur, ergo contritio magis eſſe debet de vno peccato, quam de alio. Minor probatur, quia contritio habet propoſitum ſatisfaciendi annexum. Confirmatur hoc, de hoc homo debet conteri, quod debet vitari, ſed homo debet magis vitare vnum peccatum quam aliud, quia minus peccatum eſt facere aliquid neceſſitate ductus, quam ſine tali neceſſitate, ergo contritio magis eſſe debet de vno quam de alio peccato, ideſt intenſior de peccato grauiori, quam de peccato non ſic graui.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. D. Hieronymus laudabat Paulum in hoc, quod minima peccata ſua ſicut magna plangebat, ergo non eſt magis dolendum de vno peccato, quam de alio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Cõtritio exiſtens in ratione in ordine ad ſingula peccata maior eſſe debet de maiori peccato, quã de minori.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubij deciſionem tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo quatuor concluſionibus ſatiſfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum dicit, quod de contritione dupliciter loqui poſſumus, primo ſecundum quod ſigillatim ſingulis peccatis reſpondet. Alio modo accipitur contritio ſecundum quod eſt ſimul de omnibus peccatis, ſicut in actu iuſtificationis, ſtante hac dictione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima. Contritio in ratione exiſtens, ſecundum quod ſigillatim peccatis ſingulis reſpõdet eſſe debet maior de maiori peccato, quam de minori. Probatur concluſio iſta. Quia cauſa doloris, quæ eſt offenſa Dei, eſt magis in maiori peccato quam in minori, cum ex inordinatiori actu qui eſt in maiori peccato, magis offenditur Deus, ſecundo probatur, quia maiori culpæ maior pœna debetur, ſed contritio eſt quædam quaſi pœna culpæ, vt ex ſupradictis patet, ergo debet eſſe maior pro maiori culpa.

Contritio in parte ſenſitiua debet eſſe maior de maiori peccato, vt ex electione procedit.

Concluſio ſecunda. Contritio ſigillatim correſpondens peccatis in parte ſenſitiua exiſtens, ſecundum quod pro peccato ex electione rationis aſſumitur debet eſſe maior de maiori peccato quam de minori. Probatur concluſio iſta, quia pœna peccati debet eſſe maior de maiori peccato. Probatio iſta fundatur in terminorum intelligentia. Electio enim rationis non eſſet rationabilis, & conſequenter, nec formaliter rationis, ſi pro maiori peccato aſſumeretur pęna minor, concedimus enim, quod non ſemper ſequitur tanta contritio in appetitu ſenſuali quanta eligitur, ſeu ex electione ab appetitu ſumitur, ſed hoc prouenit ex noſtra imperfectione.

In parte ſẽſitiua contritio maior nõ ſemper eſt pro maiori peccato, & cumuerſo.

Concluſio tertia. Contritio ſigillatim peccatis reſpondens in parte ſenſitiua exiſtens, ſecundum quod ex impræſſione appetitus ſuperioris naſcitur in inferiori, non eſt de neceſſitate maior, vel minor, de peccato maiori, vel minori, ſed attenditur doloris eius quantitas ſecundum diſpoſitionem partis inferioris ad recipiendam impræſſionem à ſuperiori. Pro intelligentia huius concluſionis ad memoriam eſt reducendum, quod ratione impreſſionis in potentia inferiori ob leuiorem cauſam factam, inferior appetitus, etiam vſque ad fletũ mouetur in mulieribus, & ſimilibus, qui tamen in viris aliquibus ex ratione impræſſionis ob grauiorem cauſam facta non fit vir quaſi imperceptibiliter mouebitur, & per huiuſmodi experientiæ exemplum, citius capies ſenſum, & veritatem,

quare

quare quandoque contritio ex cauſa præſtantiori procedens non producat effectum ſic efficacẽ, in pœnitentem, vt facit illa quæ procedit ex cauſa debiliori.

Contritio habita de omnibus peccatis ſimiliter maior eſt habitualiter de maiori peccato quam de minori.

Concluſio quarta. Contritio ſecundum quod eſt ſimul de omnibus peccatis, ſicut in actu iuſtificationis, maior eſt habitualiter de maiori peccato quam de minori non actualiter, ex hac particula habitualiter Doctor Sanctus manifeſtat, quod in præcedentibus tribus concluſionibus loquutus eſt de contritionis dolore actualiter. Concluſio iſta probatur ſic. Diſtinctiones peccatorum vir[t]ute manent in ipſa vna contritione generali, cum ipſamet eadem contritio, vel procedat ex ſingulorum peccatorum præhabita contritione ſingulis ſigillatim coreſpondẽte, vel ſaltem habet propoſitum de ſingulis cogitandi annexum, & ſic habitualiter eſt magis de vno peccato, quam de alio. Ex hac concluſione ſequitur vnum corellarium, & eſt, quod communis illa vnica contritio retinet naturaliter diſtinctionem contritionum ſingularium de ſingulis, vel iam præcedentibus, vel in voto habitarum. Illa enim vna contritio communis conſurgit, tanquam tertium ex duobus, vel vnum ex multis, quæ iam prætereierunt & dato quod illa de ſingulis ex cogitatione non præceſſiſſent, votum illas omnes continet, prout documenta de peccatis in hac virtualiter continentur, ergo vel ex antecedenti, vel ex ſubſequenti, contritio communis habet hoc, quod virtute, ſeu habitualiter diſtinctionem peccatorum continet, de hac diuerſa contritione, & pęnitentia loquitur Papa Nicolaus primus, & recitatur in decretis 26. q. 7. de his vetum omnibus. quia crimina non æqualia ſunt &c. tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca, & tempora regionis illius, & modum culpæ nec non pœnitentiam, & gemitus hominum ad confeſſionem venientium præſens poſitus inſpicere vales. Ex his verbis Papæ apparet ipſum velle modo culparum, modum gemituum reſpondere. Et in concilio Vuormanenſi c. 25. Pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum, ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ diſcernantur. Debet itaque ſacerdos in danda pœnitentia ſingulorum cauſas ſigillatim cõſiderare, originem quoque, modumque culparum, & affectus gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifeſteque cognoſcere, temporum etiam, & perſonarum, locorum quoque, & ætatum qualitates inſpicere, vt etiam pro conſideratione locorum ætatum, vel temporum, ſeu pro qualitate delictorum atque gemituum vnius cuiuſque delinquentis à ſacris regulis oculos non deflectat. Hoc in Concilio, & cap. 28. Si quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda eſt quam ei qui ſana mente tale quid commiſerit. Concilium, ergo pro peccatorum qualitate contritioni debere proportionari inſinuat, quando ipſam exteriorem à ſacerdote pœnitentiam proportionandam peccatis intimat. Non enim exterior pœnitentia magis quam interior eſt neceſſaria, ſed per exteriorem declaratam, cognoſcitur quid ſentiendum eſt de interiori, immo tanto magis, quia magis neceſſaria eſt, interior pęnitentia eſt cordis contritio de qua loquimur modo, His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Notent Confeſſarii. Contritio de maiori peccato debet eſſe maior ſimiliter, & pęnitentia taxata à Cõfeſſario.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantia 1. Nota. D. Paulus ſe affligebat de minimis peccatis ac ſi eſſent magna.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ dicendo, quod D. Paulus non laudatur de hoc, quod de omnibus peccatis doleret æqualiter, ſed quia de paruis peccatis tãtum dolebat ac ſi eſſent magna per comparationem ad alios, qui de peccatis dolebãt, ſed ipſe multo magis de maioribus doluiſſet, ex quibus patet, quod conſequentia illa eſt neganda. Paulus plangebat minora peccata tam amare, vt alij plangunt magna, ergo non eſt magis dolendum de vno peccato quam de alio. Nam quod iſti alij faciebant de magnis ex debito. Paulus ſuperabundanter faciebat de minimis. Ex eo enim quod magis afficiebatur erga Deum, non ex quantitate peccatorum erat, quod Paulus minima planctu magno plangebat. Maieſtatem etiam Dei magis apprehẽdebat quã magna eſſet intellectui viuaciori meditatio, eamque magis admodum reuerentiali timore proſequebatur Apoſtolus, quam alij, & hinc eius planctus à D. Hieronymo naratus procedat. Cum ergo in dubio iſto Doctor Sanctus loquatur de planctus, ſeu doloris, aut contritionis quantitate, ſecundum quod ex quantitate peccati &c. ſequitur apertiſſimè, quod argumentum hoc non eſt contra propoſitum noſtrum, ſed neque attingit illud.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator dicendo, Motus contritionis eſt ſubitus, ſed non poteſt eſſe vnus motus intenſior ſimul, & remiſſior, ergo contritio, non debet eſſe maior de vno, quã de alio peccato.

Inſtant. ſolutio. Motus cõtritionis eſt ſimul nõ actualiter, ſed virtualiter eſtque intẽſior, & remiſſior ipſa cõtritione.

Theologus ad minorem dicit, motus contritionis eſſe ſimul non actualiter, ſed habitualiter, propterea non eſſe mirum, ſi ſit intẽſior, & remiſſior, & declarat hoc Angelicus Doctor dicendo, quod in illo contritionis motu ſubitaneo, quamuis non actualiter diſtinctio intentionis reſpondens diuerſis peccatis inueniri poſſit, tamen inuenitur ibi eo modo, habitualiter, vt dictum eſt in quo datur diſtinctio. Nec ex eo quia omnia tam maiora quam minora peccata, virtute ſeu habitualiter continentur in illa vna communi contritione, ſunt particulares contritiones ſine ordine, propterea addit Doctor Sanctus, quod cum analago ordine ibi omnia illa continentur, inquantum, ſcilicet, ſecundum proportionem ſingula peccata reſpiciuntur ab eadem generali contritione. In illa generali contritione, primum quod occurrit dolendum eſt offenſa Dei, qui enim aliquod totum diligit actu, potentia diligit partes eius, licet non actu, & hoc modo ſecundum quod habent ordinem ad totum, quaſdam plus, quaſdam minus diligit, & dat exemplum dicendo, ſicut qui aliquam communitatem diligit, virtute ſingulos diligit, plus & minus ſecundum eorum ordinem in bono communi, & ſimiliter, qui dolet de hoc quod Deum offendit, de

diuerſis

diuerſa implicite dolet diuerſimode, ſecundum quod plus, vel minus per ea Deum offendit, vnde magis dolet de maiori peccato, quam de minori. Nec hoc eſt mirum, quoniam quæcunque à Deo ſunt ordinata ſunt, de numero iſtorum eſt prædicta contritio. Nec dicas tu. Ordo præſuponit diſtinctionem, quod non videtur eſſe in contritione illa generali, Nam dicam ego, quod ad ordinem ſufficit diſtinctio virtualis, quæ ibi reperitur, vt declaratum fuit, ſecundum enim ordinem ſic & diſtinctio reperitur. Ibi ordo virtualis reperitur, ergo & diſtinctio virtualis, & iſta ſufficit ad maiorem, & minorem contritionem pro maiori, & minori peccato.

Inſtancia 3.

Nondum acquieſcit Lector, inſtat tertio loco dicendo, De peccato præcipuè eſt contritio ſecundum quod à Deo auertit, ſed in auerſione omnia peccata mortalia conueniunt, cum omnia tollant gratiam qua anima Deo coniungitur, ergo de omnibus peccatis mortalibus æqualis debet eſſe contritio.

Inſtant. ſolutio.

Omnia peccata mortalia auertuntur à Deo, ſed non æqualiter, nõ igitur æqualiter conſiderandũ eſt de illis.

Theologus negat minorem, & aſſignat rationem dicendo, quod omne peccatum mortale, ſecundum quod à Deo auertit eſt æquale, quo ad modũ tamẽ peccata ſunt diuerſa, verum eſt quod omnia peccata mortalia à Deo auertunt, & tollunt gratiam, tamen quoddam peccatum plus elongat à Deo quam aliud, inquantum habet maiorem diſſonantiam, ex ſua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis quam aliud. Non enim omnia peccata mortalia ſunt paria licet omnia cauſant mortem animæ, ideſt auerſionem à Deo, & priuationem gratiæ prout tactum eſt in caſibus ſuperioribus. His igitur terminatis ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento dicit, quod dolor peccatorum reperitur non ſolum in ſenſu, ſed in voluntate, immo contritio eſſentialiter eſt in voluntate vnde non eſt neceſſe, quod dolor peccatorum in parte ſenſitiua ſit maximus, dummodo deteſtatio peccatorum maxima reperiatur, immo dicit Angelicus Doctor, vt habitum eſt in primo dubio, quod licet dolor peccatorum prout eſt in voluntate, non poſſit eſſe nimis, cum offenſa peccati ſit infinita, ex parte tamen doloris ſenſibilis nimia eſſe poteſt, & tanta, vt deſtruat ſuppoſitum, qua de cauſa dicebat Apoſtolus 12. Rom. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Ratio autem recta non dictat, quod tantum de quiete, & lætitia, vel commodo corporali ſubtrahatur, vt vel natura conſeruari non poſſit, vel reddatur quis inutilis ad opera debita peragenda. In quo propoſito dicebat D. Hieronymus (vt tactum eſt ſupra) non differt vtrum paruo, vel magno tempore te interimas, vnde in his homo prudenter agere debet, confidendo in Domino, & dum deteſtari intendat peccatum ſuum ſuper omne deteſtabile, licet pro tunc non effundat lachrymas, quia de eſſentia contritionis eſt illa deteſtatio peccati ex corde, lachrymæ non ſunt de eius eſſentia, vtiles tamen ſunt.

Dolor cõtritionis in voluntate non poteſt eſſe nimis in ſenſu autẽ ſic.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, ex effectu ſumitur iudicium de cauſa, ſed effectus doloris ſunt lachrymæ. Cum igitur aliquando contritus non emittat lachrymas corporales de peccatis, quas tamen emittit de morte amici, vel de percuſſione, vel de aliquo alio ſimili, ergo apparet, quod contritio non ſit dolor maximus.

Argumenti ſolutio.

Reſpondet ad hoc Theologus dicendo, quod argumentum benè concludit de dolore ſenſibili, non autem de dolore intellectuali, hoc totum concedimus. Nam corporales immutationes immediatè conſequuntur ad paſſiones ſenſitiuæ partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitiuæ ſuperioris, & ex hoc oritur, quod ex dolore ſenſibili, vel etiam ſenſibili vicino citius defluunt lachrymæ corporales, quã de dolore ſpeciali cõtritionis.

Argumẽtum tertium.

De nouo inſurgit Lector dicendo, quanto aliquid habet plus de admixtione contrarij, tantum eſt minus intenſum, ſed contritionis dolor habet multum de gaudio admixtum, cum gaudeat contritus de liberatione, de ſpe veniæ, & de ſimilibus, ergo dolor contritionis eſt minimus.

Argumenti ſolutio.

Gaudium cõtriti de remiſſione peccati nõ minuit dolorem contritionis illius.

Theologus dicit ad minorem, quod gaudium illud, quod habet contritus non minuit dolorem contritionis, quia ei non contrariatur, ſed auget ſecundum quod omnis operatio augetur per propriam delectationem, per Ariſt. 10. Eth. ſicut qui delectatur in aliqua ſcientia melius admiſcit, ſimiliter qui gaudet de diſpliſcentia, vehementior diſpliſcentiam habet, vnde gaudium illud, quod habet contritus non poteſt eſſe contrarium dolori. Nam non eſt contrarium ſibimet dolenti de peccato, contraria enim ſunt reſpectu eiuſdem obiecti, non autem reſpectu diuerſorum, verum eſt, quod gaudium de peccato eſt contrarium dolori de peccato eodem, non tamen gaudium de ſpe liberationis à peccato, vel de dolore peccati, vel de ſimilibus contrariatur dolori ipſi. Ex argumento enim corroboratur litrera, quia conſiderato gaudio ipſo dolori pœnitentis admixto tanquam augente dolorem intellectualem, vnde argumentum eſt pro concluſione, & non contra. Ex gaudio illo ſiquidem admixto, dolor ipſe incrementum ſummit, & non decrementum, & per conſequens ſit maior, vel maximus, non minor, vel minimus, verum tamen eſt, quod gaudium illud temperat dolorem ex ratione in partem ſenſitiuam reſultantem, inquit Doctor Sanctus.

Argumẽtum quartum.

Lector vltimo loco format quartum argumentum ſic, inquit enim, dolor contritionis diſplicentia quædam eſt, ſed multa ſunt quæ magis diſplicent contrito quam peccata præterita, ergo dolor contritionis non eſt maximus. Probatur minor propoſitio. Contritus non vellet pœnas inferni potius ſubſtinere quam peccare, nec iterum ſubſtinuiſſe omnes pœnas temporales, aut etiam ſubſtinere. Alias pauci inuenirentur contriti, ergo multa ſunt, quæ magis diſplicent contrito quã peccata ꝑterita, ꝑcõſequẽs cõtritio nõ eſt dolor maximus.

Theo-

Digitized by Google

Argumenti ſolutio.

Theologus cupit ſatisfacere huic argumento, tamen inquit opus eſt difficile, ideo ex doctrina doctoris Angelici quærenda eſt ſolutio. Dicit ergo ad maiorem, quod quantitas diſplicentiæ de aliqua re debet eſſe ſecundum quantitatem malitiæ ipſius. Et declarat hoc D. Thom. dicendo. Malitia autem in culpa mortali, menſuratur ex eo in quem peccatur, inquantum eſt ei indigna, & ex eo qui peccat, inquantum, ſcilicet, eſt illi (ſcilicet, pœnitenti) nociua. Diſplicentia ergo peccati habet hunc duplicem reſpectum, ſcilicet, ad Deum, & ad pœnitentem. Et quia homo debet magis Deum quam ſeipſum diligere, ideo magis debet odire culpam inquantum eſt Dei offenſa, quam inquantum eſt ſibi nociua, declarat poſtea quomodo culpa ſit nociua peccatori, dicendo. Eſt autem nociua ſibi principaliter, inquantum culpa ipſa ſeparat ipſum peccantem à Deo. Et ex hac parte (inquit Doctor Sanctus) ipſa ſeparatio à Deo quæ pœna quædam eſt, magis debet diſplicere, quam ipſa culpa, inquantum hoc nocumentum inducit. Et rationem aſſignat dicendo, quia quod propter alterum oditur, minus oditur, ſed oditur peccatum propter hoc, quod cauſat ſeparationem à Deo, ergo magis oditur ſeparatio à Deo quam culpa ipſa, ergo minus oditur culpa quam ſeparatio à Deo.

Culpa cauſat multas pęnas inter quas datur ordo conſiderādus à pęnitentibus, & a confeſſoribus pro contritione peccati.

Vlterius declarat pœnas diuerſas peccati, dicendo. Inter omnes autem pęnas malitiæ, attenditur quidam ordo ſecundum quantitatem nocumenti, & ideo cum hoc ſit maximum nocumentum: quo maximo bono priuatur, erit inter pœnas maxima pęna ipſa ſeparatio à Deo. Et iſta dicitur pœna eſſentialis, eſt etiam alia quantitas malitiæ accidentalis, attendenda, & obſeruanda in malitia peccati. Et iſta ſe tenet in ordine ad rationem præſentis, & præteriti. Nam quod præteritum eſt, iam non eſt, vnde peccatum præteritum habet minus de ratione malitiæ, & opus virtuoſum de ratione bonitatis. Et inde eſt, inquit Doctor Sanctus, quod plus refugit homo ſubſtinere aliquid mali in præſenti, vel in futuro, quam horreat de præterito. Ratio eſt, quia nec aliqua paſſio animæ directè reſpondet præterito, ſicut dolor reſpondet præſenti malo, & timor futuro. Et propter hoc de duobus malis præteritis illud magis abhorret animus, cuius maior effectus in præſenti remanet, vel in futuro timetur, etiam ſi in præterito minus fuerit. Stante hac doctrina, applicat illam ad propoſitum noſtrum dicendo, & quia effectus præcedentis culpæ non ita percipitur quandoque ſicut effectus præteritæ pęnæ, tunc quia culpa perfectius ſanatur quam quædam pœnarum quia defectus corporalis magis eſt manifeſtus quã ſpiritualis. Ideo homo etiam benè diſpoſitus quandoque magis in ſe percipit horrorem præcedentis pęnæ, quamuis eſſet magis paratus pati eandem pœnam, quam committere eandem culpam.

Vlterius eſt conſiderandum pro comparatione culpæ, & pœnæ, quod quædam pœnæ habent inſeparabiliter coniunctam Dei offenſam, ſicut ſeparatio à Deo, quædam etiam addunt perpetuitatem, ſicut pœna inferni. Ex quibus infert D. Th. ergo pœna illa quæ offenſam Dei annexam habet eodem modo cauenda eſt, ſicut etiam culpa, ſed illa quæ perpetuitatem addit, eſt magis quam culpa ſimpliciter fugienda, ſi tamen ab eis ſeparetur ratio offenſæ, & conſideretur tantum ratio pœnæ, minus habent de malitia quam culpa inquantum eſt offenſa Dei, & propter hoc minus debet diſplicere. Ex hac doctrina formaliter reſpondendum eſt ad argumentum dicendo, quod diſplicentia quæ in contrito reperiri debet, dupliciter conſiderari poteſt, primo prout diſplicentia eſt peccati quatenus reſultat in Dei offenſam, ſecundo quatenus culpa eſt nociua ipſi peccatori. In vero contrito, diſplicentia peccati eſt maior prout eſt offenſa Dei, quam prout peccatum eſt offenſiuum, vel nociuum propriæ perſonæ. Non enim tanto diſplicet contrito pœna inferni, vel ſeparati à Deo (ſecluſa offenſa Dei, vel alio malo quocunque) quanto ei diſplicet offenſa Dei, Ratio huius veritatis eſt, quia verè contritus vellet magis tollerare pœnam damni, & ſenſus inferni, & omnia mala temporalia quam offendere, vel offendiſſe Deũ. Siue (vt rectius dicam) Magis ei horret offenſam Dei, quam pęnam aliquam etiam inferni ſubſtinere, quia arbitratur, vt verè eſt, minus malum eſſe in tormentis quibuſcunque, quam eſſe in peccato. Obſeruandum tamen eſt, inquit D. Th. quod licet talis eſſe debeat contrit. diſpoſitio, tamẽ circa iſta ponendus non eſt in confuſione peccator, ſed ſuauiter diſponendus eſt, poteſt enim confeſſarius ſi rationabiliter dubitat de contritione pœnitentis, ſuadere illi, vt pęniteat, vel vt maximè doleat ſe non habere talem dolorem, & contritionem, quantam requirit culpa ſua, declarando illi quid importat peccatum mortale, ſcilicet, recuſare Deum pro vltimo fine, & ponere finem vltimũ inuiliſſimam creaturam, prout fecit ipſe peccãdo mortaliter, & licet ipſe hoc non putauerit, tamen in facto hoc illud fecit. Cum peccatum ſit auerſio ab incommutabili bono ad bonum commutabile, & quod aduertat quid agat dum peccat dicendum eſt illi, quoniam dũ peccat idem facit, quod ſi aperte dixiſſet Deo, nollo te habere pro Deo meo. Dic mihi enim infęlix peccator, Si quis ductus aliqua paſſione diceret Regi, vel Principi ſuo, vel Patrono eius. Nollo te habere in Regem, vel Principem, vel Patronum. Si iſte in ſe reuerſus cogitaret offenſam illatam Domino ſuo, quid faceret? quãtum doleretur? Heu, cum lachrymis ad pedes eius ſe proſterneret, veniamque poſtularet, & ſi ab eo veniam impetraret, quam fortiter, & firmiter proponeret non amplius in talem errorem incidere, immo potius vitam amittere. Tu igitur peccator, qui idem contra Dominum Deum tuum egiſti peccãdo, lachrymare, pete totis præcordijs cordis tui veniam ab eo, terminãs in teipſum potius amittere vitam, quam peccare, immo relinquere omnia bona, non ſolum iſta caduca, & corruptibilia, ſed æterna ſi opus fuerit, vt ſemper conſeruaret te in gratia Dei.

Oſtẽditur in quo conſiſtat qualitas contritionis pro optinenda remiſſio peccatorum.

Quę-

Quæſitum.

QVærit Lector vtrum Conſilium ſit, quod confeſſor ſuadeat pœnitentibus, vt proponant ſe non amplius peccare, etiam pro vitanda morte conſanguineorum, amicorum, immo filiorum ante ſe trucidandorum, vel ad euitandam propriam infamiam, vel vitam?

Quæſiti reſponſio.

Confeſſarius caute procedere debet in oſtendendo pęnitentibus ad quid teneatur ex præcepto contritionis.

THeologus reſpondet cum diſtinctione, vel tractat tunc cõfeſſor cum pęnitentibus proficientibus, vel cum incipientibus. Si cum proficientibus tales comparationes poſſent eſſe vtiles, ad hoc vt proficientes accederent ad gradum perfectorum. Hoc tamen non expediret tractare cum incipientibus. Satis eſt illis, vt doleant de præteritis, & promittant ſe pro viribus non amplius peccare. Nam ſi confeſſarius ſpetiatim ad has comparationes deſcēderet, ipſi pęnitentes ſe confunderent, & à via ſalutis recederent. Loquendo ergo de incipientibus, optimum ſignum eſt, ſi ſuo ſponte affirmant, ſe magis mortuos eſſe velle, vel quid ſimile pati, quam peccaſſe. Immo tenet Cardinalis. Turrę crematæ i ſumma de pęnitētia, & D. Bonauentura, & alij, quod ille, qui ſtatuit potius mortaliter peccare, quam mori, non eſſe aptus abſolutione, & quod confeſſarius non debet illum abſoluere. Ille autem qui circa hoc nihil deliberauit, etiam ſi dubitet quid agendum eſſet, ſi in tali periculo conſtitutus fuiſſet, eſſet abſoluendus. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis ſufficienter dicta. Nunc his relictis proponendus eſt, caſus cum dubijs annexis.

Caſus quartus de tempore contritionis.

LEctor proponit caſum diſputandum cum dubijs annexis circa tempus contritionis, valdè vtilis.

In iſto caſu inquirit Lector, vtrum tota hæc vita ſit contritionis tempus.

In primo dubio poſtulat. An expediat continuè de peccato dolere.

In ſecundo dubio inquirit Lector, An poſt hanc vitam, de peccatis animæ contcrantur.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum tota hæc vita ſit tempus contritionis, & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum deſumptum ex authoritate D. Auguſtini in lib. de vera, & falſa pœnitentia cap. 13. in medio tom. 4. vbi dicit, vbi dolor finitur deficit penitentia, nihil relinquitur de venia, ergo videtur quod oporteat ſemper de peccato dolere, valet conſequentia, quia oportet veniam conceſſam non perdere. Confirmatur hoc ex 5. Eccleſ. vbi dicitur. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, ergo peccator ſemper debet dolere, pro cõſeruanda, vel aquirenda de propitiato peccato venia.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. Sicut de peccato commiſſo debet eſſe dolor, ita & pudor, ſed non per totam vitam durat pudor de peccato ex D. Amb. lib. 2. de pęnit. c. 7. à medio tomi 1. quia peccatum non habet vnde erubeſcat cui peccatum dimiſſum eſt, ergo videtur, quod nec contritio quæ eſt dolor de peccato, debeat durare toto tempore vitæ noſtræ.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

POſita vna diſtinctione, Lector Theologus, ponit vnam concluſionem bimembrem, illamque declarat, & vt magis percipiatur proponit dub a & ſoluit poſtea argumenta partis negatiuæ. Diſtinctio enim eſt, de dolore, inquit enim duplex eſt dolor contritionis, vnus rationis, qui eſt deteſtatio peccati à ſe commiſſi, qui eſt in voluntate. Alius eſt dolor ſenſitiuæ partis, qui ex priori dolore cõſequitur. Hęc pro primo, quo ad ſecũdũ.

Contritionis dolor debet manere in homine toto tēpore vitæ ſuę

Concluſio, contritionis tempus, & quo ad dolorem in voluntate exiſtentem, & quo ad dolorem in ſenſu debet manere pro toto tempore vitæ præſentis. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem. Nam homo quamdiu eſt in ſtatu vitæ præſentis, deteſtatur incommoda quibus impeditur, vel retardatur ad peruentionem ad terminum vitæ, vt patet exemplariter de viatoribus, & peregrinantibus. At peccatum præteritum eſt incommodum quo quis impeditur, vel retardatur greſſus vitæ noſtræ in Deum, probatur hoc quia tempus illud, quod erat deputatum ad currendum recuperari non poteſt, ergo oportet, quod ſtatus contritionis maneat in toto huius vitæ tempore, quantum ad peccati deteſtationem pro tempore admiſſo, & perdito.

Quo ad ſecundam partem probatur concluſio, ſcilicet, quod contritio debeat manere in homine toto tempore vitæ quo ad ſenſibilem dolorem qui vt pœna à voluntate aſſumitur. Nam homo pro pęna æterna, atque offenſa æterna, deſt æterni Dei ſibi dimiſſa, debet in ſuo æterno dolere, ſuum autem æternum eſt vita præſens. Homo enim peccando pęnam æternam meruit, & contra æternum Deum peccauit, debet pęnam æternam in temporalem mutatam, ſeruare in ſe pro toto ſtatu huius præſentis vitæ, vnde dicebat Vgo de Sācto Victore. In lib. illo, Se attractantes. cap. 18. quod Deus abſoluens hominem à culpa, & pœna æterna, ligat eũ vinculo perpetuæ deteſtationis peccati.

Impugnatio.

Contra hoc videtur dictum Dauid Pſal. 15. dicentis, Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, & poſtea accelerauerunt, ergo non manent.

Impugnationis ſolutio.

Theologus dicit, quod dictum hoc non eſt contra nos. Ex hoc enim non ſequitur quin peccati infirmitas inquantum huiuſmodi, ſiue quantum eſt de ſe, non ſemper retardet curſum præmiſſum. Nunquam enim idem tempus numero deputatum ad currendum, quod in peccatum conſumptũ fuit reparari poterit, vt inquit Doctor Sāctus hic, licet poſtea velocius curratur. Redimitur vtique tempus illud virtualiter inquantum iſte ſic currēs

Tem pus poteſt, & non poteſt redimi, ſimpliciter non aliquo modo ſic.

operabitur. v. g. in duplo, triplo &c. quã prius operabatur. Et operatur ardore charitatis inflammatus, magis quam prius, ſed his etiam ſtantibus, illud præteritum tempus, in ſeipſo irreuocabile eſt, immo in ſeipſo conſideratum nunquam non officit. Si enim iſte qui ſic velociter poſtea mouetur, etiam tunc illud tempus in bono curſu quamuis leuiſſimo expendiſſet, vtique ad curſum ſuæ velocitatis aliquid, vel minimum nunc additum haberet. Hoc verò non ſolum pro addito ad curſum ſuum non habet regreſſum, ſed pro oppoſito curſu, & per conſequens pro dolore mortis, & nunc, & ſemper tẽporis illius expenſionis reſpicit. Quod autem iſte poſtea velocius currat, non infert quod præteritum peccatum, quantum eſt ex ſe, non impediat ſemper etiam iſtum præſentem curſum, ſed infert, quod peccatum illud, non poteſt impedire prouidentiam diuinam, & bonitatem Dei, quin, ſcilicet, ipſa eliciat ex malo bonum, & ex conſequenti infert, quod miſericordia Dei eſt maior quam miſeria noſtra, & quod Deus non vincitur à noſtro malo, ſed vincit in bono malum.

Duplex æternum ſimpliciter, & æternũ noſtrum, ſcilicet, tempus vitæ præſẽtis

Obſeruandum eſt etiam vnum, ſcilicet, æternũ hominis non dicitur vita præſens, ſed vitę præſentis ſtatus, quoniam etiam poſt præſens ſæculum vita hominis durat, ſed non durat ſtatus vitæ præſentis, dicitur tamen propoſitum æternum cui tale quid non ſuccedit. De æterno hominis ſic ſumpti intelligenda eſt authoritas Hugonis, in textu præſenti allegata.

In noſtro æterno ſemper dolere de peccatis per contritionem remiſſis cum ſpe veniæ tamen.

Pro maiori intelligentia dictorum, obſeruandus eſt ſenſus verborũ, Eccleſ. 5. videlicet de propitiatu peccatorũ nolli eſſe ſine metu. Ecce, quod ſcriptura monet nos ad propitiationem in toto tẽpore vitæ noſtræ inquirendam de peccatis, quam vtique propitiationem inquirere debemus per contritionem, quaſi ergo dixerit ſapiens, de peccatis commiſſis ſemper doleas, vt facilius propitiationem de illis quam pro certo, ex parte tua non ſcis te eſſe conſequutam poſſe obtinere. Cui poteſt adiungi illud Prouerb. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, pro cuius intellectu Concil. Trid. ſeſſione 6. cap. 9. dicit. Neque illud aſſerendum eſt, oportet eos qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos. Neminemque à peccatis abſolui, & iuſtificari niſi eum qui corde credit de Dei promiſſis, deque mortis, & reſurrectionis Chriſti efficatia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque ſacramentorum virtute, & efficatia dubitare debet, ſic quilibet dum ſeipſum ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt, cum nullus ſcire valeat certitudine fidei cui non poteſt ſubeſſe falſum ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Ecce, quod ſemper eſt timendum. Item in eodem concilio ſeſſione 14. c. 1. de doctrina ſacramenti extremæ vnctionis ſic dicitur, viſum eſt autem Sanctæ Synodo præcedenti doctrinæ de pœnitentia, adiungere ea quæ ſequuntur de ſacramento extremæ vnctionis, quod non modo pœnitentiæ, ſed totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet conſummatiuum exiſtimatum eſt à patribus, ſic dicit Concilium. Perpetuam ergo pœnitentiam, debere eſſe totam vitam Chriſtianam, & conſequenter totum præſens tempus eſſe tempus contritionis, in verbis præmiſſis dilucidè patet. Ex quibus manifeſtè apparent errores Bergandorum, & Beguinarum apud (Prateol. Bengardi) dicentium opera nulla bona debet facere homo, cum ad vltimum ſtatum perfectionis venerit, errores iſti damnati ſunt, vt iacent, à Concilio Vienenſi inter alios errores eorundem, quorum damnatio eſt in Clementinarum lib. tit. de hæreticis. Ad noſtram. Adamus dubia, vt facilior ſit doctrina.

Dubium primum.

IN dubio inquirit Lector, An expediat continuè de peccato dolere. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua pro ratione adducitur D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pœnitentia c. 13. in fine to. 4. quo in loco dicit ipſe Pater, ſemper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat, ergo expedit continuè de peccato dolere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Expedit quandoque gaudere, ex teſtimonio Apoſtoli Pauli Ad Philipenſes 2. Gaudete in Domino ſemper. Iterum dico gaudete: quo in loco dixit gloſſa, quia neceſſarium eſt gaudere. Sed non eſt poſſibile ſimul gaudere, & dolere, ergo non expedit continuè de peccato dolere.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus in hoc dubio tria facere intendit, Primo declarat vnum, Secundo dupli ci concluſione ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum inquit Angelicus Doctor, quod hæc eſt conditio in actibus virtutum, quod non poteſt in eis accipi ſuperfluum, & diminutum per Ariſt. 2. Ethic. c. 6. circa finem, vnde cum contritio quantum ad id quod ponit diſplicentiæ rationis, ſit actus pœnitentiæ virtutis, ibi vnquã poterit eſſe ſuperfluum, neque quantum ad intentionem, vt oſtenſum fuit alias, neque quãtũ ad durationem, vt videbitur modo, vnde ponendæ, & declarandæ ſunt concluſiones, modo adducendæ.

Concluſio prima. Expedit contritione quæ eſt in parte intellectiua dolere continuè magis ac magis de peccato. Ratio huius concluſionis eſt, quia quanto magis homo in actibus diſplicentiæ eſſe poteſt, melius eſt, dummodo actibus aliarum virtutum non opponatur, Contritus vacet ſuo tempore quando oportet.

Contritionis dolor qui eſt in parte intellectiua expedit ſemper augere.

Probatio concluſionis, ex poſitis pro fundamento doctrinæ habetur, quoniam diſplicentia de peccato ſecũdum rationis appetitum eſt actus virtutis. At in actibus virtutum non poteſt accipi ſuperfluum aut diminutum, neque ſecundum extenſionem, neque ſecundum intenſionem, non

fuit

Digitized by Google

fuit ſuperfluum ſecundum intentionem: quoniam non datur dolor contritionis nimius ex parte voluntatis, vt oſtendimus in caſu præcedenti, ergo nec vt ſic erit ſuperfluum extenſiuè, aliter vnus actus bonus impediret alium. Attamen non eſt bonum, quod actus vnius virtutis impediat alium magis neceſſarium pro tempore illo.

In actibus virtutis quantũ ſit ex natura illorum non datur ſuperfluum, neque diminutum per accidens dari poteſt.

Obſeruandum eſt dictum illud Ariſtotelicum, ſcilicet, quod in actibus virtutum non poteſt eſſe ſuperfluum, neque diminutum, dictum hoc intelligitur formaliter ideſt inquantum ſunt actus virtutum. Scit enim Doctor Sanctus, docuit, quod ieiunans poſſet plus iuſto (ideſt ſuperfluè,) & minus iuſto (ideſt diminutè, ſe affligere) Agnouit tamen ſic ieiunantem non conſiſtere in actibus virtutum, immo de actu virtutum (quod eſt ieiunare) ad actum vitioſum ſcit illum declinare; in actibus, ergo virtutum quantum eſt de ſe, non poteſt eſſe ſuperfluum, & diminutum, licet in abuſu actuum virtutum hoc eſſe poſſit, ſimiliter, prout notauimus, ly ſecundum extenſionem, correſpondet ad ly continuè dictum in concluſione, ſicut ly ſecundũ intentionem, ad ly magis, doctrina iſta habetur ex diuina ſcriptura. Dauid in Pſal. Miſerere, hoc manifeſtat dicẽdo. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Aſſignat Dauid pro cauſa ad obtinendam miſericordiam, contritionem continuam quam habebat de ſuo peccato, & de ſua iniquitate. Nam peccatum illud non eſſet in bonum contra ipſum pſalmiſtam, niſi ipſe de illo doleret propter Deum, quoniam aliter eſſet contra ſuos actores in malũ. Quia Dauid adducit hoc tanquam ſibi in bonum, vt puta tanquam medium ad impetrandam diuinam miſericordiam, & veniam de peccato. Ideo dicendum eſt, quod Dauid, per ly, & peccatũ meũ contra me eſt ſemper, contritionem ſuam intendebat manifeſtare eſſe continuam, & conſequenter ſemper de peccato dolere eſſe expediens. Hoc idẽ habemus à Hieremia Teren. 2. vbi dicit Propheta, Deduc quaſi torentem lachrymas per diem, & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui, legatur cap. illud, & conſiderentur verba illius, & clarè cognoſcet, quod Propheta inuitabat ſe, & alios ad lachrymas propter peccata, ob quæ Deus miſit tãta ſupplitia, per hoc enim, quod hortatur peccatores ad deductionem lachrymarum aſſiduarum, ſcilicet, per diem, & noctem non quieſcentium, apertè monſtrat, quod continuè dolere de peccato expediens eſt, hoc etiam habemus in Concilio Niceno 2. Actione 4. vbi dicitur. Nicephorus ſanctiſſimus Epiſcopus Dirchacalij dixit. Multis precibus opus habemus, multa enim mala fecimus, quin etiam continua pęnitentia, & confeſſione indigemus. Ecce, quod Pontifex ille dixit, pęnitentia continua nos indigere. Si hac indigemus, ergo per hoc monſtratur, quod ſemper de peccato dolere eſt expediẽs. Hoc clarè manifeſtat ipſe Dauid in Pſal. 6. dicendo. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, turbatus eſt à furore oculus meus, per has enim multas inculcationes, de contritione innuit propheta, aſſiduam diſplicentiam habendam de peccatis fore expediens. Et D. Chriſoſtomus in lib. de compunctione cordis dicebat. Quid corporis viribus opus eſt, cum cor conuertere debeamus? Hoc eſt, quod à nobis expoſcitur, vt ſemper recordemur mala noſtra, & ad animum reuocemus, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, vt pro his ſupplicemus Deũ, vt gehennam ponamus, in conſpectibus noſtris, & Angelos, qui in die iudicij vbique diſcurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos qui tradendi ſunt in gehennam ignis. Ponamus, & illud ante oculos quanti doloris eſt, excludi ac proijci à regno cælorum, quod (vt mihi videtur) grauius eſt ipſa gehenna. Iſta omnia dicit D. Chriſoſt. quæ dicta, ante oculos ſuos ſemper omnes debẽt, ad continuam cordis contẽplationem habere. Hoc totum vnico verbo inſinuauit Dauid dicendo de ſeipſo. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, turbatus eſt à furore oculus meus, Ante poſuerat Dauid pro principio Pſalm. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. In quo Pſal. apertè oſtendit propheta, continuitas contritionis eſſe ſalutifera, & quod huiuſmodi continuitas aptiſſima via eſt, ad optinendam miſericordiam Dei, & remiſſionem peccatorum.

Contritionis continuitas habetur ex diuina ſcriptura, & ex terminationem Eccleſiæ.

Concluſio ſecunda. Dolor contritionis exiſtens in parte ſenſitiua, licet debeat eſſe continuus, moderatus tamen eſſe debet ſecundũ virtutẽ prudentiæ, quia vt ſic poteſt habere eceſſum, & diminutionem, ſeu ſuperfluum, & diminutum. Concluſio iſta probatur. Paſſiones poſſunt habere ſuperfluũ, & diminutum, dolor contritionis in parte ſenſitiua eſt quædam paſſio, ergo poteſt habere ſuperfluum, & diminutum, & quantum ad intenſionem, & quantum ad durationem, vnde concludit Angelicus Doctor. Et ideo ſicut paſſio doloris quam voluntas aſſumit, debet eſſe moderatè intenſa, ita debet moderatè durare, ne ſi nimius duret, homo in deſperationem, & puſillanimitatem, & huiuſmodi labatur. Quia ſi talis paſſio, tum quo ad intenſionem, tum quo ad extenſionem non eſſet moderata, tunc eſſet in ea ſuperfluum, vel diminutum, quo ad alterum prædictorum, ſeu quo ad vtrumque, ideſt tunc ibi eſſet vitium, ſecundo inquit Doctor Sanctus, quia ſi talis paſſio nimis duraret, tunc homo poſſet cadere in deſperationem, puſillanimitatem, & huiuſmodi, præcipuè quando pœnitens non eſt optimè complexionis in vtroque homine, prout accidit in pluribus, pauci Petri, & Paucæ Magdalenæ reperiuntur, qui cõtinuè flebant ſua delicta, Corellarium ex his deducitur, ergo prudentiæ quę eſt auriga virtutum relinquitur, quod ſic, vel ſic moderetur prædictam paſſionẽ, prout nobis fuit exemplum, Apoſtuli, ad Corinthios, de illo fornicario de quo in ſuperioribus ſummus locuti, aliter dolor bonus contritionis in ſenſu à voluntate aſſumptus per imprudentiam degeneraret in malum. His igitur ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtãtiæ partis negatiuæ dubij.

Contritionis dolor in parte ſenſitiua licet debeat eſſe continuus debet tamen eſſe moderatus.

Regulandus eſt dolor contritionis in pęnitente à prudentia propria, & peritorum.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.
Dolor cõtritionis tollit vtrūq; gaudiū mundi, non tamen gaudiū Dei, immo inuenit illud.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod duplex eſt gaudium, ſcilicet, ſæculi, & Dei, vtique gaudium ſæculi impeditur per dolorem contritionis. Non autem gaudium quod eſt de Deo, quia gaudium de Deo pro materia habet dolorem contritionis, licet enim pœnitens doleat de peccato, gaudet tamen non de peccato, ſed de Deo, ex cuius amore prouenit, vt doleat de proprio peccato, & de quo gaudio naſcitur dolor, cũ gaudium ſit materia doloris, & poſtea ex dolore de peccato naſcitur gaudium, propterea dicebat Apoſtolus, gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Dupliciter enim dolens de peccato reſpicit Deum de quo gaudet, antecedenter, ſiquidem quoniam ex amore Dei, ſcilicet, ex amore peccatoris erga' Deum homo conteritur, ſubſequitur autem quoniam poſt lachrymas, immo & per lachrymas purgatur atque ſanatur oculus, & ſerenatur, ad videndum Deum, & de illo tanquam de dulci amico (media contritione) recuperato gaudet, tamen gaudium contriti eſt amixtum dulcedine, & dolore, dulcedine in ordine ad Deum quẽ amat, dolores in ordine ad peccatum quod odit, immo inquit D. Auguſtinus, quod pœnitens dum actualiter de peccato dolet, de ipſo ſuo dolore gaudet. Premiſſa omnia (in contritionis dolore) gaudia ſunt bona, & conſequenter pœnitens in Domino gaudere dicitur, & de contritione peccati, & de amicitia Dei acquiſita, & de remiſſione culpæ, & pœnæ, & de acquiſitione bonorum temporalium, & æternorum &c.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator, & format ſecundam inſtantiam dicendo ſic. Illud quod eſt de ſe malum, & fugiendum, non eſt affirmandum, niſi quatenus eſt neceſſarium, & medicina ad aliquid, vt patet de actione, & ſectione vulneris. Sed triſtitia de ſe mala eſt, ergo non expedit vlterius dolere. Minor propoſitio probatur inquit Eccleſ. 3. triſtitiam longe expelle à te, & ſubditur cauſa dicendo. Multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa. Hoc etiam dixit Phyloſophus 7. Ethic. & 10. ca. 13. & 14. ergo triſtitia de ſe eſt mala, ergo non eſt ſumenda niſi quatenus ſufficit ad peccatum delendum, quod fit ſtatim poſt primam triſtitiã. Quoties ingemuerit peccator, omniũ iniquitatum eius non recordabor, dicit Deus.

Inſtant. ſolutio
Triſtitia ſæculi eſt mala, & fugienda triſtitia de peccato, ſcilicet, contritio eſt bona.

Theologus ad probationem minoris dicit, quod Eccleſ. loquitur de triſtitia ſæculi. Et phyloſophus loquitur de triſtitia quæ eſt paſſio, qua moderatè vtenda eſt, ſecundum quod expedit ad finem, vtpote bona, & amplectenda ab hominibus continuanda, vnde formaliter ad inſtantiæ maiorem propoſitionem dicitur, quod malum ſecundum quod eſt malum eſt fugiendum, & non aliter, propterea venit neganda minor, quia licet triſtitia ſæculi ſit mala, ſimiliter paſſio immoderata de quibus loquuntur Eccleſ. & Ariſt. tamen triſtitia de peccatis eſt bona, & amplectenda, & ab hominibus continuanda pro remiſſione ſuorum peccatorum obtinenda.

Inſtantia 3.

Argumentator format tertiam inſtantiam dicendo. Hæc reſponſio non ſatisfacit. Nam inquit D. Bernardus. Dolor bonus eſt ſi continuus non ſit, mel enim abſynthio eſt admiſcendum, ergo videtur quod non expedit continuè dolere.

Inſtant. reſponſio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod D. Bernardus loquitur de dolore qui eſt paſſio, non autem de dolore qui eſt, in ratione appetitus diſplicentia, vnde hæc authoritas Bernardi eſt in fauorem ſecundæ concluſionis in ordine ad prudentiam habendam. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Hæc ſint pro dubio iſto ponatur ſecundum.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector, An poſt hanc vitam de peccatis animæ conterantur. Et ad vtramque partem adducuntur rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum, vel inſtantia. Amor enim charitatis diſplicentiam de peccatis cauſat, ſed poſt hanc vitam manet in aliquibus charitas, & quantum ad actum, & quantum ad habitum, dicit enim Apoſtolus 1. Corinth. 13. ergo poſt hanc vitam manet diſplicentia de peccato commiſſo, diſplicentia iſta nihil aliud eſt, quam contritio eſſentialiter, ergo contritio manet poſt hanc vitam.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Contritio eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, ſed ſacramenta non manent poſt hanc vitam, ergo neque contritio. Confirmatur hoc. Nam ſi maneret poſt hanc vitam ſolum in purgatorio manent, non in inferno, quia in inferno nulla eſt redemptio. Non in paradiſo, quia nullum coinquinatum intrabit in illam ſanctam Ciuitatem, neque in purgatorio. Probatur hoc vltimum. Nam contritio poteſt eſſe tanta, quod deleat & culpam, & pœnam, vt patet ex ſupradictis, ſi ergo animæ in purgatorio conteri poſſent, poſſent in cõtritione eorum reatus pœnæ eis dimitti, & per conſequens à pœna ſenſibili liberari, ergo falſum eſt, quod in purgatorio poſſit eſſe contritio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo ponit vnam concluſionem trimẽbrem pro parte negatiua, Secundo ſatisfacit argumentis partis negatiuæ.

Contritio de peccatis poſt hanc vitã non poſſunt habere animæ ſeparatæ.

Concluſio. Animæ ſeparatæ exiſtentes in patria, vel in inferno, ſiue in purgatorio, cõtritionem habere non poſſunt, concluſio iſta probatur, quo ad ſingulas partes. Et primo quod animæ exiſtentes in patria contritionem habere non poſſint, tali medio probatur. De eſſentia cõtritionis eſt dolor, animæ in patria non poſſunt habere dolorem, ergo neque contritionem. Minor probatur animæ in patria habent plenitudinem gaudij, ergo dolorem habere non poſſunt. Declaratur antecedens,

dictum

dictum illud Diui Th.ſcilicet, carent dolore propter gaudij plenitudinem. Illud verbum propter gaudij plenitudinem poteſt habere duplicem ſenſum, vel quod plenitudo gaudij ſit in ipſis, vel quod ipſi ſint in plenitudine gaudij. In ſecundo, & non in primo ſenſu intelligendum eſt dictum doctoris Angelici. Plenitudo gaudij eſt beatitudo æterna, in ipſis non eſt beatitudo æterna, ſed in Deo, at ipſi ſunt in plenitudine gaudij, quia ipſi ſunt in æterna beatitudine. Ex dicto Domini Matth. 25. Intra in gaudium Domini tui. & non dicit illi Dominus, gaudium Domini tui intret in te.

In patria in beatis nõ reperitur contritio propriè dicta.

Secundo probatur, quod exiſtens in inferno nõ poſſit habere contritionem. Contritio eſt dolor pro peccatis gratia informatus, animæ damnatæ non haben. dolorem gratia informatum, ergo nõ haberet contritionem. Declaratur maior propoſitio, gratia informans dolorem contritionis dat ei duo, primo, quod ſit dolor principaliter de offenſa Dei, & quod deleat culpam. D. Th. dicit quod dolor damnatorum non eſt gratia informatus, per cõſequens non delet culpam, neque facit, quod damnatus doleat de peccato, quatenus eſt offenſa Dei. Immo ex damnatorum obſtinatione non ſolum ipſi non dolent de peccato, ſed præparati ſunt ad peccandum ſi vires adeſſent, ſed ſolum dolent de peccato quatenus pro ipſo puniuntur. Dolere autem ſic de peccato non eſt contritio, neque etiam informis, quoniam tali dolori non competit diffinitio contritionis, neque eſt actus virtutis. Nã contritio informis, quæ dicitur dolor attritionis ex dictis in primo caſu huius diſputationis, eſt de peccato prout offenſa Dei eſt, & contritio actus virtutis, peccatum vt ſic nollet vnquam comiſiſſe.

Damnati dolent de peccato, non quia pœnitent peccaſſe, ſed quatenus, pro ipſo puniuntur.

Obſeruandum tamen eſt, quod ex hac doctrina non debet elici, quod nullus poſſit dolere de peccato inquantum eſt peccatum, niſi ſit in gratia, hoc etiam eſt contra intentionem D. Th. in ſecundo caſu huius diſputationis dubio vltimo, vbi attritionem quæ apud ipſum eſt contritio informis, dicit eſſe quando quis dolet de peccato. Nunc autem loquitur Doctor Sanctus de contritione perfecta, formata, cuius forma eſt gratia ipſa.

Tertio probatur, quod exiſtentes in purgatorio non poſſint habere perfectam contritionem probatur hoc, quia dolor illarum animarum non eſt meritorius cum ipſæ animæ non ſint in ſtatu merendi. De ratione autem contritionis perfectæ eſt, eſſe actum meritorium. Obſeruandum eſt, quod Angelicus Doctor loquitur de merito propriè. Nã ad merendum propriè requiritur vltra gratiam, & opus, quod operans ſit viator totaliter, & eſt in vita hac mortali viuens in corpore, duplex eſt meritũ, propriè dictum, & impropriè dictum. in purgatorio non eſt meritum propriè dictum, quoniam ipſi non ſunt viatores, quod requiritur ad meritũ proprium. Meritum autem impropriè dictum reperiri poſſe concedit D. Th. 3. d. 18. q. 1. art. 2. in purgatorio. Hoc etiam patet, quoniam inquit Angelicus Doctor, quod efficatia contritionis eſſe actum meritorium. Addit poſtea. In hac autem vita hæc tria inueniri poſſunt, ſcilicet, dolor, ſimiliter informatus gratia, & quod ſit actus meritorius, ſed modo imperfecto, quia ſatisfactio noſtra ad Deum non eſt ſatisfactio ſimpliciter, ſecundum æqualitatem quantitatis, ſed ſecundum æqualitatẽ proportionis, propterea ſatisfactio noſtra ad Deum, potius eſt p modũ acceptationis, q̃ adequationis.

Duplex eſt meritũ propriè dictũ, & impropriè dictum, in hac vita reperitur vtrũque meritum in purgatorio ſolũ meritum impropriè dictũ.

Quod autem in futura vita nõ detur locus merendi, affirmat ſaluator noſter Io. 9. dicendo, venit nox quando nemo poteſt operari, ſcilicet, meritoriè. Huic ſententiæ ſubſcribit D. Auguſtinus dicendo. Hic omne meritum comparatur quo poſt hãc vitam releuari poſſit quiſpiam, vel grauari. Nemo autem ſperet quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri. Hæc in Enchirid. c. 10. Et D. Hieronymus ſuper ad Galatas. Tempus ſementis, tempus eſt præſens, & vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus ſeminare. Cum iſta vita tranſierit operandi tempus auferunt. Nec in alio ſenſu verba iſta Domini ſunt accipienda, niſi quod poſt mortem non ſit tempus merendi, cum ergo ex ſacris literis conſtet defunctorum animas prorſus occioſas non eſſe cum nihil occioſum detur in rerum natura. Immo natura illud abhorret ſecundũ phyloſophum etiã, & dubitari nemo fidelis poteſt de veritate verborũ Domini, ſequitur neceſſario, quod Dominus loquitur ibi, non de opere abſolutè, ſed meritorio tantum, venit nox quando venio, ſcilicet, poteſt operari meritoriè. Simile quid dicit Eccleſiaſt. 9. dicendo, quandocunque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia ſunt apud inferos quo tu properas. Et infra. c. 14. Ante obitum tuũ operare iuſtitiam quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. Clarum eſt, quod ante mortẽ Chriſti erant Sancti Patres in limbo infrà nos. Et quod in eis tunc erat aliquod opus (ratio, ſcientia) quod dicitur de pluribus illis inquit Poeta, intellige proportionaliter de alijs defunctis & tamen ſic vniuerſaliter locuta eſt diuina ſcriptura Quid ergo per huiuſmodi tuum dictum intellexit, vult intelligere? Quod neque opus, neque ratio, neque ſapientia, neque ſcientia, in aliquo defunctorum ſunt ad meritum, etiam quod abſoluè ibi ſint. Opus enim meritorium poteſt eſſe in hac vita, quoniã ad opus exortamur nunc, ex eo quod non dabitur poſtea opus tale, hoc enim diligenter memoriæ eſt mandandum, contra hæreſes meritoria opera negãtes. Hæc generatim de vniuerſis vita functis dicta ſufficiant, quo ad nos tamen conſolationem deferunt verba illa, quia ſi in Sanctis non eſt contritio eſt tamen totalis mundatio delictorum, Iſaias c. 54. dicebat. Noli timere quia non confunderis, neque erubeſces. non enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris, & obbrobrij viduitatis tuæ, non recordaberis amplius, quia dominabitur tui, qui fecit te. O, felices Sancti Dei, qui à Deo dominantur cum ſummo gaudio. Dicit enim D. Io. in Apoc. 21. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum & iam non erit vltra, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor, quoniam priora abierunt. His igitur relictis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

In hoc ſæculo eſt locus merendi, vel operandi meritoriè, in alia vero non datur talis locus.

Locus merendi eſt in hac vita licet oppoſitũ dicant hæretici in alia vita non datur locus merendi.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. In patria ſancti non ſunt capaces doloris contritionis peccatorum iam dimiſſorum.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo cum D. Thom. quod charitas non cauſat dolorem (ſcilicet, contritionis) niſi in illis qui dolore capaces ſunt, Beati autem in patria talis doloris non ſunt capaces, quoniam plenitudo gaudij omnem capacitatem doloris excludit, vnde licet beati charitatem habeant, carent nihilominus contritione. Doctrina iſta fundatur ſuper maxima illa Ariſtotelica, ſcilicet, quod actiones recipiuntur in ſubiecto diſpoſito, vnde licet charitas (quantum ſit de ſe) cauſet in amico dolorem de offenſa amici, tamen dolor iſte non recipitur, in ſubiecto exiſtente in plenitudine gaudij patriæ.

Impugnatio prima.

Contra inquit Lector, Charitas ex propria natura cauſat talem contritionem, ergo vel beati talem dolorem recipiunt, vel in illis non eſt charitas, vel fruſtra charitas cauſat talem dolorem. At nihil fruſtra datur in rerum natura, ergo ſi eſt, cauſat talem dolorem.

Impugnationis dilutio. Charitas viæ cauſat dolorem contritionis hoc non facit charitas patriæ.

Pro ſolutione huius difficultatis breuiter eſſet dicendum, quod vtique proprium eſt charitatis viæ cauſare hunc dolorem vbicunque reperiatur, non tamen charitatis patriæ, ratio, quia charitas viæ tendit ad perfectionem, cum ſit augmētabilis in infinitum, charitas autem patriæ eſt in gradu perfecto, & beati in patria manent ſemper in eodem gradu beatitudinis eſſentialis, prout clare oſtendit Doctor Sanctus in quæſtione de viſione Dei. At cum venerit quod perfectum eſt, ſcilicet, plenitudo gaudij, euacuabitur quod ex parte eſt, ſcilicet, gaudium mixtum cum dolore. Ideo in patria vbi eſt gaudij plenitudo, non poteſt eſſe dolor contritionis, propterea concludendum eſt, quod charitas in patria non cauſat talem dolorem, quia charitas foras mittit timorem, & etiam dolorem.

Impugnatio ſecunda.

Contra hoc ſe opponit Lector dicendo. Poſita cauſa ponitur effectus, cauſa doloris contritionis eſt charitas, charitas eſt in beatis, ergo in illis eſt talis effectus. Confirmatur hoc, quia diffinitio non ſeparatur à diffinito, vel, id quod eſt de eſſentia rei ſeparari nō poteſt cauſare contritionem eſt de eſſentia charitatis, & de eius diffinitione, ergo vbicunque reperitur charitas, reperitur talis effectus, ergo & in patria, naturæ enim charitatis conſideratæ in ſeipſa eſt cauſare dolorem de offenſa amici, ergo vbicūque ponatur cauſat talem dolorem, nam charitas non poteſt ſeparari à ſua natura, cum ſit ipſamet ſua natura, ſicut nec diffinitio à diffinito cum ſit ſua diffinitio, ergo ponere charitatem in beatis, & ponere quod non cauſat diſplicentiam de offenſa Dei, eſt ponere contradictoria ſimul, ſcilicet, quod in beatis ſit, & non ſit charitas.

Impugnationis dilutio. Charitas in ſeipſa cauſat dolorem peccatorum in ſubiectis vbi ſunt peccata. in aliis autē nō præcipue in patria.

Theologus ſatisfacit huic difficultati dicendo, quod charitas conſideratur dupliciter, in ſe ipſa, & ratione ſubiecti in quo eſt poſita. In ſeipſa habet cauſare dolorē de offenſa amici, præcipuè de offenſa Dei, ſcilicet, cauſare contritionem prout optimè probat impugnatio facta, tamen charitas patriæ prout eſt in beatis non producit hunc effectum actualiter, licet quantum ſit ex ſe apta ſit illum cauſare, ſed ibi non cauſat, quia repugnat vt vbi eſt plenitudo gaudij reperiatur dolor, hoc autem declaratur à ſimili, per dictum. D. Thom. p. 2. q. 4. art. 8. in tertio argumento, in illo argumento dicit Doctor Sanctus, charitas in beatitudine perficitur, ſed charitas extenditur ad dilectionem Dei, & proximi, ergo ad beatitudinem videtur, quod requiratur ſocietas amicorum, cui argumento ſatisfacit dicendo, quod perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non quantum ad dilectionem proximi, vnde ſi eſſet vna ſola anima fruens Deo, beata eſſet, non habens proximum quem diligeret, ſed ſuppoſito proximo, ſequitur dilectio eius ex perfecta dilectione Dei, vnde quaſi concomitanter ſe habet amicitia ad perfectam beatitudinem. Ex hac doctrina Angelica poſſumus deuenire in cognitionem doctrinæ præſentis, ſicut ergo perfecta charitas illius animæ beatæ non diligeret actualiter proximum, eo quod proximum non haberet, etiā quod charitas ſecundum ſuam naturam extenderet ſe ad dilectionem proximi. Ita perfecta charitas beatorum non cauſat actualiter contritionem in beatis, eo quod ipſi non ſunt doloris capaces, etiam quod charitatis ſecundum ſuam naturam ſit cauſare in amico dolorem de offenſa amici præcipuè Dei. Et ſicut ſuppoſito proximo ſequitur actualiter in illa anima beata dilectio eius ex dilectione Dei. Ita ſuppoſita (quod tamen non eſt dabile) capacitate doloris in beatis, ſequitur actualiter in eis contritio de peccato. Concludendum ergo eſt, quod perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini quantum ad conſumatum gaudium de Deo, non quantum ad actualem dolorem de peccato. Actualem inquam ad differentiam radicalis. Non quia contritio illa radicalis, ſit reducibilis quandoque ad actum, ſed quia in radice naturæ charitatis (modo ſupra declarato) manet, vnde ſicut illa anima ſola beata, habet dilectionem proximi in radice tantum charitatis, nunquam tamen actualiter, niſi proximus diligendus daretur, nec hoc eſſet inconueniens. Et in caſu iſto non eſſet minus beata, & charitate perfecta abundans; at ſi proximum nunquam exiſtentem actualiter nunquam diligeret. Ita beati in patria habent contritionem in radice charitatis, ſecundum naturam eius tantum, nunquam tamen actualiter, vt intendit hic D. Thom. & Poteta, niſi capacitas doloris in ipſis daretur. Nec hoc eſt inconueniens, nec per hoc eſſentialiter ſunt minus beati, & charitate perfecta pleni, etiam quod actualiter nunquam ex incapacitate, ſua ſint habituri iſtum dolorem contritionis.

Oſtenditur quare charitas nō cauſat contritionem in beatis ſicut cauſat illam in viatoribus.

Simili modo poſſumus ſaluare dictum illud de Deo, & de beatis, puta quod habeat, vel non habeat diſplicentiam de peccatis noſtris, quia quantum ſit de natura charitatis illorum in ſeipſa conſideratæ, id ſolummodo verificatur, ſcilicet, quod ſi Deus eſſet Beati eſſent capaces doloris, deſalire haberent actualem diſplicentiam, non tamen

men

Digitized by Google

men ex hoc eſt concludendum quod aliquando ipſi poſſent eſſe capaces talis doloris, vel diſplicentiæ actualis.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit, & format ſecundam inſtantiam dicendo. Magis eſt dolendum de culpa quam de pœna, ſed animæ in purgatorio dolent de pœna ſenſibili, & de dilatione gloriæ, ergo multo magis dolent de culpa ab eis commiſſa.

Inſtant. ſolutio
Dolor animarũ purgatorij de culpa, & de pęna purgatorũ ſuorũ non eſt contritio, quia caret efficatia liberandi a pęnis illorũ.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod animæ in purgatorio dolent vtique de peccatis. Attamen dolor ille non eſt contritio, quia deeſt eis contritionis efficatia, vnde ipſi de peccatis dolent, at dolor illorum non eſt dolor contritionis. Concedimus enim quod animæ in purgatorio doleant de peccatis, & magis dolerẽt de culpa, quam de pœna, negatur tamen, quod talis dolor ſit contritio, non ex eo, quia ſit paruus dolor, ſed quia non habet efficatiam merendi, neque ſacramenti, neque ſatisfaciendi. Poterit enim dolor ille eſſe maior quam dolor cuiuſcunque viatoris hic in corpore viuentis. Et tamen dolor iſtius ſic viuentis, quandoque erit contritio, dolor autem exiſtentis in purgatorio nunquam erit, neque eſſe poterit contritio. Ratio huius rei eſt, quia non omnis dolor eſt contritio, licet omnis contritio ſit dolor. Vlterius, neque omnis dolor de peccato proprio eſt contritio, de qua contritione nunc eſt ſermo, niſi ſit informatus gratia, & efficatia, dolor in purgatorio eſt informatus gratia, non tamen efficatia, vt dictum eſt ſupra, ex quo habetur, quod ſi per impoſſibile beati in patria eſſent capaces doloris, adhuc contritionem actu non haberent, non ratione adducta in reſponſione ad primam, ſed ratione dicta modo ad ſecundam, id eſt non ratione incapacitatis doloris, ſed ratione defectus efficatiæ. Nunc autem beati ipſi propter vtramque rationem non habent contritionem, animæ autem exiſtentes in purgatorio propter vnam tantum, ſcilicet, efficatiam, & damnati propter defectum ſecundæ, & tertiæ conditionis contritionis.

Inſtantia 3.

Impugnat hanc reſponſionem Argumentator dicendo, pœna purgatorij ſatisfactoria de peccato eſt, ſed ſatisfactio habet efficatiam ex vi contritionis, ergo contritio manet poſt hanc vitam.

Inſtant. ſolutio
Pęnę purgatorij propriè non ſũt ſatisfactoriæ, ſed ſunt pęnæ debitæ pro peccatis.

Theologus ad maiorem dicit, quod pœna illa quam animæ in purgatorio ſubſtinent non poteſt dici propriè ſatisfactio. Ratio huius eſt, quia ſatisfactio opus meritorium requirit, ſed largo modo dicitur ſatisfactio pœnæ debitæ ſolutio. Inquit Doctor Sanctus hic, quod ſatisfactio purgatorij, non eſt propriè ſatisfactio, ſed impropriè, quia eſt ſolutio pœnæ debitæ. Nam ad ſatisfactionem propriè dictam, vltra pœnæ debitæ ſolutionem pro peccato, exigitur, quod ipſa ſatisfactio ſit in remedium futuri peccati cauendi. Hoc autem de pœna illarum animarum dici non poteſt, cum ſecundum fidem catholicam, animæ ipſę omnino peccare non poſſent, etiam dum actu ſunt in purgatorio. Hæc ſint pro dubio iſto. Modo ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus primo argumento dicit, ſcilicet, ad minorem, quod erubeſcentia reſpicit peccatum ſolum, quantum ad id quod habet de turpitudine, vnde poſtquam peccatum eſt remiſſum quantum ad culpam, non manet pudori locus, manet tamen locus dolori, qui non ſolum de culpa eſt, inquantum habet turpitudinem, ſed etiam inquantum habet nocumentum annexum, turpitudo peccati quia non ſemper manet, & ſemper manet nocumentum, ideo de illa non ſemper eſt conterendum, conterendum autem eſt de peccato inquantum eſt cauſa nocumenti, quod manet etiam remiſſa culpa.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector, & format ſecundum argumentum ſic. Perfecta charitas foras mittit timorem, Ioan. 4. quia timor pœnam habet, ſed dolor etiam pœnam habet, ergo in ſtatu perfectæ charitatis non poteſt dolor contritionis manere.

Argumenti ſolutio.
Charitas mittit foras timorem ſeruilẽ, non autẽ filialẽ. contritio eſt dolor filialis.

Theologus ad maiorem propoſitionem dicit, quod duplex eſt timor ſeruilis, & filialis. Charitas mittit foras timorem ſeruilem, relinquit autem timorem filialem. Charitas foras mittit primum timorem, quoniam illi opponitur ratione ſeruitutis, à qua charitas liberat, quia pœnam reſpicit timor ille, dolor contritionis eſt dolor filialis qui à charitate cauſatur, propterea ſtat ſimul cum charitate. Nam licet perfecta charitas tollat reſpectum ad pœnam timoris ſeruitutis congruentem, non tamen tollit, quinimmo ponit illam pœnam, quæ eſſentialiter, vel ſaltem conſecutiuè eſt contritio. Poſita enim cauſa quæ eſt charitas, ponitur effectus, qui eſt doloroſa contritio. Ex his dicitur ad dictum D. Io. 4. timor pœnam habet, quod loquitur de pęna inferni, & purgatorij, & non de pęna contritionis, quæ differt per maximè à pęna quæ in contritione reperitur, vnde argumentum non concludit re contra concluſionem, apparet, immo neque illam attingere.

Argumẽtum tertium.

Non acquieſcit Lector immo contra prædicta format tertium argumentum dicendo. De præterito non poteſt eſſe dolor, cum dolor ſit propriè de malo, vel formaliter, vel relicto, de malo præterito in præſenti, ſed quomodocunque perueniatur ad aliquem ſtatum in hac vita, in quo de peccato præterito nihil manet, neque diſpoſitio, neque culpa, neque reatus aliquis manet, manet cauſa conterendi, ergo non oportet amplius de peccato illo conteri, vel dolere.

Argumenti ſolutio.
Pęnitens exiſtens in gratia dolet, & cõteretur de dignitate innocentiæ irrecuperabiliter per peccatum.

Ad minorem dicit Theologus, quod quamuis per pœnitentiam peccator, redeat ad gratiam priſtinam, & immunitatem pœnæ, nunquam tamen redit ad priſtinam dignitatem innocentiæ, & ideo ex præterito peccato, ſemper aliquid in ipſo manet, licet enim quandoque ſecundum ſtatum præſentis vitæ perueniat ad totalem remiſſionem culpæ, & pęnæ, nunquam tamen poteſt peruenire ad hoc, vt verum ſit dicere, quod iſte qui ſemel peccauit, habeat priſtinam dignitatem innocentiæ. Et hoc ratione oſtenditur. Nam dignitas priſtina

ſtina

ſtina innocentiæ erat, quod iſte nunquam actualiter peccauerat, quem cum poſtquam peccauerit, impoſſibile ſit ipſum non peccaſſe, non poſſe recuperare ſuam innocentiam, manifeſtum eſt. Ex quibus patet, quod non negatur ex hoc, quod iſte peccator non poſſit reſurgere in tanta, immo in maiori, & quandoque in ampliori dignitate gratiæ prout dicetur in reſponſionem ad quartum. Ideo ſignanter dicit Doctor Sanctus, in priſtinam dignitatem innocentiæ. Et non dixit in priſtinam dignitatem gratiæ vel gloriæ.

Argumentum quartum.

Inſurgit Lector, & format quartum argumentum contra prædicta dicendo. Ex ſententia Apoſtoli Rom. 8 Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, vt dicit gloſſa ibi D. Auguſtini lib. de corep. & gratia c. 9. ergo non oportet, quod poſt remiſſionem pœnitens de ipſo doleat.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento ſatisfacit Theologus dicendo cum Doctore Sancto, quod ſicut non debet homo facere mala, vt veniant bona, ita non debet gaudere, quando ex his occaſionaliter proueniant bona diuinitus à gratia, vel à prouidentia diuina, quia illorum bonorum inquit D. Thom. non fuerunt cauſa peccata. Immo magis fuerunt impedimenta. At diuina prouidentia ea cauſauit, & de diuina prouidentia gaudere debet homo, de peccatis autem dolere, vnde formaliter ad argumentũ dicitur, quod illatio concluſionis non currit, quoniam peccata quantum eſt ex parte ipſorum, non cooperantur in bonum, ſed Dei omnipotentia eſt quæ de malo elicit bonũ, etiam ex peccatis ipſis in contrarium, ſecundum totum ſuum poſſe renitentibus. In hoc ſenſu dicebat Apoſtolus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vnde ſemper remanet materia doloris ex parte peccatorum ipſorum, licet de bonitate Dei, ſua omnipotentia, inde bonum eliciente multum ſit gaudendum. Et hoc habemus ex ſenſu verborum Apoſtoli. Poſtquam enim Apoſtolus dixerat Rom. 5. vbi abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia, mox in 6. cap. ſubinfert interrogando, & dicendo. Quid ergo dicemus, manebimus in peccato, vt gratia abundet? Et ſtatim reſpondet Abſit. Quaſi dicat illa ſuper abundantia gratiæ, quam poſt ſuper abundantiam peccati venire prædixi, non procedit ex conditione peccati. In cuius ſignum eſt, quod non eſt manendum in peccato vt gratia abundet. Immo quia nullomodo in peccato eſt manendum ad hoc vt gratia abundet, concludendum eſt, quod quantum eſt ex parte peccati, impedimentum omnino præſtatur, vnde quod poſt peccatum habundetur, vel abundet, vel ſuperabundet gratia, non facit, quod minus deteſtandum ſit peccatum illud, quam ſi poſt ipſum gratia non daretur, nec abundaret, neque ſuperabundaret vnquam, ſententia igitur Apoſtoli Rom. 5. vbi abundauit delictum, reddit in eundem ſenſum cum illa Rom. 8. Diligentibus Deum, omnia &c. quo circa de vtraque ſententia idem ferendum eſt iudicium, & dicendum, quod nulla illarum minuit aliquid de dolore, quo ad commiſſum peccatum, bene autem ambæ cogunt nos ad maiores gratias referendas Deo, pro beneficio illato poſt tot peccata.

Cõtritus debet dolere de peccato, & gaudere de bonis cõceſſis a diuina prouidentia ex occaſione peccati.

Vltimum argumentum.

Lector format quintum argumentum contra prædicta dicendo. Contritio eſt pars pœnitentiæ, contra ſatisfactionem diuiſa, ſed non oportet ſemper ſatisfacere, ergo nec cõteri de peccato ſemper.

Argumenti ſolutio.

Cõtritio ſemper manere debet incontrito, licet nõ ſemper maneat obligatus ad ſatisfactionem.

Theologus ad minorem dicit, quod non eſt eadem ratio de ſatisfactione, & de contritione. Nã ſatisfactio attenditur ſecundum pęnam taxatam, quæ pro peccatis iniungi debet. Et ideo poteſt terminari, vt non oporteat vlterius ſatisfacere. Hæc autem pœna præcipuè proportionatur culpæ ex parte conuerſionis, ex quo finitatem habet. Dolor autem contritionis reſpondet culpæ ex parte auerſionis ex qua habet infinitatem, vnde & contritio debet ſemper manere. Nec eſt inconueniens, ſi remoto poſteriori maneat prius, in peccato prius eſt auerſio à Deo, & poſterius conuerſio ad creaturam, propterea primum habet rationem infiniti, ſecundum finiti, ſecundum tollitur per ſatisfactionem, primum non tollitur omnino, quod eſt infinitum, propterea infinitè, id eſt toto tempore vitæ noſtræ durare debet. Hæc ſint pro caſu, & dubijs annexis. Nunc ponendus eſt vltimus.

Caſus, ſcilicet, de effectu contritionis.

Lector in caſu iſto vltimo diſputare intendit de effectibus contritionis. Et ſi reperiatur aliquod præceptum diuinum de contritione ipſa.

In caſu quærit vtrum peccati remiſſio ſit contritionis effectus.

In primo dubio inueſtigat, An contritio poſſit tollere totaliter reatum pœnæ.

In ſecundo dubio interrogat, An poſſit contritio parua delere magna peccata.

In caſu ergo inquirit Lector vtrum peccati remiſſio ſit contritionis effectus. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum gloſſa ſuper illud Pſalmi. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus &c. dicit, contritio cordis eſt ſacrificium quo peccata ſoluũtur, ergo remiſſio peccatorum eſt contritionis effectus. Confirmatur hoc, virtus & vitium eiſdem cauſis generãtur, & corrumpuntur 2. Ethic. c. 2. 1. ſed per inordinatum amorẽ cordis peccatum committitur, ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato tantum peccatum ſoluitur. Et ſic cõtritio delet peccatum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. Solus Deus peccata remittit, ergo non contritio, valet conſequentia, quia contritio eſt aliqualiter actus noſter, ergo contritio non eſt cauſa remiſſionis peccati.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones affirmatiuas, & pro maiori intelligentia illarum

Digitized by Google

rum proponit dubia, & declarat, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum ponitur talis diſtinctio contritio poteſt dupliciter conſiderari, vel inquantum eſt pars ſacramenti, vel inquantum eſt actus virtutis. Et vtroque modo eſt cauſa remiſſionis peccati diuerſimodè tamē, qualis ſit contritio actus virtutis, & pars ſacramenti iam oſtenſum eſt abunde in præcedentibus caſibus, propterea ibi reccuratur, quia nos pergimus ad ſecundum.

Concluſio prima. Cōtritio inquantum eſt pars ſacramenti, eſt cauſa inſtrumentalis remiſſionis peccatorum, probatur concluſio iſta ratione, & authoritate. Ratione ſic contritio vt pars ſacramenti ſacramentaliter concurrit ad remiſſionem peccatorum cauſandam, ſed ſacramenta inſtrumentaliter concurrunt ad cauſandam gratiam, ergo & contritio hoc pacto concurrit, ergo remiſſio peccati modo ſuo eſt effectus contritionis. Minor propoſitio probabitur, poſtquam poſita fuerit ſecunda concluſio, pro ſecundo membro diſtinctionis, & declarata.

Remiſſio peccati eſt effectus contritionis prout eſt pars ſacramēti, & virtus ſeu actus virtutis pœnitentiæ.

Concluſio ſecunda. Contritio vt eſt actus virtutis, eſt cauſa materialis ipſius remiſſionis peccati, vel remiſſio peccati eſt effectus contritionis virtutis, Angelicus Doctor has concluſiones declarat ſic. Diſpoſitio poteſt ſummi ex parte ſubiecti, quod diſponitur, vel ex parte agentis, à quo venit talis diſpoſitio, Primo modo, reducitur ad cauſam materialem, Secūdo ad cauſam efficientem. Deus efficienter diſponit ad iuſtificationem, vt cauſa principalis, ſacramenta autem, & miniſtri ſacramentorum diſponunt effectiuè, & inſtrumentaliter. Peccator contritus diſponit ſe materialiter, mediante virtute contritionis, Deus autem in contrito ſic diſpoſito, infundit contritionem in forma tam charitate immediatè, vel mediante miniſtro Eccleſiæ, & ſic de attrito peccator fit contritus, & hæc ſint pro declaratione contritionis virtuoſæ. Nunc loquamur de contritione quæ eſt pars ſacramenti, quia vt ſic operatur inſtrumentaliter ad iuſtificationem peccatoris.

Ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. habemus, quod ſacramenta nouæ legis operantur inſtrumentaliter ad remiſſionem peccati, vbi explicans cauſas iuſtificationis impij in latitudine cauſæ efficientis loquens, infert hæc verba, inſtrumentalis item ſacramenti baptiſmi. Et ſeſſione 14. cap. 2. eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, vt nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Et ſeſſione 7. canone 8. Si quis dixerit, quod ipſa nouæ legis ſacramenta, ex opere operato non conferre gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam, Anathema ſit. Hæc de concilio. Rectè, ergo prima pars fundatur in hoc, quod ſacramenta noſtra ad remiſſionem peccati operantur inſtrumentaliter, ex quo infertur, quod contritio, cum ſit pars ſacramenti ad remiſſionem peccatorum inſtrumentaliter concurrit, & per conſequens ex doctrina D. Thom. cauſa hæc inſtrumentalis concurrit in genere cauſæ efficientis reductiuè. Quando ergo dicitur, quod contritio vt pars ſacramenti concurrit inſtrumentaliter, & vt actus virtutis diſpoſitiuè, ſignificatur quod vt pars ſacramenti concurrit effectiuè, vt actus autem concurrit materialiter, prout declaratum fuit, & modo oſtendetur.

Vt faciliter intelligatur quomodo ſacramenta Eccleſiæ inſtrumentaliter effectiuè concurrant ad remiſſionem peccatorum, obſeruandum eſt, quid exigatur ad hoc quod aliquid ſit reuera inſtrumentum. Ad hoc enim quod aliquid reuera ſit inſtrumentum, requiritur vltra actionem ſibi propriam, quod mediante iſta eleuetur ad participandam actionem agentis vtentis illo pro inſtrumento. v.g. Sera, in hoc dicitur inſtrumentum artificis, quia vltra actionem propriam quæ eſt ſecare, habet aliam actionem ſibi communicatam ab artifice, ſecundum formam artis præfiſſam in mentē artificis, quæ eſt ſecare ſecundum artem. Sera habet primam actionem ex propria natura, ſcilicet, ex propria forma, cum habeat dentes fereos diſpoſitos ad ſecandum, ſed non ſerat ſub forma lecticæ, vel ſcamni, niſi inquantum artifex ad talem actionem illā ordinat, vnde apparet, quod ſera eſt cauſa propria ſectionis. At ſectionis ſcamni, vel lecticæ eſt cauſa inſtrumentalis, prout notum eſt apud intelligentes.

Oſtenditur modus quo contritio noſtra, vt pars ſacramenti ſit cauſa inſtrumentalis noſtræ culpæ remiſſionis.

Modo deſcendendo ad ſacramenta, præcipuè ad contritionem, Deus mouet meum arbitrium, ad deteſtationem peccatorum à me commiſſorum, ego tali motione generali Dei moueor ad odium peccatorum, cum animo relinquendi illa. Iſta mea contritio prout eſt à me ex motione generali Dei eſt imperfecta, informis, eſt attritio propriè, & non contritio, quia nondum à Deo eſt aſſumpta, in inſtrumentum ad delenda peccata. Superuenit poſtmodum alia motio maior, ex bonitate Dei, & hanc contritionem informat charitate, & eleuat illam ad operandum aliquid ſupra ſuam naturam, ſcilicet, ad cauſandam remiſſionem peccatorum, ad remouendum reatum pœnæ æternæ, & ad merendam gloriam, & ſic ego ex attrito fio contritus, nec mirum eſt hoc, quia contritio mea, à Deo præuenta, agit, & naturaliter, & ſupranaturaliter, verè, & realiter, prout eſt à me operatur naturaliter, prout eſt eleuata à Deo agit ſupranaturaliter, Primo modo agit formaliter effectiuè, Secundo modo formaliter inſtrumentaliter. In primo ſenſu contritio præcedit deletionem peccatorum, quia diſponit cor materialiter, ſecundo modo præcedit, & ſequitur præcedit, quia expellit peccatum, ſequitur, quia manet in corde contriti.

Damnatur Lutherus negans neceſſitatem contritionis ad remiſſionē peccatorum.

Ex hac doctrina apparet qualiter errauit Lutherus, prout habetur in bulla Leonis X. contra Lutherum, dicebat enim ſimpliciter tuam contritionem nullo modo confidas abſolui, ſed propter verbum Chriſti, ſcilicet, Quodcunque ſolueris, &c. (Et addit Lutherus) hic inquam confide ſi ſacerdotis obtinuetis abſolutionem, & corde fortiter te abſolutum, & abſolutus eris, quicquid ſit de contritione. Item ſi per impoſſibile confeſſus non eſſet

eſſet contritus, ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſſimè eſt abſolutus. Item adeſt error eiuſdem Lutheri dicentis, nullus ſacerdoti debet reſpondere ſe eſſe contritum, nec ſacerdos requirere. Ecce in quam parua reuerentia ſit contritio, apud Lutherum virum diabolicum, vnde merito Papa Leo, damnauit Lutherum, & omnes hos errores. Quod & fecit Concil. Trid. ſeſſione 14. cap. 4. poſtquam diffiniuit contritionem ſubdit. Fuit autem quouis tempore, ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiẽdum hoc ſacramentum requiruntur, quod & confirmat Sacrum Concilium pluries, & Dauid in Pſal. 31. Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Dño, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ecce contritio, dixi. Ecce confeſſio, confitebor. Ecce remiſſio. Et tu remiſiſti. Remiſiſti coreſpondet ad ly dixi, cum vtrumque ſit præteriti temporis, ex hoc oſtenditur, quod remiſſio peccatorum eſt effectus contritionis, etiam antequam confiteatur, quia in contritionis actu, habetur confeſſio in voto. Hoc etiam manifeſtat Ezechiel 18. dicendo, Conſiderans impius, & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur, quo in loco Deus certum facit, quod contritio quæ neceſſaria eſt, per ſe remittit peccata, ſed de his ſatis, proponamus dubia.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio quærit, An contritio poſſit totaliter tollere reatum pęnæ, cum ex vtraque parte adſint rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Deus plus affectum cordis acceptat, quam exteriorem actum, ſed per exteriores actus abſoluitur homo à pœna, & culpa, ergo ſimiliter per cordis affectum qui eſt contritio, tollitur ab homine culpa, & pœna. Confirmatur hoc, per exemplum de latrone, cui dixit Dominus. Hodie mecum eris in Paradiſo, quod obtinuit latro propter vnicum actum pœnitentiæ, quod confirmat Doctor Sanctus in tractatu de pœnitentia.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. Satisfactio & confeſſio ordinantur ad liberationem reatus pœnę, ſed nullus ita perfectè conteritur quin oporteat eum confiteri, & ſatisfacere, ergo contritio nullo modo eſt tanta, quod totaliter totum reatum deleat.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Pro habendo primũ, diſtinguit intentionem cõtritionis dicendo. Intentio contritionis poteſt attendi dupliciter, vno modo ex parte charitatis quæ diſplicentiam cauſat alio modo ex parte doloris ſenſibilis, & in vtroque ſenſu intentio contritionis poteſt tollere reatum pœnæ.

Contritio ex parte charitatis, & doloris poteſt eſſe ita, vt totaliter tollat reatum pœnæ.

Concluſio ergo eſt, contritio ex vtraque parte poteſt eſſe ita intenſa, vt totaliter tollat reatum pœnæ. Probatur concluſio iſta quo ad vtramque partem, charitas poteſt tantum intendi in actu, vt diſplicentia peccati, ſeu contritio cauſata ab ipſa diſplicentia id mereatur, hoc autem ſic declaratur, quia pœna doloris ſenſibilis quam voluntas ex contritione rationis exiſtat, poteſt tantum intendi, vt contritio ad deletionem culpæ, & pœnæ; quo ad ſecundam partem probatur, contritio iſta ex parte ſenſibili, non eſt ita ab illa contritione rationis totaliter diſperata, ſed eſt ad ipſam vt ad cauſam ſuam conſequens, & non ſolum hoc vt ſic, ſed inquantum continuitatem quandam habet cum diſplicentia peccati, exiſtente in ratione, & ipſa delet culpam, & pœnam peccati, quemadmodum de ſcientia ſubalterna proportionaliter dicitur, quod ipſa ſecundum ſe, non meretur dici propriè ſcientia, niſi quatenus continuatur ſuæ ſcientiæ ſubalternanti, ſic etiam contritio in parte ſenſitiua ex ſe non habet, vt poſſit tollere reatum pœnæ, vt tamen coniuncta eſt cum diſplicentia peccati exiſtenti in ratione, hoc facere poteſt, vnde pęnitens debet totis viribus habere vtramque contritionem, vt liber exiſtat non ſolum à culpa, ſed etiam à pœna.

In inferno reperiũtur tria, pęna damni, Pęna ſenſus, & æternitas pęnæ conformiter ad tria, quæ ſunt in peccato.

Pro maiori intelligẽtia iſtorum, notandum eſt, id quod obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in quæſt 3. de contritione. Ibi enim dicit, quod tria reperiuntur in pœna inferni, ſcilicet, pęna damni, pœna ſenſus, & æternitas pœnæ, proportionabiliter ad tria quæ ſunt in peccato mortali, per peccatum mortale fit auerſio ab immutabili bono, cui reſpondet pœna damni, ſeparans animam à Deo, & fit conuerſio ad commutabile bonum (cui reſpondet pœna ſenſus) tertium fit inimicus Dei (cui reſpõdet æternitas pœnæ) ratio eſt, quia inimicus Dei qui eſſet exterminandus, æternaliter eſt puniendus, quando vero peccator conuertitur ad Deum per donum charitatis, hæc omnia mutantur. In primis contritio tollit pœnam damni, quæ ſeparat à Deo, tollit æternitatem pœnæ, quia amicus Dei non eſt æternaliter puniendus, remanet tamen contritus obligatus ad pœnam ſenſus (ad quam prius tenebatur) ſed non æternaliter ſubſtinendam vt prius, ſed temporaliter, & ſi contritus perſeuerat in gratia, ſi moritur non deſcendit ad infernum, ſed ad purgatorium ſi non ſatisfecit pro pęnis illis temporalibus in hoc ſæculo, quia dolor contriti (dum viuit prout diximus) poteſt eſſe talis, vt omnino liberet à tota pœna etiam ſenſus. Hoc confirmat Concil. Trid. ſeſſione 6. c. 14. dicendo. Itemque ſatisfactionem, non quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramento, vel ſacramenti voto, vna cum culpa remittitur, ſed pro pęna temporali, quæ vt ſacræ literæ docent, non tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur. Ecce quod per ſacramenti votum a pertinet, quod contrito dimittitur tota pęna, quamuis

uis non ſemper,vt in baptiſmo fit.Et eadem ſeſſione can.30. Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam,cuilibet peccãti pęnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ita vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, Anathema ſit.Ecce quod non cuilibet,ſed alicui tantum aliquando per contritionem pęnitenti dimittitur totus reatus pœnę temporalis, de qua loquitur Doctor Sanctus in hoc dubio. Hoc confirmat etiam Sacrum Concilium Tridentinũ ſeſſione 14. c.8. Sancta Synodus declarat falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pęna condonetur &c. Sanę, & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur,vt aliter ab eo in gratia recipiãtur, qui ante baptiſmum per ignorantiam deliquerint,aliter autem qui ſemel à peccati,& dęmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus Sãcti dõno ſcienter templum Dei violare, & Spiritum Sanctum contriſtare non formidauerint. Et can. 12. Si quis dixerit totam pęnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo,Anathema ſit.Et canon. 15. Si quis dixerit fictionem eſſe, quod virtute clauium(ſublata pęna æterna)temporalis plerumque exoluenda remaneat,Anathema ſit. Ecce,quod in tot locis Sacri Concilij apertè inuenitur, pœnam temporalem quandoque, ſed non ſemper per pęnitentiam deleri,ſeu per contritionem. Cum ante ſacramentum pœnitentiæ actu ſuſceptum, ſæpe remiſſio peccatorum fiat,hoc enim non ſolum ex Sacris Concilijs habemus,ſed ex Sancto Euangelio, in quo narratur contritio Mariæ Magdalenæ per quam dimiſſa ſunt ei peccata,dicente Domino. Dimiſſa ſunt ei peccata,multa,quoniam dilexit multum.ſimiliter narratur de latrone, cui Dominus dixit.Hodie mecum eris in Paradiſo. Cum ergo in Paradiſum, nullum coinquinatum intret, Apoc. vigeſimo ſeptimo, neque totaliter à pęnis debitis purgatum.His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ dubij partis negatiuæ.

Per ſacra Cõcilia habemus quod delecta peccata per contritionẽ, remanet aliquando pęna temporalis in pęnitente.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant.ſolutio.

Cõtritus nullis de cauſis. tenetur ad confeſſionẽ, & ſatisfactionem ſupp. ſi ſ[a]tiam dele[c]tione culpæ per contritionẽ, & pęnæ.

THeologus negat illationem,conceſſis maiore,& minore propoſitione, & ratio negationis eſt, quia quod quilque teneatur confiteri peccata ſua non prouenit ſemper ex hoc, quod contritio non abſtulerit totam culpam, & totam pęnam,ſed aliunde,nam dato,quod contritio abſtulerit totãm culpam, & totam pęna tenetur taliter contritus,confiteri,& ſatisfacere tempore ſuo,ſcilicet, in paſcate, vel in articulo mortis, vel tempore quando ſummere debet ſanctiſſimam Eucharestiam,& aſſignat rationem dicẽdo, Primo quia nullus eſſe certus poteſt,quod contritio ſua ſit ſufficiens ad deletionẽ pęnæ,& culpæ, propterea tenetur confiteri,Secundo tenetur,quia in vera contritione includitur propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, Tertio vt ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ de confeſſione facienda tempore ſuo. Formaliter igitur ad argumentum dicitur, quod argumentum procedit per fallaciam ſecundum non cauſam,vt cauſam. Arguens in argumento ſupponit, quod cauſa obligationis ad confeſſionem, & ſatisfactionem, ſit ſemper indigentia remiſſionis culpæ aut pęnæ,& decipitur, quia non datur vnica cauſa huius obligationis, ſed triplex,incertitudo perfectè contritionis, neceſſitas ſumendæ ſanctam communionem, & præceptum,hæc vltima particula clarius patebit in ſolutione tertij argumenti caſus, pro nunc tamen eſt obſeruandum, quod contritus etiam contritione(totum omnino delente peccatum) ad præceptum de confeſſione ab Eccleſia datum tenetur, rationes quo ad hoc multæ aſſignantur, tum quia quantumcunque ille contritus, de effectu tali ſuæ contritionis, ſcilicet, quod culpam totaliter abſtulerit, non poteſt eſſe certus, & per conſequens talis abſque actuali confeſſione communicans ſe exponit periculo indignè communicandi id,quod ſine culpa non eſt, tum quia ipſe contritus, in ſua contritione vt vera eſſet propoſuerat confiteri iuxta mandatum Eccleſiæ, & conſequenter talis abſque actuali confeſſione communicans, abſque eo quod tranſgreditur præceptum Eccleſiaſticum, eſſet quodammodo periurus in ſua contritione, in qua propoſuerat confitendi, & ſatisfaciendi, præcipuè tempore neceſſitatis, quod tempus reducitur ad tria ſupradicta.

Concilium Trid.ſeſſione 6.cap.9. affirmat nullum poſſe eſſe certum de perfectione ſuæ contritionis his verbis. Sicut nemo pius de Dei miſericordia,de Chriſti merito, deque ſacramentorum veritate, & efficatia dubitare debet.. Sic quilibet dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia, formidare,& timere poteſt,cum nullus ſcire valeat certitudine fidei(cui non poteſt ſubeſſe falſum)ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.Ex quo Concilio intelligere poſſumus certitudinem de qua hic, D.Th. loquitur eſſe certitudinem fidei, & non ſolum de quantocunque contrito, ſed etiam de confeſſo millies, & communicato. Cum nemo ſciat. An odio, vel amore dignus ſit. Immo inquit Petrus de Palude in 4.d 17. quæſt.1.q.4. concluſione 3. etiam ſi quis certus eſſet,& quo ad culpam,& quo ad pęnam ſibi eſſe peccata remiſſa, nihilominus ea confiteri tenetur,& adducit rationem dicendo, quando quis aliquo conſtringitur debito, ſiue alicui ſolutioni tenetur, nunquam à ſolutione liber efficitur niſi debito ſoluto. A ſimili, ille qui debito confeſſionis tenetur, nunquam ab ea liber redditur niſi confiteatur, vnde ſi talis(ſuo tempore)non confiteatur,peccaret mortaliter,non propter prædicta peccata (quæ iam per contritionem remiſſa ſunt)ſed quia non implet id ad quod tenetur.

Nullus poteſt eſſe certus de ſua contritione Ex Sac. Conc. Trid.

Contra hanc ſolutionem Argumentator ſe opponit dicendo. Si contritus ſciens eſſe ſibi remiſſum peccatum, vel peccata ſua per contritionem à Deo,tenebitur confiteri tempore ſuo ſub mortali, ergo peccabit mortaliter innocentiſſimus in quo nullum peccatum præcipuè mortale vnquã inuentum fuerit, niſi confiteatur tempore Paſcatis, vel in articulo mortis, vel dum deſiderat ſuſcipere

Impugnatio.

pete

Digitized by Google

pere ſanctam communionem, quia Eccleſia ad hoc obligat omnem fidelem.

Impugnationis ſolutio. B. V. M. non tenebatur cõfiteri, & habens tantum venialia debet confiteri ſi verò nulla habet præſentari ſacerdoti debet tẽpore præcepti Eccleſiæ.

Huic impugnationi Theologus ſatisfacit, per diſtinctionem dicendo, vel talis eſt omnino ſine peccato, vel in peccato veniali tantum. Si omnino eſt ſine peccato, ad confeſſionem non tenetur. cum ibi non reperiatur materia ſacramenti Eccleſiæ, ſcilicet, pœnitentiæ, ideſt peccatum, vel actus pœnitentis, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſacramentalis. Et hæc ſola fuit B. V. M. Mater Dei, quæ (ni fallor) omnino exempta fuit à præcepto confeſſionis, quia confirmata fuit in gratia, & erat Mater Dei, & in illa habitabat ſpiritus Sanctus, ſanctificans tabernaculum ſuum. Si autem perſona illa (ſiut cum peccato veniali) loquendo, de perſona alia à B. V. M. non tamen cum mortali, aliqui dicunt, quod iſta non tenetur ad confeſſionem de præcepto Eccleſiæ, quia inquiunt iſti, quod præcepta Eccleſiæ obligant tantum illas perſonas quę habent peccata mortalia ad confitendum ſemel in anno. Et hoc ſuadere intendunt, quia nullus poteſt confiteri omnia venialia, ergo ad hoc non tenetur.

Dicerem tamen ego, vt in diſputatione de confeſſione oſtendimus, quod illi qui ſciunt habere peccata venialia, tenentur ſub præcepto Eccleſiæ præſentare ſe ſacerdoti, & confiteri illa quæ præcipuè magis grauia ſibi videntur. Ratio eſt, quoniam multoties propria paſſio priuat hominem iudicio, & non permittit dicernere inter lepram, & lepram, vnde tenetur ille confiteri, vt ſacerdos qui eſt iudex animarum diſcernat, & abſoluat, hoc etiam facere debet ad confitendam ſuam fragilitatem, Ad laudandum Deum qui eum liberauit à mortalibus, hoc etiam facere debet, vt magis ſe diſponat ad ſanctam Euchareſtiam, & hoc facere debet, quia pęnitens poteſt facere peccata venialia materiam confeſſionis, hoc facere debet, quia per confeſſionem acquirit gratiam, vel augmentum gratiæ. Et dato, quod Chriſtianus ille non nouiſſet habere nec venialia peccata, debet ſe præſentari ſacerdoti, dicere, quod licet non habeat modo peccata confitenda, de quo dono reddit gratiam Deo, ſe illi præſentauit, vt ſatisfaceret præcepto Eccleſiæ.

Quæſitum.

Inquirit Lector, quid nam operatur ſacerdos, dum abſoluit contritum, & quomodo vera ſunt verba confeſſarij, dicta ſuper contritum, ſcilicet, Ego abſoluo te à peccatis tuis. Nam contritus iam abſolutus erat à Deo, & in tali contrito nullum mortale reperitur quando ſuper illum dicit ſacerdos. Ego abſoluo te à peccatis tuis. Non enim apparet veritas verborum.

Quæſiti reſponſio.

Lector Theologus ſatisfacit huic quæſito dicendo, quod debemus obſeruare miſterium contentum in abſolutione ſacramentali, vnde conſiderandum eſt, quod quando confeſſarius abſoluit à peccatis in ſacramento pœnitentiæ, nihil aliud facit, quam quod confert gratiam inſtrumentaliter, per quam peccata dimittuntur. Nam ſicut ſacerdos miniſtrando alia ſacramenta quantum ſit ex parte ſui miniſterialiter, gratiam confert in colatione cũiuſcunque illorum, hoc idem facit in hoc ſacramento dicendo. Ego abſoluo te, ex D. Auguſtino, virtus Dei quæ per ſacramenta operatur iugiter manet, veriſſimum etiam eſt, quod ſacramentum pęnitentiæ primo, & principaliter à Chriſto Dño quo ad delendam culpã inſtitutum fuit, quo homo in Dei gratiam, & amicitiam reuocetur, ſed vltra hoc inſtitutum fuit ad delendam pęnam, nondum æternam, verum & temporalem, licet non totam, vt declarat Sacrum Concil. Trid. vnde quando ſacerdos recta intentione ſuper pęnitentem dicit, ego abſoluo te, verè abſoluit illum à peccatis quantum ſit de ſe, ideſt confert gratiam, vel gratię augmentum, hoc enim ſię oſtendimus. Sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, vt agunt ſeu dicunt Theologi, ideſt intrinſecus operantur in anima, quod exterius verbis. ſignis, vel factis oſtendunt, vnde ſicut ſacerdote dicente. Ego te baptizo, verè ille baptizatur niſi obicem ponat. Itaquoque eodem ſacerdote dicente pœnitenti. Ego te abſoluo, verè abſoluit, cum habeat à Chriſto Domino talem facultatem abſoluendi, niſi adſit impedimentum ex parte pęnitentis.

Quãdo ſacerdos abſoluit contritũ verè quantum ſit ex ſe abſoluit illum.

Tria genera pęnitentium accedunt ad confeſſionem quos omnes confeſſarius quantum ſit ex ſe abſoluit.

Pro maiori intelligentia dictorum aduertendum eſt, quod accedentes ad ſacramentum pœnitentiæ ſunt in triplici genere. Aliqui accedunt contriti, aliqui attriti tantum, aliqui nec attriti, nec contriti, vltimi ſunt conſuetudinarij peccatores, qui non habent propoſitum mutandi vitam, quicunque ſint iſtorum qui accedunt ad confeſſionem, ſacerdos illos quantum ſit ex parte ſui abſoluit verè, authoritate Chriſti qui illi dedit authoritatem abſoluendi. Si ille qui accedit ad confeſſionem non attritus nec contritus, non accipit beneficium abſolutionis, hoc non prouenit ex parte confeſſarij, ſed ex parte peccatorum qui non ſunt diſpoſiti ad tale beneficium obtinendum, vt accidit illis qui fictè accedunt ad fontem baptiſmatis. Iſti in tali facto non accipiunt gratiam baptiſmalem, quia poſuerunt ſibi obicem. Eadem ratione nec iſte accipit abſolutionem peccatorum ex ſui culpa. Si autem qui accedit ad confeſſionem putat ſe eſſe contritum, & eſt tantum attritus, per ſacramenti applicationem ex attrito fit contritus, & per ſacerdotis abſolutionem accipit primam gratiam, & hoc accidit, quia attriti non ponunt obicem, Spiritui Sancto, ſi autem verè contritus ad ſacramentum pergit, & ſacerdos illum abſoluat, verè eſt abſolutus, primo quia copioſius munus gratiæ illi confert, qua quidem gratia, & ſi non deleatur peccatum quo ad culpam, & pœnam æternam iam per contritionem dimiſſas, remittit pęnam temporalem, ſi non in toto, in parte, & talis actio ſacerdotalis poteſt vocari abſolutio. Cum in ſacris literis peccatorum pœnæ peccata dicantur

Abſolutio ſacramentalis producit multos dignos effectus in contrito, licet nõ liberet illum à peccatis.

Digitized by Google

tur apertè enim hoc habetur in ſecundo Machabæorum cap. 12. vbi agitur de pœnis purgatorij, quo in loco ſcriptum eſt, Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur, & Eccleſia loquens de animabus illis dicit, vt eas à peccatis omnibus exuas. Et remiſſionem cunctorum tribue peccatorum. Ecce quod in diuina ſcriptura, & ab Eccleſia pœnæ peccatorum vocantur peccata. Ex quibus faciliter reſpondet ad quæſitum modo factum dicendo, quod quando confeſſarius dicit pœnitenti, ego abſoluo te, abſoluit à peccatis. Ratio eſt, quia remiſſa culpa, & pœna æterna, per contritionem remittitur illa pars pęnæ quæ remanet poſt contritionem, quæ pœna vocatur peccatum: & meritò quidem pœnæ iſtę vocantur peccata, quoniam non intelligitur plenè, & fundi tus peccatum eſſe remiſſum, dum remanet pœna pro peccato exoluenda. Exemplum habemus in ſacra Scriptura 2. Regum 14. quo in loco Abſalon in pœna peccati fratricidij, fuit eiectus ex regno, ſed poſtquam remiſit Dauid Rex illi peccatum, reliquit ei pęnam dicens. Faciem meam non videbis per biennium, vnde apparet, quod non poterat dici peccatum fratricidij omnino dimiſſum, quo adusque ei non fuit conceſſum videre faciem regis Patris ſui, iſtis ſtantibus, formaliter reſpondendum eſt ad quæſitum.

Ex D. Thom. in 4. d. 17. q. 3. art. 5. quæſtiuncula prima in corpore dicitur, quod quando confeſſor abſoluit pœnitentem contritum, confert illi infalibiliter augmentum gratiæ, quæ abſolutio vocatur ex antecedentis. Pars pœnæ temporalis, vel tota pœna dimittitur, quæ etiam vocatur remiſſio, vel abſolutio peccatorum per abſolutionem liberatur contritus ab aliquibus pęnis purgatorij ſibi debitis. Clarum eſt enim quod ſi adeſſent duo contriti qui ex hac vita diſcederent, vnus abſolutus à ſacerdote, alius non, quod ambo diſcederent ad purgatorium ſi illorum contritio non fuiſſet tam tanta, vt omnino illos ſoluiſſet à culpa, & à pęna, ad perſoluendas pęnas temporales ſuorum delictorum. Et quod abſolutus minus punitetur ibi, quam non abſolutus. Ex doctrina Doctoris Angelici in 4. d. 17. q. 3. art. 5 quæſtiuncula ſecunda ad ſecundum, vbi dicit hæc verba, confeſſus, & abſolutus, in purgatorio minus patitur quam contritus tãtum. Immo hoc videtur clarius affirmare D. Augustinus in tractatu de pœnitentia d. 3. quo in loco dicit. De his qui ex humilitate ſepiſſimè confitentur eadem peccata, & addit vnde patet, quod quanto pluries confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequitur gratiam remiſſionis, cui videtur ſubſcribere Angelicus Doctor loco ſupracitato dicendo Et ideo quanto pluries de eiſdem peccatis confitetur, tanto magis pœna dimittitur, & ratio eſt, vt habetur ex eodem D. Thom. in 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. quæſtiuncula ſecunda ad quartam. In ſecunda abſolutione vi clauium de pœna dimittitur, ratio huius eſt, quia in ſecunda abſolutione, gratiæ confertur augmentum. Et concludit Doctor Sanctus. Non eſt inconueniens ſi per frequentem confeſſionem etiam

Repetere in confeſſione eadem peccata pluries ex humilitate, non ex diffidentia vtile eſt.

tota pœna tollatur, adeo quod peccatum omnino remanet impunitum. Remanet impunitum in hoc ſenſu, quia pœnitens toties pœnitentiam pro illo agit confitendo illud, & pro illo ſatisfaciendo, quod Deus dimiſit illud, quod inſinuat D. Auguſtinus in Pſal. 50. dicendo. Aut Deus punit, aut homo punit, cum nullum peccatum maneat impunitum, tale peccatum tamen dicitur remanere impunitum, quia pœnitens ſuſcipit punitionem de ſuo peccato, propterea Deus illud non punit, & impunitum reliquit. Ex his etiam patet verba ſacerdotis obſoluentis contritum eſſe veriſſima, quia in contrito reperitur pœna temporalis à qua abſoluitur, eique confertur augmentum gratiæ. Et dato, quod talis eſſet contritio, quod remitterit illi culpam, & pœnam. Adhuc verba abſolutionis vera ſunt, quia vera contritio includit votum confeſſionis, & abſolutio fit in foro Eccleſiæ, in quo foro contritus prius nõ erat abſolutus, in hoc enim ſenſu loquuntur Patres dum dicunt. Nullus à Deo abſoluitur, ideſt, de lege ordinaria, qui prius ab Eccleſia non fuerit abſolutus, re, videlicet, vel voto, ſic intelligitur illorum ſententia. Inſtantia 2.

Argumentator format ſecundam inſtantiam dicendo. In pœnitentia oportet eſſe quædam recompenſatio pęnæ ad culpam, ſed aliqua culpa per membra corporis exercetur, ergo cum oporteat ad debitam pęnæ recompenſationem, vt per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur, videtur quod nequaquam poſſit pęna talis peccati per contritionem abſolui.

Theologus conceſſa maiori dicit ad minorem, quod ſicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes, ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur, prout docet ſapiens Prouerb. 18. dicendo, Spiritus triſtis exiccat oſſa, vnde pęna peruenit ad membra corporis ſaltem per redundantiam. Nam dolore interiori rationis, fit recompenſatio per redundantiam ad exteriora corporis membra, per quæ quis peccauit, propterea ipſa quæ cum animæ voluntate peccauerunt, eadem cum animæ voluntate per redundantiam torquentur, licet in ea membra corporis non fiat ſemper pęnalis recompenſatio directa, puta, flagellatio illorum membrorum exteriori flagello. Inſtant. ſolutio.

Ex his habetur vera intelligentia multorũ dictorũ. Sap. 11. Per quæ quis peccat per hæc, & torquetur. Et Apoc. 18. Quantũ glorificauit ſe, & in delitijs fuit date illi tormentũ, & luctũ, & alia dicta ſimilia pro quanto pęnã illis ipſis mẽbris eſſe dandã quæ peccauerunt, intelligenda ſunt de pęnalitate directè, vel indirectè, ſeu per redundãtiã, gloſſa iſta habetur hic ex D Th. per quã etiã gloſſatur dictum illud Domini Matth. 26. Omnes qui acceperint gladium gladio peribũt, quod directè non ſemper verificatur, ſed per redundantiã, vnde non mireris pluſquam oportet, ſi videas homicidam contritum (velut Moyſen Deut. 34.) morte ſua naturali, non gladio occũbere materiali, recõpenſatione quadã intelligitur ſaltẽ gladio periſſe, qui tanta pęna, vel à ſeipſo voluntaria sũpta, vel à

Intelligentia dictorum diuinæ ſcripturæ de pœnis correſpondẽtibus culpis diuerſis.

Vera intelligentia dicti illius eſſet qui acceperit gladium gladio peribunt.

Deo aliunde ſibi miſericorditer immiſſa, & à ſe voluntaria acceptata, vel aliter effectus eſt quanta proportionaliter ad occiſionem per materiale gaudium ſufficiſſet. Contritio etiam eſt gladius quidam, quo occiduntur homicidæ qui ſaluantur; certum eſt enim, quod multi homicidæ gladio non perierunt materialiter, tamen æquali pœna occiſioni patiuntur in inferno (ſi ſunt damnati) vel in hoc mundo, vel in purgatorio, ſi ſunt ſaluati, vnde omnes iſti ſecundum quandam recompenſationem gladio perierunt, non autem gladio materiali, ſed pęnarum. Reſponſio iſta Angelici Doctoris deſeruit pro omni pœna ſatisfactoria, quæ licet directè non fiat ab eo qui peccat, fit autem ex redundantia adeo, quod pro pęna adulteri ſatisfecit aliquis per redundantiam, quando vel peregrinatus eſt ad loca Sancta, vel toties ieiunauit, vel contra hoſtes fidei militauit, pro ſatisfactione ſuorum delictorum, etiam quod non fuerit occiſus, vel vulneratus, vel religionem ingreſſus, regularis vitæ inſtituta, intentione eadem ſeruauit, vel aliud ſimile fecit, in recompenſationem pœnæ pro peccatis ſuis. Tenetur enim quilibet ſatisfacere, pro culpis iuxta menſuram delicti, ſi non materialiter, proportionaliter, in quocunque genere peccatorum.

Similiter adulter ille ſatisfacit vxori per recompenſationem, dimittendo omnino adulteram, & fidem matrimonij inuiolabiliter ſeruando, non ſatisfecerit ſimpliciter, licet, quod nõ fuerit punitus recompenſatus ab vxore, quæ illi ſeruauit fidem, licet ius dicat frangenti fidem, frangatur eidem, nec ipſemet in membro illo genitali torquetur, nec in alia parte corporis cruciatur, ſatis eſt, quod ſatisfaciat per redundantiam. Notandum quoque eſt, quod recompenſatio iſta per redundantiam tunc fit, quando ab interiori contritione procedit, & tanta poteſt eſſe talis ſatisfactio per redundantiam, quod excedat menſuram delicti, & comparata contritioni videatur maior. Ratio eſt, quia cauſa ſemper potior eſt ipſo effectu, licet effectus proportionaliter reſpondeat cauſæ, &cæt.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſurgit Argumentator contra prędicta dicendo. Dolor contritionis eſt finitus, ſed pro aliquo peccato, ſcilicet, mortali, debetur pęna infinita, ergo nullo modo poteſt eſſe tanta contritio quæ totam pœnam deleat.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod dolor contritionis dupliciter conſideratur in ordine ad intentionem, & in ordine ad charitatem, dolor contritionis in ordine ad intentionem vtique eſt finitus, ſicut etiam pœna peccato mortali debita eſt finita, at dolor contritionis in ordine ad charitatem, ex qua trahit virtutem ſatisfactoriam, ſecundum hoc poteſt valere ad deletionem culpæ, & pœnæ, intelligit enim D. Thom. in ſua concluſione, quod contritio non quantum ad intenſionem, vel extenſionem præciſè, ſed quantum ad charitatem qua informatur, ſit totius pœnæ quandoque deletiua, vt patet ex his, quæ pro declaratione concluſionis ſunt adducta.

Notandum etiam eſt, quod peccato mortali ratione auerſionis à Deo, debetur pęna infinita quantum ad extenſionem, ſed ratione conuerſionis ad creaturam bonum finitum, debetur pœna finita, quantum ad intenſionem, & quia formale in peccato eſt auerſio, ad quã medicandam, & auferendam tendit contritio, vt docet doctor, ſcilicet, in ſupplementum ad 3. p. q. 4. art. 1. ad quintũ, ideo ſufficit, quod dolor contritionis quatenus pendet ex charitate erga Deum ſit infinitus, licet ipſemet dolor quantum ad intenſionem, & extenſionem etiam ſit finitus, vnde cum charitas ſit virtutis infinitæ, licet ex ſe ſit finita, poteſt delere pœnam illam infinitam extenſiuam, Hæc ſint pro dubio iſto, proponatur aliud.

Peccato mortali debetur pęna infinita extenſiuè finita autem intenſiuè.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio Lector occaſione dictorum in dubio ſuperiori quærit, An parua contritio ſufficiat ad deletionem magnorum peccatorum, & more ſolito adducit rationes pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, quælibet gratia gratum faciens delet omnem culpam mortalem, quia ſimul cum ea ſtare non poteſt, ſed quælibet contritio eſt informata gratia gratum faciente, ergo quantumcunque ſit parua delet omnem culpam.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale ratiocinium formatur. Contritio eſt medicina peccati. At medicina, quæ ſanat morbum corporalẽ minorem, non ſufficit ad ſanandum maiorem, ergo minima contritio non ſufficit ad delenda maxima peccata, cum ipſa ſit debilis medicina.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Dolor in contritione informatus charitate, quantumcunque paruus remittit omnem culpam.

Concluſio, quantumcunque paruus ſit dolor, dummodo ad rationem contritionis ſufficiat, omnem culpam delet, declaratur, & probatur concluſio iſta, declaratur, & multipliciter probatur. Contritio, vt pluries dictum fuit, dicit duplicem dolorem, vnum rationis exiſtentem in volũtate qui eſt diſplicentia peccati commiſſi, & iſte adeo poteſt eſſe paruus, quod non ſufficiat ad rationem contritionis. Et hoc accidit, quando peccatum non diſplicet ſuper omne diſplicibile. Sicut etiam amor poteſt eſſe adeo remiſſus, quod non ſufficiat ad rationem charitatis. Nam ſicut finis vltimus plus appetitur, etiam ſecundum phyloſophum dicentem, finis mouet agentem, plus enim appetitur finis quam quodlibet aliud, ſcilicet, quam media ad finem ipſum. Ita ſeparari à fine vltimo debet plus diſplicere, & odiri, quam quodlibet aliud, cum oppoſitorum eadem ſit diſciplina, ergo peccatum debet diſplicere ſuper oẽ diſplicibile, cũ per illud homo ſeparatur à Deo vltimo fine, cum ergo ex parte contritionis tanta ſit diſplicentia, vt faciat

diſpli-

diſplicere peccatum ſuper omne diſplicibile ſufficit ad deletionem cuiuſcunque culpæ, probatur hoc, quia tunc habet rationem veræ contritionis, de cuius ratione eſt delere omnem culpam, ergo & iſta parua contritio delet omnem culpam magnorum peccatorum, ſecundus dolor in contritione eſt in ſenſu, paruitas talis doloris non impedit rationem contritionis, ideo quantumcunque ſit paruus dolor ſenſus in contritione, dummodo ad contritionis rationem ſufficiat, & adſit dolor voluntatis, omnem culpam delet. Probatur hoc, quia talis dolor non ſe habet eſſentialiter ad contritionem, ſed quaſi ex accidenti ei adiungitur inquit D. Tho. reſpectu alicuius alterius ſe tenet hic dolor quodcunque ſit illud, vel ratione ſenſitiuæ partis, vel ratione alicuius non ſubſtantialis conſiderati circa peccatum, puta diſplicentiæ, horroris, abominationis deteſtationis, erubeſcētiæ de peccato, grauitate, multitudine, fœditate, damnificatione multiplici eius, vel ratione comparationis ad aliquem alium contritum dolor iſte paruus dicitur ex hoc, cum non impeditur quin deleatur culpa.

Parua cōtritio eſſentiali[ter] eſt contritio habens ... ia pertinentia ad eſſentiam contritionis.

Ratio autem omnium horum vna eſt, quia eſſentia contritionis per hæc non tollitur, ſed tota manet, ſcilicet, diſplicentia peccatorum ſuorum, ſuper omne diſplicibile, & conſequenter amor vltimi finis à quo peccata ſeparāt, ſuper omnia manet in ſua eſſentia. Ecce exemplum de puero. Iſte proculdubio eſt puer, & minor viro triginta annorum, & tamen quantum ad eſſentialia homini requiſita, veraciter eſt homo, habet ſiquidē corpus humanum, & animam rationalem, quæ duo coniuncta conſtituunt veri hominis eſſentiam. Nec ille vir etiam quod ſit maior ætate, habet plures partes conſtituentes veram eſſentiam hominis de neceſſitate requiſitas. Addamus, quod baptizatur puer ille, & nō brutum, baptizatus puer moritur, ſaluatur, non brutum, ſed puer. Quare? quia puer ille veraciter eſt homo (licet multa ad hominis ornamenta) non tamen eſſentialia non habeat, puta viium liberi arbitrij. Non autem brutum, puta ſimia ſaluatur, licet actus quoſdam virorum actibus faciat ſimiliores, ſic contritus, licet non excellenti contritione, ſaluabitur, quod non accidit hypochritæ qui maiora ſigna ſanctitatis oſtendit.

[C]ontritio per efficatiam ... ſaluan[dos] contritū, ... rare quē ... à culpa, ... à pęna.

Hoc enim confirmat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod contritio illa informata charitate, quantumcunque parua ſit, propterea operatur virtute paſſionis Chriſti, quæ virtutis infinitæ eſt, charitas enim magis operatur ex coniunctione ad Chriſtum per ſacramenta quam ſine ſacramentis, ſed ſine ſacramentis Eccleſiæ emundabat à culpa, & à pęna æterna, & etiam relaxabat de pęna temporali in pęnitentibus antiquę legis. Multo magis hoc facere poteſt in membris Chriſti, dum per ſacramentum pęnitentiæ actualiter ſunt coniuncti capiti ſuo. Ex quibus formaliter dicitur ad quæſitum, quod contritio ratione charitatis qua formatur, non ſolum tollit culpam, ſed pœnam æternam, & ratione annexæ pœnalitatis tollit aliquid de pœna ſenſus, & ratione ſacramenti in voto, multo magis tollit de pęna illa. Etiam vehemens eſſe poteſt huiuſmodi contritio vnita ad meritum paſſionis Chriſti, quod tolleret totam pęnam ſenſus, inquit Doctor Sanctus quarto, contra Gen. c. 72.

Concluſio iſta confirmatur authoritatibus diuinæ ſcripturæ, Primo authoritate Apoſtoli Petri Epiſtola 1. cap. 4. vbi dicit, charitas operit multitudinem peccatorum. Et prouerbiorum 10. vniuerſa delicta operit charitas, quibus in locis diuina ſcriptura non dicit tantam charitatem operire multitudinem peccatorum, ſed ſimpliciter dicit charitatem operire multitudinem delictorum, tanquam ſi diceret diuina ſcriptura, charitas ex ſua natura, ex conſequenti ſiue magna, ſiue parua fuerit, operit multitudinem, & vniuerſitatem delictorum, meritò quidem. Nam, quod conuenit alicui ſecundum ſuam naturam conuenit illi ſiue paruo, ſiue magno, quod oſtenditur ſic. Habere animam rationalem conuenit homini ſecundum naturam ipſius hominis, ergo homo ſiue mas, ſiue fęmina, ſiue paruus, ſiue magnus, habet animā rationalem, at operire quæcunque peccata, conuenit charitati ſecundum naturam charitatis, vt intendit diuina ſcriptura, ergo dicendum eſt, quod parua etiam charitas producat hunc effectum, & quod ſufficiat ad deletionem magnorum peccatorum, nec tantum aliquorum, ſed vniuerſorum. Cum itaque contritio non niſi ex virtute charitatis operiat, id eſt deleat peccata, ſequitur manifeſtè, quod à ſcripturis illis per tales authoritates inſinuatum ſit, quod contritio parua ſufficit ad deletionem peccatorum magnorum, etiam probatur intentum. Contritio ſicut, & alia virtus tantum operatur, quantum ei virtus præbet auxilium, ſeu efficaciā, virtus contritionis præbet efficatiam contritioni ipſi ad delenda vniuerſa delicta, ergo hoc facere poteſt charitas etiam parua. Hoc enim elicitur ex Concilio Pariſienſi lib. 2. c. 6. vbi ſic dicitur. Perpendat quiſque ſi in charitate manet, Deum manere in ſe, ſi charitatem non habet, non Deum, ſed hoſtem animæ ſua habitare in ſe. Cum charitate quippe cuncta bona, ſine charitate vero nulla haberi poſſe &c. ſubiectum autem charitatis eſt bona voluntas, ergo quicunque bonam voluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur, neque pacem qui Chriſtus eſt. Si ergo habens charitatem ſecundum Concilium, habet Deum in ſe manentem, habet cuncta bona, voluntatem bonā, pacem Chriſti, & gratiam Dei, & nullum iſtorum habere poteſt ſine charitate. Ex his igitur elicere poſſumus, quod charitas eſt illa, quæ informat contritionem, etiam quod parua ſit contritio ipſa, virtute charitatis omnia peccata (etiā maxima delet) his ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Contritio informata charitate efficaciter delet peccatum magnum, & paruum.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus dicit, quod non currit ſimilitudo inter medicinam corporalem, & ſpiritualem, licet enim parua medicina corporalis non poſſit ſanare magnam infirmitatem corporalem, par-

Inſtant. ſolutio.

Parua contritio operatur vi charitatis, quæ eſt virtutis infinitæ liberat à quocũq; peccato etiã grauiſſimo.

ta autem medicina ſpiritualis poteſt liberare à grauiſſimis peccatis, quæ ſunt grauiſſimę infirmitates ſpirituales, & hoc mirum non eſt, quia medicinæ ſpirituales ſunt virtutis infinitæ, vnde illa medicina ſiue contritio quæ eſt ſufficiens ad curanda peccata parua, ſufficiens etiam eſt ad curanda, & ſananda magna, parua enim contritio, ſuppoſito, quod ſit vera contritio, ſcilicet, informata charitate, ſufficienter liberat peccatorem à quocunque magno peccato, D. Thom. dat exemplum de baptiſmo dicendo, ſicut patet de baptiſmo, quo, magna, & parua peccata ſoluuntur. Et ſimile eſt de contritione, dummodo ad rationem contritionis contingat, dicit dummodo ad rationem contritionis pertingat, oſtendas, quod loquitur de cõtritione eſſentiali, nam ſi non eſt eſſentialis contritio, non tollit peccata, bene autem, ſi eſt eſſentialis, quia vt ſic habet rationem contritionis, hoc per maximè debent obſeruare pœnitentes, vt acquirant talem contritionem, quæ habeat rationem contritionis, quia licet ſit parua, ſi habebit rationem cõtritionis delebit omnia peccata, ſin autem nullum peccatum delebit.

Inſtantia 2.

In ſuperioribus dictum fuit, quod oportet de maioribus peccatis magis conteri, ſed contritio non delet peccata, niſi ſit ſecundum, quod oportet, ergo minima contritio non delet omnia peccata, & grauia etiam. Sic inquit Argumentator in hac inſtantia.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod ratio concludit de neceſſitate quando vnus homo dolet de maiori peccato quam de minori ſecundum quod magis repugnat amori qui dolorem cauſat. Sed ſi vnus alius haberet tantum de dolore pro maiori quantum ipſe habet de minori ſufficiet ad remiſſionem culpæ. In hoc enim dubio contritio dicitur parua, vel maior, aut minima, per comparationem ad alium contritum, non per comparationem ad grauitatem propriorum peccatorum, in ſignum cuius Doctor Sanctus hic loquitur de contritione formata charitate, ad quam ſequitur de neceſſitate, quod vnus, & idem homo habens illam plus doleat de maiori peccato quam de minori. Ratio eſt quia vnum peccatum magis repugnat charitati quam aliud, & per conſequens charitas dum illam maiorem repugnantiam inuenit diſplicentiam maiorem de illo cauſat in ipſo homine contrito. Si comparatio fiat vnius contriti ad alium contritum, contingit quod vnus habens tantum de dolore pro peccato maiori, quantum habet de peccato minori alius, & tamen quandoque ſufficit talis contritio ad delendam totam culpam magnorum peccatorum. Hoc patet in Magdalena, & Petro, de paruis peccatis maxima reperiebatur contritio, in comparationem ad contritionem repertam in contritis (his noſtris temporibus) etiam in ordine ad maxima peccata. Nihilominus peccata ſunt deleta in omnibus illis quo ad culpam, & quo ad æternitatem pœnæ æqualiter, quia contritio omnium iſtorum informata fuit charitate. Attamen quo ad pœnam ſenſus, ſcilicet, quo ad pęnam temporalem non æqualiter ſunt remiſſæ pęnæ. Nam per contritionem vehementem primis remiſſa ſunt peccata quo ad culpam, & etiam quo ad totam pęnam ſenſus, vel quo ad maiorem partem, ſecundis non fuit remiſſa tota pęna ſenſus temporalis, vnde ſatisfacere debent pro reſiduo in iſto ſæculo, & forſitan in purgatorio. Multa dici Magiſter Seraphinus à Poreta, quæ decreui relinquere, & ſoluere argumenta partis negatiuę, quia ordo doctrinę huius caſus hoc exigit,

Contritio dicitur magna, vel parua per cõparationẽ ad aliam contritionẽ, non per comparationẽ ad propria peccata.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Cauſa remiſſionis eſt duplex principalis, ſcilicet Deus instrumentalis, ſcilicet, ſacramenta, & diſpoſitiua, ſcilicet contritio virtutis.

THeologus primo argumento dicit, quod duplex eſt cauſa remiſſionis peccatorum, prima eſt principalis & ſufficiens, & iſta eſt ſolus Deus, ſed cauſa diſpoſitiua etiam poteſt eſſe ex nobis, ſimiliter cauſa ſacramentalis, quia formæ ſacramentorum ſunt verba à nobis prolata, quæ habent etiam virtutem inſtrumentalem gratiam inducendi qua peccata remittuntur. Dicendum eſt ergo, quod contritio cuius nos cauſa ſumimus vnà cum Deo non remittit peccata effectiuè principaliter prout intendit argumentum, ſed illud remittit effectiuè inſtrumentaliter, & materialiter diſpoſitiuè, vt declaratum fuit in deciſione caſus. Hoc quod dicimus veriſſimum eſt, aliter ſacramẽta nouæ legis non eſſent cauſæ gratiæ, de his enim abundè ſummus locuti in caſu manifeſtando in quibus conſiſtit cauſa inſtrumentalis, & modum quo contritio inſtrumentaliter concurrat ad remiſſionem peccati.

Argumentum ſecundum.

Inſurgit Lector, & contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum, quod eſt tale, contritio eſt actus virtutis, ſed virtus ſequitur remiſſionem peccati, cum culpa, & virtus non poſſint eſſe ſimul in anima, ergo contritio non eſt cauſa remiſſionis culpæ.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad argumentum hoc cum D. Th. dicit, quod peccati remiſſio vno modo præcedit virtutem, & gratiæ infuſionem. Alio modo ſequitur, & ſecundum hoc, quod ſequitur actus à virtute elicitus poteſt eſſe cauſa aliqua remiſſionis peccati. Reſponſio iſta fundatur in hoc, quod ſecundum vnum modum virtus præcedit remiſſionem peccatorum, ſecundum alium ſequitur ipſam, hoc declarat ipſemet Angelicus Doctor. p. 3. q. 113. art. 8. dicit enim ibi. Inter ea quæ requiruntur ad iuſtificationem, primum naturali ordine, eſt infuſio gratiæ, ſecundum eſt motus lib. arb. in Deum, tertium eſt motus lib. arb. in peccatum, quartum eſt remiſſio culpæ. Vlterius ibidem Doctor Sanctus in reſponſione ad primum dicit. Receſſus à termino, & acceſſus ad terminum dupliciter conſiderari poteſt, vno modo ex parte mobilis, & ſic naturaliter receſſus à termino præcedit acceſſum ad terminum.

Cõtritio præcedit remiſſionẽ peccatorum & eſt cauſa inſtrumentalis illius.

Prius eſt, in ſubiecto mobili oppoſitum, quod obijcitur, & poſtmodum eſt id quod per motum mobile aſſequitur, ſed ex parte agentis eſt econuerſo. Agens enim per formam quæ in eo præexiſtit agit ad remouendum contrarium, ſicut ſol per ſuam lucem agit ad remouendas tenebras. Et ideo

ex parte

Digitized by Google

ex parte ſolis prius eſt illuminare quam tenebras remouere,ex parte autem aeris illuminandi,prius eſt purg ri à tenebris,quam conſequi lumen ordine naturæ, licet vtrunque ſit ſimul tempore, & quia infuſio gratiæ,& remiſſio culpæ dicuntur ex parte Dei iuſtificantis, ideo ordine naturæ prius eſt gratiæ infuſio, quam remiſſio culpæ. Ex hac doctrina D.Thom. cum contritio ſit virtus ſtans, ſcilicet ex parte Dei præcedit remiſſionem peccati, & diſponit contritum, poſtea vt pars ſacramenti,expulſo peccato manet cum ipſo,& in ipſo contrito.

Argumentum tertium. Vltimo loco inſurgit Argumentator dicendo. Nihil impedit à perceptione Euchareſtiæ niſi culpa,ſed contritus ante confeſſionem non debet accedere ad Euchareſtiam, ergo nondum eſt conſequutus remiſſionem culpæ.

Argumenti ſolutio. Nullus contritus accedere debet ad ſanctiſſimã communionẽ abſque actuali confeſſione. Theologus huic argumento ſatisfacit cum D. Thom. dicendo, quod diſpenſatio Euchareſtiæ pertinet ad miniſtros Eccleſiæ, vnde ante remiſſionem peccati per miniſtros Eccleſiæ non debet aliquis ad Euchareſtiam accedere,quamuis ſit ſibi à Deo culpa remiſſa. Hoc ſtante ad argumentum formaliter negatur illatio, & rationabiliter quidem. Nam quando dicitur in maiori. Nihil impedit à receptione Euchareſtiæ niſi culpa,ſcilicet, quæ per Eccleſiæ miniſtros non eſt remiſſa, non autem intelligitur ſic. Niſi culpa quo ad Deum ſolummodo remiſſa. Contritus ergo quamuis remiſſionem culpæ quo ad Deum habueri,quia tamen per Eccleſiæ miniſtros eam nondum habuit, propterea ab Euchareſtiæ perceptione impedit. Argumentum ergo continet fallaciam ſecundum non cauſam,vt cauſam accipit enim pro cauſa impeditionis illius culpam non remiſſam, & hæc nõ eſt præciſè cauſa. Sed vera cauſa eſt culpa non remiſſa per Eccleſiæ miniſtros,quo ad Deum culpa remitti poteſt,& mediatè,& immediatè,mediatè, ſcilicet,mediantibus miniſtris Eccleſiæ,immediatè, remittendo per contritionem, ſed hoc ad præceptum Eccleſiæ non ſufficit. Iure enim optimo ante perceptionem Euchareſtiæ, vltra contritionem culpam remittẽrem, neceſſario requiritur ex decreto Eccleſiæ confeſſio actualis, & ideo ante remiſſionem peccati per miniſtros Eccleſiæ, non debet aliquis accedere ad ſanctiſſimam communionem,quamuis ſit ſine culpa,cum ſit ſibi à Deo remiſſa per contritionem. Nam iuſtum quidem eſt, quod fiat differentia inter dignitatem huius ſacramenti, & aliorum ſacramentorum, cum hoc omnibus alijs ſit excelentius.Conſideranda venit hæc doctrina Angelica.In primis quando Doctor Sanctus dicit,quod contritus non debet accedere ad ſanctiſſimam Euchareſtiam, niſi prius ſit abſolutus à confeſſario. Ratio eſt,quia licet ſit abſolutus coram Deo à culpa ſua,non eſt abſolutus in ſoro Eccleſię.& hoc dixit Angelicus Doctor,vt oſtẽderet quod Deus dimittit peccata aliquando immediatè, ſcilicet, per contritionem internam,aliquando mediatè,ſcilicet, mediante confeſſione auriculari & abſolutione ſacerdotis. Ad hoc igitur,vt quis dignè recipere poſſit Euchareſtiam, requiritur, vt ſit abſolutus à peccatis ſuis immediatè, & mediatè, immediatè per contritionem, mediatè per confeſſionem, vnde merito Eccleſia decreuit, in Concilio Trident. ſeſſ. 13.cap.7.quod vltra contritionem culpam remittentem,requiri neceſſario vbi adeſt copia confeſſorum,confeſſionem actualem. Et meritò quidem hoc præcepit Eccleſia. Namque,ſi contritus nollet confiteri ante aſſumptionem ſanctiſſimæ Euchareſtiæ ſi poſſet, ſignũ eſſet quod non eſſet verè contritus. Cum in contritione includatur votum confeſſionis,præcipuè tempore communionis.Signum eſſet etiam,quod iſte eſſet de numero illorum de quibus loquitur Apoſtolus Paulus ad Corinthios,vbi dicit,probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, & quoniam talem probationem corã ſacerdote facere nollet,propterea in id quod ſequitur incidit,ſcilicet, quod enim manducat, & bibit indignè,iudicium ſibi manducat,& bibit,nõ diiudicans corpus Domini.

Ad hoc vt quis dignè immar ſanctiſſimã Euchareſtiã requiritur, vt ſit abſolutus à Deo,& à ſacie Eccleſiæ.

Ratione etiam hoc ſuadetur,qui vult dignè recipere alia ſacramenta Eccleſiæ, neceſſe eſt vt ad minus ſit contritus, ergo qui vult dignè ſuſcipere corpus Chriſti, neceſſe eſt vt accedat non ſolum contritus,ſed confeſſus etiam,valet conſequentia, quia hoc ſacramentum dignius eſt omnibus alijs, ergo ad ſui receptionem requirit maiorem præparationem,ergo requiritur actualis confeſſio ſacramentalis. Obſeruandum eſt etiam, quod culpa non remittitur contrito,niſi ſua contritio ſit veſtita voto actualiter confitendi,non ſolum in paſcate,verum etiam ante communionem, quando ſumenda eſt ſanctiſſima Euchareſtia tempore paſchatis, vel alicuius alterius ſolemnitatis, vel quacunque alia occaſione quia tempus illud eſt tempus neceſſitatis confitendi actualiter, ſi adeſt poſſibilitas. Alter inquit D.Thom. contritio ſine ſacramentali cõfeſſione communicaturo,culpa eſt,niſi habeat in voto actualem confeſſionem tempore ſuo fienda.ſcilicet, paſcatis tempore.D.Thom. & modo per terminationem Eccleſiæ in Concil. Later.ſub Innoc 3 cap.21.& recitatur extra de pœnitentia & remiſſ c.Omnis vtriuſque ſexus,quotieſcunque ſumenda eſt ſanctiſſima Euchareſtia etiam extra tempus paſcale, vnde ſi modo contritus intenderet accedere ad communionem abſque præuia confeſſione, vltra quod non eſſet contritus,eſſet tranſgreſſor præcepti Eccleſiæ,& indignè accederet ad tantum ſacramentum,hoc enim confirmat Concil. Trid ſeſſ. 13.cap.7.

Contritus nolens cõfiteri ante ſũptionẽ Euchareſtiæ,data poſſibilitate,reus eſt corporis, & ſanguinis Domini.

Hoc etiam manifeſtat vſus Eccleſiæ, vt nullus, ſcilicet, conſcius mortalis criminis, quamuis ſibi contritus videatur,abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione ad ſacram Euchareſtiam accedere debeat,ad quod tenentur etiam ſacerdotes,qui quotidiè celebrant.

Vnde in Can. 11. ſic dicitur, Ne tantum ſacramentum indignè, atque ideo in mortem, & condemnationem ſummatur, ſtatuit, atque declarat ipſa Sancta Synodus, illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment,(habita copia confeſſoris) neceſ-

ſatio permittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, aut etiam diſputando publicè defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat. Ecce verba Concilij Tridentini clariſſima.

Neceſſario contritus ſũpturus Euchareſtiam probare ſe debet per actualem confeſſionẽ.

In Concilio Colonienſi cap. 46. dicitur in perceptione corporis, & ſanguinis Domini, iuxta Apoſtoli documentum, probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere. Homo autem iuxta documentum Apoſtoli non ſe probat (vt vult Cabil. Conſil.) licet aliquo modo ſe probet, niſi confiteatur actualiter, quoniam Eccleſiaſtica conſuetudo declarauit, intelligendum ſic eſſe illud Apoſtoli dictum, vt poſtea declarauit Concil. Trid. vt dictum eſt, Clariſſimè hoc oſtendit Concilium Auguſtenſe capit. 19. vbi ait cum vnus quilibet Chriſtianus ad ſacratiſſimum Sacramentum percipiendum per veram contritionem, & peccatorum ſuorum confeſſionem ſe præparare abſtrictus ſit, illis omnibus eius ſumptione interdictum eſt, qui abſque contritione, & confeſſione, in ſuis manẽt peccatis, & ſpeciatim illis qui ſecundum Sanctæ Eccleſiæ præceptum, ſingulis annis, ſemel non confitentur, vnde apertè vides, quod non tantum ſpeciatim de confeſſione præmittenda communioni ſingulis annis in paſcate, loquitur Synodus hæc Auguſtenſis; ſed etiam generatim, ideſt toties quoties.

Confundũtur hæretici dicẽtes non eſſe neceſſariũ ſumentibus anctiſſimã Euchareſtiã probare ſeipſos, per confeſſionem, & contritionem.

Ex his manifeſtè cognoſcimus errorem ſeu hæreſim Ioannis Vuiclef, vt refert Cõcil. Conſtant. ſeſſione 8. quem condamnat, dicentis. Si homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua, & inutilis, quam hæreſim etiam damnat Concil. Trid. vt ſupra patet, ſimiliter ex his damnatur hæreſis Lutheri (apud Prateolum Lutherani) dicentis. Magnus error eſt, eorum qui accedunt ad Euchareſtiæ ſacramentum, huic innixi, quod ſint confeſſi, quod non ſunt ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, quod præmiſerint orationes ſuas; omnes hi iudicium ſibi manducãt, & bibunt, ſed confidenter credant ſe gratiam ibi conſecuturos, hæc ſola fides facit eos puros, & dignos. Ecce quam impertinenter, & iniquè loquatur Lutherus contra veritatem, & terminationem Sanctæ Eccleſiæ, vnde Concil. Trid. adhuc directius illã hæreſim Lutheranam reprobat, ſeſſione 13. can. 11. dicendo. Si quis dixerit ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimæ Euchareſtiæ ſacramentum, Anathema ſit. Videndus eſt Ruffenſis contra errores Luth. art. 15. ipſum oppugnantem, & expugnantem. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis, immo pro tota diſputatione de cõtritione, Laus Deo.

Aducitur q̃ plurimæ laudes contritionis in honorẽ Dei, & vilitatis noſtræ.

Hoc iterum ſeruandum eſt, cum contritio ipſa tam vtilis ſit peccatoribus, poſtulemus à Deo, vt illam nobis concedat. Hæc eſt enim quæ tanquam fortiſſima machina deſtruit totam congeriem peccatorum. Ipſa eſt poſita inter nos, & Deum tanquam murus fortiſſimus. Ipſa dirumpit laqueos, & cathenas Diaboli, prout dicit Dauid. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Contritio ipſa deſtruit carceres infernales, quas Diabolus peccatori procurat. Ipſa eneruat vires Diaboli, prout affirmat vates dicendo. Contere brachium peccatoris, & maligni, Iſta reparat muros Hieruſalẽ, quos deſtruxerat Nabuchodonoſor, ideſt reſtaurat virtutes animæ, quas Diabolus per peccata deſtruxerat. Hæc eſt quæ parit prolem boni operis de qua ſcriptũ eſt. In dolore paries, & vt vno verbo dicam (non omnia, ſed aliqua) Ipſa contritio mundat animam à reatu culpæ, liberatque à pœna gehennæ, ab horenda Dæmonum ſocietate, & à viliſſima ſeruitute peccati. Reſtituit bona ſpiritualia, quæ homo amiſerat per peccatum, acquirere facit ſocietatẽ ſpiritualẽ, & cõmunionẽ bonorũ Eccleſiæ, quod cupiebat Regius Propheta dicẽdo. Deo Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Tandem de filijs Diaboli facit nos filios Dei, & de filijs iræ filios gratiæ, & miſericordiæ, efficitque nos hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, Cui laus, & gloria in ſæcula ſempiterna ſit, Amen.

DISPVTATIO SEPTIMA in littera C.

De Contumelia.

IN hac diſputatione Lector proponit diſputandum, tantum vnum caſum, cũ dubijs annexis.

In caſu enim quærit Lector, quid ſit contumelia. An ſcilicet in verbis conſiſtat?

In primo enim dubio inueſtigat, An omnis contumelia ſit peccatum mortale?

In ſecundo dubio interrogat, An ſit neceſſe contumelioſum recipere, ſeu ſuſtinere?

In tertio dubio poſtulat, De origine contumeliæ?

In caſu ergo quærit Lector vtrum contumelia conſiſtat in verbis. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum. Nihil auditu percipitur niſi verbum. Sed contumelia auditu percipitur, ergo contumelia in verbis conſiſtit. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor eſt Ieremiæ 20. Audiui contumelias in circuitu, ergo contumelia in verbis, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Argumentatur ſic. Contumelia importat quodam nocumentum in proximo illatum, & pertinet ad iniuſtitiam, ſed verbas nullum nocumentum videtur inferre proximo, nec in perſona, neque in rebus, ergo contumelia non conſiſtit in verbis.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Quinque ſũt ſpecies peccati linguæ contumelia detratio, ſuſuratio, deriſio, & maleditio.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo obſeruat vnum neceſſarium circa materiam peccati linguæ, Secundo duabus concluſionibus affirmatiuis ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum obſeruat Lector Theologus vnum, ſcilicet, quod

extra

extra iudicium datur quinque ſpecies peccati linguæ. Prima ſpecies dicitur contumelia, Secunda detractio, Tertia ſuſſurratio, Quarta deriſio, Quinta maledictio. Relictis, ergo quatuor ſpeciebus vltimis, de quibus tractabimus loco ſuo, ſecundum ordinem alphabeticum. Quoad primam ſpeciem, ſeu genus peccati linguæ dicimus, quod hæc tria videntur ad illam pertinere, Contumelia, conuitium, & vituperium. Contumelia conſiſtit in verbis contumelioſis, ſignificantibus defectus culpæ, hoc vitium exercetur dum dicitur alicui, fur, latro, adulter, homicida, &c. Conuitium conſiſtit in verbis ſignificantibus defectus naturæ, quod fit dum dicitur alicui, ſtultus, cæcus, claudus, &c. Improperium conſiſtit in verbis contumelioſis, improperantibus beneficia illi conceſſa tempore neceſſitatis. Hæc tria ex conuenientia quam habent inter ſe quandoque confunduntur. Obſeruandum igitur eſt ex ſententia D. Th. 2.2. q.72. art. 2. quod iſta tria ſunt mortalia peccata; ſi facta ſunt cum intentione de honorandi proximum totaliter.

...tenditur in ...ibus diffe... ...unt, & con... ...unt con... ...eliæ, con... ...uum, & vi... ...erium.

Nunc notanda ſunt illa in quibus differunt, & conueniunt contumelia, & detractio. Contumelia à detractione primo, & per ſe, differt ex parte obiecti. Contumelia conſiſtit in hoc, quod eſt iniuria contra honorem alterius. Detractio eſt contra famam, vt igitur huiuſmodi differentia percipiatur obſeruandum eſt, quod honor reſpicit contumeliam, ſeu contumelia eſt contra honorem, & fama reſpicit detractionem, ſeu detractio eſt contra famam. Honor eſt reuerentia exhibita alicui propter aliquam excelentiam, vel virtutem, repertam in eo qui honoratur. Fama autem eſt clara notitia quam alij habent de nobis, vnde apparet, quod honor ſine fama, in aliquo poteſt reperiri, & econuerſo. Multi ſunt viri magnæ famæ puta magnates, tamen, in illis non eſt honor, quia carent virtutibus, alij ſunt in angulis abſque fama, & digni ſunt maximo honore, & laude, ex excellentibus virtutibus in illis exiſtentibus, differunt etiam quo ad modum, quia contumelia fit in faciem eius qui dehonoratur. Detractio fit occultè ab eo qui diffamat contra illum qui diffamatur. Ex hoc enim quod quis manifeſtè profert verba contumelioſa contra aliquem, videtur illum paruipendere. Ex quo facto dehonoratur patiens contumeliam, propterea contumelia directè eſt contra honorem. Quando autem in occultò aliquis verba cõtra aliquem dicit, videtur ipſum magis vereri, vel venerare, quam paruipendere, vnde directè, non infert detrimentum honori, immo illum exterius honorat, tamen oſtendit habere malam opinionem illius contra quem loquitur. Ecce differentia horum vitiorum. In hoc autem conueniunt contumelia, & detractio, quia per vtramque profertur malum contra proximum, Si malum illud eſt graue, & contumelia, & detractio per ſe peccatum mortale eſt. Si autem eſt de minimis, non dicuntur formaliter contumelia, & detractio, prout dicuntur, quando verſantur circa maxima, & ſunt peccata non mortalia, ſed venialia. Iſtis ſic declaratis pro primo puncto, veniendum eſt ad ſecundum, ponendæ ſunt concluſiones reſpondentes quæſito.

...ſtellitur in ...bus diffe... ..., & cõue... ...contu... ...a, & de... ...ctio, ho... ...or, & fama.

Concluſio prima. Contumelia propriè loquendo in verbis conſiſtit. Et probatur ſic concluſio. Contumelia (vt ſuperius dictum fuit) idem eſt, quod de honeſtatio reuerentiæ, & honoris qui exhiberi ſolet. Sed honor alicui, dupliciter tolli poteſt, mediatè, vel immediatè, mediatè dum ſubtrahitur ab illo id quod eſt ei cauſa honoris, qui enim abſtulit à diuite diuitias, conſequenter remouet ab eo honorem, quia diuitiæ erant in cauſa, quod iſte honoraretur, quapropter ille realiter, & non apparenter eſt verè honor qui virtuti debetur, honor iſte à nulla alia cauſa dependet, niſi à ſolo Deo, honor enim eſt præmium virtutis. dehonoratio autem iſta pertinet ad furtum, quia de ſe dehonorans auſert à viro virtuoſo, id quod ei ex natura rei debetur, ſecundo auſertur ab aliquo propriè, & per ſe honor. Et hoc fit, dum quis ducit in notitiam alicui aliquod quod honori iniuriati officit, puta dum oſtendit illum non eſſe dignum tali honore, & quoniam hoc facit (voce mediante) oſtendit contumelioſus animum ſuum iniquum, contra eum qui patitur contumelias, vnde dicere ſolebat Ariſt. in 2. Perhermenias, voces ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum. Meritò igitur dicebat Angelicus Doctor diffiniendo, & oſtendendo, quid ſit contumelia per ſe, dicendo. Contumelia in verbis conſiſtit. Contumelia enim eſt deducere peccatum alterius in notitiam eius, & aliorum, quod formaliter fit per verba, & quod verũ totum hoc ſit, ponitur eius diffinitio, contumelia eſt iniuria qua obijtur peccatum aliquod coram, & in præſentia eius cui irrogatur iniuria, vt cum dicitur alicui fur, at quoniam non ſolum verbis, ſed factis contumelioſus iniuriat proximum ſuum, ideo ponamus aliam cõcluſionem.

Contumelia principaliter in verbis conſiſtit ſecũdario in factis.

Concluſio ſecunda. Contumelia extenſo nomine etiam in factis poſita eſt, quatenus facta illa habent vim ſignificandi. Probatur concluſio iſta authoritate gloſſæ ſuper D. Paulum Rom. 1. dicendo. Contumelioſos illos eſſe, qui dictis, vel factis contumelias, & turpia inferunt pro cuius intelligentia eſt obſeruandum, quod factum nullum, vt res eſt, habet rationem contumeliæ, benè autem quatenus habent vim ſignificatiuam. v.g. ſi quis ſolicitaret vxorem vicini, gratia libidinis, non eſt fornicarius contumelioſus, eſſet tamen talis, ſi hoc faceret, vt auferret honorẽ mariti, idem dicitur de ſimilibus.

Obſeruandum tamen eſt, quod non ſolum in facie fit contumelia verbis, vel factis, verum etiam non in facie, dummodo ille qui contumeliam dicit, hoc facit hac intentione, vt verba contumelioſa ad aures illius perueniant, v.g. ſi diceret coram multis, dico, quod talis eſt proditor patriæ ſuæ, ſacrilegus, & quid ſimile. Et hoc dicerẽ illi in facie ſua ſi hic adeſſet ille, vel gratum mihi foret, ſi hoc illi aliquis (nomine meo) diceret. Nihilominus ſtando in ſua formalitate contumelia fit in facie, & detractio fit in oculto, vnde pro maiori intelligentia

Contumelia fieri poteſt non ſolum in facie, ſed et a extra faciẽ.

Google

gentia iſtorum, dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod actus morales ex intentione iudicantur, ideo ex intentione iudicandum eſt, quando aliqua iniuria verbis, vel factis ſit contumelia, vel non ſit, talis actus igitur contumeliæ per ſe directè eſt contra honorem, Indirectè fit quando qui contumeliam dicit in facie, non loquitur contra illum quem iniuriare intendit, vnde de ratione contumeliæ eſt, quod dicatur in facie. Et hoc fit tripliciter, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, Primo in facie eius perſonaliter audientis, Secundo literis, vel libello, & vt ad eum deueniat mittit illas ad eum, Tertio verbis, vel ſignis, in abſentia eius, tamen per accidens putans, quod ſit præſens, contumelia ergo per ſe fit in præſentia, ſi autem fit in abſentia per ſe eſt detractio, per accidēs autem poteſt eſſe contumelia, dum dicit hac intentione, vt aliquis illi referat verba dicta.

Impugnatio prima.

Lector ſe opponit contra dicta in ſecunda concluſione, inquit enim cum Illuſtriſſimo Domino Caietano. Si verum eſſet quod contumelia in factis conſiſteret, in illis quatenus ſunt ſigna, non conſiſteret in illis vt res ſunt, hoc autem eſt falſum, ergo contumelia in factis non conſiſtit prout ſunt ſigna, probatur falſitas. Contumelia conſiſtens in dehoneſtatione ianuæ domus alicuius, vel verberationis, & cum intentione tamen dehonorandi, ſunt contumeliæ in factis, non vt ſigna, ſunt, ſed vt tales res ſunt.

Impugnationis diluuio.

Theologus vnà cum Illuſtriſſimo Domino Caietano deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod facta illa in his contumelijs, licet ſint facta nociua, tamen ratione intentionis contumelioſæ, accipiuntur pro ſignis. Nam actio illa dehoneſtationis Ianuæ, verberationis, & ſimilium, in quantum talia facta, abſolutè non lædunt proximum per ſe, ſed per accidens, prout neceſſitat ad mundandum hoſtium, vel quieſcendum quoadusque tranſeat dolor, ſi in verberatione cum intentione dehonorandi fuit dolor. Nam vt plurimum talis verberatio eſt ſine dolore, vel cum minimo dolore. Si autem intentio dehonorantis factis, eſſet non ſolum dehonorare proximum, ſed percutere, vel damnificare eum in bonis, talis duplici peccato peccaret, ſcilicet, peccato contumeliæ, quia intelligit dehonorare, & damnificare in temporalibus. In quo caſu ſe habet iſte, vt ille qui furatur vt mechatur, qui peccat peccato furti, & peccato libidinis.

Aliquando peccatum cō tumeliæ habet annexum peccatū damni dilati inimico.

Quando prædictæ dehoneſtationes fiunt à manifeſto authore, habent perfectam rationem contumeliæ. Cum verò fiunt ab occulto authore, habent rationem verè contumeliæ, non tamen habent rationem perfectæ contumeliæ, quia non ſunt factæ in facie.

Impugnatio ſecunda.

De nouo Lector impugnat hanc reſponſionem dicendo, De ratione contumeliæ eſt, quod ſit aperta, & manifeſta iniuria, ſed ſi non fit coram, & in præſentia non eſt manifeſta iniuria, ergo non eſt contumelia, & per conſequens neque imperfecta contumelia. Confirmatur hoc. Nam inter contumeliam, & detractionem, hæc eſt differentia, contumelia fit per manifeſtam violentiam, detractio autem per fraudem. Item detractio fit ſecretè, & in occulto, contumelia verò manifeſtè, & in præſentia, ergo quod non fit in præſentia non eſt contumelia.

Impugnationis reſpōſio.

Theologus pro ſolutione huius difficultatis, obſerat aliqua ex quibus ſoluit hanc impugnationem. In primis dicit, quod bonitas, vel malitia in actibus moralibus, conſideranda eſt ex intentione, quæ eſt radix bonitatis, vel malitiæ, quæ in ipſis actibus reperitur ex doctrina D. Thom. p. 2. q. 16. art. 4. ſecundo dicit, quod contumelia directè machinatur contra honorem alterius, vnde illa ſola iniuria meretur nomen contumeliæ, quæ per ſe, & directè tendit contra honorem alterius.

Contumelia per ſe, & ex intentione in præ[ſentia] per accid[ens] poteſt [fieri] extra.

His poſitis, dicimus ad impugnationem factam, quod contumelia per ſe, & ex intentione fit in præſentia. Nam qui ex intentione, & per ſe profert peccatum in abſentia, non audens proferre in præſentia, reueretur perſonā illā (vt ex iam dictis patet) & non tendit directè contra eius honorem. Quod verò profert peccatum per ſe, & ex intentione in præſentia, non reueretur perſonā illam, & directè tendit contra honorem, hoc oſtendit Angelicus Doctor in corpore caſus præſentis dicendo, contumeliam eſſe deducere peccatum alicuius in notitiam ſuam, & aliorum, quod fit tripliciter prout notauimus ex doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, ex his manēt ſolutæ rationes in impugnatione adductæ, concludunt de contumelia per ſe, & formaliter, quæ debet fieri ex intentione, in facie, non tamen concludunt de contumelia per accidens, quæ non eſt perfecta contumelia. De vtraque contumelia loquimur, ſub diuerſa ratione tamen prout declarauimus abundanter.

Au[ctor] li[belli] infa[matorij] duplici [pec]cato [iniuſti]tiæ [et] contume[liæ].

Ex his habemus, quod Auctor libelli infamatorij, non ſolum peccat peccato iniuſtitiæ contra famam, verò ſæpè numero, peccato contumeliæ contra honorem quia deducit peccatum proximi in notitiam ſui, & aliorum, vt igitur clarior ſit doctrina, proponenda, & dilucidanda ſunt dubia.

Dubium primum.

Lector in hoc dubio quærit, An omnis contumelia ſit peccatum mortale, & rationes adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua talem rationem format. Illud per quod meretur pœna æterna inferni, eſt peccatum mortale, ſed per conuitium, vel contumeliam homo meretur pœnam æternam inferni, ergo contumelia eſt peccatum mortale. Maior propoſitio certiſſima eſt. Minor probatur ſic, inquit Dominus Matth. 5. qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis, ergo conuitium ſine contumelia eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale ratiocinium. Nullum peccatum mortale eſt actus alicuius virtutis, ſed conuitium, vel contumeliam dicere eſt actus virtutis Eutropoliæ ex 4. Ethic. ergo conuitium, ſiue contumelia non eſt peccatum mortale.

Dubij

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

Contumelia, & conuitium principaliter conſideratur ex intẽtione proferentis verba illa.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſitio, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quoad primum dicit, quod ad cognoſcendum quando contumelia, vel conuitium ſit peccatum mortale, & quando non, attendere debemus quo animo dicuntur. Nam in peccatis verborum, maximè conſiderandum eſt, ex quo affectu aliquis verba proferat, quia verba, vt ſic, vt ſonus, non ſunt ordinata à natura, in nocumentum aliorum, vt ſignificatiua tamen poſſunt in nocumentum aliorum eſſe, at ſignificatio illorum ex interiori affectu loquentis ſumitur, vnde ſi intentio proferentis ad hoc feratur, vt per verba quæ profert honorem alterius auferat, hoc propriè contumelia, vel conuitium dicitur. Et contumelioſus iſte peccat mortaliter, quod peccatum non eſt minus peccatum quam furtum, vel rapina, probatur hoc, quia homo non minus amat ſuum honorem, quam rem poſſeſſam externam, immo magis. Pro citius maiori intelligentia eſt obſeruandum diſcrimen repertum inter peccata quæ in facto conſiſtunt, & illa quæ in verbis ſunt poſita. In primis genus peccatorum ſolum ex obiecto ſumitur. In ſecundis ſumitur ex qualitate peccati, ſeu qualitas peccati ſumitur ex intentione, propterea dicebat Doctor Sanctus, quod conuitium non cenſebatur contumelia, niſi quod ex animo conuitiendi procedit, quibus obſeruatis, ponendæ ſunt concluſiones.

Contumelia ex genere ſuo eſt peccatũ mortale, magis quam furtũ, & rapina.

Concluſio prima. Contumelia de genere ſuo eſt peccatum mortale, magis quam furtum, & rapina. Et probatur concluſio iſta tali medio. Illud peccatum eſt mortale, quod eſt contra charitatem, hoc certum eſt, quoniam charitas non tollitur niſi per peccatum mortale. Contumelia autem ſiue conuitium, eſt contra charitatem, & tollit illam, ergo eſt peccatum mortale. Minor probatur. Contumelia tollit pacem, & amicitiam, ergo eſt contra charitatem, quæ in pace, & amicitia conſiſtit, quod contumelia, & conuitium ſit maius peccatum quam furtum, & rapina, ſic oſtenditur. Inter bona humana honor tenet primum locum, ex ſententia ſapientis. Dicit enim ſapiens. Melior eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, ergo qui alteri tollit honorem magis peccat, quam qui rapit aliena, ergo contumelia, vel conuitium, per quod aufertur honor proximi, eſt maius peccatum quã furtum, & rapina.

Confirmatur hoc alia ratione. Homines prudentes malunt alijs bonis eſſe priuati, quam contemptui haberi, quam ab eis auferatur honor, vnde dicebat Dominus. Honorem meum alteri non dabo, ergo hæc prima concluſio veriſſima eſt.

Contumelia ſeu conuitiũ dictũ non ex intẽtione nocendi quan doque eſt virtus quandoque veniale peccatũ, quãdoque mortale.

Concluſio ſecunda. Illatio contumeliæ, vel conuitij quæ fit præter intentionem contumeliandi, quandoque eſt virtus, quandoque culpa venialis, quandoque peccatum mortale. Probatur concluſio iſta quo ad ſingulas partes, Primo quod ſit virtus probatur ſic, quando Pater, vel Prælatus, ſeu Dominus, vel maior, dicit verba contumelioſa in corrigendo, talis non peccat, immo meretur, cum exerceat opus charitatis erga ſuos inferiores, etiam ſi aliquando in tali facto excedat, quia hoc facit pro beneficio illorum. Immo talis inquit Doctor Sanctus non dicit formaliter conuitium, vel contumeliam cum non intelligat dehonorare eum quem corrigit, immo intentio ſua eſt, dirigere illum ad actus virtuoſos, per quos acquiritur honor. Attamen vbi non ſeruatur ordo in corrigendo, & contumeliando, ſed dicitur magnum conuitium contra illum (motus ira,) licet non cum intentione dehonorandi, peccare poteſt mortaliter per accidens tamen, quia aufert ab illo honorem. Iſte mortaliter peccat, ſicut mortaliter peccat ille, qui ludẽdo, mutilat, vel occidit proximum ſuum. Contumelia tunc eſt peccatum veniale, quando ioco, vel leui ira profertur ſine intentione dehonorandi proximum, ſi tamen ille contra quem dicuntur verba illa, recipiat illa ioco. Aliter contumelioſus poſſet mortaliter peccare.

Quilibet debet ſe abſtinere à cõtumelijs maximè Prælati aliter poſſet in hoc peccare mortaliter.

Ex quibus concluſionibus optimum documentum elicitur, ſcilicet, quod nullus dicere debet verba contumelioſa, niſi cum grano ſalis, & cautè, ſiue prudenter, prout manifeſtat Doctor Sanctus dicendo. Neceſſaria eſt diſcretio, vt moderatè homo talibus verbis vtatur quin poteſt eſſe ita graue cõuitium per incautelam prolatum, quod auferat honorem eius contra quem profertur, & tunc peccat mortaliter, etiam ſi non intendat dehonorare proximum ſuum. Prælati præcipuè abſtinere debent à contumelijs, licet dicant illa optima intentione, quia vt in pluribus ſubditi putant, quod malo animo, & non ex charitate hoc faciant, ideo non emendantur, ſed fiunt deteriores nec ſuſcipiunt diſciplinam, qua de cauſa dicebat Cicero de officijs. Omnis animaduerſio, & caſtigatio, contumelia vacare debet. Et Illuſtriſſimus Dominus Caietanus (cuius doctrina venit ſeruanda) dicit. Diligenter obſeruare debemus, non ſolum differentiam inter contumeliam formaliter, & materialiter conſideratam, ſed etiam latitudinem, tam contumeliæ formalis, quam materialis, quia licet contumelia formalis, ſcilicet, dicta animo dehonorandi ex ſuo genere ſit peccatum mortale, tamen propter imperfectionem actus, quandoque eſt peccatum veniale, quando, ſcilicet, intendit parum dehonorare, vel cum D. Thom. leuiter contriſtare. Modicum enim pro nihilo reputatur. Eſt etiam veniale ſi eſt ex leui ira, ex qua qui proruperit in verbum contumelioſum, non animo dehonorandi, vt faciunt Mulierculæ aliquæ, quæ de facili irritantur ad inuicem, materialis contumelia efficitur mortalis ex parte damni, quod contumelioſus infert proximo, tamen tale peccatum non eſt propriè peccatum contumeliæ, ſed peccatum damni illati.

Qua-

Digitized by Google

Quæſitum.

LEctor format vnum quæſitum circa huiuſmodi materiam, quærit enim, An contumelia ſit grauius peccatum quam detractio. Et hoc facit non ſolum, quia dictum fuit, quod in hoc conſiſtit differentia inter contumeliam, & detractionem, & quod contumelia, & detractio in hoc differunt præcipuè, quia contumelia eſt iniuria facta in facie, & detractio iniuria facta in occulto, verum quærit hoc, quia opiniones ſunt diuerſæ. Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de inſt. & iure q. 10. art. 2. dicit, contumeliam per ſe loquendo grauius peccatum eſſe detractione ipſa. Magiſter Dominicus Banenſis in lib. de iure, & iuſt. quæſt. 73 art. 1. tenet non directè oppoſitum, ſed quod contumelia, & detractio ſe habent ſicut excedẽs, & exceſſum, aliquando dicit eſt grauius peccatum contumelia, aliquando detractio, vt igitur ſolutio quæſiti appareat formentur inſt. pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod contumelia ſit grauius peccatum ipſa detractione, eſt tale ratiocinium. Angelicus Doctor. 2. 2. q. 73. art. 3. ad ſecundum, dicit contumeliam eſſe grauius peccatum ipſa detratione ſimpliciter, & ſecundum ſe etiam quam furtum. Et ratione probat hoc. Sicut ſe habet rapina ad furtum, ſic ſe habet contumelia ad detractionem, hoc eſt clarum. Nam ſicuti Latro per vim aufert bona alterius, fur vero per fraudem, & occultè. Ita contumelioſus per vim aufert honorem. Detractór autem per fraudem, & occultè aufert famam. At rapina maius, & grauius peccatum eſt quam furtum, ergo ſimiliter contumelia maius, & grauius peccatum eſt quam detractio. Quod rapina ſit maius peccatum quam furtum ſic dicit D. Th. 2. 2. q. 66 art. 4.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte affirmatiua ſic procedit. Fama maius bonum eſt quam honor. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ inquit ſapiens, contumelia eſt contra honorem, detractio contra famam, ergo detractio grauius peccatum eſt quam contumelia.

Quæſiti deciſio pro vtraque parte.

Simpliciter, & abſolutè grauius peccatũ eſt detractio quã contumelia quo ad modum autẽ contumelia eſt grauius peccatum.

LEctor Theologus duo facit pro quæſiti ſolutione, Primo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Concluſio, contumelia, & detractio, ſecundum ſe, ſe habẽt ſicut excedens, & exceſſum. Cõcluſio iſta ſic declaratur. Quantum ad modum, contumelia excedit, & detractio exceditur, quantum ad obiectum excedit ſecundum ſe detractio contumeliam, ſtante hac diſtinctione, cõcluſio ponitur ſimpliciter, & abſolutè loquendo, grauius peccatum eſt detractio quam contumelia. Explicatur, & probatur concluſio. In quolibet habitu poſſumus duo conſiderare, rem ipſam in quam tendit habitus, & modum. Si loquamur in ordinem ad rem ipſam ad quam tendunt detractio, & contumelia, Detractio grauius peccatum eſt quam contumelia, probatur hoc ex ratione pro parte negatiua adducta, & confirmatur, quia detractio deſtruit famam, quæ excellentius bonum eſt, quam honor, & reuerentia, quæ deſtruitur per contumeliam, Confirmatur hoc per exemplum in ſcientijs. Logica perfectior ſcientia eſt quantum ad modum, quam Theologia pro iſto ſtatu. Theologia autem perfectior ſcientia eſt ex parte obiecti ſimpliciter, & abſolutè. Concluſio iſta habet tres partes, prima pars probatur. Contumelia eſt læſio honoris. Detractio autem eſt læſio famæ. At læſio honoris per ſe fit per apertam violentiam, læſio autem famæ fit occultè, & ſecretè, ergo peiorem modum habet contumelia quam detractio. Conſequentia eſt manifeſta. Nam in iniurijs inferendis, grauior modus eſt violentia, quam fraus, & dolus. Confirmatur hæc pars concluſionis per D. Thom. 1. 2. q. 6. vbi dicit, quod magis repugnat voluntario, violentia, quam fraus, & dolus. Ratio quia magis repugnat principio voluntarij, ſcilicet, voluntati, ſed in contumelia eſt manifeſta violentia. In detractione verò, eſt fraus, & dolus, ergo quantum ad modum, contumelia excedit detractionẽ. Secundo probatur intenſiuè ſic. Maior contemptus eſt in contumelia, quam in detractione, ergo contumelia excedit detractionem quantum ad modum. Secunda pars concluſionis probatur. Detractio verſatur circa nobilius, & principalius obiectum (in ordine ad contumeliam) verſatur circa famam, contumelia autem circa honorem, ergo detractio excedit contumeliam ex parte obiecti, quod autem fama melius bonum ſit quam honor, patet ex ſe, & ex dictis, propterea non indiget alia probatione. Tertia pars concluſionis probatur. Illud peccatum contra proximum eſt grauius, quod aufert maius bonum, & infert maius damnum, ſed detractio aufert maius bonum, & infert maius damnum quam contumelia, ergo eſt grauius peccatum. Maior patet, ex eo quod fama quæ per detractionem aufertur, maius bonum eſt quam honor, qui per contumeliam aufertur. Secundo probatur ſic. D. Thom. 2. 2. q. 74 art. 2. probat ſuſurrationem eſſe maius peccatum quam detractionem, & contumeliam. Et hoc quia ſuſurratio aufert amicitiã, quæ maius bonum eſt quam fama, & honor, quæ auferũtur per detractionem, & contumeliam, licet contumelia per ſe habeat adiunctam violentiam, ergo & detractio maius peccatum eſt, vltimo ſic probatur, Homicidium grauius peccatum eſt, etiam quod occultiſſimè fiat, & per fraudem quam contumelia, cum auferat vitam quæ eſt maius bonum quam fama, & honor, licet contumelia habeat adiunctum peiorem modum, & maiorem contemptum, & violentiam, ergo &c His ſic ſtantibus ſoluendæ ſunt rationes adductæ à Magiſtro Soto.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus ad primam inſtantiam Magiſtri Dominici à Soto dicit, quod D. Thom. illo in loco eſt intelligendus, quo ad modum, ſcilicet, Inſtant. ſolutio.

quod

Digitized by Google

Contumelia quantu*m* ad modũ eſt grauius peccatũ detractione detractio ſecũdum ſe eſt grauius peccatum contumelia.

quod contumelia grauius peccatum eſt detractione, quantum ad modum, prout etiam manifeſtat ſeipſum D. Tho. ibi dicendo. Inquantum fit cum maiori contemptu. Hinc fit, quod ſi idem peccatum obijciatur in præſentia, & præferatur in abſentia (cæteris paribus) grauius peccatum eſſet obijcere illi peccatum in præſentia, quoniam idem eſt detrimentum, & in præſentia, fit cum maiori contemptu, & violentia, & ad probationem dicimus, quod benè concludit, quod contumelia eſt grauius peccatum, quantum ad modum ipſa detractione, non autem ex parte obiecti, quod nos intendimus.

Inſtantia 2.

Non acquieſcit Sotiſta, de nouo inſurgit, & format ſecundam inſtantiam dicendo. Honor, & fama ſunt obiecta materialia contumeliæ, & detractionis, obiecta autem formalia ſunt rationes inuoluntarij vnde ſumitur in iuſtitia, ſed maior ratio inuoluntarij eſt in contumelia quam in detractione, ergo contumelia eſt grauior iniuria ipſa detractione. Minor probatur. Nam in contumelia eſt violentia. In detractione dolus, & fraus. Confirmatur hoc. In eadem re materiali, ſcilicet, in acceptione eiuſdem rei poteſt eſſe diuerſa ratio formalis, vt patet in furto, & rapina, quæ quidem non oritur, niſi ex diuerſa ratione inuoluntarij, ergo ratio inuoluntarij eſt ratio formalis iniuſtitiæ, nec in hoc tendunt ratio formalis ex parte obiecti.

Inſtant. ſolutio.

Dupliciter Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ. Primo dicit, quod iniuſtitia ſpecificatur tanquam à ratione formali ab iniuſto, quod eſt obiectum formale iniuſtitiæ, ſicuti iuſtitia ſpecificatur à iuſto, non tamen à voluntario, vnde negandum venit aſſumptum, & ad probationem dicitur, quod vbi fuerit maior ratio iniuſti, maior iniuſtitia erit, non verò vbi fuerit maior ratio inuoluntarij, ſecũda reſponſio eſt, quod in virtutibus, & habitibus, non ſolum debemus attendere ad rationem formalem, verum etiam ad rationem materialem. Ratio eſt, quoniam ex his duobus rationibus conflatur veluti vna integra ratio obiecti à qua ſumitur perfectio habitus. v.g. Logica, vel Methaphiſica, habent eandem rationem formalem ſub qua, ſcilicet, eandem abſtractionem, differunt tamen in rationibus, quæ ſunt velut materiales in ordine alterius rationis. Nihilominus perfectior eſt ſimpliciter, & abſolutè, Methaphyſica, & Phyſica, quam Logica, quoniam ratio integra obiecti perfectior eſt, ita dicendum eſt in noſtro propoſito, licet contumelia excederet quantum ad rationem formalem detractionem ipſam. Detractio autem excedit contumeliam quantum ad rationem integram, & perfectam, quæ conflatur, ex ratione inuoluntarij, cum detrimento in fama. In contumelia verò conflatur ex ratione inuoluntarij cum damno in honore, vnde ad confirmationem dicitur, quod ratio iniuſtitiæ in contumelia, & detractione deſumitur ex ratione formali iniuſti, vt oſtenſum eſt ſupra. His ſic ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Simpliciter [illegible] aũ detractionis eſt grauius peccatũ contumelia, ſecundũ quid autem peccatũ contumeliæ eſt grauius.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad primam inſtantiam dubij dicit cum D. Thom. quod contumelia debitis circunſtantijs ornata, & prudenter dicta non eſt peccatum, ſed virtus, dicta autem cum intentione dehonorandi eſt peccatum mortale. Si autem quis dicat contumeliam iocosè, vt excitet alios ad riſum, & contriſtet eum cui dicitur vitium eſt inquit Doctor Sanctus, propterea prudenter eſt procedendum ad fugiendum peccatum, ex vtraque parte, quandoque mortale.

Inſtantia 2.

Contra hoc inſtat Lector dicendo. Peccatum mortale non inuenitur in viris perfectis, ſed viri perfecti contumelias aliquando dicunt, ergo contumelia non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur, D. Paulus dicebat. 3. ad Galatas Chriſtianis illis. O inſenſati Galatæ. Et Dominus Lucæ vltimo, dicebat diſcipulis euntibus in Emaus, O ſtulti, & tardi corde ad credendum, ergo contumelia non eſt peccatum mortale.

Inſtant. ſolutio.

Contumelia poteſt eſſe ſine peccato ſi exercetur prudenter.

Ex dictis in deciſione dubij habemus inquit Theologus huic inſtãtiæ reſpõſionẽ, ſcilicet, quod in corrigendo licet contumelias dicere, ſicut licet ipſi ſuperiori aliquando verberare, & damnificare ſubditos cauſa diſciplinę. Hac diſciplina Dominus ſanauit diſcipulos ſuos, vocando illos ſtultos, & tardos corde ad credendum. Et D. Paulus correxit Galatas, vocando illos inſenſatos, tamen hac medicina non eſt vtenda niſi rarò, & non, niſi cum maxima prudentia, & neceſſitate, prout docet D. Auguſtinus de ſermone Domini in monte.

Inſtantia 3.

Contra hoc ſe opponit Argumentator, & format tertiam inſtantiam dicendo. Illud quod eſt peccatum mortale ex ſuo genere non poteſt eſſe veniale, bene autem quod eſt veniale ex ſuo genere poteſt eſſe mortale per D. Thom. p. 2. q. 72. art. 5. q. 88. art 4. & 5. ergo ſi contumelia ex ſuo genere eſſet peccatum mortale ſequeretur, quod eſſet ſemper peccatum mortale, ſed hoc eſt falſum, quoniam aliquando eſt peccatum veniale, vt oſtẽſum eſt in deciſione dubij, ergo contumelia, vel conuitium, ex ſuo genere non eſt peccatum mortale.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod ſi contumelia non eſt dicta animo dehonorandi, ſed contriſtandi leuiter proximum, & animi leuitate, peccatum eſt veniale, & ad maiorem propoſitionem dicitur, quod propoſitio illa veriſſima eſt, Nam vt docet Doctor Sanctus p. 2. q. 88. art. 2. Mendaciũ iocoſum quod de genere ſuo eſt veniale, poteſt ex fine fieri mortale, puta ſi referatur ad infamiam proximi, vel ad irreuerentiam Dei, nam cum Sanctis ludere non licet, mortale autem peccatum ex ſuo genere, quod de facto committitur ad quodcunque ordinatur, ſemper erit mortale. v.g. ſi quis furatur etiam ad bonum finem, ſcilicet, ad faciendam eleemoſynam eſt peccatũ mortale. Cum hoc tamen ſtat, quod aliquod peccatum quod de genere ſuo eſt mortale poſſit eſſe veniale, vel ex paruitate materiæ, vel ex non completa

Mortale peccatum ex parte circunſtantiæ poteſt fieri veniale, & veniale mortale.

deli-

Digitized by Google

deliberatione, vel ex inconſideratione. Contumelia autem quia ſuum formale habet ex intentione loquentis, licet de genere ſuo ſit mortale peccatum, poteſt eſſe veniale prout in deciſione dubij oſtenſum fuit. Hæc ſunt pro dubio iſto ponamus aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector, An homo debeat ſubſtinere contumelias ſimul illatas. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Facta ſanctorum ſunt nobis exempla viuendi. Sancti ſubſtinuerunt contumelias, ergo & nos illas ſubſtinere debemus. Maior propoſitio habetur ex D. Paulo. Imitatores mei æſtote, ſicut, & ego Chriſti, & Dominus ipſe, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Minor probatur ſic, Dauid Rex in perſona, & ſua, & in perſona Chriſti dicebat loquendo de tollerantia contumeliarum in Pſal. 37. Qui inquirebant mala mihi loquuti ſunt vanitatem. Et poſtea ſubdit. Ego autem tanquam ſurdus non audiens, & ſicut mutus non aperiens os ſuum, ergo homo ſubſtinere debet contumelias cum Sancti illa ſubſtinuerunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Nullus dare debet proximo ſuo occaſionem peccandi, ſed qui ſubſtinet contumeliam ſibi illatam audatiam nutrit conuitianti, & per conſequens dat illi occaſionem peccandi, ergo homo non debet ſubferre contumelias ſibi illatas, ſed reſpondere magis debet conuincienti, vt confundatur.

Quæſiti deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, quod tollerare contumelias ſtat dupliciter, Primo loco, & tempore, Secundo abſolutè, loco, & tempore ſunt tollerandæ, abſolutè non, immo aliquando licet, vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutellæ.

Contumelias ſuffere, & tollerare debemus loco, & tempore ſicut ſācti fecerūt.

Concluſio prima. In præparatione animi vnuſquiſque ſubſtinere debet contumelias quādo fuerit expediens, non autem ſemper. Probanda eſt concluſio ratione, & authoritate Ratione ſic. Sicut patientia neceſſaria eſt inquit Doctor Sanctus in his quæ contra nos fiunt, Ita & in his, quæ contra nos dicuntur. Præcepta autem patientiæ in his, quæ contra nos fiunt ſunt in præparatione animi habenda teſte D. Auguſtino de ſermone Domini in Monte, vbi exponens verba illa Domini. Si quis percuſſerit te in vna maxilla, præbe illi & alteram, dicit, videlicet, homo ſit paratus ſi opus fuerit. Et ſubinfert Angelicus Doctor, Non tamen tenetur ſemper ferre acta, quia nec ipſe Dominus hec fecit, ſed cum ſuſcepiſſet alapam, dixit quid me cedis? Io. 18. Sub qua maiori propoſitione ſub ſumitur minor. Sed idem ordo ſeruandus eſt circa contumelioſa verba quæ contra nos dicuntur, ergo debemus habere animum præparatum ad ferendas, & tollerandas iniurias. Confirmatur hoc, quoniam præceptum affirmatiuum, non obligat pro ſemper, ſed loco, & tempore oportuno. De hoc dedit exemplum nobis Dominus, qui tanquam agnus ad occiſionem ductus, non aperuit os ſuum, tamē dicit, Malco percutienti illum, cur me cedis? Si male loquutus ſum teſtimoniū perhibe de malo, ſi autem bene &c. Corroboratur concluſio iſta authoritatibus. Inquit enim Iacobus Apoſtolus 1. Pacientia vobis neceſſaria eſt. Et Apoſtolus Paulus 2. Cor. 12. Placeo mihi in infirmitatibus meis, In contumelijs. Et 1. Theſſal. 2. Ante paſſi multa, & contumelijs affecti, vbi ab Apoſtolo Paulo laudantur de hoc, quod contumelias ſibi pſis illatas gaudenter ſubſtinnerunt. In Actis autem Apoſtolorum c. 5. dicitur, Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumelias pati. Et multis alijs in locis hoc cōfirmat diuina ſcriptura.

Concluſio ſecunda. Quandoque licitè, & forſan neceſſario oportet contumelias illatas reppellere. Ratione, & authoritate probatur concluſio iſta, aliquando tollerare contumelias venit in præiudicium boni publici, & boni communis, ergo tunc non ſunt tollerandæ cōtumeliæ, cum bonum publicum ſit anteponendum bono priuato, & particulari. Aliquando hoc faciendum eſt, propter bonum eius qui contumelioſus eſt, videlicet, vt eius audacia reprimatur, ne de cætero audeat contumelioſa verba dicere, hoc enim innere volebat ſapiens dicendo. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur. Sunt enim aliqui ita inſolentes, quod niſi deprimeretur eorum temeritas inſoportabiles eſſent, Secundo probatur intentum ſic. Niſi deprimeretur temeritas iſtorum, impediretur profectus quod reſultat in bonum multorum, tam præſentium quam abſentium, & futurorum etiam. Nam quando populus videt, vel audit cōtumelias inferre his, qui curam habent aliorum, abſque eo quod deprimatur temeritas ob loquentium, incipiunt illos habere in minori reuerentia, & contemnere illorum doctrinam, & paruipendere illorum authoritatem, qua de cauſa dicebat D. Gregorius ſuper Ezechielem, Homelia 9. Hi quorum vita in exemplum imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes benè viuere contemnant. His concluſionibus declaratis, ſoluenda ſunt aliqua quæſita.

Quandoque licite, & forſitan neceſſario oportet contumelias illatas repellere.

Quæſitum primum.

QVærit Magiſter Dominicus à Soto. lib. 5. de iuſt. & iure. q. 9. art. 4. ſi ſit præceptum ſemper habere animum præparatum actualiter ſufferendi iniurias loco, & tempore, cum in prima concluſione ſit dictum quod ſic.

Quæ-

Quæſiti reſponſio.

Reſpondet ipſemet Magiſter Sotus dicendo, quod hoc non eſt neceſſe ſemper actualiter, aſſignat rationem dicendo, quod ſicut præcepta affirmatiua non obligant pro quolibet tempore ad externa opera, ita neque ad interiores actus obſeruandi, illa quæ præcepta ſunt. Satis eſt non habere propoſitum contrarium quo ad actiones externas, ita ſatis eſt non habere propoſitum contrarium, ſcilicet, nolle tollerare iniurias ſi opportunitas occurrerit, & talis animi præparatio inquit Magiſter Dominicus à Soto, non ſolum eſt neceſſaria ad non faciendas alijs iniurias, pro receptis iniurijs cum hoc vllo modo liceat, ſed neque authoritate publica, vbi adeſſet occaſio ſcandali, & qui oppoſitum faciunt (abſque dubio) in ſtatu damnationis ſunt. Ratio eſt, quia qui vult ſe vindicare de quacunque iniuria recepta motus à paſſione iræ, & cuicunque reſiſtere, ambulat in via perditionis. Attamen citra iſtos caſus, quiſque poteſt priuatim moderatè reſiſtere, & per publicam poteſtatē (ordine iuris ſeruato) vindicare ſe, in his tamen vti debemus maxima prudentia ne præcipitemus in ſententiā nam ſapiens in eodem cap. 26. Prouerb. hortatur nos ad oppoſita dicendo. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur, licet in eodem loco dicat ne reſpondeat ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris. Hoc in loco Spiritus Sanctus per os Salamonis docet nos, vt in tollerandas iniurias ſimus prudentes, quæ prudentia oſtenditur quando homo motus non liuore vindictæ, ſed zelo charitatis in hac cooperatur. Illi ergo reſpondendum eſt, quando ratio correctionis fraternæ nos inuitat, ſcilicet, quando ſperatur eius emendatio, tunc enim præceptum charitatis eſt animum eius ſedare, eumque ſuo furore, & ſtultitia aduertere, vt veniat in cognitionem ſui erroris. At ſuauiter hoc eſt faciendum, ne ſcilicet, alterius furor, & noſtrum furorem excitet, & nos qui quieſcere alios intendimus, nos inquietos efficiamus, & alios in maiorem furorem inducamus, leniter ergo illum admonere debemus, oſtendendo ei quod abſque cauſa hoc fecit, vel illud exemplum de hoc dedit nobis Chriſtus Dominus qui ſuo percuſſori tantum dixit. Cur me cedis? Si male loquutus ſum teſtimonium prohibe de malo, quando autem contumeliæ ſunt contra honorem Dei, vel fidei ſeu religionis, tunc acriter, contra hos obloquentes, & malignantes eſt procedendum, quod intendebat ſapiens dum dicebat reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne ſibi ſapiens videatur. Perſonæ etiam publicæ propter honorem ſuum perſonalē debent reppellere ſuam iniuriam ſecundum quod honor Reipublicæ, & neceſſitas requirit, perſonæ autem priuatæ licet ad hoc non teneantur, illud tantum facere poſſunt modo declarato ſupra. Hæc pro quæſito iſto. Proponatur aliud.

Satis eſt habere animū præparatū ferendi iniurias virtualiter, licet hoc non habeat actualiter.

Aliquando cōtumelioſis reſpondendum eſt aliquando non quando ſperatur correctio ſic, aliter non.

Quæſitum ſecundum.

Quærit Lector, An quando mihi licet reſiſtere contumelioſo. Tunc fas ſit mihi pro vna ſuſcepta iniuria, vel contumelia, aliam reijcere, exempli gratia, quiſque dicit mihi latronem, vtrum poſſim ego illi dicere ſicarium?

Quæſiti reſponſio.

Theologus per diſtinctionem ſatisfacit quæſito dicendo, Vel crimen per quod volo deprimere temeritatem eius qui me iniuriat eſt verum, vel falſum, eſt omnino occultum, vel manifeſtum. Si eſt falſum, vllo modo hoc mihi licet, quoniam eſt mendacium pernicioſum, & peccatum mortale ex genere ſuo contra iuſtitiam, & in materia graui lædit famam proximi, tunc etiam quia obijcere alteri falſum crimen, non eſt defendere ſeipſum cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo in tali caſu peccaret iſte mortaliter contra iuſtitiam, & ſic non licet iniuriam contra iniuriam afferre, etiam quod crimen impoſitum ab aduerſario eſſet falſum, dicit enim Apoſtolus, Noli vinci in malo, nolite reddere malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Redde bonum pro malo, & benedictum pro maledicto, ecce quod non licet contumeliam pro contumelia reddere, præcipuè quando quod dicitur eſt falsū, ſimiliter quando, quod dicis contra proximum tuum, te iniuriantem ſit omnino occultum, nō licet tibi illud contra illum dicere, ad deprimendam eius temeritatem, quia peccatum tuum eſſet mortale, eſſet contra charitatem, cuius officium eſt cooperire peccata, charitas operit multitudinem peccatorum.

Non licet reſiſtere contumelioſis, contumelijs apponendo falſa, vel manifeſta occulta.

Argumentator dicit, quod doctrina iſta eſt ſtricta valdè, nec eſt communis ſententia Theologorum, Magiſter Dominicus Banenſis, in 2.2. quæſt. 72. art. 3. dicit manifeſtè, quod licet apponere contumeliam, contra contumeliam ſibi illatam, immo quod licet adducere mendacium contra contumelioſum, quoniam tale mendacium non eſt pernicioſum, ſed officioſum peccatum ſi eſt veniale, & non mortale.

Impugnatio.

Theologus dicit, quod impugnatio iſta fundatur in falſo, & quod in hoc facto Banenſis decipitur, quia fundata eſt in proprio appetitu, opinio enim Banenſis mihi nunquam placuit, nec placere potuit, quia licet mihi liceat in reprobatione teſtium manifeſtare illorum crimina occulta pro tuitione meæ innocentiæ dum ſunt teſtes falſi, vel non legitimè contra me examinati, quia in hoc debilito teſtimonium illorum pro tuitione meæ innocentiæ, & quia iniuſtè etiam condemnandus, non tamen mihi licet illi

Impugnationis dilutio.

In iudicio licet excludere teſtes falſos manifeſtãdo cur hoc faciat extra iudiciũ non licet contumelioſum (hac via) deprimere.

imponere crimina falſa, nam hoc eſſet vendicare propriam iniuriã ſine moderamine inculpatæ tutelæ, vnde bene dicit Magiſter Dominicus à Soto, ſcilicet, quod non licet obijcere crimen vllum, vel defectum occultum, vel publicum per modum vindictæ, ſed tantum per modum defenſæ, vim vi repellendo, ſimiliter non licet illi obijcere crimen, quod impertinens eſt, ad deprimendam, & conculcandam eius authoritatem, ſed tamen licet manifeſtare illud, quod deſeruit propoſito, v.g. dicendo illum eſſe hominem mendacem, cui danda fides non eſt, & quod hoc, quod dico ſit verum poſſum manifeſtare aliqua eius mendacia, ne detur fides ei, in eo quod contra ius, vel contra veritatem teſtificatur. Si enim me appellat concubinarium, non licet mihi eum appellare latronem. Hoc enim à ſimili manifeſtatur, nam non licet mihi percutientem repercutere niſi pro mei defenſione tantum, cum inculpata tutela, & hoc eſt percutere per accidens, accidit enim defendenti ſe repercutere eum à quo eſt percuſſus. De his ſatis. Nunc autem ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij præſentis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Ex iam dictis patet ſolutio inſtantiæ factæ, inquit Theologus dictum enim eſt in ſecunda concluſione, quod licet audaciam hominis obloquentis, & contumelioſi verbis mitibus comprimere ne videatur ſibi ſapiens, non tamen hoc licet facere verbis accerbis, ne corrigẽdo efficiatur ei ſimilis, & loco emendationis fratris, cauſet maiorem pertinatiam, & obſtinationem, prout experientia docet in caſibus ſimilibus.

Inſtantia 1.

Argumentator non acquieſcit, dicit enim, quod reſponſio non videtur de mente ſapientis, dicebat enim Prouerbiorum 11. vbi ſuperbia ibi contumelia, ſed ira eſt vitium diſtinctum à ſuperbia, ergo contumelia non oritur ab ira.

Inſtant. ſolutio.

Ad inſtantiam pro parte negatiua dubij præſentis dicit Theologus, quod iratus intendit manifeſtam offenſam, quod non curat odiens, propterea contumelia quæ importat manifeſtam iniuriam magis pertinet ad iram quam ad odium, Nihilominus contumelia quæ procedit ex odio eſt maius peccatum quam illa quæ ab ira procedit. Probatur hoc, quia odium eſt maius peccatum quam ira. Nec ex hoc ſequitur, quod contumelia diminuatur ex ſua cauſa, nam quanto maior eſt ira à qua procedit contumelia, tanto maius eſt peccatum illius contumeliæ. Hæc pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator, & format ſecundam inſtantiam dicendo. Homo debet plus ſe diligere quam alium. Sed homo non debet ſubſtinere, quod alteri conuitium cum feratur, ergo non tenetur homo, neque debet ſubſtinere contumeliam illatam ſibi. Minor probatur dicitur Prouerb. 26. Qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat, ergo ad hoc tenetur homo.

Inſt. reſpõſio. Multoties tenemur ſufferre contumelias nobis factas, & factas proximo noſtro.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod quando aliquis repræhendit illum qui contumeliam in alium dixit, non videtur hoc facere ex nimio amore ſui, ſed ex charitate in ordine ad contumeliantem, & ad eum cui dicuntur contumeliæ, vt illos ad pacem redigat. At quando contumelias ſerioſè propulſamus, tunc videtur quod huiuſmodi propulſatio proueniat, non ex charitate, ſed ex liuore, vnde reſpondendo formaliter negatur conſequentia, quia licet quiſque teneatur plus diligere ſeipſum, quam alium, tamen hunc effectum non debemus demonſtrare in repellẽdas iniurias, quia repulſa alienarum iniuriarum apertè conſtat procedere ex charitate, hoc autem non conſtat in repulſione propriarum iniuriarum, vnde argumentator decipitur, putat quod vendicare iniurias proueniat ex charitate tanquam ex cauſa vt ſic, & tamen non vendicare proprias iniurias licet, ad eui tandom ſcandalum puſillorum.

Inſtantia 3.

Inſurgit vltimo loco ipſe Argumentator inſtando ſic. Non licet alicui vindicare ſeipſum, cum Dei proprium ſit, vindicare illatas nobis iniurias, inquit enim Deus, mihi vindictam, & ego retribuam. Sed aliquis non reſiſtendo contumeliæ ſibi illatæ ſe vindicat per D. Chriſoſt. in Homil. 43. in Marcum, & alibi, etiam quibus in locis dicit, ſi vindicare vis, ſimilẽ, & funeſtam ei dediſti plagam, ergo aliquis non debet ſilendo ſubſtinere verba contumelioſa, ſed debet reſpondere.

Inſtant. ſolutio.

Tollerare cõtumelias aliquando eſt laudabile, aliquando vituperabili corã Deo.

Theologus reſpondet huic inſtantiæ dicendo cum D. Thom. quod ſi aliqui taceret, ex vindicta dum recipit contumelias, vt tacendo prouocaret contumeliantem ad iracundiam, hoc pertineret vtique ad vindictam. Sed ſi tacet volens dare locum iræ, hoc laudabiliter facit, quoniam obſeruat concilium ſapientis, Eccleſiaſt. 8. dicentis. Non litigas cum homine linguato, & non ſtruas in ignẽ illius ligna, ecce quod taciturnitas tempore, & loco eſt laudabilis. Aliquando non eſt laudabilis, quoniam omnia tempus habent, vnde contumeliatus prudenter agere debet in ſufferendas contumelias. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc autem ponamus aliud.

Dubium tertium.

Lector in hoc dubio quærit quænam ſit origo contumeliæ, An ſit ira. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua fundat rationem ſuam in D. Gregorio 31. moralium, vbi ait, ex ira oriuntur contumeliæ, & Dominus anteponit iram contumeliæ Matth. 5. dicendo, qui iraſcitur, & poſtea qui dixerit fratri ſuo fatue, &c. ergo contumelia ex ira oritur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Nullum peccatum ex ſua cauſa diminuitur, ſed peccatum contumeliæ diminuitur ſi ex ira proferatur, ergo contumelia non oritur ex ita. Maior clara eſt de ſe, quia cauſa influit in effectum, & auget illum. Minor propoſitio probatur ſic, grauius

enim

enim peccat qui ex odio contumeliam dicit, quam quis ex ira illam profert, ergo ira non eſt cauſa contumeliæ.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, poſtea vt doctrina clarior ſit, mouet vnam difficultatem illamque determinat, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Contumelia vt i pluribus, & principaliter oritur ex ira.

Concluſio affirmatiua eſt iſta. Contumelia, vt in pluribus, & principaliter oritur ex ira. Concluſio iſta tali medio probatur cum D. Thom. quando vnum peccatum poteſt oriri ex diuerſis cauſis, ex illa tamen dicitur principaliter habere originem, ex qua frequentius procedere conſueuit propter propinquitatem ad finem ipſius. At contumelia propter proportionem quam habet cum iræ fine, qui eſt vindicta, frequentiſſimè ab ira procedit, ergo ira dicitur cauſa eius, ergo contumelia dicitur habere originem ab ira. Confirmatur hoc, quia nulla vindicta magis eſt in promptu apud iratum quam contumelias inferre alteri, hac de cauſa contumeliam maximè dicitur originem trahere ab ira, qui enim non poteſt in aliquem vindicare, vel quia deficiunt vires, vel quia non audet aliqua de cauſa, ſtatim in contumelias prorupit. Teſtis huius eſt impacientia fœminarum quæ vnquam quieſcere ſolent quoadusque non aggrauerint contumelijs, & maledictionibus, ſiue increpationibus, ſine numero illos, vel illas, à quibus iniuriam receperunt. His ſtantibus proponenda eſt difficultas, & ſoluenda.

Difficultas.

ILluſtriſſimus Dominus Caietanus difficultatem vnam mouet circa ſatisfactionem pro contumelijs illatis proximo, quærit enim ſi ille qui in hoc offendit proximum ſuum tenetur petere veniam ab iniuriato. Pro parte affirmatiua eſt D. Auguſtinus in Regula, vbi dicit, quod autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi inde non proijciatur, ergo veniam petere debet. Pro parte negatiua, tamen eſt ratio validiſſima. In alijs iniurijs, ſufficit reſtituere, id quod iuſtitia exquirit, & non eſt neceſſe petere veniam, ergo neque in contumelijs petitio veniæ eſt neceſſaria.

Difficultatis ſolutio.

Reſpondet Theologus huic difficultati dicendo, quod iniuria emendatur ſufficienter, quando contumelioſus reſtituit oppreſſo ab illo, honorem quem illi abſtulit, reuerentiam exhibendo, vel alio modo ſatisfaciendo illi pro eo, in quo illum damnificauit, propterea D. Auguſtinus in loco illo, primo præcipit ſatisfactionem (quæ reuerentiam importat) tanquam neceſſarium dicendo, ſi autem inuicem ſe læſerint, inuicem debent relaxare vindictam, & ſuperius dixerat, quicunque conuicio, vel maledicto, vel etiam criminis obiecto, aliquem læſerit, meminerit ſatisfactionem quamtotius curare quod fecerit, & ille qui læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere. Nihilominus, quia religioſi tendunt ad ſtatum perfectionis. In eis debet magis apparere iuſtitia. Ideo Pater Auguſtinus indixit illos ad petendum veniam, quod obſeruare debet quilibet Chriſtianus contra Diabolum qui illum ad peccatum contumeliæ induxit. Hæc ſint pro difficultate iſta. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Eſſentiale in ſatisfactione pro iniuria eſt reddere honorem contumeliato, ſed petere veniā melius eſt.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiæ ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod contumelia non eſt ordinata ad finem ſuperbiæ qui eſt celſitudo, vnde negamus, quod contumelia directè oriatur à ſuperbia. Indirectè autem, & diſpoſitiuè concedimus quod oriatur à ſuperbia. Nam per ſe ſuperiores exiſtimant facilius contemnere, & iniurias illis inferioribus irrogare, quia reputant indignum quicquid contra illorum voluntatem fit, aut agitur. At directè, contumelia venit, & oritur ab ira, cuius finis eſt vindicta. Ex quibus dicendum eſt ad dictum ſapientis Prouerb. 11. vbi ſuperbia, ibi contumelia, indirectè quidem, non autem directè, vt declarauimus modo.

Inſtantia.

Contra hanc inſtantiam inſurgit Argumentator, format ſecundam inſtantiam dicendo. Omnes ſtulti miſcentur contumelijs, ſed ſtultitia vitium eſt oppoſita ſapientiæ ex D. Th. 2. 2. q. 46. Ira autem opponitur manſuetudini, ergo contumelia non oritur ex ira.

Inſtant. ſolutio.

Theologus diſtinguit dicendo, vel loquimur de origine contumeliæ eſſentialiter, vel quoad affinitatem, ſi primum oritur ex ira, ſi ſecundum oritur ex ſtultitia, inde oritur ſcilicet, propter affinitatem, quam habent contumelioſi cum ſtultis, quia ſtulti faciliter veniunt ad contumelias. Et merito irati ſimiliter contumelioſi in numero ſtultorum ponendi ſunt, quia ira, per Ariſt. 7. Ethic. non addit rationem ſed tollit, iratus patitur defectus rationis, in quo conuenit cum ſtultis, vnde dicere poſſumus, quod ex ſtultitia oritur contumelia ſecundum affinitatem quam habet ſtultitia cum ira. Non tamen ſecundum, quod conſideratur ſtultitia in ſe ipſa.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Contumelia in ordine ad ſuum ſignificatum dignificat proximū afflictum contumelia.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod de vocibus loqui poſſumus dupliciter, primo ſecundum ſuā eſſentiā, prout ſunt ſonus audibiles, & ſic non inferunt per ſe nocumentum alteri, niſi fortè grauando auditum, dum nimis altè loquitur. Attamen huius voces contumeliarum nocumentum inferunt inquantum ſunt ſignificatiuæ, in notitiā aliorum per quas recipit detrimentum honoris, vel reuerentiæ quæ ſibi debetur, & addit Doctor Sanctus, & ideo maior eſt cōtumelia ſi aliquis alicui defectum ſuum dicat coram multis, tamen ſi illi ſoli dicatur poteſt eſſe cōtumelia, inquantum ipſe qui loquitur iniuſtè contra reuerentiam ipſius audientis agit.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum dicendo. Contumelia videtur ad quandam dehonorationem pertinere, ſed magis poteſt aliquis inhonorari ſeu vituperari factis quam verbis, ergo videtur, quod contumelia non conſiſtat in verbis,

Argumenti ſolutio.

Huic argumento reſpondet Theologus dicendo, quod quando quis dehonorat factis proximũ ſuũ, facta illa pro verbis accipiuntur, ſcilicet, quatenus ſignificant aliquid, quod eſt contra honorem illius contra quem dicuntur contumeliæ, & ſic facta illa habent vim verborum, vt res hoc non faciunt.

Argumẽtum tertium.

Vltimum argumentum format Lector contra prædicta dicendo. Dehonoratio quæ fit in verbis dicitur conuitium, vel improperium. Sed contumelia videtur differre à conuitio, & ab improperio, ergo contumelia non conſiſtit in verbis,

Argumenti ſolutio. Contumelia, conuitium, & improperium tendũt ad eũdem finem.

Theologus dicit, quod reſponſio ad hoc argumentum habetur ex primo notando pro deciſione caſus. Nam omnes illę iniuriæ puta contumelia, conuitium, & improperium ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Nam omnes illæ ordinem habent ad idem obiectum, ſcilicet, ad honorem vnde potius dicendi ſunt modi diuerſi quibus quis dehonoratur. Nihilominus ait Magiſter Dominicus à Soto ex ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani, quod iſti modi poſſent taliter aggrauare peccatum contumeliæ, quod neceſſario eſſent confitendæ, vt ſi quis hæreticum, vel tradictorem alicui diceret, vnde apparet quomodo hæc tria ſe habent adinuicem.

Difficultas.

Circa hanc reſponſionem Illuſtriſſimus Dominus Caietanus mouet vnam difficultatẽ, quærit enim, An contumelia diſtinguatur in plures ſpecies, ſi contumelia diſtinguatur ſpecie, à conuitio, & improperio. Ex vtraque parte ſunt rationes, pars negatiua eſt vera.

Difficultatis reſponſio.

Contumelia, conuitiũ, & improperium ſunt eiuſdem ſpeciei, ad diuerſus fines ordinata.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſoluit hanc difficultatem dicẽdo, quod omnes hi defectus nõ habẽt materiã circa quam formaliter, per quã diſtinguantur ſpecie, ſed verſantur materialiter circa idem obiectũ, propterea non variantur ſpecie, ſed ſecundum diuerſitatem finium ad quos ordinantur, & vniuntur. Omnes enim defectus quatenus honorem ledunt vnius ſunt rationis, & ad contumeliam ſpectant, quatenus famam minuunt aut auferunt vnius, alterius ſunt rationis, & ad detractionem ſpectant, eſt autem in vtriſque cum vnitate ſpeciei diuerſitas graduum, ſecundum magis, & minus, dum vnus effectus magis dehonorat, aut infamat quam alius. Omnes enim defectus (vt ſoluatur difficultas) quatenus dehonorant, ad contumeliam pertinent, quatenus diffamant ad detractionem. Et hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs annexis, & pro tota diſputatione hac.

DISPVTATIO OCTAVA in littera C.

De conuerſione peccatoris.

In hac diſputatione pauca quærit Lector, ſed valde obſcura, & neceſſaria, inquirit enim ad quid tenetur homo cum primo peruenerit ad vſum rationis, An teneatur ſe conuertere in Deũ, & indebitum finem. In dubijs, quænam ſunt illa, quæ requiruntur ad conuerſionem peccatoris.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum cum homo peruenerit ad vſum rationis teneatur ſe conuertere in Deum, vt in vltimum finem.

In dubio autem inueſtigat, An ſemper in conuerſione peccatoris requirantur formaliter ſex motus aſſignati à D. Th. p. 2. &c.

In hoc caſu inquirit Lector, vtrum cum homo peruenerit ad vſum rationis, teneatur ſe conuertere in Deũ. Et pro vtraque parte format argumẽtũ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentũ. Si puer pro illo primo inſtanti quo recipit vſum rationis, ſcilicet, pro illo principio temporis, non eſſet obligatus ſe conuertere in Deum, vt in debitum finem, neque alias eſſet obligatus. Cum non ſit maior ratio de alio interſtitio temporis quam de iſto, ergo ſi nunc non eſt obligatus ad hoc, neque erit obligatus poſtea, cum non ſit aſſignabilis ratio quare non teneatur in primo illo inſtanti temporis, & teneatur poſtea. Nec ad hoc ſatis eſt dicere, quod homo ſe conuertere ſemel in vita tenetur, quando ſibi placuerit, hoc enim dictum abſurdiſſimum eſt. Nam Adam, & Mathuſalem qui mille annis vixerunt, potuiſſent nõgentos annos, & amplius, licitè remanere in via iniquitatis abſq; eo quod conuerterentur in Deum vltimum finẽ, ergo cum non ſint aſſignandæ induciæ de iure naturæ ad conuerſionem, dicendum eſt, quod ſtatim poſt receptum vſum rationis, Puer tenetur conuertere ſe in Deum vltimum finem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Lector ſic argumentatur. Nullus Theologorum meminit, quod cum homo peruenerit ad vſum rationis teneatur ex præcepto diuino, vel naturæ conuertere ſe in Deum, & in debitum finem, niſi ſolus D. Th. ergo puer ad hoc ex præcepto aliquo non tenetur, aliter alij Theologi valde defeciſſent in hoc, quod nõ eſt dicẽdũ.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo notat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatiſfacit quæſito, & pro maiori intelligentia veritatis dicendorum, proponendum erit dubium, & ſoluendum, Tertio loco ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum pro fundamento doctrinæ eſt obſeruandum. Cum Capreolo in 2. d. 40. q. 1. ad argumenta Scoti, contra ſecundam concluſionem D. Th. dicit enim ibi, quod ſtatim quod homo, ſeu puer peruenerit ad vſum rationis, tenetur ſe in Deum referre (dicant aduerſarij cum Illuſtriſſimo Domino Caietano 2. 2. q. 10. art. 4. quic-

quid

quid ſibi videntur) ſententiam noſtram veriſſimam eſſe dicimus.

Statim, quod aliquis peruenit ad vſũ rationis tenetur ſe ad Deum conuertere, vt ſaluetur.

Concluſio ergo, reſponſiua quæſito eſt iſta. Statim quod puer peruenit ad vſum rationis, tenetur ſe ad Deum vltimum finem conuertere. Concluſio non ſolum eſt Capreoli, ſed D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 6. & de verit. q. 14. art. 11. quibus in locis apertiſſimè docet Doctor Sanctus, quod homo perueniens ad vſum rationis tenetur ſe ad Deum conuertere. Et probatur hoc per regulam Theologalem acceptiſſimam quidem apud omnes rectè ſentientes, ſcilicet, facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam ſuam. Deus etiam, & natura non deficit in neceſſarijs, ſed credere Deum eſt neceſſarium ad ſalutem prout docet Apoſtolus ad Hebræos 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, ergo ſi homo (cum peruenit ad vſum rationis) non poteſt Deum cognoſcere, conſequens eſt, quod ſit extra ſtatum ſalutis, & quod non habeat remedium ad conſequendum vitam æternam, quod aſſerere abſurdũ eſt, & ab omni Theologia alienum. Quod autem hoc rectè ſequatur patet. Nam ſine Dei cognitione non poteſt eſſe ſalus, dicente Apoſtolo. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, & accedentem ad Deum oportet credere. Et D. Thom. p. 2. q. 89. art. 6. docet, quod qui hoc præceptum implet, & conuertetur in Deum iuſtificatur, & optinet remiſſionem peccati originalis, ergo neceſſarium eſt dicere, quod Angelicus Doctor loquatur de conuerſione in Deum explicitè, & diſtrictè, immo quod loquatur de cognitione Dei ſupranaturali, niſi quis diceret cum Pelagianis, quod homo ex viribus naturæ remiſſionem peccatorum conſequi poſſit, etiam ſine Dei cognitione ſupranaturali, quod alienum eſſe debet ab omni Catholico, ſuadetur intentum etiã hac alia ratione. Iſte puer eſt in ſtatu peccandi, at ſi non poſſet ſaluari peſſima eſſet eius conditio. Nihilominus certiſſimi ſumus, quod Deus pronior eſt ad miſerendum quam ad puniendum. Item iſte eſt viator, ergo eſt in ſtatu ſalutis, hoc eſt clarum. Nam conditio damnatorum eſt, non poſſe ſaluari, Deus enim vult omnes homines ſaluos fieri. Ante hominem vita, & mors bonum & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi. Ex quo loco videtur, quod omni homini ſi per illum non ſtet, ſit data facultas perueniendi ad vitam æternam, concludendum ergo eſt, quod in quocunque momento temporis, poteſt homo ſaluari, & gratiam iuſtificationis habere.

Puero cõuertenti ſe in Deum infunditur lumen ſupranaturale fidei p quod cognoſcit Deum.

Obſeruandũ eſt, ſcilicet, quod regula illa Theologorum, ſcilicet, facienti quod in ſe eſt, Deus nõ denegat gratiam ſuam, neque deficit in neceſſarijs, dictum hoc intelligitur ſic. Facienti quod in ſe eſt, diuino auxilio mediante, quod Deus dat omnibus libenter dona ſua. Deus nunquam denegat gratiam ſuam, ex quo infert Medina, quod puero, rectè deliberanti de ſalute ſua, in primo inſtanti vſus rationis, ſtatim infunditur lumen ſupernaturale fidei, per quod cognoſcit illud primũ principium Religionis, ſcilicet, quod Deus ſit, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Neque hæc illuminatio inquit erit miraculoſa, ſed erit regularis diuinæ prouidentiæ, ad quam ſpectat neminem dimittere ſine ſufficienti remedio, & auxilio neceſſario ad ſalutem.

Obſeruandum tamen eſt ex Durando in 4. d. 4. q. 7. & ex Magiſtro Victoria in relatione de perueniente ad vſum rationis. Et ex doctiſſimo Can. in relatione de ſacramentis, quod non oportet ſtatim, quod puer de ſe deliberat rectè infundi ei lumen ſupranaturale, aut iuſtificari per gratiam, ſed ſat eſſet ſi proximè, vel etiam poſt aliquam moram temporis, ſecundum diuinæ prouidentiæ moderationem iuſtificetur, quo quidem interuallo egregiè de rebus ſupranaturalibus poterit erudiri, eaſque tenere per fidem. Neque eſt dicendum (vt arbitrantur aliqui) quod in iſto tempore poſſit peccare venialiter, hoc enim reprobat Doctor Sanctus loco ſupracitato p. 2. q. 89. art. 6. vnde dicimus ad prouidentiam Dei ſpectare mereri, & conſeruare hominem illum, ne interim committat veniale peccatum, ſicut ad prouidentiam Dei pertinebat, vt primus homo in ſtatu innocentiæ non prius peccaret venialiter quam mortaliter, prout docet Angelicus Doctor ibidem, & videbimus in diſputationibus de peccato. Tandem dicendum eſt, quod ſicut poteſt eſſe ignorantia inuincibilis fidei, in his qui nihil de Euangelio audierunt, ſic poteſt eſſe ignorantia inuincibilis Dei in homine cum primum peruenerit ad vſum rationis. Et quemadmodum ſi ille facit, quod in ſe eſt ſtatim illuminatur à Deo, ita de puero iſto dicendum eſt. Nam ſi facit, quod in ſe eſt pro illa ætate, & inſtructione, illuminabitur. His pro concluſione dictis, & obſeruatis, corellarium eſt ponendũ quod eſt tale.

Homo perueniens ad vſũ rationis tenetur ſe cõuertere in Deũ, eo modo quo poteſt pro illo tunc.

Homo perueniens ad vſum rationis, tenetur ſe conuertere in Deum (eo modo quo poteſt) conformiter ad cognitionem quam habet de Deo. Si Deum cognoſcit tenetur habere hunc actum, volo colere Deum, vel propono ſeruare legem Dei. Si autem non cognoſcit Deum, ſatis eſt, vt proponat benè viuere, conformiter ad dictamen rectæ rationis, vt volo honeſtè viuere, nolo malè agere. Hoc expreſſè dicit Doctor Sanctus in quæſtionibus de veritate, quæſt. 14. art. 11. ad primum. Et in hoc loco, prout videbimus in ſolutione argumentorum. His declaratis, probatur intentum noſtrũ ſic. In primis quilibet tenetur accipere fidem, & legem Chriſti, & ipſum colere, ergo cum primum illi eſt, promulgata lex naturalis, tenetur eam accipere. Sed illam non accipit niſi habeat propoſitum ſeruandi illam, & viuere conformiter ad legem, ergo tenetur habere tale propoſitum, Conſequentia videtur nota, quia non minus obligat lex naturalis quam lex Chriſtiana cum ſit æque diuinæ. Promulgatur autem lex naturalis cum homo peruenit ad annũ diſcretionis, vt cognoſcat, quod viuendum eſt conformiter ad rectam rationem, videlicet quod non eſt nocendum proximum, vel aliquid ſimile. Vlterius, tunc videtur, quod inſtet tempus vt homo de ſua ſalute cogitet, & ei operã det, vnde oĩno eſſet grauiſſima negligentia, quod aliq̃s nõ diſponeret de ordinãda vita ſua ad debitũ

finem. ex quo ordine dependet ſalus, vel damnatio illius. Et cum ſtatim oporteat benè, vel malè agere, videtur certè, quod ſtatim oporteat diſponere de ſua vita, alias appareret grauiſſima negligentia. Et confirmatur hoc. Nam ſi quis haberet curam alterius, quo ad omnes actiones eius, & dependeret ex eo ſolo ſalus, vel perdictio illius, apparet, quod iſte peccaret mortaliter, ſi non ſtatim prouideret de ſalute illius, cuius ſibi cura commiſſa eſt, ſi non haberet aliquod impedimentum, aliter, ſi periret ipſe eſſet in culpa, ergo multo magis lex naturalis obligat puerum ad habendam curam ſui ipſius. Item ſequeretur, quod aliquis habens vſum rationis licet faceret totum, quod in ſe eſt damnaretur, quod non eſt credibile. Nam ille ſeruat omnia mandata, & tamen non ſaluabitur, & ſic dictum Domini non eſſet verum vniuerſaliter, ſcilicet, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Vlterius ſi non tenetur ſtatim conuerti ad Deũ ſi in illud interi moreretur, vel ſaluaretur, vel non, & ſi dicatur quod ſaluaretur, ergo ſine Deo? cum, ad Deum non ſit conuerſus, ſi dicatur, quod non, ergo ſine ſua cauſa damnaretur cum non ageret contra legem naturæ, peccatum enim eſt contra legem, ergo neceſſarium dicere debemus, quod iſte ad ſtatim conuertendum tenetur. Item alias ſequeretur, quod aliquis habens vſum rationis, quod poterit peccare venialiter antequam peccaret mortaliter. Et tunc ſi ipſe eſſet in peccato originali, in illo reperiretur veniale cum ſolo originali, quod D. Tho. intelligere non vult, prout in diſputationibus de peccato apparebit. Et ratio hoc manifeſtat. Nam tale peccatum veniale non haberet locum vbi eſſet puniendum. Non in limbo, cum ibi non datur pęna ſenſus. Non in purgatorio, quia locus ille eſt via ad gloriam, ad quam nõ eſt ordinatus exiſtens in originali niſi prius purgetur ab illo. Nec in inferno damnatorum peccatum illud veniale eſſet puniendum, quia ibi tantum puniũtur illi qui ſunt in peccato mortali poſt hanc vitam. Certè, quod non poſſit eſſe peccatum veniale cum ſolo originali, vltra illa quæ dicenda ſunt in illa diſputatione de peccato veniali, Innocentius Papa 3. hoc pro certo ſupponit C. Maiores de baptiſmo, ſimiliter Concilium Florentinum decreto de vnione Græcorum, &c. Ad hunc, ergo ſenſum intelligenda eſt cælebris ſententia Angelici doctoris hic, & alibi de conuerſione in Deum in primo inſtanti vſus rationis, ex quibus cognoſcere poſſunt Doctores alli qui ſunt oppoſitæ ſententiæ, quantum receſſerint à puncto veritatis, nec mirum, quia ab eis receſſit lumen Eccleſiæ Angelici doctoris. Doctrina iſta Angelica non ſolum eſt doctrina Theologorum, ſed etiam phyloſophorum, de qua nobilem illam fabulam veteres narauerunt de Hercule, cui peruenienti ad vſum rationis de æquo, & bono deliberanti, occurrerunt ei duæ matronæ pulcherimæ, ſcilicet, virtus, & voluptas, & vtraque ſuis allectamentis puerum ad ſe trahere conata eſt, virtus tamen tandem vinxit. Et multa alia addnxit Medina, loco illo, vt ſupra in tali propoſito.

Lex naturalis, & diuina obligat puerum ad ſe cõuertendũ in Deum ſtatim poſt primum actum vſus lib. arb.

Primum peccatum in puero ante ſui cõuerſionẽ, non poteſt eſſe veniale peccatũ mortale neceſſe eſt eſſe.

Quæſita duo.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus duo quærit, pro perfecta cognitione dictorũ huius caſus, primum. An infans baptizatus teneatur in principio ſuæ diſcretionis ad conuerſionem in Deum, ſicut de non baptizato dictum eſt. Secundum ſi ad hoc tenetur, An quilibet baptizatus eſſet de hac præcepti obſeruatione, docendus ſi dubius eſt, & oſtẽdere ei, quod tenetur confiteri de hac re, tanquam de re dubia.

Quæſitorum determinatio.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. Ad primũ quæſitum dicit, quod cum præceptum iſtud fundetur ſuper proceſſum naturæ. Et cum gratia perficiat naturam per modum naturæ, abſque dubio tenetur puer baptizatus ad deliberandum de ſeipſo in principio ſuæ diſcretionis. Et hoc facere debet vnica ratione, ſcilicet, propter impletionẽ præcepti. Nam baptizatus omnis duplici ratione ad hoc tenetur, ſcilicet, propter præceptum, & propter peccatum originale, in quo eſt conceptus.

Infans ba… zatus ſ… & non bap… zatus … in p… ſuæ diſcre… nis con… te ſe ad …

Ad ſecundum quæſitum Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod libentius audiret quid dicendum ſit quæſito ipſi, quam dicere aliquid. Dicit tamen, quod ſibi videtur, quod quia amor Dei nunquam eſt occioſus, Charitas infuſa in baptizato infante exijt in actum, in primo ſuo actu naturali ſicut de Angelis creatis in gratia dicunt Theologi. Et quod ſtatim occurrenti ſibiipſique vt deliberabili, infuſa fides deliberandi ſolicitudinem foueat, ad bonum honeſtum proſequẽdum, ad quod charitas iuuat, & ſic conſtituit ſibi verum vltimum finem, quamuis ſit ſibi infuſum à Deo donum fidei, tamen prius ſaltem ordine naturæ habet cognitionem confuſam, & imperfectam Dei. Et licet hoc ſecundum videatur verum in pluribus, non tamen verificatur in omnibus propter malam conſuetudinem, & complexionem aliquorum, vnde fit, quod pars ſenſitiua magis mouebit ad aſſueta mala delectabilia, quàm moueant fides, & charitas ad res honeſtas, propter quod nõ parui refert, immo valde vtile eſt aſſueſcere puerum ad audienda ſpiritualia, & honeſta. Determinatur enim habitus fidei infuſus ex propoſitis ex auditu, & charitas illam ſequitur, ex quibus de confeſſionis neceſſitate quid ſit dicendum patet.

Debet enim conteri, & confiteri quiſque de primo actu lib. arb. ſi totis viribus non eſt conuerſus in Deum, debet quiſque de hoc peccato conteri, & illud confiteri, vt ſit de alijs incertis, vel ſaltem tale peccatum confiteri in communi, & in genere debet, computandum illud in numero occultorum, quoniam incertitudo multorum peccatorum præcipuè ſi talis primus actus fuerit meritorius, vel demeritorius. Ex eo, quia nemo ſit, an odio, vel amore dignus ſit, neque oportet (inquit Medina) quemquam hominum de hac re amplius

Pueri ſ… ciendi ſun… audienda … ritualia, v… mo actu … n arb cũ … iori ſa… con… ad Deum.

ſoli-

Digitized by Google

ſolicitum eſſe, & ſcrupulis torqueri. Si tamen quis; in primo actu vſus rationis, cognouit hoc præceptum; & non eſt certus ſe in actu illo eſſe conuerſum à Deo, debet ſe accuſare ſigillatim de iſto peccato determinatè quidem, ſed tanquam de re dubia. Nam quando quis cognoſcit aliquod præceptum, & dubitat an fortè fuerit illud tranſgreſſus, certum tenetur in particulari dubitationem hanc manifeſtare ſuo confeſſario, & non eſt ſatis in genere iudicare hanc dubitationem, neceſſe eſt notificare in particulari confeſſario hoc ſuum dubium. His ſtantibus pro deciſione caſus propendum eſt dubium.

Dubium.

QVærit Lector in hoc dubio pro notitia vniuerſalis conuerſionis peccatoris, An ſemper in conuerſione peccatoris requirantur formaliter iſti ſex motus, eo ordine quo hic Angelicus Doctor conſtituit, ſcilicet, ex parte Dei, ex parte intellectus, & ex parte voluntatis noſtræ, primum enim principiũ eſt, operatio Dei præuenientis, & conuertentis cor noſtrum ad ſe, iuxta illud Tren. vlt. Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur. Secundus actu eſt motus fidei noſtræ per auxilium Dei. Iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia remunerator eſt. Tertius eſt motus timoris ſeruilis, quo quis ſuppliciorum timore à peccatis retrahitur, iuxta illud Iſaiæ. Sicut qui concipit cum appropinquat ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus &c. Et ſimile, a timore tuo concepimus &c. Quartus actus eſt motus ſpei quo qui ſub ſpe veniæ obtinendæ aſſumit propoſitum emendandi vitam ſuam. Nam inquit Apoſtolus fides eſt ſperandarum rerum, fides gignit ſpem qua ſalui facti ſumus, vt affirmat Apoſtolus Rom. 8. Quintus actus eſt motus charitatis, quo alicui peccatum diſplicet ſecundum ſeipſum, non ſolum propter ſupplicia, de quo motu loquebatur Apoſtolus Petrus dicendo. Charitas operit multitudinem peccatorum. Sextus actus eſt motus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert, & in hoc conſiſtit ratio pœnitentiæ, quærimus ergo modo, ſi huiuſmodi ſex motus eo modo quo numerauimus requirantur ad conuerſionem peccatoris. Pro vtraque parte ſunt rationes.

[Aſſignantur ... actus con... es ad ... erſionẽ ... atoris.]

Pro parte affirmatiua eſt ordo hic aſſignatus ex D. Thom. pro parte negatiua, eſt Magiſter Dominicus à Soto, qui dicit non requiri neceſſario huiuſmodi ordo ad conuerſionem peccatoris, licet regulariter ſeruetur. Ideo tribus concluſionibus ſatisfaciendum eſt quæſito.

Concluſio prima. Non ſemper omnes actus iſti, & motus, ſunt neceſſarij ad cõuerſionem peccatoris, eo modo quo hic poſiti ſunt. Probatur concluſio iſta. Si ordo iſte formaliter eſſet neceſſarius non poſſet homo ſubito conuerti, ſed neceſſario requireretur tempus, ſine quo ſeries hæc perfici non poſſet, cõſequens autem eſt falſum, ergo, &c.

[Conuerſio ... catoris eſt ... parte Dei ... eſt fieri in ... anti.]

Probatur falſitas ex D. Thom. 1. 2. q. 112. art. 2. dicentis, quod præparatio hominis ad gratiam, eſt opus Dei præuenientis, ergo Deus poteſt illam diſpoſitionem ſubito perficere, iuxta illud Eccleſiaſtici. 11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem. Immo motus timoris ſeruilis accidentarius eſt, nec neceſſarius ad conuerſionem. Poteſt enim homo primo actu deteſtari peccatum quatenus eſt offenſa Dei, neque requirit ſemper duos actus, charitatis, & pœnitentiæ diſtinctos, quia ſæpe actus vnicus pœnitentiæ, virtute continet actum charitatis. Motus autem Dei præuenientis, ſemper eſt neceſſarius, ex Domini teſtimonio. Io. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. Vlterius motus fidei formaliter, aut virtualiter eſt neceſſarius, vt diximus. Quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, dicit Apoſtolus, diximus formaliter, vel virtualiter, quia in Chriſtiano qui doctus eſt in fide, quam primũ recordatur peccati quatenus eſt offenſa Dei, illa memoria Dei, eſt actus fidei gignens ſpem, Angelicus Doctor coniunxit omnes actus qui eſſe poſſunt cauſa pœnitentiæ ſeu remiſſionis peccatorum, & ordinauit illos eo modo quo concurrere ſolent, præcipuè vbi gratiam tempore antecedunt. Ait enim Angelicus Doctor ibidem licet Deus quandoque ſubito moueat hominem ad diſpoſitionem perfectam, vt eodem momento infundatur gratia, eo modo quo factum fuit in Paulo, nonnunquam tamen mouet, per prædicatores, & inſpirationes, & alijs vijs ad quaſdas imperfectas diſpoſitiones, quæ longo tempore, antecedunt gratiam. Sunt enim qui per actus fidei informis habent timorem inferni, & actum ſpei informis, & actus charitatis acquiſitæ, quibus, & peccatorum ſordes diſplicent, tamen ſemper cum tali cauſa iacẽt in peccatis, quod quidem propriè iuxta teſtimonium prophetarum dicuntur concepiſſe, & parturiſſe, quia doloribus parturientis cruciantur. Et tamen vitiorum catena religantur ne pareant.

Concluſio ſecunda. Motus Dei præuenientis per auxilium ſpeciale, neceſſarius eſt ſemper ad conuerſionem peccatoris. Concluſionem hãc D. Thom. 1. 2. q. 12. & 113. ſubtiliſſimè, & Chriſtianiſſimè manifeſtat. Nam nulla actio liberi arbitrij, naturaliter per ſolum concurſum Dei generalem elicita, cauſa eſſe poteſt gratiæ. Hoc ſe habet tanquam fundamentum in materia pœnitentiæ, & contritionis, verum eſt, quod Scotus negat neceſſitatem huius auxilij ſpecialis Dei. 2. d. 28. vbi dicit, quod ſine tali auxilio, homo aliquo naturali actu lib. arb. in Deum conuerti poteſt, quod non dixiſſet Scotus, ſi aduertiſſet, quod dictum ſuum manifeſtè eſt contra ſententiam Domini. Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum, clarum eſt, quod Chriſtus Dominus ibi loquitur de auxilio ſpeciali, quoniam ſine auxilio generali, neque folia arboris mouetur, quod & Apoſtolus Paulus manifeſtat dicendo 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquidã no bis quaſi ex nobis, ſed omnis noſtra ſufficientia ex

[Ad conuerſionem peccatoris ſemper eſt neceſſarius motus Dei præuenientis per auxilium ſpeciale.]

Deo

Deo eſt, quod etiam præuiſum fuit à Hieremia 31. vbi dicebat. Conuertere me ad te, & conuertar. Et Threnum. ſcilicet, Conuertere nos ad te, & conuertemur. Et D. Auguſtinus. De gratia, & lib. arb. ca. 5. Niſi donum Dei eſſet, & ipſa à Deo noſtra conuerſio, non ei diceretur. Domine Deus virtutum conuerte nos, vnde Auguſtinus lib. 3. Hypognoſticon, expreſſè cõtra Pelagianos decreuit, quod homo per lib. arb. nec incipere nec perficere valet niſi ſpirituali ſubſidio præueniatur, iuxta dictu Apoſtoli Pauli ad Philippẽſes 1: ipſe qui incipit in nobis opus bonum, perficiet vſque in diẽ Chriſti, quod expreſſe apud Oſeam, ipſe Deus affirmat cap. 3. dicendo. Perditiò tua ex te Iſdrael, tantummodo ex me auxilium tuum.

Homo cõuertere ad Deũ ſe non poteſt, ſine ſpeciali Dei auxilio.

Concluſio tertia. Non ſine ſpirituali Dei auxilio non poteſt ſe in Deum conuertere. Concluſio iſta eſt certiſſima ſecundum fidem, & conformis rationi, dicat Scotus quicquid ſibi videtur. Probatur autem ſic. Conuerſio in Deum eſt opus ſupranaturale, ergo requirit auxilium ſupranaturale, valet conſequentia, opus, & diſpoſitio ad opus eſt eiuſdem ordinis. Et affirmans oppoſitum, vt Scotus, incidit inaduertenter in hæreſim Pellagij prout eſt videre, apud Magiſtrum Dominicum à Soto in 4. d. 14 q. 2. art. 5. In dubiè, ergo eſt fatendum, quod non ſolum Deus eſt ille qui iuſtificat, ſed ille qui cor purgat, & diſponit, prout habetur Ezechielis 36. quo in loco dicit Deus verba hæc. Auferam à vobis cor lapideum & dabo vobis cor carneum. quod inſinuãs Apoſtolus Paulus Rom. 2. dicendo. An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, & quid amplius dicam. Nam veritatem hanc ſtabiliuit Concil. Trident. ſeſſione 6. cap. 5. quo in loco decreuit exordium iuſtificationis in adultis, à præueniente gratia ſumendum eſſe, per quam excitantur, & adiuuantur homines ad ſuam iuſtificationem, liberè aſſentiendo, & cooperando ſe diſponunt. Et cap. 6. Diſponuntur (inquit) homines ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, liberè mouentur in Deum. Et in Concilio Arauſicano 2. cap. 18. Debetur merces bonis operibus ſi fiãt, ſed gratia, quæ non debetur procedit, vt fiant. His ſic declaratis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo: quod licet hæc D. Thom. ſententia habeat paucos qui illam amplectantur ſeu illam aſſerentes, & adducãtur paucæ rationes in confirmationẽ illius. Authoritas D. Thom. in hac re vellet pro decem milibus. Et ſi paucæ ſunt rationes ab eo adductæ in numero, ſunt multæ in efficatia, & virtute. Cum ſint fundatæ in terminatione Eccleſiæ, ſuppoſita ab Innoc. 3. & à Sacro Concilio Florentino, Nec eſt neceſſe, quod omnes doctores dicant ſingula, quæ à primatibus ſunt terminata.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector dicendo, quod tale præceptum non inuenitur in Sacris literis neque in Sanctis Patribus, ergo non datur in Eccleſia Dei.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento dicit, quod quamuis expreſſè hoc præceptum non inueniatur in Sacris literis, & in Sanctis Patribus, oſtenditur tamen ex lumine naturalis rationis, ſicut cætera præcepta, quæ naturali lege mandantur. Habetur tamen notitia huius præcepti naturalis à Sanctis Patribus, à D. Baſilio in comento ſuper Pſal. 1. quo in loco appertè docet ſententiam D. Th.

Argumẽtum ſecundum.

De nouo Argumentatur Lector contra prædicta dicendo. Nemo poteſt certè cognoſcere quando primo peruenit ad vſum rationis, quis enim poteſt ſcire, & dicere, ego nunc habeo primum vſum rationis? non poteſt, ergo conſtare quando obligat hoc præceptum, ergo tale præceptum non extat.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad maiorem propoſitionem, quod licet homo non poſſit certitudinaliter cognoſcere primum actum vſus rationis, poteſt tamen cognoſcere illum per coniecturas, & hoc ſufficit ad hoc, vt præceptum illud obliget, ſicut per coniecturas cognoſcere poſſumus quando homo tenetur ad præceptum confeſſionis, vel ſumendæ Eucharelſtiæ. Et hoc accidit in multis caſibus ſimilibus.

Argumẽtum quartum

Non acquieſcit Lector, inquit enim. Cum homo peruenit ad vſum rationis, non poteſt certè cognoſcere Deum eſſe, cum difficilima ſit talis cognitio, ſed longo ſtudio hoc acquiritur, ergo non tenetur homo, vt ſtatim, quod peruenit ad vſum rationis, vt ſe in Deum conuertat cõfirmatur hoc. In primo inſtanti quando homo venit ad vſum rationis, non poteſt cognoſcere legem eſſe, quia non poteſt cognoſcere legiſlatorem, hoc enim eſt præambulum ad Dei legem cognoſcendam, ergo non poteſt cognoſcere legem eſſe. Item hoc præceptum non eſt per ſe notum, ergo in tempore cognoſcitur.

Argumenti ſolutio

Statim q[illegible] Puer in [illegible] ſecumque [illegible] gnitionẽ qui veni[illegible] illum ſe c[illegible] are d[illegible]

Theologus dicit, quod argumentum hoc non eſt contra nos, immo confirmat fundamentum noſtræ concluſionis declaratum in primo puncto deciſionis caſus. Et dicit, quod ſi argumentator loquitur de homine in ſyluis nato, vel nutrito, vel de homine ſecundum facultatem naturæ, quod iſte non tenetur ſe conuertere in Deum explicitè, ſatis eſt illi proponere ſequi bonum, & fugere malum, & ad deliberandum de hoc ſatis eſt ad annos diſcretionis peruenire. Immo hoc idem eſt ad annos diſcretionis peruenire, & ſcire diſcernere inter bonum, & malum, ergo argumentum non eſt contra nos, quia ſermo noſter, eſt de cognitione Dei qualicunque, implicita vel explicita. Et argumentum eſt de cognitione explicita.

Argumẽtum quintum.

Tandem Lector format vl unum argumentũ dicendo. Contraria ſententia, ſcilicet, quod nullũ tale præceptum extat, eſt probabilis inter viros ſapientes, ergo qui peruenit ad vſum rationis poteſt illud præceptum inculpabiliter ignorare, & ſic poterit peccare venialiter, & non eſſe reum illius præcepti, quod D. Thom. introduxit. ſed dato, quod eſſet tale præceptum, quod non conſtat, vbi habetur, quod obligat ſtatim, quod homo peruenit

nit ad vſum rationis? Nam præceptum eſt affirmatiuum, ergo obligat pro loco, & tempore, & ſic vndequaque videtur concluſio iſta ruere.

Argumenti ſolutio. Præcepta de conuerſione in primo inſtanti ad Deum eſt ſecundum naturaliter implicitè ſaltem.

Theologus ad hoc argumentum dicit, quod nunc loquimur de hoc præcepto (ſecluſa ignorantia) Nam ex ignorantia à præceptis legis naturæ ſepiſſimè homo excuſatur. Illa vero ſtante, ad prouidentiam Dei pertinebit prouidere, quod talis non peccet prius venialiter quam mortaliter, ne ſequatur inconuenientia quæ ſupra connumerata ſunt. Secundo dicitur ad argumentum, quod hoc præceptum eſt per ſe notum. Ratio eſt, quia cum homo ad annos diſcretionis peruenit, poteſt diſcernere inter bonum, & malum, declinare à malo, & adhærere bono. Tertio dicitur, quod licet præceptum hoc ſit affirmatiuum, obligat præcipuè pro tempore illo iam dicto, ſcilicet, in prima deliberatione arbitrij, & obligat tam baptizatos, quam non baptizatos, prout in declaratione quæſitorum, vnde quilibet accepta ratione diſcretionis, ſtatim poſt deliberationem tenetur ſe in Deũ conuertere. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs, & tota diſputatione hac.

DISPVTATIO PRIMA

In littera D.

De deriſione.

LEctor tantum duo intelligit diſputare circa hanc materiam. Si Deriſio eſt peccatum diſtinctum ab alijs, & ſi eſt peccatum mortale.

In caſu ergo quærit Lector vtrum deriſio, ſit ſpeciale peccatum linguæ, diſtinctum à contumelia detractione, & ſuſurratione?

In dubio autem inueſtigat, An Deriſio poſſit eſſe peccatum mortale?

Caſus.

IN caſu ergo quærit Lector vtrum deriſio ſit ſpeciale peccatum linguæ diſtinctum à contumelia, detractione, & ſuſurratione, rationes ſunt pro vtraque parte.

Rationes affirmatiuæ pro...

Pro parte affirmatiua tale format argumentum Deriſio medio ludo fit, quia & illuſio nominatur, ſed contumelia, detractio, & ſuſurratio non fiunt ludo, ſed ſerio, ergo deriſio diſtinguitur à quocunque alio peccato linguæ, ſcilicet, à contumelia, detractione, & ſuſurratione. Confirmatur hoc authoritate Hieremiæ 37. quo in loco (loquendo contra Chriſti offenſores) dicebat illis. Super quem luſiſtis, ecce deriſio, ſuper quem dilataſtis os, & dilataſtis linguam. Ecce detractio, contumelia, & ſuſurratio, ergo deriſio ab illis omnibus eſt diſtincta.

Rationes negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Subſannatio videtur eſſe idem quod deriſio, ſed ſubſanatio ad contumeliam videtur pertinere, ergo deriſio à contumelia non videtur diſtingui, ſimiliter nullus irridetur niſi de aliquo turpi ex quo homo erubeſcit, iſta enim ſunt peccata, quæ ſi de aliquo manifeſtè dicuntur pertinent ad contumeliam, ſi occultè pertinent ad detractionem, & ad ſubſurrationem, ergo deriſio, non eſt vitium à prædictis diſtinctum, Confirmatur hoc, peccata iſta diſtinguuntur ſecundum nocumenta quæ proximo inferuntur, ſed per deriſionem non infertur aliquod nocumentum proximo in honore, vel fama, aut in detrimento amicitiæ, ergo deriſio non eſt peccatum diſtinctum ab alijs peccatis linguæ, ſcilicet, à contumelia, detractione, & ſuſurratione.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor antequam ſatisfaciat quæſito facit vnam interrogationem (& illa ſoluta) oſtendit vnde ſumatur differentia peccati deriſionis ab alijs peccatis linguæ, Secundo ponit vnam concluſionem pro parte affirmatiua ſatisfacientem quæſito, Et vt benè intelligatur proponit dubiũ & terminat illud, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ,

Interrogatio.

CVr doctor Angelicus non tractauit de murmuratione, cum tractauerit de omnibus peccatis linguæ. 2 2. q. 72. & infra? Nonne peccata iſta ſub murmuratione continentur? Nonne peccatum murmurationis inter omnes mortales reperitur? Immo ferè nullus homo eſt, qui aliquando non incidat in murmurationem, hoc peccatum enim excidit in verbis extra iudicium, ergo Doctor Sanctus ne doctrina ſua eſſet diminuta, debebat tractare de murmuratione, dum tractauit de omnibus alijs peccatis linguæ, verborumque.

Aſſignatur ratio pro ſatisfactione interrogationis. Cur D. Thom. non tractauit de murmuratione?

Angelicus Doctor Sanctus nõ tractauit de murmuratione in genere tractauit tamẽ de omnibus eius ſpeciebus ſufficienter.

LEctor Theologus ad interrogationem factam dicit, quod D. Angelicus tractauit de peccatis ſupra nominatis prout ſunt contra bonos mores, quæ peccata exercentur per linguam peccatoris. Et tractando de iſtis ſufficienter tractauit de murmuratione, cum murmuratio non poſſit reperiri niſi in aliqua ſpecie ſupradictorum peccatorum, vel in contumelia, vel in detractione, vel in deriſione, vel in ſuſurratione, propterea ſuperfluum erat conficere tractatum de murmuratione ſeparatum à prædictis. Nam ſicut non inuenitur Animal genus, non exiſtens in aliqua ſpecie animali; nec ſpecies quæ non ſit in aliquo indiuiduo. Non enim inquit Ariſt: datur animal quod nõ ſit in ſpecie, & in indiuiduo terminato. Non datur animal, quod nõ ſit, vel homo, vel leo, vel in aliqua alia ſpecie animalis. Similiter non datur homo, qui non ſit Petrus, vel Paulus, uel Andreas, Dominicus, uel Franciſcus &c. quia uniuerſale inquit Ariſt. aut nihil, aut poſterius eſt. Nihil eſt ex propria natura, poſterius eſt, quia efficitur opere intellectus

tellectus qui abſtrahit à particularibus prout abũdè habemus in logicalibus. Deſcẽdo ergo ad propoſitum dicendo. Murmurationem eſſe quoddam genus in ordine ad peccata verborum extra iudicium, & non poteſt reperiri per ſe ſeparata à contumelia, vel à detractione, vel à ſuſurratione, ſeu à deriſione, propterea inquit Banenſis, quod murmuratio reducitur, tanquam aliquod imperfectum ad has quatuor ſpecies iniuriarũ linguæ, ſi murmuratio fiat coram eo contra quem murmuratur, intendendo dehonorare illum, redducitur talis murmuratio ad contumeliam, ſi fit ſecretò cum intentione denigrandi eius famam, redducitur ad detractionem. Si hoc fit coram eo, vt talis erubeſcat, redducitur ad deriſionem. Si autem hoc fit cum intentione dirimendi amicitiam, redducitur ad ſuſurrationem. Hac de cauſa Illuſtriſſimus Dominus Caietanus concludit in opuſculo decimo ſeptimo, dubio 6. Reſp. 13. quod murmuratio non reperitur niſi in aliqua iſtarum ſpecierum. Ratio eſt clara, quia murmuratio ex propria natura denotat iniuriam quæ in verbis conſiſtit, vnde comparatur ad alias iniurias ſicut aliquod imperfectum, & inarticulatum, ad aliquod perfectum, & articulatum. Ita quod dicerem ego, quod cum genus ſine ſpecie exiſtere non poſſit, & ſine indiuiduo ſignato, ſicut non datur animal quod non ſit aliquod animal ſignatum. Ita non poteſt dari murmuratio, quæ non ſit vna illarum iniuriarum verborum extra iudicium. Si quis murmurat in facie, cum intentione dehonorandi proximum, eſt contumelia, ſi cum intentione inducendi erubeſcentiam, & confuſionem, eſt deriſio, ſi murmuratio fit occultè cum intentione denigrandi famam proximi, eſt detractio, ſi cum intentione dirimendi amicitiam, eſt ſuſurratio, vnde murmuratio, cum ſit peccatum diffinitur ſic. Murmuratio eſt iniuſta querela, quando autem quis iuſtè lamentatur de aliquo ex aliqua offenſa ab eo recepta, in ſe, vel in proximo ſuo, non murmurat, ſed lamentatur de iniuria ſibi, vel proximo ſuo illata. Ex quibus abundè, ſatisfactum eſt interrogationi, Nam cum Angelicus Doctor, perfectè tractauerit de contumelia, de detractione, de ſuſurratione, & de deriſione, abundanter tractauit de murmuratione. Hactenus de his.

Murmuratio eſt genus, ſpecies eius ſunt contumelia detractio ſuſurratio, & deriſio.

Murmuratio eſt iniuſta querela contra eũ in quẽ murmuratur quis.

Stante hac ſolutione quæſiti, Secundo loco cum D. Th. redducendum eſt ad memoriam, id quod diximus de contumelia, ſcilicet, quod peccata verborum præcipuè penſanda ſunt ſecundum intentionem proferentis, vnde ex diuerſis finibus intentis diuerſa peccata conſtituuntur in diuerſis ſpeciebus.

Nam ſicut contumeliator intendit derogare honori, & detractor famam diminuere, & ſuſurrator amicitiam extinguere. Ita irriſoris intentio eſt in alium ponere erubeſcentiam, & pudorem, qui quidem finis omnino diſtinctus eſt ab alijs ſupranominatis, ergo ab illis ſpecie differt, notandum tamen eſt quod omnes deriſiones ſunt eiuſdem ſpeciei, quia habent eandem rationem formalem, ex qua deſumitur ſpecifica differentia. In cõfeſſione tamẽ explicãda eſt irriſio in particulari, quia grauitas illius ſumitur ex parte illorum qui irridentur, vnde irriſio Iudæorum contra Chriſtum Dominum, grauiſſimum fuit peccatũ, prout manifeſtat in ſpecie Iſaias 57. dicendo, contra Iudæos, ſuper quem luſiſtis, ſuper quem dilataſti os, & eieciſtis linguam, ibi enim vaticinatur Propheta de Iudæis, qui Chriſtum Dominum in Cruce exiſtentem ſubſanauerunt, quod manifeſtant Euãgeliſta Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. quaſi per ludum dilatandum os ſuum, & linguam in vituperationem Chriſti crucifixi, vnde & increpatoriè aloquitur eos, tantoque magis, quanto tantum ſcelus quaſi ioco exercuerunt, vt de ipſis verificaretur illud prouerbiorum decimo, quaſi per riſum, ſtultus operatur ſcelus, per hoc enim quod deriſionem illam vocat ſcelus, & ludum, ſcilicet, ludo factam, demonſtrat quod ab alijs vitijs linguę deriſio ipſa, diſtinguitur à detractione, contumelia, & ſuſurratione quæ fieri ſerioſè, & non ludo inuenies, ſicut deriſione, quę à ludo ipſo, tanquam à forma in qua conſiſtit denominata, vocatur illuſio, ſeu irriſio. Ex his enim faciliter habemus quid ſit deriſio, vnde ponenda eſt concluſio,

Aſſignatur differentia inter contumeliatorem detractorem, & ſuſurratorẽ irriſorem ex parte intentionis.

Irriſio, ſeu deriſio eſt actus loquentis quo quis intendit ad erubeſcentiam, & confuſionem inducere, illuſio enim à ludo idest à ioco eſt deriuata, etiam ſubſanatio ab ipſa veni, vnde notat Magiſter Dominicus à Soto, pro intelligentia ſubſequentium, quod cum irriſio non ſit niſi de aliquo vitio, aut morali, aut naturali. Prudenter conſiderandum eſt, an malum illud ſit magnum, vel paruum, ſi eſt de ſe & ſecundum ſuam naturam magnum, non eſt ſubiectum irriſionis etiam ſi ioco narratur, narratur tanquam paruum. Si malum, quod narratur eſt paruum in ſe, vel reſpectu perſonę cui narratur, qui non reputat illud, ſecundum enim hanc diuerſam acceptionem, vt (modo in dubio ſequenti videbimus) irriſio, ſeu deriſio iudicatur, & eſt aliquando peccatum mortale, aliquando veniale, & quandoque nullum eſt peccatum, & quod hoc verum ſit proponamus dubium in quo apparebit ipſa veritas.

Deriſio eſt actus loquentis quo quis intẽdit ad erubeſcentiã, & confuſionem inducere proximum ſuũ.

Dubium.

IN dubio iſto quęrit Lector, An deriſio poſſit eſſe peccatum mortale. Et pro vtraque parte (more ſolito) adducit rationes.

Pro parte affirmatiua ratio deſumitur ex authoritate prouerbiorum 3. quo in loco ſapiens dicebat loquendo de Deo, ipſe deridet illuſores, ſuper quod dictum talis formatur ratiocinium. Illud eſt peccatum mortale per quod homo à Deo ęternaliter punitur, ſed deriſor ęternaliter punitur à Deo; ergo deriſio poteſt eſſe peccatum mortale. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor autem probatur ſic, irridere Dei eſt punire ęternaliter, ſed Deus deridet illuſores, ergo punit illos ęternaliter, ergo illorum peccatum eſt mortale, ergo deriſio poteſt eſſe peccatum mortale.

Partis affirmatiuæ probatio

Pro parte negatiua eſt ratio apparens. Omne

Partis negatiuæ probatio

pec-

Digitized by Google

catum mortale eſt contra charitatem, ſed deriſio non videtur contra charitatem eſſe, ergo non poteſt eſſe peccatum mortale. Maior propoſitio eſt clara de ſe. Minor autem probatur. Deriſio agitur quandoque ludo inter amicos, vnde & deluſio nominatur, ergo non poteſt eſſe peccatum mortale.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua,

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo duas concluſiones reſponſiuas quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum Doctor Sanctus dicit in quo conſiſtit deriſio, ſecundo diuidit malum circa quod eſt deriſio, tertio oſtendit quando deriſio, eſt peccatum veniale, quando mortale, quando graue, quando magis graue, & quando grauiſſimum. Circa primum dicit, quod irriſio non fit niſi de aliquo malo, vel defectu, quo ad ſecundum dicit, quod malum circa quod vel de quo eſt irriſio eſt duplex, aut magnũ, aut paruum, quo ad tertium dicit, ſi malum eſt magnum irriſio illa non accipitur pro ludo, ſed ſeriosè facta ideſt pro maxima contumelia. Si autem malum illud in ludum, vel riſum verſatur, ex quo irriſionis, vel ludi nomen accepit, hoc prouenit inquit Doctor Sanctus, quia malum illud accipitur vt paruum, hoc malum accipi pro paruo contingit dupliciter, vno modo ſecundum ſe, alio modo reſpectu perſonæ. Ex his eliciuntur concluſiones reſponſiuæ quæſito, inter quas illa, quæ ad veniale pertinet peccatum, tenet primum locum.

Concluſio prima. Quando malum alicuius perſonæ, vel defectus in ludum ponitur, vel riſum, ſecundum ſuam naturam eſt paruum malum, talis irriſio ſecundum genus ſuum, eſt peccatum veniale, vel leue. Probatur concluſio iſta, quia irriſio iſta non fit ſeriò, ſed ioco, & non eſt de re graui, ſed leui, immo poteſt eſſe ſine peccato, ſi deriſio facta eſt debito modo, ſcilicet, cauſa recreationis, & non aliter, propter hanc cauſam Doctor Sanctus addit ſecundum genus ſuum. Immo 2.2.q.72.art.2. ad primum dicit hæc verba. Si aliquis non reformidat contriſtare eum, in quem profertur huiuſmodi iocoſum conuitium (dummodo alijs excitet) hoc eſt vitium, per conſequens talis irriſio poteſt eſſe peccatum mortale. Nam inquit Magiſter Dominicus à Soto, quod quando irriſor nouit, quod ille de quo dicitur tale verbum iocoſum grauiſſimè ſufferret, peccatum contra charitatem iſte committit, v.g. ſi quis honeſtiſſimo viro diceret, vel reformato religioſo in facie, abſque arbitris, fuiſſe puellæ locutus, ex quibus verbis ille per maximè erubeſceret, abſque dubio iſte peccatet mortaliter, propterea iocosè non eſt loquendo (etiam de minimis) niſi cum illis qui verba illa ioco accipiunt, hoc totum cõfirmat D. Antoninus 2.p.tit.6.& 7.dicendo. Si quis intenderet inducere aliquam leuem erubeſcentiam alicuius de aliquo defectu leui, naturali, ob ſolatium, ſicut ſocij D.Thom. deridebant illum, appellantes eum bouem mutum, & hoc dicebant de ipſo Doctore Angelico, quia adeo applicatus erat ſtudijs, quod de raro loquebatur, talis irriſio eſſet peccatum veniale, dum tamen non prouocetur ex hoc ad iram intollerabilem, vel ad blaſphemiam, vel ad alia mala facienda, quia tunc eſſet peccatum mortale, prout dicetur in ſequenti concluſione.

[Margin: Deriſio facta ...am iocosè ...de re par... quando il... contra quẽ ..., contriſta... ...ur valde pec...atum mortale eſt.]

Concluſio ſecunda. Quando malum magnum accipitur vt paruum, ponendo in deriſum, vel ludum defectum alterius perſonæ in facie illius, cũ malum illud ſit magnum per ſe, & exponatur tanquam paruum reſpectu perſonæ cuius eſt peccatum, vel cui obijcitur, quæ perſona pro vili habetur, quoniam non curat ſeruare famam & honorem ſuum, talis irriſio peccatum mortale eſt, immo grauius quam contumelia tãtoque enormius quanto perſona quæ illuditur dignior eſt, quod autem ſit maius peccatum quam contumelia. Probatur ſic, irriſio includit omnem malitiam contumeliæ cum fiat coram irriſo, & vltra hoc quærit inducere erubeſcentiam, ergo eſt grauius peccatum quam contumelia. Confirmatur hoc. Nam irriſio fit cum maiori deſpectu, ergo peccatum grauius. Non eſt tamen tam graue ſicut peccatum detractionis, & ſuſurrationis, quia deriſio eſt contra honorem, detractio contra famam, & ſuſurratio contra amicitiam, fama enim & amicitia maiora bona ſunt quam honor, propterea ſuſurratio in grauitate peccati linguæ tenet primum locum, detractio ſecundum, deriſio tertium, contumelia quartum. Pro cuius maiori intelligentia dicit Magiſter Dominicus à Soto. Clarum eſt quod maius vitium eſt alteri in facie obijcere peccatum mortale, quod ad contumeliam pertinet, ita mortale erit obijcere, vel per ironiam, vel ioco graue peccatum in facie cuiuſcunque, immo auggetur peccatum, quoniam tali irriſione perſona digna denotatur vilis, non reſiſtendo perſonæ impigenti illi tale vitium, tanquam ſi eſſet puer, vel perſona vilis quę non accipit pro iniuria quodcunque in facie ei dicatur, vnde apparet, quod perſona illa de cuius culpa irridetur, ſit ſine honore, & tanto culpa eſt maior, quanto perſona quæ irridetur eſt dignior.

[Margin: Deriſio de magno malo pro paruo reputato mortale peccatũ eſt, & tanto maius, quanto perſona quæ irridetur eſt dignior.]

Ex his cognoſcere poſſumus inter irriſores qualis ſit deteſtabilior, iuſtorum deriſio vtique eſt graue peccatum, cum honor ſit præmium virtutis. Contra quos deriſores dicebat Iob Propheta 12. Deridetur iuſti ſimplicitas. Iſta deriſio inquit Doctor Sanctus valdè nociua eſt, quia per hoc homines à bene agendo impediuntur, qui in aliorum actibus bona perſpiciunt, mox illa manu peſtiferæ linguæ exprobationis euelũtur. Nihilominus quia huiuſmodi irriſio tandem venit in cõmodum, his qui in bonis operibus exercentur perſeuerante, dummodo patienter ſubſtineant tales irriſiones, in ſignum cuius dicebat Dominus electis ſuis, Matth.5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mẽtientes propter me, gaudete, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cælis. Nullus enim ex irriſionibus

[Margin: Iuſtorum deriſio eſt mala pro irriſoribus, ſed eſt occaſio merẽdi patientibus pro Dei amore, talem irriſionem.]

impio-

impiorum debet ceſſare à confeſſione Chriſti tẽpore neceſſitatis, dicit enim Dominicus Math. 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor, & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt, & contra inſtabiles in confeſſione fidei Chriſti dicebat idem Dominus Lucæ 9. qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum, grauius enim peccatum eſt irriſio in parentes proprios. In ſignum cuius Dominus Deus illi peccato, maximam pœnam aſſignauit. 30. prouerbiorum, quo in loco ſcriptum eſt, oculum, qui ſubſanat Patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant corui de torrentibus, & comedent eum filij aquilæ, & certè hoc eueniet in illos qui contemnunt parentes ſuos, ſcilicet, corui de torrentibus, ſcilicet, Diaboli inferni, ipſi eruent oculum intellectualem ab iniquis filijs, & deuorent animas illorum.

Irriſio contra parentes graue peccatum eſt, & à Deo grauiſſimè punitur.

Deriſio contra Deum eſt peccatum grauiſſimum mortale, ſimiliter deriſio contra fidem, & religionem, iſtę deriſiones ſunt blaſphemiæ peſſimę, de quibus loquebatur Iſaias 37. dicendo, talibus irriſoribus, cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam, tanquam diceret ei, O infelix deriſor quid feciſti, tu exprobaſti, & blaſphemaſti Deum tuum, & contra illum exaltaſti vocem tuam, propterea ſubdit Propheta dicens, Ad ſanctum Iſdrael, ſcilicet, ad Deum hebræorum, vel ad Chriſtum Dominum, qui eſt amator Iſdrael, & Meſſias hebræorum, & Saluator omnium gentium, verè illudentes Chriſto, ſanctum Iſdrael exprobauerunt, & blaſphemauerunt, & contra ipſum vocem ſuam eleuauerunt dicentes Pilato contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Tolle tolle crucifige eum, ex quibus apparet, quod peccatum illorum fuit graue, quia deriſerunt iuſtum, ipſe enim eſt de quo dicebat Dauid. Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, & quia iuſtus erat dicebat Iudæis reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, ipſe eſt Pater noſter, qui genuit nos in ſanguine ſuo, vnde deridentes eum deriſerunt Patrem ſuum, & per conſequens grauius peccauerunt. Tandem peccauerunt grauiſſimè, quia illudendo Chriſto illuſerunt Deo ſuo, ergo irriſio Chriſti fuit peccatum mortale graue, grauius, & grauiſſimum. Totum hoc inſinuare intendebat Dauid Rex, Pſalm. 21. dicendo (loquens in perſona Chriſti Domini) Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Et quia per Apoſtolum loquendo de Iudæis, omnia in figura contingebant illis. In 4. Regum oſtenditur veſtigium punitionis irridentium Chriſtum. In 4. Regum 2. dicitur, quod pueri illudentes Eliſæo dicendo illi. Aſcende calue, aſcende calue, à duobus Vrſis deuorati fuerunt, in ſignum quod talis deriſio erat peccatum grauiſſimum, & in primo cap. loci illius dicitur, quod ignis deſcendit de cælo ſuper illos duos Principes illudentes, vel quærentes decipere Eliam vocando illum virum Dei, ergo à fortiori, flagellandi, deuorandi, comburendi erant Iudæi, qui illuſerunt Chriſto cumque irridebant.

Irriſio contra Deum contra fidem, & contra religionẽ peccatum eſt grauiſſimum.

Deriſores Chriſti Domini peccauerũt contra iuſtũ, contra Patrẽ ſuum, & Deũ, vnde peccatũ illorum fuit grauiſſimum.

De hac enim deriſione loquutus eſt Dominus cum Apoſtolis ſuis dicendo, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & addit, tradetur enim gentibus ad illudendum, quo in loco oſtendit grauitatem huius peccati deriſionis, dum manifeſtauit quantam afflictionem patebatur pro illa illuſione.

Conſideramus ergo, obſecro tria quæ in verbis illis dauidicis continentur, primum eſt generalitas irridentium, ſecundum eſt dignitas perſonæ illuſæ, tertium eſt veritas illuſionis, primum notificatur per illas duas dictiones, omnes videntes, ſecundum per illam, me, tertium, per reliqua verba illius verſus.

Conſideramus primum, & poſtea reliqua. Si attente conſideremus Euangelium, videbimus quod omnes deriſerunt Chriſtum, id eſt de quolibet ſtatu aliqui, Reges, Principes, Sacerdotes Legis Doctores, Milites Pilati, & vniuerſus populus, vnde mirum non eſt, ſi talis irriſio valde affligebat cor ſanctiſſimum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſi ipſe in ſilentio per Prophetam Hieremiam 20. diceret. Factus ſum in deriſum omni populo, primo Regi Hærodi, propterea dicebat Euangeliſta Luca (loquens de Ieſu Domino noſtro) Spreuit illum Hærodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutus veſte alba, in quo facto, oſtendebat Dominum noſtrum, eſſe fatuum, dicit veſte alba, id eſt veſte linea, qua veſtiebãtur fatui, quod prius fecerunt Iudæi in domo Caiphæ ſummi Pontificis. Inquit enim Euangeliſta, teſtes eum illudebant, & velabant faciem eius, & dabant alapas illi, & dicebant. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit. Milites Pilati poſt latam ſententiam contra Ieſum, Illuſerunt eum ponentes coronam de ſpinis in capite eius, & arundinem in manu eius pro ſeptro, & veſte rubea, ſeu purpurea induerunt eum, vt habetur Io. 20. In cruce pendentem deridebant eum Principes Sacerdotum cum turbis dicentes. Alios ſaluos fecit, Lucę 23. Ecce quod Dominus veraciter dicere poterat, omnes videntes me deriſerunt me ſed bene quia non ſolum tunc, ſed & modo his noſtris temporibus Dominus illudetur, & deridetur, non ſolum ab infidelibus, ſed quod grauius eſt à malis Chriſtianis. Illi qui irrident ſunt pœnitentes, ſicut Hipochritę, quęrunt vellare faciem Chriſti Domini, & non conſiderant eorum fictam conſcientiam. Illi ſimiliter qui fictè agunt pœnitentiam, qui non contenuntur de ſingulis peccatis, illudunt Chriſto, ſed ipſi manent illuſi putantes ſe liberos eſſe à peccatis ſuis, & manent ligati in manu Diaboli, dicente D. Auguſtino in vno ſermone, Pęnitentes (ſi tamẽ eſtis pœnitentes, & non irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo, & ſubdit, pœnitentiam agis, genua figis, & rides, ſubſanas Dei patientiã de pęnitentia d. 3. pœnitentes, ſcilicet, fictè pœnitentes Reſiduarij videntur eſſe irriſores, teſte Diuo Iſidoro in lib. de ſummo bono, Irriſor inquit eſt, & non pęnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Canis reuerſus ad vomitum eſt peccator irritans ſtultitiam ſuam, eſtque ſimilis ſeruo illi ingrato qui

Chriſtus factus eſt in deriſum omni populo ſcilicet omnibus generibus cuiuſque gradus, & conditionis.

Omnes peccatores non verè pęnitentes deridēt Chriſtum, & diuerſis ludibriis eum affligunt.

obienta

obtenta venia illatæ offenſæ à Domino ſuo, ſtatim illum offendit, talis enim non meretur nomine pœnitentis, ſed irriſoris, & illuſoris, Phyloſophi induunt Chriſtum veſte alba dicendo, quod Chriſtus non probat dicta rationibus, vel authoritatibus, vt ſapientes faciunt, hoc enim manifeſtat Apoſtolus 1. Cor. 1. dicendo. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, gentibus autem ſtultitiam, id eſt apud Philoſophos. Principes ſæculares imponentes grauamina ſuper religioſos, Imponunt coronam ſpineam ſuper caput Chriſti, quia abſque authoritate legitima iudicãt ſubditos, vel non ſibi ſubiectos, dant arundinem vacuam in manu Chriſti blaſphemantes vltra hoc, quod imponunt coronam ſpineam in capite eius, ſtringunt illam lignis, vt augmentetur dolor, colaphis eum cedunt, & expuunt in faciem eius, iuſtè igitur Dominus contra iniquos peccatores dicere poteſt, omnes videntes me, deriſerunt me, id eſt videntes me per fidem, deriſerunt me per multiplicationem peccatorum, hoc enim affirmat Apoſtolus ad Hebræos 6. dicendo. Rurſum crucifigentes filium Dei in ſemetipſis, & oſtentui habentes, id eſt in deriſionem, quia dum peccat homo irridet Dominum.

Diuerſi peccatores diuerſis ludibriis, & deriſionibus affligunt Chriſtum Dominum.

Satis abundè vidimus, quod omnes videntes Chriſtum per fidem, ſcilicet, Chriſtiani omnes, & omnis ſtatus, & conditio hominum deriſerunt Chriſtum Dominum. Nunc conſideranda eſt dignitas Chriſti deluſi, Chriſtus Dominus eſt digniſſimus ſuper omnes, cum ſit Deus verus, propterea irriſio facta contra ipſum eſt maximum peccatum, quia in illo ſpernitur Deus, & ſapientia increata facta eſt ſtultitia apud peccatores, & reputatur viliſſima perſona, vt patet.

Iam diximus in ſecunda concluſione, quod deridere Deum, eſt maximum peccatum, eadem ratione, maximum peccatum eſt deridere Chriſtum verum Deum, & hominem, ſimiliter deridere ſantiſſima ſacramenta Eccleſiæ, tanquam inutilia, & non vera, vt faciunt Iudæi, & aliqui hæretici, ſimiliter deridere diuinam ſcripturam veteris, & noui teſtamenti, deridere miracula, quæ Deus facit per Sanctos ſuos, maximum peccatum eſt, propter quod multi à Deo fuerunt puniti, vt legitur in vitis ſanctorum, & abundè demonſtrat D. Antoninus loco ſupra, deſcendamus ad tertium punctum, vt videre poſſimus grauitatem deriſionis contra Chriſtum factæ, quæ in his verbis continetur, deriſerunt me, loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Contra Chriſtum Dominum deriſerunt Iudæi, loquuti ſunt labijs dicentes, vah qui deſtruis templum Dei, &c. Mouebant capita ſua, non exhibendo reuerentiam, ſed illudentes, & deridebant eum inquiunt Euangeliſtæ.

Maximũ peccatum eſt deridere ſanctiſſimã Trinitatem, Chriſtũ, ſacramẽta, fidem, & religionem.

Multæ enim ſunt ſpecies deriſionis, ſed omnes tendunt ad hunc finem, vt ſint in contemptum, & vilipendium irriſi, non tamen euadunt impunes ex ſententia ſapientis, prouerb. 19. quo in loco dicit. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & qualia ſunt iſta iudicia? Reſpondet ſapiens deriſores ipſe deridet, ſcilicet, æternaliter puniendo illos, deridere Dei eſt punitio æterna, qua de cauſa dicebat Iſaias 33. capit. Veh qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris, cum deſieris contemnere contemneris? ergo quilibet debet relinquere deriſiones hominum, ratio quidem, quia Diabolus qui nobis illudere quærit deluſus remanebit. Ars deluditur arte inquit Cato. Ac enim de cauſa Chriſtus Dominus ſubſtinuit illas omnes illuſiones, vel irriſiones, vt nos de manibus Diaboli erueret, & doceret nos (ſuo exemplo) quomodo eum illudere debemus, quod cupiens ſcire Dauid Rex, orabat ad Dominum dicens, viri iuſti deridebant, & illudebant diabolum, perfectè, ſcilicet, reſiſtendo tentationibus eius, vt fecit B. P. Dominicus, qui illuſit Diabolo, quando apparuit ei in forma Simiæ ad hoc, vt impediret illum à lectionibus, Cui præcepit. P. S. Dominicus vt in manu, vel branchia ſua teneret candelam, quo ad vſque conſumpta eſſet, & ſic perſeuerauit in hoc opere, quod candela illa cepit comburere manum, vel branchia Diaboli, & Diabolus (& non Pater Dominicus) euaſit illuſus. Hoc etiam fecit Beata Maria Magdalena quando Diabolus ſuadebat illi, vt aſſiſteret Principi dicendo illi, ſternere ſuperbè Demon, ſub pedibus fœminæ. Cui Diabolus dimitte me, quia ſatis illuſiſti mihi.

Omnis deriſio fit in contemptum, & vilipendium deriſi, & in ruinam deriſoris.

Chriſtus Dominus ſubſtinuit illuſiones vt illuderet Diabolo, & daret nobis modum illi illudendi, & irridendi.

Hoc idem adduci poteſt de multis alijs Sanctis, vnde optimè dicebat D. Ambroſius. Illuditur Diabolus, vt ſe morſu ſuo vulneret, & contra ſe armet quem debilitandum putauit, vt habetur de pœnitent. c. poteſt fieri. Hæc adducere volui, vt temeritas irridentium comprimatur. Nunc pergamus ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ cum D. Thom. dicit, quod ludus poteſt conſiderari dupliciter, Primo in ordine ad eum cum quo luditur, Secundo in ordine eius de quo luditur.

Inſtant. ſolutio.

In primo ſenſu, ludus non eſt contra charitatem. In ſecundo ſenſu poteſt eſſe contra charitatem. In quo ſenu, multoties ludus eſt peccatum mortale ex parte contemptus perſonæ de qua eſt ludus, vel quæ irridetur. Puta ſi deridetur iuſtus, Pater, vel Magiſter, Deus, ſeu res ſacra, vel religio, & cætera, tunc deriſio, ex parte deridentis eſt peccatum mortale ratione obiecti.

Ludus poteſt eſſe peccatũ mortale ex parte eius cui illuditur, vel irridetur.

Contra hanc reſponſionem inſtat ſic dicendo, deriſio illa videtur eſſe maxima quæ fit in iniuriam Dei, ſed non omnis irriſio quæ fit in iniuriam Dei eſt peccatum mortale, ergo deriſio non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur, dicit D. Iſidorus, quod de-

Inſtantia 2.

Digitized by Google

riſor, & non pœnitentes, qui adhuc agit, quod pęnitet, ſed multi qui pœnitentiam agunt de venialibus peccant venialiter, cum ſepties in die cadat iuſtus, ergo iſti ſunt irriſores ex ſententia D. Iſidori, & non peccant mortaliter, ergo non omnis irriſio etiam contra Deum eſt peccatum mortale, ſimiliter ex hoc ſequeretur, quod omnis ſimulatio eſſet peccatum mortale. Cum ſimulator per D. Gregorium (in moralibus) deridat equm, & aſcenſorem, ſcilicet, iuſtum & Deum, ſed non omnis ſimulatio eſt peccatum mortale, ergo neque omnis deriſio contra Deum erit peccatum mortale.

Inſtant. ſolutio. Irridere Deũ ſtat dupliciter, ſcilicet, formaliter, & interprætatiue, ideſt ex intentione, & ſine tali intentione.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod deridere Deum ſtat dupliciter formaliter, & interprætatiuè, ille qui reſidet in peccato de quo pœnituit, & ille qui ſimulat pœnitere, non formaliter, & ex intentione irridet Deum, ſed interprætatiuè, inquantum, ſcilicet, ſe habent ad modum deridentis, directè irriſor Dei non eſt dę numero iſtorum impœnitentium, quoniam poteſt relabi ex fragilitate, vel ex ignorantia, ſed interprætatiuè pro tali habetur, ſcilicet, pro irriſore, quia ſe habet ad modum irridentis, dum quod in pœnitentia promiſit non ſeruat, addit tamen Doctor Sanctus, quod iterare venialia non eſt propriè reſidere, quia ibi non eſt caſus à Dei gratia, eſt tamen diſpoſitio quædam ad talem caſum, propterea dicit ipſe necctamen venialiter peccando aliquis ſimpliciter reſiduat, vel ſimulat, ſed diſpoſitiuè, vel interprætatiuè hoc facit, D. Gregorius loquitur de irriſore, & ſimulatore propriè ſumpto, qui ſpernit Deum, & proximum.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. Contumelia, & detractio videntur grauiora peccata quam deriſio, ſed non omnis detractio, vel contumelia eſt peccatum mortale, ergo neque deriſio. Minor propoſitio eſt manifeſta quo ad contumeliam, ex his quæ dicta ſunt in illa diſputatione, quo ad detractionem habebimus in ſequenti diſputatione. Maior propoſitio ſic probatur. Maius peccatum eſt facere aliquid ſeriò, quam ioco, detractio & contumelia fiunt ſeriò, deriſio ioco, ergo illa ſunt peccata maiora quam iſtud.

Inſtant. ſolutio.

Theologus hanc inſtantiam ſoluit dicendo, cum D. Thom. quod ſi loquamur per ſe, & ex natura rei, deriſio eſt leuius peccatum quam detractio & contumelia, ſed ſi conſiderantur in ratione contemptus perſonæ deriſæ, grauius peccatum eſt deriſio, quam contumelia, &c. vt patet ex iam dictis. His ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Deriſio, & ſubſanatio cõueniunt in fine tamen voce tamen differũt

THeologus ad argumentum pro parte negatiua caſus dicit, quod ſubſanatio, & irriſio conueniunt in fine, ſed differunt in modo, irriſio fit ore, ſcilicet, verbis, & cachinis. Subſanatio vęro, naſo rugato, geſtis, aliquando fit ironicè verbis. v.g. dicendo meretrici. O quam caſta puella eſt iſta, dicendo ignoranti magna doctrina eſt in cerebro iſto, dicendo ſcandaloſo, o quam exemplaris eſt vita iſtius, & ſimilia, & hoc quia ſubſanatio, & irriſio ad eundem finem ſunt ordinatæ, vnde ſpecie non differunt, differt tamen vtraquę ſpecie à contumelia, ſicut erubeſcentia, à dehonoratione, eſt enim erubeſcentia, ex ſententia Damaſceni, timor inhonorantis, ſimiliter differt ab alijs ſpeciebus, ſcilicet, à detractione, & à ſubſanatione, quia nulla illarum eſt erubeſcentia, & confuſio ex proprio peccato, realiter vel iniurioſè in facie dicto.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum dicendo, nullus irridetur niſi de aliquo turpi, ex quo homo erubeſcit, iſta enim ſunt peccata quæ ſi de aliquo manifeſtè dicantur pertinent ad contumeliam, ſi occultè pertinent ad detractionem, ſiue ad ſuſurrationem, ergo deriſio non eſt vitium à prædictis diſtinctum.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, veriſſimum eſſe, quod deriſio eſt de re turpi prout inducit erubeſcentiam, & confuſionem, per quam tollitur gloria conſcientiæ ab eo qui irridetur, Irriſio nihilominus conuenit in materia, & non in forma, vel in fine cum contumelia, ſi irriſio fit publicè, cum detractione, & ſuſurratione, ſi fit occultè.

Argumẽtum tertium.

Contra inquit Lector, Peccata iſta diſtinguuntur ſecundum nocumenta, quæ proximo inferuntur, ſed per deriſionem non infertur aliquod nocumentum proximo, in honorem, vel famam, aut in detrimento amicitiæ, ergo deriſio non eſt peccatum diſtinctum à præmiſſis.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem, & rationabiliter quidem, quia in deriſione licet non fiat nocumentum in fama, vel honore, vel in amicis, fit in ſecuritate conſcientiæ, quod eſt maximum bonum, quod manifeſtat ſapiens Prouerbiorum 15. dicendo, Secura mens quaſi iuge conuiuium. Nam deriſio inquietat mentem, & eſt peccatum diſtinctum à ſupra nominatis. Hæc ſint pro caſu, & diſputatione iſta.

DISPVTATIO SECVNDA
In littera D.

De Detractione.

LEctor in hac diſputatione quærit quid ſit detractio. An ſit peccatum mortale. An ſit grauius alijs in proximum, & ſi audiens detractionem peccat.

In caſu ergo primo quærit ſi detractio ſit denigratio alienæ famæ per verba, & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Lector format tale argumentum, ex diuina ſcriptura Eccleſiaſt. 10. Si mordat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit, ergo detractio eſt, occultè mordere, vel denigrare famam alienam, & confirmatur ex Geneſ. 39. vxor Pharaonis contra Ioſeph,

ſeph (qui reliquit illi pallium ſuum) detraxit eius famam dicendo, quod Ioſeph voluit illam violare, quod erat falſiſſimum ergo, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum, occultum, & manifeſtum ſunt circunſtantiæ peccati, & non differentiæ conſtituentes ſpecies peccati. ſed illud quod non conſtituit ſpeciem peccati non ponitur in eius diffinitione, ergo ad rationem detractionis non pertinet, quod fiat per verba occulta. Confirmatur hoc. Ad rationem famæ pertinet publica notitia, ergo & denigratio famæ erit per verba manifeſta, & per verba occulta.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo obſeruat vnum, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, eamque probat, & exactè declarat, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, quo ad primum dicit ex doctrina, D. Thom. quod ſicut facto aliquis nocet alteri dupliciter, ita verbo aliquis vocet proximo dupliciter, facto quis nocet proximo ſuo, manifeſtè, & occultè, manifeſtè, inferendo illi violentiam aliquam, percutiendo, violenter rapiendo, &c. Occultè, furando, vel percutiendo in abſcondito. Ita verbo quis poteſt offendere proximum, in manifeſto, & hoc fit per contumeliam, vt in diſputatione de contumelia diximus. Alio modo occultè, & hoc fit per detractionem, vnde dictum fuit, quod contumelia aduerſatur honori, detractio autem famæ, ex quibus datur diffinitio detractionis.

Detractio eſt denigratio famæ per verba occulta, & diſtinguitur à contumelia.

Concluſio reſponſiua. Detractio eſt denigratio famæ per verba occulta. Per hanc vltimam particulam diffinitionis detractio à contumelia diſtinguitur, qui enim verba contra aliquem profert in occulto, potius videtur eum venerari quam paruipendere, tamen quia verba quæ dicit manifeſtant crimina illius de quo occultè loquitur, propterea apud audientes cauſat malam famam illius de quo loquitur. Ex quibus infert Doctor Sanctus, quod detractio differt dupliciter à contumelia, Primo quantum ad modum proponendi verba. Contumelioſus manifeſtè contra aliquem loquitur, detractor autem occultè, Secundo ratione finis intenti ſeu damni illati. Contumelioſus derogat honori, detractor autem famæ derogat, ex quibus apparet quam rationabiliter, detractor à ſapiente dicatur Serpens, vt habetur in primo argumento pro parte affirmatiua caſus, vnde D. Antoninus. p. 2. tit. 8. c. 4. diſcurrit circa conditiones ſerpentis, per quas ad conditiones detractoris faciliter deuenire poſſumus, ex tribus cognoſcitur malignitas peccati detractionis, primo ex variatione illius, ſecũdo ex grauitate, tertio ex difficultate purgationis illius, deſcendamus ad variationem iſtius peccati. Serpens mordet in ſilentio inquit ſapiens, & detractor occultè mordet famam proximi. Eccleſ. 10. Si mordet ſerpens in ſilentio, nihil minus habet qui occultè detrahit. Serpens comedit terram prout habetur Gen. 3. Terram comedes inquit Deus Diabolo ſerpenti tortuoſo, & detractor paſcitur defectibus, & peccatis hominũ, quę occulta erant manifeſtãdo ſerpẽs eſt animal venenoſũ, quod ſuo flactu inficit aſtantes propè ſe, & detractor habet venenum malitiæ, & ſua loquutione inficit auditores generando in illis malam opinionem de proximo ſuo, ſerpens occultè mordet, & detractor occultè leddit famam proximi ſui; contra id quod præcipit Dominus Leuitici 19. Non maledices ſurdo, & coram cæco non ponas offendiculum, detractor maledicit ſurdo quia dicit malum de eo, qui illum non audit, & ponit cæco offendiculũ manifeſtando crimen proximi ſui, illi qui hoc non ſciebat, per quod ſcandalizatur de proximo illo de quo primo habebat bonam opinionem. Serpens eſt animal calidum prout habetur in diuina ſcriptura Geneſ. 3. Serpens erat calidior cunctis animabus terræ. Talis eſt aſtutia ſerpentis, oſtẽdit velle pergere in vnã partẽ, & apparet ſtari in alia, ad ꝙ proſpiciens ſapiens dicebat Prouerb. 30. quod difficile illi erat cognoſcere etiam colubris ſuper petram. Hæc aſtutia, & malitia reperitur in detractore, incipit loqui bona de aliquo de quo intendit malum dicere, vt magis ſibi fides adhibeatur, & magis proximo ſuo noceat, propterea vertit ſermonem ſuum ad naranda vitia illius, dicit enim iſte multa bona facit, & eum valde diligo. Sed (obſerua illud) ſed quia in illo latet venenum, ſed non eſt dignus amore meo, immo eſt dignus maximo odio, quia plenus eſt vitijs, & incipit narrare vitam illius manifeſtare occulta, quod fit ſeptuplicitet inquit D. Angelicus 2. 2. q. 33. art. 1. ad 3. quatuor modis directè, & tribus indirectè,

Detractor dicitur ſerpens quia in illo reperitur, proprietates ſerpentis.

Septuplicitet quis infamare poteſt proximum ſuum, quatuor modis directè, & tribus indirectè.

Primo detrahit famæ imponendo falſum alteri, dicendo, talis comiſit tale crimen, & ſcit pro certo eſſe falſum, & ſi hoc neſcit, certè putat tamen falſum eſſe, quod dicit contra proximum ſuum, iſte modus diffamandi peſſimus eſt, & talis mortaliter peccat, & ad reſtitutionem famæ tenetur, Secundo modo detrahit augendo peccatum verbis ſuis, & ſi hoc facit intentione damnificandi illum in re graui, peccatum eſt mortale, ſi in re parua veniale eſt, iſte modus detrahendi familiaris eſt maledicis, ideo mirum non eſt ſi multoties peccant mortaliter, & non aduertunt, Tertio modo peccant directè illi hoc peccato, quando ſine neceſſitate manifeſtant peccatum occultum alijs, & peccant mortaliter, ſi delictũ eſt graue, & intendant denigrare famam illius de quo loquuntur, loquaces autem qui neſciunt ſigillare ſecreta, & occulta incidunt in hunc modum detrahendi, & forſitan aliqui incauti confeſſarij, hoc faciunt, & non aduertunt, quod frangunt ſigillum confeſſionis, Quarto modo, inciditur in peccatum detractionis quando quis videt, vel conſiderat bonum factum à proximo ſuo, & iudicat illud eſſe factum (mala intentione) verbi gratia, videt Petrum viſitarè pupillos, infirmos, & loca pia, Eccleſias, & oratoria, facere eleemoſynas, &c. Et ĩfra ſe, vel cũ alijs dicit, putas ne, ꝙ iſte hęc, vel

Detractor ſeptem modis denigrat famã proximi ſui, & quaſi ſemper peccat mortaliter.

ſimul: faciat ex deuotione, vel ſanctitate? nequaquam facit hoc vt videatur ab hominibus, recepit enim mercedem ſuam. Iſte ſiue habeat hanc intentionem de proximo ſuo, ſiue non, hoc dicendo peccat mortaliter, ſimiliter peccat mortaliter, ſi tantum habeat intentionem hãc, quoniã iudicium ſuum eſt temerarium, vult enim eſſe ſcrutator cordium, ſi autem talem opinionem non habet, infamat proximum ſuum attribuendo illi falſum. Accedamus ad modum indirectè diffamandi proximos: quinto modo detrahit quis proximum ſuum, ſcilicet, cum negat bona opera proximi, v.g. ſi audit, quod iſte eſt iuſtus iudex, quia iuſtè adminiſtrat iuſtitiam, vel quod eſt realis in negotijs ſuis, quod eſt eleemoſinarius, &c. tamen ex mala conſcientia ſua, dicit hoc non eſſe verum, & oppoſitum facere, indirectè detrahit tacendo malitioſè, vt cum quæritur de bonitate, & ſufficientia alicuius, vt illi detur aliqua dignitas, vel officium, & iſte nouit multas bonas qualitates illius, ex quibus iudicaretur aptus & dignus illius dignitatis, vel officij de quo tractatur, nihilominus tacendo eſt in cauſa, quod ille non obtineat quod optinere debebat, & patitur damnum illud, iſte vtique peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem, quia ad hoc manifeſtandum non tenebatur ex iuſtitia.

Ponentes libellos famoſos peccant mortaliter, & in vtroque foro acerbiſſime ſunt puniendi.

In hoc modo detrahendi incidit qui bonas qualitates in ſimili caſu (ore medio, vel clauſo) narrat qualitates bonas, ex quo oritur, quod non fuit electus melior, ſed minus dignus, & fortè indignus, vltimo loco committitur detractio per cantillenas, ſeu libellos famoſos. In hoc peccato cadit, qui componit cantilenam, vel ſonetum ſuper aliquo crimine alicuius, ſimiliter qui ſcribit ſchedulam continentem crimen falſum, vel occultum alicuius, & ponit in loco manifeſto, vt legatur ab eo qui inuenit illam, & diuulgetur delictum, iſti dicuntur libelli famoſi, & illorum auctores peccant mortaliter, & grauiter puniuntur ſecundum iura canonica, & ciuilia, & qui inueniunt illos, & ſtatim non combuſerint, ſed diuulgant delictum eiſdem pœnis ſubijciuntur, & pro actoribus deputãtur. Hæc pro varietate ſerpentis detractionis dicta ſint deſcendamus modo ad malignitatem illius peccati.

Malignitas peccati detractionis, ex tribus cognoſcere poſſumus, Primo loquendo cum D. Antonino, ipſa detractio, eſt Deo odibilis, Secundo offendit detractorem, Tertio nocet proximo, & facit, quod ſit odibilis Deo. D. Paulus Rom. 1. hoc oſtendit dicendo, detractores Deo odibiles ſunt. Clarum eſt, quod nullus odio à Deo habetur niſi propter peccatum mortale, clarum eſt enim vt in ſequentibus videbimus, quod detractio eſt non ſolum peccatum mortale, ſed grauiſſimum (At his relictis pro nunc) videmus modo, qua de cauſa Deus habeat odio detractores, Deus illos odio habet, quia temerarij ſunt. Nam auffetre volunt, id quod proprium eſt Dei, volunt iudicare occulta cordium interpretando qua intentione homo faciat hoc, vel illud procurant manifeſtare ſecreta, quod pertinet ad finalem iudicij Dei, de his detractoribus lamentabatur Iob dicendo illis. Quare perſequimini me ſicut Deus, ſcilicet, condemnando vitam meam, & carnibus meis ſaturamini, quid eſt ſaturare carnibus? Reſpondet D. Gregorius in moralibus dicendo. Saturatur carnibus humanis, qui delectabiliter paſcitur detractionibus, & morſibus vitæ alienæ. In cuius propoſito, ſcriptum eſt in vitis patrum, quod quidam Pater Sanctus dixit, Malum magis eſſe comedere carnes animalium brutorum, & bibere vinum tempore ieiuniorum quam carnes hominum per detractionem, Secundo detractio nocet detractori, occidit enim animum detrahentis hoc enim habetur in tractatu de pœnit. d. p. c. Homicidiorum vbi dicitur, qui occidit, & detrahit homicida eſt, ille corporis, iſte animæ, detractio excecat hominem ex teſtimonio D. Gregorij dicentis. Nihil aliud faciunt detrahentes, niſi quod in puluere ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde plures detractiones perfluunt, inde minus de veritate videant. Nocet proprio ſubiecto detractio, quia ſi detractor non pœnitet, & ſatisfacit æternaliter cruciabitur, ſi pœnitet punitur tẽporaliter. Exemplum habemus de Maria Sorore Moyſi, quæ plena fuit lepra, quoniam murmurauit contra vxorem fratris ſui, vt habetur, numeri 13. tertio loco detractio nocet proximo in fama, quæ tenet primum locum in bonis externis, ex ſententia ſapientis prouerbiorum. 22. dicentis. Melior eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, & per maximè nociua eſt detractio, quæ irrogatur Prælatis, & Religioſis. In ſignum cuius ſcriptum eſt. Dijs non detrahes, id eſt ſacerdotibus ſiue Prælatis, qui tenent locum Dei in terra. Circa hoc diſcutiant contionatores, quoniam materia eſt ampliſſima, & facilis ad praticandum.

Detractio Deo eſt odibilis nocet detractori, & lædit proximum.

Exemplum.

Nota.

Tertio loco videndum eſt cum quanta difficultate ſanabilis ſit infirmitas detractionis, venio igitur ad vltimum punctum dico enim, quod pauci ſanantur à peccato detractionis licet multi ſint vulnerati, oportet quod detractor reſtituat famam, quam abſtulit dicendo coram illis apud quos diffamauit proximum ſuum, ego falſum dixi, dum de tali murmuraui (ſi tamen falſum dixit) ſi manifeſtauit occultum crimen non ſeruato ordine dicere debet. Iniuſtè talem diffamaui, ſed quia homines, ex confuſione non inueniunt viam faciendi reſtitutionem hanc. Infirmitas illorum inſanabilis reputatur. Ratio quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, ſimiliter detractor ad reſtitutionem damni dati tenetur, ex ſua lingua, ſed quia detractores hoc non quærunt, manent in morte. Hæc ſint pro caſu iſto nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ illius.

Obſeruãt cõcionatores.

Oſtẽditur difficultas reſtituendi famã, & modum reſtituendi illã.

Argumentorum ſolutio.

Theologus primo argumento dicit ex Doctoris Angelici doctrina, quod vtrque occultum, & manifeſtum ſint circunſtantiæ non conſtituentes

Argumenti ſolutio.

Oculum eſt ſano formalis per quam detractio diſtinguitur à contumelia.

ſtituentes ſpecies peccati,niſi in voluntarijs commutationibus ad quas reducuntur omnia nocumenta proximo illata,verbo, vel facto,ex quibus dicitur ad argumentum, quod occultum, & manifeſtum diuerſificat rationem peccati, quia alia eſt ratio inuoluntarij per violentiam,& alia per ignorantiam, vt patet de furto, & rapina, vtrumque enim inuoluntarium eſt ex parte patientis, quia per vtrumque priuatur re ſua, tamen ſub alia ratione eſt inuoluntarium furtum, & ſub alia rapina. In furto homo patitur inuoluntarium per ignorantiam. In rapina per vim. Hoc idem accidit in detractione,ille contra quem operatur detractor patitur inuoluntarium per ignorantiam,quia denigratur eius fama(eo nõ ſciente)at in contumelia per vim patitur in honorem, quia in facie eius tollitur ei. Reſpondetur,ergo formaliter ad argumentum dicendo,quod licet occultum,& manifeſtum abſolutè non variant ſpeciem, vt patet de eo qui mentitur occultè, vel manifeſtè, tamen quando per hæc variatur ratio inuoluntarij,ſpecies ſubinde variantur, quia diuerſitas hæc ſe tenet ex parte obiecti formalis proximi,propterea occultum ponitur in diffinitione detractionis tanquam differentia intrinſica,per quam formaliter diſtinguitur à contumelia. Ex his ad confirmationem reſpondet Theologus dicendo,quod verba detractionis dicuntur occulta,non ſimpliciter, ſed per comparationem ad eum de quo verba illa dicuntur, ſed quia illo abſente,& neſciente dicuntur, & hoc dicitur ad differentiam contumeliæ, contumelia enim in facie contra hominem fit, detractio autem non, ex quibus infert Doctor Sanctus,quando quis malè loquitur de aliquo coram multis eo abſcente detractio eſt,ſi fit etiam ipſo ſolo præſente contumelia eſt, ſimiliter ſi vni ſoli malum dicatur de proximo abſente detractio eſt, ex quibus conſtat,quod differentia inter detractionem, & contumeliam non conſiſtit in hoc,quod coram pluribus, vel paucioribus fiat,ſed in hoc,quod contumelia fit coram contumeliato, & detractio in occulto ab eo de quo fit ſermo.

Nihil refert ſi detractio fit corã vno, vel coram multis. quo adeſſe, bene quo ad grauitatem.

Contra hanc reſponſionem Lector format ſecundum argumentum dicendo, ille detrahit qui aliquid ſubtrahit, ſed quandoque denigratur fama, etiam ſi nihil ſubtrahatur de veritate, ergo non omnis denigratio famæ eſt detractio. Maior propoſitio certa eſt de ſe. Minor probatur, quando aliquis vera crimina alicuius pandit, & manifeſtat, nihil ſubtrahit de veritate, & tamen denigratur fama eius, ergo non omnis denigratio per verba eſt detractio.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, cum D.Thom.quod diminutio famæ, fit dupliciter,directè,& indirectè,quatuor modis directè,& tribus indirectè prout oſtendimus modo ex mente Doctoris Angelici cum D.Antonino.

Difficultas.

Circa quartum modum detrahendi ibi aſſignatum,Illuſtriſſimus Dominus Caietanus mouet vnam difficultatem,non videtur firma doctrina D.Thom. inquit ibi, ſcilicet, in loco ſupracitato, dicit D.Thom.quod ille detrahit qui dicit quod id quod eſt bonum ſit factum mala intentione,tunc(inquit Caietanus Illuſtriſſimus)eſt iudicium temerarium, quia talis præſumit iudicare occulta cordis operantis bonum,& augetur difficultas,quia iſte qui dicit,quod tale bonum eſt factum mala intentione, non minuit de fama eius, qui hoc illud fecit,quoniam audientes illum,ſciũt quod iſte non plus videt intentionem proximi,ergo ipſi audientes, cum Deus ſolus ſit ſcrutator cordium.

Difficultatis ſolutio.

Aliquando reperitur in eodem actu iudicium temerarium,& detractio.

Lector Theologus vnà cum ipſomet Illuſtriſſimo Domino Caietano hanc difficultatem diluit quo ad vtramque partem, quoad primam dicit non eſſe inconueniens vnum vitium eſſe materiam alterius vitij,propterea verba illa eſſe poſſunt temeraria, & detractoria ſimul,temeraria, quia veniũt à iudicio temerario,detractoria, quia ſunt dicta cum intentione detrahendi, itaque in hoc facto committitur duplex peccatum mortale ſimul,primum iudicij temerarij,ſecundum detractionis,hæc pro prima parte difficultatis propoſitæ. nunc ad ſecundã,quo ad ſecũdam partem difficultatis dicitur, quod eſt per accidens reſpectu detractons, quod audientes verbis illius non credant,neceis adhibeatur fides, ſimiliter negatur, quod quiſque noſcat ita perfectè ſe ſcire intentionem operantis bonum illud, ſicut & ille qui loquitur de quo præſumi poſſit, quod dicat hoc ex aliqua partiali notitia facti. Iſte vltra hoc, quod dupliciter peccat mortaliter, tenetur ad reſtitutioné famæ illius, & dicere illis apud quos detraxit proximo famam, ego temerè iudicaui, & dixi, quod neſciebam, & arbitror, quod hoc quod fecit egit bona intentione. Si tamen perſona talis eſſet cui non crederetur, & pro detractore in illo facto haberetur, ſatis eſt, quod pœniteat, bonum de proximo læſo dicat, nec ad aliam reſtitutionem tenetur, hæc dicta ſint pro caſu iſto, & difficultatibus occurrentibus.

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu intelligit diſputare de qualitate peccati detractionis cum dubijs annexis caſui ipſi.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum detractio ſit peccatum mortale?

In caſu ergo iſto ſecundo quærit Lector ſi detractio ſit peccatum mortale, & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Argumentatur ſic. Inquit Apoſtolus Rom. 1. detractores Deo odibiles, hoc ſtante pro fundamento formatur argumentum. Illud eſt peccatum mortale, quo homo odibilis fit Deo, ſed per detractionem homo odibilis fit Deo, ergo detractio eſt peccatum mor-

tale, hoc confirmat gloſſa in verbis illis D. Pauli, detractores Deo odibiles, inquit Apoſtolus, quod detractores odibiles ſunt Deo, ne leue peccatum putetur detractio, propter hoc quod conſiſtit in verbis,

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua Argumentatur ſic. Nullus actus virtutis eſt peccatum mortale, ſed reuelare peccatum occultum eſt detractio ex iam dictis, ergo detractio non eſt peccatum mortale cum ſit actus virtutis, qui eſt reuelare peccatum proximi, vt corrigatur, & emendetur,

Caſus deciſio pro vtraque parte,

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo proponit dubia, & reſoluit illa vt doctrina ſit clarior, Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ, quo ad primam, concluſiones ordinatim proponuntur,

Detractio per ſe eſt peccatum mortale, vbi non adeſt intentio denigrandi famā formaliter nō eſt detractio.

Concluſio prima, Detractio per ſe loquendo eſt peccatum mortale, veritas huius concluſionis habetur ex D. Paulo, & gloſſa in argumento adducto pro parte affirmatiua caſus, & probatur ſic, Detractio ſecundum ſuam naturam ordinatur ad denigrationem famæ alicuius abſentis, ſed auferre famam alicui graue peccatum, & mortale eſt, ergo detractio, quæ eſt denigratio famæ mortale peccatum eſt. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur authoritate Eccleſiaſtici 41. vbi dicit ſapiens, Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille magni theſauri, & præcioſi, ex quibus infert Angelicus Doctor, quod detractio per ſe loquendo eſt peccatum mortale. Confirmatur concluſio iſta alia ratione. Illud dicitur peccatum mortale quod eſt contra charitatem proximi in re magni momenti, ſcilicet, contra famam, & pacem, ergo de genere ſuo detractio ipſa eſt peccatum mortale.

Concluſio ſecunda. Si aliquis verba per quæ fama alterius diminuitur dixerit propter aliquod bonum neceſſarium, adhibitis debitis circunſtantijs non peccat, & talis manifeſtatio occultorum non dicitur detractio per ſe, ſed quaſi per accidens. Nam de intrinſica ratione detractionis eſt intentio denigrandi famam, ergo vbi non eſt talis intentio formaliter non eſt denigratio famæ, & per conſequens actio illa non eſt detractio formaliter, poteſt tamen eſſe detractio materialiter, ſed hoc non ſufficit ad conſtituendum peccatum mortale.

Verba detractoria ex animi leuitate dicta nō eſt peccatum mortale niſi in materia de honeſtate vitæ, &c.

Concluſio tertia. Si quis verba dixerit per quæ fama alterius diminuitur ex animi leuitate, vel non propter cauſam neceſſariam, non peccat mortaliter, bene autem venialiter, niſi verbum quod dicitur ſit adeo graue, quod notabiliter famam alterius ledat, & præcipuè in his quæ pertinent ad honeſtatem vitæ, Probatur hæc ſecunda pars concluſionis, (prima enim non indiget probatione) quia hoc ex ipſo genere verborum habet rationem peccati mortalis. Nam ſi aliquis diceret alicui religioſo tu es ſine religione, & ſcandaloſus, vel diceret mulieri honeſtæ, tu es meretrix, & infamis, licet hoc diceret ex leuitate animi, vel iocando, peccaret mortaliter, quia verbū prolatum eſt nimis graue, & per maximè offendit proximum, & infert ſcandalum audientibus, vnde Dominus Caietanus Illuſtriſſimus, pro maiori intelligentia iſtorum dicit, quod quando Doctor Sanctus affirmat, quod dicere verba detractoria contingit dupliciter, ſcilicet, formaliter, & materialiter, & quod detrahere formaliter ex ſuo genere peccatum mortale eſt, quia tollit famam de ſe, detrahere materialiter ſi maximum nocumentum infert famæ etiam mortale eſt ratione nocumenti, ſi nocumentum eſt paruum veniale peccatum eſt, mortale enim peccatum in detractione materialiter ſumpta accidit in grauibus, præcipuè in verbis detractorijs circa honeſtatem vitæ, quia huiuſmodi verba ex ſuo genere ſunt areptiua famæ tanquam ſi dicere vellet Sanctus Doctor, quod inter detrahere materialiter in alijs materijs, & in materia honeſtatis, hæc eſt differentia, quod in alijs materijs raro accidit notabilis læſio famæ, in materia honeſtatis ſæpè, quia detractio iſta ex ſuo genere rationem infamatiui habet, & per conſequens habet rationem peccati mortalis, ratio elicitur à D. Gregorio dicente, peccata carnis ſunt minoris culpæ, & maioris infamiæ his declaratis pro caſu, vt magis percipiatur veritas concluſionum, proponenda ſunt dubia.

Caſus tertius de grauitate peccati detractionis, & audientis detractionem.

PRo complemento huius diſputationis, tractandum eſt de grauitate detractionis peccati in ordine ad alia peccata, & qualiter peccat audiens detractorem.

In caſu ergo iſto quærit Lector, vtrum detractio ſit grauius peccatum omnibus alijs peccatis, quæ in proximum committuntur.

In dubio inueſtigat. Si audiens, & tollerans detrahentem grauiter peccat.

In caſu quærit Lector vtrum detractio ſit grauius peccatum omnibus alijs peccatis quæ in proximum committuntur. Et pro vtraque parte format argumenta.

Pro parte affirmatiua deſumit argumentum ex D. Auguſtino in illo verſiculo Pſal. 108. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, quo in loco dicit ipſe, plus nocent in membris detrahentes Chriſto, quia animas credentium interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt, ex quo loco formatur ſic argumentum. Grauius eſt occidere animas, quam occidere corpus, ſed homicidium eſt grauius inter cætera peccata, quæ committuntur in proximum, ergo detractio ſimpliciter inter omnia peccata in proximum eſt grauius. Maior propoſitio de ſe patet, & habetur ex Euangelio in quo dicit Dominus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. ſed timete eum qui poſtquam occiderit corpus, habet poteſtatem mittere in ignem æternum. Minor eſt

Partis affirmatiuæ probatio.

certiſſi-

certiſſima Concluſio ſequitur ex præmiſſis,& deſumpta eſt à D.Auguſtino,ergo detractio eſt grauiſſimum peccatorum,

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua formatur tale argumentum, grauius eſt peccare facto, quam verbo, ſed detractio eſt peccatum verbi. Homicidium,adulterium, furtum, &c. ſunt peccata facti, ergo detractio non eſt grauius peccatum,cæteris peccatis quæ ſunt in proximum.

Deciſio caſus pro vtraque parte.

Lector Theologus facto vno fundamento, tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, ſecundo propon dubium, & ſoluit illud, Tertio ſoluit argumentum, quo ad primum dicit, quod Angelicus Doctor pro iſtius caſus ſolutione dicit, quod peccata quæ committuntur in proximum per ſe, ſunt penſanda præcipuè ſecundum nocumenta quæ proximo inferunt,quia ex hoc habent rationem culpæ (hoc ſuppoſito fundamento) ponuntur concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Maximũ peccatum contra proximũ eſt homicidium, ſecundũ adulterium, tertiũ contra famã, quartum contra bona externa. Concluſio prima.Maximum inter peccata contra proximum eſt homicidium, dum iſta pro nunc infidelitate,deſperatione, odio blaſphemia, & ſimilia, quoniam non loquimur de peccatis, cuius obiectum eſt Deus,ſed de illis cuius obiectum eſt proximus.In ordine igitur ad proximum ponitur concluſio iſta, ſcilicet, maximum peccatum inter peccata contra proprium,eſt homicidium. Concluſio iſta probatur ſic. Ratio formalis vnde peccatum, quod contra proximum committitur, ſumitur ex nocumento illato, quia magis opponitur, charitati, ſed nocumentum maius in proximum eſt homicidium,ergo inter hæc peccata homicidium eſt ſupremum. Maior propoſitio habetur ex fundamento facto à D.Thom. Minor probatur ſic. Bonum humanum eſt triplex, primum, eſt bonum animæ,ſecundum,eſt bonum corporis, tertium, eſt bonum exteriorum. Bonum animæ inter hæc bona præſtantiſſimum locum tenet,ſed tale bonum non poteſt tolli ab aliquo (eo inuicto)licet poſſit occaſionem dare,quod ſit dum occaſio illi præſentatur peccandi, vel ſuadendum ad malum, bonum enim animæ eſt gratia per quam viuit anima, quæ gratia per ſolum conſenſum in mortale admittitur,in quo conſenſu nemo poteſt alterum cogere,ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, (& bene vtique) ſcilicet, quod incitantes hominem ad peccandum, magis illum vocent ex parte obiecti, quam ſi tentarent eum occidere, dicit enim & ideo quamuis alterum in peccatum inducere, maiorem per ſe ferat ex obiecto grauitatem, quam ſi illum occidetes, tamen quia talis inductio non eſt coactio, non tam enormiter peccas,quam ſi occideres.Reſtant alia duo bonorum genera, ſcilicet, corporis, & exterorum bonorum.Iſta duo poſſunt eripi inuicto Domino. Maius autem iſtorum duorum bonorum eſt bonum corporis, ſcilicet, vita, quæ eſt fundamentum omnium aliorum,ſic igitur homicidium in ſuo genere, eſt crimen attrociſſimum, quod in homine committitur,inter alia omnia crimina, per quod tollitur vita proximi iam in actu exiſtenti,poſt homicidium eſt adulterium, quod eſt contra debitum humanæ generationis per quam homo habet introitum ad vitam.Bona autem externa ordinantur ad vitam, inter quæ bona, fama tenet primum locum, & ſic detractio per quam tollitur bona fama grauius peccatum eſt quam alia, quæ ſunt circa bona externa. Ratione confirmatur concluſio iſta ſic. Illud eſt grauius peccatum,quod grauius à Deo punitur,ſed homicidium grauius punitur à Deo quam detractio, ergo homicidium eſt grauiſſimum peccatum contra proximum etiam in ordine ad detractionem. Maior propoſitio habetur ex diuina ſcriptura,ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus. Minor probatur etiam ab effectu, ex diuina ſcriptura, Deus maximè puniuit Caim pro fratricidio, faciendum illum profugum, & vagum ſuper terram. Non autem ſic acerbè puniuit Deus Mariam ſororem Moyſi propter detractionem, ſed tantum lepra illam afflixit, ergo homicidium, eſt grauius peccatum detractione.

Detractio ſecundũ genus ſuum maius peccatum eſt quam furtũ, minus autem quam homicidiũ, & adulterium. Concluſio ſecunda, Detractio ſecundum genus ſuum eſt maius peccatum quam furtum, minus autem quam adulterium. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem, primo quo ad primam ſic. Fama eſt egregius bonum, in ordine ad bona exteriora, ergo detractio, quę eſt contra famam eſt maius malum,quam furtum, quod contra exteriorem ſubſtantiam eſt, hoc enim corroborat ſapiens Prouerb.22.dicendo.Melius eſt nomen bonum quam diuitię multę, quo ad ſecundam partem probatur ſic concluſio iſta. Fama eſt inferius bonum,quam vita, homicidium, & adulterium ſunt contra vitam, quia per homicidium tollitur vita,& per adulterium,vita in futura prole lęditur,ergo, nam per ſe loquendo filius qui eſt ex incerto Patre educari commodè nequit,ſimile, ſimplex fornicatio, eadem ratione grauis peccatum eſt ipſo furto, ſimiliter contumelia, & detractio præcedunt furtum in grauitate(non ſimpliciter)ſed in ſuo ordine,ex his ergo concluſio eſt certa, ſcilicet, quod detractio ſit grauius peccatum quam furtum, & minus quam homicidium, & adulterium.

Per accidens detr.ctio grauior eſſe poteſt homicidio, & furto, per ſe econuerſo. Concluſio tertia, per accidens ordo iſte peccatorum poteſt mutari,propter circunſtantias aggrauantes, vel diminuentes, quę grauitas, vel diminutio,ſe tenet ex parte peccantis,& obiecti. Nam qui deliberatè malè operatur,grauius peccat quã qui peccat ex ignorantia,vel ex fragilitate, ſimiliter,qui contra Deum dicit verbum, magis peccat, quam qui illudmet verbum profert contra proximum, formaliter tamen loquendo,per ſe maius eſt peccatum facti,quam verbi,& ex obiecto maius peccatum eſt detractio, quam contumelia, cum maius bonum ſit fama, contra quam eſt detractio, quam honor,contra quem eſt contumelia. His pro caſu dictis, dubium eſt proponendum.

Du-

Dubium.

IN dubio præſenti quærit Lector, Si audiens etiam tollerans detractorem grauiter peccet. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, deſumpta ex D. Hieronimo in epiſtola ad Epaſianum. t. 1. quo in loco dicit. Caue ne linguam, aut aures habeas prurientes, aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes, ergo homo grauiter peccat tollerans detrahentes, quod confirmat D. Auguſtinus verbis, & ſcripto. Nam pater iſte dicere ſolebat, immo ſcribere fecit loco ſuperiori ſuæ menſæ, ſcilicet, qui dictis cupit abſenium rodere vitam, nouerit menſam hanc indignam eſſe ſibi. Confirmatur etiam hoc, ab effectu. Nam Sedechias Rex captiuus ductus fuit, & excecatus, quia tollerauit detractores contra Hieremiam Prophetam, prout habetur. Hieremiæ 39. Et Ioſue, & Caleb, quia reſtiterunt detractoribus terræ promiſſionis laudantur à Domino. numeri 14.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Non magis quis tenetur alteri, quam ſibi ipſi. Sed laudabile eſt ſi patienter homo ſuos detractores tollerat, ergo laudabile erit ſi detractoribus aliorum non reſiſtat. Maior propoſitio patet, quia non tenemur magis diligere proximum noſtrum quam nos. Minor probatur inquit D. Gregorius ſuper Ezechielem 9. Lingua detrahentium, ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant per ſuam malitiã, excitatas debemus æquanimiter tollerare, vt nobis meritum creſcat, ergo audiens detractores illoſque tollerans non grauiter peccat.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo ponit aliquas diſtinctiones, Secundo ſatisfacit quæſito ſex concluſionibus, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, diſtinctionem hanc ponit Angelicus Doctor ex Apoſtolo Rom. 1. quo in loco dicit Apoſtolus. Digni ſunt morte, non ſolum qui peccata faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus peccata. Ex hoc fundamento elicitur diſtinctio talis. Conſentire peccatoribus ſtat dupliciter, vno modo directè, alio modo indirectè. Conſentit directè quis peccatoribus, quando inducit illos ad peccandum, vel ei placet peccatum illud, indirectè conſentit peccatoribus peccata facientibus, quando, ſcilicet, non reſiſtit. Reſiſtere etiam contingit dupliciter, ſcilicet poſſibiliter, vel non poſſibiliter, ſi poteſt reſiſtere, hoc etiam dupliciter conſideratur, vel ad reſiſtendum tenetur, vel non, vel non reſiſtit, quia ei placet peccatum, vel hoc facit propter aliquem humanum timorem. His diſtinctionibus ſtantibus concluſiones reſponſiuæ ponuntur.

Inducens ad detrahendũ, & qui delectatur in detractione peccat mortaliter, & ad reſtitutionem famæ proximi tenetur. Concluſio prima. Non ſolum qui inducit aliquem ad detrahendum, ſed etiam qui inuitat aliquomodo detractorem, vel libenter audit detractiones, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem, & tenetur ad reſtitutionem famæ. Concluſio iſta probatur ex D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. vbi dicit, quod qui cauſa erit iniuſtæ acceptionis peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. At qui inuitat ad detrahendum, vel aliquo modo fauet detractori eſt concauſa talis iniuſtæ acceptionis famæ, ergo peccat mortaliter, & ad reſtitutionem famæ tenetur. Minor probatur, quod autem qui inducit ad detrahendum peccet mortaliter, nulli dubium eſt, immo ex ſententia Doctoris Angelici magis peccat, quam detractor ipſe. Cum peccatum grauius ſit motoris quam moti, ſimiliter, qui delectatur in auditione detractionis contra aliquam perſonam factæ, ſi hoc ex odio procedit, grauius peccat aliquando, quam detractor ipſe, hoc totum manifeſtat Doctor Sanctus dicendo. Si quis inducit aliquem ad detrahendum, vel ſaltem placeat ei detractio propter illius odium cui detrahitur, non minus peccat quam detrahẽs, & quandoq; magis. In confirmationẽ huius veritatis adducit D. Bernardum lib. 2. de conſideratione ad Eugenium, quo in loco dicit, detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim, ergo grauiter peccat.

Quod audit, & complacet ĩ detractione peccat mortaliter qui nõ delectatur ſi non expelli detractorem peccat venialiter. Concluſio ſecunda. Qui non inducit alterum ad detrahendum, neque auget animum detractoris, ſed tantum gaudet, & complacet in detractione peccat mortaliter, contra charitatem, non contra iuſtitiam, & per conſequens non tenetur ad reſtitutionem. Probatur prima pars, quia gaudet de malo proximi, quod eſt contra charitatem, & talis poteſt eſſe complacentia, & delectatio, qua peccaret mortaliter. Secunda pars etiam eſt manifeſta, quia nihil à proximo aufert, ſed tantum gaudet de malo eius.

Concluſio tertia. Perſona particularis, quæ non delectatur in auditione detractionis minus peccat, quam detrahens, & vt in pluribus peccat venialiter tolletando detractorem. Hanc concluſionem declarat Doctor Sanctus dicendo. Si vero nõ placet peccatum detractionis, ſed ex timore, vel negligentia, aut ex quadam verecundia omittat depellere detractorem, peccat quidem, ſed multo minus, quam detrahens, & plerumque venialiter.

Pro maiori declaratione doctrinæ huius inquit Magiſter Dominicus à Soto. Priuata perſona (rigore iuſtitiæ) non tenetur malum proximi cauere, ſed tantum ex charitate, ſcilicet, ſi abſque ſui detrimento poteſt, vnde per ſe talis non agit contra charitatem ſi non liberat proximum à detractore, motus ex aliqua cauſa à D. Thom. adducta, tamen de rarro fugit peccatum veniale. Nam vbicunque incidit detractio poteſt quiſque ſuauiter detrahenti occurrere, vt ceſſet à murmuratione, ſeu detractione, vel moderatius loquatur. Si tamen detractor ipſe adeo in vibanus eſſet, & intentabilis, vt periculum ab illo immineret, tunc excuſaretur à veniali iſte, ſi contra ſuam voluntatem eum pro minori malo tolleratet. Addit tamen Doctor Sanctus, & dicit, quod verecundia excuſare poteſt à mortali, & hoc accidit, quando qui detrahit Illuſtriſſi-

ſtuſſimus eſt, audiens autem eſt famulus eius, vel alia abiecta perſona, qui appetire os non audet coram detractore illo.

Prælatus, & quilibet ſuperius tollerãs detractorem peccat mortaliter cõtra iuſtitiã, & charitatem.

Concluſio quarta, Si detractio fit coram eo qui ex officio tenetur corrigere detractorem. Puta ſi ſeruus detrahit coram Domino ſuo aliquam perſonam, vel ſubditus coram ſuo Prælato, vel filij, vel famuli coram Patre familias detrahunt aliquem. Si iſte Prælatus, vel ſuperior non reſiſtit detractori, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem. Probatur concluſio iſta. Prælatus ex officio ſuo, ſimiliter alius ſuperior, tenetur ex officio, per conſequens ex iuſtitia, & charitate promouere bonũ ſpirituale ſubditorum, vt familia ſua ſit virtuoſa, propterea tenetur ſubditos ſuos corrigere, & emendare, ergo ſi non facit id ad quod tenetur peccat mortaliter, contra iuſtitiam ergo ſubditos, & contra charitatem ergo illos qui detrahuntur, ex his concluſionibus ductus Lector format vnum quæſitum, quod tale eſt.

Quæſitum.

QVærit ſi Prælatus, vel ſuperior peccat non reſiſtendo ſubdito detrahenti, & infamanti aliam perſonam non ſubditam, ſed extraneam, ita vt teneatur ad reſtitutionem faciendam ipſi extraneo detracto, ex vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Iſte Prælatus, vel ſuperior peccat contra iuſtitiam, non corrigendo ſubditum ſuum detrahentem, vt dictum eſt modo, ergo ad reſtitutionem faciendam tenetur, ſed talis reſtitutio non poteſt fieri niſi diffamato, ergo ex iuſtitia reſtitutio facienda eſt illi. Confirmatur hoc. Si Princeps ſecularis non reſiſtat furanti, & expollianti non ſubditorũ, tenetur ad reſtitutionem, ergo eadem ratione Prælatus, & caput familiæ, tenebitur ad reſtitutionem famæ ablatæ à ſubdito ſuo ei à quo fuit ablata.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, in tantum Prælatus, & ſuperior tenetur reſtituere famam ablatam, inquantum tenetur promouere ſubditũ ex iuſtitia ad bonã ſpiritualia ad quod per maximè neceſſaria eſt fama, ergo non peccat contra iuſtitiam.

Quæſiti deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc quæſitum duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Prælatus non reſiſtens ſubdito detrahẽti extraneum licet mortaliter peccat ad reſtitutionem non tenetur.

Concluſio quinta, Prælatus, vel ſuperior non reſiſtens ſubdito detrahenti extraneum peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem. Concluſio iſta quo ad ſecundam partem probata manet ex ratione adducta pro parte negatiua quæſiti. Nam vt dictum eſt, in tantus Prælatus ac ſuperior tenetur reſtituere famam ablatam inquantum tenetur promouere ſubditum (ex iuſtitia) ad bonũ ſpirituale ad quod per maximè neceſſaria eſt fama, cum ſine illa nemo poteſt eſſe bonus Prælatus, & non tenetur procurare bonum ſpirituale circa non ſibi ſubditũ, ergo ex iuſtitia illi non tenetur aliquid reſtituere per ſe, per accidens autem ſic, quia tenetur corrigere ſubditum, & cogere illum ad reſtituendam famam ab illo ablatam, aliter, peccaret mortaliter non corrigens ſubditum in re graui. His declaratis ſatisfaciendum eſt rationibus adductis pro parte affirmatiua quæſiti.

Reſponſio ad rationes.

Rationis reſponſio.

THeologus rationi in oppoſitum adductæ dicit, quod Prælatus, vel ſuperior iſte, non peccat contra iuſtitiam in ordine ad non ſibi ſubditum, propterea non tenetur ex iuſtitia aliquid ſibi reſtituere. Iſte ſuperior tamen peccat mortaliter contra iuſtitiam in ordine ad ſubditum ſuum, vnde ex iuſtitia tenetur illum corrigere, & compellere, vt ſatisfaciat, reſtituendo famam non ſibi ſubdito. Hoc idem ſeruare debet Prælatus, vel ſuperior quando ad eius notitiam venit, quod talis ſubditus detraxit proximo ſuo, ſi ipſe (non fuit præſens) vt anima ſubditi ſaluetur, eodem modo reſpondemus ad confirmationem dicendo, quod Princeps ille tenetur ex iuſtitia compellere ſubditum ſuum delinquentem ad reſtituendã omnia detrimenta data non ſubdito, non ex obligatione iuſtitiæ in ordine ad non ſubditum, ſed in ordine ad ſubditum.

Prælatus tenetur defendere famam ſubditi aliter peccat mortaliter cõtra iuſtitiam.

Vltima concluſio. Prælatus ille cuius ſubditus infamatus eſt, ſi non reſiſtit infamanti, & detrahenti peccat mortaliter contra iuſtitiam, & ad reſtitutionem faciendam infamato tenetur. Concluſio iſta ſic probatur. Ille qui ex iuſtitia obedire tenetur, ſi non obediat tempore neceſſitatis peccat mortaliter contra iuſtitiam, & per conſequens ad reſtitutionem tenetur. Maior propoſitio eſt nota per ſe. Minor probatur, Prælatus, & ſuperior ex iuſtitia tenetur procurare omnia neceſſaria ſubditorum ad virtutem, ſed fama eſt maximè neceſſaria ad virtutem in ſubditis, vt ſint virtuoſi, ergo Prælatus in hoc deficiens peccat mortaliter contra iuſtitiam.

Impugnatio.

Contra hoc inſurgit Argumentator dicendo. Prælatus tenetur tantum procurare ſalutem ſpiritualem ſubditorum ſuorum, ſed fama non eſt bonum ſpirituale, cum D. Thom. illam enumerat inter bona corporalia, ergo Prælatus non tenetur procurare illam ſubditis ſuis ex iuſtitia.

Confirmatur hoc Prælati tantum tenentur procurare quod ſubditi non peccent, & quod ſtudioſè viuant, ſed qui infamatus eſt non peccat, benè peccat qui infamat, ergo Prælatus non tenetur procurare famam ſubditis ſuis, Secundo confirmatur aliquando bonum eſt, quod infamatus non reſiſtat detrahenti, ſed Prælatus tenetur procurare bonum ſubditorum, ergo in tali caſu non tenetur reſiſtere detrahendi.

Impugnationis dilutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod Prælatus non ſolum tenetur procurare bonum ſubditorum ſpirituale, ſed omnia bona

tempo-

impiorum debet ceſſare à confeſſione Chriſti tẽpore neceſſitatis, dicit enim Dominicus Math. 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor, & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt, & contra inſtabiles in confeſſione fidei Chriſti dicebat idem Dominus Lucæ 9. qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum, grauius enim peccatum eſt irriſio in parentes proprios. In ſignum cuius Dominus Deus illi peccato, maximam pœnam aſſignauit. 30. prouerbiorum, quo in loco ſcriptum eſt, oculum, qui ſubſannat Patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant corui de torrentibus, & comedent eum filij aquilæ, & certè hoc eueniet in illos qui contemnunt parentes ſuos, ſcilicet, corui de torrentibus, ſcilicet, Diaboli inferni, ipſi eruent oculum intellectualem ab iniquis filijs, & deuorent animas illorum.

Irriſio contra parentes graue peccatum eſt, & à Deo grauiſſimè punitur.

Deriſio contra Deum eſt peccatum grauiſſimum mortale, ſimiliter deriſio contra fidem, & religionem, iſtę deriſiones ſunt blaſphemiæ peſſimę, de quibus loquebatur Iſaias 37. dicendo, talibus irriſoribus, cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam, tanquam diceret ei, O infelix deriſor quid feciſti, tu exprobaſti, & blaſphemaſti Deum tuum, & contra illum exaltaſti vocem tuam, propterea ſubdit Propheta dicens, Ad ſanctum Iſdrael, ſcilicet, ad Deum hebræorum, vel ad Chriſtum Dominum, qui eſt ſanator Iſdrael, & Meſſia hebræorum, & Saluator omnium gentium, verè illudentes Chriſto, ſanctum Iſdrael exprobauerunt, & blaſphemauerunt, & contra ipſum vocem ſuam eleuauerunt dicentes Pilato contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Tolle tolle crucifige eum, ex quibus apparet, quod peccatum illorum fuit graue, quia deriſerunt iuſtum, ipſe enim eſt de quo dicebat Dauid. Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, & quia iuſtus erat dicebat Iudæis reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, ipſe eſt Pater noſter, qui genuit nos in ſanguine ſuo, vnde deridentes eum deriſerunt Patrem ſuum, & per conſequens grauius peccauerunt. Tandem peccauerunt grauiſſimè, quia illudendo Chriſto illuxerunt Deo ſuo, ergo irriſio Chriſti fuit peccatum mortale graue, grauius, & grauiſſimum. Totum hoc inſinuare intendebat Dauid Rex, Pſalm. 21. dicendo (loquens in perſona Chriſti Domini) Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Et quia per Apoſtolum loquendo de Iudæis, omnia in figura contingebant illis. In 4. Regum oſtenditur veſtigium punitionis irridentium Chriſtum. In 4. Regum 2. dicitur, quod pueri illudentes Eliſæo dicendo illi. Aſcende calue, aſcende calue, à duobus Vrſis deuorati fuerunt, in ſignum quod talis deriſio erat peccatum grauiſſimum, & in primo cap. loci illius dicitur, quod ignis deſcendit de cælo ſuper illos duos Principes illudentes, vel quærentes decipere Eliam vocando illum virum Dei. ergo à fortiori flagellandi, deuorandi, comburendi erant Iudæi, qui illuxerunt Chriſto eumque irridebant.

Irriſio contra Deum contra fidem, & contra religionẽ peccatum eſt grauiſſimum.

Deriſores Chriſti Domini peccauerũt contra iuſtũ, contra Patrẽ ſuum, & Deũ, vnde peccatũ illorum fuit grauiſſimum.

De hac enim deriſione loquutus eſt Dominus cum Apoſtolis ſuis dicendo, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & addit, tradetur enim gentibus ad illudendum, quo in loco oſtendit grauitatem huius peccati deriſionis, dum manifeſtauit quantam afflictionem patebatur pro illa illuſione.

Conſideramus ergo, obſecro tria quæ in verbis illis dauidicis continentur, primum eſt generalitas irridentium, ſecundum eſt dignitas perſonæ illuſæ, tertium eſt veritas illuſionis, primum notificatur per illas duas dictiones, omnes videntes, ſecundum per illam, me, tertium, per reliqua verba illius verſus.

Conſideramus primum, & poſtea reliqua. Si attente conſideremus Euangelium, videbimus quod omnes deriſerunt Chriſtum, id eſt de quolibet ſtatu aliqui, Reges. Principes, Sacerdotes Legis Doctores. Milites Pilati, & vniuerſus populus, vnde mirum non eſt, ſi talis irriſio valde affligebat cor ſanctiſſimum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſi ipſe in ſilentio per Prophetam Hieremiam 20. diceret. Factus ſum in deriſum omni populo, primo Regi Hærodi, propterea dicebat Euangeliſta Luca (loquens de Ieſu Domino noſtro) Spreuit illum Hærodes cum exercitu ſuo, & illuſit inductus veſte alba, in quo facto, oſtendebat Dominum noſtrum, eſſe fatuum, dicit veſte alba, id eſt veſte linea, qua veſtiebãtur fatui, quod prius fecerunt Iudæi in domo Caiphæ ſummi Pontificis. Inquit enim Euangeliſta, teſtes eum illudebant, & velabant faciem eius, & dabant alapas illi, & dicebant. Propheta nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit. Milites Pilati poſt latam ſententiam contra Ieſum, Illuxerunt eum ponentes coronam de ſpinis in capite eius, & arundinem in manu eius pro ſceptro, & veſte rubea, ſeu purpurea induerunt eum, vt habetur Io. 20. In cruce pendentem deridebant eum Principes Sacerdotum cum turbis dicentes. Alios ſaluos fecit, Lucæ 23. Ecce quod Dominus veraciter dicere poterat, omnes videntes me deriſerunt me ſed bene quia non ſolum tunc, ſed & modo his noſtris temporibus Dominus illudetur, & deridetur, non ſolum ab infidelibus, ſed quod grauius eſt à malis Chriſtianis. Illi qui irrident ſunt pœnitentes, ſicut Hipochritę, quęrunt vellare faciem Chriſti Domini, & non conſiderant eorum fictam conſcientiam. Illi ſimiliter qui fictè agunt pœnitentiam, qui non conterentur de ſingulis peccatis, illudunt Chriſto, ſed ipſi manent illuſi putantes ſe liberos eſſe à peccatis ſuis, & manent ligati in manu Diaboli, dicente D. Auguſtino in vno ſermone, Pęnitentes (ſi tamẽ eſtis pœnitentes, & non irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo, & ſubdit, pœnitentiam agis, genua figis, & rides, ſubſanas Dei patientiã de pęnitentia d. 3. pœnitentes. ſcilicet, fictè pœnitentes Reſiduarij videntur eſſe irriſores, teſte Diuo Iſidoro in lib. de ſummo bono, Irriſor inquit eſt, & non pęnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Canis reuerſus ad vomitum eſt peccator irritans ſtultitiam ſuam, eſtque ſimilis ſeruo illi ingrato qui

Chriſtus factus eſt in deriſum omni populo id eſt omnibus gentibus cuiuſ cumque gradus, & conditionis.

Omnes peccatores non verè pęnitentes derident Chriſtum, & diuerſis ludibriis eum affligunt.

obienta

Digitized by Google

obtenta venia illatæ offenſæ à Domino ſuo, ſtatim illum offendit, talis enim non meretur nomine pœnitentis, ſed irriſoris, & illuſoris, Phyloſophi induunt Chriſtum veſte alba dicendo, quod Chriſtus non probat dicta rationibus, vel authoritatibus, vt ſapientes faciunt, hoc enim manifeſtat Apoſtolus 1. Cor. 1. dicendo. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, gentibus autem ſtultitiam, id eſt apud Philoſophos. Principes ſæculares imponentes grauamina ſuper religioſos, Imponunt coronam ſpineam ſuper caput Chriſti, quia abſque authoritate legitima iudicant ſubditos, vel non ſibi ſubiectos, dant arundinem vacuam in manu Chriſti blaſphemantes vltra hoc, quod imponunt coronam ſpineam in capite eius, ſtringunt illam lignis, vt augmentetur dolor, colaphis eum cedunt, & expuunt in faciem eius, iuſtè igitur Dominus contra iniquos peccatores dicere poteſt, omnes videntes me, deriſerunt me, id eſt videntes me per fidem, deriſerunt me per multiplicationem peccatorum, hoc enim affirmat Apoſtolus ad Hebræos 6. dicendo. Rurſum crucifigentes filium Dei in ſemetipſis, & oſtentui habentes, id eſt in deriſionem, quia dum peccat homo irridet Dominum.

Diuerſi peccatores diuerſis ludibriis, & deriſionibus affligunt Chriſtum Dominum.

Satis abundè vidimus, quod omnes videntes Chriſtum per fidem, ſcilicet, Chriſtiani omnes, & omnis ſtatus, & conditio hominum deriſerunt Chriſtum Dominum. Nunc conſideranda eſt dignitas Chriſti deluſi, Chriſtus Dominus eſt digniſſimus ſuper omnes, cum ſit Deus verus, propterea irriſio facta contra ipſum eſt maximum peccatum, quia in illo ſpernitur Deus, & ſapientia increata facta eſt ſtultitia apud peccatores, & reputatur viliſſima perſona, vt patet.

Maximū peccatum eſt deridere ſanctiſſimā Trinitatem Chriſtū, & ſacramēta fidem, & religionem.

Iam diximus in ſecunda concluſione, quod deridere Deum, eſt maximum peccatum, eadem ratione, maximum peccatum eſt deridere Chriſtum verum Deum, & hominem, ſimiliter deridere ſantiſſima ſacramenta Eccleſiæ, tanquam inutilia, & non vera, vt faciunt Iudæi, & aliqui hæretici, ſimiliter deridere diuinam ſcripturam veteris, & noui teſtamenti, deridere miracula, quæ Deus facit per Sanctos ſuos, maximum peccatum eſt, propter quod multi à Deo fuerunt puniti, vt legitur in vitis ſanctorum, & abundè demonſtrat D. Antoninus loco ſupra, deſcendamus ad tertium punctum, vt videre poſſimus grauitatem deriſionis contra Chriſtum factæ, quæ in his verbis continetur, deriſerunt me, loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Contra Chriſtum Dominum deriſerunt Iudæi, loquuti ſunt labiis dicentes, vah qui deſtruis templum Dei, &c. Mouebant capita ſua, non exhibendo reuerentiam, ſed illudentes, & deridebant eum inquiunt Euangeliſtæ.

Multæ enim ſunt ſpecies deriſionis, ſed omnes tendunt ad hunc finem, vt ſint in contemptum, & vilipendium irriſi, non tamen euadunt impunes ex ſententia ſapientis, prouerb. 19. quo in loco dicit. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & qualia ſunt iſta iudicia? Reſpondet ſapiens deriſores ipſe deridet, ſcilicet, æternaliter puniendo illos, deridere Dei eſt punitio æterna, qua de cauſa dicebat Iſaias 33. capit. Veh qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris, cum deſieris contemnere contemneris? ergo quilibet debet relinquere deriſiones hominum, ratio quidem, quia Diabolus qui nobis illudere quærit deluſus remanebit. Ars deluditur arte inquit Cato. Ac enim de cauſa Chriſtus Dominus ſubſtinuit illas omnes illuſiones, vel irriſiones, vt nos de manibus Diaboli erueret, & doceret nos (ſuo exemplo) quomodo eum illudere debemus, quod cupiens ſcire Dauid Rex, orabat ad Dominum dicens, viri iuſti deridebant, & illudebant diabolum, perfectè, ſcilicet, reſiſtendo tentationibus eius, vt fecit B. P. Dominicus, qui illuſit Diabolo, quando apparuit ei in forma Simiæ ad hoc, vt impediret illum à lectionibus, Cui præcepit. P. S. Dominicus vt in manu, vel branchia ſua teneret candelam, quo ad vſque conſumpta eſſet, & ſic perſeuerauit in hoc opere, quod candela illa cepit comburere manum, vel branchia Diaboli, & Diabolus (& non Pater Dominicus) euaſit illuſus. Hoc etiam fecit Beata Maria Magdalena quando Diabolus ſuadebat illi, vt aſſiſteret Principi dicendo illi, ſternere ſuperbè Demon, ſub pedibus fœminæ. Cui Diabolus dimitte me, quia ſatis illuſiſti mihi.

Omnis deriſio fit in contemptum, & vilipendium deriſi, & in ruinam deriſoris.

Chriſtus Dominus ſubſtinuit illuſiones vt illuderet Diabolo, & daret nobis modum illi illudendi, & irridendi.

Hoc idem adduci poteſt de multis alijs Sanctis, vnde optimè dicebat D. Ambroſius. Illuditur Diabolus, vt ſe morſu ſuo vulneret, & contra ſe armet quem debilitandum putauit, vt habetur de pœnitent. c. poteſt fieri. Hæc adducere volui, vt temeritas irridentium comprimatur. Nunc pergamus ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ cum D. Thom. dicit, quod ludus poteſt conſiderari dupliciter, Primo in ordine ad eum cum quo ludetur, Secundo in ordine eius de quo ludetur.

Inſtant. ſolutio.

Ludus poteſt eſſe peccatū mortale ex parte eius cui illuditur, vel irridetur.

In primo ſenſu, ludus non eſt contra charitatem. In ſecundo ſenſu poteſt eſſe contra charitatem. In quo ſenſu, multoties ludus eſt peccatum mortale ex parte contemptus perſonæ de qua eſt ludus, vel quæ irridetur. Puta ſi deridetur iuſtus, Pater, vel Magiſter, Deus, ſeu res ſacra, vel religio, & cætera, tunc deriſio, ex parte deridentis eſt peccatum mortale ratione obiecti.

Contra hanc reſponſionem inſtat ſic dicendo, deriſio illa videtur eſſe maxima quæ fit in iniuriam Dei, ſed non omnis irriſio quæ fit in iniuriam Dei eſt peccatum mortale, ergo deriſio non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur, dicit D. Iſidorus, quod de-

Inſtantia 2.

riſor, & non pœnitentes, qui adhuc agit, quod pęnitet, ſed multi qui pœnitentiam agunt de venialibus peccant venialiter, cum ſepties in die cadat iuſtus, ergo iſti ſunt irriſores ex ſententia D. Iſidori, & non peccant mortaliter, ergo non omnis irriſio etiam contra Deum eſt peccatum mortale, ſimiliter ex hoc ſequeretur, quod omnis ſimulatio eſſet peccatum mortale. Cum ſimulator per D. Gregorium (in moralibus) deridat equm, & aſcenſorem, ſcilicet, iuſtum & Deum, ſed non omnis ſimulatio eſt peccatum mortale, ergo neque omnis deriſio contra Deum erit peccatum mortale.

Inſtant. ſolutio. Irridere Deũ ſtat dupliciter, ſcilicet, formaliter, & interpretatiue, id eſt ex intentione, & ſine tali intentione.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod deridere Deum ſtat dupliciter formaliter, & interpretatiuè, ille qui reſidet in peccato de quo pœnituit, & ille qui ſimulat pœnitere, non formaliter, & ex intentione irridet Deum, ſed interpretatiuè, inquantum, ſcilicet, ſe habent ad modum deridentis, directè irriſor Dei non eſt de numero iſtorum impœnitentium, quoniam poteſt relabi ex fragilitate, vel ex ignorantia, ſed interpretatiuè pro tali habetur, ſcilicet, pro irriſore, quia ſe habet ad modum irridentis, dum quod in pœnitentia promiſit non ſeruat, addit tamen Doctor Sanctus, quod iterare venialia non eſt propriè reſidere, quia ibi non eſt caſus à Dei gratia, eſt tamen diſpoſitio quædam ad talem caſum, propterea dicit ipſe nec tamen venialiter peccando aliquis ſimpliciter reſiduat, vel ſimulat, ſed diſpoſitiuè, vel interpretatiuè hoc facit, D. Gregorius loquitur de irriſore, & ſimulatore propriè ſumpto, qui ſpernit Deum, & proximum.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. Contumelia, & detractio videntur grauiora peccata quam deriſio, ſed non omnis detractio, vel contumelia eſt peccatum mortale, ergo neque deriſio. Minor propoſitio eſt manifeſta quoad contumeliam, ex his quæ dicta ſunt in illa diſputatione, quo ad detractionem habebimus in ſequenti diſputatione. Maior propoſitio ſic probatur. Maius peccatum eſt facere aliquid ſeriò, quam ioco, detractio & contumelia fiunt ſeriò, deriſio ioco, ergo illa ſunt peccata maiora quam iſtud.

Inſtant. ſolutio.

Theologus hanc inſtantiam ſoluit dicendo, cum D. Thom. quod ſi loquamur per ſe, & ex natura rei, deriſio eſt leuius peccatum quam detractio & contumelia, ſed ſi conſiderantur in ratione contemptus perſonæ deriſæ, grauius peccatum eſt deriſio, quam contumelia, &c. vt patet ex iam dictis. His ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Deriſio, & ſubſanatio cõueniunt in fine in voce tamen differũt

THeologus ad argumentum pro parte negatiua caſus dicit, quod ſubſanatio, & irriſio conueniunt in fine, ſed differunt in modo, irriſio fit ore, ſcilicet, verbis, & cachinis. Subſanatio vero, naſo rugato, geſtis, aliquando fit ironicè verbis. v. g. dicendo meretrici. O quam caſta puella eſt iſta, dicendo ignoranti magna doctrina eſt in cerebro iſto, dicendo ſcandaloſo, o quam exemplaris eſt vita iſtius, & ſimilia, & hoc quia ſubſanatio, & irriſio ad eundem finem ſunt ordinatæ, vnde ſpecie non differunt, differt tamen vtraque ſpecie à contumelia, ſicut erubeſcentia, à dehonoratione, eſt enim erubeſcentia, ex ſententia Damaſceni, timor inhonorantis, ſimiliter differt ab alijs ſpeciebus, ſcilicet, à detractione, & à ſubſanatione, quia nulla illarum eſt erubeſcentia, & confuſio ex proprio peccato, realiter vel iniurioſè in facie dicto.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum dicendo, nullus irridetur niſi de aliquo turpi, ex quo homo erubeſcit, iſta enim ſunt peccata quæ ſi de aliquo manifeſtè dicantur pertinent ad contumeliam, ſi occultè pertinent ad detractionem, ſiue ad ſuſurrationem, ergo deriſio non eſt vitium à prædictis diſtinctum.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, veriſſimum eſſe, quod deriſio eſt de re turpi prout inducit erubeſcentiam, & confuſionem, per quam tollitur gloria conſcientiæ ab eo qui irridetur, Irriſio nihilominus conuenit in materia, & non in forma, vel in fine cum contumelia, ſi irriſio fit publicè, cum detractione, & ſuſurratione, ſi fit occultè.

Argumẽtum tertium.

Contra inquit Lector, Peccata iſta diſtinguuntur ſecundum nocumenta, quæ proximo inferuntur, ſed per deriſionem non infertur aliquod nocumentum proximo, in honorem, vel famam, aut in detrimento amicitiæ, ergo deriſio non eſt peccatum diſtinctum à præmiſſis.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem propoſitionem, & rationabiliter quidem, quia in deriſione licet non fiat nocumentum in fama, vel honore, vel in amicis, fit in ſecuritate conſcientiæ, quod eſt maximum bonum, quod manifeſtat ſapiens Prouerbiorum 15. dicendo. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Nam deriſio inquietat mentem, & eſt peccatum diſtinctum à ſupra nominatis. Hæc ſint pro caſu, & diſputatione iſta.

DISPVTATIO SECVNDA
In littera D.

De Detractione.

LEctor in hac diſputatione quærit quid ſit detractio. An ſit peccatum mortale. An ſit grauius alijs in proximum, & ſi audiens detractionem peccat.

In caſu ergo primo quærit ſi detractio ſit denigratio alienæ famæ per verba, & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Lector format tale argumentum, ex diuina ſcriptura Eccleſiaſt. 10. Si mordat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit, ergo detractio eſt, occultè mordere, vel denigrare famam alienam, & confirmatur ex Geneſ. 39. vxor Pharaonis contra Io-

ſeph,

ſeph (qui reliquit illi pallium ſuum) detraxit eius famam dicendo, quod Ioſeph voluit illam violare, quod erat falſiſſimum ergo,&c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum, occultum, & manifeſtum ſunt circunſtantiæ peccati, & non differentiæ conſtituentes ſpecies peccati, ſed illud quod non conſtituit ſpeciem peccati non ponitur in eius diffinitione, ergo ad rationem detractionis non pertinet, quod fiat per verba occulta. Confirmatur hoc. Ad rationem famæ pertinet publica notitia, ergo & denigratio famæ erit per verba manifeſta, & per verba occulta.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo obſeruat vnum, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, eamque probat, & exactè declarat, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, quo ad primum dicit ex doctrina, D. Thom. quod ſicut facto aliquis nocet alteri dupliciter, ita verbo aliquis nocet proximo dupliciter, facto quis nocet proximo ſuo, manifeſtè, & occultè, manifeſtè, inferendo illi violentiam aliquam, percutiendo, violenter rapiendo, &c. Occultè, furando, vel percutiendo in abſcondito. Ita verbo quis poteſt offendere proximum, in manifeſto, & hoc fit per contumeliam, vt in diſputatione de contumelia diximus. Alio modo occultè, & hoc fit per detractionem, vnde dictum fuit, quod contumelia aduerſatur honori, detractio autem famæ, ex quibus datur diffinitio detractionis.

Detractio eſt denigratio famæ per verba occulta, & diſtinguitur à contumelia.

Concluſio reſponſiua. Detractio eſt denigratio famæ per verba occulta. Per hanc vltimam particulam diffinitionis detractio à contumelia diſtinguitur, qui enim verba contra aliquem profert in occulto, potius videtur eum venerari quam paruipendere, tamen quia verba quæ dicit manifeſtant crimina illius de quo occultè loquitur, propterea apud audientes cauſat malam famam illius de quo loquitur. Ex quibus infert Doctor Sanctus, quod detractio differt dupliciter à contumelia, Primo quantum ad modum proponendi verba. Contumelioſus manifeſtè contra aliquem loquitur, detractor autem occultè, Secundo ratione finis intenti ſeu damni illati. Contumelioſus derogat honori, detractor autem famæ derogat, ex quibus apparet quam rationabiliter, detractor à ſapiente dicatur Serpens, vt habetur in primo argumento pro parte affirmatiua caſus, vnde D. Antoninus. p. 2. tit. 8. c. 4. diſcurrit circa conditiones ſerpentis, per quas ad conditiones detractoris faciliter deuenire poſſumus, ex tribus cognoſcitur malignitas peccati detractionis, primo ex variatione illius, ſecūdo ex grauitate, tertio ex difficultate purgationis illius, deſcendamus ad variationem iſtius peccati. Serpens mordet in ſilentio inquit ſapiens, & detractor occultè mordet famam proximi. Eccleſ. 10. Si mordet ſerpens in ſilentio, nihil minus habet qui occultè detrahit. Ser-

Detractor dicitur ſerpens quia in illo reperiūtur proprietates ſerpentis.

pens comedit terram prout habetur Gen. 3. Terram comedes inquit Deus Diabolo ſerpenti tortuoſo, & detractor paſcitur defectibus, & peccatis hominū, quę occulta erant manifeſtādo ſerpēs eſt animal venenoſū, quod ſuo flactu inficit aſtantes propè ſe, & detractor habet venenum malitiæ, & ſua loquutione inficit auditores generando in illis malam opinionem de proximo ſuo, ſerpens occultè mordet, & detractor occultè laedit famam proximi ſui, contra id quod præcipit Dominus Leuitici 19. Non maledices ſurdo, & coram cæco non ponas offendiculum, detractor maledicit ſurdo quia dicit malum de eo, qui illum non audit, & ponit cæco offendiculū manifeſtando crimen proximi ſui, illi qui hoc non ſciebat, per quod ſcandalizatur de proximo illo de quo primo habebat bonam opinionem. Serpens eſt animal calidum prout habetur in diuina ſcriptura Geneſ. 3. Serpens erat calidior cunctis animabus terræ. Talis eſt aſtutia ſerpentis, oſtēdit velle pergere in vnā partē, & apparet ſtarī in alia, ad ꝙ proſpiciens ſapiens dicebat Prouerb. 30. quod difficile illi erat cognoſcere etiam colubris ſuper petram. Hæc aſtutia, & malitia reperitur in detractore, incipit loqui bona de aliquo de quo intendit malum dicere, vt magis ſibi fides adhibeatur, & magis proximo ſuo noceat, propterea vertit ſermonem ſuum ad naranda vitia illius, dicit enim iſte multa bona facit, & eum valde diligo. Sed (obſerua illud) ſed quia in illo latet venenum, ſed non eſt dignus amore meo, immo eſt dignus maximo odio, quia plenus eſt vitijs, & incipit narrare vitam illius manifeſtare occulta, quod fit ſeptuplicitet inquit D. Angelicus 2. 2. q. 73. art. 1. ad 3. quatuor modis directè, & tribus indirectè, Primo detrahit famæ imponendo falſum alteri, dicendo, talis comiſit tale crimen, & ſcit pro certo eſſe falſum, & ſi hoc neſcit, certè putat tamen falſum eſſe, quod dicit contra proximum ſuum, iſte modus diffamandi peſſimus eſt, & talis mortaliter peccat, & ad reſtitutionem famæ tenetur, Secundo modo detrahit augendo peccatum verbis ſuis, & ſi hoc facit intentione damnificandi illum in re graui, peccatum eſt mortale, ſi in re parua veniale eſt, iſte modus detrahendi familiaris eſt maledicis, ideo mirum non eſt ſi multoties peccant mortaliter, & non aduertunt, Tertio modo peccant directè illi hoc peccato, quando ſine neceſſitate manifeſtant peccatum occultum alijs, & peccant mortaliter, ſi delictū eſt graue, & intendant denigrare famam illius de quo loquuntur, loquaces autem qui neſciunt ſigillare ſecreta, & occulta incidunt in hunc modum detrahendi, & forſitan aliqui incauti confeſſarij, hoc faciunt, & non aduertunt, quod frangunt ſigillum confeſſionis, Quarto modo, inciditur in peccatum detractionis quando quis videt, vel conſiderat bonum factum à proximo ſuo, & iudicat illud eſſe factum (mala intentione) verbi gratia, videt Petrum viſitare pupillos, infirmos, & loca pia, Eccleſias, & oratoria, facere eleemoſynas, &c. Et iſta ſe, vel cū alijs dicit, putas ne, ꝙ iſte hęc, vel

Septuplicitet quis infamare poteſt proximum ſuum, quatuor modis directè, & tribus indirectè.

Detractor ſeptem modis denigrat famā proximi ſui, & quaſi ſemper peccat mortaliter.

ſimili faciat ex deuotione, vel ſanctitate? nequaquam facit hoc vt videatur ab hominibus, recepit enim mercedem ſuam. Iſte ſiue habeat hanc intentionem de proximo ſuo, ſiue non, hoc dicendo peccat mortaliter, ſimiliter peccat mortaliter, ſi tantum habeat intentionem hãc, quoniã iudicium ſuum eſt temerarium, vult enim eſſe ſcrutator cordium, ſi autem talem opinionem non habet, infamat proximum ſuum attribuendo illi falſum. Accedamus ad modum indirectè diffamandi proximos: quinto modo detrahit quis proximum ſuum, ſcilicet, cum negat bona opera proximi. v.g. ſi audit, quod iſte eſt iuſtus iudex, quia iuſtè adminiſtrat iuſtitiam, vel quod eſt realis in negotijs ſuis, quod eſt eleemoſinarius, &c. tamen ex mala conſcientia ſua, dicit hoc non eſſe verum, & oppoſitum facere, indirectè detrahit tacendo malitioſè, vt cum quæritur de bonitate, & ſufficientia alicuius, vt illi detur aliqua dignitas, vel officium, & iſte nouit multas bonas qualitates illius, ex quibus iudicaretur aptus & dignus illius dignitatis, vel officij de quo tractatur, nihilominus tacendo eſt in cauſa, quod ille non optineat quod optinere debebat, & patitur damnum illud. iſte vtique peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem, quia ad hoc manifeſtandum non tenebatur ex iuſtitia.

Ponentes libellos famoſos peccant mortaliter, & in vtroque foro acerbiſſime ſunt puniendi.

In hoc modo detrahendi incidit qui bonas qualitates in ſimili caſu (ore medio, vel clauſo) narrat qualitates bonas, ex quo oritur, quod non fuit electus melior, ſed minus dignus, & fortè indignus, vltimo loco committitur detractio per cantilenas, ſeu libellos famoſos. In hoc peccato cadit, qui componit cantilenam, vel ſonetum ſuper aliquo crimine alicuius, ſimiliter qui ſcribit ſchedulam continentem crimen falſum, vel occultum alicuius, & ponit in loco manifeſto, vt legatur ab eo qui inuenit illam, & diuulgetur delictum, iſti dicuntur libelli famoſi, & illorum auctores peccant mortaliter. & grauiter puniuntur ſecundum iura canonica, & ciuilia, & qui inuenerint illos, & ſtatim non combuſſerint, ſed diuulgant delictum eiſdem pœnis ſubijciuntur, & pro actoribus deputãtur. Hæc pro varietate ſerpentis detractionis dicta ſint deſcendamus modo ad malignitatem iſtius peccati.

Malignitas peccati detractionis, ex tribus cognoſcere poſſumus; Primo loquendo cum D. Antonino, ipſa detractio, eſt Deo odibilis, Secundo offendit detractorem, Tertio nocet proximo, & facit, quod ſit odibilis Deo. D. Paulus Rom. 1. hoc oſtendit dicendo, detractores Deo odibiles ſunt. Clarum eſt, quod nullus odio à Deo habetur niſi propter peccatum mortale, clarum eſt enim vt in ſequentibus videbimus, quod detractio eſt non ſolum peccatum mortale, ſed grauiſſimum (At his relictis pro nunc) videmus modo, qua de cauſa Deus habeat odio detractores, Deus illos odio habet, quia temerarij ſunt. Nam auferre volunt, id quod proprium eſt Dei, volunt iudicare occulta cordium interpretando qua intentione homo faciat hoc, vel illud: procurant manifeſtare ſecreta, quod pertinet ad finalem iudicij Dei, de his detractoribus lamentabatur Iob dicendo illis. Quare perſequimini me ſicut Deus, ſcilicet, condemnando vitam meam, & carnibus meis ſaturamini, quid eſt ſaturare carnibus? Reſpondet D. Gregorius in moralibus dicendo. Saturatur carnibus humanis, qui delectabiliter paſcitur detractionibus, & morſibus vitæ alienæ. In cuius propoſito, ſcriptum eſt in vitis patrum, quod quidam Pater Sanctus dixit, Malum maius eſſe comedere carnes animalium brutorum, & bibere vinum tempore ieiuniorum quam carnes hominum per detractionem, Secundo detractio nocet detractori, occidit enim animum detrahentis hoc enim habetur in tractatu de pœnit. d. p. c. Homicidiorum vbi dicitur, qui occidit, & detrahit homicida eſt, ille corporis, iſte animæ, detractio excecat hominem ex teſtimonio D. Gregorij dicentis. Nihil aliud faciunt detrahentes, niſi quod in puluere ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde plures detractiones perfluunt, inde minus de veritate videant. Nocet proprio ſubiecto detractio, quia ſi detractor non pœnitet, & ſatisfacit æternaliter cruciabitur, ſi pœnitet punitur tẽporaliter. Exemplum habemus de Maria Sorore Moyſi, quæ plena fuit lepra, quoniam murmurauit contra vxorem fratris ſui, vt habetur, numeri 13. tertio loco detractio nocet proximo in fama, quæ tenet primum locum in bonis externis, ex ſententia ſapientis prouerbiorum. 22. dicentis. Melior eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, & per maximè nociua eſt detractio, quæ irrogatur Prælatis, & Religioſis. In ſignum cuius ſcriptum eſt. Dijs non detrahes, id eſt ſacerdotibus ſiue Prælatis, qui tenent locum Dei in terra. Circa hoc diſcutant contionatores, quoniam materia eſt ampliſſima, & facilis ad praticandum.

Detractio Deo eſt odibilis nocet detractori, & lædit proximum.

Exemplum.

Nota.

Tertio loco videndum eſt cum quanta difficultate ſanabilis ſit infirmitas detractionis, venio igitur ad vltimum punctum dico enim, quod pauci ſanantur à peccato detractionis licet multi ſint vulnerati, oportet quod detractor reſtituat famam, quam abſtulit dicendo coram illis apud quos diffamauit proximum ſuum, ego falſum dixi, dum de tali murmuraui (ſi tamen falſum dixit) ſi manifeſtauit occultum crimen non ſeruato ordine dicere debet, Iniuſtè talem diffamaui, ſed quia homines, ex confuſione non inueniunt viam faciendi reſtitutionem hanc. Infirmitas illorum inſanabilis reputatur. Ratio quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, ſimiliter detractor ad reſtitutionem damni dati tenetur, ex ſua lingua, ſed quia detractores hoc non quærunt, manent in morte. Hæc ſint pro caſu iſto nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ illius.

Obſeruãt cõcionatores.

Oſtẽditur difficultas reſtituendi famã, & modum reſtituendi illã.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento dicit ex Doctoris Angelici doctrina, quod vtique occultum, & manifeſtum ſunt circunſtantiæ non conſtituentes

ſtituentes

Oculum eſt ratio formalis per quam detractio diſtinguitur à contumelia.

ſtituentes ſpecies peccati, niſi in voluntarijs commutationibus ad quas reducuntur omnia nocumenta proximo illata, verbo, vel facto, ex quibus dicitur ad argumentum, quod occultum, & manifeſtum diuerſificat rationem peccati, quia alia eſt ratio inuoluntarij per violentiam, & alia per ignorantiam, vt patet de furto, & rapina, vtrumque enim inuoluntarium eſt ex parte patientis, quia per vtrumque priuatur re ſua, tamen ſub alia ratione eſt inuoluntarium furtum, & ſub alia rapina. In furto homo patitur inuoluntarium per ignorantiam. In rapina per vim. Hoc idem accidit in detractione, ille contra quem operatur detractor patitur inuoluntarium per ignorantiam, quia denigratur eius fama (eo nō ſciente) at in contumelia per vim patitur in honorem, quia in facie eius tollitur ei. Reſpondetur, ergo formaliter ad argumentum dicendo, quod licet occultum, & manifeſtum abſolutè non variant ſpeciem, vt patet de eo qui mentitur occultè, vel manifeſtè, tamen quando per hæc variatur ratio inuoluntarij, ſpecies ſubinde variantur, quia diuerſitas hæc ſe tenet ex parte obiecti formalis proximi, propterea occultum ponitur in diffinitione detractionis tanquam differentia intrinſica, per quam formaliter diſtinguitur à contumelia. Ex his ad confirmationem reſpondet Theologus dicendo, quod verba detractionis dicuntur occulta, non ſimpliciter, ſed per comparationem ad eum de quo verba illa dicuntur, ſed quia illo abſente, & neſciente dicuntur, & hoc dicitur ad differentiam contumeliæ, contumelia enim in facie contra hominem fit, detractio autem non, ex quibus infert Doctor Sanctus, quando quis malè loquitur de aliquo coram multis eo abſcente detractio eſt, ſi fit etiam ipſo ſolo præſente contumelia eſt, ſimiliter ſi vni ſoli malum dicatur de proximo abſente detractio eſt, ex quibus conſtat, quod differentia inter detractionem, & contumeliam non conſiſtit in hoc, quod coram pluribus, vel paucioribus fiat, ſed in hoc, quod contumelia fit coram contumeliato, & detractio in occulto ab eo de qno fit ſermo.

Nihil refert ſi detractio fit corā vno, vel coram multis. quo adeſſe, bene quo ad grauitatem.

Contra hanc reſponſionem Lector format ſecundum argumentum dicendo, ille detrahit qui aliquid ſubtrahit, ſed quandoque denigratur fama, etiam ſi nihil ſubtrahatur de veritate, ergo non omnis denigratio famæ eſt detractio. Maior propoſitio certa eſt de ſe. Minor probatur, quando aliquis vera crimina alicuius pandit, & manifeſtat, nihil ſubtrahit de veritate, & tamen denigratur fama eius, ergo non omnis denigratio per verba eſt detractio.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, cum D. Thom. quod diminutio famæ, fit dupliciter, directè, & indirectè, quatuor modis directè, & tribus indirectè prout oſtendimus modo ex mente Doctoris Angelici cum D. Antonino.

Difficultas.

Circa quartum modum detrahendi ibi aſſignatum, Illuſtriſſimus Dominus Caietanus mouet vnam difficultatem, non videtur firma doctrina D. Thom. inquit ibi, ſcilicet, in loco ſupracitato, dicit D. Thom. quod ille detrahit qui dicit quod id quod eſt bonum ſit factum mala intentione, tunc (inquit Caietanus Illuſtriſſimus) eſt iudicium temerarium, quia talis præſumit iudicare occulta cordis operantis bonum, & augetur difficultas, quia iſte qui dicit, quod tale bonum eſt factum mala intentione, non minuit de fama eius, qui hoc illud fecit, qnoniam audientes illum, ſciūt quod iſte non plus videt intentionem proximi, ergo ipſi audientes, cum Deus ſolus ſit ſcrutator cordium.

Difficultatis ſolutio.

Lector Theologus vnà cum ipſomet Illuſtriſſimo Domino Caietano hanc difficultatem diluit quo ad vtramque partem, quoad primam dicit non eſſe inconueniens vnum vitium eſſe materiam alterius vitij, propterea verba illa eſſe poſſunt temeraria, & detractoria ſimul, temeraria, quia veniūt à iudicio temerario, detractoria, quia ſunt dicta cum intentione detrahendi, itaque in hoc facto committitur duplex peccatum mortale ſimul, primum iudicij temerarij, ſecundum detractionis, hæc pro prima parte difficultatis propoſitæ. nunc ad ſecundā, quo ad ſecūdam partem difficultatis dicitur, quod eſt per accidens reſpectu detractoris, quod audientes verbis illius non credant, nec eis adhibeatur fides, ſimiliter negatur, quod quiſque noſcat ita perfectè ſe ſcire intentionem operantis bonum illud, ſicut & ille qui loquitur de quo præſumi poſſit, quod dicat hoc ex aliqua partiali notitia facti. Iſte vltra hoc, quod dupliciter peccat mortaliter, tenetur ad reſtitutionē famæ illius, & dicere illis apud quos detraxit proximo famam, ego temetè iudicaui, & dixi, qnod neſciebam, & arbitror, quod hoc quod fecit egit bona intentione. Si tamen perſona talis eſſet cui non crederetur, & pro detractore in illo facto haberetur, ſatis eſt, quod pœniteat, bonum de proximo læſo dicat, nec ad aliam reſtitutionem tenetur, hæc dicta ſint pro caſu iſto, & difficultatibus occurrentibus.

Aliquando reperitur in eodem actu iudicium temerarium, & detractio.

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu intelligit diſputare de qualitate peccati detractionis cum dubijs annexis caſui ipſi.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum detractio ſit peccatum mortale?

In caſu ergo iſto ſecundo quærit Lector ſi detractio ſit peccatum mortale, & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Argumentatur ſic. Inquit Apoſtolus Rom. 1. detractores Deo odibiles, hoc ſtante pro fundamento formatur argumentum. Illud eſt peccatum mortale, quo homo odibilis fit Deo, ſed per detractionem homo odibilis fit Deo, ergo detractio eſt peccatum mor-

tale, hoc confirmat gloſſa in verbis illis D. Pauli, detractores Deo odibiles, inquit Apoſtolus, quod detractores odibiles ſunt Deo, ne leue peccatum putetur detractio, propter hoc quod conſiſtit in verbis.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua Argumentatur ſic. Nullus actus virtutis eſt peccatum mortale, ſed reuelare peccatum occultum eſt detractio ex iam dictis, ergo detractio non eſt peccatum mortale cum ſit actus virtutis, qui eſt reuelare peccatum proximi, vt corrigatur, & emendetur.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo proponit dubia, & reſoluit illa vt doctrina ſit clarior, Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuæ, quo ad primam, concluſiones ordinatim proponuntur.

Detractio per ſe eſt peccatũ mortale: vbi non adeſt intentio denigrandi famã formaliter nõ eſt detractio.

Concluſio prima, Detractio per ſe loquendo eſt peccatum mortale, veritas huius concluſionis habetur ex D. Paulo, & gloſſa in argumento adducto pro parte affirmatiua caſus, & probatur ſic, Detractio ſecundum ſuam naturam ordinatur ad denigrationem famæ alicuius abſentis, ſed auferre famam alicui graue peccatum, & mortale eſt, ergo detractio, quæ eſt denigratio famæ mortale peccatum eſt. Maior propoſitio eſt clara. Minor probatur authoritate Eccleſiaſtici 41. vbi dicit ſapiens, Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille magni theſauri, & precioſi, ex quibus infert Angelicus Doctor, quod detractio per ſe loquendo eſt peccatum mortale. Confirmatur concluſio iſta alia ratione. Illud dicitur peccatum mortale quod eſt contra charitatem proximi in re magni momenti, ſcilicet, contra famam, & pacem, ergo de genere ſuo detractio ipſa eſt peccatum mortale.

Concluſio ſecunda, Si aliquis verba per quæ fama alterius diminuitur dixerit propter aliquod bonum neceſſarium, adhibitis debitis circunſtantijs non peccat, & talis manifeſtatio occultorum non dicitur detractio per ſe, ſed quaſi per accidens. Nam de intrinſica ratione detractionis eſt intentio denigrandi famam: ergo vbi non eſt talis intentio formaliter non eſt denigratio famæ, & per conſequens actio illa non eſt detractio formaliter, poteſt tamen eſſe detractio materialiter, ſed hoc non ſufficit ad conſtituendum peccatum mortale.

Verba detractoria ex animi leuitate dicta nõ eſt peccatum mortale niſi in materia de honeſtate vitæ, &c.

Concluſio tertia. Si quis verba dixerit per quæ fama alterius diminuitur ex animi leuitate, vel non propter cauſam neceſſariam, non peccat mortaliter, bene autem venialiter, niſi verbum quod dicitur ſit adeo graue, quod notabiliter famam alterius lędat, & præcipuè in his quæ pertinent ad honeſtatem vitæ. Probatur hæc ſecunda pars concluſionis, (prima enim non indiget probatione) quia hoc ex ipſo genere verborum habet rationem peccati mortalis. Nam ſi aliquis diceret alicui religioſo tu es ſine religione, & ſcandaloſus, vel diceret mulieri honeſtæ, tu es meretrix, & infamis, licet hoc diceret ex leuitate animi, vel iocando, peccaret mortaliter, quia verbũ prolatum eſt nimis graue, & per maximè offendit proximum, & infert ſcandalum audientibus, vnde Dominus Caietanus Illuſtriſſimus, pro maiori intelligentia iſtorum dicit, quod quando Doctor Sanctus affirmat, quod dicere verba detractoria contingit dupliciter, ſcilicet, formaliter, & materialiter, & quod detrahere formaliter ex ſuo genere peccatum mortale eſt, quia tollit famam de ſe, detrahere materialiter ſi maximum nocumentum infert famæ etiam mortale eſt ratione nocumenti, ſi nocumentum eſt paruum veniale peccatum eſt, mortale enim peccatum in detractione materialiter ſumpta accidit in grauibus, præcipuè in verbis detractorijs circa honeſtatem vitæ, quia huiuſmodi verba ex ſuo genere ſunt ablatiua famæ tanquam ſi dicere vellet Sanctus Doctor, quod inter detrahere materialiter in alijs materijs, & in materia honeſtatis, hæc eſt differentia, quod in alijs materijs rarò accidit notabilis læſio famæ, in materia honeſtatis ſæpè, quia detractio illa ex ſuo genere rationem infamatiui habet, & per conſequens habet rationem peccati mortalis, ratio elijcitur à D. Gregorio dicente, peccata carnis ſunt minoris culpæ, & maioris infamiæ his declaratis pro caſu, vt magis percipiatur veritas concluſionum, proponenda ſunt dubia.

Caſus tertius de grauitate peccati detractionis, & audientis detractionem.

PRo complemento huius diſputationis, tractandum eſt de grauitate detractionis peccati in ordine ad alia peccata, & qualiter peccat audiens detractorem.

In caſu ergo iſto quærit Lector, vtrum detractio ſit grauius peccatum omnibus alijs peccatis, quæ in proximum committuntur.

In dubio inueſtigat. Si audiens, & tollerans detrahentem grauiter peccat.

In caſu quærit Lector vtrum detractio ſit grauius peccatum omnibus alijs peccatis quæ in proximum committuntur. Et pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua deſumit argumentum ex D. Auguſtino in illo verſiculo Pſal. 108. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, quo in loco dicit ipſe, plus nocent in membris detrahentes Chriſto, quia animas credentium interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt, ex quo loco formatur ſic argumentum. Grauius eſt occidere animas, quam occidere corpus, ſed homicidium eſt grauius inter cætera peccata, quæ committuntur in proximum, ergo detractio ſimpliciter inter omnia peccata in proximum eſt grauius. Maior propoſitio de ſe patet, & habetur ex Euangelio in quo dicit Dominus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. ſed timete eum qui poſtquam occiderit corpus, habet poteſtatem mittere in ignem æternum. Minor eſt

certiſſi-

certiſſima Concluſio ſequitur ex præmiſſis,& deſumpta eſt à D.Auguſtino,ergo detractio eſt grauiſſimum peccatorum,

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale argumentum, grauius eſt peccare facto, quam verbo, ſed detractio eſt peccatum verbi. Homicidium,adulterium, furtum, &c. ſunt peccata facti, ergo detractio non eſt grauius peccatum,cæteris peccatis quæ ſunt in proximum.

Deciſio caſus pro vtraque parte.

LEctor Theologus facto vno fundamento, tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, ſecundo proponit dubium, & ſoluit illud, Tertio ſoluit argumentum, quo ad primum dicit, quod Angelicus Doctor pro iſtius caſus ſolutione dicit, quod peccata quæ committuntur in proximum per ſe, ſunt penſanda præcipuè ſecundum nocumenta quæ proximo inferunt,quia ex hoc habent rationem culpæ (hoc ſuppoſito ſundamento) ponuntur concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Maximũ peccatum contra proximũ eſt homicidium, ſecundũ adulterium, tertiũ contra famã, quartum contra bona externa.

Concluſio prima. Maximum inter peccata contra proximum eſt homicidium, dim iſa pro nunc infidelitate,deſperatione, odio blaſphemia, & ſimilia, quoniam non loquimur de peccatis, cuius obiectum eſt Deus,ſed de illis cuius obiectum eſt proximus.In ordine igitur ad proximum ponitur concluſio iſta, ſcilicet, maximum peccatum inter peccata contra proprium,eſt homicidium. Concluſio iſta probatur ſic. Ratio formalis vnde peccatum, quod contra proximum committitur, ſumitur ex nocumento illato, quia magis opponitur charitati, ſed nocumentum maius in proximum eſt homicidium,ergo inter hæc peccata homicidium eſt ſupremum. Maior propoſitio habetur ex fundamento facto à D.Thom. Minor probatur ſic. Bonum humanum eſt triplex, primum, eſt bonum animæ,ſecundum,eſt bonum corporis, tertium, eſt bonum exteriorum. Bonum animæ inter hæc bona præſtantiſſimum locum tenet,ſed tale bonum non poteſt tolli ab aliquo (eo inuicto)licet poſſit occaſionem dare,quod fit dum occaſio illi præſentatur peccandi, vel ſuadendum ad malum, bonum enim animæ eſt gratia per quam viuit anima, quæ gratia per ſolum conſenſum in mortale admittitur,in quo conſenſu nemo poteſt alterum cogere,ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, (& bene vtique) ſcilicet, quod incitantes hominem ad peccandum, magis illum vocent ex parte obiecti, quam ſi tentarent eum occidere, dicit enim & ideo quamuis alterum in peccatum inducere, maiorem per ſe ferat ex obiecto grauitatem, quam ſi illum occideres, tamen quia talis inductio non eſt coactio, non tam enormiter peccas,quam ſi occideres. Reſtant alia duo bonorum genera, ſcilicet, corporis, & exteriorum bonorum. Iſta duo poſſunt eripi inuicto Domino. Maius autem iſtorum duorum bonorum eſt bonum corporis, ſcilicet, vita, quæ eſt fundamentum omnium aliorum,ſic igitur homicidium in ſuo genere, eſt crimen attrociſſimum, quod in homine committitur,inter alia omnia crimina, per quod tollitur vita proximi iam in actu exiſtenti,poſt homicidium eſt adulterium, quod eſt contra debitum humanæ generationis per quam homo habet introitum ad vitam. Bona autem externa ordinãtur ad vitam, inter quæ bona, fama tenet primum locum, & ſic detractio per quam tollitur bona fama grauius peccatum eſt quam alia, quæ ſunt circa bona externa. Ratione confirmatur concluſio iſta ſic. Illud eſt grauius peccatum quod grauius à Deo punitur,ſed homicidium grauius punitur à Deo quam detractio, ergo homicidium eſt grauiſſimum peccatum contra proximum etiam in ordine ad detractionem. Maior propoſitio habetur ex diuina ſcriptura,ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus. Minor probatur etiam ab effectu, ex diuina ſcriptura, Deus maximè puniuit Caim pro fratricidio, faciendum illum profugum, & vagum ſuper terram. Non autem ſic acerbè puniuit Deus Mariam ſororem Moyſi propter detractionem, ſed tantum lepra illam afflixit, ergo homicidium, eſt grauius peccatum detractione.

Detractio ſecundũ genus ſuum maius peccatum eſt quam furtũ, minus autem quam homicidiũ, & adulterium.

Concluſio ſecunda, Detractio ſecundum genus ſuum eſt maius peccatum quam furtum, minus autem quam adulterium. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem, primo quo ad primam ſic. Fama eſt egregius bonum, in ordine ad bona exteriora, ergo detractio, quę eſt contra famam eſt maius malum,quam furtum, quod contra exteriorem ſubſtantiam eſt, hoc enim corroborat ſapiens Prouerb. 22. dicendo. Melius eſt nomen bonum quam diuitię multę, quo ad ſecundam partem probatur ſic concluſio iſta. Fama eſt inferius bonum,quam vita, homicidium, & adulterium ſunt contra vitam, quia per homicidium tollitur vita & per adulterium,vita in futura prole lęditur,ergo, nam per ſe loquendo filius qui eſt ex incerto Patre,educari commodè nequit,ſimile, ſimplex fornicatio, eadem ratione grauis peccatum eſt ipſo furto, ſimiliter contumelia, & detractio pręcedunt furtum in grauitate(non ſimpliciter)ſed in ſuo ordine,ex his ergo concluſio eſt certa, ſcilicet, quod detractio ſit grauius peccatum quam furtum, & minus quam homicidium, & adulterium.

Per accidens detractio grauior eſſe poteſt homicidio, & furto, per ſe econuerſo.

Concluſio tertia, per accidens ordo iſte peccatorum poteſt mutari,propter circunſtantias aggrauantes, vel diminuentes, quę grauitas, vel diminutio,ſe tenet ex parte peccantis,& obiecti. Nam qui deliberatè malè operatur,grauius peccat quá qui peccat ex ignorantia,vel ex fragilitate, ſimiliter,qui contra Deum dicit verbum, magis peccat, quam qui illudmet verbum profert contra proximum, formaliter tamen loquendo,per ſe maius eſt peccatum facti,quam verbi,& ex obiecto maius peccatum eſt detractio, quam contumelia, cum maius bonum ſit fama, contra quam eſt detractio, quam honor,contra quem eſt contumelia. His pro caſu dictis, dubium eſt proponendum.

Du-

Dubium.

IN dubio præſenti quærit Lector, Si audiens etiam tollerans detractorem grauiter peccet. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, deſumpta ex D. Hieronimo in epiſtola ad Epaſianum. t. t. quo in loco dicit. Caue ne linguam, aut aures habeas prurientes, aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes, ergo homo grauiter peccat tollerans detrahentes, quod confirmat D. Auguſtinus verbis, & ſcripto. Nam pater iſte dicere ſolebat, immo ſcribere fecit loco ſuperiori ſuæ menſæ, ſcilicet, qui dictis cupit abſentum rodere vitam, nouerit menſam hanc indignam eſſe ſibi. Confirmatur etiam hoc, ab effectu. Nam Sedechias Rex captiuus ductus fuit, & excecatus, quia tollerauit detractores contra Hieremiam Prophetam, prout habetur. Hieremiæ 39. Et Ioſue, & Caleb, quia reſtiterunt detractoribus terræ promiſſionis laudantur à Domino. numeri 14.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Non magis quis tenetur alteri, quam ſibi ipſi. Sed laudabile eſt ſi patienter homo ſuos detractores tollerat, ergo laudabile erit ſi detractoribus aliorum non reſiſtat. Maior propoſitio patet, quia non tenemur magis diligere proximum noſtrum quam nos. Minor probatur inquit D. Gregorius ſuper Ezechielem 9. Lingua detrahentium, ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant per ſuam malitiã, excitatas debemus æquanimiter tollerare, vt nobis meritum creſcat, ergo audiens detractores illoſque tollerans non grauiter peccat.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo ponit aliquas diſtinctiones, Secundo ſatisfacit quæſito ſex concluſionibus, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, diſtinctionem hanc ponit Angelicus Doctor ex Apoſtolo Rom. 1. quo in loco dicit Apoſtolus. Digni ſunt morte, non ſolum qui peccata faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus peccata. Ex hoc fundamento elicitur diſtinctio talis. Conſentire peccatoribus ſtat dupliciter, vno modo directè, alio modo indirectè. Conſentit directè quis peccatoribus, quando inducit illos ad peccandum, vel ei placet peccatum illud, indirectè conſentit peccatoribus peccata facientibus, quando, ſcilicet, non reſiſtit. Reſiſtere etiam contingit dupliciter, ſcilicet poſſibiliter, vel non poſſibiliter, ſi poteſt reſiſtere, hoc etiam dupliciter conſideratur, vel ad reſiſtendum tenetur, vel non, vel non reſiſtit, quia ei placet peccatum, vel hoc facit propter aliquem humanum timorem. His diſtinctionibus ſtantibus concluſiones reſponſiuæ ponuntur.

Inducens ad detrahendũ, & qui delectatur in detractione peccat mortaliter, & ad reſtitutionem famæ proximi tenetur.

Concluſio prima. Non ſolum qui inducit aliquem ad detrahendum, ſed etiam qui inuitat aliquomodo detractorem, vel libenter audit detractiones, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem, & tenetur ad reſtitutionem famæ. Concluſio iſta probatur ex D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. vbi dicit, quod qui cauſa erit iniuſtæ acceptionis peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. At qui inuitat ad detrahendum, vel aliquo modo fauet detractori eſt concauſa talis iniuſtæ acceptionis famæ, ergo peccat mortaliter, & ad reſtitutionem famæ tenetur. Minor probatur, quod autem qui inducit ad detrahendum peccet mortaliter, nulli dubium eſt, immo ex ſententia Doctoris Angelici magis peccat, quam detractor ipſe. Cum peccatum grauius ſit motoris quam moti, ſimiliter, qui delectatur in auditione detractionis contra aliquam perſonam factæ, ſi hoc ex odio procedit, grauius peccat aliquando, quam detractor ipſe, hoc totum manifeſtat Doctor Sanctus dicendo. Si quis inducit aliquem ad detrahendum, vel ſaltem placeat ei detractio propter illius odium cui detrahitur, non minus peccat quam detrahẽs, & quandoq; magis. In confirmationẽ huius veritatis adducit D. Bernardum lib. 2. de conſideratione ad Eugenium, quo in loco dicit, detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facile dixerim, ergo grauiter peccat.

Quod audit, & complacet ĩ detractione peccat mortaliter qui nõ delectatur ſi non expelli detractorem peccat venialiter.

Concluſio ſecunda. Qui non inducit alterum ad detrahendum, neque auget animum detractoris, ſed tantum gaudet, & complacet in detractione peccat mortaliter, contra charitatem, non contra iuſtitiam, & per conſequens non tenetur ad reſtitutionem. Probatur prima pars, quia gaudet de malo proximi, quod eſt contra charitatem, & talis poteſt eſſe complacentia, & delectatio, qua peccaret mortaliter. Secunda pars etiam eſt manifeſta, quia nihil à proximo aufert, ſed tantum gaudet de malo eius.

Concluſio tertia. Perſona particularis, quæ non delectatur in auditione detractionis minus peccat, quam detrahens, & vt in pluribus peccat venialiter tollerando detractorem. Hanc concluſionem declarat Doctor Sanctus dicendo. Si vero nõ placet peccatum detractionis, ſed ex timore, vel negligentia, aut ex quadam verecundia omittat depellere detractorem, peccat quidem, ſed multo minus, quam detrahens, & plerumque venialiter.

Pro maiori declaratione doctrinæ huius inquit Magiſter Dominicus à Soto. Priuata perſona (rigore iuſtitiæ) non tenetur malum proximi cauere, ſed tantum ex charitate, ſcilicet, ſi abſque ſui detrimento poteſt, vnde per ſe talis non agit contra charitatem ſi non liberat proximum à detractore, motus ex aliqua cauſa à D. Thom. adducta, tamen de raro fugit peccatum veniale. Nam vbicunque incidit detractio poteſt quiſque ſuauiter detrahenti occurrere, vt ceſſet à murmuratione, ſeu detractione, vel moderatius loquatur. Si tamen detractor ipſe adeo in vrbanus eſſet, & intentabilis, vt periculum ab illo immineret, tunc excuſaretur à veniali iſte, ſi contra ſuam voluntatem eum pro minori malo tolleratet. Addit tamen Doctor Sanctus, & dicit, quod verecundia excuſare poteſt à mortali, & hoc accidit, quando qui detrahit Illu-

ſtriſſi-

Digitized by Google

ſtiſſimus eſt, audiens autem eſt famulus eius, vel alia abiecta perſona, qui apperire os non audet coram detractore illo.

Prælatus, & quilibet ſuperius tollerãs detractorem peccat mortaliter cõtra iuſtitiã, & charitatem.

Concluſio quarta, Si detractio fit coram eo qui ex officio tenetur corrigere detractorem. Puta ſi ſeruus detrahit coram Domino ſuo aliquam perſonam, vel ſubditus coram ſuo Prælato, vel filij, vel famuli coram Patre familias detrahunt aliquem. Si iſte Prælatus, vel ſuperior non reſiſtit detractori, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem. Probatur concluſio iſta. Prælatus ex officio ſuo, ſimiliter alius ſuperior, tenetur ex officio, per conſequens ex iuſtitia, & charitate promouere bonũ ſpirituale ſubditorum, vt familia ſua ſit virtuoſa, propterea tenetur ſubditos ſuos corrigere, & emendare, ergo ſi non facit id ad quod tenetur peccat mortaliter, contra iuſtitiam ergo ſubditos, & contra charitatem ergo illos qui detrahuntur, ex his concluſionibus ductus Lector format vnum quæſitum, quod tale eſt.

Quæſitum.

QVærũ ſi Prælatus, vel ſuperior peccat non reſiſtendo ſubdito detrahenti, & infamanti aliam perſonam non ſubditam, ſed extraneam, ita vt teneatur ad reſtitutionem faciendam ipſi extraneo detracto, ex vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Iſte Prælatus, vel ſuperior peccat contra iuſtitiam, non corrigendo ſubditum ſuum detrahentem, vt dictum eſt modo, ergo ad reſtitutionem faciendam tenetur, ſed talis reſtitutio non poteſt fieri niſi diffamato, ergo ex iuſtitia reſtitutio facienda eſt illi. Confirmatur hoc. Si Princeps ſæcularis non reſiſtat furanti, & expollianti non ſubditorũ, tenetur ad reſtitutionem, ergo eadem ratione Prælatus, & caput familiæ, tenebitur ad reſtitutionem famæ ablatæ à ſubdito ſuo ei à quo fuit ablata.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, in tantum Prælatus, & ſuperior tenetur reſtituere famam ablatam, inquantum tenetur promouere ſubditũ ex iuſtitia ad bonã ſpiritualia ad quod per maximè neceſſaria eſt fama, ergo non peccat contra iuſtitiam.

Quæſiti deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc quæſitum duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Prælatus non reſiſtens ſubdito detrahẽti extraneum licet mortaliter peccat ad reſtitutionem non tenetur.

Concluſio quinta, Prælatus, vel ſuperior non reſiſtens ſubdito detrahenti extraneum peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem. Concluſio iſta quo ad ſecundam partem probata manet ex ratione adducta pro parte negatiua quæſiti. Nam vt dictum eſt, in tantus Prælatus ac ſuperior tenetur reſtituere famam ablatam inquantum tenetur promouere ſubditum (ex iuſtitia) ad bonũ ſpirituale ad quod per maximè neceſſaria eſt fama, cum ſine illa nemo poteſt eſſe bonus Prælatus, & non tenetur procurare bonum ſpirituale circa non ſibi ſubditũ, ergo ex iuſtitia illi non tenetur aliquid reſtituere per ſe, per accidens autem ſic, quia tenetur corrigere ſubditum, & cogere illum ad reſtituendam famam ab illo ablatam, aliter, peccaret mortaliter non corrigens ſubditum in re graui. His declaratis ſatisfaciendum eſt rationibus adductis pro parte affirmatiua quæſiti.

Reſponſio ad rationes.

Rationis reſponſio.

THeologus rationi in oppoſitum adductæ dicit, quod Prælatus, vel ſuperior iſte, non peccat contra iuſtitiam in ordine ad non ſibi ſubditum, propterea non tenetur ex iuſtitia aliquid ſibi reſtituere. Iſte ſuperior tamen peccat mortaliter contra iuſtitiam in ordine ad ſubditum ſuum, vnde ex iuſtitia tenetur illum corrigere, & compellere, vt ſatisfaciat, reſtituendo famam non ſibi ſubdito. Hoc idem ſeruare debet Prælatus, vel ſuperior quando ad eius notitiam venit, quod talis ſubditus detraxit proximo ſuo, ſi ipſe (non fuit præſens) vt anima ſubditi ſaluetur, eodem modo reſpondemus ad confirmationem dicendo, quod Princeps ille tenetur ex iuſtitia compellere ſubditum ſuum delinquentem ad reſtituendã omnia detrimenta data non ſubdito, non ex obligatione iuſtitiæ in ordine ad non ſubditum, ſed in ordine ad ſubditum.

Prælatus tenetur defendere famam ſubditi aliter peccat mortaliter cõtra iuſtitiam.

Vltima concluſio. Prælatus ille cuius ſubditus infamatus eſt, ſi non reſiſtit infamanti, & detrahenti peccat mortaliter contra iuſtitiam, & ad reſtitutionem faciendam infamato tenetur. Concluſio iſta ſic probatur. Ille qui ex iuſtitia obedire tenetur, ſi non obediat tempore neceſſitatis peccat mortaliter contra iuſtitiam, & per conſequens ad reſtitutionem tenetur. Maior propoſitio eſt nota per ſe. Minor probatur, Prælatus, & ſuperior ex iuſtitia tenetur procurare omnia neceſſaria ſubditorum ad virtutem, ſed fama eſt maximè neceſſaria ad virtutem in ſubditis, vt ſint virtuoſi, ergo Prælatus in hoc deficiens peccat mortaliter contra iuſtitiam.

Impugnatio.

Contra hoc inſurgit Argumentator dicendo. Prælatus tenetur tantum procurare ſalutem ſpiritualem ſubditorum ſuorum, ſed fama non eſt bonum ſpirituale, cum D. Thom. illam enumerat inter bona corporalia, ergo Prælatus non tenetur procurare illam ſubditis ſuis ex iuſtitia.

Confirmatur hoc Prælati tantum tenentur procurare quod ſubditi non peccant, & quod ſtudioſè viuant, ſed qui infamatus eſt non peccat, benè peccat qui infamat, ergo Prælatus non tenetur procurare famam ſubditis ſuis, Secundo confirmatur aliquando bonum eſt, quod infamatus non reſiſtat detrahenti, ſed Prælatus tenetur procurare bonum ſubditorum, ergo in tali caſu non tenetur reſiſtere detrahendi.

Impugnationis dilutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod Prælatus non ſolum tenetur procurare bonum ſubditorum ſpirituale, ſed omnia bona

tempo-

Digitized by Google

Prælatus tenetur procurare bonum ſpirituale, & tẽporale ablatum à ſubdito media detractione.

temporalia neceſſaria ad bonum ſpirituale, cum igitur fama ſit præcipuum bonum ad ſpiritualia neceſſariũ, propterea Prælatus debet illam procurare, vt ſtudioſè viuere poſſint, per quod patet reſponſio impugnationi, & primæ confirmationi. Ad ſecundam confirmationem negamus conſequentiam, & rationem negationis aſſignamus dicendo, quod ſubditus poteſt cedere iuri ſuo tempore neceſſitatis, Prælatus autem non poteſt cedere ſubditorum iuri. Accidere poteſt caſus, quod ſubditus benè faciat, non reſiſtendo detrahenti, in quo caſu Prælatus peccaret tollerando infamatorem ſui ſubditi. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod quando quis in facie dicit aliquid contra proximum, non detrahit illum, ſed illi infert contumeliam, quando autem ad aures patientis peruenиũt detractiones factæ cõtra ſe, poteſt illas remittere, niſi veniant in damnum proximi ſui, in quo caſu comendabitur eius pacientia, non tamen eſt ſui arbitrij, vt patiatur detrimentum famæ ſubditi ſui, propterea peccat tollerando infamias ſubditorum, non enim ſumus domini famæ aliorum.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator, & format ſecundam inſtantiam dicendo, oppoſitum videtur ex Eccleſiaſt. 4. quo in loco dicit ſapiens. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, ſed aliquando detrahens dicit verba veritatis, ergo non licet illi contradicere, & per conſequens in tali caſu non peccat homo tollerando detractionem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet dicendo, quod detractori debemus reſiſtere, non arguendo de falſitate (ſi verum dicit) ſed de loquacitate, quia abſque neceſſitate reuelat occulta, vel per faciei triſtitiam oſtendere debet, quod detractio illa ſibi diſplicet.

Inſtantia 3.

Inſtat de nouo Argumentator dicendo. Nullus debet impedire id quod eſt de vtilitate aliorum, ſed detractio frequenter eſt in vtilitate aliorum, ergo aliquis non debet impedire detractorem. Maior propoſitio de ſe eſt manifeſta. Minor autem probatur. Dicit Papa Pius. diſt. 6. q. 1. c. Oues paſtorem, hæc verba. Nonnunquam detractio aduerſus bonos concitatur, vt quos, vel adulatio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliat, ergo aliquando detractio eſt in vtilitatem aliorum.

Inſtant. ſolutio.

Huic argumento dicit Theologus, quod vtilitas quæ prouenit ex detractione non venit ex intentione detrahentis, ſed ex Dei ordinatione, qui ex quolibet malo elicit bonum. Ex quibus concludit Doctor Sãctus & dicit eſſe detractoribus, reſiſtendum, ſicut raptoribus, vel oppreſſoribus aliorum, quamuis oppreſſis, & ſpoliatis, per pacientiam meritum creſcat. Hæc ſit, quod dubio iſto. Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta pro parte affirmatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Detractio cõtra Chriſtum maius peccatum eſt quam homicidium, quia ſimul detractio eſt, & blaſphemia.

THeologus primo argumento pro parte affirmatiua caſus adducti ſatisfacit dicendo, quod illi qui detrahebant Chriſto, dupliciter peccabant, Primo peccato detractionis, Secundo peccato blaſphemiæ. Rationem aſſignat, quia detrahendo Chriſto (quantum ſit ex ſe) impediebant fidem membrorum eius, & per conſequens derogabant eius diuinitati cui fides innititur (inquit Doctor Sanctus) talis non eſt ſimplex detractio, ſed blaſphemia, & quia blaſphemia grauius peccatum eſt quã homicidium, dicit D. Auguſtinus. Plus nocent in membris detrahentes Chriſto, quia animas credentium interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam præmerunt. Ratio omnium iſtorum eſt, quia verbum ſumpſit vitam illam ad confirmandam fidem noſtram. Cum iuſtus ex fide viuat.

Argumentum ſecundum.

Lector inſurgit, & format argumentum in ordine ad contumeliam, & adulterium dicendo. Contumelia eſt maius peccatum, quam adulterium, ergo & detractio eſt maius peccatum quã adulterium, ergo detractio eſt maius peccatum omnibus peccatis quæ in proximum committuntur. Prima conſequentia probatur ſic, Contumeliã homo poteſt reppellere, quia fit in facie, detractio reppelli non poteſt, cum lateat, & fiat in occulto, ergo detractio maius peccatum eſt quam contumelia. Antecedens probatur, ſcilicet, quod contumelia, ſit maius peccatum quam adulterium ſic. Adulterium vnit duos in vnam carnem contumelia vnita in multa diuidit, ergo contumelia eſt maius peccatum quam adulterium, & per conſequens detractio, eſt maius peccatum ipſo adulterio, cum ſit grauius peccatum quam contumelia. Adulterium autem computatur inter magna peccata in proximum, ergo detractio eſt maius omnibus.

Argumenti ſolutio.

Homicidium maius peccatum eſt quam cõtumelia, cõtumelia maius peccatum eſt quam ipſa detractio, per ſe, hãc occaſionaliter oppoſito modo ſcilicet.

Huius argumenti Theologus negat conſequentiam, ſcilicet, quod detractio ſit maius peccatum quam contumelia, ſimiliter quod contumelia ſit maius peccatum ipſo adulterio, & reddit rationem Doctor Sanctus dicendo, maius peccatum eſſe contumeliam detractione, quia contumelia in ſe includit maius contemptum proximi, in quo ſenſu rapina maius peccatum eſt quam furtum, ſimiliter adulterium eſt maius peccatum, quam contumelia, quia grauitas adulterij penſatur non ex coniunctione corporum, ſed ex de ordinatione generationis humanæ. Vlterius, contumelioſus non cauſat inimicitias, per ſe, ſed occaſionaliter tantum diuidit vnitos, inquantum publicat mala proximi ſui, ex qua occaſione, aliqui ſeparantur ab amicitia oppreſſi, non coactè, ſed liberè, & in hoc ſenſu detractor occaſionaliter eſt homicida, inquantum eſt cauſa, vel occaſio alteri per ſua verba, vt proximum ſuum odiat, vel contemnat. Hac de cauſa detractor dicitur eſſe homicida, in Epiſtola Clementis, vt habetur de pœnitentia d. 1. cap. homicidiorum. l. 2. c. 4. in ſi. to. 6. quod reſpondet

dicto

dicto Apoſtoli Io.1. epiſtola 3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

Impugnatio.

Argumentator huic reſponſioni ſe opponit dicendo. Fama excelentius bonum eſt honore ipſo, ergo detractio peior eſt quam contumelia cum magis nociua.

Impugnationis dilutio. Detractio ſimpliciter grauius peccatũ eſt ipſa cõtumelia, contumelia autem eſt grauius peccatũ quo ad modum.

Theologus dicit, quod per optimè Banenſis ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod contumelia, & detractio ſe habent ſicut excedens, & exceſſum, quantum ad modum contumelia excedit, & detractio exceditur. At quantum ad obiectum ſecundum ſe, detractio eſt grauius peccatum quam contumelia, cum fama excedat honorem, ex parte obiecti ſimpliciter, & abſolutè grauius peccatum eſt detractio ipſa contumelia, obiectũ enim detractionis eſt fama, obiectum autem contumeliæ eſt honor, ſed fama excelentius bonum eſt quam honor, per conſequens maius peccatum eſt detractio quæ eſt contra famam, quam contumelia, quæ eſt contra honorem, & vt faciliter capiatur quomodo contumelia ſit grauius peccatum quo ad modum quam detractio, & quomodo detractio ſit grauius peccatum quam contumelia ex parte obiecti, ponimus ſimile aliquod in ſcientijs. Logica perfectior ſcientia eſt quo ad modum quã Theologia noſtra, prout inſinuat Petrus Hiſpanus dicendo. Dialetica eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, ad omnium methodorum principia, viam habens, Theologia tamen ſimpliciter, & abſolutè, eſt ſcientia perfectior logica. Nam obiectum Theologiæ eſt Deus, & obiectum logicæ eſt ens rationis, quod autem contumelia quo ad modum ſit grauius peccatum ipſa detractione, ſic oſtenditur, contumelia eſt læſio honoris, detractio autem eſt læſio famæ, ſed læſio honoris per ſe fit per appertam contumeliam, læſio autem famæ per ſe fit occultè, ergo peiorem modum procedendi habet contumelioſus, quam detractor, valet conſequentia, quia in iniurijs inferendis violentia grauior eſt quam fraus, de hoc aſſignat rationem Doctor Sanctus p.2.q.6. dicendo, quod magis repugnat violentia quam fraus, & quod fraus repugnat voluntati. Cum igitur in contumelia ſit manifeſta violentia, ſin detractione fraus, & dolus, ergo quo ad modum contumelia grauius peccatum eſt quam detractio, Secundo hoc probatur. Maior contemptus in contumelia eſt quam in detractione, ergo contumelia excedit detractionem quoad modum. Reſpondet, hoc eſt, quod intendit Doctor Sanctus in reſponſione ad ſecundum, & Magiſter Dominicus à Soto in hoc loco, ex alia parte, ſcilicet, ex parte obiecti, detractio maius peccatum eſt quam contumelia. Nam detractio verſatur circa nobilius obiectum, quam contumelia ipſa, ergo grauius peccatum eſt detractio quam contumelia, quod autem obiectum detractionis nobilius ſit obiecto contumeliæ probatur ſic. Præuiſio, enim eſt bona exiſtimatio quam populus habet de ſua probitate, quã honor, ſcilicet, quam reuerentia, quam ſæpè mendaciter, & hironicè exhibetur nec ſemper exhibetur propter virtutem, ſed propter commodum, vel vtilitatem, quam expectatur ex hoc honore. In ſignum cuius ſapiens non honori, ſed bono nomini, ſcilicet, famæ attribuit excellentiam ſuper diuitias dicendo. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, vnde ſapiens tres excellentias aſcribit famæ ſuper honorem, primam quantum ad principium dicendo. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, prouerb. 22. ſecundum quo ad ſuauitatem aſſimilando illam vnguento præcioſo, dicendo, Melius eſt nomen bona quam vnguenta præcioſa. Eccleſ. 7. tertium quo ad temporis durationem dicendo Eccleſiaſtici 41. Curam habe de bono nomine, magis permanebit tibi quã mille theſauri præcioſi, & magni, ecce quod detractio ſuperat contumeliam in malitia in multis.

Incommoda multa infert detractio ſupra contumeliam.

Vlterius ab ipſa detractione nobis eueniunt multa incommoda, ipſa obtenebrat virtutum gloriam, quæ repræſentat fęlicitatem æternam. Ipſa facilius inficit quam contumelia, quia in abſcondito operatur, & manet impunita, ſimiliter detractores in inſidijs pugnant, vnde difficiliter homo à detractoribus defenditur. Accedit ad hoc aliud nocumentum. Nam detractores non tantum animas ſuas perimunt, ſed animas aliorum etiam, qui aures illis præbent, in quibus generatur odium, contemptum, mala opinio, & ſimilia contra proximum quem detrahere cupiunt, ex quibus dicitur ad argumentum, quod Angelicus Doctor intelligit contumeliam grauius peccatum eſſe ipſa detractione, non ex parte obiecti, ſed ex parte modi, quia eſt omnino contra voluntatem illius qui iniuria afficitur cum fiat in facie, quod non accidit in detractione, quæ ſit in occulto.

Argumẽtum tertium.

Lector non acquieſcit format tertium argumẽtum contra hanc reſponſionem, deſumptum ex radice contumeliæ, & detractionis ſic, contumelia oritur ex ira, detractio autem ex inuidia per D. Gregorium 31. Moralium, ſed inuidia eſt maius peccatum quam ira, ergo detractio eſt maius peccatum, quam contumelia, & per conſequens omnium aliorum peccatorum in proximum.

Argumenti ſolutio. Peccata originẽ trahunt à modo auerſionis proprij grauitatẽ ſumitur in ordine ad obiectum.

Theologus vnà cum D. Thom. negat conſequentiam. Concedit antecedens, namque, quod contumelia naſcitur ex ira, & detractio ex inuidia, ſimiliter concedit, quod inuidia ſit maius peccatum, quam ira, dicit tamen, quod ex minori vitio naſci poteſt maius peccatum, ſicut ex ira oritur blaſphemia, homicidium, &c. Et concludit, quod origo peccatorum attenditur ex parte finis, ſcilicet, ex parte conuerſionis, grauitas autem peccati attenditur ex parte auerſionis, contumelioſus ira comotus ad iniuriam venit, detractor quia liuore tabeſcit, quærit denigrare famam proximi. Grauitas peccati detractoris cognoſcitur, quia opponitur charitati, gaudet de malo proximi, & de bono eius contriſtatur, quod diabolicum eſt, & quia charitas eſt prima virtus, peccatum quod contra ipſam eſt peſſimum eſſe apparet, nihilominus vt diximus ratione modi contumelia tenet primum locum, ratio eſt, quia includit magis de inuoluntario.

Contra

Digitized by Google

Argumẽtum quartum.

Contra (inquit Lector) hanc reſponſionem arguo ſic. Tanto aliquod peccatum eſt grauius quãto inducit grauiorem defectum, detractio autem inducit grauiſſimum defectum, ſcilicet, excecationem mentis per D. Gregorium, ergo detractio eſt grauiſſimum peccatum inter ea, quæ contra proximum committuntur ſuper contumelia, & alia peccata.

Argumenti ſolutio.

Excecatio mentis prouenire poteſt non ſolum à detractione, ſed à quolibet peccato.

Vltimo argumento ſatisfacit Doctor Sanctus dicendo, concedo, quod detractio excecat mentem detrahentis, meritò quidem, quia vt dicitur 15. Prouerbiorum, homo letatur in ſententia oris ſui, & qui detrahere pergit, amare dicta ſua incipit, & magis amare, & credere, quod dicit, & per conſequens proximum magis odire, & ſic magis recedit à cognitione veritatis, ex quibus mens excecatur, iſte tamen effectus à quocunque peccato venire poteſt, quæ pertinent ad odium proximi, & etiam ab alijs, ſcilicet, à gula, à luxuria, ab auaritia, &c. Cum ergo excecatio mentis, non ſit proprius effectus detractionis, ſed communis ſibi, & alijs vitijs, propterea ex hac cæcitate non poteſt concludi detractionem grauius peccatum eſſe ipſa contumelia. Eſt igitur detractio grauius peccatum ipſa contumelia ſimpliciter loquendo. At quo ad modum, grauius peccatum eſt contumelia detractione ipſa. Hæc ſint pro caſu iſto, & tota diſputatione.

DISPVTATIO TERTIA

In littera D.

De Dilectione.

IN hoc tractatu multa eſſent diſputanda cum D. Thom. 2. 2. q. 25. & 26. & cum D. Antonino in 4. p. tit. 5. c. 4. de charitate. At quia, & vita, & tempus deficit, ſub breuitate tres caſus cum dubijs annexis decreuimus diſputare, Primus erit in ordine ad Deum, Secundus in ordine ad nos ipſos, Tertius in ordine ad inimicos remittendo ſtudioſos ad D. Thom. & Thomiſtas, & ad D. Antoninum locis ſupracitatis.

Caſus primus in ordine ad dilectionem Dei.

IN caſu enim quærit Lector, vtrum ex charitate magis teneamur diligere Deum quam proximum.

In dubio inueſtigat, An homo teneatur plus diligere Deum quam ſeipſum.

Caſus.

LEctor in hoc caſu quærit vtrum ex charitate magis teneamur diligere Deum quam proximum; & format argumenta quo ad vtramque partem.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Illud eſt magis diligendum propter quod alia ſunt odio habenda, ſed proximi odio ſunt habendi propter Deum, ſcilicet, ſi illi quærunt nos abducere à Deo, ergo Deus eſt magis diligendus quam proximus. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor habetur ex ore Domini Lucæ 14. Si quis venit ad me, & non odit Patrem, Matrem, vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, non poteſt meus eſſe diſcipulus, ergo &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format argumentum deſumptum, ex D. Io. epiſtola 1. cap. 4. dicente, Qui non diligit fratrem quem videt, quomodo poteſt diligere Deum quem non videt? ex hoc formatur argumentum. Illud eſt magis diligendum, quod eſt magis viſibile, Cum viſio ſit cauſa amoris, per Ariſt. lib. 9. Ethic. c. vltimo, tom. 5. Sed Deus eſt minus viſibilis quam proximus, ergo ex charitate eſt minus diligendus Deus proximo ipſo.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione tria facit, Primo vnica concluſione ſatisfacit quæſito pro parte affirmatiua, Secundo proponit dubium, & reſoluit, Tertio ſatisfacit argumentis partis negatiuè, pergamus ad primum punctum poſtea ad alia procedemus.

Ordine charitatis magis diligendus eſt Deus quam proximus.

Concluſio. Naturaliter homo tenetur magis diligere Deum ordine charitatis quam proximum ſuum. Concluſio ſic probatur ex D. Thom. vnaquęque amicitia reſpicit id in quo principaliter inuenitur bonum illud ſuper cuius communitate fundatur. Amicitia charitatis fundatur ſuper communicationẽ beatitudinis, quæ eſſentialiter conſiſtit in Deo, ſicut in primo principio à quo deriuatur in omnes qui ſunt capaces beatitudinis, ergo principaliter, & maximè Deus eſt diligendus. Probatur conſequentia ſic. Nã Deus diligitur, vt cauſa beatitudinis, proximus autem diligitur, vt participans ipſam beatitudinem vnà nobiſcum. Aſſumptum autem probatur ſic. Amicitia Politica principaliter reſpicit Principem Ciuitatis à quo totum bonum Ciuitatis dependet, ergo & amicitia charitatis Deum principaliter reſpicit à quo dependet tota noſtra beatitudo, per conſequens Deus eſt maximè diligendus. Corroboratur hoc etiam rationibus, illud eſt ſuper omnia diligendum, in quo eſt infinita bonitas, in quo reperitur fons totius bonitatis creaturarum, at Deus eſt huiuſmodi, ergo Deus ſuper omnia eſt diligendus, ergo illum ex charitate magis debemus diligere quam proximum noſtrum. Confirmatur hoc. Obiectum formale immediatum charitatis eſt Deus, ergo charitas ex natura ſua magis tendit in Deum quam in creaturam, ergo magis diligendus eſt Deus ex charitate quam creatura, ergo magis debemus Deum diligere quam proximum. Confirmatur ſecundo. Ex præcepto charitatis tenetur homo magis diligere Deum appretiatiuè quã quamcunque creaturam, i. homo debet eſſe paratus omnia relinquere, etiam vitam propter Deum, & habere animum ſeruandi omnia præcepta diuina omnino, Et hoc difficile non eſt ſer-

uare

Digitized by Google

uate mediāte diuino auxilio, nam minima intētio charitatis in corde hominis radicata, tantæ efficaciæ eſt, quæ facit diligere Deum fontem charitatis ſuper omnia, dato autē quod quis intenſiuè amat naturaliter aliquam creaturam dummodo in illo maneat amor rectus, & caſtus. Nam ſi amor eſt perfectus elicit charitatem, & facit Deum diligere ſuper omnia, etiam magis quam ſeipſum, ſi autem amor eſt profanus, excludit charitatem à ſe, ex quo ſequitur, quod homo iſte magis amat creaturam, quam creatorem & diuertit ordinem charitatis, quo mediante diligitur primo Deus pluſquā proximus, immo quam nos, ſecundo nos, tertio proximos. At quia difficile videtur ad credendum, quod ex ordine charitatis homo teneatur non ſolum magis diligere Deum quam proximū, ſed etiam quam ſeipſum, igitur ponamus dubiū, vt veritas eluceſcat,

Dubium.

LEctor in hoc dubio quærit, An homo teneatur magis diligere Deum quam ſeipſum, & pro vtraque parte adducit rationes, & primo probat, quod magis teneamur diligere Deum (amore charitatis) quam nos ipſos, licet homo ſenſualis oppoſitum dicat.

Partis affirmatiuæ probatio

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta ex D. Auguſtino in primo de doctrina Chriſtiana, vbi dicit. Nos debemus diligere nos ipſos propter Deum ergo infero ego, multo magis debemus diligere Deum propter quem diligimus nos ipſos. Antecedens eſt D. Auguſtini loco citato, vbi dicit. Si teipſum nō propter te, ſed propter ipſum debes diligere, tui rectiſſimus finis eſt, finis autem noſtræ dilectionis rectiſſimus eſt Deus, ex ſententia omnium Theologorum, ergo Deus eſt propter quem diligimus nos ipſos. Conſequentia de ſe eſt clara, & probatur per illam maximam poſterioriſticam, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ſed propter Deū ex iā dictis diligimus nos ipſos, ergo multo magis diligere debemus Deū.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium, inquit Ariſt. 9 Ethic. c. 8 Amicabilia quæ ſunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus quæ ſunt ad ſeipſum, ergo maior eſt amicitia quę eſt ad ſeipſum, quam ad quemcunque alium, ergo quilibet diligit magis ſe quam alium, ergo magis ſeipſum quā Deum, vltimæ conſequentiæ de ſe ſunt manifeſtę, prima ſic probatur, cauſa potior eſt ſuo effectu, ſed cauſa qua diligimus Deum eſt amor proprius, ergo ex charitate vnuſquiſque amat plus ſeipſum, quam Deum, ergo ex dilectione charitatis nō magis tenemur diligere Deum, quam nos ipſos.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus, pro dubij deciſione tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secūdo iuxta mēbra diſtinctionis duabus cōcluſionibus affirmatiuis ſatisfacit quęſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primū inquit Doctor Angelicus, ꝙ à Deo duplex bonū accipere poſſumus. ſ. bonū naturæ, & bonū gratiæ, ſuper cōmunicatione bonorū naturaliū nobis à Deo facta fundatur amor naturalis, quo non ſolū homo in ſuæ integritate naturæ ſuper oīa diligebat ipſū Deū, etiā ſupra ſeipſum, talis amor reperitur ſuo modo ēt nunc in quacūque creatura. Multo magis verificatur hoc in ordine ad amicitiam charitatis, quæ fundatur ſuper communicatione donorū gratiæ, hac diſtinctione pro fundamento doctrinæ ſtante, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuę.

Omnis creatura amore naturali diligit magis Deū quam ſeipſā.

Concluſio prima. Amore naturali oīs creatura diligit plus Deū quā ſeipſum. Concluſio iſta ex doctrina D. Thomæ probatur ſic. Quelibet pars diligit magis bonū cōmune totius, quā bonū particulare propriū. At bonū propriū vniuſcuiuſq; creaturę in ordine ad bonū diuinū eſt bonū particulare, ergo magis naturaliter diligit bonū diuinū, quam bonū propriū, ergo quælibet creatura naturaliter magis diligit Deū, quā ſeipſam. Maior propoſitio certa eſt, & experiētia illam docet inquit Doctor Angelicus. Nā naturaliter, pars magis amat totū, quā ſeipsā, cū & ipſa ordinatur ad totū, & ad vtilitatē ipſius operatur. In ſignū cuius manus pro cōſeruatione capitis in quo vita conſiſtit ſe exponit periculo admittendi propriū eſſe. Hoc etiā oſtendit viuere politicū. Nā ciuis pro bono cōmuni dānū bonorū propriorū etiā vitæ aliqñ ſubſtinet, ergo ſignū eſt, ꝙ pars magis diligit totū quā ſeipsā. Hæc oīa corroborat Banenſis dicendo Deus operatur intimè in oī operante, ſicut, & oībus illis dat eſſe, teſte D. Paulo, dicente (loquendo de Deo) in ipſo. n. viuimus mouemur, & ſumus, ergo & motus, & operatio cuiuſcūq; quatenus eſt, & à natura procedit ad Deū principaliter eſt ordinatus, valet conſequentia, quia Deus eſt finis oīum rerum, ergo omnia ſunt propter ipſum magis quam propter ſeipſa, & magis propter Deum operātur, quā propter ſe, & ſic magis diligunt Deū, quā ſeipſa.

Amicitia charitatis magis homo diligit Deum quam ſeipſum.

Concluſio ſecunda. Homo amicitia charitatis magis diligit Deū, quā ſeipsū. Cōcluſio iſta etiam probatur. Amicitia charitatis fundatur ſuper communicationē donorū gratiæ, & gloriæ, ſed talia dona ſunt in Deo, tanquā in cauſa effectiuā, & ab eo fluunt in nobis, ergo ex charitate homo magis tenetur diligere Deum, quod eſt bonum commune omnium, in eſſe naturæ, & gratiæ, quam ſeipſum, qui dependet à Deo tanquam à fontali principio omniū bonorum noſtrorū, tā naturæ, quā gratiæ.

Impugnationes.

Impugnatio. prima.

ARgumētator ſe opponit his quæ dicta ſunt in his concluſionibus, præcipuè in prima & probat, quod amore naturali homo non magis diligit Deum quam ſeipſum, hoc medio. Amor naturalis ad ſeipſum fundatus eſt in vnitate, amor ad Deum in vnione, ſed præſtantior eſt amor in vnitate quam in vnione, ergo præſtāntior eſt amor ad ſeipſum, quam ad Deum, probatur Minor, quia vnitas ab vnione dependet. Minor eſt D. Th. 2. 2. q. 25. art 4. vbi dicit. Amor ad ſe eſt aliquid maius quam amicitia, & confirmatur hoc, facilius homo diligit ſe amore naturali, quam Deum, ergo homo magis diligit ſe quam Deum.

Impugnationis dilutio. Amore charitatis, & naturali hoiem magis diligit Deum, quam ſeipſum.

Theologus negat minorem, & ad probationẽ dicit, quod vnitas qua vnitur homo Deo non eſt bonum commune, ſed eſt radix a qua pendet in fieri, & conſeruari bonitas creaturæ, & ideo magis inclinat hominẽ talis amor ad Deũ quã ad ſeipsũ.

Ad confirmationem negat antecedens dicendo. Immo ſecundum rectam rationem facilius eſt naturaliter diligere Deum, quã ſeipſum, ratio eſt, quia dilectio Dei, eſt prima regula diligendi, non formalis, ſed interpretatiua, vel exemplaris. In via tamen ad amorem, facilius ſe homo diligit (loquendo de amore naturali diſtinctè, & formaliter) quam Deum, ratio eſt, quia homo facilius ſe cognoſcit quam Deum.

Impugnatio ſecunda.

Contra ſolutionem hanc, quo ad primam partem ſe opponit argumentator dicendo. Homo naturaliter plus diligit filium ſuum, quam genitorẽ ſuum. Ratio, quia Pater habet de ſua ſubſtantia in filio, quod non habet filius in Patre, ergo à ſimili homo magis ſe diligit amore naturali quam Deũ, valet conſequentia, ordine charitatis tenetur homo diligere magis Patrem quam filium, & ordine naturali diligere magis filium quam Patrem, ergo cum ordine charitatis teneamr diligere magis Deum quam ſeipſum, ex oppoſito ordine naturali tenetur magis amare ſeipſum quam Deũ.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat vltimam conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod eſſe hominis melius eſt prout eſt à Deo, quam prout eſt à ſeipſo cum in ſeipſum ſit corruptibile, & prout eſt in Deo eſt ipſemet Deus, in eſſe, & in conſeruari.

Impugnatio tertia.

Contra inquit Argumentator, quando occurrit ponere vitam pro Deo, amor naturalis inclinat ad conſeruationem vitæ prout oſtendit ipſemet Dominus in horto dicendo. Pater tranſeat à me calix iſte, amor tamen charitatis inclinabat illum ad moriendum, vnde ſubdit. Non mea, ſed tua fiat voluntas, ergo amor naturalis magis inclinat hominem ad amorem ſuipſius quam ad amorem Dei.

Impugnationis dilutio. Voluntas Chriſti in horto cognoſcere facit, quod debemus magis diligere Deum quam nos ipſos.

Huic impugnationi Theologus ſatisfacit dicendo aſſumptum eſſe falſum, & ad probationem dicit, quod in Chriſto, non fuit voluntas fugiendi mortem, ſed veleitas quædam, ſeu vt melius dicam, voluntas conditionata quatẽnus mors illum deterrebat, voluntas enim Chriſti conformis erat voluntati diuinę, propterea dixit. Nõ mea, ſed tua fiat voluntas. Si quis enim velet conſeruare vitam contra præceptum diuinum vtique peccaret, appetitus ſenſitiuus dupliciter conſideratur, Primo prout eſt à Deo, & ſic inclinat ad bonum ſenſibile, alio modo prout eſt in natura lapſa, & ſic inducit ad peccatum, niſi regulatus ſit ratione, prout regulabatur in ſtatu naturæ integræ ſeu innocẽtię.

Impugnatio quarta.

Non ſiſtunt hic difficultates, Durandus in 3. d. 39. q. 2. contra ſignum adductum in politicis, à D. Thom. in noſtro propoſito ſe opponit dicendo, quod ponere vitam pro patria non eſt ſignũ maioris amoris, ſimiliter ponere brachium pro conſeruatione capitis, & conatur probare intentum ſuum his rationibus Primo pro amico quis laudabiliter morti ſe exponit, & tamen non propterea magis diligit amicum quam ſeipſum, ſimiliter pro ſaluatione bonorum temporalium ſuorum exponit ſe quis morti contra inuaſorem, & nihilominus non diligit bona illa pluſquam ſeipſum, Secundo dicit falſum eſſe, ſcilicet, quod ciuis magis diligat bonum commune quam ſeipſum, & conatur probare hoc ex oppoſito dicendo. Homo debet habere magis odio malum culpæ in ſe, quam in communitate totius abſque ſe, & concludit, quod ſecundum bonum honeſtum magis homo diligit ſe quam alia, ſecundum quæcunque alia bona, ſiue vtilia, ſiue delectabilia.

Impugnationis declaratio & dilutio.

Pro ſolutione iſtius difficultatis Theologus vnà cum Illuſtriſſimo Domino Caietano declarat dictum illud Angelici Doctoris, ſcilicet, pars magis amat bonum totius quam proprium, quia vnaquæque pars habet principalem inclinationẽ ad actionem communem, in vtilitatem totius, hoc experientia docet, vt patet de actione manus, pedis, oculi, cordis, &c. qui operatur pro vtilitate ſuppoſiti, magis quam pro vtilitate ſua, cum ergo hoc appertè appareat in partibus naturalibus. hoc in artificialibus inueniri non repugnat, immo debemus illud affirmare, quoniam ars immitatur naturam quantum poteſt, conſequens ergo eſt, vt virtutes politicæ inclinant ciues principaliter ad actiones communes pro bono totius, ex quo infertur licet quod ciues magis inclinãtur (vt ciues ſunt) ad bonum commune totius Reipublicæ quam ad bonum proximum.

Pars diligit totum magis quam ſeipſa, & creatura naturaliter plus diligit Deum quam ſeipſam,

His ſtantibus ad primam impugnationem durandi dicit Theologus concedo conſequentiam. ſ. ex hoc quod quis ſe exponit morti pro aliquo, plus non amat illum ſeipſo, tamen hoc ſignum eſſe poteſt quod pars amat plus totum, quam ſe ad inſtãtiam de eo qui exponit ſe morti pro defenſione ſuarum rerum non eſſe ad propoſitum dicit, quoniam talis exponit ſe morti, non propter amorem rerum ſuarum, ſed propter amorem ſui, quia amat illas pro ſui vtilitate.

Impugnatio quinta.

Ad ſecundam impugnationem dicit, quod cõparatio facta in argumento non eſt bona. D. Tho. loquitur de bono honeſto, argumentum eſt de bono vtili, vel delectabili. In genere bonorum honeſtorum ciuis eſt pars ciuitatis, communitas eſt totum, & iuris pars, & in hoc ſenſu Doctor Sanctus intendit, quod virtus politica inclinat ciuem ad diſponendum de rebus ſuis, vel de vita corporali pro ſalute Reipublicę, & hoc eſt ſignũ, quod pars plus diligit totum quam ſeipſam, quod clarè manifeſtat Doctor Angelicus p. p. q. 60. art. vltimo in cor. dicendo ex ſecundo phyſicorum, quod vnumquodque agit naturaliter, ſicut aptũ natum eſt agere, & addit, vidimus enim quod naturaliter pars ſe exponit ad conſeruationem totius corporis, ſicut manus exponit ſe abſque deliberatione ad conſeruationem totius corporis. verum eſt, quod Scotus impugnat hoc dictum D. Thom. dicendo, quod manus non exponit ſe pro toto, ſed totum eſt, quod exponit partem pro ſui conſeruatione, vel pro conſeruatione partis præſtantioris.

Impugnationis dilutio.

Theologus dicit impugnationem nihil valere, quo-

Siue pars ſe exponat pro toto ſiue totũ exponat partem pars diligit plus totũ ſeipſa.

quoniam ſiue pars à toto exponatur ſiue à ſeipſa pro ſalute totius, ſatis eſt quod pars pro toto naturaliter exponatur, quoniam ex hoc ſequitur, quod pars habet maiorem inclinationem naturalem in bonum totius, quam in bonum ſui ipſius, per quod infertur, quod pars plus diligit eſſe totius, quam ſui ipſius, & quod naturaliter homo magis diligit Deum, quam ſeipſum, quod intendebat probare Angelicus Doctor, quia ſi homo eſſet pars naturalis huius ciuitatis, naturaliter ſe exponeret morti pro Reipublicæ conſeruatione. Cum igitur homo habeat à Deo eſſe participatum, ideo naturaliter magis diligit Deum quam ſeipſum. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, cum D. Th. quod dictum Ariſt. non facit ad propoſitum, quoniã Ariſt. loquitur de his amicabilibus, quæ ſunt ad alterum, in quo bonum quod eſt obiectum amicitiæ inuenitur ſecundum aliquem particularem modum. In propoſito autem, bonum quod eſt obiectum amicitiæ inter Deum, & hominem, omnino reperitur in Deo, cũ obiectum amicitiæ charitatis ſit in Deo ſecundum rationem totius, quia eſt ſumum bonum, quod eſt obiectum charitatis.

Impugnatio. prima.

Contra hanc reſponſionem inſurgit argumentator dicendo, vnumquodque diligitur inquantũ eſt proprium bonum, ergo homo magis diligit ſeipſum quam quodcunque aliud bonum à ſe dilectum, ergo magis diligit ſeipſum, quam Deum.

Impugnationis dilutio. Homo diligit plus Deum quam ſe ideo ſe ipſum ad Deũ, non tamen ordinat Deum ad ſeipſum.

Theologus negat antecedens huius impugnationis abſolutè, loquendo de his quæ habent ordinem adinuicem, cum pars (vt oſtenſum fuit) magis diligat bonum totius, quam bonum propriũ, qua de cauſa dictum fuit, quod homo magis amat Deum quam ſeipſum. Aſſignatur ratio huius veritatis, quoniam exiſtenti in charitate, ratio diligendi ſeipſum & alia, eſt ipſe Deus, & quod hoc verum ſit apparet. Nam qui ex charitate diligit Deũ ordinatè, nõ refert Deum ad ſe, ſed refert ſeipſum ad Deum, vnde charitas non trahit Deum ad creaturam, ſed creaturam trahit ad Deum, propterea Deus non ſequitur voluntatem hominis exiſtentis in charitate, ſed homo ſequitur voluntatẽ Dei. Aliter charitas non eſſet amor rectus, ſed amor peruerſus, deuians ab amore diuino.

Impugnatio ſecunda.

Adhuc non acquieſcit Argumentator de nouo ſe opponit huic reſponſioni dicendo, Quanto aliquis diligit Deum, tanto diligit frui eo, ſed quanto aliquis diligit frui Deo, tanto diligit ſeipſum, ergo homo non plus ex charitate tenetur diligere Deũ quam ſeipſum. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor ſic probatur Deus eſt ſummum bonum, quod quiſque poſſidere cupit, ergo homo ſummè diligit ſeipſum.

Impugnationis dilutio. Amore amicitiæ homo magis diligit Deum quam ſeipſum.

Theologus negat maiorem propoſitionem formaliter loquendo, amore amicitiæ amatur Deus inquantum eſt bonus, amore autem concupiſcentiæ amatur prout eſt participabilis, & fruibilis. Nũc autem noſtra diſputatio eſt de amore amicitiæ Dei, & non de amore cõcupiſcentiæ. Bonum enim Dei maius eſt in ſeipſo quam participari poſſit à nobis, ex quibus omnibus infert Angelicus Doctor, & ideo ſimpliciter homo magis diligit Deũ ex charitate, quam ſeipſum, & per conſequens magis amat Deum, quem deſiderat frui. His pro dubio iſto terminatis, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Dilectio dupliciter conſideratur, vt rõ diligendi, & vt via ad acquirendam dilectionem Dei ſumme diligibilis.

THeologus primo argumento cum D. Th. ſatisfacit dicendo, quod cauſa dilectionis eſt duplex, Prima eſt id quod eſt ratio diligendi, Secunda eſt via quædam ad inquirendã dilectionẽ.

In primo ſenſu, bonum eſt cauſa diligendi (inquit Doctor Sanctus) quia vnumquodque diligitur inquantum eſt bonum, at quia Deus eſt ſumũ bonũ, ſummè diligibilis eſt, Secunda cauſa eſt via ad diligendum, ſcilicet, ad acquirendam dilectionem, & in hoc ſenſu viſio eſt cauſa dilectionis, id eſt eſt via ad inquirendã dilectionẽ, ratio eſt, quia p viã viſionis perducimur ad dilectionẽ, ſtãte hac diſtinctione negamus conſequentiam, & ratio huius negationis eſt, quia licet, id quod nobis in viſione occurrit, ſit via dilectionis, non tamen ſemper eſt magis amabile, immo econuerſo, vt in propoſito noſtro, proximus enim diligitur, quia nobis eſt magis viſibilis, propterea prius nobis occurrit diligendus. Cùm inuiſa diligere poſſumus per D. Auguſtinũ incognita nequaquã, ex hoc tamen non ſequitur, quod proximus à nobis ſit magis diligibilis, ſed prius diligibilis, Deus autem eſt magis diligibilis, quia eſt ſummum bonum, totũ hoc affirmat D. Gregorius homilia 11. in Euangelio in principio, quo in loco dicit, vnde ſi aliquis proximum non diligit argui poteſt, quod nec Deum diligat, non propter hoc, quod proximus ſit magis diligibilis, ſed quia prius occurrit diligendus, in quo ſenſu dicit Apoſtolus Io. Si proximũ quem videt non diligit, quomodo diligit Deũ quẽ non videt?

Argumẽtum ſecundum.

Lector format ſecundum argumentum contra hanc reſponſionem dicendo, ſimilitudo eſt cauſa dilectionis. Eccleſiaſt. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſed maior eſt ſimilitudo hominis ad proximum ſuum, quam ad Deum ergo homo ex charitate magis diligit proximum quam Deum.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod habemus ſimilitudinem, & ad Deum, & ad proximum. Immo ſimilitudo quam habemus ad Deum eſt cauſa ſimilitudinis quam habemus ad proximum, ex hoc enim inquit Doctor Sanctus, quod participamus à Deo id quod ab ipſo etiam proximus habet, ſimiles proximo efficimur, ideo ratione ſimilitudinis magis debemus diligere Deum quam proximũ, quia ratio maioris ſimilitudinis (cæteris paribus) eſt ratio, & cauſa maioris dilectionis, vel dicere poſſumus (quod tamen in idem reddit) quod ſimilitudo cauſalis eſt magis cauſa dilectionis, quã

Propter ſimilitudinē Dei in nobis proximus diligimus Deū, & magis quā proximum.

ſimilitudo cauſata. Cauſans enim ſimilitudinem eſt magis motiuum dilectionis, id eſt eſt magis diligibile, quam participans ſimilitudinem ab ipſo, licet enim ſit maior ſimilitudo participata hominis ad proximum quam ad Deum, tamen inter illos, non eſt maior ſimilitudo cauſalis quam ad Deum, ſimilitudo namque quam habemus ad Deum, eſt prior, & cauſa ſimilitudinis quam habemus ad proximum, ita quod reſponſio iſta fundatur ſuper maxima illa poſterioriſtica, propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Si propter Deum diligimus proximum ex charitate, ergo magis diligimus Deum, ſcilicet, propter ſimilitudinem cauſatam à Deo.

Argumētum tertium.

Non acquieſcit Lector format vltimum argumentum contra prædicta dicendo, illud quo in proximo charitas diligit, eſt Deus per D. Auguſtinum lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 22. & 27. ſed Deus non eſt maior in ſeipſo quam in proximo, ergo non debet magis diligi Deus quam proximus.

Argumenti ſolutio. Dilectio proximi cauſatur a dilectione Dei plus diligēdus eſt Deus quam proximus.

Theologus per diſtinctionem huic argumento ſatisfacit dicendo, quod Deus poteſt conſiderari dupliciter, Primo ſecundum ſuam ſubſtantiam, Secundo in ordine ad creaturas.

In primo ſenſu conſideratus, in quocunque ſit æqualis eſt, non tamen à creaturis æqualiter participatur, Deus enim in ſeipſo eſt bonus per eſſentiam, in alijs bonitas Dei reperitur per participationem, ideo in ordine ad ſeipſum eſt magis diligibilis, quam in ordine ad proximum noſtrum. In quo ſenſu Deus magis diligendus eſt à nobis, quam proximus. Hoc enim voluit docere Dominus. Matth. 22. dicendo, dilige Dominum Deum tuum. &c. & proximum tuum ſicut teipſum, ita quod dilectio proximi, nō eſt formaliter dilectio Dei, eſt tamen ſimilis, dicit enim, mandatum ſimile huic eſt, dilige proximum tuum, ſimiliter hoc oſtendit Deus Geneſi 22. dicendo Abrahæ. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & offer illum mihi in holocauſtum, ecce quod Deus vult, vt magis illum diligamus quam proximum, ideo præcepit, vt filium ſibi immolaret. Immo in Euangelio Lucæ 14. vt in argumēto pro parte affirmatiua caſus, vult Chriſtus, vt propter amorem Dei odio habeamus Patrem, & Matrē, &c. Hæc ſint pro caſu, & dubio iſto. Nunc autem ponamus alium caſum, cum dubijs annexis,

Caſus ſecundus.

Lector in hoc ſecundo caſu diſputare intendit de dilectione peccatorum, quærit enim ſi peccatores ex charitate ſint diligendi.

In caſu ergo quærit vtrum peccatores ex charitate ſint diligendi?

In dubio inueſtigat ſi peccatores diligāt ſeipſos?

In caſu ergo quærit Lector vtrum peccatores ex charitate ſint diligendi? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum, D. Auguſtinus lib. 1. de doctrina Chriſtiana c. 30. dicit, quod cum dicitur dilige proximum tuum. Manifeſtum eſt, omnem hominem proximum eſſe deputandum, ſed peccatores non deſinunt eſſe homines, cum peccatum non tollat naturam, ergo peccatores ſunt ex charitate diligēdi.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Argumentatur ſic, Dauid Rex charitatem perfectam habebat, ſed Dauid odio habebat peccatores, prout ipſemet teſtatur Pſalm. 118. dicendo. Iniquos odio habui, ergo ex charitate magis ſunt odiendi peccatores, quam diligendi.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem bimembrem, Secundū duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & vt clarior ſit doctrina proponit dubium, & declarat illud, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, quo ad primum dicit, duo poſſunt conſiderari in peccatore, naturam, ſcilicet, & culpam, naturam, conſiderando ipſum quatenus eſt formatus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, redemptuſque ſanguine Chriſti, & conſiderate ipſum, vt eſt Dei inimicus, & proximi, & ſui ipſius.

Peccatores ratione ſuæ naturæ, vt homines ſunt capaces beatitudinis ex charitate ſunt diligendi, & ad pœnitentiam recipiendi.

Concluſio prima. Peccatores ratione ſuæ naturæ, vt homines ſunt, præcipuè ſi ſunt Chriſtiani, ex charitate ſunt diligendi. Concluſio iſta ſic probatur, Peccatores ſecūdum naturam quam à Deo habent ſunt capaces beatitudinis. At charitas fundatur ſuper communicationem beatitudinis, ergo ex charitate vt ſic ſunt amandi, ex hac concluſione excluditur hæreſis Nouitianorum dicentium, quod in peccato relapſi ad pœnitentiam non ſunt admittendi, ſed ad Diaboli rapinam, & prædam proijciendi, ſi enim per D. Auguſtinum, & D. Th. immo per Eccleſiam, peccatores ex charitate ſunt diligendi, ſequitur quod ex charitate ſunt ſuſtendi, & ad pœnitentiam inuitandi, & admittendi, à Diaboli rapina prædaque tollendi, vnde in confuſione hæreticorum Eccleſia in Concilio Acquitano prout habetur in decretis 50. c. Domino Sancto Ibi enim dicitur, quod prædictum Concilium c. 19. vult quod poſt lapſū carnis, ad priſtinos gradum honores redant, ſeu reſtituantur peccatores illi quos pœnitentiæ præcepit ſatisfactio, & cōdigna peccatorum confeſſio, hoc confirmat Papa Gregorius ibidem, & in Apoc. 2. Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. immo Apoſtolus Petrus poſtquā ter negauit Magiſtrum ſuum, Dominus ad pœnitentiam eū accepit, nec ab Apoſtulatu eiecit, & tamen miniſtri altaris peccando magis offendunt Deum quā alij, vide multa alia ad hunc propoſitum, in Poreta 2. 2. q. 25. art. 6. in appendice.

Peccatores vt peccatores ſunt non ſunt diligendi, ſed odiendi.

Concluſio ſecunda. Peccatores quicunque ſecundum culpam quam Deo aduerſantur ſunt odiendi, etiam quod eſſent Pater, vel Mater, vir, vel vxor, frater, aut ſoror, vel ſingularis amicus. Probatur concluſio iſta. Nam culpa facit incapaces peccatores, & excludit illos à beatitudine in

qua

qua communicatione radicatur dilectio charitatis, Ex quibus concludit Doctor Sanctus, quod debemus in peccatoribus odire peccatum, & diligere naturam, odire peccatum, quod efficit illos peccatores & diligere naturam qua homines ſunt capaces beatitudinis, in quo ſenſu verè peccatores ex charitate diligendi ſunt. In primo ſenſu Dauid Rex oderat peccatores, vnde dicebat iniquos odio habui, &c. Et odium eius, erat illud odium perfectũ de quo loquebatur in Pſal. 138. dicendo. Perfecto odio oderam illos. Odiũ iſtud peccatoris ex parte culpæ, & amor illius ex parte naturæ, pertinent ad charitatem tanquam duo oppoſita quæ habent fieri circa idem. His ſic ſtantibus proponendum eſt dubium.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector ſi peccatores ex charitate poſſint diligere ſeipſos, & pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic, illud quod eſt principium peccati in peccatoribus inuenitur, hoc nõ indiget probatione. Amor autem ſui eſt principium peccati, ergo illud inuenitur in peccatoribus, ergo peccatores diligunt ſeipſos, hoc totum habetur ex D. Auguſtino 14. de Ciuitate Dei c. vltimo quo in loco, dicit duo amores fecerunt duas ciuitates. Amor ſui vſque ad contemptum Dei, quod eſt principium peccati, Babilonem, & amor Dei vſque ad contemptum ſui. Hieruſalem, ergo &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Regius Propheta in Pſal. 10. vbi ait. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam, ergo peccator non diligit ſeipſum amore charitatis.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc, tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem trimembrem, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primum ponit iſtam diſtinctionem, Amare ſeipſum, vno modo commune eſt omnibus, alio modo proprium eſt bonorum, Tertio modo, proprium eſt malorum, ſtante hac diſtinctione ponuntur tres concluſiones, inter quas primum locum tenet iſta.

Homo quilibet diligit ſeipſum ſecundum id quod ſe exiſtimat eſſe.

Concluſio prima. Omnibus hominibus commune eſt diligere ſeipſos, ſecundum id quod exiſtimant ſe eſſe. Declarat hanc concluſionem D. Thom. dicendo Homo dicitur aliquid etiam dupliciter, vno modo ſecundum ſuam ſubſtantiam, & naturam, & ſic quilibet homo tam bonus quã malus, exiſtimat ſe bonum eſſe, ideſt compoſitus ex anima, & corpore, vt verè eſt, & diligit ſeipſum inquantum diligit conſeruationem ſui ſuppoſiti. Alio modo, dicitur eſſe aliquid ſecundum participationem, in quo ſenſu Princeps Ciuitatis dicitur eſſe Ciuitas, qua de cauſa id quod Princeps facit, dicitur Ciuitas facere. In hoc ſenſu in homine principale dicitur mens rationalis, ſecundarium eſt natura ſenſitiua ſeu corporalis, quorum primum Apoſtolus 2 Cor. 5. vocat hominem interiorem, ſecundum hominem exteriorem. Boni dant primum locum menti, ſecundum carni. Mali autem oppoſitum faciunt, exiſtimant partem corporalem eſſe principalem, ideſt partem ſenſitiuam principalem eſſe in ipſis, partem autem ſecundariam eſſe animam, ex quibus ponũtur concluſiones ſequentes.

Boni verè cognoſcẽtes ſe ipſos perfectè amãt ſeipſos, diliguntque.

Concluſio ſecunda. Boni verè cognoſcentes ſeipſos perfectè diligunt ſeipſos. Concluſio iſta probatur authoritate Ariſt. 9. Ethic. capit. 4. per quinque, quæ ſunt de natura amicitiæ, vnuſquiſque inquit amicus, primo quidem vult ſuum amicum eſſe, & viuere, ſecundo vult ei bona, tertio operatur bona ad ipſum quarto conuiuit ei delectabiliter, quinto concordat cum ipſo, quaſi in eiſdem delectatur, ex quibus infert Angelicus Doctor, quod ſecundum hæc quinque, boni diligunt ſeipſos quantum ad interiorem hominem, quia volunt ipſum ſeruari in ſua integritate, & optant ei bona ſcilicet, ſpiritualia, & etiam ad exequenda opera intendunt, vel impendunt delectabiliter, ad cor proprium redeunt, quia ibi inueniunt & bonas cogitationes in præſenti, & bonorum præteritorum memoriam, & ſpem futurorum bonorum, ex quibus delectatio cauſatur, ſimiliter inquit D. Thom. boni non patiuntur in ſeipſis voluntatis diſſentionem, quia tota anima illorum tendit in vnum. In contrario ſenſu ponitur alia concluſio.

Mali quia nõ rectè cognoſcunt ſe non verè diligunt ſeipſos.

Concluſio tertia. Mali non verè ſe diligunt, quia non rectè ſe cognoſcunt, Hanc concluſio. nem declarat Doctor Sanctus hoc modo. Mali volunt conſeruare in integritate interioris hominis, neque appetunt eius ſpiritualia bona, neque ad hoc operantur, neque delectabile eſt eis ſecum conuenire redendum ad cor. Ratio iſtorum eſt, quia inueniunt ibi mala præſentia & præterita, & futura, quibus abhorrent, neque ſibiipſis cõcordãt propter conſcientiam remordentem, quod manifeſtat Dominus Deus per os Dauid dicendo peccatori. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuã, ex his enim habemus ex diuina ſcriptura, quod peccatores verè non diligunt ſeipſos, primo ex loco citato ſupra Pſal. 10. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam, ergo peccatores odiunt, & non diligunt ſeipſos, cum odio habeant animam ſuam, quod eſt principale in homine. Nam odio habens animam ſuam, odio habet animam rationalem. Aliter enim accipitur hic anima, quam in Io 12. vbi dicit Dominus, qui odit animam ſuam in vitam æternam cuſtodit eam, ideſt, qui odit ſuã naturam ſenſibilem, in vitam æternam cuſtodit eam, qui amat naturam ſenſitiuam inordinatè ſatisfaciendo eius appetitui, cũpiendo noxia, & inimica Deo, perdet eam in ignem æternum, ſimiliter perdet naturam rationalem ſi ſenſualitati deſeruiat, quia anima quæ peccauerit ipſa morietur.

Cum igitur in vitiis bonis ſit bona amicitia boni verè amant ſeipſos, in malis non reperitur bona

amicitia, propterea nec verè poſſunt diligere ſeipſos, quod confirmat Ariſt. 9. Ethic. ca. 4. vbi dicit, cupiendum eſt eſſe bonos, ſic enim quiſque, & ad ſeipſum habebit amicitiā, & alijs amicus eſſe poterit, quod cōfirmat Spiritus Sāctus per ſapientem dicendo. Eccleſ. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui alio bonus erit, Dominus Caietanus Illuſtriſſimus ſuadet, vt quiſque conſideret, quare mali, vt ſic nequeant diligere ſeipſos, hoc creſcere poterit per quinque ſigna (iam notata) veri amoris proprij, qui ſolis bonis competit, quorum primum eſt velle interiorem hominem, ideſt partem rationalem viuere, ſecundum velle illi bona virtutum, tertium operari ad hoc, vt habeat illa, quartum conuerſare ſeſum intus delectabiliter, quintum concordare cū illo, ſeu cōcordare cū illa. Aliud notandum eſt, quod quando Doctor Angelicus loquitur de cognitione ſui ipſius, in ſecunda, & tertia concluſione, quod non loquitur de cognitione ſpeculatiua, quia in hoc ſenſu etiam mali ſciunt rationem eſſe præſtantiorem potentiam ipſo appetitu ſenſitiuo, ſed loquitur Angelicus Doctor de cognitione pratica, ſcilicet, de pratica extimatione in qua multum diſtant boni à malis, dicit enim in fine corporis præſentis Articuli, quod per ſupradicta probari poteſt, quod mali amant ſeipſos ſecundum corruptionem exterioris hominis. In quo ſenſu boni non amant ſeipſos, quærit (hac occaſione) Lector an iuſtus magis diligat corpus ſuum, quam peccator.

Quæſitum.

Videtur quod peccator illud magis amat quam iuſtus. Iuſtus enim odit animam ſuā, vt cuſtodiat illam in vitam æternam. Peccator autem amat carnem ſuam, ideo perdet eam, Secundo peccator illa quandoque ſupra nominata exercet circa corpus ſuum, quod non facit iuſtus, ergo ille magis amat corpus ſuum quam iuſtus.

Quæſiti ſolutio.

Iuſtus magis diligit corpus ſuum, amore recto quam peccator, peccator illud magis amat amore prauo

Theologus diſtingnit, vel quæſitum eſt de amore recto, vel de peruerſo, ſi de recto, ponitur hæc concluſio. Iuſtus magis diligit corpus ſuum quam peccator, ſi ſermo eſt de amore peruerſo, peccator magis amat corpus ſuum, quam iuſtus, propterea modo ſibi poſſibili illi ſatisfacit. Peccator non amat corpus ſuum (amore recto) Non in hoc ſæculo, quia in eo ſenſus, & non ratio dominat non quo ad futurum ſæculum, quia ambulat in via perdictionis, via recta (in præſenti) eſt ſubijcere bonum inferioris ordinis ſuperiori, quod non facit peccator, non rectè ordinat illud in futurum, quoniam præparat illud ad ignem inferni: Iuſtus oppoſitum facit, corpus ſubijcit rationi, & præparat illud ad vitam æternam nec ſatisfacit ſenſui, ſed rationi. Si autem loquamur de amore qui eſt paſſio appetitus inclinans ad bona ſenſualia præſentia abſque termino à ratione conſtituto, peccatores maximè intensè amant corpora ſua velut pecora. Sed quia prior modus amandi præcioſior eſt, & vtilior corpori. Ideo ſimpliciter loquendo iuſtus magis diligit corpus ſuum quam peccator, qui intenſius diligit corpus ſuum in bonis tranſitorijs, ex his quæſitum manet ſolutum, vnde quando Dominus dixit qui amat animam ſuam in hoc mundo, ideſt qui amat carnem ſuam ſenſibiliter, perdet eam, ſcilicet, quo ad aliam vitam, ſed qui odit illam ſenſibiliter, & illam rationabiliter diligit, in vitam æternam cuſtodit illam, hoc enim habemus ex verbis Domini, Chriſtus Dominus, non ſimpliciter dixit qui amat, &c. ſed cum addito, ſcilicet, in hoc mundo, vt Io. Euangeliſta cap. 12. dixit, iuſtus cuſtodit illam ad vitam æternam, quia regit illam rationabiliter, verum eſt etiam quod peccator vult viuere corpus ſuum, vult illi bona temporalia, & quærit illa diligenter, gaudet ſenſibiliter, & concordat cum carne, ſed habet illa tranſitoria erga corpus ſuum, pro præſenti ſtatu tantum. Iuſtus autem vult corpori ſuo maiora bona, & illa exercet hic curando infirmitatem corporis, vt congruat cum mente, & hic, & in æternum, vt in perpetuum ſit felix. De hoc ſatis. Nunc ſoluamus inſtantias partis affirmatiuæ dubij.

Iuſtus diligit corpus ſuum rationabiliter in ordine ad vitam æternā impiusdiligit illud ſenſibiliter in ordine ad ignem æternum.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod in peccatoribus vtique inuenitur amor inordinatus, nō tamen in eo repentur amor rectus de quo eſt noſtra diſputatio, Amor enim inordinatus à Doctore Angelico vocatur principium peccati, & amor malorum perueniens vſque ad contemptum Dei, verum eſt, quod mali cupiunt bona exteriora, quæ ſunt bona apparentia & non realia, tamen contemnunt bona ſpiritualia.

Inſtantia 2.

Contra hanc reſponſionem inſtat Argumentator dicendo. Peccatum non tollit naturam, ſed diligere ſe conuenit cuique ſecundum ſuam naturam, ergo peccatores diligunt ſeipſos. Maior propoſitio eſt clara de ſe, Minor probatur, irrationales creaturæ appetunt proprium bonum, puta conſeruationem ſui eſſe, ſed hoc appetunt naturaliter, ergo amor ſui eſt naturalis, ergo reperitur in homine peccatore.

Inſtant. ſolutio.

Amor inordinatus in peccatori diuerſit dilectionē facit amare carnem, & nō ſpiritum.

Theologus huic inſtantiæ reſpondet dicendo, ad maiorem, quod licet peccatum totaliter non tollat amorem naturalem in peccatoribus, tamen in illis peruertit talem amorem, ordinando ipſum ad minus principale, facit vt non amat hominem interiorem, ſed exteriorem, amat carnem, & non ſpiritum, vnde patet, quod peccatum non abſtulit totaliter id quod naturæ eſt, quia remanet in peccatore amor ſui ipſius ſed peruertit illum, vnde amor ordinatus in peccatoribus fit inordinatus.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo. Commune eſt omnibus diligere bonum, per D. Dionyſium 4. cap. de diuinis nominibus, ſed multi peccatores reputant ſe eſſe bonos, ergo multi peccatores diligunt ſeipſos.

Theo-

Inſtant. ſolutio. Bonum reale realiter eſt diligibile. Bonũ apparens eſt diligibile apparenter.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, (extendendo maiorem propoſitionem ad omnes homines) quod commune eſt omnibus diligere bonum, vel reale, vel bonum appatens, ſi bonum ad quod tendit eius affectus eſt reale, verè amor eſt rectus, bonum illud eſt diligibile ex propria natura, ſi non eſt verè bonum ad quod tendit affectus eius, tale bonum non eſt diligibile verè, ſed apparet diligibile, hoc ſtante dicitur ad minorem, quod mali inquantum ſe exiſtimant bonos aliquid participant de amore ſui, ideſt amant ſeipſos, tamen illa non eſt vera dilectio ſui, ſed apparens dilectio, inquantum id quod exiſtimant bonum in ſeipſis, non eſt principale bonum in valde malis, nec reperitur talis dilectio apparens inquit Doctor Sanctus, hæc ſint pro dubio iſto, modo ſoluenda ſunt argumenta caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Peccatores vt homines, ſunt diligendi, vt peccatores odiendi ſunt.

THeologus ſatisfacit argumento pro parte negatiua adducto dicendo, quod quando propheta dixit, iniquos odio habui, dicebat hoc inquantum iniqui ſunt quia habent odio iniquitates ipſorum, quod eſt ipſorum malum, & hoc eſt perfectũ odium, de quo ipſemet propheta dicebat, Perfecto odio oderam illos, eiuſdem enim rationis eſt odire malum alicuius, & diligere bonum eius, vnde & illud odium perfectum ad charitatem pertinet. Ex hoc enim, quod Dauid charitatem perfectam habebat, vt dicit minor propoſitio, non ſequitur, quod ex charitate magis ſint odiendi peccatores vt homines, quam diligendi, licet exinde ſequatur, quod peccatores, vt peccatores, magis odiendi ſint quam diligendi.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum contra prædicta, præcipuè in hac reſponſione, tali modo. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis per D. Gregorium Hom. 30. in Euangelio, ſed peccatoribus iuſti non exhibent opera dilectionis, ſed magis opera quæ videntur odij, prout inſinuat Dauid, Pſal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, & Dominus præcepit Exod 22. Maleficos non patieris viuere, ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

Argumenti ſolutio. Amicis iniquis oſtẽdenda ſunt ſigna dilectionis quamdiu in illis manet ſpes correctionis, & non vltra.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo cum D. Tho. quod ab amicis peccatoribus (prout dicit Phyloſophus, 9. Ethic. c. 3.) non ſunt ſubtrahenda ſigna amicitiæ, quamdiu habetur ſpes ſanationis eorum, ſed dandum eſt eis auxilium, præcipuè ad recuperationem virtutis magis quam ad recuperationem pecuniæ, quia virtus eſt magis affinis amicitiæ quam pecunia, ſed quando amici peccatores in maximam malitiam incidũt, & inſanabiles ſunt; tunc non eſt eis amicitiæ familiaritas exhibenda, ne videremus patrocinium præſtare criminibus, quia tales, ſi ſunt in nocumentum aliorum, & non ſperatur eorum emendatio, ſecundum legem diuinam & humanam, precipiuntur occidi. Nam omnia illa opera quæ videntur odij contra peccatores, ſunt opera amoris, quoniam reſultant in verum bonum delinquentis, ſi vult corrigi, ſin autem, reſultat in bonum cõmunitatis à qua remouetur crimen, quia hoc non facit iudex motus odio contra illos, ſed amore charitatis, quo bonum publicum præfertur ſingulari perſonæ, etiam mors inflicta peccatori inquit Doctor Sanctus prodeſt ſiue conuertantur ad culpæ expiationem, ſiue non conuertatur ad culpæ terminationem, quia per hoc tollitur ei poteſtas amplius peccandi, vti gladio conuenit iudici, per Apoſtolum. Rom. 12. Priuatis autem hoc non licet, poſſunt tamen conſulere quid agendum contra iſtos, & per maximè debent orare pro ipſis, vt mediantibus orationibus ſuis, illis optineant remiſſionem ſuorum delictorum, & corrigantur.

Argumẽtum tertium.

Inſurgit de nouo Argumentator formatque tertium argumentum contra hanc reſponſionem dicendo. Ad amicitiam pertinet, vt amicis optamus, & velimus bona, ſed Sancti ex charitate optant peccatoribus mala. Conuertantur peccatores in infernum inquit Dauid, ergo non ſunt ex charitate peccatores diligendi.

Argumenti ſolutio. Conuertantur peccatores in infernum tripliciter intelligitur hæc imprecatio.

Theologus cum D. Thom. ad hoc argumentum dicit, quod huiuſmodi imprecationes, quæ inueniuntur in ſacra Scriptura, tripliciter poſſunt intelligi, Primo per modum prænuntiationis, non per modum optationis, vt ſit ſenſus Pſal 9. Conuertantur peccatores in infernum, ideſt conterentur, vt per contritionem accipiant remiſſionem ſuorum delictorum, Secundo per modum optationis, vt tamen deſiderium optantis non referatur ad pœnam hominum, ſed ad iuſtitiam punientis, ſecundum illud Dauid. Pſal. 57. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, quia nec ipſe Deus puniens lætatur in perdictione impiorum, prout dicitur ſapientiæ primo, ſed lætatur in ſua iuſtitia, quoniam iuſtus eſt Dominus, & iuſtitias dilexit, tertio vt deſiderium referatur ad remotionem culpæ non ad ipſam pœnam, vt, ſcilicet, peccata deſtruantur, & homines remaneant ſine culpa.

Argumẽtum quartum.

Non acquieſcit Lector, contra prædicta format quartum argumentum dicendo. Proprium eſt amicorum de eiſdem gaudere, & idem velle, ſed charitas non facit velle, quod peccatores volunt, neque facit gaudere de hoc de quo peccatores gaudent, ſed magis facit contrarium, ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

Argumenti ſolutio. Diligimus peccatores in ordine ad cõuerſionem illorum.

Theologus huic argumento ſatisfacit gloſſando maiorem propoſitionem, & dicendo, quod ex charitate diligimus peccatores, non quidem, vt velimus quæ ipſi volunt, vel gaudeamus de his de quibus ipſi gaudent, ſed vt faciamus eos velle, quæ volumus nos, & gaudere de his de quibus gaudemus nos, quod intendebat. Hier. 15. dicendo. His conuertantur ad te & tu non conuertaris ad eos, vel maior propoſitio eſt interpretanda de verè bonis, quod debemus velle quod volunt illi quos diligimus, & gaudere de his de quibus ipſi gaudent, vnde ad minorem dicimus, quod charitas non facit nos velle quod peccatores volunt, nec gaudere de his de quibus ipſi gaudent quia amor illorum eſt inordinatus, & per noſtram dilectionem, erga illos ex charitate quærimus

tegu-

Digitized by Google

regulare amorem illorum, prout dictum eſt.

Argumẽtum quintum.

Tandem Lector format, quintũ argumentum contra prædicta dicendo. Proprium eſt amicorum ſimul conuiuare per Ariſt. 8. Ethic. cap. 5. ſed cum peccatoribus non eſt conuiuandum per D. Paulum. 2. Cor. 6. Exite de medio eorum, ergo peccatores non ſunt ex charitate diligendi.

Argumenti ſolutio.

Ad minorem propoſitionem dicit Theologus, quod conuiuare cum peccatoribus, reſpicit duo, & conuiuantes, & res circa quas eſt committendum quo ad primum dicit Doctor Sanctus, quod conuiuere peccatoribus, infirmis quidem eſt vitandum propter periculum, quod eis immineret, ne ab eis ſubuertantur. Perfectis autem de quorum corruptione non timetur, laudabile eſt, quod cum peccatoribus conuerſentur vt eos conuertant. Sic enim Dominus cum peccatoribus manducabat, & bibebat, vt habetur Matth. 9. Conuiuus autem peccatorum quantum ab conſortium peccati vitandum eſt omnibus, imperfectis, ſcilicet, & perfectis, & hoc eſt quod intendit Apoſtolus dicendo. Exite de medio eorum æſtimandum ve, retignaris, ſcilicet, ſecundum peccati conſenſum. Hæc dicta ſint pro caſu, & dubio annexo, ponatur alius.

Caſus tertius.

LEctor pro complemento huius diſputationis in hoc tertio caſu, quærit ſi dilectio inimicorum ſit de neceſſitate præcepti.

Et ſi ſit de neceſſitate ſalutis, vt homo exhibeat ſigna, & effectus dilectionis inimico ſuo.

In caſu, ergo quærit Lector, vtrum ſit de neceſſitate charitatis, vt inimici diligantur, & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale formatur argumentum. Illud eſt de neceſſitate charitatis, quod præcipit ſeruandum Chriſtus Dominus in ordine ad charitatem proximi, ſed Dominus præcipit, vt diligamus inimicos, ergo dilectio inimicorum eſt de neceſſitate charitatis. Maior à nullo fideli negatur. Minor probatur ſic, inquit Dominus Matth. 5. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, ergo dilectio inimicorum, eſt à Chriſto, ergo ex præcepto charitatis eſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Charitas non tollit naturam, ſed vnaquęque res, etiam irrationalis naturaliter odit ſuum contrarium, ergo ex neceſſitate charitatis non tenemur diligere inimicos. Maior propoſitio eſt clara, & in reſponſione ad ſecundum caſus præcedentis declarata fuit. Minor probatur experientia. Ouis naturaliter odit lupum, acqua contraria eſt igni, &c. ergo vnaquęque res odit ſuum contrarium, ergo ex oppoſito homo non tenetur diligere inimicos ſuos.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo ponit aliquas diſtinctiones illaſque declarat, Secundo quinque concluſionibus ſatiſfacit quæſito, Tertio dubium proponit & reſoluit, & pro complemento ſoluit argumenta partis negatiuæ, quo ad primum ponitur talis diſtinctio.

Diligere inimicũ ſtat tripliciter primo quo ad culpam, ſecũdo quo ad naturam, tertio in ſpeciali.

Dilectio inimicorum tripliciter poteſt conſiderari, Primo vt dilectio ſe eſtendit ad inimicos vt inimici ſunt ita, vt diligantur inimici, vt inimici ſunt, quatenus nos offendunt, vel proximum iniuſtè, Secundo modo accipitur dilectio inimicorum quantum ad naturam in vniuerſali, ideſt prout homines ſunt, Tertio modo conſideratur dilectio inimicorum in ſpeciali, vt, ſcilicet, quis in ſpeciali diligat inimicum ſpeciali dilectione, Quarto conſideratur hoc pro tempore alicuius neceſſitatis, Quinto pro tempore extra neceſſitatem, (Stante hac diſtinctione) ponendæ ſunt concluſiones iuxta membra diſtinctionis.

Concluſio prima. Diligere inimicum, vt inimicus eſt, quatenus offendit nos, vel proximum, non eſt de præcepto charitatis. Probatur concluſio iſta, quia ſi ſic quis diligeret inimicum, diligeret malum alterius, ſcilicet, odium inimici, perſequutionem, & malum proximi ſui, quod vllus concedit eſſe licitum, ergo de pręcepto charitatis, non tenemur diligere inimicum, vt inimicus eſt.

Aſſignatur modus diligẽdi, & non diligendi inimicum. In ordine ad modos diuerſos diligendi.

Concluſio ſecunda. Ex pręcepto charitatis tenemur diligere inimicum, vt proximus noſter eſt, ſecundum ſuam naturam prout homo eſt, Probatur concluſio iſta, quia ex D. Io. Qui diligit Deum, diligit & proximum ſuum, à qua dilectione generali proximi nullus excluditur, ſiuè ſit amicus ſiue inimicus.

Concluſio tertia, homo non tenetur diligere proximum ſuum dilectione ſpeciali ex pręcepto charitatis. Concluſio iſta ſic probatur, quia talis modus dilectionis non eſt de neceſſitate pręcepti, aliter tali affectu dilectionis teneremur diligere quemlibet hominem, ſed ad hoc non tenemur, quoniam impoſſibile eſt, tali dilectione diligere quemcunque hominem, quia non omnes cognoſcimus, & affectio noſtra ad omnes non poteſt ſe extendere.

Concluſio quarta, in tempore neceſſitatis ſecundum pręparationem animi in particulari diligendus eſt inimicus. Probatur concluſio iſta, quia in tali tempore non adeſt qui occurrere poſſit melius inimico, ergo oportet, quod inimicus hoc faciat, cum etiam Chriſtus pro inimicis ſuis mortuus ſit.

Concluſio quinta. Extra caſum neceſſitatis diligere inimicum ſingulariter eſt de perfectione charitatis non autem de neceſſitate. Concluſio iſta ſic probatur. Cum quis ex charitate diligit proximum propter Deum, quanto magis diligit Deum, tanto magis oſtendit proximo dilectionem ſuam (nulla inimicitia impediente) ergo hoc prouenit ex perfectione charitatis, quod ſic oſtenditur, quando quis multum diligit amicum ſuum, amore (ipſius) filios eius amat, etiam quod eſſent eius inimici. Ita qui amat Deũ ex toto corde ſuo, mente, & anima diligit (amore Dei) proximum ſuum, etiam quod eſſet illi inimicus crudeliſſimus. His concluſionibus ſic declaratis probo rationi-

Digitized by Google

tionibus, quod dilectio inimicorum cadat ſub præcepto charitatis, Primo ſic, Dominus Matth. 5. dicit, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, rogate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, vt ſitis filij Patris veſtri, &c. ergo qui non diligit inimicum ſuum, non eſt filius Dei, nec in gratia eius, cum dicit Apoſtolus Io. Qui non diligit manet in morte. Confirmatur concluſio iſta ſic. Præceptum charitatis, ſeu dilectionis proximi obligat omnes, ſcilicet, Dilige proximum tuum ſicut teipſum, ſed inimicus eſt proximus noſter, ergo à nobis eſt diligendus. Minor probatur, proximus noſter eſt ille qui eſt capax beatitudinis, ſed inimicus noſter dum eſt in hac vita eſt capax beatitudinis, ergo eſt proximus noſter, & per conſequens diligendus eſt à nobis. His ſtantibus ponenda eſt vna cõcluſio particularis, quæ talis eſt. &c.

Dilectio inimicorũ pertinet ad præceptum naturale, & diuinũ.

Concluſio. Hoc præceptum dilectionis inimicorum pertinet ad legem naturalem, & diuinam, & manifeſtatur ſic. Hoc (lumine naturali) docuit Plato lib. 28. dialogorum dicendo. Nulli faciendum eſt malum, etiam ſi ab illo paſſus ſit iniuriam. Hoc idem affirmat Cicero ductus ratione naturali lib. 1 de officijs, cap. de iuſtitia dicendo, Primũ munus iuſtitiæ eſt, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuria, quæ vltima verba intelliguntur, quod ſi quis vult procedere contra ſuum offenſorem, hoc facere debet authoritate non propria, ſed ſecundum ordinem iuris, quod facere poteſt homo abſque peccato. In quo ſenſu dicit Cicero ipſe. In vlciſcendo, & puniendo, eſt certus modus ſeruandus.

In hoc facto. Concionator exagerare debet contra illos qui inimicos ſuos nollunt diligere, & dimittere iniurias, oſtendendo quod hoc, & natura ipſa abhorret. Hac alia ratione probo præceptũ dilectionis inimicorum eſſe de iure naturæ. Si hoc præceptum non eſſet naturale, non eſſet præceptum, valet conſequentia. Nam in lege Euangelica nullum eſt præceptum obligans ad mortale vltra præcepta naturalia, niſi præcepta fidei, & ſacramentorum, vt habetur p. 2. q. 108. art. 2. prout elijciunt ibi expoſitores, ſed præceptum de dilectione inimicorum obligat in Euangelio ad mortale, & non eſt præceptum fidei, vel ſacramentorum, ergo eſt præceptum naturale. Nec dicas tu, quod præceptum hoc de dilectione ſit nouum, poſitum à Chriſto Domino. Io. 13. vbi dicitur. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.

Obiectio.

Solutio obiectionis.

Huic obiectioni ſatisfacit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſuper Ioannem dicendo, quod præceptum charitatis nouum vocatur à Chriſto, quia ſemper fuit ſemperque nouum erit nunquam ſapiet vetuſtatis, vocatur nouum, quia nouo modo in Euangelio explicatur. In veteri lege (inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus) explicatum eſt mandatum dilectionis ſecundum formam naturalis iuris, dilige proximum ſuum ſicut teipſum, dicendo Amicabilia quæ ſunt ad alium naturali ratione proueniunt ex amicabilibus quæ ſunt ad nos. Ita quod, ex regula naturali habetur, quod ſicut amas te (amore amicitiæ) ita amas proximum tuum (amore amicitiæ) hoc eſt verum, præceptum autem nouum, habet nouam formam, quæ explicatur per verba illa Domini, ſicut dilexi vos. Ita modus præcipuè diligendi nos ad inuicem debet eſſe ſimilis modo quo ipſo Chriſtus dilexit nos, ſcilicet, in ordine ad vitam æternam, ordinando omnia bona noſtra, & bona proximi noſtri in vltimum finem incluſiuè, quia ſic Chriſtus dilexit nos, vt etiam vitam ſuam poneret pro nobis, & ſic dilexit diſcipulos ſuos, vt mitteret eos, vt oues in medio luporum. Hæc eſt noua forma dilectionis, hoc eſt mandatum nouũ, vt ſicut Chriſtus dilexit nos. Non carnaliter, ſed ſpiritualiter ponendo vitam pro nobis. Ita & nos ponere debemus vitam pro ſalute proximorum, hoc eſt præceptum nouum, id eſt nouo modo datum.

Rara doctrina pro cõcionatoribus de dilectione inimicorum.

Præceptũ de dilectione inimicorum quo ad ſubſtãtiam ſuam eſt naturale, quo ad modũ autẽ eſt ſupranaturale.

Obſeruandum etiam eſt, quod hoc eſt præceptum, & non conſilium, affirmatiuum tamen, obligans quidem ſemper, ſed non ad ſemper, & quo ad oſtendenda ſigna dilectionis, vnde dico, quod præceptum de dilectione inimicorum quo ad ſuam ſubſtantiam eſt naturale, quo ad modum eſt ſupranaturale, quod ſit naturale quo ad ſuam ſubſtantiam, probatur ſic. Infideles etiam tenentur ad dilectionem inimicorum, & obligantur ad ſubueniendum illis in caſu neceſſitatis, ergo eſt præceptum naturale. Conſequentia currit ex ſe, Antecedens probatur, ſcilicet, quod ad hoc præceptum ſeruandum teneãtur infideles ſicut fideles, & oſtenditur ſic, per illud naturæ præceptum, quod tibi non vis fieri alteri non feceris, quod & corroborat Dominus dicendo. Quicunque vultis vt vobis faciant homines, eadem vos facite illis, ſed omnis homo naturaliter appetit ne ſibi fiat iniuria, vel vt non redatur ſibi malum pro malo, vel deſiderat, vt ſubueniatur ſibi in neceſſitate exiſtenti, à quouis homine, etiam ab inimico, ergo hæc omnia ius naturale vult, vt illos actus exerceat erga alios, dato etiam quod illi alij eſſent inimici, præceptum ergo de dilectione inimicorum eſt de iure naturę.

Impugnationes.

Impugnatio prima.

LEctor non vult ſubſcribere huic ſanę doctrinę, immo illam impugnare intendit primo ſic. Authoritate D. Thom ſuper Math. 5. vbi dicit Doctor Sanctus. Hic incipit Chriſtus ponere conſilia moralia. At ibi Dominus poſuit verba illa. Diligite inimicos veſtros, &c. ergo dilectio inimicorum non eſt de pręcepto naturali, ſed de conſilio.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat conſequentiam inferendam ex prima propoſitione, & aſſignat rationem dicendo, quia licet Doctor Angelicus dicat, quod Dominus ibi incipit ponere conſilia, non tamen ex hoc ſequitur, quod dilectio inimicorum ſit

conſi-

conſilium. Ibi enim Dominus ponit ſimul cum præceptis conſilia aliqua. Ibi præceptum eſt dilectio inimicorum, conſilium autem quod de perfectione Chriſtianorum eſt, continetur in verbis illis. Eſtote ergo perfecti, ſicut & pater veſter perfectus eſt, talis perfectio enim cadit ſub conſilio non autem ſub præcepto.

Impugnatio ſecunda.

Non acquieſcit Lector, contra ſupradicta ſe opponit dicendo. Præceptum illud diligendi amicum, & odiendi inimicum, datum fuit antiquis, ex ſententia Domini. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ergo dilectio inimicorum non eſt præceptum morale, valet conſequentia, quia in nouo teſtamento non ſunt data alia præcepta moralia ab illis quæ data fuerunt in veteri lege.

Impugnationis diluſio. Præceptum de dilectione inimicorum pertinet ad leg. naturæ, & Euãgelicã.

Huic argumento, vel impugnationi dicit Theologus, quod fundatur in falſo. Nam Dominus in verbis illis, non intendit quod phariſei dederint præceptum de odiendo inimicum, & amando amicum, ſed oſtendit ibi, quod Iudæi malè interpretati ſunt præceptum de dilectione proximi, ſcilicet, quod ſit amandus amicus, & odio habendus inimicus, & oſtendit quod ſub præcepto de dilectione proximi continetur præceptum de dilectione inimicorum. In ſignum cuius ſubdit Dominus. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, non tantum verbis, ſed factis, propterea ſubdit, benefacite his qui vos oderunt, & rogate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Ecce quã clarè manifeſtat Dominus condictiones requiſitas ad præceptum dilectionis inimicorum, & ſi odio habendus eſſet inimicus, odio habendus eſſet quo ad culpam, non autem quo ad naturam, & ſi odio habendus eſſet, hoc deberet eſſe ſecundum iura, vt detur locus iuſtitię puniuę, ſine liuore tamen. At quia in dilectione inimicorum neceſſario debent apparere aliqua ſigna dilectionis, ideo dubium eſt proponendum.

Dubium.

Lector in hoc dubio quęrit, ſi homo ex neceſſitate ſalutis teneatur oſtendere inimico ſuo effectus, & ſigna dilectionis, & vt ordinatè procedamus, more ſolito adducit rationes pro vtraque parte dubij.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratio deſumitur ab Apoſtolo Io. in 1. Epiſtola c. 3. Non diligamus verbo neque lingua, ſed opere, & veritate. At diligere opere, & veritate eſt exhibere ſigna, & effectus dilectionis ergo ex neceſſitate charitatis requiritur, quod homo non ſolum diligat inimicos, ſed quod illis oſtendat ſigna, & effectus dilectionis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium. Illud quod pertinet ad perfectionem charitatis non eſt de neceſſitate charitatis, ſed oſtendere ſigna, & effectus dilectionis inimicis, pertinet ad perfectionem charitatis, ergo hoc non eſt de neceſſitate charitatis. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur, gloſſa in verbis illis Domini. Benefacite his qui vos oderunt, dicit, quod benefacere inimicis eſt cumulus perfectionis, ergo oſtendere talia ſigna, & effectus, non eſt de neceſſitate charitatis.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo diſtinguit ſigna dilectionis, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primum, Theologus cum D. Thom. diſtinguit ſigna dilectionis dicendo, ſunt quædam ſigna, & beneficia dilectionis, quę exhibetur in communi, puta cum aliquis orat in communi pro fidelibus, vel pro toto populo, vel aliquod beneficium impendit toti ciuitati, vel communitati. Alia autem ſunt beneficia, vel ſigna particularia dilectionis, quæ tantum charis, & amicis ordinariè exhibetur, vt conuerſatio familiaris, accommodatio pecuniarum, & rerum propriarum munuſcula, & cætera ſimilia, quæ inter amicos exercentur ſæpè, hæc vocantur ſigna propria, & peculiaria dilectionis, (ſtante hac diſtinctione reſpondetur quæſito.)

Signa cõmunia dilectionis neceſſaria ſunt exhibenda inimicis particularia autẽ non neceſſario.

Concluſio prima. De neceſſitate charitatis homo tenetur oſtendere ſigna cõmunia, & effectus charitatis inimicis, ſub reatu mortali, hanc concluſionem declarat, & probat Theologus ex doctrina D. Thom. dicendo, Signa charitatis ex interiori dilectione procedunt, & ei ſunt proportionata, ſed dilectio interior ad inimicum, in communi quidem eſt de neceſſitate præcepti abſolutè. In ſpeciali autem non, dummodo ſint in præparatione animi, ſcilicet, exhibenda in tempore neceſſitatis, prout eſt declaratum in caſu, ergo nõ exhibere ſigna communia dilectionis inimicis eſt contra præceptum charitatis, & per conſequens peccatum mortale, Secundo probatur concluſio iſta ex oppoſito. Nam ſi quis vellet excludere ab oratione quæ fit pro toto populo, vel à beneficio, quod fit communitati inimicum ſuum, hoc eſſet ſignum liuoris, vindictæ, & odij, & iſte operaretur contra id quod præcipit Deus Leuitici 19. vbi dicitur. Non quæras vltionem, nec memor eris iniurię ciuium tuorum. His ſic declaratis pro prima concluſione accedamus ad aliam.

Oſtendere ſigna particularia dilectionis inimico tempore neceſſitatis eſt in præcepto extra eſt de perfectione charitatis.

Concluſio ſecunda. Oſtendere ſigna particularia, & effectus ſingulares dilectionis inimicis, nõ eſt de neceſſitate pręcepti charitatis, dummodo illa habeat in pręparatione animi, pro tempore neceſſitatis, prout habetur Prouerb. 21. quo in loco dicit ſapiens. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit da illi potum, ergo in tempore neceſſitatis homo tenetur oſtendere ſigna dilectionis ſingularia inimico ſuo. Si autem aliquis talia ſigna extra caſum neceſſitatis oſtendit inimicis, facit opus ad perfectionem charitatis pertinens, quia non ſolum trahitur ad odium propter iniuriam receptam, ſed vult trahere inimicum beneficijs ad ſui amorem.

Pro

Pro maiori intelligentia huius doctrinæ Angelicæ Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod oſtendere ſigna ſingularia dilectionis inimicis (cum non ſit de neceſſitate ſalutis, ſed de perfectione charitatis) confeſſarius non debet negare abſolutionem peccatori nolenti oſtendere hæc ſigna ſingularia dilectionis (quæ ſunt de perfectione charitatis) inimico ſuo, dummodo illi oſtendat ſigna communia charitatis, & rationem aſſignat dicendo. Non enim homo tenetur cuilibet homini, loqui, ſalutare, & cum illo tractare negotia ſua, vnde ſi hæc non exercet cum inimicis non facit contra charitatem, vnde non habet impedimentum, quin ſacerdos non poſſit eum abſoluere.

Aliquando ratione ſcandali homo teneatur oſtendere ſigna particularia amicitiæ inimico.

Hæc dicta vera ſunt per ſe (inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus) per accidens tamen aliquando ratione ſcandali ſunt falſa, quod diligenter debet obſeruare, confeſſarius prudens ne ſua inconſideratione præcipiat ipſe ſimul cum pœnitente. Nam quandocunque oporteret loqui inimico, ſcilicet, tempore neceſſitatis, vel ad euitandum ſcandalum, non oſtendens talia ſigna dilectionis peccat, ſcilicet, mortaliter. Hoc idem affirmat Magiſter Dominicus Banenſis dicendo, quod dicta à Sancto Doctore in hoc propoſito ſunt tenenda de rigore legis abſolutè, & ſecundum ſe, quæ tamen frequenter, & ex circunſtantia, ex ſcandalo proprio, vel alieno non ſunt licita, & vt hoc verum ſit, experientia cognoſcemus ſi ad quæſita particularia deſcenderemus.

Quæſita non nulla ad praticandam doctrinam.

Quæſitum primum.

QVærit Lector, An ſi mihi occurrat obuiam inimicus teneat illum ſalutare verbo, vel ſigno.

Salutationes inimicorum non ſunt dimittendæ ſi adeſt ſpes reconciliationis.

Reſpondet Theologus, quod ad hoc (licet ex iuſtitia non teneris) ex charitate tamen teneris. Rationem aſſignat dicendo. Nam ſi mea ſalutatione poſſum inimicum meum reconciliare Deo, & mihi ipſi. Neſcio videre quomodo charitas ad hoc non vrgeat me, cum medium ſit facile ad pacificandum me illi, & ad acquirendam animam illius. Solebam enim ante inimicitiam hunc talem honorare, ſalutare, quomodo abſque taxa linoris poſſum ab his ceſſare poſt diſcordiam, ergo in tali caſu teneor ad ſigna illa particularia dilectionis.

Quæſitum ſecundum.

Secundo loco quærit Lector, An ſi me ſalutet inimicus teneat illum reſſalutare.

Tenetur homo reſalutare inimicum ſi eum ſalutat aliter peccat mortaliter non tamen conuerſare familiariter.

Reſpondet Theologus per diſtinctionem dicendo. Aut inimicus eſt inferior, aut ſuperior. Si inferior puta, filius, vel ſeruus, vel iſte eſt tibi æqualis, aut ſuperior. Si inimicus eſt inferior non teneris eum reſalutare, tamen quia Dominus non ſemper tenetur reſpondere ſeruo, vel filio dum eum ſalutat. Immo aliquando licet oppoſitum facere pro humiliatione illorum. Si tamen inferiores non eſſent de familia talium dominorum, ratione ſcandali debent illos reſalutare, ne videantur habere animum vlciſcendi ſe. Si autem ſunt æquales, vel ſuperiores abſque dubio teneris reſalutare illos aliter peccares mortaliter, immo dicit Syl verbo charitas q. 6. quod ſi ſunt alij homines cum inimico eſt mortale peccatum ſalutare illos relicto inimico propter ſcandalum, quod confirmat Banenſis, ergo à fortiori inferro ego, iſte mortaliter peccat (ratione ſcandali) ſi non reſalutat inimicum, quando conuerſare cum inimico, cum quo alias conuerſare ſolebat, affert tibi ſcandalum, prudenter eſt procedendum, debes illum ſalutare in publico & in priuato, non teneris tamen cum illo conuerſare familiariter, & hac via, mundus cognoſcet, quod ipſe eſt in culpa, & non tu.

A beneficio publico non poteſt inimicus priuari, niſi in aliquo caſu particulari.

Quando quis facit aliquod beneficium alicui communitati, ab hoc beneficio non poteſt excludere inimicum, aliter faciendo contra charitatem peccaret ſcandalizando proximum, ſimiliter contra iuſtitiam diſtributiuam, auferendo ab illo, id quod ei debetur quatenus eſt pars communitatis illius. Si tamen beneficium fiat multis de communitate illa, & non omnibus, & non fiunt participes multi, etiam non inimicos huius beneficij, poteſt & inimicus excludi ab illo, vel in illo non includi, niſi eſſet occaſio ſcandali, quia tunc non liceret, poteſt etiam hoc facere, ſi tanquam Iudex, & Prælatus hoc ageret, quia tunc poteſt applicare beneficium dignis relictis indignis.

Quæſitum tertium.

Tertio loco quærit Lector, An quando inimicus petit veniam ab inimico, teneatur offenſus dimittere offenſam, & oſtendere illi ſigna particularia dilectionis.

Petenti veniam eſt relaxanda, aliter peccaret mortaliter ſi dimiuſt pœnam taxatam benè facit.

Theologus reſpondet affirmatiuè, dicit quod ad hoc tenetur, rationem huius rei aſſignat dicendo, quod talis petitio ex natura ſua facit, quod tempus illud ſit tempus neceſſitatis reconciliationis, quod ſi nolet ei dimittere iniuriam, ſcandalizaret proximum ſuum. Signa autem dilectionis non æqualiter omnibus petentibus veniam ſunt exhibenda, bene autem ſecundum conditionem perſonarum. In ſignum huius, quando Dauid Rex pepercit Abſaloni delictum ſuum, hac lege ei pepercit, vt non videret faciem Regis per biennium quia in hoc procedebat Dauid, vt Pater, & Iudex, ne in futuro crimina ſimilia dimitterentur.

Quæſitum quartum.

Vltimo loco quærit Lector, An offenſus teneatur non ſolum remittere iniuriam inimico, veniam petenti, ſed etiam pœnam taxatam à lege, vel à iudice, dummodo inimicus hoc inſtanter petat, & maximè ſi offenſor eſt pauper, & aggrauatus familia.

Ex iuſtitia, vt ſic non tenetur homo dimittere pœnas pecuniarias aut membrorum inimici ex charitate verè aliquando ſic.

Huic dubio ſatisfacit Theologus diſtinguendo, vel quæſitum hoc quærit ex iuſtitia, vel ex charitate. Si hoc ex iuſtitia quærat negatiuè eſt reſpondendum, quoniam non eſt malum ſeruare iuſtitiam abſolutè loquendo, ſupponendo tamen, quod hoc non faciat ex odio, vel ex liuore vindictæ, quia ſi hoc faceret ex odio, vel liuore, tunc teneretur omnia dimittere, ne odium vel liuor habitaret in corde ſuo, ex iuſtitia tamen, vt dictum eſt, poterit pœnam pecuniariam ſibi debitam petere, ſicut ab amico debente ei hoc ſoluere, vel condonare ſi vult, ſi autem quis inimico non vult condonare pœnam corporalem, puta abſciſſionis ma-

nus,

Digitized by Google

nus, vel capitis, ſeu alterius membri, moraliter loquendo non excuſatur à mortali peccato, quoniam expreſſè videtur hoc procedere ex livore vindictæ, loquendo per ſe, per accidens autem aliquando licere poteſt, v.g quando familia offenſi, remaneret infamis niſi exequeretur iuſtitiam, ſed quando leue aut nullum damnum ſequitur ex tali donatione, talis non excuſatur à mortali, ſi nō vult condonare tale pœnam inimico ſibi reconciliato, & petenti talem remiſſionem. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ pro parte affirmatiua adductæ, & adducendæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus inſtantiæ adductæ dicit, quod debemus diligere vtrique opere, & veritate inimicum noſtrum, oſtendendo illi vera ſigna dilectionis in communi de facto & ad hoc ſufficit, quod vltra iſta, ei oſtendamus ſigna particularia dilectionis in animi præparatione, ſcilicet, tempore neceſſitatis, eo modo quo declarauimus ſupra loco ſuo.

Inſtantia 2. Inſurgit Argumentator, & format ſecundam inſtantiam contra prædicta dicendo, quod non ſolum in præparatione animi tenemur oſtendere ſigna particularia dilectionis inimicis, ſed actualiter, & extra caſum maximè neceſſitatis, & probat intentum ſic, diligere actualiter inimicos noſtros eſt de neceſſitate charitatis, vt notauimus in caſu præſenti, ergo & oſtendere illi ſigna particularia, valet conſequentia. Nam Dominus noſter, ſimul dicit, diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos, ſimiliter rogate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, ſed benefacere, & rogare pro inimicis ſunt ſigna particularia dilectionis, ergo ad illa tenetur quilibet homo.

Inſtant. ſolutio. Huius inſtantiæ conſequentia eſt falſa inquit Theologus, ſimiliter, minor propoſitio probationis non eſt vera. Nam licet diligere inimicos ſit de neceſſitate præcepti charitatis, ſimiliter, & benefacere, & orare pro illis, tamen de neceſſitate præcepti non requiritur quod illud diligere, benefacere, & orare ſit in ſpeciali extra caſum neceſſitatis, ſed ſufficit, pro quolibet illorum, ſcilicet, diligere, benefacere, & orare, ſeruetur in communi prout declaratum fuit in cōcluſionibus, dūmodo adſit præparatio animi, vt illis ſubueniat in particulari tempore neceſſitatis.

Inſtantia 3. Argumentator non acquieſcit contra hanc ſolutionem inſtat dicendo. Solutio bona eſt, ſed non videtur ad plenum ſatisfacere. Clarum eſt, quod ex præcepto charitatis non ſolum amatur Deus, ſed proximus etiam. Amor autem Dei occioſus eſſe non poteſt inquit D. Gregorius in Homelia Pentecoſtes, dicit enim, Amor Dei operatur magna ſi eſt, ſi autem operari deſinit amor non eſt, ergo charitas, quæ habetur ad proximum non poteſt eſſe ſine effectu operationis. De neceſſitate dilectionis eſt, vt omnis proximus diligatur etiā inimicus, ergo de neceſſitate charitatis eſt, quod aliquis ſigna, & effectus dilectionis iniurijs exhibeatur.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod amor Dei erga inimicos ſemper operatur, quia mouet ad oſtendenda illi ſigna communia dilectionis extra caſum neceſſitatis, cum animo oſtendendi particularia, ſi opus fuerit, non tamen ex hoc ſequitur, quod ſemper debeat oſtendere ſigna illa particularia, ex hac doctrina manifeſtè apparet error græcorum apud Prateolum titulo græci, dicentium, quod decipere inimicum non eſt peccatum, ſed eſſe licitum, ſi quis inimico damna inferret, etiam ſi ad id agendum periurijs, aut quotis mendacio iuuetur, ecce error iſtorum. Nam ſi per iam dicta de neceſſitate charitatis eſt benefacere inimicis, ergo nō licet illum decipere, neque illi damnum inferre in aliquo, diuina ſcriptura multis in locis hoc manifeſtat, vt videre eſt apud Magiſtrum Seraphicum à Porta 2.2 q.25. art.9. in appendice, quod appertè præcipit ſapiēs. Prouerb. 25. dicendo. Si exurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da illi, ecce, quod tenemur ſubuenire inimicis & non decipere, vel damnificare illum. His relictis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuę caſus.

Inſtant. ſolutio.

Error græcorum dicentiū nō eſſe neceſſario illi oſtēdere ſigna dilectionis, ſed liceat illos decipere fallacijs, & periurijs.

Argumentorum ſolutio.

THeologus primo argumento dicit, quod inimici, vt inimici ſunt non ſunt diligendi, ſed odio ſunt habendi, vt in præcedentibus oſtendimus, debemus dolere, quod ſint nobis inimici, debemus tamen illos diligere, vt homines quatenus capaces ſunt æternę beatitudinis, quia vt ſic, non ſunt nobis inimici.

Argumenti ſolutio.

Inſurgit Lector, & contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum, quod eſt tale, charitas non agit perperam, ſed hoc videtur peruerſum eſſe, ſcilicet, quod aliquis diligat inimicos, ſicut quod odio habeat amicos, ergo charitas non aſtringit ad dilectionem inimicorum. Maior propoſitio eſt D. Pauli. Minor probatur authoritate 2. Regum 19. quo in loco, Gioab reprehendebat Dauid dicendo illi. Diliges odientes te, & odio habes diligentes te, ergo ſicut indignum eſt odire amicos, ita erit indignum diligere inimicum.

Argumentum ſecundum.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo, quod diligere inimicum, vt inimicus vituperabile quidem eſt, hoc autem non facit charitas, ſed diligit hic naturā inimici, vt faciat illum amicum, prout faciebat Dauid, vituperabile etiam eſt odire amicos, ſi verè amici ſunt, ſi autem ſint amici ficti, & non reales, vitioſi, & non virtuoſi, tales non eſſent diligendi, & hos amicos oderat Dauid, odire igitur amicos, vt verè amici ſunt malum eſt (dummodo bona ſit amicitia illorum) odire illos vt peccatores, bonum eſt, immo ſunt corrigendi, eo modo quo docet D. Auguſtinus in regula, ſcilicet, cum dilectione hominum, & odio vitiorum, ex his ergo apparet, quod non eſt indignum diligere inimicos, immo digniſſimum, & vt

Argumenti ſolutio. Diligere inimicos eſt opus dignū, & laudabile apud Deum, & homines.

vt facilius hæc omnia quæ ad hanc diſputationẽ pertinent capiantur, volo illud manifeſtare cum D. Antonino.

Septem ſunt quæ nos inducunt ad dilectionem inimicorũ quæ per maximè debet obſeruare concionator.

D. Antoninus notat ſeptem quæ nos inducunt ad dilectionem inimicorum. Inter quæ primum eſt ſtatus miſerimus, in quo reperitur inimicus qui fecit iniuriam proximo ſuo, & non vult illi ſatisfacere. Iſte inimicus mortuus eſt morte ſpirituali prout docet ſapiens a 6. Sap. dicendo, Per malitiam occidit homo animam ſuam. Clarum eſt, quod ſumere vindictam de homine mortuo, & crudelem ſe oſtendere in corpore defuncto abominabilis res eſt. Nam crudeliores videntur illi fuiſſent, qui Chriſto mortuo non pepercerunt, quam qui eum viuum vulnerauerunt, ecce quod qui vult vindicare ſe de inimico, ſtultiſſimè agit cum agat contra mortuum ſpiritualiter, quod grauius eſt quam ire contra mortuum corporaliter.

Secundo inimicos diligere debemus, ratio eſt, quia ſi nos in temporalibus offendunt, multum nobis iuuãt in ſpiritualibus. Cum perſequutiones illorum nos bona æterna acquirere faciant ex Domini ſententia. Beati qui perſequutionem patiuntur, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Inimici ſunt ſicut apes, pungunt nos vtique acculeo ſuarum tribulationum, ſed in futurum fauum mellis æternæ beatitudinis nobis guſtare faciunt.

Tertio debemus diligere inimicos, quoniam dilectio inimicorum nobis vtilis eſt magis quam dilectio amicorum, ratio eſt, quia dilectio inimicorum ſanat nos à peccatis prout affirmat D. Auguſtinus dicendo. Ego ad dilectionem inimicorum vos moneo, quia ad ſanandum vulnera peccatorum nullum medicamentum efficatius eſſe cognoſco. Ipſa dilectio inimicorum facit nos perfectos, dicit enim Dominus, eſtote perfecti ſicut pater veſter perfectus eſt qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos, & iniuſtos, ergo diligere inimicos perfectos nos facit.

Quarto debemus omni affectu diligere inimicos noſtros, quoniam dilectio iſta facit nos filios Dei, vt habetur Lucæ 6. quo in loco dicit Dominus, diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt, quo in loco dicit D. Auguſtinus, quanta gratia (per nos ſerui digni non ſumus) ex inimicorum dilectione filij Dei efficimur, & D. Io. Chriſoſtomus. Nihil ſic Deum placabilem facit, ſicut malignis, & lædentibus eſſe placabilem, & per conſequens talis Diabolo eſt moleſtior, quia per hoc magis ſe elongat ab eius ſimilitudine, cum ille obſtinato animo hominem perſequatur.

Quinto loco totis viſceribus, debemus diligere inimicos noſtros, quia non datur medicina efficatior ad ſanandas animas illorum quam iſta dilectio. Ipſa enim eſt ignis, inimicitias in inimicos anichilans, quod confirmat D. Chriſoſtomus dicendo. Omnis inimicitia beneficiorum aſſiduitate compeſcitur, ecce quod dilectio inimicorum eſt medicina ex vtraque parte, ſcilicet, oppreſſoris, & oppreſſi.

Sexto debes diligere inimicum, ex parte tui, ratio eſt, quia non potes nocere inimicis quin tibi noceas, & ſi non credis mihi crede D. Auguſtino, qui tibi dicit hæc verba, quod malitia tua alteri nõ noceat fieri poteſt, ſed quod tibi non noceat, fieri non poteſt, & ratio huius eſt, quia ſolum ex hoc, quod odis inimicum, tibi ipſi odium multum nocet, Nam qui odit fratrem ſuum homicida eſt, inquit Apoſtolus Ioannes. Tandem diligere debes inimicum tuum, quia per hoc ſis ſimilis Chriſto Domino, qui pro inimicis ſuis mortuus eſt, inquit enim ſapiens, Magna gloria eſt ſequi Dominum, qui iniuriatus eſt tibi, magis Deum quam te offendit, ipſe patiens eſt, expectat peccatorem ad pœnitentiam, fac, & tu ſimiliter, patientiam habe, cõſidera Chriſtum in Cruce pendentem, & obſerua id quod dicit Apoſtolus Petrus. Epiſtola 1. cap. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, dicendo. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt, & tamen omne genus iniuriarum tunc ſubſtinuit. Ipſe enim patienter ſubſtinuit obrobria, contumelias, vulnera, & mortem. Immo in Cruce orabat pro perſequutoribus ſuis, vt dictum eſt, ſubſtinuit obrobria, in carne ſua, in fama, & honore ablatis ab eo per cõtumelias, & deriſiones paſſus eſt in vita ſua amiſſa per mortẽ. Tu ergo ſequere Chriſtum, dilige inimicum tuum, ſed opere, & veritate oſtendendo illi ſigna, & effectus dilectionis. Hæc pauca dicere nolui in gratia concionatorum, vt ex his, & ſimilibus occaſionem ampliandi materiam hanc accipiant, & hæc dicta ſint pro tota iſta diſputatione. Accedamus ad aliam.

DISPVTATIO QVARTA

In littera D.

De Diſcordia.

Lector in hac breui diſputatione inquirit de qualitate peccati diſcordiæ, & quæ nam fuit diſcordia reperta inter Apoſtolos.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum diſcordia ſit peccatum mortale, & à quo oriatur?

In dubio inueſtigat, An fuerit peccatum diſcordia, illa quæ inter Apoſtolos inueniebatur?

In caſu ergo quærit Lector vtrum diſcordia ſit peccatum mortale, & pro vtraque parte adducit ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Illud opus eſt peccatum mortale, quod ab Apoſtolo inter opera carnis computatur, ſed diſcordia ab Apoſtolo (quinto ad Galatas) inter opera carnis computatur, ergo eſt peccatum, & peccatum mortale. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor autem ſic probatur, primo quod — Partis affirmatiuæ probatio.

ſit peccatum mortale. Illud eſt peccatum mortale, quod excludit hominem à Regno Cœlorum, diſcordia hoc facit, ergo eſt peccatum mortale. Minor probatur illi qui agunt opera carnalia, operantur illa opera quæ excludunt à regno Dei, ſed diſceminatores diſcordiæ hoc faciunt, ergo diſcordia excludit à regno cœlorum, ergo diſcordia non ſolum eſt peccatum, ſed peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Diſcordare ab aliquo eſt diſcedere ab eius voluntate, ſed diſcordare ab aliquo non eſt peccatum præcipuè mortale, ergo diſcordia non eſt peccatum. Maior propoſitio de ſe patet. Minor probatur, voluntas proximi non eſt regula noſtræ actionis, ſed ſola voluntas diuina, ergo deuiare à voluntate proximi non eſt peccatum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo declarat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & vt doctrina ſit clara proponit, & ſoluit dubium, Tertio reſpondet ad argumenta partis negatiuę, quo ad primum, dicit ſe proponere hanc diſputationem, vt cognitionem habere poſſimus, de peccatis quæ paci opponũtur pro pleniori doctrinæ intelligentia diſputationis præcedentis; modo vult tractare de diſcordia cum iam loco ſuo tractauit de contentione. De rixa, ſub literis. R. erit diſputatio, cum de bello loco ſuo abundanter ſit dictum, de ſeditione licet non fiat diſputatio particularis cum ſit ſpecies diſcordiæ, de illa aliqua dicuntur hic. Seditio enim diſcordiam importat, non quamcunque, ſed inter pares alicuius multitudinis. Hoc manifeſtat D. Iſidorus in lib. Ethimol. dicendo. Seditio enim diſcordiam importat, non quamcunque, ſed inter pares alicuius multitudinis, vel aliter. Seditioſus eſt qui diſceſſiones animorum facit, & diſcordias gignit. Cõuenit enim ſeditio in aliquo cum ſchimate, rixa, & bello, & in aliquo differt. Conuenit cum ſchimate, quia & ipſa importat aliquam ſeditionem, differt ab illo, quia ſchima opponitur vnitati ſpirituali, ſcilicet, multitudini Eccleſiaſticæ. Seditio autẽ opponitur vnitati temporali, ſeu ſæculari multitudini, ſcilicet, Ciuitati, differt à bello, & rixa, Bellum eſt contra hoſtes extraneos, multitudinis ad multitudinem, rixa eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Seditio autem eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe differentes, puta quando vna pars ciuitatis exiſtit contra aliam. His ſic declaratis pro intelligentia terminorum, vt magis percipiatur natura ſeditionis, cum D. Thom. 2. 2. q. 42. art. 2. ponenda eſt prima concluſio de ſeditione, poſtea ponentur alia de diſcordia.

Seditio eſt diſcordia, nõ abſolutè, ſed inter pares q. ſunt eiuſdem multitudinis.

Nota.

Seditio peccatum mortale eſt, & tãto grauius eſt in materia grauiori, & inter primates

Concluſio prima. Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale, probatur authoritate Apoſtoli ad Galatas 5. vbi numerat ſeditionem inter peccata mortalia, probatur etiam ratione. Seditio opponitur iuſtitiæ, & communi bono, ergo eſt peccatum mortale. Nam ex antedictis conſtat, quod ſeditio opponitur vnitati multitudinis legi, & communicati, & tanto grauius peccatum eſt ipſa ſeditio, quanto commune bonum, quod impugnatur per ſeditionem eſt maius quam bonum priuatum, quod impugnatur per rixam. Hoc peccatum ſeditionis, primo & principaliter reperitur in his qui procurant ſeditionem ipſam, talis ſeditio fuit in Siba filio Bocri, qui clamans coram omni populo Iſdrael dixit. Non eſſe ſibi partem in Dauid, propter quod tres tribus receſſerunt à regimine Dauid, qua de cauſa Ioab procedens contra illum fecit eum decapitare. 2. Regum 20. Talis fuit Barabas latro qui in ſeditione fecit homicidium Matth. 27. Vlterius peccatum iſtud reperitur in his qui principales ſeductores ſequuntur, tale peccatum reperiebatur in his qui ſequebantur Abſalonem in coniurationem contra Dauid Patrem eius. Illi autem qui bonum commune defendunt non ſunt dicendi ſeditioſi, ſed potius ſeditioſorum oppreſſores, vnde Ioiada ſummus Sacerdos, qui cum multitudine armata abſtulit Regnum Iuda ab Attalia, quod ſibi iniuſtè vſurpauerat, non fuit ſeditioſus, ſed expugnator illius mulieris ſeditioſæ 4. Regum 11. His declaratis ponendæ ſunt reliquę concluſiones, quæ erunt pro diſcordia de qua eſt diſputatio.

Diſcordia peccatum mortale eſt inquantum contrariatur cõcordiæ cuius cauſa eſt charitas, alias nõ eſt peccatũ, &c.

Concluſio ſecunda. Diſcordia ea ratione eſt peccatum, inquantum eſt contraria concordiæ quæ à charitate procedit. Concluſio iſta probatur tali medio, omnis illa diſcordia quæ directè eſt contra charitatem peccatum mortale eſt, ſed diſcordia de qua loquimur eſt huiuſmodi, ergo eſt peccatum mortale. Maior propoſitio de ſe patet. Minor ſic probatur, diſcordia per ſe eſt dum aliquis à proximo ſuo ſcienter, & ex intentione diſcentit in bono diuino, & in bono proximi, in quo conuenire debet, ſed homo ille eſt contrarius concordiæ, quæ ex charitate procedit, ergo eſt contra charitatem Dei, & proximi, ergo talis diſcordia ex ſuo genere poteſt eſſe peccatum mortale, licet ex imperfectione actus poſſit eſſe peccatum veniale, ſcilicet, dum manet in primo motu.

Concluſio tertia. Diſcordia quæ eſt præter intentionem non eſt peccatum, quod ſic oſtenditur, quia vt ſic non repugnat charitati. Si tamen diſcordia ipſa eſſet cum errore circa ea quæ ſunt fidei, ſcilicet, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis ſcienter, & pertinaciter, eſſet talis diſcordia peccatum grauiſſimum, circa hoc Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit hæc verba, vel ſimilia, error circa ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, contingit alicui dupliciter, vel cum culpa, vt error Iudęorum, & eorum, qui negligenter quærunt illorum notitiam quæ ad ſe ſpectat. Secundo hoc contingit ſine culpa, vt error mulierum, & ſimplicium, facientium quod in ſe eſt, ad hoc vt ſciant ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. In primis non eſt excuſabilis ignorantia veritatis quæ poſita eſt in diſcordia. In ſecundis ſic. In illis eſt ſine culpa, non autem in illis.

Vt igitur doctrina iſta clarius percipiatur notandum

Tria præcipuè cauſæ diſcordias in ciuitatibus, quę euitare debēt ciues cordiales.

tandum eſt, cum D. Antonino. In ſecunda p. tit. 4. cap. 8. ibi enim dicit, quod tria ſunt quæ generant diſcordias in ciuitatibus. Inter quæ primum locum tenet procuratio inordinata proprij comodi. Secundum improportionata diſtributio honorum, & onerum. Tertium relaxata punitio tranſgreſſorū, quo ad primum clarum eſt, quod quando quis multum tendit ſuæ comoditati, quod alij aggrauantur hoc enim vidimus in corpore humano, quod quando humores ſunt in debita proportione, corpus eſt ſanum, quando ſe mouetur talis proportio ſtatim adeſt infirmitas. Ita occurit in Ciuitatibus, & communitatibus, quo adusque fit recta diſtributio omnia in concordia manent, ſed ſe mota iſta recta diſtributione, diſcordiæ ſunt vndique hoc enim experientia docet. quia Roboam nimis prouidere volebat burſæ ſuæ, & cupiditati, vt poſſet facere expenſas ſuperfluas incuria ſua, propter hoc noluit dimittere exactiones tributorum, immo voluit illas augere. Hac de cauſa talis, & tanta exorta eſt diſcordia inter tribum Iudæ, & tribus Iſdrael, quod nunquam aufferri potuit, & dimiſit magnam partem dominij ſui, vt habetur 3. Regum 12.

Quo ad ſecundum diſcordiæ oriuntur in ciuitatibus, ex improportionata diſtributione honorum, & onerum, quando nimis aliqui verſantur in collectis, & laboribus, alij autem nimis eleuantur, vel cum honores, & beneficia, aliquibus copioſè offeruntur, alijs autem parum, vel nihil datur. Inde generantur diſcordiæ, & inuidiæ inter conciues, quando in diſtribuendo, vel in aggrauando, non conſiderantur merita, vel demerita perſonarum, ſed tantum dependentia.

Quo ad tertium diſcordiæ oriuntur dum non ſeruatur iuſtitia punitiua in ordine ad facinoroſos. Nam ex hoc datur audacia malis ad ledendos proximos ſuos, ſeu inimicos, ex quo diſcordiæ, & inimicitiæ ſequuntur non paucæ, & paruæ. Ideo omni diligentia diſcordiæ ſunt exterminandæ, quoniam ex ſententia Saluſtij, & D. Hieronymi, concordia paruæ res creſcunt, diſcordia autem maximè dilabuntur, quod clarius confirmat Dominus dicendo in Euangelio. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſſolabitur, & domus ſuper domum cadet. Hoc etiam experientia docet. Nam virtus vnita fortior, & diuiſa debilior eſt. Concordia vnit, diſcordia ſeparat vnita, ergo diſcordia eſt origo confuſionum, & mala res eſt.

Ex his faciliter cognoſcere poſſumus quam impia ſit partialitas ſeditioſorum in ciuitatibus, vel in congregationibus, ipſa enim cauſat diſcordias, inimicitias, & deſtructionem vtriuſque partis diſcordantium multoties, vt clarè ex his conſtat.

Tria mala cauſant partialitates, & diſcordiæ in ciuitatibus, & conuentibus.

D. Antoninus notat tria mala magna, quæ ex his partialitatibus, & ſeditionibus procedunt. Primum eſt fatuitas talium partialium, ſecundum eſt crudelitas, Tertium eſt diuturnitas. Accedamus ad primum, Sub coelo ſtultior gens non reperitur ſeditioſa, & partiali. Iſti vt obtineant intentum ſuum in fauorem ſuorum partialium, ſiue in dignitatibus, ſiue in acquiſitione temporaliū, ſiue in gubernatione Eccleſiaſtica, ſiue laicali, abſque confuſione eligunt indignos, furantur res Eccleſiæ, & communitatis, falſum teſtimonium dicunt, & mille impudicitias committunt. Nec conſiderant infelices, quod partialitas iſta eſt cauſa non ſolum diſcordiæ, & inimicitiæ, ſed ſuæ damnationis.

Mihi videtur partiales iſti ſimiles eſſe ſtultis, qui gaudenter exponunt ſe magnis periculis, non timentes illa, & hoc, quia carent intellectu, hoc idem faciunt partiales, non timent in actionibus ſuis pericula inferni, nec Dei flagella, propterea inter omnes ſtulti primum locum tenent. Pergamus ad ſecundum malum partialium ſeu ſeditioſorum hominum, hoc eſt nimia crudelitas de qua loquebatur. Hier. Threnorum 4. Filia populi mei crudelis quaſi Strutio, partialis, ſeu ſeditioſus vocatur filia populi Dei, quia eſt anima fidelis. At quia partialis, vel ſeditioſus eſt, vocatur crudelis, quaſi ſtrutio. Strutio eſt tam crudelis (inquiunt naturales) vt deſerat oua ſua, & de illis curam habere non vult, hoc idem facit partialis, ſeu ſeditioſus, non curat de proprijs filijs, vel de familia, & de bonis ſuæ fortunæ pro ſua iniqua partialitate. Non enim inuenitur tanta crudelitas in aliquo alio genere hominum, quanta reperitur in partialibus, & ſeditioſis propter inueteratum odium, quod habent contra illos, qui ſunt contrarij ſuæ factioni, & non ſolum crudeles ſe oſtendunt contra ſibi notos factionis contrariæ, ſed etiam contra ignotos, nō ſolum contra præſentes, ſed contra præteritos, & futuros, contra infantes, & ſenes, immo aliquando contra conſanguineos, & affines, immo contra patrias illorum, & quod peius eſt contra illos, qui alias ſibi fuerunt ſerui, & amici fideles, o partiales crudeles, immo homicidæ iniquiſſimi. Non attenditis ad dictum Apoſtoli Io. Epiſtola 1. cap. 3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt, vlra hoc quis exprimere poteſt crudelitates, quas iſti exercent contra partem contrariam? Non parcunt ætati, non ſexui, nō conſanguinitati, vel affinitati, non amicitiæ, non fidei, non religioni, non ſanctitati, ſed vſque ad deuorationem animæ, & carnis perueniunt. Iſtos aliquando Deus grauiſſimè punit, & meritò quidem. Puniuit Adonibezech Regem Hieruſalem qui crudeliſſimus fuit. Iſte captus fuit à Ioſue, & abſiſſis extremitatibus manuum, & pedum, colligebat fragmenta ſub menſa, vt caſus, quod conſiderans iſte crudelis dixit hæc verba. Reddidit mihi Deus, quod feci. Septuaginta enim Reges abſiſcis manuum, & pedum ſummitatibus colligebant ſub mēſa mea reliquias ciborum. Sicut feci, ſic mihi factum eſt, iud. cum. c. 1. Hoc idem accidit crudeli Regi Perſarum, iſte ex ſua crudelitate, delectabatur effundere ſanguinem humanum. Iſte captus fuit à Regina Demetrij, & decapitatus, & quia ipſe occiderat filium iſtius Reginæ, Regina fecit ponere caput ipſius Regis in vtre pleno ſanguine dicens illi ſanguine ſitiſti, ſanguinem bibe, veniamus ad tertium malum partialitatis, ſcilicet, ad diuturnitatem.

Oſtenditur crudelitas hominum, præcipuè religioſorum partialium ſeditioſorum amantium diſcordiam.

Digitized by Google

Partiales & ſeditioſi nequeunt abſolui niſi relicto malo affectu, & facta reſtitutione dãni dati opreſſis ab eis.

Nam partiales ſemper morantur in huiuſmodi diuiſionibus, & partialitatibus abſque remorſu aliquo ſuæ conſcientiæ, & quia morbum ſuum non cognoſcunt, medicinam non inquirunt, ideo in puncto mortis ad infernum deſcendũt, nec iſti abſolui poſſunt niſi relicta omni partialitate, & ſeditione, ita, ſcilicet, quod odium dimittant ex corde, & relinquant appetitum nocendi, & quærant pro poſſe ſatisfacere damnis datis quoad honores, vel quo ad res temporales, aliter abſolui non poſſunt, & ſi confeſſarij abſoluant, ligant ſeipſos, & abſolutio non tenet. Ratio quia qui non diligit manet in morte, & non dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur male ablatũ, nihilominus partiales, & ſeditioſi iſti, neque in puncto mortis ſciunt inuenire modum relinquendi partialitates has, odia, & maliuolentias, ideo redduntur incapaces abſolutionis. Nec danda eſſet illis ſepultura. Ratio quia qui in mortali notoriè moriuntur priuari debent ſepultura, nec debent poni in loco ſacro, nam ſi ponerentur in gratia parentum ad cooperienda pudenda familiæ, pro talibus miſſæ non eſſent celebrandæ, nec officia mortuorum, quia vt inquit Leo Papa, cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, ſcilicet, orando pro illis, cum ſint hæredes inferni. In inferno autem nulla eſt redemptio.

Ecce quam peſſima ſit vanagloria à quo oritur diſcordia, & quaſi mali ſit occaſio, poſſumus enim dicere, quod ſit ruina animæ, & corporis, ipſa enim eſt cauſa diuiſionis, diſcordiæ contentionis, & mortis non ſolum corporis, ſed animæ, quod peius eſt, ideo (illa relicta) ad concordiam, & pacem attendamus. De his ſatis proponamus dubium diſputandum, ſed primo ſoluamus argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad minorem argumenti, dicit illam eſſe falſam, & ad probationem dicit, quod voluntas vnius hominis in ordine ad alium poteſt conſiderari dupliciter, primo ſecundum ſeipſam, ſecundo inquantum regulata regula diuina, voluntas humana (ſecundum ſe conſiderata) vnius hominis, non eſt regula alterius voluntatis, poteſt tamen eſſe regula voluntatis proximi ſui inquantum inheret voluntati Dei, ideo diſcordare à tali voluntate eſt peccatum, quia per hoc diſcordat ex conſequenti à regula diuina. Recedere igitur à voluntate proximi ſecundum ſe conſiderata, non eſt peccatum, recedere tamen ab ipſa quatenus eſt regulata per voluntatem diuinam eſt peccatum, ex his infert Magiſter Seraphinus à Poreta (& benè) quod ex hac litera apparet, quod quilibet tenetur ex neceſſitate obedire Sanctæ Eccleſiæ, Ratio huius rei eſt, quia voluntas ipſius Eccleſiæ, eſt regulata illa prima regula, quæ eſt Deus, ex quo fit, quod Eccleſia ſit infallibilis regula veritatis, quoniam immobiliter, & infallibiliter regulatur à prima veritate, ex hoc enim oritur, quod Eccleſia errare non poteſt in his quæ ſunt fidei. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, inquit Petro Dominus, & Lucæ 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, & alibi Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, non præualebunt aduerſus eam.

Quilibet tenetur obedire Eccleſiæ, quia ipſa eſt infallibilis regula veritatis, & non poteſt errare.

Errores hæreticorum circa obedientiam Eccleſiæ.

Ex his manifeſtè apparet error Caluini dicentis, renuntiare inſtitutiones maiorum, ſiue, ab eis recedere, non modo eſſe integrum, ſed honeſtum, & pium, & ſalutare, ſimiliter in aperto excluditur malignitas Borentij dicentis, quod iudicio proprio ita ſtandum eſt, vt nullo modo licitum ſit in cauſa æternæ ſalutis, alienæ ſententiæ ita inhærere, vt cauſa ſine proprio iudicio amplectemur.

D. Thom. tanquam murus validus reſiſtit illis dicendo, quod eſt peccatum mortale diſcordare à voluntate maiorum, immo, & alterius proximi regulata regula diuina.

Impugnationis ſolutio.

Dicit malignus hæreticus, ego neſcio an voluntas maiorum, vel alterius regulata ſit à Deo in hoc ſpeciali negotio, ergo illi non debeo aſſentire.

In rebus dubijs fidei ad Eccleſiam, & ad ſummum Pontificẽ recurere debemus, quia in his quæ ſunt fidei ipſe non poteſt errare.

Theologus huic cauilloſo dicit, quod licet tu neſcire poſſis ſi volũtas proximi tui ĩ tali negotio, in tali caſu, ſit regulata regula diuina, multo minus ſcire potes hoc de voluntate tua, propterea ſi dubitas hoc, recurre ad maiores tuos, recurre ad Eccleſiam, quæ errare non poteſt, recurre ad Sumum Pontificem in his, quæ tu non potes ſcire per inferiores Pontifices, & Doctores Eccleſiæ, quia ipſe, in his quæ ſunt fidei errare non poteſt. Clarum eſt, quod Deus deduxit populum ſuum per deſertum à ſeruitute Egipitiaca, ad terrã promiſſionis per manum Moyſi, & Aron, & Ioſue tanquam per ſuperiores. Ita per ſuperiores in Eccleſia ad patriam cœli perducit populum Chriſtianum, quod habetur ex Apoſtolo. 1. Cor. 10. dicentem. Omnia in figura contingebãt illis, illi autem qui maioribus ſuis obedire nollunt à regno cœlorum ſunt excluſi, prout inſinuat ipſemet Paulus Apoſtolus ad Galatas 6. vbi ponit diſcẽtiones, & diſcordias inter opera carnis de quibus ſubdit, qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt, ergo fugienda eſt diſcordia, quæ ducit ad mortem.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector contra prædicta probans (tali medio) quod diſcordia non ſit peccatum. Quicunque inducit aliquem ad peccandũ peccat, ſed qui inducit ad diſcordiam aliquos, non peccat, ergo diſcordia non eſt peccatum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor autem probatur ſic. dicitur 23. Actuum Apoſtolorum ſciens Paulus, quod vna pars eſſet Saduceorum, & altera Phariſeorum exclamauit in Concilio dicens, viri fratres ego ſum Phariſeus, filius Phariſeorum, de ſpe, & de reſurrectione mortuorum ego iudicor, & cum hoc dixiſſet facta eſt diſſentio inter Saduceos, & Phariſeos, ergo diſcordia non eſt peccatum, quia ſi eſſet peccatum Apoſtolus illam non poſuiſſet, inter Saduceos, & Phariſæos.

Theo-

Digitized by Google

Argumenti ſolutio. Duplex diſcordia, bona, & mala, bona aſt virtus mala eſt peccatum.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod duplex eſt diſcordia, prima per quam tollitur bona concordia, ſecunda per quam tollitur mala concordia, prima eſt peccatum, ſecunda eſt uirtus. Apoſtolus Paulus non primam, ſed ſecundam diſcordiam ponit inter Saduceos, & Phariſeos, qui concordes erant in malum, non enim credebant reſurrectionem mortuorum. De peccato, quod committitur in procurandam diſcordiam per quam tollitur bona concordia loquitur ſapiens 6. Prouerbiorum dicendo. Sex ſunt quæ odiuit Deus, & ſeptimum deteſtauit anima eius, hoc ſeptimum eſt impius ille, qui ſeminat diſcordias inter fratres. Maledictu homo (inquit diuina ſcriptura) qui ſeminat diſcordias inter fratres, & meritò quidem, quia anima Dei illum odit, & eſt factus de numero illorum, ad quos dicet Deus in die Iudicij. Ite maledicti.

Dubium.

ILluſtriſſimus Dominus Caietanus contra factum illud D. Pauli quo diſcordiam poſuit inter Phariſeos, & Saduceos, ut tolleret ab eis malam opinionem de reſurrectione mortuorum format dubium, & quærit ſi in tali facto peccauit, an non, rationes ſunt pro utraque parte.

Partis, affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod peccauit elicitur ex ipſomet Apuſtolo dicente. Non ſunt facienda mala, ut ueniant bona, ergo D. Paulus non debebat ponere diſcordias inter Saduceos, & Phariſeos, ut extirparet ab eis, malam opinionem de reſurrectione mortuorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, ſcilicet, quod in tali facto Apoſtolus nō peccauit, probatur, A fine, iudicandum eſt opus an ſit bonum, uel malum, peccatum, aut uitus, ſi finis eſt bonus, opus eſt bonum, ſi malus, opus eſt malum. At finis Apoſtoli erat bonus, intendebat remouere ab illis errorem de reſurrectione mortuorum, ergo finis erat bonus, ergo opus fuit bonum, ergo non peccauit in hoc facto Apoſtolus, & ſi ex hoc ſecuta fuit diſcordia, hoc fuit per accidens, & non per ſe.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo unica concluſione negatiua ſatiſfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Apoſtolus Paulus non peccauit ponendo diſcordiam inter Phariſeos, & Saduceos.

Concluſio, Apoſtolus non peccauit ponendo diſcordiam, inter Saduceos, & Phariſeos.

Concluſio, iſta probatur ratione adducta pro parte negatiua dubij, & corroboratur. Nam aliud fuit in hoc actu D. Pauli intentum, & aliud præcognitum, & præmiſſum. Intentum Apoſtoli erat excitare Phariſeos ad defenſandam reſurrectionem mortuorum, & ex conſequenti doctrinam ſuam, qua affirmabat talem reſurrectionem. Præmiſſum, & præcognitum erat pertinacia Saduceorum agitanda, ut deſtrueretur in quem actum Saducei prorumperunt, ex propria uoluntate. Nam parati erant impugnare quæſtionem de reſurrectione mortuorum, ſi illis propoſita eſſet, propterea Saducei in actu ſuæ hæreſis prodierunt ex propria uoluntate. In quo Apoſtolus non peccauit, quia licitum eſt permittere, & uti malis alterius, ut ueniant bona, quamuis non liceat facere mala, ut ueniant bona, uel inducere ad malū, ut patet de illo qui accipit ad uſuram à parato. Iſte non peccat, quia poteſt uti iniquitate illius pro ſua neceſſitate expellenda ſi aliter facere non poteſt, ita facit Apoſtolus, uſus eſt diſcordia illorum ad introducendam fidem reſurrectionis mortuorum in illis, & hoc medio expellit à Saduceis malam diſcordiam, & hæc ſatisfaciant inſtantiæ affirmatiuæ dubij, & ſatis ſint pro dubio iſto.

Argumētum tertium.

Lector pro complemento huius diſputationis affert ultimum argumentum, quod eſt tale. Peccatum præcipuè mortale in Sanctis uiris non inuenitur, ſed diſcordia inuenitur inter Sanctos uiros, ergo diſcordia non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt nota ex ſe. Minor probatur. In quintodecimo Actuum Apoſtolorum dicitur. Facta eſt contentio inter Paulum, & Barnabam, ita ut diſcederent abinuicem, ergo diſcordia non eſt peccatum mortale.

Argumenti ſolutio. Ponere diſcordiā per ſe inter fratres, eſt peccatum per accidens autem poteſt poni ſine peccato.

Theologus huic argumento ſatisfacit hac una diſtinctione dicendo. Diſcordia reperiri inter aliquos ſtat dupliciter, per ſe, & per accidens, ponere diſcordias per ſe inter aliquos, non poteſt eſſe ſine peccato mortali, quia talis diſcordia eſt controuerſia in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, pertinaciter, & contra charitatem. Diſcordia autem per accidens eſſe poteſt ſine peccato. Et hoc occurrit quando illi inter quos eſt diſcordia intendunt bonum, licet non conueniant in modo. Inter Paulum, & Barnabam fuit diſcordia per accidens, & non per ſe, uterque enim intendebat bonum, ſed uni uidebatur hoc eſſe bonum, alteri aliud, & quia ambi bonum intendebant, nullus illorum peccauerat, quia intentum illorum non repugnabat charitati. Diuerſitas iudicij illorum proueniebat ex defectu humano, quod non permittebat poſſe cognoſcere quale eſſet melius, quo ad quæſtionem de ceſſatione præcepti circunciſionis reſpectu illorum qui ad fidem ueniebant, de hac diſputatione ſatis ſit dictum, nunc procedamus ad aliam.

Digitized by Google

DISPVTATIO QVINTA
In littera D.

De Duello.

LEctor in hac diſputatione tantum vnum caſum diſputandum proponit. An, ſcilicet, duellum ſit licitum, & pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratio eſt iſta, illud videtur eſſe licitum, quod Sancti exercuerunt, Duellum, vel ſingulare certamen Sancti exercuerunt, ergo duellum eſt licitum. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur Dauid venit ad ſingulare certamen cum Goliath Philiſteo, prout habetur 1. Regum 17. ergo duellum, vel ſingulare certamen Sancti exercuerunt, ergo duellum eſt licitũ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentum deſumitur. Illud eſt illicitum, quod damnatur à iure ciuili, & canonico, à Sacris Concilijs, & ſummis Pontificibus, ſed duellum eſt tale, ergo eſt illicitum. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor oſtenditur ſic, primo ratione naturali, quia bellum iniuſtum eſt illicitum, duellum eſt bellum iniuſtum (ſaltem) quo ad vnam partem ergo eſt iniuſtum, duellum damnatum eſt à Concilio Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reformatione, vt patebit, à Pio Quarto, fuit damnatum, ſimiliter à Clemente octauo, vt infra manifeſtabimus, ergo vllo pacto eſt licitum.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

Duellum eſt duorũ bellũ, ſeu ſingulare certamẽ apud græcos Monachia.

LEctor Theologus circa caſum iſtum tria facit, Primo obſeruat aliqua digna ſcitu; ſimul ponit aliquas diſtinctiones, Secundo aſſignat ſex cauſas finales, & iuxta illas ponit ſuas concluſiones, & pro corroboratione illarum ponit bullam Clementis Octaui de duello, tandem ſoluit argumentum partis affirmatiuè, in primis cum Illuſtriſſimo Domino Caietano obſeruandum eſt, quod duellum dicitur bellum duorum, vel ſingulare certamen, ad hoc autem vt cognoſcere poſſimus duellum, an ſit licitum, vel non, inueſtigandum eſt ſi ex ſua natura ſit malum, nam inquit Caietanus Illuſtriſſimus ſi duellum ex ſua natura, vel ex ſuo genere eſſet malum, vt eſt mendacium, vel adulterium, nulla ratione poſſet eſſe licitum. Si autem ex ſua natura non eſt malum, quandoque poteſt eſſe licitum, ex natura enim belli poteſt deſumi qualitas duelli. Bellum ex ſuo genere non eſt malum cum datur aliquod bellum iuſtũ, conſequens ergo eſt, quod detur aliquod duellum iuſtum, valet conſequentia, quia vnum, & multum non variat ſpeciem Antecedens conſtat. Nã quemadmodum inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus iuſtum ſuſcipitur defenſiuum bellum à Regno, ab Imperio, ideſt Republica &c. Ita etiam ego iuſtum bellum habeo ad verſus meum inuaſorem, & licet (me defendendo) occido illum, ex quibus patet, quod duellum, ideſt duorum bellum, ex ſuo genere non eſt illicitum cum poſſit eſſe iuſtum ex vna parte. In ſignum, quod duellum non poſſit aliquando eſſe licitum, habemus extra de purgatione vulg, c. cura ſuſcepti, quo in loco dicitur, quod in nullo caſu tollerandum eſt duellum, & 2. q. 5. Can. Monachia duella damnãtur, & in Concilio Trid. ſeſſione 24. cap. 19. de refor, non ſolum damnata ſunt duella, ſed omnino prohibita, ſub maximis pœnis, non ſolum contra duellantes, ſed contra permittentes duella fieri, & etiam contra ſpectantes.

Aliqui autem oppoſitum tenent in caſu aliquo dicunt in tali caſu duellum eſſe licitum. In caſu videlicet in quo innocens conuinctus morti condemnatur, niſi acceptare vellit duellum, in quo caſu (dicunt iſti) quod talis licitè poſſit illud acceptare. Rationes aſſignant dicendo licitum eſt mihi pugnare quando alio modo non poſſum euadere. Nicolaus de Lyra ſuper 1. Reg. cap. 17. dicit, quod licitum eſt acceptare duellum quando lis criminalis, vel ciuilis aliter terminari non poteſt quam duello, licitum enim eſt pro defenſione ſui, & rerum ſuarum pugnare inquit ipſe. De Principibus autem licet, quod aliqui dicant, quod non licet illis in aliquo caſu duella concedere, tamen ipſe Nicolaus de Lyra oppoſitum tenet in caſibus grauibus, & aſſignat rationem dicendo, licitum eſſe tollerare minora mala, vt euitentur maiora, quæ niſi duella fierent euenirent, vt vaſtationes, & incendia pauperum, & homicidia, & ſimilia, & confirmat hoc dicendo. Sanctus Ludouicus Rex Francorum, Carolus Magnus, & multi Prælati duella (his de cauſis) permiſerunt, ergo in ſimilibus caſibus ſunt licita. Hæc pro primo puncto.

Quoad ſecundum ad inueſtigandum an duellum ſit iuſtum, & licitum, an non, oportet conſiderare cauſam ſuſcipiendi belli talis, ſeu duelli, ſuſcipiendi inquit Theologus, quia indicere bellum nunquam licet perſonæ priuatæ dicit, tamen quod poteſt dari aliqua iuſta cauſa ſuſcipiendi belli, quod non eſſet iuſta cauſa indicendi talis belli. His ſtantibus pro declaratione tituli aſſignandæ ſunt cauſæ ſuſcipiendi talis belli.

Sex cauſæ finales reperiũtur ad quas ordinatur duellum.

Sex ſunt cauſæ finales ad quas ſingularis pugna, vel duellum ordinatur ni fallor. Prima cauſa eſt manifeſtatio veritatis, dum aliquis pugnat contra proximum ſuum, confidens quod victoria ſua erit teſtis veritatis, ſcilicet, quod ipſe ſit innocens, aut habeat ius ſuper rem hanc.

Duellum licitum non eſt, ad veniendũ in cognitionẽ veritatis.

Cauſa prima. Tale certamen, eſt propriè duellum damnatum ab Eccleſia extra de purgatione vulgari, ſimiliter in cap. Monachia 2. q. 5. Rationabiliter quidem quia huiuſmodi duellum pertinet ad ſortilegium, neque eſt ſecundum rationem. cum quæratur veritas, via non recta, ſed indirecta. Conſtat enim, quod multoties hac via veritas occultatur dum, ſcilicet, innocens in duello remanet occiſus. Immo qui hoc facit peccat mortaliter quoniam tentat Deum, exponendo ſe periculo mortis, & vulnerum irrationabiliter.

Cauſa ſecunda, certaminis ſingularis, vel duelli

eſt

Duellum nõ eſt licitũ ad oſtendendas proprias vires.

eſt oſtenſio virium. Hoc faciebat Goliath. 1.Regum.17. inuitans ad duellum filios Iſdraeliticos, tale duellum ex ſuo genere eſt pernicioſum, eadem ratione, quia, ſcilicet, contra rectam rationem elegit vterque alterum velle percutere, vel occidere. Dauid nihilominus excuſatur à peccato, quia Spiritu Sancto motus pugnauit contra philiſteum, ex quibus infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2.2.q.95.art 8.ad 3. quod Principes erant ſicut in prima cauſa, concedentes duella quaſi ſpectaculi cauſa, cum in bellis ſunt certamina quaſi ſingularia, puta decem hinc, & decem inde ad oſtenſionem virorum fortium. Diabolicũ opus eſt iſtud, etiam damnatum, ſicut damnata ſunt duella. Nec excuſat illos conditio temporis belli, quoniam cauſa iuſti belli in hoc particulari conflictu, locum non habet, quia iuſtum bellum non fit ad oſtenſionem tantum, vt occurrit in tali certamine particulariter.

Duellum nõ eſt licitum ad fugiẽdã ignominiam.

Cauſa tertia, huius certaminis particularis, vel duelli, eſt euitatio ignominiæ, quia reputatur vilis, & de generis animi ſi non acceptat duellum, quæ cauſa licet apud idiotas plurimum valeat, tamen apud ſapientes nihil valet, & quia rebus vti debemus, vt ſapientes faciunt, propterea dicimus hanc non eſſe iuſtam cauſam accipiendi duellum. Ratio aſſignatur, quia tale duellum irrationabile eſt, quoniam duellantes abſque vrgente cauſa quærunt ſe adinuicem interficere, vnde inuitare ad tale duellum, & acceptare illud pernicioſum eſt.

Cauſa quarta duellandi eſt terminatio litis criminalis, vel ciuilis, quando, ſcilicet, non poteſt aliter terminari niſi duello accepto, alioquin non acceptans duellum iuſtitiam conſequi non poteſt, aut neceſſario liti ſubcumbit cum ſuo, & multorum magno damno.

Duellum nõ debet permitti ad finiẽdas lites criminales, vel ciuiles.

Similiter huiuſmodi ſingulare certamen, vel duellum illicitum eſſe apparet, & hoc faciliter cognoſcere poſſumus ab ipſo medio, Medium proportionatum fini litis eſt, vel conuenientia partium inter ſe, vel ſententia iudicis, vel iuſtum bellum ex parte habentis iuſtitiam pro ſe, at duellum non poteſt eſſe tale medium, ergo neque ex hac cauſa duellum eſt licitum. Maior propoſitio eſt certa. Minor inductiuè probatur, quod duellum non poſſit eſſe medium proportionatum litis fini ex parte conuenientiæ partium, conſtat, quia hoc fit amicabiliter, duellum autem fit hoſtiliter, quod non ſit medium proportionatum ex parte ſententiæ iudicis, conſtat, quia ſententia iuſta conſiſtit in hoc, vt ſit data ſecundum allegata. & probata. Hoc autem non fit in duello ergo, &c. Quod autem non ſit bellum iuſtum ex parte habentis iuſtitiam manifeſtum etiam eſt. Nam habens iuſtitiam pro ſe, quærere debet quod ſuũ eſt, non proprijs viribus, ſed poteſtate publica, vel ad fugiendam lites debet hoc inquirere via compromiſſionis, vel alia via ſimili, ecce, quod bellum duorum ſeu duellum ex hac cauſa licitum eſſe non poteſt.

Bellũ iuſtum eſt duplex aliud vindicatiuum, & aliud defenſiuum.

Vt igitur diſtinctius percipiatur hæc doctrina, ſeu veritas, cum Illuſtriſſimo Domino Caietano diſtinguo bellum ipſum iuſtum dicendo, aut tale bellum inſtum eſt vendicatiuum, aut defenſiuũ, ſi eſt vindicatiuum indicitur bellum ad vindicandam iniuriam illatam Patriæ, vel Principi, & ſimilibus, & tale indicens bellum gerit perſonam iudicis, vtendo gladio publico contra externos impugnatores Patriæ, & etiam vtendo illo contra internos perturbatores quietis Patriæ, vel Ciuitatis, huiuſmodi autem iudex, & vindex fungitur perſona & officio agentis,

Cum igitur agens debeat ſemder excedere paſſum, vt poſſit illum ſibi ſubijcere, Signũ eſt, quod huiuſmodi bellum vindicatiuum, non poteſt indicere niſi à potentiori iudice, vt certa ſit victoria (licet varius ſit euentus belli) aut ſaltem non ſubcumbere.

Clarum eſt, quod iudex contra internos perturbatores pacis, non procedit niſi habeat tot ſatelites, vt ſit quaſi certus, quod poſſit capere, & punire maleſactores. Hoc in duello ſeruari non poteſt, quia in ſingulari certamine, aut par eſt conditio vtriuſque, aut poteſt accidere, quod in facto illo fortior ſuccumbat, ex quibus infertur, quod licet indicere bellum punitiuum aliquando ſit licitum, indicere tamen duellum vnquam eſt licitum cum ſit contra rationem, vt oſtenſum eſt.

Accedantus ad ſecundum membrum de bello iuſto defenſiuo. Tale bellum tunc fit, quando v.g. alicui patriæ inditum eſt bellum, tunc patria illa oportet, quod ſubſtineat bellum illud, aut ſubcumbat. In quo caſu ſuſcipiens bellum gerit perſonam ac officium reſiſtentis, & propulſantis à ſe iniuriam. In caſu autem iſto, talis immittatur res naturales, quæ reſiſtunt contrarijs quantum poſſunt. In tali caſit talis bellator debet fortificare ſe quantum fieri per eum poteſt, & quantum poſtulat virtus reſiſtitiua, & propulſiua iniuriæ.

Duellum tã defenſiuum, quam vindicatiuum non eſt licitum, quia contra rationem eſt.

In duello contrarium fit, quia dum vnus ſolus ponitur ad reſiſtendum vni, & ad propulſandam iniuriam, ab eodem debiliter ac nimis periculosè conſulitur huic defenſioni. Inuadenti enim contra iuſtitiam reſiſtendum eſt cum multitudine forti, nec in periculum ponenda eſt patria committendo vni defenſionem illius. Ex quibus infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod aliena eſt natura duelli, à natura iuſti belli, tam defenſiui quã vindicatiui, ideo nulla ex parte inuenitur duellum eſſe proportionatum medium ad terminationem litis, tam ciuilis quam criminalis quod & inſinuauit Apoſtolus dicendo. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. At ſi per D.Paulum non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ergo neque terminandæ ſunt lites criminales, vel ciuiles per duella, & ſi non poſſunt terminari alia via, eſt patiendum libenter pro Dei amore, quia iſte in tali caſu non poteſt iura ſua modo legitimo tueri. Deus enim eſt vltor iſtorum.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ponit vnũ caſum in quo ſibi videtur poſſe acceptare duellum, verbi gratia ſi alicui proponatur duellum à ſuo aduerſario, caſus eſt talis, quando accuſator

euiden-

Digitized by Google

euidenter calumniatur innocentem condemnandum ad mortem, vel ad mutilationem, & accuſator præualet. In tali caſu inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quia accuſator contra omnem iuſtitiam ponit me in manu iudicis, qui infallibiliter occidet, vel mutilabit me, talis non habens aliud effugium, habet iuſtum bellum defenſiuum contra inuaſorem ſuum, propterea ſi mihi offert duellum, ego illud poſſum acceptare de conſenſu Principis, & tueri me (meliori modo quo poſſum) & addit, quod licet hoc ſecundum apparentiam ſit duellum, ſecundum veritatem duellum non eſt, ſed defenſio neceſſaria contra euadentem ſe ad mortem, vel ad mutilationem. Nihil enim differt, vt quis velet me occidere gladio proprio, vel alieno, quod confirmat diuina ſcriptura dicendo ad Dauid, vna interfeciſti gladio filiorum Amon.

Acceptare duellum ab iniuſto amatore in periculum vitæ coram iudice licet, ſi aliter euadi non poteſt.

Penultima cauſa duellandi eſt indulgentia multitudinis, quando, ſcilicet, inter duas partes eſt bellum, ne occidatur multitudo militum vtriuſque partis, ex conſenſu partium, reſoluitur totum bellum in duellum, vt legitur de Coſdræ filio, & Heraclito, in legenda exaltationis Sanctæ Crucis, ſimiliter duellum hac de cauſa non eſt licitum, & rationem aſſignat Caietanus, quia ex vna parte declinatur à natura iuſti belli, & acceditur ad naturam duelli, quod eſt contra rectam rationem, vt habetur ex his, quæ diximus vſque modo.

Quando bellum iuſtum euidenter eſt in periculo, & proponitur duellũ quaſi tutum, acceptare illud licet.

Addit tamen Illuſtriſſimus Dominus Caietanus vnum, dicit enim, Fateor tamen quod in caſu quo pars habens iuſtum bellum cognoſcit vires ſuas, & certus eſt, quod oportet ſuccumbere aut acceptare duellum, & ſubdit, quod in tali caſu duellum acceptare poteſt, & aſſignat rationem dicendo quia tali occaſione transfert quaſi caſum certum in dubium, & in ſpe quaſi certæ victoriæ, vtendo omnibus ſuis viribus. In iſto caſu non ſolum videtur licitum eſſe acceptare duellum, ſed etiam licet procurare tale duellum, ad reſoluendum bellu iuſtum periculoſum, in duellum, quaſi certæ victoriæ, quando in caſu iſto iſte vteretur omnibus viribus ſuis, & melius, in duello quam in bello, propterea non peccat, ſuppoſito tamen, quod pars contraria gerat bellum iniuſtum. Nam in hac materia, aufert occaſionem maioris mali, quod eſt officium Angelorum, & viri prudentis.

Duellũ pro defenſione propriæ vitæ in extrema neceſſitate poteſt accipi non aliter.

Vltima cauſa duelli eſt defenſio propriæ vitæ, quod fit quando aliquis accipit duellum ſibi oblatum pro conſeruatione vitæ propriæ. Hoc vtique licet ex ſententia Theologorum dicentium, quod vim vi reppellere licet, cum moderamine inculpatæ tutellæ. Defenſio iſta propriè non eſt duellum, cum duellum nil aliud ſit niſi duorum bellum.

Ex his cauſis, & concluſionibus deductis ex cauſis iſtis patet, quid ſit dicendum, de Principib. duella concedentibus, peccant enim concedendo illa abſque maxima neceſſitate, vt patebit infra. Non autem peccant permittendo ex vrgenti cauſa (ſeruatis ſeruandis) ſicut non peccant permittendo vxuras, meretrices, & ſimilia. In primo ſenſu D. Ludouicus Rex Francorum, Carolus Magnus, & aliqui Principes Eccleſiaſtici permiſerunt duella, & non aliter, quia licitum eſt permittere minora mala, ad fugienda maiora. Ex his tamen non licet facere mala, vt veniant bona, prout faciunt Principes, & priuatæ perſonæ, qui acceptant duella abſque vrgente neceſſitate.

Magiſter Banes 2.2. q.40. art. 1. loquendo de duello formaliter ſumpto, dicit nulla ratione eſſe licitum. Aſſignat rationem dicendo, homini particulari ſolum conceditur, vt vim vi reppelleret, At irritare ad duellum non eſt vim vi repellere, ſed velle vindicare. Neque rurſus inquit acceptare duellum eſt vim vi repellere, ſed eſt velle ſe in periculo occidendi proximum ſuum, vel vt prouocatus occidetur, & hoc totum docet Caietanus, vt ſupra.

Impugnatio.

Quærit Lector in hoc propoſito dicendo. Ille qui irritat alium ad duellum, non habet aliud medium quo poſſit ſuum honorem recuperare, ſimiliter ille qui prouocatur patitur vim in honore, manet enim infamis, niſi acceptat duellum, ergo vtrique eſt licitum, ſcilicet, & offerenti, & acceptanti duellum.

Impugnationis diluuo. Non licet viro Chriſtiano neque offerre duellum, neque acceptare illud.

Theologus huic impugnationi dicit, quod huiuſmodi amiſſio honoris ex vtraque parte eſt tantum apud amatores huius ſeculi, apud homines vanos, vanamque gloriam ſectantes. At apud viros bonus, & timoratæ conſcientiæ, nihil honoris, aut famæ amittit, qui propter Deum non vult vindicari, aut non offert, vel non vult acceptare duellum, eò vel meximè, quia qui non acceptat duellum, poteſt verbis licitis, & honeſtis, euadere infamiam, ſi reſpondeat prouocanti, & irritanti ad duellum. Non licet mihi qui Chriſtianus ſum acceptare duellum, vel certamen ſingulare, eſto tamen certus, quod vbicunque me fueris aggreſſus paratum ero ad mei defenſionem, & forſitan cum tuo incommodo, vel detrimento, & ſic vim vi moderatè repellit quoadusque neceſſe fuerit armis uti, tunc enim poterit ſe armis defendere, quod & intendit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. At acceptare duellum non licet, rationibus adductis. Bellum enim iuſtum eſſe non poteſt ex vtraque parte (ſecluſa ignorãtia) unde qui offert duellum, contra iuſtitiam agit, quia accipit officium ſuperioris, ſimiliter qui accipit, quoniam ultra quod facit contra iura, exponit ſe, & proximum ſuum periculo mortis, uel mutilationis.

Interrogatio

Inquit Lector adhuc manet difficultas, iratus inquit quis me uocat, & dicit, quod vult mihi dicere aliqua verba ex parte, quæro ſi licet mihi illuc ire, etiam ſi ſuſpitionem haberem, quod vult vti armis contra me, & occidere ſi poſſet.

Interrogationis reſpõſio.

Theologus huic interrogationi dicit, quod in tali, & ſimilibus caſibus neceſſe eſt vti prudentia. Si vero ſimile eſt, quod vult verbis finem ponere differentiæ ortæ licebit ire illuc. At ſi eſſes certus moraliter, quod iratus vult tecum digladiari debes uerbis modeſtè te defendere, & non ire ſecum, & manere ad negotia tua peragenda. His ſtantibus ſoluendum eſt argumentum pro parte affirmatiua adductum in proponendum caſum.

Argu-

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Duellum Dauid cõtra Philiſteum fuit à Deo, duellum impiorum eſt à Diabolo.

THeologus argumento ſatisfacit dicendo, quod alia eſt ratio de ſingulari certamine Dauid, cum Philiſteo, & alia de duellis, vt ſic, & rationem aſſignat dicendo, quod in certamine Dauid cum Philiſteo expectabatur à Deo miraculoſus effectus, non ex leuitate iudicij humani, ſed ex ſpeciali reuelatione facta ſibi à Deo, vnde duellum illud fuit licitum ex ſpeciali Dei diſpenſatione, quod non poteſt affirmare de alijs duellis, quæ fiunt ex paſſione hominum impiorum, vnde ex hoc duello, non licet arguere ad alia, iuxta illam regulam iuris 28 quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda, vel iuxta illam aliam regulam 34. qui alicui gratioſè conceditur, trahi modo non debet ab alijs in exemplum. Hæc in libro 6. de regulis iuris.

Decretum contra duella.

Decretũ Concil. Trid. contra duellãtes.

VT igitur doctrina iſta maneat ſecundum veram intelligentiam apud confeſſarios, & gerentes curam animarum, immo apud omnes homines, decreui hic ponere decretum Sacri Concilij Trid. & Bullam Clementis octaui felicis recordationis contra duella.

Concil. Trid. ſeſſione 25. de reformatione cap. 19. hæc dicit contra duella. Deteſtabilis duellorum vſus (fabricante diabolo) introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucraretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, & iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, vel loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint, directis dominijs ſtatim acquirantur, qui verò pugnam comiſerint, & qui eorum patrini vocantur excommunicationis ac omnium bonorum ſuorum, preſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta Sacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi autem qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure quam facto dederint, aut alia quacunque ratione, ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis ſe perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine (etiam immemorabili)

Principes permittẽtes duella in ſtatu ſuo ſunt excõmunicati, & priuati tali ſtatu.

Duellãtes, & patrini, & cõſilantes ſunt excommunicati, & ſpectatores.

Duellum enim ſeu ſingolare certamen adeò eſt graue delictum, vt non ſolum à Sacro Concilio Trid. ſit damnatum, verum à iure diuino, à lege ciuili, & canonica, vt oſtendimus in deciſione caſus, verum à ſummis Pontificibus, vltimo à Clemente Octauo (ſummo rigore) duellum eſt prohibitum, & pœnis accerrimis interdictum, & ne ignorantia excuſare aliquos videatur, decreuimus bullam eius inſerere de verbo ad verbum, vt confeſſarij diligenter inquirant pœnitentium peccata circa hãc materiam ſi ſuccurerint, immo concionatores vbi opus fuerit de his debent admonere populos, præcipuè vbi agitur de duello formali, de quo loquitur Eccleſia.

Bulla Clementis Octaui contra Duellantes.

Clemens ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Bulla Clemẽtis Papæ octaui cõtra duellantes, & participantes de duello.

REctè quidem, & ſalubriter Fœl. Record. Papa Pius Quartus prædeceſſor noſter, poſt alios quam plures ſuos, noſtroſque prædeceſſores qui deteſtandum diuina naturalique lege, ac ſacris canonibus damnatum duellorum abuſum, ſuis etiam conſtitutionibus prohibuerunt, grauèſque pœnas contra quoſcunque temporali ditioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, mediatè, vel immediatè ſubiectos, eius criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non ſolum in terris prædictis, ſed alias vbilibet, animarum pericula obuiare. Principes ac Domicellos, permittentes in ſuis dominijs id patrari, acetiam extra terras ac loca ditioni Eccleſiaſticæ ſubiecta, huiuſmodi duella, ſeu ſingularia certamina, aut diffidationes, ipſis facientes, ac ad id inuitãtes, prouocantes, auxilium conſilium, vel fauorem dantes, illiſque aſtantes, & intereſſentes, ſingulos Imperatori, & Regibus inferiores, maioris excommunicationis, ac ſi Eccleſiaſtici fuerint, vltra eam, & priuationis omnium dignitatũ, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, inhabilitatiſque ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, pœnis ſubiacere, eaſque incurrere voluit, à quibus, non niſi à Romano Pontifice abſolui poſſint. Sed & poſtmodum generalis Tridentina Synodus ad exterminandum penitus ex Chriſtiano orbe hoc malum, ſtatuit, vt Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales qui locum ad Monachiam in terris ſuis, inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio Ciuitatis Caſtri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia optinent priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint directis dominijs ſtatim acquirantur, qui verò pugnam comiſerint, & qui eorum patrini vocantur excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum preſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurant, & vt homicidæ iuxta Sacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò Eccleſiaſtica careant ſepultura, illi autem qui conſilium in cauſa duelli tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacun que ratione ad idque ſuaſerint, nec non ſpectatores excommunicationis vinculo teneantur quas pœnas nouiſſimè piæ memoriæ Gregorius XIII. pariter prędeceſſor noſter extendit aduerſus illos

Nota.

etiam

Duellantes duello priuato, & ad duellum pertinẽtes ſubiacent eiſdẽ pœnis, quibus etiam pertinẽtes ad duellum publicum.

etiam omnes qui non publicè, ſed priuatim ex cõdicto, ſtatuto tempore, & in loco conuento, Monachiam commiſiſſent, etiam patrinis ſocijſue non vocatis, & loci ſecuritate non habita, & prouocatorijs literis minimè præcedentibus, etiam contra locorum Dominos, ſi id quantum in ſe fuerint nõ prohibuiſſent, cæteroſque ſupradictos criminis ſocios, & ex compoſito ſpectatores, etiam ſi pugnam ob aliquod impedimentum non commiſiſſent, ſi ad locum acceſſiſſent pugnaturi, & per eos nõ ſtetiſſent, quominus pugnent, verum cum magna animi noſtri moleſtia intellexımus, adhuc in quibuſdam præſertim transalpinis ac remotis regionibus, & potiſſimè vbi bella vigent, & militaſi licentia, ſeu verò audacia, pernicioſum hoc ſcelus inter fideles exerceri, quaſi fas ſit in ſolo hoſtili, vbi Chriſtiani nominis, ſeu Catholicæ fidei hoſtes tyrannidem exercent, ſiue hæreſis, & ſchiſmata impune graſſentur, ſiue inter ſigna, & caſtra militaria, in caput ſuorum fratrum impios conuerterent mucrones, quod multo ſalubrius contra Chriſti aduerſarios ſtringi pars eſſet, non nefaria Diaboli arma ſalutare, Eccleſiæ gladios ad continendos in officio fideles nobis præcipuè, ipſius Domini authoritate tradito retundere, atque à ceruicibus gregis Domini noſtræ curæ crediti (quantum eodẽ Deo adiutore euitare poſſumus) propulſare cupientes prædictas omnes conſtitutiones, & decretum Concilij Tridentini, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis cenſuris, & pœnis, decretis extenſionibus quarum, & quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus, & ad verbum inſertis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innouamus, ac inſuper authoritate, & tenore præmiſſis decernimus, & declaramus eaſdem conſtitutiones, ac decretum, locum habere vbique gentium, & terrarum, inter quaſcunque perſonas, etiã armatas, & in caſtris ſeu propugnaculis militantes, etiam vbi noſtrorum, & S.R.E. aut Catholicæ fidei hoſtium furor impune craſſatur, vel in dominijs per eos occupatis, & detentis. Idem quoque iuris cenſendum eſſe, ſi publico, & forſan iuſto bello indicto, miles aliquis contra alterum in aduerſariorum exercitu militantem, ſiue alias in hoſtium Caſtris, præſidijs, aut terris degentem, priuatas ſimultates, atque inimicitias, publicæ cauſę intermiſcendo, etiam ducum permiſſu, ex condicto, ac ſingulare certamen deſcendat, aut illud prouocet, necnon eiſdem pœnis, Decreto, & conſtitutionibus teneri eos inter quos pactiones initę ſint de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, ſeu ſanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtrique illatus fuerit, vel ſi conuenerint, vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent, & nõ ſolum locorum Dominos, ſed etiam magiſtratus, Pręſides, Locumtenentes, aut etiam militum Duces, & Capitaneos in Caſtris, vel extra ea in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militibus exercitus aduerſariorum Monachiam in quocunque caſu, per pręſentem, vel aliam conſtitutiones huiuſmodi prohibitio permittentes, vel quantumcunque in ipſis eſt non prohibentes, aut poſt admiſſum crimen veniam, & impunitatem concedentes. Pręterea pari ratione, prohibitus omnia, & ſingula eius generis ſcripta manifeſta, ſeu fides vulgo appellata, quę etiam ſine expreſſa prouocatione, ad certamen, tamen quaſi pręparatoria quędam ad cartulas, ſeu libellos prouocatorios, & ad duellum illorumque veluti radices, aut ſemina, vt plurimum laceſſendi aliquem ad pugnam, & ſuſcitandę ſimultatis, atque inimicitię materiam occaſionem prębent, dum, ſcilicet, illis per modum Epiſtolę, libelli, aut publicę atteſtationis, aut intimationis, ſiue per authentica documenta, ſiue per vnius pluriumue chirographum, ſubſcriptiones aut relationes, ſub pręteſtu proprij, vel alterius honoris, & famę more militari, abſque (vt vulgo dicitur) caualareſco, tuendi aut lędendi, ſiue ad illatę, & propulſatę contumelię, aut iniurię probationẽ, ſed ad tollendam illius ſuſpicionem rei alicuius geſtę, ad id pertinentis, vel verborum, vel reſponſionum ſeries, & ordo narratur, vel ex ſimili abuſu, hac de cauſa aliquid tale adeò firmiter aſſeritur, aut negatur, vt qui contradixerit, is ſiue nominatim, ſiue in genere mendacij arguatur, aut mentiri dicatur, aut ad hunc effectum ex militari etiam conſuetudine quęritur, declaratur, aut reſpondetur, qua mente aut quo ſenſu quippiam huiuſmodi, quod ad ſuperius expreſſa ſpectant, geſtum, dictumque ſit, vel denique offers ſe quiſpiam, contra certam, vel incertam perſonam, vel generatim, contra quemcunque ad probandum armis, & verificandum, etiam inito certamine, aliquid ita eſſe, vel fuiſſe. Necnon quaſcunque etiam ſine ſcripto factas talium rerũ ſupradicta quoquomodo concertantium, & ob huiuſmodi cauſas, in locis publicis, vel priuatis, vbi hominum multitudo conuenire ſolent, denuntiationes, narrationes, declarationes, & teſtificationes, volentes eos omnes, & ſingulos, qui ſuo, vel alieno nomine ad effectum, de quo ſuperius dictum eſt, prędicta, vel his ſimilia, multoque magis ad certandum, prouocatoria ſcripta, libellos epiſtolas, earumque exempla dictauerint, compoſuerint, ſcripſerint, miſerint, detulerint, diuulgauerint, affixerint, exemplauerint, typis impręſſerit, ſubſcripſerint, intimauerint, vel etiam verbo docuerint, ſiue attentati fuerint, qui vel alijs ad ſingulare certamen publicè, vel occultè, in eundem, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam, ſiue ad huius generis ſcripta, quę manifeſta, quęcunque cartulę prouocatorię appellantur, ſcribenda, dictanda, mittenda, defendenda, diuulganda, auxilium conſilium, operam, vel fauorem pręſtiterint, ſiue id ſuaſerint, aut mãdauerint quiue in pręmiſſis, vel eorum aliquo ſe quomodolibet immiſerint, etiam ſine pugna aliqua, nec certamen, aut affectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus neque expreſſa, & apperta prouocatio ſubſecuta fecit, neque ſcriptiones prędictę, quę manifeſta dicuntur in publicum prodierint, aut cuique intimatæ extiterint ſi per eos non ſteterit quo minus publicatio,

aut

Nota.

Inuitantes ad duellum per Epiſtolas, vel per quid ſimile incidũt in pęnas, & cenſuras poſitas contra duellantes.

Nota.

Digitized by Google

aut denuntiatio fieret, nihilominus cenſuris, & pœnis omnibus in præſenti, & alijs prædictis conſtitutionibus, & decreto contentis ſubiacere, tam ſi ſuperius enumeratis quam ſi alijs etiam maioribus Eccleſiaſticis, vel mundanis dignitatibus gradibus, & præheminentijs excellant, quinimmo de nouo etiam per præſentes ex parte omnipotentis Dei Patris, & filij, & Spiritus Sancti excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramus omnes, & quotcunque publicè, vel priuatè, palam, vel occultè, in quibuſcunque locis, modis, & formis ac caſibus, ſub præſenti noſtra, vel alijs prædictis conſtitutionibus ac decreto, comprehenſis, ſingulare certamen, quod duellum vulgo dicitur ex compoſito ineuntes necnon id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, opem, conſilium, vel fauorem præſtantes, æquos, arma, & commeatus præbentes, vel comitantes, aut circa cartulas, vel libellos, literas nuncios, vel quæcunque alia ſcripta huiuſmodi, vel quomodolibet peccantes huiuſmodi delicti ſocios de induſtria ſpectatores, patrinos, fautores, defenſores, quacunque tam ſuperius expreſſa, quam alia Eccleſiaſtica, vel mundana perſulgeant dignitate, ita vt ſingulares etiam perſonæ cuiuslibet communitatis vniuerſitatis Collegij, aut Reipublicæ, quæ huius criminis participes quoquomodo fuerint, nequaquam excuſantur, ſed ſupradictos omnes, eorumque ſingulos ipſo facto, abſque vlla monitione iudicis decreto, aut miniſterio perpetui anathematis ex communicationis maioris, & maledictionis æternæ mucrone percluſos, & damnatos harum ſerie declaramus, & ſi in ipſo conflicto obierint ſepultura Eccleſiaſtica perpetuò priuatos eſſe volumus. Ipſas verò Ciuitates, terras, Oppida, vel Caſtra, & loca in quorum territorijs, id facinus (cientibus) & tacitè, vel expreſſè, permittentibus dominijs, aut magiſtratibus, vel ſenatu, aut populo, admiſſum fuerit, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis abſolutionem, ab alio quam à nobis aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice pœnitentia, & ſatisfactione congrue peracta, niſi in mortis articulo conſtituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quorumuis facultatum, & indultorum quibuſuis perſonis, tam Eccleſiaſticis cuiuſcunque ordinis, aut militiæ, ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtentibus, quam Laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia inſignitis per ſedem Apoſtolicam, in genere, vel in ſpecie conceſſorum, quæ omnia quo ad præmiſſa nolumus cuique in aliquo ſuffragari, pœnis alijs, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, contra eos indictis nihilominus in ſuo robore permanſuris. Anno Domini 1592. 16. Kalendas Septembris. Pontificatus noſtri, Anno primo.

Teribilis pœna, & excommunicatio cõtra duellãte, & participantes i crimine.

Nota.

Permittẽtes, & non prohibente duellũ ſunt interdicti, & excommunicati, & ſolus Papa illos liberare poteſt.

Omnia iſta exactè ponere ante oculos cuiuslibet decreuimus, vt fugiant maledictionem, & acquirant benedictionem à Deo pacis, & totius conſolationis, de hac diſputatione pro ſigillo diſputationis in litera. D. ſatis ſit dictum. Laus Deo.

DISPVTATIO PRIMA in littera E.

De emptione, & venditione.

IN diſputatione iſta Lector diſcutere intendit ea quæ ad emptionem, & venditionem pertinent. Proponit tres caſus cum dubijs.

In caſu ergo quærit Lector vtrum licitè aliquis poſſit vendere rem pluſquam valet?

In primo dubio inueſtigat Lector, Si negotiatores in emendo, & vendendo poſſint excedere iuſtum pretium?

In ſecundo dubio interrogat, qui nam ſint caſus illi in quibus emptor, vel venditor ad reſtitutionem teneatur?

In caſu ergo primo quærit Lector, vtrum licitè aliquis poſſit vendere rem pluſquam valet? Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Iuſtum in commutatione humanæ vitæ ſecundum leges ciuiles determinatur, ſed ſecundum eas licitum eſt emptori, & venditori, vt ſeipſos decipiant, hoc autem fit inquantum venditor plus vendit rem quam valet, emptor autem emit illam minus quam valet, ergo licitum eſt quod aliquis vendat rem plus quam valet, & emat minus iuſto precio.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentum deſumit ex verbis Domini Matth. 7. quo in loco dicit Dominus, omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite alijs, ſed nullus vult ſibi rem vendi carius quam valeat, ergo nullus debet alteri vẽdere carius quam valeat; ſimiliter, nec emere minus quam valet.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus in hoc primo caſu quatuor intendit facere. Primo pro fundamento doctrinæ declarare aliqua valde neceſſaria in his commutationibus, ad emptionem & venditionem pertinentibus. Secundo ſatisfacit quæſito quatuor concluſionibus. Tertio proponit dubia, & reſoluit. Quarto reſpondit argumento partis affirmatiuæ.

Quo ad primum dicit Lector Theologus cum in hac diſputatione tractandum ſit de contractibus emptionis, & venditionis, iuſtum eſt, vt cognoſcamus quæ nam ſit differentia huius contractus, emptionis, & venditionis, & quomodo differant ab alijs contractibus. a Vulpiano ſic diffinitur.

Contractus, dicit enim contractus eſt vltro citroque obligatio. Diffinitio iſta datur per effectum, ſic enim interpretatur. Contractus eſt actio humana inter duos, ex qua in vtroque oritur obligatio ad alterutrum. Hęc actio humana neceſſe eſt, vt explicetur aliquo ſigno ſenſibili ſufficienti

Cõtractus eſt actio humana inter duos ex qua ĩ vtroque oritur obligatio ad alterutrum.

ad

ſit peccatum mortale. Illud eſt peccatum mortale, quod excludit hominem à Regno Cœlorum, diſcordia hoc facit, ergo eſt peccatum mortale. Minor probatur illi qui agunt opera carnalia, operantur illa opera quæ excludunt à regno Dei, ſed diſceminatores diſcordiæ hoc faciunt, ergo diſcordia excludit à regno cœlorum, ergo diſcordia non ſolum eſt peccatum, ſed peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Diſcordare ab aliquo eſt diſcedere ab eius voluntate, ſed diſcordare ab aliquo non eſt peccatum præcipuè mortale, ergo diſcordia non eſt peccatum. Maior propoſitio de ſe patet. Minor probatur, voluntas proximi non eſt regula noſtræ actionis, ſed ſola voluntas diuina, ergo deuiare à voluntate proximi non eſt peccatum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua,

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo declarat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, & vt doctrina ſit clara proponit, & ſoluit dubium, Tertio reſpondet ad argumenta partis negatiuę, quo ad primum, dicit ſe proponere hanc diſputationem, vt cognitionem habere poſſimus, de peccatis quæ paci opponũtur pro pleniori doctrinæ intelligentia diſputationis præcedentis, modo vult tractare de diſcordia cum iam loco ſuo tractauit de contentione. De rixa, ſub literis. R. erit diſputatio, cum de bello loco ſuo abundanter ſit dictum, de ſeditione licet non fiat diſputatio particularis cum ſit ſpecies diſcordiæ, de illa aliqua dicuntur hic. Seditio enim diſcordiam importat, non quamcunque, ſed inter pares alicuius multitudinis. Hoc manifeſtat D. Iſidorus in lib. Ethimol. dicendo. Seditio enim diſcordiam importat, non quamcunque, ſed inter pares alicuius multitudinis, vel aliter. Seditioſus eſt qui diſſectiones animorum facit, & diſcordias gignit. Cõuenit enim ſeditio in aliquo cum ſchimate, rixa, & bello, & in aliquo differt. Conuenit cum ſchimate, quia & ipſa importat aliquam ſeditionem, differt ab illo, quia ſchima opponitur vnitati ſpirituali, ſcilicet, multitudini Eccleſiaſticæ: Seditio autẽ opponitur vnitati temporali, ſeu ſæculari multitudini, ſcilicet, Ciuitati, differt à bello, & rixa. Bellum eſt contra hoſtes extraneos, multitudinis ad multitudinem, rixa eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Seditio autem eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe differentes, puta quando vna pars ciuitatis exiſtit contra aliam. His ſic declaratis pro intelligentia terminorum, vt magis percipiatur natura ſeditionis, cum D. Thom. 2. 2. q. 42. art. 2. ponenda eſt prima concluſio de ſeditione, poſtea ponentur aliæ de diſcordia.

Seditio eſt diſcordia, nõ abſolute, ſed inter pares q. ſunt eiuſdem multitudinis.

Nota.

Seditio peccatum mortale eſt, & tanto grauius eſt in materia grauiori, & inter primates

Concluſio prima. Seditio ex ſuo genere, eſt peccatum mortale, probatur authoritate Apoſtoli ad Galat. 5. vbi numerat ſeditionem inter peccata mortalia, probatur etiam ratione. Seditio opponitur iuſtitiæ, & communi bono, ergo eſt peccatum mortale. Nam ex antedictis conſtat, quod ſeditio opponitur vnitati multitudinis legi, & communicati, & tanto grauius peccatum eſt ipſa ſeditio, quanto commune bonum, quod impugnatur per ſeditionem eſt maius quam bonum priuatum, quod impugnatur per rixam. Hoc peccatum ſeditionis, primo & principaliter reperitur in his qui procurant ſeditionem ipſam, talis ſeditio fuit in Siba filio Bocri, qui clamans coram omni populo Iſdrael dixit. Non eſſe ſibi partem in Dauid, propter quod tres tribus receſſerunt à regimine Dauid, qua de cauſa Ioab procedens contra illum fecit eum decapitare. 2. Regum 20. Talis fuit Barabas latro qui in ſeditione fecit homicidium Matth. 27. Vlterius peccatum iſtud reperitur in his qui principales ſeductores ſequuntur, tale peccatum reperiebatur in his qui ſequebantur Abſalonem in coniurationem contra Dauid Patrem eius. Illi autem qui bonum commune defendunt non ſunt dicendi ſeditioſi, ſed potius ſeditioſorum opreſſores, vnde Ioiada ſummus Sacerdos, qui cum multitudine armata abſtulit Regnum Iuda ab Attalia, quod ſibi iniuſtè vſurpauerat, non fuit ſeditioſus, ſed expugnator illius mulieris ſeditioſæ 4. Regum 11. His declaratis ponendæ ſunt reliquę concluſiones, quæ erunt pro diſcordia de qua eſt diſputatio.

Concluſio ſecunda. Diſcordia ea ratione eſt peccatum, inquantum eſt contraria concordiæ quæ à charitate procedit. Concluſio iſta probatur tali medio, omnis illa diſcordia quæ directè eſt contra charitatem peccatum mortale eſt, ſed diſcordia de qua loquimur eſt huiuſmodi, ergo eſt peccatum mortale. Maior propoſitio de ſe patet. Minor ſic probatur, diſcordia per ſe eſt dum aliquis à proximo ſuo ſcienter, & ex intentione diſcentit in bono diuino, & in bono proximi, in quo conuenire debet, ſed homo ille eſt contrarius concordiæ, quæ ex charitate procedit, ergo eſt contra charitatem Dei, & proximi, ergo talis diſcordia ex ſuo genere poteſt eſſe peccatum mortale, licet ex imperfectione actus poſſit eſſe peccatum veniale, ſcilicet, dum manet in primo motu.

Diſcordia peccatum mortale eſt inquantum contrariatur cõcordiæ cuius cauſa eſt charitas, aliter nõ eſt peccatũ, &c.

Concluſio tertia. Diſcordia quæ eſt præter intentionem non eſt peccatum, quod ſic oſtenditur, quia vt ſic non repugnat charitati. Si tamen diſcordia ipſa eſſet cum errore circa ea quæ ſunt fidei, ſcilicet, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis ſcienter, & pertinaciter, eſſet talis diſcordia peccatum grauiſſimum, circa hoc Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit hæc verba, vel ſimilia, error circa ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, contingit alicui dupliciter, vel cum culpa, vt error Iudæorum, & eorum, qui negligenter quærunt illorum notitiam quæ ad ſe ſpectat. Secundo hoc contingit ſine culpa, vt error mulierum, & ſimplicium, facientium quod in ſe eſt, ad hoc vt ſciant ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. In primis non eſt excuſabilis ignorantia veritatis quæ poſita eſt in diſcordia. In ſecundis ſic. In iſtis eſt ſine culpa, non autem in illis.

Vt igitur doctrina iſta clarius percipiatur notandum

Tria præcipuè cauſas diſcordias in ciuitatibus, quę euitare debēt ciues cordiales.

ſtandum eſt, cum D. Antonino. In ſecunda p. tit. 4. cap. 8. ibi enim dicit, quod tria ſunt, quæ generant diſcordias in ciuitatibus. Inter quæ primum locum tenet procuratio inordinata proprij comodi, Secundum improportionata diſtributio honorum, & onerum, Tertium relaxata punitio tranſgreſſorū, quo ad primum clarum eſt, quod quando quis multum tendit ſuæ comoditati, quod alij aggrauantur hoc enim vidimus in corpore humano, quod quando humores ſunt in debita proportione, corpus eſt ſanum, quando ſe mouerit talis proportio ſtatim adeſt infirmitas. Ita occurrit in Ciuitatibus, & communitatibus, quo adusque fit recta diſtributio omnia in concordia manent, ſed ſe mota iſta recta diſtributione, diſcordiæ ſunt vndique hoc enim experientia docet, quia Roboam nimis prouidere volebat burſæ ſuæ, & cupiditati, vt poſſet facere expenſas ſuperfluas incuria ſua, propter hoc noluit dimittere exactiones tributorum, immo voluit illas augere. Hac de cauſa talis, & tanta exorta eſt diſcordia inter tribum Iudæ, & tribus Iſdrael, quod nunquam auferri potuit, & dimiſit magnam partem dominij ſui, vt habetur 3. Regum 12.

Quo ad ſecundum diſcordiæ oriuntur in ciuitatibus, ex improportionata diſtributione honorum, & onerum, quando nimis aliqui verſantur in collectis, & laboribus, alij autem nimis eleuantur, vel cum honores, & beneficia, aliquibus copioſè offeruntur, alijs autem parum, vel nihil datur. Inde generantur diſcordiæ, & inuidiæ inter conciues, quando in diſtribuendo, vel in aggrauando, non conſiderantur merita, vel demerita perſonarum, ſed tantum dependentia.

Quo ad tertium diſcordiæ oriuntur dum non ſeruatur iuſtitia punitiua in ordine ad facinoroſos. Nam ex hoc datur audacia malis ad lędendos proximos ſuos, ſeu inimicos, ex quo diſcordiæ, & inimicitiæ ſequuntur non paucæ, & paruæ. Ideo omni diligentia diſcordiæ ſunt exterminandæ, quoniam ex ſententia Saluſtij, & D. Hieronymi, concordia paruæ res creſcunt, diſcordia autem maximè dilabuntur, quod clarius confirmat Dominus dicendo in Euangelio. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſſolabitur, & domus ſuper domum cadet. Hoc etiam experientia docet. Nam virtus vnita fortior, & diuiſa debilior eſt. Concordia vnit, diſcordia ſeparat vnita, ergo diſcordia eſt origo confuſionum, & mala res eſt.

Ex his faciliter cognoſcere poſſumus quam impia ſit partialitas ſeditioſorum in ciuitatibus, vel in congregationibus, ipſa enim cauſat diſcordias, inimicitias, & deſtructionem vtriuſque partis diſcordantium multoties, vt clarè ex his conſtat.

Tria mala cauſant partialitaes, & diſcordiæ in ciuitatibus. & conuentibus.

D. Antoninus notat tria mala magna, quæ ex his partialitatibus, & ſeditionibus procedunt, Primum eſt fatuitas talium partialium, ſecundum eſt crudelitas, Tertium eſt diuturnitas. Accedamus ad primum, Sub cœlo ſtultior gens non reperitur ſeditioſa, & partiali. Iſti vt obtineant intentum ſuum in fauorem ſuorum partialium, ſiue in dignitatibus, ſiue in acquiſitione temporalū, ſiue in gubernatione Eccleſiaſtica, ſiue laicali, abſque confuſione eligunt indignos, furantur res Eccleſiæ, & communitatis, falſum teſtimonium dicunt, & mille impudicitias committunt. Nec conſiderant infelices, quod partialitas iſta eſt cauſa non ſolum diſcordiæ, & inimicitiæ, ſed ſuæ damnationis.

Mihi videtur partiales iſti ſimiles eſſe ſtultis, qui gaudenter exponunt ſe magnis periculis, non timentes illa, & hoc, quia carent intellectu, hoc idem faciunt partiales, non timent in actionibus ſuis pericula inferni, nec Dei flagella, propterea inter omnes ſtulti primum locum tenent. Pergamus ad ſecundum malum partialium ſeu ſeditioſorum hominum, hoc eſt nimia crudelitas de qua loquebatur. Hier. Threnorum 4. Filia populi mei crudelis quaſi Struthio, partialis, ſeu ſeditioſus vocatur filia populi Dei, quia eſt anima fidelis. At quia partialis, vel ſeditioſus eſt, vocatur crudelis, quaſi ſtruthio. Struthio eſt tam crudelis (inquiunt naturales) vt deſerat oua ſua, & de illis curam habere non vult, hoc idem facit partialis, ſeu ſeditioſus, non curat de proprijs filijs, vel de familia, & de bonis ſuæ fortunæ pro ſua iniqua partialitate. Non enim inuenitur tanta crudelitas in aliquo alio genere hominum, quanta reperitur in partialibus, & ſeditioſis propter inueteratum odium, quod habent contra illos, qui ſunt contrarij ſuæ factioni, & non ſolum crudeles ſe oſtendunt contra ſibi notos factionis contrariæ, ſed etiam contra ignotos, nō ſolum contra præſentes, ſed contra præteritos, & futuros, contra infantes, & ſenes, immo aliquando contra conſanguineos, & affines, immo contra patrias illorum, & quod peius eſt contra illos, qui alias ſibi fuerunt ſerui, & amici fideles, o partiales crudeles, immo homicidæ iniquiſſimi. Non attenditis ad dictum Apoſtoli Io. Epiſtola 1. cap. 3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt, vltra hoc quis exprimere poteſt crudelitates, quas iſti exercent contra partem contrariam? Non parcunt ætati, non ſexui, nō conſanguinitati, vel affinitati, non amicitiæ, non fidei, non religioni, non ſanctitati, ſed vſque ad deuorationem animæ, & carnis perueniunt. Iſtos aliquando Deus grauiſſimè punit, & meritò quidem. Puniuit Adonibezech Regem Hieruſalem qui crudeliſſimus fuit. Iſte captus fuit à Ioſue, & abſciſſis extremitatibus manuum, & pedum, colligebat fragmenta ſub menſa, vt canis, quod conſiderans iſte crudelis dixit hæc verba. Reddidit mihi Deus, quod feci. Septuaginta enim Reges abſciſis manum, & pedum ſummitatibus colligebant ſub mēſa mea reliquias ciborum. Sicut feci, ſic mihi factum eſt, iud cum. c. 1. Hoc idem accidit crudeli Regi Perſarum, iſte ex ſua crudelitate, delectabatur effundere ſanguinem humanum. Iſte captus fuit à Regina Demetrij, & decapitatus, & quia ipſe occiderat filium iſtius Reginæ, Regina fecit ponere caput ipſius Regis in vtre pleno ſanguine dicens illi ſanguine ſitiſti, ſanguinem bibe, veniamus ad tertium malum partialitatis, ſcilicet, ad diuturnitatem.

Oſtenditur crudelitas hominum, præcipuè religioſorum partialium ſeditioſorum amantium diſcordiam.

Partiales & ſeditioſi nequeunt abſolui niſi relicto malo affectu, & facta reſtitutione dãni dati opreſſis ab eis.

Nam partiales ſemper morantur in huiuſmodi diuiſionibus, & partialitatibus abſque remorſu aliquo ſuæ conſcientiæ, & quia morbum ſuum non cognoſcunt, medicinam non inquirunt, ideo in puncto mortis ad infernum deſcendũt, nec iſti abſolui poſſunt niſi relicta omni partialitate, & ſeditione, ita, ſcilicet, quod odium dimittant ex corde, & relinquant appetitum nocendi, & quærant pro poſſe ſatisfacere damnis datis quoad honores, vel quo ad res temporales, aliter abſolui non poſſunt, & ſi confeſſarij abſoluant, ligant ſeipſos, & abſolutio non tenet. Ratio quia qui non diligit manet in morte, & non dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur male ablatũ, nihilominus partiales, & ſeditioſi iſti, neque in puncto mortis ſciunt inuenire modum relinquendi partialitates has, odia, & maliuolentias, ideo redduntur incapaces abſolutionis. Nec danda eſſet illis ſepultura. Ratio quia qui in mortali notoriè moriuntur priuari debent ſepultura, nec debent poni in loco ſacro, immo ſi ponerentur in gratia parentum ad cooperienda pudenda familiæ, pro talibus miſſæ non eſſent celebrandæ, nec officia mortuorum, quia vt inquit Leo Papa, cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, ſcilicet, orando pro illis, cum ſint hæredes inferni. In inferno autem nulla eſt redemptio.

Ecce quam peſſima ſit vanagloria à quo oritur diſcordia, & quaſi mali ſit occaſio, poſſumus enim dicere, quod ſit ruina animæ, & corporis, ipſa enim eſt cauſa diuiſionis, diſcordiæ contentionis, & mortis non ſolum corporis, ſed animæ, quod peius eſt, ideo (illa relicta) id concordiam, & pacem attendamus. De his ſatis proponamus dubium diſputandum, ſed primo ſoluamus argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ad minorem argumenti, dicit illam eſſe falſam, & ad probationem dicit, quod voluntas vnius hominis in ordine ad alium poteſt conſiderari dupliciter, primo ſecundum ſeipſam, ſecundo inquantum regulata regula diuina, voluntas humana (ſecundum ſe conſiderata) vnius hominis, non eſt regula alterius voluntatis, poteſt tamen eſſe regula voluntatis proximi ſui inquantum inheret voluntati Dei, ideo diſcordare à tali voluntate eſt peccatum, quia per hoc diſcordat ex conſequenti à regula diuina. Recedere igitur à voluntate proximi ſecundum ſe conſiderata, non eſt peccatum, recedere tamen ab ipſa quatenus eſt regulata per voluntatem diuinam eſt peccatum, ex his infert Magiſter Seraphinus à Poreta (& benè) quod ex hac litera apparet, quod quilibet tenetur ex neceſſitate obedire Sanctæ Eccleſiæ, Ratio huius rei eſt, quia voluntas ipſius Eccleſiæ, eſt regulata illa prima regula, quæ eſt Deus, ex quo ſit, quod Eccleſia ſit infallibilis regula veritatis, quoniam immobiliter, & infallibiliter regulatur à prima veritate, ex hoc enim oritur, quod Eccleſia errare non poteſt in his quæ ſunt fidei. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, inquit Petro Dominus, & Lucæ 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, & alibi Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi, non præualebunt aduerſus eam.

Quilibet tenetur obedire Eccleſiæ, quia ipſa eſt infallibilis regula veritatis, & non poteſt errare.

Ex his manifeſtè apparet error Caluini dicentis, renunciare inſtitutiones maiorum, ſiue ab eis recedere, non modo eſſe integrum, ſed honeſtum, & pium, & ſalutare, ſimiliter in apperto excluditur malignitas Borentij dicentis, quod iudicio proprio ita ſtandum eſt, vt nullo modo licitum ſit in cauſa æternæ ſalutis, alienæ ſententiæ ita inhærere, vt cauſa ſine proprio iudicio amplectemur.

Errores hæreticorum circa obedientiam Eccleſiæ.

D. Thom. tanquam murus validus reſiſtit illis dicendo, quod eſt peccatum mortale diſcordare à voluntate maiorum, immo, & alterius proximi regulata regula diuina.

Dicit malignus hæreticus, ego neſcio an volũtas maiorum, vel alterius regulata ſit à Deo in hoc ſpeciali negotio, ergo illi non debeo aſſentire.

Impugnationis ſolutio.

Theologus huic cauilloſo dicit, quod licet tu neſcire poſſis ſi volũtas proximi tui ĩ tali negotio, in tali caſu, ſit regulata regula diuina, multo minus ſcire potes hoc de voluntate tua, propterea ſi dubitas hoc, reccurre ad maiores tuos, reccurre ad Eccleſiam, quæ errare non poteſt, reccurre ad Sumum Pontificem in his, quæ tu non potes ſcire per inferiores Pontifices, & Doctores Eccleſiæ, quia ipſe, in his quæ ſunt fidei errare non poteſt. Clarum eſt, quod Deus deduxit populum ſuum per deſertum à ſeruitute Egiptiaca, ad terrã promiſſionis per manum Moyſi, & Aron, & Ioſue tanquam per ſuperiores. Ita per ſuperiores in Eccleſia ad patriam cœli perducit populum Chriſtianum, quod habetur ex Apoſtolo. 1. Cor. 10. dicentem. Omnia in figura contingebãt illis, illi autem qui maioribus ſuis obedire nollunt à regno cœlorum ſunt excluſi, prout inſinuat ipſemet Paulus Apoſtolus ad Galatas 6. vbi ponit diſcẽſiones, & diſcordias inter opera carnis de quibus ſubdit, qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt, ergo fugienda eſt diſcordia, quæ ducit ad mortem.

In rebus dubijs fidei ad Eccleſiam, & ad ſummum Pontificẽ recurrere debemus, quia in his quæ ſunt fidei ipſe non poteſt errare.

Inſurgit Lector contra prædicta probans (tali medio) quod diſcordia non ſit peccatum. Quicunque inducit aliquem ad peccandũ peccat, ſed qui inducit ad diſcordiam aliquos, non peccat, ergo diſcordia non eſt peccatum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor autem probatur ſic. dicitur 23. Actuum Apoſtolorum ſciens Paulus, quod vna pars eſſet Saduceorum, & altera Phariſeorum exclamauit in Concilio dicens, viri fratres ego ſum Phariſeus. filius Phariſeorum, de ſpe, & de reſurrectione mortuorum ego iudicor, & cum hoc dixiſſet facta eſt diſſentio inter Saduceos, & Phariſeos, ergo diſcordia non eſt peccatum, quia ſi eſſet peccatum Apoſtolus illam non poſuiſſet, inter Saduceos, & Phariſæos,

Argumẽtum ſecundum.

Theo-

Digitized by Google

Argumenti ſolutio. Duplex diſcordia, bona, & mala, bona eſt virtus mala eſt peccatum.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod duplex eſt diſcordia, prima per quam tollitur bona concordia, ſecunda per quam tollitur mala concordia, prima eſt peccatum, ſecunda eſt uirtus. Apoſtolus Paulus non primam, ſed ſecundam diſcordiam ponit inter Saduceos, & Phariſeos, qui concordes erant in malum, non enim credebant reſurrectionem mortuorum. De peccato, quod committitur in procurandam diſcordiam per quam tollitur bona concordia loquitur ſapiens 6. Prouerbiorum dicendo. Sex ſunt quæ odiuit Deus, & ſeptimum deteſtatuit anima eius, hoc ſeptimum eſt impius ille, qui ſeminat diſcordias inter fratres. Maledictus homo (inquit diuina ſcriptura) qui ſeminat diſcordias inter fratres, & meritò quidem, quia anima Dei illum odit, & eſt factus de numero illorum, ad quos dicet Deus in die Iudicij, Ite maledicti.

Dubium.

ILluſtriſſimus Dominus Caietanus contra factum illud D. Pauli quo diſcordiam poſuit inter Phariſeos, & Saduceos, ut tolleret ab eis malam opinionem de reſurrectione mortuorum format dubium, & quærit ſi in tali facto peccauit an non, rationes ſunt pro utraque parte.

Partis affirmantis probatio.

Pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod peccauit elicitur ex ipſomet Apoſtolo dicente. Non ſunt facienda mala, ut ueniant bona, ergo D. Paulus non debebat ponere diſcordias inter Saduceos, & Phariſeos, ut extirparet ab eis, malam opinionem de reſurrectione mortuorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, ſcilicet, quod in tali facto Apoſtolus nõ peccauit, probatur, A fine, iudicandum eſt opus an ſit bonum, uel malum, peccatum, aut uirtus, ſi finis eſt bonus, opus eſt bonum, ſi malus, opus eſt malum. At finis Apoſtoli erat bonus, intendebat remouere ab illis errorem de reſurrectione mortuorum, ergo finis erat bonus, ergo opus fuit bonum, ergo non peccauit in hoc facto Apoſtolus, & ſi ex hoc ſecuta fuit diſcordia, hoc fuit per accidens, & non per ſe.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo unica concluſione negatiua ſatiſfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Apoſtolus Paulus non peccauit ponendo diſcordiam inter Phariſeos, & Saduceos.

Concluſio, Apoſtolus non peccauit ponendo diſcordiam, inter Saduceos, & Phariſeos.

Concluſio, iſta probatur ratione adducta pro parte negatiua dubij, & corroboratur. Nam aliud fuit in hoc actu D. Pauli intentum, & aliud præcognitum, & præmiſſum. Intentum Apoſtoli erat excitare Phariſeos ad defenſandam reſurrectionem mortuorum, & ex conſequenti doctrinam ſuam, qua affirmabat talem reſurrectionem. Præmiſſum, & præcognitum erat pertinacia Saduceorum agitanda, ut deſtrueretur in quem actum Saducei prorumperunt, ex propria uoluntate. Nam parati erant impugnare quæſtionem de reſurrectione mortuorum, ſi illis propoſita eſſet, propterea Saducei in actu ſuæ hæreſis prodierunt ex propria uoluntate. In quo Apoſtolus non peccauit, quia licitum eſt permittere, & uti malis alterius, ut ueniant bona, quamuis non liceat facere mala, ut ueniant bona, uel inducere ad malũ, ut patet de illo qui accipit ad uſuram à parato. Iſte non peccat, quia poteſt uti iniquitate illius pro ſua neceſſitate expellenda ſi aliter facere non poteſt, ita facit Apoſtolus, uſus eſt diſcordia illorum ad introducendam fidem reſurrectionis mortuorum in illis, & hoc medio expellit à Saduceis malam diſcordiam, & hæc ſatiſfaciant inſtantiæ affirmatiuæ dubij, & ſatis ſint pro dubio iſto.

Argumentum tertium.

Lector pro complemento huius diſputationis affert ultimum argumentum, quod eſt tale. Peccatum præcipuè mortale in Sanctis uiris non inuenitur, ſed diſcordia inuenitur inter Sanctos uiros, ergo diſcordia non eſt peccatum mortale. Maior propoſitio eſt nota ex ſe. Minor probatur. In quintodecimo Actuum Apoſtolorum dicitur. Facta eſt contentio inter Paulum, & Barnabam, ita ut diſcederent abinuicem, ergo diſcordia non eſt peccatum mortale.

Argumenti ſolutio. Ponere diſcordiã per ſe inter fratres eſt peccatum per accidens autem poteſt poni ſine peccato.

Theologus huic argumento ſatisfacit hac una diſtinctione dicendo Diſcordia reperiri inter aliquos ſtat dupliciter, per ſe, & per accidens, ponere diſcordias per ſe inter aliquos, non poteſt eſſe ſine peccato mortali, quia talis diſcordia eſt controuerſia in his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, pertinaciter, & contra charitatem. Diſcordia autem per accidens eſſe poteſt ſine peccato. Et hoc occurrit quando illi inter quos eſt diſcordia intendunt bonum, licet non conueniant in modo. Inter Paulum, & Barnabam fuit diſcordia per accidens, & non per ſe, uterque enim intendebat bonum, ſed uni uidebatur hoc eſſe bonum, alteri aliud, & quia ambi bonum intendebant, nullus illorum peccauerat, quia intentum illorum non repugnabat charitati. Diuerſitas iudicij illorum proueniebat ex defectu humano, quod non permittebat poſſe cognoſcere quale eſſet melius, quo ad quæſtionem de ceſſatione præcepti circunciſionis reſpe ctu illorum qui ad fidem ueniebant, de hac diſputatione ſatis ſit dictum, nunc procedamus ad aliam.

DISPVTATIO QVINTA
In littera D.

De Duello.

LEctor in hac diſputatione tantum vnum caſum diſputandum proponit. An, ſcilicet, duellum ſit licitum, & pro vtraque parte format argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratio eſt iſta, illud videtur eſſe licitum, quod Sancti exercuerunt, Duellum, vel ſingulare certamen Sancti exercuerunt, ergo duellum eſt licitum. Maior propoſitio eſt certa. Minor probatur Dauid venit ad ſingulare certamen cum Goliath Philiſteo, prout habetur 1. Regum 17. ergo duellum, vel ſingulare certamen Sancti exercuerunt, ergo duellum eſt licitū.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentum deſumitur. Illud eſt illicitum, quod damnatur à iure ciuili, & canonico, à Sacris Concilijs, & ſummis Pontificibus, ſed duellum eſt tale, ergo eſt illicitum. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor oſtenditur ſic, primo ratione naturali, quia bellum iniuſtum eſt illicitum, duellum eſt bellum iniuſtum (ſaltem) quo ad vnam partem ergo eſt iniuſtum, duellum damnatum eſt à Concilio Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reformatione, vt patebit, à Pio Quarto, fuit damnatum, ſimiliter à Clemente octauo, vt infra manifeſtabimus, ergo vllo pacto eſt licitum.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

Duellum eſt duorū bellū, ſeu ſingulare certamē, apud græcos Monachia.

LEctor Theologus circa caſum iſtum tria facit, Primo obſeruat aliqua digna ſcitu, ſimul ponit aliquas diſtinctiones, Secundo aſſignat ſex cauſas finales, & iuxta illas ponit ſuas concluſiones, & pro corroboratione illarum ponit bullam Clementis Octaui de duello, tandem ſoluit argumentum partis affirmatiuè, in primis cum Illuſtriſſimo Domino Caietano obſeruandum eſt, quod duellum dicitur bellum duorum, vel ſingulare certamen, ad hoc autem vt cognoſcere poſſimus duellum, an ſit licitum, vel non, inueſtigandum eſt ſi ex ſua natura ſit malum, nam inquit Caietanus Illuſtriſſimus ſi duellum ex ſua natura, vel ex ſuo genere eſſet malum, vt eſt mendatium, vel adulterium, nulla ratione poſſet eſſe licitum. Si autem ex ſua natura non eſt malum, quandoque poteſt eſſe licitum, ex natura enim belli poteſt deſumi qualitas duelli. Bellum ex ſuo genere non eſt malum cum datur aliquod bellum iuſtū, conſequens ergo eſt, quod detur aliquod duellum iuſtum, valet conſequentia, quia vnum, & multum non variat ſpeciem Antecedens conſtat. Nā quemadmodum inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus iuſtum ſuſcipitur defenſiuum bellum à Regno, ab Imperio, ideſt Republica &c. Ita etiam ego iuſtum bellum habeo ad verſus meum inuaſorem, & licet (me defendendo) occido illum, ex quibus patet, quod duellum, ideſt duorum bellum, ex ſuo genere non eſt illicitum cum poſſit eſſe iuſtum ex vna parte. In ſignum, quod duellum non poſſit aliquando eſſe licitum, habemus extra de purgatione vulg, c. cura ſuſcepti, quo in loco dicitur, quod in nullo caſu tollerandum eſt duellum, & 2. q. 5. Can. Monachia duella damnātur, & in Concilio Trid. ſeſſione 24. cap. 19. de refor, non ſolum damnata ſunt duella, ſed omnino prohibita, ſub maximis pœnis, non ſolum contra duellantes, ſed contra permittentes duella fieri, & etiam contra ſpectantes.

Aliqui autem oppoſitum tenent in caſu aliquo dicunt in tali caſu duellum eſſe licitum. In caſu videlicet in quo innocens conuinctus morti condemnatur, niſi acceptare vellit duellum, in quo caſu (dicunt iſti) quod talis licitè poſſit illud acceptare. Rationes aſſignant dicendo licitum eſt mihi pugnare quando alio modo non poſſum euadere. Nicolaus de Lyra ſuper 1. Reg. cap. 17. dicit, quod licitum eſt acceptare duellum quando lis criminalis, vel ciuilis aliter terminari non poteſt quam duello, licitum enim eſt pro defenſione ſui, & rerum ſuarum pugnare inquit ipſe. De Principibus autem licet, quod aliqui dicant, quod non licet illis in aliquo caſu duella concedere, tamen ipſe Nicolaus de Lyra oppoſitum tenet in caſibus grauibus, & aſſignat rationem dicendo, licitum eſſe tollerare minora mala, vt euitentur maiora, quæ niſi duella fierent euenirent, vt vaſtationes, & incendia pauperum, & homicidia, & ſimilia, & confirmat hoc dicendo. Sanctus Ludouicus Rex Francorum, Carolus Magnus, & multi Prælati duella (his de cauſis) permiſerunt, ergo in ſimilibus caſibus ſunt licita. Hæc pro primo puncto.

Quoad ſecundum ad inueſtigandum an duellum ſit iuſtum, & licitum, an non, oportet conſiderare cauſam ſuſcipiendi belli talis, ſeu duelli, ſuſcipiendi inquit Theologus, quia indicere bellum nunquam licet perſonæ priuatæ dicit, tamen quod poteſt dari aliqua iuſta cauſa ſuſcipiendi belli, quod non eſſet iuſta cauſa indicendi talis belli. His ſtantibus pro declaratione tituli aſſignandæ ſunt cauſæ ſuſcipiendi talis belli.

Sex cauſæ finales reperiūtur ad quas ordinatur duellum.

Sex ſunt cauſæ finales ad quas ſingularis pugna, vel duellum ordinatur ni fallor. Prima cauſa eſt manifeſtatio veritatis, dum aliquis pugnat contra proximum ſuum, confidens quod victoria ſua erit teſtis veritatis, ſcilicet, quod ipſe ſit innocens, aut habeat ius ſuper rem hanc.

Duellum licitum non eſt, ad veniendū in cognitionē veritatis.

Cauſa prima. Tale certamen, eſt propriè duellum damnatum ab Eccleſia extra de purgatione vulgari, ſimiliter in cap. Monachia 2. q. 5. Rationabiliter quidem quia huiuſmodi duellum pertinet ad ſortilegium, neque eſt ſecundum rationem, cum quæratur veritas, via non recta, ſed indirecta. Conſtat enim, quod multoties hac via veritas occultatur dum, ſcilicet, innocens in duello remanet occiſus. Immo qui hoc facit peccat mortaliter quoniam tentat Deum, exponendo ſe periculo mortis, & vulnerum irrationabiliter.

Cauſa ſecunda, certaminis ſingularis, vel duelli

eſt

Digitized by Google

Duellum nō eſt licitū ad oſtendendas proprias vires.

eſt oſtenſio virium. Hoc faciebat Goliath. 1.Regum.17. inuitans ad duellum filios Iſdraeliticos, tale duellum ex ſuo genere eſt pernicioſum, eadem ratione, quia, ſcilicet, contra rectam rationem elegit vterque alterum velle percutere, vel occidere. Dauid nihilominus excuſatur à peccato, quia Spiritu Sancto motus pugnauit contra philiſteum, ex quibus infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2.2.q.95.art 8.ad 3. quod Principes erant ſicut in prima cauſa, concedentes duella quaſi ſpectaculi cauſa, cum in bellis ſunt certamina quaſi ſingularia, puta decem hinc, & decem inde ad oſtenſionem virorum fortium. Diabolicū opus eſt iſtud, etiam damnatum, ſicut damnata ſunt duella. Nec excuſat illos conditio temporis belli, quoniam cauſa iuſti belli in hoc particulari conflictu, locum non habet, quia iuſtum bellum non fit ad oſtenſionem tantum, vt occurrit in tali certamine particulariter.

Duellum nō eſt licitum ad fugiēdā ignominiam.

Cauſa tertia, huius certaminis particularis, vel duelli, eſt euitatio ignominiæ, quia reputatur vilis, & de generis animi ſi non acceptat duellum, quæ cauſa licet apud idiotas plurimum valeat, tamen apud ſapientes nihil valet, & quia rebus vti debemus, vt ſapientes faciunt, propterea dicimus hanc non eſſe iuſtam cauſam accipiendi duellum. Ratio aſſignatur, quia tale duellum irrationabile eſt, quoniam duellantes abſque vrgente cauſa quærunt ſe adinuicem interficere, vnde inuitare ad tale duellum, & acceptare illud pernicioſum eſt.

Cauſa quarta duellandi eſt terminatio litis criminalis, vel ciuilis, quando, ſcilicet, non poteſt aliter terminari niſi duello accepto, alioquin non acceptans duellum iuſtitiam conſequi non poteſt, aut neceſſario liti ſubcumbit cum ſuo, & multorum magno damno.

Duellum nō debet permitti ad finiēdas lites criminales, vel ciuiles.

Similiter huiuſmodi ſingulare certamen, vel duellum illicitum eſſe apparet, & hoc faciliter cognoſcere poſſumus ab ipſo medio, Medium proportionatum fini litis eſt, vel conuenientia partium inter ſe, vel ſententia iudicis, vel iuſtum bellum ex parte habentis iuſtitiam pro ſe, at duellum non poteſt eſſe tale medium, ergo neque ex hac cauſa duellum eſt licitum. Maior propoſitio eſt certa. Minor inductiuè probatur, quod duellum non poſſit eſſe medium proportionatum litis fini ex parte conuenientiæ partium, conſtat, quia hoc fit amicabiliter, duellum autem fit hoſtiliter, quod non ſit medium proportionatum ex parte ſententiæ iudicis, conſtat, quia ſententia iuſta conſiſtit in hoc, vt ſit data ſecundum allegata. & probata. Hoc autem non fit in duello ergo, &c. Quod autem non ſit bellum iuſtum ex parte habentis iuſtitiam manifeſtum etiam eſt. Nam habens iuſtitiam pro ſe, quærere debet quod ſuū eſt, non proprijs viribus, ſed poteſtate publica, vel ad fugiendam lites debet hoc inquirere via compromiſſionis, vel alia via ſimili, ecce, quod bellum duorum ſeu duellum ex hac cauſa licitum eſſe non poteſt.

Bellū iuſtum eſt duplex aliud vindicatiuum, & aliud defenſiuum.

Vt igitur diſtinctius percipiatur hæc doctrina, ſeu veritas, cum Illuſtriſſimo Domino Caietano diſtinguo bellum ipſum iuſtum dicendo, aut tale bellum iuſtum eſt vendicatiuum, aut defenſiuū, ſi eſt vindicatiuum indicitur bellum ad vindicandam iniuriam illatam Patriæ, vel Principi, & ſimilibus, & tale indicens bellum gerit perſonam iudicis, vtendo gladio publico contra externos impugnatores Patriæ, & etiam vtendo illo contra internos perturbatores quietis Patriæ, vel Ciuitatis, huiuſmodi autem iudex, & vindex ſungitur perſona & officio agentis.

Cum igitur agens debeat ſemper excedere paſſum, vt poſſit illum ſibi ſubijcere, Signū eſt, quod huiuſmodi bellum vindicatiuum, non poteſt indicere niſi à potentiori iudice, vt certa ſit victoria (licet varius ſit euentus belli) aut ſaltem non ſubcumbere,

Clarum eſt, quod iudex contra internos perturbatores pacis, non procedit niſi habeat tot ſatelites, vt ſit quaſi certus, quod poſſit capere, & punire malefactores. Hoc in duello ſeruari non poteſt, quia in ſingulari certamine, aut par eſt conditio vtriuſque, aut poteſt accidere, quod in facto illo fortior ſuccumbat, ex quibus infertur, quod licet indicere bellum punitiuum aliquando ſit licitum, indicere tamen duellum vnquam eſt licitum cum ſit contra rationem, vt oſtenſum eſt.

Accedamus ad ſecundum membrum de bello iuſto defenſiuo. Tale bellum tunc fit, quando v.g. alicui patriæ inditum eſt bellum, tunc patria illa oportet, quod ſubſtineat bellum illud, aut ſubcumbat. In quo caſu ſuſcipiens bellum gerit perſonam ac officium reſiſtentis, & propulſantis à ſe iniuriam. In caſu autem iſto, talis immitatur res naturales, quæ reſiſtunt contrarijs quantum poſſunt. In tali caſu talis bellator debet fortificare ſe quantum fieri per eum poteſt, & quantum poſtulat virtus reſiſtiua, & propulſiua iniuriæ.

Duellum tā defenſiuum, quam vindicatiuum non eſt licitum, quia contra rationem eſt.

In duello contrarium fit, quia dum vnus ſolus ponitur ad reſiſtendum vni, & ad propulſandam iniuriam, ab eodem debiliter ac nimis periculosè conſulitur huic defenſioni. Inuadenti enim contra iuſtitiam reſiſtendum eſt cum multitudine forti, nec in periculum ponenda eſt patria committendo vni defenſionem illius. Ex quibus infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod aliena eſt natura duelli, à natura iuſti belli, tam defenſiui quā vindicatiui, ideo nulla ex parte inuenitur duellum eſſe proportionatum medium ad terminationem litis, tam ciuilis quam criminalis quod & inſinuauit Apoſtolus dicendo. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. At ſi per D.Paulum non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ergo neque terminandæ ſunt lites criminales, vel ciuilēs per duella, & ſi non poſſunt terminari alia via, eſt patiendum libenter pro Dei amore, quia iſte in tali caſu non poteſt iura ſua modo legitimo tueri. Deus enim eſt vltor iſtorum.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ponit vnū caſum in quo ſibi videtur poſſe acceptare duellum, verbi gratia ſi alicui proponatur duellum à ſuo aduerſario, caſus eſt talis, quando accuſator

eunden-

euidenter calumniatur innocentem condemnandum ad mortem, vel ad mutilationem, & accuſator præualet. In tali caſu inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quia accuſator contra omnem iuſtitiam ponit me in manu iudicis, qui infallibiliter occidet, vel mutilabit me, talis non habens aliud effugium, habet iuſtum bellum defenſiuum contra inuaſorem ſuum, propterea ſi mihi offert duellum, ego illud poſſum acceptare de conſenſu Principis, & tueri me (meliori modo quo poſſum) & addit, quod licet hoc ſecundum apparentiam ſit duellum, ſecundum veritatem duellum non eſt, ſed defenſio neceſſaria contra inuadentem ſe ad mortem, vel ad mutilationem. Nihil enim differt, vt quis velet me occidere gladio proprio, vel alieno, quod confirmat diuina ſcriptura dicendo ad Dauid, vna interfeciſti gladio filiorum Amon.

Acceptare duellum ab iis amatore in periculum vitæ coram iudice licet, ſi aliter euadi non poteſt.

Penultima cauſa duellandi eſt indulgentia multitudinis, quando, ſcilicet, inter duas partes eſt bellum, ne occidatur multitudo militum vtriuſque partis, ex conſenſu partium, reſoluitur totum bellum in duellum, vt legitur de Coſdræ filio, & Heraclio, in legenda exaltationis Sanctæ Crucis, ſimiliter duellum hac de cauſa non eſt licitum, & rationem aſſignat Caietanus, quia ex vna parte declinatur à natura iuſti belli, & acceditur ad naturam duelli, quod eſt contra rectam rationem, vt habetur ex his, quæ diximus vſque modo.

Quando bellum iuſtum euidenter eſt in periculo, & proponitur duellũ quaſi tutum, acceptare illud licet.

Addit tamen Illuſtriſſimus Dominus Caietanus vnum, dicit enim, Fateor tamen quod in caſu quo pars habens iuſtum bellum cognoſcit vires ſuas, & certus eſt, quod oportet ſuccumbere aut acceptare duellum, & ſubdit, quod in tali caſu duellum acceptare poteſt, & aſſignat rationem dicendo quia tali occaſione tranſiert quaſi caſum certum in dubium, & in ſpe quaſi certæ victoriæ, viuendo omnibus ſuis viribus. In iſto caſu non ſolum videtur licitum eſſe acceptare duellum, ſed etiam licet procurare tale duellum, ad reſoluendum bellũ iuſtum periculoſum, in duellum, quaſi certæ victoriæ, quando in caſu iſto iſte vteretur omnibus viribus ſuis, & melius, in duello quam in bello, propterea non peccat, ſuppoſito tamen, quod pars contraria gerat bellum iniuſtum. Nam in hac materia, aufert occaſionem maioris mali, quod eſt officium Angelorum, & viri prudentis.

Duellũ pro defenſione propriæ vitæ in extrema neceſſitate poteſt accipi non aliter.

Vltima cauſa duelli eſt defenſio propriæ vitæ, quod fit quando aliquis accipit duellum ſibi oblatum pro conſeruatione vitæ propriæ. Hoc vtique licet ex ſententia Theologorum dicentium, quod vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutellæ. Defenſio iſta propriè non eſt duellum, cum duellum nil aliud ſit niſi duorum bellum.

Ex his cauſis, & concluſionibus deductis ex cauſis iſtis patet, quid ſit dicendum, de Principibus duella concedentibus, peccant enim concedendo illa abſque maxima neceſſitate, vt patebit infra. Non autem peccant permittendo ex vrgenti cauſa (ſeruatis ſeruand.) ſicut non peccant permittendo vxuras, meretrices, & ſimilia. In primo ſenſu D. Ludouicus Rex Francorum, Carolus Magnus, & aliqui Principes Eccleſiaſtici permiſerunt duella, & non aliter, quia licitum eſt permittere minora mala, ad fugienda maiora. Ex his tamen non licet facere mala, vt veniant bona, prout faciunt Principes, & priuatæ perſonæ, qui acceptant duella abſque vrgente neceſſitate.

Magiſter Banes 2.2.q.40.art.1. loquendo de duello formaliter ſumpto, dicit nulla ratione eſſe licitum. Aſſignat rationem dicendo, homini particulari ſolum conceditur, vt vim vi repellerat, At irritare ad duellum non eſt vim vi repellere, ſed velle vindicare. Neque rurſus inquit acceptare duellum eſt vim vi repellere, ſed eſt velle ſe in periculo occidendi proximum ſuum, vel vt prouocatus occidetur, & hoc totum docet Caietanus, vt ſupra.

Impugnatio.

Quærit Lector in hoc propoſito dicendo. Ille qui irritat alium ad duellum, non habet aliud medium quo poſſit ſuum honorem recuperare, ſimiliter ille qui prouocatur patitur vim in honore, manet enim infamis, niſi acceptat duellum, ergo vtrique eſt licitum, ſcilicet, & offerenti, & acceptanti duellum.

Impugnationis diſſolu. Non licet viro Chriſtiano neque offerre duellum, neque acceptare illud.

Theologus huic impugnationi dicit, quod huiuſmodi amiſſio honoris ex vtraque parte eſt tantum apud amatores huius ſeculi, apud homines vanos, vanamque gloriam ſectantes. At apud viros bonos, & timoratæ conſcientiæ, nihil honoris, aut famæ amittit, qui propter Deum non vult vindicari, aut non offert, vel non vult acceptare duellum, eò vel maximè, quia qui non acceptat duellum, poteſt verbis licitis, & honeſtis, euadere infamiam. ſi reſpondeat prouocanti, & irritanti ad duellum. Non licet mihi qui Chriſtianus ſum acceptare duellum, vel certamen ſingulare, eſto tamen certus, quod vbicunque me fueris aggreſſus paratum ero ad mei defenſionem, & forſitan cum tuo incommodo, vel detrimento, & ſic vim ti moderatè repellit quoadvſque neceſſe fuerit armis uti, tunc enim poterit ſe armis defendere, quod & intendit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. At acceptare duellum non licet, rationibus adductis. Bellum enim iuſtum eſſe non poteſt ex vtraque parte (ſecluſa ignorãtia) unde qui offert duellum, contra iuſtitiam agit, quia accipit officium ſuperioris, ſimiliter qui accipit, quoniam ultra quod facit contra iura, exponit ſe, & proximum ſuum periculo mortis, uel mutilationis.

Interrogatio

Inquit Lector adhuc manet difficultas, iratus inquit quis me uocat, & dicit, quod vult mihi dicere aliqua verba ex parte, quæro ſi licet mihi illuc ire, etiam ſi ſuſpitionem habeam, quod vult vti armis contra me, & occidere ſi poſſet.

Interrogationis reſpõſio.

Theologus huic interrogationi dicit, quod in tali, & ſimilibus caſibus neceſſe eſt vti prudentia. Si vero ſimile eſt, quod vult verbis finem ponere differentiæ ortæ licebit ire illuc. At ſi eſſes certus moraliter, quod iratus vult tecum digladiari debes uerbis modeſtè te defendere, & non ire ſecum, & manere ad negotia tua peragenda. His ſtantibus ſoluendum eſt argumentum pro parte affirmatiua adductum in proponendum caſum.

Argu-

Digitized by Google

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Duellum Dauid cõtra Philiſteum fuit à Deo, duellum impiorum eſt à Diabolo.

THeologus argumento ſatisfacit dicendo, quod alia eſt ratio de ſingulari certamine Dauid, cum Philiſteo, & alia de duellis, vt ſic, & rationem aſſignat dicendo, quod in certamine Dauid cum Philiſteo expectabatur à Deo miraculoſus effectus, non ex leuitate iudicij humani, ſed ex ſpeciali reuelatione facta ſibi à Deo, vnde duellum illud fuit licitum ex ſpeciali Dei diſpenſatione, quod non poteſt affirmare de alijs duellis, quæ fiunt ex paſſione hominum impiorum, vnde ex hoc duello, non licet arguere ad alia, iuxta illam regulam iuris 28 quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda, vel iuxta illam aliam regulam 34. qui alicui gratioſè conceditur, trahi modo non debet ab alijs in exemplum. Hæc in libro 6. de regulis iuris.

Decretum contra duella.

Decretũ Concil. Trid. contra duellãtes.

VT igitur doctrina iſta maneat ſecundum veram intelligentiam apud confeſſarios, & gerentes curam animarum, immo apud omnes homines, decreui hic ponere decretum Sacri Concilij Trid. & Bullam Clementis octaui felicis recordationis contra duella.

Concil. Trid. ſeſſione 25. de reformatione cap. 19. hæc dicit contra duella. Deteſtabilis duellorum vſus (fabricante diabolo) introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucraretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur, Imperator, Reges, Duces, Principes Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Monachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, & iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, vel loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent priuati intelligantur, & ſi fundalia ſint, directis dominijs ſtatim acquirantur, qui verò pugnam comiſerint, & qui eorum patrini vocantur excommunicationis ac omnium bonorum ſuorum, proſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta Sacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi autem qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure quam facto dederint, aut alia quacunque ratione, ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis ſe perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine (etiam immemorabili)

Pricipes permittẽtes duella in ſtatu ſuo ſunt excõmunicati, & priuati tali ſtatu.

Duellãtes, & patrini, & cõſiliantes ſunt excommunicati, & ſpectatores.

Duellum enim ſeu ſingulare certamen adeò eſt graue delictum, vt non ſolum à Sacro Concilio Trid. ſit damnatum, verum à iure diuino, à lege ciuili, & canonica, vt oſtendimus in deciſione caſus, verum à ſummis Pontificibus, vltimo à Clemente Octauo (ſummo rigore) duellum eſt prohibitum, & pœnis acerrimis interdictum, & ne ignorantia excuſare aliquos videatur, decreuimus bullam eius inſerere de verbo ad verbum, vt confeſſarij diligenter inquirant pœnitentium peccata circa hãc materiam ſi ſuccurrerint, immo concionatores vbi opus fuerit de his debent admonere populos, præcipuè vbi agitur de duello formali, de quo loquitur Eccleſia.

Bulla Clementis Octaui contra Duellantes.

Clemens ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Bulla Clemẽtis Papæ octaui cõtra duellantes, & participantes de duello.

REctè quidem, & ſalubriter Fœl. Record. Papa Pius Quartus prædeceſſor noſter, poſt alios quam plures ſuos, noſtroſque prædeceſſores qui deteſtãdum diuina naturalique lege, ac ſacris canonibus damnatum duellorum abuſum, ſuis etiam conſtitutionibus prohibuerunt, graueſque pœnas contra quoſcunque temporali ditioni Sanctæ Romanæ Eccleſię, mediatè, vel immediatè ſubiectos, eius criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non ſolum in terris prędictis, ſed alias vbilibet, animarum pericula obuiare. Principes ac Domicellos, permittentes in ſuis dominijs id patrari, ac etiam extra terras ac loca ditioni Eccleſiaſticę ſubiecta, huiuſmodi duella, ſeu ſingularia certamina, aut diffidationes, ipſis faciẽtes, ac ad id inuitãtes, prouocantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, illiſque aſtantes, & intereſſentes, ſingulos Imperatori, & Regibus inferiores, maioris excommunicationis, ac ſi Eccleſiaſtici fuerint, vltra eam, & priuationis omnium dignitatũ, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, inhabilitatiſque ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, pœnis ſubiacere, eaſque incurrere voluit, à quibus, non niſi à Romano Pontifice abſolui poſſint. Sed & poſtmodum generalis Tridentina Synodus ad exterminandum penitus ex Chriſtiano orbe hoc malum, ſtatuit, vt Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales qui locum ad Monachiam in terris ſuis, inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia optinent priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint directis dominijs ſtatim acquirantur, qui verò pugnam commiſerint, & qui eorum patrini vocantur excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum pręſcriptionis, ac perpetuę infamię pœnam incurant, & vt homicidę iuxta Sacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò Eccleſiaſtica careant ſepultura, illi autem qui conſilium in cauſa duelli tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad idque ſuaſerint, nec non ſpectatores excommunicationis vinculo teneantur quas pœnas nouiſſimè pię memorię Gregorius XIII. pariter prędeceſſor noſter extendit aduerſus illos

Nota.

etiam

Digitized by Google

aut denuntiatio fierit, nihilominus cenſuris, & pœnis omnibus in præſenti, & alijs prædictis conſtitutionibus, & decreto contentis ſubiacere, tam ſi ſuperius enumeratis quam ſi alijs etiam maioribus Eccleſiaſticis, vel mundanis dignitatibus gradibus, & præheminentijs excellât, quinimo de nouo etiam per præſentes ex parte omnipotentis Dei Patris, & filij, & Spiritus Sancti excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramus omnes, & quoſcunque publicè, vel priuatè, palam, vel occultè, in quibuſcunque locis, modis, & formis ac caſibus, ſub præſenti noſtra, vel alijs prædictis conſtitutionibus ac decreto, comprænhenſis, ſingulare certamen, quod duellum vulgo dicitur ex compoſito ineuntes necnon id ſcelus ſuadentes, aut prouocantes, opem, conſilium, vel fauorem præſtantes, æquos, arma, & commeatus præbentes, vel comitantes, aut circa cartulas, vel libellos, literas nuncios, vel quæcunque alia ſcripta huiuſmodi, vel quomodolibet peccantes huiuſmodi delicti ſocios de induſtria ſpectatores, patrinos, fautores, defenſores, quacunque tam ſuperius expreſſa, quam alia Eccleſiaſtica, vel mundana perfulgeant dignitate, ita vt ſingulares etiam perſonæ cuiuslibet communitatis vniuerſitatis Collegij, aut Reipublicæ, quæ huius criminis participes quo quomodo fuerint, nequaquam excuſantur, ſed ſupradictos omnes, eorumque ſingulos ipſo facto, abſque vlla monitione iudicis decreto, aut miniſterio perpetui anathematis, ex communicationis maioris, & maledictionis, æternæ mucrone perculſos, & damnatos harum ſine declaramus, & ſi in ipſo conflicto obierint ſepultura Eccleſiaſtica perpetuò priuatos eſſe volumus. Ipſas verò Ciuitates, terras, Oppida, vel Caſtra, & loca in quorum territorijs, id fieri (ſcientibus) & tacitè, vel expreſſè, permittentibus, dominijs, aut magiſtratibus, vel ſenatu, aut populo, admiſſum fuerit, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis abſolutionem, ab alio quam à nobis aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice pœnitentia, & ſatisfactione congrue peracta, niſi in mortis articulo conſtituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quorumuis facultatum, & indultorum, quibuſuis perſonis, tam Eccleſiaſticis cuiuſcunque ordinis, aut militiæ, ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtentibus, quam Laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia inſignitis per ſedem Apoſtolicam, in genere; vel in ſpecie conceſſorum, quæ omnia quo ad præmiſſa noliumus cuique in aliquo ſuffragari, pœnis alijs, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, contra eos indictis nihilominus in ſuo robore permanſuris. Anno Domini 1592. 16. Kalendas Septembris. Pontificatus noſtri, Anno primo.

Teribilis pœna, & excommunicano cõtra duellãte, & participantes i crimine.

No ta.

Permittẽtes, & non prohibente duellũ ſunt interdicti, & excommunicati, & ſolus Papa illos liberare poteſt.

Omnia iſta exactè ponere ante oculos cuiuſlibet decreuimus, vt fugiant maledictionem, & acquirant benedictionem à Deo pacis, & totius conſolationis, de hac diſputatione pro ſigillo diſputationis in litera. D. ſatis ſit dictum. Laus Deo.

DISPVTATIO PRIMA in littera E.

De emptione, & venditione.

IN diſputatione iſta Lector diſcutere intendit ea quæ ad emptionem, & venditionem pertinent. Proponit tres caſus cum dubijs.

In caſu ergo quærit Lector vtrum licitè aliquis poſſit vendere rem pluſquam valet?

In primo dubio inueſtigat Lector, Si negotiatores in emendo, & vendendo poſſint excedere iuſtum pretium?

In ſecundo dubio interrogat, qui nam ſint caſus illi in quibus emptor, vel venditor ad reſtitutionem teneatur?

In caſu ergo primo quærit Lector, vtrum licitè aliquis poſſit vendere rem pluſquam valet? Et more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Iuſtum in comutatione humanæ vitæ ſecundum leges ciuiles determinatur, ſed ſecundum eas licitum eſt emptori, & venditori, vt ſeipſos decipiant, hoc autem fit inquantum venditor plus vendit rem quam valet, emptor autem emit illam minus quam valet, ergo licitum eſt quod aliquis vendat rem plus quam valet, & emat minus iuſto precio.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentum deſumit ex verbis Domini Matth. 7. quo in loco dicit Dominus, omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, ſed nullus vult ſibi rem vendi carius quam valeat, ergo nullus debet alicui vẽdere carius quam valeat; ſimiliter, nec emere minus quam valet.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus in hoc primo caſu quatuor intendit facere, Primo pro fundamento doctrinæ declarare aliqua valde neceſſaria in his comutationibus, ad emptionem & venditionem pertinentibus, Secundo ſatisfacit quæſito quatuor concluſionibus, Tertio proponit dubia, & reſoluit, Quarto reſpondit argumento partis affirmatiuæ.

Quo ad primum dicit Lector Theologus cum in hac diſputatione tractandum ſit de contractibus emptionis, & venditionis, iuſtum eſt, vt cognoſcamus quæ nam ſit differentia huius contractus, emptionis, & venditionis, & quomodo differant ab alijs contractibus. a Vulpiano ſic diffinitur.

Contractus, dicit enim contractus eſt vltro citroque obligatio. Diffinitio iſta datur per effectum, ſic enim interpretatur. Contractus eſt actio humana inter duos, ex qua in vtroque oritur obligatio ad alterutrum. Hæc actio humana neceſſe eſt, vt explicetur aliquo ſigno ſenſibili ſufficienti

Cõtractus eſt actio humana inter duos ex qua ĩ vtroque oritur obligatio ad alterutrum.

ad

ad explicandum animum contrahendi. Ratio aſſignatur. Quia homo componitur ex anima, & corpore. Ideo actio humana quæ eſſe debet ad alterutrum, neceſſe eſt quod ſit ſenſibilis, quia omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſu. Contractus igitur eſt cauſa obligationis in vtroque contrahente, ementis. v. g. vt exburſat pecuniam, vendentis vt tradat meas, vel bona ſtabilia, vel inſtabilia. Experientia Magiſtra rerum hoc docet natura, in ſimilibus contractibus continentur hæc verba. Do vt des, facio, vt facias, do vt facias, facio, vt des. Hinc ſequitur, quod ſimplex promiſſio, non eſt contractus, eo quod neque habet figuram contractus, neque diffinitionem, cum nulla oriatur obligatio in vtroque. Contractus eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, ex quo ſequitur, quod in contractu obligatio ex vtraque parte reperitur donatio, & promiſſio, cum non ſint actus iuſtitiæ, ſed liberalitatis, ad contractum non pertinent.

Variæ, & diuerſæ ſunt ſpecies contractus, & modi contrahendi, vt eſt videre apud Magiſtrum Dominicum à Soto. lib 6. de iuſt. & iure. q. 3. art. 1. & apud Magiſtrum Dominicum Banenſem de iure, & iuſt q. 77. art. 1. tamen (omnibus illis relictis) ſermo erit de contractu emptionis, & venditionis, Primo conſideranda eſt eius neceſſitas, Secundo quæ nam ſit diffinitio contractus emptionis, & venditionis.

In primis emptio, & venditio, ſunt contractus Reipublicæ neceſſarij. In primordijs humani generis tantum erat cambium, ſeu comutatio rerum. At quia per hoc cambium, ſiue per hanc commutationem, non commodè homines de omnibus ſibi neceſſarijs prouidere poterant, inuenta ſunt numiſmata quæ dicuntur menſura rerum venalium. Nam qui poſſidet pecuniam venalia omnia habere poteſt. Hoc autem inſinuat ſapiens Eccleſiaſtic. 10. dicendo, Pecuniæ obediunt omnia, ex cambio igitur rerum venalium in pecuniam, ortum habent emptio, & vẽditio. Nam traditio mercium eſt venditio, traditio pecuniarum pro mercibus eſt emptio, ex quibus apparet, quod emptio eſt venditionis finis, propterea contractus vocatur emptionis, licet ſit etiam venditionis; tamen quia denominatio fit à nobiliori, quæ nobilitas à fine deſumitur finis autem eſt cauſa cauſarum. His pro neceſſitate contractus emptionis, & venditionis poſitis, aſſignanda eſt diffinitio, ſcilicet, & emptionis & venditionis.

Emptio eſt cõtractio rei pro precio, & venditio eſt diſtractio rei pro p̃cio.

Diffinitio emptionis eſt iſta. Emptio eſt contractio rei pro pretio, venditio autem eſt diſtractio rei pro precio. Nomine autem precij intelligimus pecuniam per quam æſtimatur valor omnium rerum venalium, vt tactum eſt ſupra. Hæc autem diffinitio deſumitur ex modo loquendi iuriſperitorum qui venditionem vocant diſtractionem rei, & emptionem ipſam vocant contractionem rei. His poſitis pro fundamento ponendæ ſunt concluſiones.

Quærẽs emere rem minus quam valet aut vendere plus fraude, vel dolo peccatum mortaliter eſt cõtra iuſt.

Concluſio prima. Fraude vti, & dolo, vt pluris res vendatur quam valet, vel minus ematur, peccatum eſt (de genere ſuo) mortale, obligans ad reſtitutionem. Concluſio iſta non ſolum vera eſt apud Theologos, ſed apud Apoſtolum Paulum, & apud Ciceronem, apud Theologos, inquiunt enim ipſi peccatum mortale eſſe decipere proximum ſuum in damnum illius. At quando quis quærit vendere rem ſuam carius quam valet, vel emere minus, fraude, & dolo quærit decipere proximum ſuum in damnum illius, ergo peccat mortaliter, ſi damnum eſt graue, & ad reſtitutionem tenetur, quia peccatum eſt contra iuſtitiam.

Probatur concluſio iſta authoritate Apoſtoli 1. ad Teſalonicenſes 4. (quo in loco admonet illos dicendo) ne quis in negotio circumueniat fratrem ſuum, & addit rationem dicendo, quoniam Iudex eſt Dominus de his omnibus, ergo qui hoc facit peccat mortaliter. Cum Deus non dicatur Iudex niſi contra peccatum mortale, ſeu contra peccantes mortaliter. Hanc noſtram concluſionem affirmat Cicero de officijs dicendo. Tollendum eſt in rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorem venditor, neque qui contra ſe licitatur emptor apponat. Et tamen vbi adeſt fraus voluntarium abeſt, ac ſubinde iniuſtitia fit, charitati, & iuſtitiæ aduerſa, ecce quod in emptione, & venditione non licet vti dolo, vel fraude, ad hoc vt vendatur res pluſquam valet, vel vt ematur pro minori precio.

Si emptio, & vẽditio ſecũdum ſe conſiderantur, nõ licet rem carius vendere quam valet neque vilius emere.

Concluſio ſecunda. Si emptio, & venditio ſecundum ſe conſiderantur non licet rem carius vendere quam valet, vel emere vilius, Concluſio iſta ſic probatur. Negotiatio pro bono communi inuenta eſt, ſimiliter quælibet commutatio, ergo pro æquali commodo ementis, vel vendentis, ergo augere, vel minuere iuſtum precium peccatum eſt iniuſtitiæ, & per conſequens mortale ex genere ſuo, obligans ad reſtitutionem Antecedens habetur primo Politicorum, conſequentia de plano currit, quia illud, quod pro communi vtilitate introductum eſt, non debet eſſe magis in grauamen vnius quam alterius, ſed hoc ſemper accidit, quando res venditur carius quam valeat, vel ematur pro precio viliori, ergo &c.

Licitum eſt vendenti, vel ementi ducere in pactum precium rei venditio, vel emptæ, ſed damnum quod ſibi affert emptio, vel venditio illa.

Concluſio tertia, licitum eſt ementi, vel vendenti ducere in pactum damnum, quod patitur venditor de re, quam ad inſtantiam alterius vẽdit, vel emit, v. g. ſi ſue dum quod poſſideo ex ſe non valet niſi decem, tamen quia in illo volo exigere dominum ſi ad tuam inſtantiam trado illud tibi poſſum (ſine ſcrupulo) vendere duodecim, pluſquam, vel minus pro conditione damni quod patior, & idẽ de ſimilibus dicitur, ſimiliter dicendum eſt de emptore qui emit rogato rem ab eo, qui in neceſſitate eſt poſitus, cum ſuo detrimento, quia res illa pro tali tempore non eſt ſic vendibilis.

Concluſio iſta probatur, quia non ſolum res quam vendo, eſt mei iuris, ſed etiam emolumentum, quod ex ipſa venit, ergo vtrumque vendere poſſum, ſimiliter non ſolum pecunia quando tibi pro re tua eſt mei iuris, ſed id quod patior emendo rem tuam extra tempus ideo poſſum me ſeruare indemnem, ita in emendo rem tuam, ſicut in vendendo rem meam.

Impugnatio.

Lector impugnat hanc concluſionem dicendo, venditor liberè alienat rem ſuam, ſimiliter emptor aliena pecuniam ſuam, ergo plus, vel minus iuſto illam apreciare non poteſt, ergo non poteſt ducere in pactum damnum, quod patitur emendo, vel vendendo rem hanc.

Impugnationis diſlutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, vel vendens, ſeu emens cum damno ſuo, manifeſtat damnum ſuum emptori ſeu venditori, vel non, ſi non patefacit, non poteſt accipere niſi precium iuſtum, puta decem, nec dare minus precio iuſto, quia res de ſe plus, vel minus non valet, quando autem emptor, vel venditor monitus eſt de damno proximi, & indicat hoc ſibi expedire pro aliquo ſuo negotio, iuſtè venditor tanti vendit quanti ſibi valebat, alios minimè, ſimiliter tanti emit quanti ſibi valet, &c. Pro intelligentia maiori huius concluſionis eſt obſeruandum, quod quadruplex eſt modus vẽdendi rem, vel mercem aliquam, primus quando ipſa merces quærit emptorem, modus iſte vileſcit rem ipſam in ordine ad preciũ iuſtũ, prout docet cõmune prouerbiũ, merces vltroneæ vileſcunt, cuius prouerbij ratio eſt, quia in modo illo vendendi eſt raritas emptorũ, quæ vna ex multis cauſis minuendi precium eſt.

Quæſitum.

Si verum eſt, quod venditor poteſt vendere res pluſquam valet ratione damni, quod patitur in vẽdenda res ſibi neceſſaria modo declarato, videtur eadem ratione, ex oppoſito ex damno, quod quis recipit in emendo rem alienam poſſit illam emere, minori precio quam valeat, v.g. ſi quis pauper non habeat qui illi ſuccurat, venit ad te, & dicit da mihi iuſtum, & ego in vinea tua laborabo abſque mercede.

Quæſiti reſponſio.

Huic quæſito dicit Syl. ſi quis tuarum operum nihil egit, tuis victus præcibus, quia paupertas te conducit, poterit opera tua minori redimere, quam ſi te ipſe rogaret, quod intelligendum eſt inquit Magiſter Dominicus à Soto, non quia emptor in caſu iſto, aliquod detrimentum patiatur, ſed hoc prouenit, quia abundantia venditoris, vel laborantium vileſcit precium. Poſſumus tamen nos dicere ſi emptor emit opera iſtius, vel quid aliud opportunitate vendentis rem qua non eget, ex qua emptione aliquod detrimentum patiatur. In tali caſu poteſt minori precio quam valeat, emere rem uendibilem, hoc enim experiẽtia docet. Eſt pauper qui indiget cibo, vel pecunia pro aliqua ſua neceſſitate, vult vendere veſtes præcioſas, vel ſupellectilia quibus vtebatur (cum eſſet in pinguiori fortuna) venit ad diuitem qui illis non indiget, & rogat, vt emat iſta omnia, diues dicit non opus habeo his ideo nollo illa emere, ſed pecuniam meam volo ponere in negotiationem, vel ex illa emere bona ſtabilia fructifera, tandem abſtrictus præcibus illius, illa omnia emit viliori precio quam valent, & hoc facere potuit ſine ſcrupulo peccati, ſi tamen exceſſus non eſſet multus, & hoc duplici de cauſa. Primo ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, Secundo quia res vileſcit ex penuria emptorum, vt patet in fine nundinarũ in quo merces minori precio extimãtur. In omnibus enim ſimilibus caſibus, ſeruare debemus legem naturæ, in qua dicitur, quod tibi ne vis fieri alteri ne feceris. & illud Chriſti Domini. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, facite illis. & 23. Leuiticorum dicitur, quando vendis quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, non contriſtes fratrem tuum, rationabiliter enim contriſtatur emptor ſi vendens, vendit ei rem pluſquã valeat, ſimiliter ſi emens rem ſuam, nolet ſibi dare tantum quantum valet res quam vendit, ſed minus.

Penuria emptorum minuit per ſe preciũ rerũ ſicut abundantia illorum auget precium.

Quædam obſeruata ab Illuſtriſſimo Domino Caietano ponenda ſunt hic, ad clariorem notitiã dictorum, inter quæ primum eſt, in quo conſiſtat iuſtum precium quando quæruntur emptores, ad vendendam rem ſuam, ſponte, vel neceſſitate ducti, quis modus iſte vendendi, inquit ipſe diminuit precium, rationẽ aſſignat dicendo, quia quærere emptorem vilificat rem venalẽ pro tertia parte ad minus, exempli gratia, adeſt pauper abſtrictus ad ſoluendum debitum, qui vendit id quod valet mille pro octingẽtis ex penuria emptorum, vnde inquit Illuſtriſſimus ipſe, in venditione debemus attendere ad id quod eſt per ſe ad hoc, vt iudicetur precium iuſtum, per accidens enim eſt, quod qui vendit ſua bona, vendat illa neceſſitate ductus, vel quia non vult rem illam. v. g. adſunt duo habentes varias petias panni, vnus vult vendere vnam illarum neceſſitate ductus, alius illam vult ſponte vendere, quia non vult illam domui habere. Iuſtum precium illarum eſt id quod haberi poteſt tunc remota omni fraude, & negligentia in quærendo emptores, vt accidit in fine nundinarum prout tactum eſt ſupra. At vt facilius capiatur doctrina, ponatur caſus inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod hic ſint duo, vnus diues, & alter pauper, & quilibet illorũ habeat peciam panni ſerici, primus ductus neceſſitate vult vendere illam, ſecundus vult illam vendere, quoniam non vult illam apud ſe retinere, & dato caſu quod valeat centum, quilibet eorum dat illam pro ſeptuaginta. Ad videndum igitur in hoc caſu ſi precium eſt iuſtum, non eſt conſideranda paupertas iſtius, & opulentia illius, ſed reſpiciendum eſt illud, quod poteſt haberi pro illo tunc, quia ſi iniuſtum erit accipere id quod de ſe valet centũ, pro ſeptuaginta ex inopia emptorum à paupere, hoc etiam erit illicitum accipere à diuite. ſi non eſt peccatum accipere tali precio rem hanc à diuite, neque peccatum erit; ſi accipiatur à paupere, quoniam emptio, & venditio non conſideratur in ordine ad pietatem, ſed ad iuſtitiam aliter omnis res pauperis plus valeret: quam res diuitis in eodem ordine rerum, quod nullus admittit, ex inopia ergo emptorum licet emere rem pro minori precio quam extimatur, qñ eſt copia emptorũ, quia tunc preciũ iuſtũ dicitur, ꝙ cõmuniter currit, facta diligenti inquiſitione, & manifeſtatione rei venalis.

Impugnatio.

Inſurgit Argumentator contra prædicta dicendo. Paucitas emptorum oritur ex hoc, quod homines exiſtimant talem emptionem iniuſtam, ergo reſponſio eſt nulla.

Impugnationis diluitio.

Theologus negat aſſumptum, & dicit, quod

hoc prouenit, quia non ſunt qui opus habeant re illa. At ſi hoc proueniret ex monopolio facto ab emptoribus, iniuſtiſſimum eſſet, quia cogunt res vilius vendere, vel carius emere, quam valeant, & ad reſtitutionem tenentur, non ſolum emptores, ſed etiam Principes cōcedentes hoc, & reliqui qui ſunt cauſa iniuſtæ emptionis, vel venditionis, & hoc dicēdū eſt de oībus alijs ſimilibus cōtractibus.

Recognoſcere gratioſè eum qui dat depoſitum, ſi ex ipſo lucretur bonū eſt, ſi hoc fit, ratione mutui vſura eſt.

Angelicus Doctor dicit in fine corporis articuli, à quo deſumptus eſt caſus, vnum obſeruandū .ſ. ꝙ ille qui ex alterius re multū iuuatur poteſt propterea ſponte aliquid vendenti ſuper erogare, ꝙ pertinet ad eius honeſtaté. v.g. īquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſunt numularij qui habēt in depoſito aliorū pecuniā, quibus vtendo in iuſto, & licito exercitio, multum iuuantur, debent donare aliquid Dñis depoſitorū. Nō ex debito iuſtitiæ, ſed debito honeſtatis gratioſè, quia ſi hoc facerēt hac intentione erunt digni laude. Aduertat tñ vterque ne corrupta ſit intentio .ſ. ne hoc ſoluatur quaſi ex debito iuſtitiæ, quia intentio, & actio eſſet vſuraria. In primo ſenſu nulla eſt vſura nec peccat numularius gratioſè dans aliquid, vt libentius teneat pecuniam ſuam apud eum, ſimiliter, ſi Dominus ille libētius in manu talis grati numularij, tenet magis quā apud non gratū, dummodo ex parte vtrinq; intētio ſit grata, de his ſatis, ponatur aliud dubiū.

Quatuor modi aſſignātur ex quibus variatur preciū iuſtū rei emēdæ, vel vendendæ.

Secundus modus eſt qñ emptores quærūt merces, modus iſte auget precium iuſtū rei. Ratio eſt quia in illo modo vēdendi reperitur copiā emptorū quæ cauſa eſt augendi preciū, Tertius modus eſt qñ aliquis ſimul vendit magnā copiā rerū & nō minuatim. Ratio huius diminutionis precij eſt, quia rari ſunt emptores, q hoc modo emūt, Quartus modus vendendi per quem variatur precium iuſtū eſt, vēdere per menſuras minutiores, modus iſte merito auget iuſtū preciū, quia in modo illo vēdendi eſt multus labor, & maior cura, & induſtria in ſeruandis, & diuidendis mercibus.

Triplex eſt monopolium vnum iuſtū, & licitū alia duo iniuſta, & illicita.

Ex iſta doctrina habere poſſumus quid ſentiendum eſt de Monopolijs, Monopolium fit tripliciter, Primo publica authoritate, vt cum Princeps prohibet ne quis vendat aliquod genus mercium, præter Petrum, vel Ioannem, Si modus iſte ſeruetur, quo ad res neceſſarias, vel non multum neceſſarias cogente tamen neceſſitate, vel vtilitate Reipublicæ cui aliter prouideri commode nō poteſt, niſi vt ab vno, vel à duobus vēdatur, tūc iuſtus erit modus iſte vendendi dūmodo preciū ſit iuſtè taxatū à Republica, vt tollatur occaſio damnificandi populum. Hac via iuſtificantur priuilegia, & monopolia de libris vendendis, vel ab impræſſore, vel ab authore tantum.

Secundus modus monopolij eſt, quando ipſi negotiatores conueniunt inter ſe, de non vendēdis mercibus, niſi certo terminato precio, ſuo beneplacito taxato, tunc omnes iſti venditores efficiuntur quaſi unus uenditor, quod redundat in damnum communitatis. Hoc enim eſt monopoliū manifeſtum, nam quando ſunt plures uenditores non cōiurati facilè minuūtur precia rerum dum quilibet affectat uendere rem ſuam, quod reſultat in bonum communitatis, ſimiliter peccarent iuceuerſa emptores ſi inſimul conuenirent de non emendis mercibus, niſi uili quoddam precio taxato ſuo arbitrio. Iſti tamen aliquando poſſunt excuſari .ſ. ſi hoc feciſſent contra monopolium quod fecerāt uenditores, quia tunc redimunt ſuam uexationē, ſi tamen emptores ipſi cōueniant in iuſto precio, & tali, quod poſſit extimari à uiris probis ſic non eſſet monipolium.

Tertius modus Manopolij eſt quando duo, uel tres mercatores, uel etiam unus congregarunt omnes merces alicuius generis ea intentione, ut omnes emant ab ipſis. Ipſi enim fingunt precium quodam pro libito ſuo, ut epulentur. Omnes iſti modi monopolij præter primum cum ſuis limitationibus prohibiti ſunt, iure communi, ut patet. l. 1. c. de monopolijs, & lib. 2. tit. 7. preria quinta.

Obſeruandum tamen eſt, quod in foro conſciētiæ facientes monopolium non tenentur reſtituere, niſi cōuenerint in precio iniuſto, quod quidem periculum, ut in pluribus inuenitur in ſecundo genere monopolij, ex parte tum emptorum, tum uero uenditorum. In tertio genere monopolij non uidetur aliqua iniquitas ſi iuſtè emit, niſi ubi hoc prohibitum eſt à lege, uel à Principe, quod fieri ſolet circa grana, ubi autem non adeſt huiuſmodi prohibitio, licitum erit cuilibet negociatori emere (iuſto precio, totam quantitatem mercium.)

Interrogatio.

IN tali caſu inquit Lector, quod nam erit precium iuſtum, quando Mercator iſte iterum uendit merces has?

Reſponſio.

REſpondet Theologus dicendo, quod ſi non ſit taxatio facta à Republica, iuſtum preciū erit illud in quo conueniunt emptores cum uenditoribus, niſi adſit fraus, neque moraliter loquendo (inquit Banenſis) erit periculum in tali caſu, quod precium plus iuſto augeatur propter unitatē uenditoris. Nam licet ſit unitas uenditoris, eſt tamen multiplicitas mercium apud illum, & ideo properabit uendere populo, uel alijs negotiatoribus, & quando ex hoc appareret damnum notabile populo, Reſpublica, uel Princeps ponere debet manum, ne iuſtitia uioletur.

Venditor nō poteſt in precium ducere cōmodū, ꝙ recipit emptor de re à ſe empta.

Concluſio quarta, Commodum, quod accipit emptor de re empta, venditor non poteſt in precium ducere. Concluſio iſta ſic probatur, venditur non poteſt vendere niſi, quod ſuum eſt. At commodum ementis, non eſt res vendentis, ergo illud non poteſt ducere in precium, & quod hoc verum ſit, manifeſtemus hanc noſtram concluſionē exēplis, cum in moralibus, & in praticis exempla faciliter ducant in cognitionem rei, ecce exemplum. Petrus habet æquum aptiſſimum ad bellandam, non ſibi neceſſarium (cum ipſe ad bellum non ſit iturus) indiget æquo illo Paulus qui ad bellum ex decreto Principis, vel ſpontè ire debet. In tali caſu

Digitized by Google

Petrus non poteſt vendere æquum ſuum, vltra iuſtum precium, etiam quod per maximè deſeruiat Paulo. Probatur etiam argumento ducente ad inconueniens. Si Petrus poſſet vendere commodum ſui equi Paulo, ergo licebit Pharmacopolis ſua medicamenta tanti vendere, quanti valet ſanitas, vel ſalus, & vita in infirmo, hoc nullus fatetur, ergo commodum ementis venditor non poteſt in precium ducere, vt igitur concluſiones iſtę magis percipiantur proponamus dubia.

Dubium primum.

IN primo dubio quærit Lector, An negotiatores in emendo, & vendendo poſſint ſe decipere, in excedere iuſtum precium, Primo formabimus inſtantias pro prima parte dubij, Secundo pro ſecunda, quo ad primam parte dubij Lector adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua. Leges ciuiles ſunt iuſtæ, ſed ſecũdũ illas fertur ſententia in iudicio in fauorem eius qui decipit alterum citra dimidium, ergo etiam in foro conſcientiæ conferunt illi ius ad retinendum quod accepit. Maior pro certa habetur. Minor probatur ex l. 2. & l. ſi voluntate. c. de reſcindenda venditione, & ex cap. cum dilecti, & cap. cum cauſa de emptione, & venditione.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt talis ratio. Si quis bona fide decipiat alterum ex ignorantia inuincibili, tenetur nihilominus poſtea cognita veritate reſtituere illud in quo factus eſt ditior (quando res illa non extat) ergo etiam ſi emptor, vel venditor decipit (bona fide) tenebitur reſtituere (cognita veritate) valet conſequentia. Nam æqualitas illius contractus poſtulat, vt neuter accipiat plus iuſto, ergo (cognita veritate) tenebitur reddu cere illam ad æqualitatem.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo adducit varias ſententias, & opiniones, Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Quo ad primum ſciendum eſt, quod de hac re ſunt tres ſententiæ, prima tenet quod nullum ſit peccatum decipere emptorem, vel venditorem. Hanc ſententiam Roſſella tenet, vt refert Syl. ſimiliter quidam Duãdus Minorita, vt refert Corradus, & multi alij iuriſperiti apud Banenſem.

Altera ſententia in altero extremo eſt D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. prout in caſu dicit, quod talis deceptio eſt peccatum mortale, quod obligat ad reſtitutionem, ſententia iſta eſt communis ſententia Theologorum, & multorum in 4. d. 15.

Tertia ſententia quaſi media inter iſtas dicit peccatum mortale eſſe decipere emptorem, vel vẽditorem, etiam citra dimidiũ iuſti precij, tamẽ dicit, quod non tenentur ad reſtitutionem, hanc ſententiam tenet Gerſon in tractatu de contractibus. His ſententijs poſitis, relicta prima, & tertia, ſubſtinenda eſt ſententia D. Thom. quoniam eſt communis ſententia Theologorum.

Negotiatores decipiendo ſe in vendẽdo, vel emendo peccant, & ad reſtitutionem tenẽtur. Concluſio reſponſiua. Negotiatores emendo, & vendendo nequeunt ſe decipere neque excedere iuſtum precium, aliter ad reſtitutionem tenentur, ratio adducta pro parte negatiua probat intentum, & corroboratur ſic, qui decipit proximum in illo caſu peccat contra iuſtitiam commutatiuam qui recipit aliquid vltra iuſtum precium, ergo tenetur hanc inæqualitatem recompenſare per actũ iuſtitiæ commutatiuæ, quæ eſt reſtitutio. Confirmatur hoc, quia ſi ille tantum peccaret contra iuſtitiam legalem, vt dicit Gerſon non verificaretur, quod decepit vltra dimidium iuſti precij. Hoc enim ex proprijs terminis ſignificat actum contrarium iuſtitiæ comutatiuæ, præcipuè quia nulla ratio peccati poteſt illi contrariari niſi contra iuſtitiã mutatiuam. Confirmatur hoc præceptis naturalibus, nulla lex derogare poteſt cum ſint indiſpenſabilia (ſaltem iure humano) & multo minus irrogabilia, ſeruare autem iuſtitiam in comutationibus, eſt præceptum naturale, & per conſequens diuinum, quia præceptum naturale à iure diuino venit, ergo nulla humana lex poteſt abrogari. Minor probatur, quia iuſtitia in æqualitate conſiſtit, ergo nõ vnus poteſt ſibi appropriare ꝙ alterius eſt, quod facit homo dum exijt extra iuſtum preciũ. Confirmatur hoc alia ratione. Fraus opponitur voluntario, quoniam emptor dat vltra iuſtum precium, at vbi adeſt precium vltra iuſtum, vel vltra dimidium iuſti precij ibi accidit iniqua fraus, & innoluntarium, ergo contractus non eſt ſimpliciter voluntarium, ergo iniuſtus, ergo iniuſtus emptor dat precium illud, ergo venditor genus furti committit, & agit contra præceptum D. Pauli ne quis fratrem ſuum in negotio circumueniat, vbi omnis fraudulentia condemnatur. His ſic declaratis ſoluẽdæ ſunt inſtãtiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicẽdo, ꝙ leges illę ſunt permiſſiuę quãtũ ad læſionem citra dimidium iuſti precij, non tamen iuſtificant ipſum contractum, ſed relinquunt illum (iure naturæ) iudicandum. Ratio autem quare leges permittunt huiuſmodi contractus illicitos, & illos non damnat eſt, quia contractus emptionis, & vẽditionis eſt frequentiſſimus in Republica ſi daretur actio læſi citra dimidium, quotidiè eſſet procedendum circa hos contractus, & adeſſent multæ controuerſiæ, & non ſufficerent tribunalia ad dirimendas lites quotidianas.

Obſeruandum tamen eſt, quod quando preciũ eſt lege taxatũ, datur actio læſis, etiã citra dimidiũ iuſti precij, tum in fauorem legis tum etiam, quia facile in iudicio conſtat de læſione, non tamen ita facile conſtat de læſione, vbi non eſt precium taxatum propter multam varietatem precij.

Inſurgit Argumentator dicendo leges de præſcriptione transferunt dominium rei in foro conſcientiæ in poſſeſſorem bonæ fidei, ergo ſaltem le-

ges citatæ conferunt dominium in foro conſcientiæ in emptione, & venditione bonæ fidei.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat ſimilitudinem adductam in hac inſtantia, non enim inquit eſt ſimile de legibus præſcriptionis, & emptionis, & venditionis, quoniã leges de præſcriptione ſunt directiuæ, & præceptiuæ, leges alteræ ſunt tantum permiſſiuæ, In hoc enim cognoſcitur, quando lex eſt præceptiua, & quando eſt permiſſiua, in ordine, ſcilicet, ad finem, & ad media legis. Si enim illud circa quod eſt lex, eſt bonũ, lex eſt præcetiua, ſi eſt malum, eſt permiſſiua, ſimiliter, ſi medium ordinatum in legem dirigit ad bonum, lex eſt directiua, & perceptiua, ſi non punit malum, eſt permiſſiua, lex præſcriptionis habet pro fine, vt rerum dominia ſint certa, & determinata, ad hunc autem finem neceſſarium eſt, vt medium, quod lex ſtatuit, ſcilicet, quod poſt tantum tempus maneant res, apud poſſeſſores bonæ fidei in perpetuum, & hoc eſt neceſſario, aliter rerum dominia non eſſent certa vt debent, lex permiſſoria. v.g. occidendi vxorem depræhenſam in adulterio, habet pro fine commiſereri vehementi dolori mariti, & non adere [illegible] vxorem ſupra dolorem. Ad hunc autem finem non eſt neceſſe concedere illam facultatem publicam, vt authoritate Reipublicæ occidat talem vxorem tanquam iudex iuſtè iudicans, vel tanquam miniſter ſententiæ latæ iam ab ipſa lege, ſed ſufficit, vt permittatur occidere ſi velit, neque propter hoc puniatur, vnde colligimus, quod lex illa eſt permiſſiua quæ non excuſat à peccato in foro conſcientiæ, ad hunc igitur modum dicimus, quod lex quæ dicit licere emptori, & venditori ad inuicem ſe decipere, habet pro fine euitare frequentes lites quæ oriuntur ex huiuſmodi contractibus ſi pro quauis inæqualitate daretur actio in iudicio, ad quam finem ſufficit, vt parti læſæ non detur actio in iudicio, non autem ex hoc transfertur dominium rei alienæ nec excuſat à peccato in conſcientia. Hæc dicta ſint pro dubio iſto.

Aſſignatur differẽtia inter legẽ præceptiuã ſeu directiuã & legem permiſſoriam.

Dubium ſecundum.

INquiritLector in hoc dubio, in quibus caſibus, emptor, vel venditor ad reſtitutionem teneantur ex defectu iuſti precij?

Ad hoc dubium Theologus reſpondet reſolutoriè per ſex concluſiones.

Concluſio prima. Contractus emptionis, & venditionis celebratus bona fide, propter ignorantiam puræ negationis vtriuſque partis, ſcilicet, quia nulla pars ſcit valorẽ rei, ſed merè negatiuæ ſe habet circa exiſtimationem valoris, tunc talis contractus eſt validus, etiam ſi vltra dimidium iuſti precij ſit deceptio, & quidem, quod ſit validus patet, quia ex vtraque parte eſt omnino voluntarius, quod aũt ex illo nõ oriatur obligatio ad reſtitutionem, probatur, quia vterque ſe exponit æquali periculo, & eſt quaſi contractus de ſortibus, ergo nulla ratione ibi oritur obligatio reſtituendi, præcipuè, quia vterque in illo contractu cedit iuri ſuo, & faciũt quaſi donationẽ mutuam adinuicem.

Contractus emptionis, & venditionis vltra dimidiũ iuſti precij ali quando obligat ad reſtitutionem aliquando non.

Concluſio ſecunda. Si talis contractus celebratur bona fide cum ignorantia prauæ diſpoſitionis, quia videlicet vterque exiſtimat iuſtum precium eſſe tantum, vel tantum, & tamen reuera eſt maius, vel minus, tunc contractus ille eſt inualidus, probatur hoc, quia ille qui læditur non alia ratione vult contrahere, niſi ſuppoſito, quod precium ſit tantum, ergo non eſt voluntarius ille contractus, ergo inualidus, cum eſſe voluntarium ſit de ratione contractus.

Concluſio tertia, Læſus per talem contractum habet ius in foro conſcientiæ repetendi quod alter plus accepit, & ille alius in foro conſcientiæ tenetur reſtituere, in foro autem exteriori dabitur actio parti læſæ vltra dimidium iuſti precij, lædenti vero dabitur optio, vt vel reſcindat contractum, vel recompenſat, quod amplius accepit. Iſta concluſio ſequitur ex ſecunda, quia ſi contractus nullus fuit, alter eorum amplius accepit, ſequitur, quod in foro conſcientiæ, teneatur ex iuſtitia commutatiua illud reſtituere, vel reſcindere contractum, quod etiam detur actio lęſi in iudicio, & optio lędenti, vt reſcindat contractum, vel ſatisfaciat, hoc iuſtitia requirit, quia cum contractus ille celebratus ſit bona fide, ęquum eſt, vt neuter eorum damnũ patiatur cognita veritate, ex quo ſequitur, quod ſi lęſo datur optio in iudicio, vt iuſtũ eſt, quod lędẽti detur prędicta optio.

Emptio, vel vẽditio vltra iuſtum preciũ ex ignorantia prauæ obligat ad reſtitutionẽ, & dat actionẽ decepto.

Concluſio quarta. Si contractus mala fide fuerit celebratus, & pars lęſa ignorabat iuſtum rei precium, erit inualidus contractus in foro conſciẽtię, Ratio quia talis ignorantia inuoluntarium facit interpretatiuè ſaltem. At ſine voluntario contractus eſt nullus, ergo erit inualidus contractus, Concluſio hęc inquit Banenſis conſonat cum iure ciuili in quo nihil ſtatuitur de firmitate aut nullitate huiuſmodi contractus, ſed ſolum diffinitur, quod non datur actio parti lęſę citra dimidium iuſti precij. Reliqua reliquit ius, nec iudicanda.

Contractus in foro conſcientiæ eſt inualidus quãdo ex mala fide eſt initus, niſi pars læſa ſciuerit errorẽ primo

Concluſio quinta. Si contractus mala fide celebratur, & pars lęſa ſcit iuſtum rei precium, ſed neceſſitate compellitur emere, vel vendere, tunc contractus eſt ualidus in foro conſcientię. Probatur concluſio iſta, nam pars lęſa ſciens iuſtum preciũ, vult contrahere, & pati illud detrimentum, ergo contractus eſt ſimpliciter uoluntarius, & ualidus. Non tamen ex hoc ſequitur, quod lędens non teneatur ad reſtitutionem, ſed dicimus contractum eſſe ualidum licet ſit iniquus. Probatur à ſimili, ille qui proijcit merces in mare propter tempeſtatem obortam, ſimpliciter loquendo uoluntariè proijcit, quamuis ſecundum quid inuoluntariè, quoniam nollet proijcere, ergo tale uoluntarium ſufficit ad contractum emptionis, & uenditionis, ſi quidem pars lęſa nullo modo compellitur ab altera ut contrahat. Probatur conſequentia, & confirmatur concluſio. Nam tale uoluntarium ſufficit etiam ad uotum faciendum, ergo ſufficit etiam ad contractum emptionis, & uenditionis.

Inſurgit Argumentator contra hanc concluſionem

Impugnatio.

ſionem dicendo. Donatio facta latroni nulla eſt, quamuis ille qui dat pecuniam dat voluntariè ſimpliciter propter euitandam mortem, eo quod eſt inuoluntarius ſecundum quid, ergo pari ratione ſufficit ad nullitatem contractus illius, illud inuoluntarium ſecundum quid.

Impugnationis dilutio.

Theologus per diſtinctionem deſtruit huiuſmodi impugnationem dicendo, vel altera pars iniuriam facit alteri contrahenti, vel non, ſi primum impugnatio concludit, ſi ſecundum minimè. Modo negamus conſequentiam, quando enim altera pars facit iniuriam contrahenti propter quam altera pars cogitur contrahere, vel dare pecuniam, tunc irritatur contractus, quia non eſt iuſtum, quod ex iniuria naſcatur ius illi qui fecit iniuriam. In caſu autem noſtro illa pars quæ neceſſitatur contrahere non neceſſitatur ab altera parte, ſed aliunde, ſcilicet à ſua egeſtate, vnde non eſt eadem ratio per hunc modum intelligitur, quare contractus vſurarius ſit validus quantum ad rationem mutui, licet vſurarius non teneatur recipere vſuram. Ratio validitatis eſt, quia ex vtraque parte eſt contractus voluntarius ſimpliciter. Nam pars læsa ſciens, & prudens vult recipere mutuum propter ſuam neceſſitatem, non obſtantibus vſuris, ipſe enim vſurarius libenter contrahit.

Datur contractus aliqui vtrinque validi, ſed tamen iniqui, & vſurarii.

Secundo probatur concluſio iſta ex cap. cum dilecti. De emptione, & venditione, vbi Alexand. 3. dicit validum eſſe contractum quemdam emptionis, & venditionis cuiuſdam ſyluæ, etiam ſi qui vendiderant decepti fuerant vltra dimidium. Diffinit tamen ſupplendam eſſe iniquitatem, & inæqualitatem, ſummopere ergo obſeruandum eſt, quod aliud eſt contractum eſſe validum, & aliud eſſe iniquum, vnde oritur obligatio reſtituendi. Multi enim contractus ſunt validi, quia ſunt voluntarij ex vtraque parte, qui alias iniqui ſunt, & vſurarij.

Læſio data mala fide nō obligat ad reſtitutionē ante ſententiā. in conſciencia ſic.

Concluſio ſexta. Non tenetur ille qui læſit mala fide vltra dimidium iuſti precij, ſcilicet, quoniam tantum pars læſa ſcit iuſtum precium ante iudicis ſententiam, ſtare opinioni partis læſæ, etiam ſi leges ciuiles concedant parti læſæ, vt eligat, vtrum maluerit, vel reſcindere contractum, vel reſtitutionem ſibi fieri, in eo in quo damnificatus eſt. Dicimus tamen, quod lædens in foro conſcientiæ poterit supplere iuſtum precium non reſcindēdo cōtractum. Probatur hoc. Nam optio quæ datur per leges ciuiles parti læſæ eſt in pœna lædentis mala fide, ergo tales non obligant in foro conſcientiæ ante ſententiam iudicis. Antecedens probatur. Nam vbi non eſt mala fides lædentis, non concedunt leges illam optionem parti læſæ, ſed ſolum dat illi actionem in iudicio, lædenti autem bona fide dat optionem. Sententia iſta eſt per maximè probabilis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

EX his apparet falſitas opinionis Durandi Minoritani dicentis, quando deceptio eſt vltra dimidium, contractus diſſoluitur, & venditor peccat, & ad reſtitutionem tenetur totius exceſſus non autem ſi deceptio ſit citra dimidium. Mirum eſt inquit Theologus, quod in conſcientia venditor qui vendidit rem valentem decem ſexdecim teneatur reſtituere ſex, & ſi vendidit quindecim, quod non teneatur ad reſtitutionem illorum quinque, & quod in primo caſu peccat mortaliter, & quod ad reſtitutionem non teneatur. Hoc enim repugnat, quoniam omne peccatum contra iuſtitiam ad reſtitutionem obligat. Nec ratio ſua illum ſaluat cum dicat volenti, & ſcienti non fit iniuria, ratio iſta nihil concludit. Nam licet emptor ſciens, & volens emit, cælatus tamen illi fuit iuſtum precium rei, & ſubinde fuit ſeductus, putans tanti rem valere, quantum venditor petit, & per con ſequens huiuſmodi emptio habuit mixtum de inuoluntario.

Inſtant. ſolutio.

Similiter ex his manet ſoluta inſtantia prima quam adducit Magiſter Sotus dicens, lex humana potuit liberare venditorem à reſtitutione tradendo illi dominium ficut in præſcriptione. Hoc enim (ex iam dictis) falſum eſt, immo dico, quod lex humana hoc iuſtè facere non poteſt, quia non ſubeſt tanta cauſa, quanta in præſcriptione, vt abundè diximus ſupra.

Impugnatio.

Argumentator de nouo inſurgit dicendo, qui peccat legis authoritate non peccat, ſed qui vendit plus iuſto precio, citra dimidium, tamen peccat legis authoritate, ergo non peccat. Peccat enim inquit D. Auguſtinus 23. q. 4 cap. qui peccat, qui contra legem agit.

Impugnationis dilutio.

Ex iam dictis inquit Theologus, deſtructa eſt huiuſmodi impugnatio. Authoritas D. Auguſtini eſt de lege iuſſoria: quoniam qui agit, quod lex iubet non peccat. Non tamen ſententia illa verificatur de lege permiſſoria, quæ impunè permittit delictum, vt eſt in propoſito, prout manifeſtat gloſſa in loco iam dicto. Nam & ſi licet contrahentibus ſe decipere, non tamen conuenit bono viro, qua de cauſa Doctor egregius Innocentius ſuper cap. in Ciuitate de vſuris. In hoc caſu particulari dicit, quod leges permittentes deceptiones citra dimidium iuſti precij intelliguntur fori, ſed non iure poli. Hanc ſententiam ſequitur Panormita ſupra dictum cap. quia plerique, & Baldus dicit tales contractus fraudulentes non eſſe honeſtos in foro conſcientiæ.

Receptio in emptione, & venditione citra dimidiū. non punitur, iure fori benè autem iure poli.

Inſt. vltima.

Non acquieſcit Argumentator inſtat de nouo, dato inquit, quod decipiens vltra dimidium iuſti precij teneatur ad reſtitutionem, non tamen illam cogitur facere ante iudicis ſententiam, neque in foro conſcientiæ, & conatur probare intentum ſic, qui comperit dominium per contractum iure validum, quamuis lege prohibitum. v. g. qui acquirit dominium pecuniarum per ludum alearum non tenetur pecuniam reſtituere in foro conſcientiæ, antequam compellatur à iudice, ergo multo minus in noſtro caſu tenebitur vbi contractus eſt validus, & à iudice (re cognita) non compellatur reſtituere qui decepit vltra, vel citra dimidium iuſti precij.

Inſtans ſolutio.

Alia eſt obligatio reſtitutiones precij iniuſti, a reſtitutione acquiſiti in ludo.

Theologus negat ſimilitudinem hanc, & aſſignat rationem dicendo, quod quamuis contractus illi conueniant in hoc, quod vterque ſit validus, tamen iniquitas ſiue malitia quæ eſt in ludo alearum eſt tantum contra iuſtitiam legalem, & ideo reddere, quod quis lucratus eſt habet tantum rationem pœnæ taxatæ à lege. At verò malitia quæ eſt in contractu emptionis, & venditionis vbi inuenitur deceptio, eſt contra iuſtitiam commutatiuam, & idcirco damnificans tenetur iure naturæ reſtituere. Hæc ſint pro dubio iſto.

Dubium tertium.

IN hoc dubio inquirit Lector, An licita ſit negotiatio venditionis in illis rebus, quibus emptores malè vtuntur, vel illas ad malum finem ordinant? Rationes formantur pro vtraque parte dubij.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Lector format talem demonſtrationem. Licitum eſt vendere, vel locare domum meretricibus, etiam quod Dominus illius ſciat meretrices illas abuti domo illa, ſimiliter licitum eſt vendere Iudæis Agnum, etiam ſi venditor ſciat, quod illi emunt agnum ad ſacrificandum illum, vt obſeruat Magiſter Dominicus Banenſis. 2. 2. q. 10. art. 2. ergo negotiatio venditionis licita eſt, etiam in illis rebus quibus emptores male vtuntur, vel ordinant illas ad malum finem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua facit tale argumentum. Nauarus in ſuo manuali cap. 23. numero 91. dicit non eſſe licitum, ſed eſſe peccatum mortale, vẽdere cartas luxorias perſonis de quibus credit, quod abutantur illis. Immo dicit, omnis venditor, qui indifferenter vendit huiuſmodi res omnibus indifferenter peccant mortaliter. Cui ſubſcribit Io. de Medina, ergo nõ eſt licita negotiatio & venditio, in rebus illis, quibus emptores malè vtũtur, & ordinant ad malum finem.

Deciſio pro parte affirmatiua dubii.

LEctor Theologus cum Magiſtro Dominico Banenſi, duo facit circa dubium hoc, Primo duabus concluſionibus illi ſatisfacit, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Venditor abſque peccato vendere poteſt res quæ indifferenter ſe habent ad bonum, & ad malum.

Concluſio prima, venditores rerum quæ indifferenter ſe habent, licitè poſſunt illas vendere, etiam illis qui illis malè vtuntur, vel illas ad malum finem emunt, etiam quod hoc ſuſpicauerit venditor ipſe. Probatur prima, p. concluſionis, & poſtea ſecunda. inquirere mores alienos, & diſcernere quis nam velit emere res ſuas ad bonum, vel ad malum finem, non eſt officium venditoris, ſed potius eſt curioſitas pernitioſa in Republica, velle ſcire ea quæ ad ipſum non pertinent. Aliter (pari ratione) condemnaremus ſutores qui faciunt veſtes luxurioſas, quibus probabiliter credimus, quod multi, & mulieres illis malè vtantur, vel ad malum finem, ſcilicet, ad luxuriam. Item eſſent condemnandi qui diſcriminatim vendunt omnibus communes cibos, quibus probabiliter creditur, quod abutuntur ad gulam, & ad luxuriam. Nullus enim hoc dicit, ergo nec dici debet in caſu noſtro.

Venditor ſciens, quod emptor rei ſuæ illa ſit abuſurus nõ peccat regulariter vẽdẽdo illi illam.

Secunda pars concluſionis ſic probatur, ſcilicet, etiam quod venditor eſſet ſecurus, quod hic, & nunc emptor emit rem illam, vt illa abutatur ad peccandum mortaliter, non peccaret vendendo rem illam. Probatur concluſio primo ſic, venditor vt ſic, non tenetur impedire peccatum alienum per hoc, quod non vendit illi rem venalem quam paratus eſt vendere, ergo nullo modo peccat, probatur conſequentia. Nam iſte vendendo rem ſuam, non conſentit peccato alieno directè, neque indirectè, non directè, quia ille non intendit vendere merces ſuas, vt alter peccat, ſed vendit illas pro ſui vtilitate, quod non conſentiat indirectè peccato illius, probatur ſic. Tunc aliquis conſentit indirectè in aliquam opinionem malam, quando tenebatur illam impedire, & illam non impediuit. At venditor ille non tenetur impedire illam malam opinionem emptoris ſuæ rei, niſi ex præcepto correctionis fraternæ, per media ordinata ad correctionem illam cum aliqua ſpe emendationis illius. Sed non vendere illi has merces, non eſt medium in correctione fraterna, ergo venditor nullo modo peccat mortaliter contra aliquod præceptũ vendẽdo illi merces ſuas. Confirmatur intentum. Nemo tenetur ad correctionem proximi cum ſuo detrimento, amittendo ſuum commodum temporale, præcipuè quando proximus peccat ex malitia, ergo venditor non tenetur amittere ſuum lucrum, vt impediat proximum ſuum ab executione peccati. Vlterius, contractus emptionis (quantum ad bonitatem, vel malitiam extrinſicam) quæ non conſideratur ex parte precij, uel ex parte rei uenalis, iudicandus erit per comparationem ad commodum, uel incommodum Reipublicæ propter maius bonum, uenditio rei indifferentis ad bonum, & ad malum, non erit de ſe mala. Immo ſi non eſſent qui locarent domum meretricibus, Reſpublica ipſa prudenter ædificaret illis domos, ad euitanda maiora mala, ergo non erit peccatum locare illis domum, uel uendere ueſtes laxiuas ad ornamentum illarum, & quid ſimile facere.

Aliquando vendere rem indifferentem ei qui a buſurus eſt tali re ſcienter peccat mortaliter cõtra charitatem proximi ſui.

Concluſio ſecunda, uenditor uendens aliquem ornatum mulierculis illis, aptum ad capiendum iuuenem ad peccandum cum illis, peccat contra charitatem. Declaratur, & probatur concluſio, quando abuſus emptionis probabiliter creditur cedere in ſcandalum innocentis, & in ruinam puſillorum, in tali caſu uenditor peccabit contra charitatem proximi. u. g. eſt meretrix quæ petit habitum uanum, ut eo mediante decipiat iuuenem incautum, & notum eſt uenditori deſiderium meretricis iſtius, niſi eam corrigat fraternaliter, uendendo ornatum illum peccabit contra charitatem proximi ſui. Habemus enim ex iam dictis, quod uenditor non excuſatur à præcepto correctionis fraternæ. Diximus tamen hoc non eſſe medium proportionatum ad hoc, ut uenditor priuat

uat ſeipſum ſuis commodis vniuerſaliter, vt impediat abuſus rerum venalium indifferentium ad bonum, & malum vſum, ratio huius rei eſt iſta, quia peccatum potiſſimè conſiſtit in voluntate, & affectu, ergo per hoc, quod non impeditur executio operis, non impeditur correctio fraterna, neque impeditur à peccatore executio operis, ſed ſæpius contingeret, quod vehementius peccaret, dum priuatur occaſione peccandi, iuxta illud cõmune exioma. Priuatio generat appetitum. Eadem ratione excuſamus à peccato illum, qui accipit mutuum pecuniam ad vſuram ab vſurario parato dandi ad vſuram, ratio huius eſt, quia mutuatarius non tenetur priuare ſe ſuo commodo propter malitiam alterius, qui paratus eſt peccare. Immo apud Theologos eſt adagium illud cõmune, quod poſſumus vti malitia alterius (dummodo non cooperamur ad illam) demum dicimus, quod non ſolum licitum erit ſæpe venditori vẽdere rem ſuã ei qui illa eſt malè vſurus, ſed aliquando peccabit illi non vendendo rem ſuam. v. g. ſi iſte eſſet obligatus ad aliquod genus merciũ Reipublicæ, tenetur vendere illam ſortem mercium ei cui licet vendere, v.g tene ut vendere arma fidelibus, infidelibus illa vendere non poteſt, ergo ſi res illas fidelibus vendere non vult facit illis iniuriam. Doctrina iſta certiſſima, eſt tuta in conſcientia, difficultas conſiſtit in ſolutione inſtantiarum pro parte negatiua dubij, pro reuerentia Nauari, & Ioannis de Medina.

Accipere ad vſuram à parato dare ad vſurã non eſt peccatũ, inducere ad dãdum ad vſuram ſic.

Aliquãdo peccatum eſt nolle vendere rẽ ſuam ei qui paratus eſt abutendi illa.

Solutio inſtantiarum.

Reſponſio.

INſtantiæ factæ pro parte negatiua dicit Theologus falſum eſſe id quod dicunt Nauarus, & Medina, ſimpliciter loquendo, verum eſt, quod in aliquibus caſibus tales venditores peccant mortaliter, non contra iuſtitiam, ſed contra charitatem, hoc accidit quando venditor poteſt impedire iniuriam proximi ſui, ſed quando impedire non poteſt non peccat vendendo rem illam. Immo in aliquibus caſibus peccaret non vendendo rem illam modo declarato ſupra.

Inſtantia 2.

Nauariſta contra hanc noſtram reſponſionem ſe opponit dicendo. Non eſt licitum vendere arma tempore iniuſti belli militibus paratis ad tale bellum exercendum, ſimiliter non eſt licitum vendere gladium homini parato occidendi proximum ſuum, ergo & in caſu noſtro non erit licitum vendere rem ei qui male illa vtetur.

Reſponſio.

Huic inſtantiæ reſpondet Theologus cum Banenſi dicendo, quod non diximus nos in deciſione dubij, quod vniuerſaliter licitum ſit vendere rem emptori qui ea eſt malè vſurus, nec diximus, quod ſemper ſit licitum, ſed diximus, quod ſæpe eſt licitum hoc facere, vnde concedimus, quod aliquando licitum non ſit. Prima enim exceptio eſt quando ille malus vſus cedit in violationem tertiæ perſonæ, ut in caſu huius inſtantiæ. In quo ex charitate tenemur defendere Rempublicam, & innocentem, quod non faceret uenditor uendendo arma militibus præparatis ad bellum iniuſtum, & uendenti gladium uolenti occidere innocentem.

Vendere arma nociua cõtra Rempublicam, & innocentem eſt peccatum cõtra charitatẽ, & iuſticiam obligans ad reſtitutionẽ.

Aliquando homo ex iuſtitia ad hoc tenetur, ſcilicet, non cooperari ad iniuriam faciendam alteri, vnde ſi in tali caſu uenditor uenderet inſtrumenta offenſiua talibus, ultra quod peccaret mortaliter, contra charitatem proximi, peccaret etiam contra iuſtitiam, & teneretur ad reſtitutionem damni dati proximo ſuo.

Inſtantia 3.

Argumentator format tertiam inſtantiam dicendo. Non eſt licitum ponere pecuniam apud uſurarium de quo probabiliter creditur, quod dabit illas ad uſuras, ergo non licet uenditori uendere rem ſuam ei qui malè uſurus eſt ea.

Reſponſio.

Huic inſtantiæ aliqui dicunt eandem eſſe rationem de his quæ dicta ſunt in reſponſione inſtantię ſupradictæ, & de dictis in hac tertia, dicunt enim, quod depoſitio pecuniæ apud uſurarium eſt quaſi collactio inſtrumenti ad iniuriam faciendam tertiæ perſonæ, illi, ſcilicet, à quo uſurarius ipſe iniquè accepturus eſt uſuras, quod eſt peccatum contra iuſtitiam, idem iudicium faciendum eſt de deponente pecuniam ſuam apud uſurarium (dicunt iſti) Reſponſio iſta non benè ſatisfacit inſtantiæ. Ideo dicimus nos non eſſe rationem parem in utroque caſu. Nam uſurarius, nullam uiolentiam facit mutuatario, ut accipiat ad uſuram, ſed mutuatarius propter ſuum commodum patitur damnum illud ſoluens uſuras. Ideo depoſitor non tenetur illum defendere, non deponendo ſuam pecuniam in depoſito apud uſurarium qui paratus eſt accipere uſuras pro mutuo. Supponimus nos in hoc caſu, quod iſte depoſitor, non perſuadat ut ſit uſurarius, neque ſcandelizat illum occaſione depoſiti, nec partem accipit de uſura, nec eſt occaſio, ut in tali peccato perſeuerat. Dicimus licitum eſſe deponere pecuniam apud talem uſurarium (alias paratus accipere uſuras ex mutuo) iſte enim non ponit in depoſitum ſuam pecuniam, ut uſurarius det illam ad uſuram, ſed ut conſeruet illam tutam, nec obſtat, quod uſurarius ille iniuriam faciat proximo ſuo accipiendo ab illo uſuras, cum in tali iniuria proximus non patiatur uiolentiam. Si quis enim impediret uſurarium ne mutuaret illi pecuniam ſuam, illi iniuriam faceret, impediendo illum à maiori ſuo commodo, tota igitur ratio iniuriæ manet in uſurario, qui nõ uult gratis mutuum dare, & ſeruare præceptum Domini dicẽtis, mutuo date, nihil inde ſperantes.

Vſurarius nõ facit iniuriã ei cui dat ad vſuram, quia ille qui eam accipit libere accipit pro ſuo commodo.

Impugnatio

Argumentator impugnat hac reſponſionem dicendo. Si aliquis uult ſeipſum occidere, non eſt licitum uendere gladium illi, immo neque illi gladium reddere, quod tenet in depoſito, ergo etiam ſi proximus in damno quod patitur ab uſurario non patiatur uiolentiam, tenetur tamen impedire tale damnum, quod faceret ſi non poneret pecuniam ſuam apud uſurarium in depoſito.

Reſponſio.

Theologus huic impugnationi dicit cõſequentiam non currere, quoniam non eſt eadem ratio in utroque caſu. Nam qui ſe occidit non eſt Dominus uitæ ſuæ, Deus enim eſt Dominus uitæ, & mortis creaturarum, Reſpublica eſt cuſtos uitæ populi

ſui

Qui occidit ſe facit iniuriam Deo qui eſt Dominus vitæ Eccleſiæ cuius eſt membrum Reipublicæ, quæ eſt cuſtos vitæ populi.

ſit; quapropter reddens gladium uiolenti ſe occidere iniuriam facit Deo, Reipublicæ, & Eccleſiæ, cuius eſt membrum, prout declarabitur in diſputatione de homicidio. Verum qui ſe occidit per talem actum non accipit maius commodum, ſicut ille qui ſoluit uiatum, ex qua aliud maius commodum accipit, vnde depoſitarius in tali caſu tenetur pro viribus operari, ne proximus ſuus ſe occidat, & ex iuſtitia tenetur non dare illi inſtrumentum quo ſe occidat. Satis diximus pro hoc dubio. Pergamus ad ſolutionem argumentorum caſus.

Argumentorum ſolutio.

Lector quærit, An licita ſit negotiatio, venditionis in illis rebus quibus emptores malè utuntur, & ordinat illas ad malum finem?

Argumenti ſolutio.

Ex iam dictis ſolutio primi argumenti patet; inquit enim Angelicus Doctor ex his quæ dixit p. 2. q. 96 art. 2. quod lex humana datur populo, in quo ſunt multi à virtute deficientes, non enim datur lex iſta virtuoſis, vnde cum lex humana prohibere non potuit quicquid eſt contra virtutem, illi ſatis fuit, vt prohiberet illa quæ deſtruūt hominis conſortium, alia autem habet quaſi licita (non quia illa approbat) ſed quia illa non punit, ſic ergo habet quaſi licitum (pœnam non inducens) ſi abſque fraude vendatur rem ſuam ſuper vendat, aut emptor vilius emat, niſi ſit nimius exceſſus, quia tunc etiam lex humana cogit ad reſtituendum, puta ſi aliquis ſit deceptus vltra dimidium iuſti precij. At lex diuina nihil impunitum relinquit, quod ſit virtuti contrarium, vnde ſecundum diuinam legem (inquit Angelicus Doctor) illicitum reputatur ſi in emptione, & venditione non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata, & tenetur ille qui plus habet recompenſare ei qui damnificatus eſt, ſi ſit notabile damnum, & hoc dico, (inquit D. Thom.) quia iuſtum precium rerum non eſt punctualiter determinatum, ſed magis in quadam æſtimatione conſiſtit, ita quod modica additio, vel minutio, non videtur tollere æqualitatem iuſtitiæ. Parum enim pro nihilo reputatur inquit Phyloſophus.

In foro iudiciali precium vltra dimidium iuſti precij non exiſtit reſtitutioni in foro autē Dei quodcunque inmultum habituum non ptione, vel venditione.

Argumentum ſecundum.

Lector inſurgit contra prædicta dicendo. Illud quod eſt omnibus commune, videtur, quod ſit morale, & non eſſe peccatum, ſed per D. Auguſtinum lib. 13. cap. 3. paulo ante principium tom. 3. fuit quoddam dictum ab omnibus acceptum, vili vultis emere, & carè vendere, quod videtur eſſe conforme dicto illi Prouerb. 20. Malum eſt malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit gloriatur, ergo licitum eſt aliquid carius vendere, & minus emere quam valeat res.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod minus ille, (loquendo de illis, qui ſine conſcientia ſunt) quod dicit, quilibet vendere vellet carè, & vili emere, in ſignum cuius affert exemplum illius qui venditori petenti modicum precium pro libro, illi iuſtum precium ſoluit. Nam lex naturalis eſt, quod tibi ne vis fieri alteri ne feceris, in illo met ſenſu quo loquebatur minus ille, loquebatur ſapiens dicendo. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit gloriatur, & iam dictis appetit cognoſcitur illa mercatorum regularum mercatorum dicentium in prima regula. Tantum valet res, quantum vendi poteſt, & in ſecunda, quod licet contrahentibus ſeipſos decipere. Falſitas huius, ſecunda regulæ eſt nota, quia deceptio vltra inſtum precium, inducit peccatum mortale, & obligat ad reſtitutionem, & ſi deceptio eſt vltra dimidium iuſti precij, non ſolum obligat in conſcientia ad reſtitutionem, ſed etiam in foro exteriori, prima regula ſimiliter falſa eſt, quia ſi res tantum valeret quantum vendi poteſt. cuilibet liceret vendere rem ſuam, vltra dimidium iuſti precij, immo in duplo, & triplo, gloſſanda ergo eſt regula iſta in bonum ſenſum; ſcilicet, tantum valet res quantum vendi poteſt (abſque tamen fraude, & dolo) manendo infra terminos iuſti precij, ſeruatis quatuor conditionibus vt ta eſt regula, prima eſt ſcientia, requiritur enim, quod contrahentes cognoſcant rem de qua tractatur, ita quod ex nulla parte ſit deceptio, vt, ſcilicet, quilibet illorum ſciat qualitatem, & valorem rei, ſecunda eſt libertas, quod contrahentes non aſtringantur neceſſitate, ſed quod vnus liberè emat, & alter liberè vendat rem quæ precium nō haber limitatum à Principe, tertia conditio eſt Prudentia, quia ſi alter illorum careret Prudentia, vel iudicio, contractus, non eſſet perfectus, quarta conditio (quæ tamen non eſt de eſſentia rei) eſt, quod contrahentes poſſint donare, & velint, quod excedit, vel à iuſto precio deficit. Iſtis ſeruatis regula illa tenet Res tantum valet quantum vendi poteſt.

Regula illa Res tantum valet quātū vendi poteſt, vera eſt ſeruatis quatuor conditionibus.

Argumētum tertium.

Tertio loco argumentum format Lector dicendo. Non videtur eſſe illicitum ſi ex conuentione agatur ad quod fieri debet ex debito honeſtatis. At per phyloſophum lib. 8. Ethic. cap. 13. non longe à fine, in amicitia vtilis recompenſatio fieri debet, ſecundum vtilitatem, quam conſequutus eſt ille qui beneficium ſuſcepit, quæ quidem quandoque excedit valorem rei datæ, ſicut contingit cum aliquis multum re aliqua indiget, vel ad fugiendum periculum, vel ad aliquod commodum conſequendum, ergo licet in contractu emptionis, & venditionis aliquid dare pro maiore precio quam valeat.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod in iuſtitia commutatiua conſideratur principaliter æqualitas rei, ſed in amicitia vtili, conſideratur vtilitatis æqualitas, vnde in hoc recompenſatio fieri debet ſecūdum vtilitatem perceptam, in emptione autem ſecundum æqualitatem rei.

Argumētum quartum.

Lector format quartum argumentum contra hanc reſponſionem dicendo, vendere aliquid cum pacto retrouendendi licet, etiam cum pacto, quod interim, quod rehabetur bonum illud, locetur ipſi qui vendit, ſed in hoc contractu ſemper res plus venditur quam ualet, ut conſtat, quia aliter non fieret obligatio cum pacto retrouendendi, ergo licet uendere res pluſquam ualeat.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad minorem, quod in huiuſmodi

modè contractibus non venditur res pluſquam valet propter duo, Primo quia communiter res quæ ſic vendũtur valent plus, non abſolutè, ſed venditori, ideo vult illud pactum, quia incommodum ex illa venditione incurrit, Reſpondet enim obligatio ementis ad reuedẽdum, & locandum quantitati valoris rei, reſpectu huius, & ſic quia res valet mille, & quanti eſt incommoditas mea, ideo per mille cum obligatione ad reuendendũ, & locandum illi, pro tali, vel tali tempore ſit contractus licitè.

Secundo quia ex iure poſitiuo procedit diuiſio, & proprietas, conſuetudo quæ iuris vim habet efficit, vt pro nihilo habeatur hoc pactum in huiuſmodi contractibus, & hoc ad obuiandum fraudibus vſurarum. Si enim ager valens mille venderetur octingẽtis (cum illis pactis) in fraude vſurarũ, mutuatio magis quam venditio putaretur. Hæc dicta ſint pro caſu, & dubijs anexis. Nũc autem proponamus alium caſum.

Caſus ſecundus.

IN caſu iſto, & dubijs anexis Lector diſputare intendit ſi ratione expectatæ pecuniæ, res carius quam valeant vendi poſſint.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum (expectata pecunia) liceat vendere rem carius, quam numerata pecunia?

In primo dubio inquirit ſi quando periculum timetur ex venditione (credito) amiſſionis totius capitalis, vel expenſarum in recuperatione precij.

An ex hoc timore iuſto, licitum ſit venditori aliquid amplius iuſto precio exigere?

In ſecundo dubio, inueſtigat Lector, An licitum ſit pro minori precio emere pagas acerbas?

In tertio dubio inueſtigat (ex oppoſito) ſi licet rem vilius emere anticipata pecunia? præcipuè hoc accidit in emptione lanarum?

In quarto dubio poſtulat Lector, An licitum ſit emere magnam copiam mercium, vt poſtea vendatur minutum cum magno lucro?

In quinto dubio eſt petit ſi licet vendere credito merces, pro precio quo valituræ ſunt tempore quo pluris vendentur?

In caſu ergo quærit Lector, vtrum expectata pecunia liceat vendere rem carius quam numerata pecunia, Argumenta ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum, ex ſententia peritorum, duodecim numi abſentes non plus valent quam decem præſentes, ergo res quę præſenti pecunia decem vendi poteſt iuſtè credito poteſt vendi duodecim, ergo licet vendere rem carius credito, quam numerata pecunia.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumentum. In contractibus ſeruanda eſt iuſtitia. Iuſtitia autem requirit, vt habetur in lege quarta, ad legem falcidiam, quod res extimandę ſunt ſecundum preſens precium, ergo non licet rem carius expectata quam numerata pecunia vendere?

Caſus deciſiò pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione quatuor facit, Primo declarat vnum pro notitia doctrinę, Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quęſito, Tertio proponit dubia, & ſoluit, Quarto ſoluit argumenta partis affirmatiuę.

Duplex precium legitimum, & naturale.

Quo ad primum diſtinguendum eſt precium iuſtum, duplex eſt precium iuſtum, legitimum ſcilicet, & naturale, legitimum conſiſtit in indiuiſibili, quoniam tale precium ſtatutum eſt à Principe, uel à miniſtris eius authoritate Principis pro bono communi. Si tale ſtatutum prudenter eſt ordinatum ligat, ita quod non poteſt res plus uendi quam lex illa decreuit, quodcunque ſit uenale illud, uel granum, uel uinum, uel oleum, uel quodcunque aliud, & ſi quis crederet rem ſuam ultra precium taxatum non ſolum peccaret mortaliter, ſed ad reſtitutionem teneretur. At quia in omnibus rebus precium ſtatuere eſt impoſſibile, reliquarum precium relinquitur exiſtimatione ementium, & uendentium, & talis exiſtimatio uocatur precium iuſtum naturale, quia tale precium uenit ſecundum naturam rei ad uſum applicatum, precium autem iſtud naturale ex D. Thom. 2.2.q 77. art. 1. & ex Soto in 4.d.15.q.2. non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem. Datur precium ſupremum medium, & infimum, uel ſub alijs nominibus precium rigidum moderatum, & pium.

Naturale triplex iuſtum rigoroſũ medium, & piũ.

u.g. brachium panni (triplici precio apreciari poteſt) rigoroſo, mediocri, & pio, preciũ rigoroſum, (gratia exempli) erunt libræ ſeptem, pium libræ ſex cum dimidio, medium libræ ſex, & ſolidi quindecim, & quod diximus de pãno dicere poſſumus de quacunque re uenali in ſuo ordine, dummodo enim uenditor non exijt precium rigoroſum, neque emptor pium, contractus eſt licitum, ſi autem exijt hos limites contractus eſt illicitus, Secundo eſt obſeruandum, quod aliud eſt precium iuſtum ipſius rei, ſi res uendatur in præſenti, & aliud in futuro, hoc idem dicimus de emptione. Nam ſi res traditur de præſenti, iuſtum preciũ illius eſt, quod currit in foro ſecundum communem exiſtimationem pro loco, & tempore uenditionis, ut habetur in lege falcidia (Conſideratis conditionibus omnibus a peritis, & non intereſſatis) ſi res uendenda non traditur de præſenti, ſed in futuro, iuſtum precium erit illud, quod curret tunc numerata pecunia, quando res traditur ad iudicium boni uiri. u.g. emo triticum tuę poſſeſſionis tempore Paſcharis, ut tradas illud mihi ſtatim, quod acceperis à poſſeſſione tua, precium iuſti frumenti illius non eſt id quod ualet triticum quando confecimus contractum, ſed quando tradideris illud mihi. His declaratis pro fundamento doctrinę, & intelligentia totius diſputationis præſentis, concluſio reſponſiua eſt ponenda.

Non licet res carius vendere credito, q̃ numerata pecuia extra limites iuſti preci.

Concluſio reſponſiua Nullo modo licet res carius uendere credito quam (numerata pecunia) ideſt quam in præſenti ualet res carius, ſcilicet, ultra latitudinem iuſti precij, benè tamen infra latitudinem

rudinem illam. Concluſio iſta ſic declaratur, & probatur, declaratur per quartam legem Falcidiani vbi dicitur. Res ſecundum rei veritatem ideſt ſecundum præſens precium extimandæ ſunt, ergo in illo ſtandum eſt, dum res credito venduntur. Probatur etiam hoc ratione naturali, precium cuiuſcunque rei eius exiſtentiam comitatur. Res enim tantum æſtimatur quantum valet dum exiſtit. Cum tunc ad vſum hominis pertineat, ergo non licet eam pluris vendere expectata pecunia, aliter in venditione illa excederetur precium iuſtum. Iuſtum enim precium (dicit lex) eſt ſecundum, quod valet res dum traditur, Secundo probatur hæc noſtra concluſio. In iſta venditione implicitè includitur vſura, ergo contractus ille illicitus eſt. Antecedens probatur, quia dum res credito venditur pluris quam valet, eſt tanquam ſi venditor mutuatet ad vſuram, v.g. pro viginti ducatis quibus res de præſenti æſtimatur, redat viginti quinque poſt annum, ergo contractus eſt illicitus. Probatur conſequentia. Nam idem eſt dare credito id quod valet viginti pro viginti quinque, & exburſare viginti cum pacto, vt infra ſpaciũ vnius anni tibi reſtituat viginti quinque, hoc ſecundum quilibet fatetur eſſe vſurarium, ergo & primum eſt vſurarium. Ratio hæc eſt Sancti Thom. 2.2.q.78.art.2.ad 7: eadem ratio eſt inquit Banenſis in q.77.art.4. de emptione quæ fit anticipata pecunia, ſeu ſolutione antequam res tradatur, quæ pluris æſtimatur dum res tradenda eſt, v.g. ſi quis daret tempore Auguſti centum ſcuta alicui cum obligatione, vt det illi tantum frumentum Menſe Maij, quo currit tamen menſe Auguſti, vt det tempore Auguſti vinum precio quo currit menſe Octobris. In quo caſu iſte peccat peccato vſuræ

Contractus vſurarii, reperiuntur apud multos negotiatores.

ac ſi tunc daret ſexaginta, vt tempore illo daret illi centum. Conſideret quiſque ſi in ſpacio, quinque vel quatuor menſium poſſit iuſtè lucrari quadraginta, vel quinquaginta pro centenario, ſolum ex pecunia accommodata, & aſſicurata, & quot ſunt qui huiuſmodi contractus conficiunt, & non conterentur, & non ſolum non conterentur, ſed nec reſtitutionem faciunt, & infelices non conſiderant, quod non dimittitur peccatum niſi reſtituatur, &c. ex his faciliter apparet auaritia, & iniquitas illorum mercatorum qui in fine nũdinarũ, quando non repetiuntur emptores quibus merces ſuas vendere poſſint, credito vendunt quanti præſenti numo vendidiſſet in furore nundinarum vbi adherat copia emptorum. Hoc enim illicitiſſimum eſt, quoniam vt dictum eſt, precium legitimum eſt, quo merces tunc æſtimantur quando traduntur, propterea ſi dant credito pluris quam currit tempore quo merces traduntur (vt faciunt iſti) vſuram committũt, quoniam res minus valẽt in fine nundinarum, quam in principio, vel quando erat furor emptorum. His ſtantibus, vt clare percipiatur veritas proponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

IN dubio ergo quærit Lector. Si quando periculum timent ex venditione credito, vel amiſſionis totius capitalis, vel expenſarum in recuperatione precij, An ex hoc timore iuſto licitum ſit venditori aliquid amplius iuſto precio exigere, rationes adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale ratiocinium formatur, venditor ducere poteſt in pactum damnum emergens, ex ſententia omnium Theologorum, ſed ex hac venditione damnum emergit. Cum venditor maneat in tali periculo, ergo venditor poteſt aliquid vltra ſortem accipere propter huiuſmodi metum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Magiſter Sotus adducit rationes, in cap. Nauiganti, terminatum eſt, quod qui accipit aliquid vltra ſortem, ea ratione quia ſuſcipit periculum in ſe mutuo, vſurarius mutuator dicitur, ſed hoc accidit in caſu noſtro, ergo vſurarius eſt.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Venditor in conficiendo contractu rei venditæ credito poteſt ducere in pactum expẽſas faciẽdas pro tali pecuniã.

LEctor Theologus duo facit circa dubium præſens, Primo tribus concluſionibus ſatiſfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias pro vtraque parte.

Concluſio prima, venditor iuſtè poteſt ducere in pactum vltra iuſtum precium rei venalis, expenſas faciẽdas in recuperatione debiti, Magiſter Dominicus Banenſis probat intentum dicendo, quod huiuſmodi metus reuera eſt damnum emergens venditori, qui proprijs expenſis recuperare debet precium iuſtum rei ſuæ, ergo expenſas illas poterit in pactum ducere, vt ſe indemnem ſeruetur. Obſeruandum tamen eſt, quod hoc licitè facere poteſt in conficiendo contractum, ſed ſi hæc particula in contractu appoſita nõ fuiſſe ex pacto expreſſo, ſcilicet, ſi ei non ſoluerit tempore debito, non poteſt occultè plus vendere precio currente, quoniam tunc etiam quod tempore præfiſſo perſolueret acciperet illud plus iuſto, quoniam periculo verè non ſubiacet venditor.

Venditor nõ poteſt vltra preciũ iuſtũ aliquid accipere, ratione metus expenſarum in recuperanda ſua.

Concluſio ſecunda. Ratione periculi, & metus recuperandi precium non poteſt venditor aliquid plus iuſto petere. Concluſio iſta probatur, quia illud plus non eſt medium proportionatum ad tollendum periculum, & metum, puta date nonaginta pro cento, hoc certum eſt, quoniam adhuc etiã manet periculum, & metus talis difficultatis. Si autem vult ſecurus eſſe accipiat fideiuſſorem, vel bonum aliquod in pignore, & ſi timent amittere capitale, non vendet tali credito, ſed tantum pecunia numerata, & non aliter. Nam ſi ratione periculi liceret rem carius vendere (quam numerata pecunia) ſemper liceret plus iuſto, vendere rem ſuam credito, cum certum ſit quod nulla res vendita credito reperitur quæ alicui non ſubiaceat periculo. Nec dicas tu, o auare, ego non loquor de quocunque periculo, ſed de periculo euidenti, & reali, v.g. quando emens eſt cautuloſus, agens fraudulenter, vel quando eſt pauper, & non habet in bonis, vnde ſoluere poſſit, quoniam ego dico tibi hanc eſſe fugam. Nam ſi emptor iſte eſt pauper, vel fraudolentiſſimus non tradas illi bona tua credito,

Nota.

dito.uel accipe ab illo cautionem, at dicit mercator.talis metus extimabilis eſt pecunia, ergo uendibilis,concedo dico tamen.quod eſt uendibilis à te qui times, non tamen eſt uendibilis à tali emptore qui talem motum non habet, dico ergo, quod tu potes dare quinque, & plus, uel minus pro centenario alicui, ut cautum de tuo te faciat. Non potes tamen tu accipere ab illo qui talem timorem non habet.Satis eſt emptori,ut ſatis faciat tibi tempore ſuo,uel ut cautũ te faciat,ſi hoc petis.

Venditor à creditore non poteſt exigere expenſas ſi quas ſi[illegible] recup[illegible] rẽ ſua [illegible] men i pacto ducere non licet.

Concluſio tertia, quicquid uenditor in habendo debitum diſpendit, poteſt exigere à debito e (tranſato termino ſolutionis) non autem ante.

Ratio eſt, quia poteſt eſſe, quod ſine ullo diſpendio ſolutio fiat. Si tamen in contractu hoc con di[illegible]naliter duceretur in pacto,non eſſet uſura & aliqui dicunt hoc licitè fieri poſſe informandum contractum ratione qua uendi or eſt paſſurus ex timore litis. & laborum. Nos autem oppoſitum tenemus, quia facere pactum de ſatisfactione expenſarum futurarum ſapit uſuræ,tamen ſi ſinceriter hoc fiet præcipuè ſi emptor non habitat in eadem ciuitate nullum uitium erit, remotis tamẽ expenſis, effectualiter factis, nihil in pacto duci poteſt neque aliquid in gratiã illius accipere. His declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ,& ad probationem dicit, quod uenditor debet imputare ſeipſum qui in tali periculo ſe poſuit, & in talem metum ſe proiecit, debebat enim accipere fideiuſſorem uel non dare illi merces ſuas ſi timebat periculum.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator,& inſtat de nouo dicẽdo, fideiuſſor pro obligatione qua abſtringitur alienum debitum ſoluere,in caſu quo debitor nõ ſoluat,poteſt precium recipere, ergo & uenditor qui dat ſuum credito poteſt de hoc precio paciſſi cum emptore, ualet conſequentia, quia uenditor ſubiacet eidem periculo cui ſubiacet fideiuſſor.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam,& ad probationem dicit,quod latiſſima eſt diſcrepantia inter uenditorem,& fideiuſſorem. Nam fideiuſſor accipit precium non pro eo quod mutuat, quia contingere poteſt,quod pro emptore nunquam ſoluat,ſed accipit illud quia obligatur ſoluere (caſu quo emptor non ſoluat) obligatio autem illa præciabilis eſt,propterea pro illa accipere preciũ poteſt,uenditor in tali caſu uere mutuat, quod gratis facere tenetur dum hoc facit, ergo ſicut pro mutuo ex pacto nihil accipere poteſt. Ita neque ex re uendita credito.

Inſtantia 3.

Contra inquit Argumentator, ex contractu aſſicurationis poteſt aliquid ex pacto accipere, ergo ſimilitet ex re uendita credito.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam & rationem aſſignat dicendo, per contractum aſſicurationis aſſicurator in ſe ſuſcipit periculum alienum, pro quo periculo(cui ſe ſupponit) poteſt recipere precium,ſed qui credito dat, vel ponit merces ſuas in ſocietatem, non ſubiacet periculo alieno, neque proprio, ſi ab emptore accepit aſſicurationem, ideo quia creditor vendit vltra iuſtum precium accipere non poteſt.

Inſtantia 4.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo, qui æquum ſuum alicui locaret à quo grauiter timeret,ne nimia fatigatione eum laxaret, vel occideret, poteſt cum illo de precio conuenire, vt ſi æquus periclitaret,ipſi cui accommodauit periclitaret, ergo idem poteſt ſeruari in mutuata pecunia,vel in venditione ad tempus.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſimiliter negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo,quod in locatione æqui non transfertur dominium, propterea verus Dominus poteſt de æquo ſuo paciſſi in caſu alicuius periculi. In venditione, & mutuo transfertur dominium, propterea cum quis accipit rem illam tenetur totum ſoluere,ideo non eſt alio precio grauandus ratione metus creditoris. Hæc dicta ſint pro dubio iſto, ponendum eſt aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector,An licitum ſit pro minori precio emere pagas acerbas? Pro vtraque parte adducit authores,

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in ſuma verbo vſura, eumque ſequuntur multi Theologi?

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua,eſt Adrianus,& Syl.& Medina.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus ſine aliqua controuerſia breuiter ſatisfacit quæſito, ponit vnam tantum concluſionem & concordat doctores inter ſe.

Licet emere pagas acerbas precio moderato iuxta conditionẽ. & rei periculum.

Concluſio.Emens pagas acerbas precio moderato,iuxta qualitatem damni vel periculi non agit contra iuſtitiam. Concluſio iſta ſic manifeſtatur. Emens in emendo has pagas moderate procedit, ergo licitè, valet conſequentia quoniam eſt contractus emptionis, & venditionis, ſimiliter in tali contractu venit iuſtum precium quoniam tale precium tunc communiter venit inter negotiatores abſque dolo. Nam emens has pagas multis ſubiacet periculis,adeſt lucrum ceſſans,damnum emergens,& ſimilia, obligatio (ad habendas has plagas) precio non paruo extimabilis eſt,vnde inquit Magiſter Dominicus Banenſis. Si quis(bona fide) ſequutus eſt opinionem Illuſtriſſimi Domini Caietani in tali emptione pagarum acerbarum minori precio. Neque peccauit,neque ad reſtitutionem tenetur. Addo ego. Si per Banenſem emens has pagas acerbas ad reſtitutionem non tenetur, neque peccauit,ergo contractus fuit licitus, & nõ vſurarius, vel iniuſtus,dum in eo ſeruatus ſit iuſtũ preciũ,ſecundũ,quod dicebat Illuſtriſſ. D.Caietanus,ab hac concluſione non diſcodit Banes,In gratia tñ illius poſſumus ponere aliam concluſionẽ.

Con-

Concluſio ſecunda. Emens pagas acerbas precio iniuſto iniquè operatus eſt, & ad reſtitutionem tenetur. & hoc eſt, quod intelligit Banenſis à quo non diſcrepat Caietanus, immo ambo ſimul conueniunt. Si enim emens has pagas certiſſimus eſt, nullum periculum neque expenſas accidere ex dilatione temporis ad recipiendas illas, nihil recipere poteſt, ratio eſt, quia tunc contractus non ſolum implicitè, ſed explicitè etiam, eſſet vſurarius, & in hac ſententia veniunt Magiſter Dominicus à Soto, & Banenſis, a quib. nõ diſtat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quoniam ſemper accidit aliquod periculum in habendas has pagas, & multoties diminuuntur ex defectu Principis, uel miniſtrorum. Hæc dicta ſint pro dubio iſto. Nunc ad aliud pergamus.

Dubium tertium.

IN dubio iſto interrogat Lector, Si liceat rem vilius emere (anticipata pecunia) quam valeat, vt in emptione lanarum. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Magiſter Dominicus à Soto de iuſt. & iure. lib. 6. q. 4. art. 1 ad 4 & probat intentum dicendo, quod hoc exigit qualitas negotij. quoniam paſtores niſi acciperẽt precium lanarum anticipatè, puta, tempore Nouembris, vel Decembris non haberent vnde emerent cibum ad ſubſtentandas oues ſuas tempore hyemis, & ſic perirent oues illæ, ergo in tali caſu licet rem vilius emere (anticipata pecunia) & videtur hoc approbare vſus vniuerſalis, omnium mercatorum, duriſſimum enim eſſet condamnare multitudinem talium mercatorum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Magiſter Dominicus Banenſis de iure, & iuſt. q. 77. art. 4. de venditione, & emptione, ſimiliter Nauarrus in Manuali cap. 23. numero 82. de fraude emptionis, & venditionis, & ratio eſt clara, quia precium iuſtum ſequitur exiſtentiam rei, vt in caſu & dubijs dictum eſt, ergo non licet rem vilius emere anticipata pecunia.

Dubij deciſio pro parte negatiua ſimpliciter.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Probabilis ſententia eſt, quod tempore etiam Magiſtri Soti illa emptio anticipata pro minori precio uſuraria eſſet.

Concluſio prima. Probabilis ſententia eſt, quod tempore etiam Magiſtri Dominici à Soto illa emptio anticipata pro minori precio eſſet iniqua, & vſuraria. declaratur in quo fundabatur opinio Magiſter Dominici à Soto, & poſtea probabimus concluſionem noſtram, quo ad primum inquit Banenſis, quod tempore Magiſtri Soti, & Medinæ, quodammodo hoc permittebatur, quia tempore illo non erant bella, & tranſitus Flandriæ, liber erat, tunc concurſus erat mercatorum, & anticipata ſolutione, menſe Decembris, emebant omnes lanas, & tonſatis ouibus accipiebant lanas illas, ſcilicet, menſe Aprilis, vel Maij, & tranſmittebant illas in Flandriam, ita quod, nulla uellera lanæ manebant apud paſtores, qua de cauſa dicebat Magiſter Dominicus à Soto, quod emere (anticipata pecunia) uilius licebat, & declarabat conditiones neceſſarias ad iuſtificationem talis contractus, Primo quod procul ſit fraus, Secundo quod ſolutio anticipata non fiat niſi per tres menſes, uel quatuor ante tonſationem ouium. Aut ſaltem fiat intra annum traditionis lanarum. Nam ſi fiat antea uiliori precio, erit emptio uſuraria. In hanc ſententiam uenit Magiſter Dominicus à Soto motus potius affectu conſanguineorum, uel patriæ, quæ maximè occupata eſt in exercitio lanarum, & pannorum, quam ratione, ſententia iſta inquit Banenſis probabilis eſt, & ſatisfacit inſtantiæ quæ adduci poteſt, quoniam contractus apparet uſurarius, ex eo quia tempore traditionis lanarum aliæ lanæ cariori precio uendebantur pecunia numerata, dicebant enim ad hoc Magiſter Sotus, & Medina, & alij huius opinionis, quod aliæ lanæ tunc carius uendebantur, non quia precioſiores eſſent, ſed quia reperiebantur in minima quantitate, & aderat multitudo emptorum, & quod augmentum precij erat per accidens, non autem per ſe. At quia reſponſio ad plenum non ſatisfacit, probamus concluſionem noſtram rationibus.

Si contractus ille fuiſſet licitus, pari ratione licitum eſſet emere quoſcunque fructus terræ ab agricolis patientibus neceſſitatem, uiliori precio, quam ſint ualituri tempore traditionis, ualet conſequentia, quoniam eadem eſt ratio utriuſque contractus, immo contractus iſte expreſſè habet ſpeciem uſuræ, quia in ipſo implicitè, immo explicitè inuenitur mutuum ex quo mutuans uult lucrum recipere, quod eſt uſura, u.g. Tuò Mercator pro triginta aureis datis tempore decembris paſtoribus, uis tempore attonſationis lanarum lanas ualoris quadraginta aureorum? quid tibi uidetur o auare miſer, licet ne hoc? minimè certè.

Cauillationis ſolutio.

Dicit negotiator, Paſtor non uendit lanã quando recipit numeratam pecuniam, ſed uendit obligationem reddendi certam quantitatem lanarum tempore attonſationis, Bona diſtinctio, ſed nõ ſoluit quæſitum, quia ille qui recipit tuam pecuniã obligat ſe ad dandam tibi lanam ſuam iuſto precio, bonum eſt, quia ſub hac conditione accommodas illi pecuniam tuam, ſed quod obliges illum, ut det tibi id quod ualet quadraginta pro triginta, iniquum, & uſurarium eſt, & taliter uſurarium, ſicut ſi tu modo mutuares illi paſtori triginta, ut in ſpacio trium menſium det tibi 40. Conſidera tu o Chriſtiane nomine (& non re) ſi hoc ſecundum eſt uſurarium, & idem conclude de primo. Sed relinquamus tempus illud in quo Magiſter Dominicus à Soto ſcripſit, & loquamur de natura iſtius contractus in ſe, & pro noſtro tempore.

Emptio lanarum anticipata pecunia, viliori precio quam valet vſuraria, & iniqua eſt.

Pono igitur hanc ſecundam concluſionem, emptio lanarum (anticipata pecunia) uiliori precio quam ualet, uſuraria & iniqua eſt. Concluſio iſta ratione uniuerſali probatur, quia hoc in omni emptione reperitur, & ſic oſtenditur, Nam precium

iuſtum

Digitized by Google

iuſtum rei eſt quando res exiſtit, ſcilicet, quando venditor tradit illam emptori, propterea, & qui vendit,& qui emit rem ipſam,debet vendere precio, quo currit tunc, aliter contractus iniuſtus, & vſurarius eſt, vt alias ſupra declarauimus, quibus declaratis faciliter ſoluuntur inſtantiæ aduerſariorum pro parte affirmatiua.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, quod magna negotiatio lanarum requirit, vt lanæ vendantur ante attonſationem ouium, vt tempore aduentus emptorum merces ſint paratæ, non tamen ſequitur ex hoc, quod licitum ſit menſe Octobris,vel Nouembris,viliori precio emere lanas, & negamus quod apud timoratas conſcientias precium illud pro tunc iuſtum iudicetur, licet auarus oppoſitum dicat,& quod hoc quod dicimus verum ſit,obſeruandum eſt, quod negotiatio lanarum dupliciter fieri poteſt. Primo emendo illas precio, quo valituræ erunt quando traduntur, & hoc licitum eſt, alio modo tempore, quo pecunia mutuatur, & hoc ſimiliter licitum eſt. Sed iſti non emunt illas pro tempore quo enumerant pecuniam neque pro precio currenti, tempore traditionis mercium, ſed ſub aliquibus cauillationibus in detrimento paſtorum, ideo contractus eſt illicitus.

Inſtant. 2a.

Quando autem dicunt, quod penuria lanarum prouenit ex abundantia emptorum, & quod hoc eſt in cauſa,quod lana non obligata pluris vendatur, ſed quia iſta eſt in minima quantitate, non conuenit, vt maxima pars mercium venalium ſequatur precium minimæ partis.

Inſtan. 2. ſolutio.

Theologus dicit ad hanc inſtantiam, quod iſti falſum ſupponunt,vel fingunt verum non cognoſcere, Clarum eſt, quod nunc omnes lanæ ſunt in eſſe, ſimiliter emptores adſunt, & ſi pars illa maior non eſſet obligata, non adeſſet penuria mercium, ſed quare non ſoluunt prout currit tunc precium,eſt quia mercatores fecerunt monopolium, ſi non explicitè implicitè propter quod pauperes Paſtores coguntur dare,id quod valet quadraginta pro triginta. Nec excuſantur mercatores dicendo, quod hoc prouenit, quia accommodarunt illis ſuas pecunias, qua mediante multa incõmoda fugierunt in vtili ſuarum gregum, quia excuſatio iſta illos accuſat ex mutuo enim volunt acquirere fructum contra præceptum Domini dicentis. Mutuo date, nihil inde ſperantes. Satis eſt enim mercatoribus qui accommodant, paſtores pecunijs ſuis pro ſubſtentatione gregis, vt lana remaneat ſibi obligata pro precio quo valitura eſt tempore quo traditur.

Manifeſtatur cauillatio mercatorum ementium lanarum viliori precio quam valet dum recipiunt illas.

Concludamus igitur dicendo, quod regula communis eſt, vt contractus emptionis & venditionis, viliori precio (anticipata ſolutione) quam expectata vſurarius eſt, ex parte ementis, vt docet Doctor Sanctus 2.2 q.78. art. 2. ad 7. Niſi appareat manifeſtè, & abſque fraude damnum emergens, vel lucrum ceſſans. In caſu noſtro, non eſt damnum emergens, quia emptor ex anticipata ſolutione nullum damnum patitur. Non eſt lucrum ceſſans, quia mercator iſte ad hunc finem ſeruat pecuniam ſuam, ſcilicet, vt emat lanam tempore ſuo, ergo ſatis eſt ei, vt ex hac commoditate, vel accommodatione Paſtor obligat lanam ſuam pro precio pro iuſto currenti, quod multum eſt,& hæc dicta ſufficiant pro dubio iſto, ponamus aliud.

Dubium quartum.

IN hoc dubio poſtulat Lector, An licitum ſit emere magnam copiam mercium, vt poſtea vendantur menutim cum magno lucro, vt igitur dubium clarè percipiatur, & cognoſcantur fallacias, adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Illud quod reſultat in commodum populi, & vtilitatem Reipublicę licitum eſt, ſed huius emptio eſt talis, ergo licita eſt. Maior propoſitio certiſſima eſt. Minor probatur. Si enim non inuenirentur qui emerent magnam copiam mercium, vt menutim illas venderent, pauperes non haberent à quo emerent neceſſaria iuxta paupertatem ſuam, ergo talis emptio venit in vtilitatem communitatis, & incommodum pauperum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio ſimiliter. Id quod reſultat in damnum pauperum, & quod procedit ex auaritia mercatoris eſt illicitum, ſed talis emptio venit in damnum pauperum, & procedit ex auaritia negotiatoris, ergo non eſt licita. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor probatur. Si non eſſent huiuſmodi emptores ciues vilius emerent res ſibi neceſſarias, quia qui deferunt illas ad ciuitates eas, vellet diſtrahere vt ad ſua exercitia reddire poſsent, & ſic uiliori precio res illę emerentur.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Emere copiã merrium ad ornamentum pertinẽtiũ in negotiãdo licet, quo ad cibaria nõ niſi poſtquã particulares emerunt neceſſaria.

LEctor Theologus pro dubij ſolutione tria facit, Primo ponit unam diſtinctionem, Secundo duabus concluſionibus iuxta membra diſtinctionis ſatisfacit quæſito. Diſtinctio ergo eſt iſta merces ſunt in duplici differentia, quædam ſunt neceſſariæ ad uitæ ſubſtentationem, quædam nõ, ſed ſunt circa ornatum quo ad uſum ueſtimentorum, uel ornamentorum domus, ſeu ad magnificentia pertinentes, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima. Illa quæ non ſunt neceſſaria ad uictum, ſed ad ueſtimentum, & ornamenta domus quilibet illa emere poteſt, & negotiator omnia illa emere ualet, & uendere illa precio iuſto. Probatur concluſio iſta, Nam ex hoc non damnificatur Reſpublica, immo honoratur, quid ad me, ſi unus mercator emat omnes ſymias, uel oẽs margaritas precioſas, uel omnia pertinẽtia ad ſuperlectilia magnifica domus, &c. huiuſmodi nihil ce riè, ergo talis emptio eſt licita, immo neceſſaria, pro cõmoditate populorum, ut quilibet habeat quod poſſit ſibi emere neceſſaria, pro hac cõcluſione. n. eſt ratio adducta pro parte affirmatiua dubij.

Digitized by Google

Concluſio ſecunda erit negatiua in ordine ad illa quæ neceſſaria ſunt ad iuſtum, eſt iſta. Illi mercatores iniquè agunt qui magnam copiam talium mercium emunt præueniendo, cibos paratos ad emendos ſigillatim. Concluſio iſta ſic probatur, quia mercatores iſti ſunt in cauſa, quod tales merces augmentētur in precio, & per conſequēs damnificatur populus, & Reſpublica. Immo Principes, tales mercatores punire debent, vt deſtructores patriæ, & populi, hanc concluſionem confirmat ratio adducta pro parte negatiua dubij & declarat.

Emere copiā mercium vt, venundētur in tempore cum aliquo lucro mediocri licet.

Ex his duabus concluſionibus præcipuè ex ſecūda, deducimus vnum correllarium tale, ſcilicet, poſtquam ciues, & populus emerunt ſibi neceſſaria, licitum, & conueniens, immo neceſſarium eſt, quod mercatores emant magnam copiam talium mercium, vt poſtea minutatim vendant, & aliquid moderatè lucrentur. Cōcluſio eſt certa, ex ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, & confirmatur, quia hoc nullum incommodum affert Reipublicæ. Immo commodum pro pauperibus, & peregrinis qui nequæunt ſibi prouidere tempore concurſus venditorum. Regulare tamen hoc ad Rectores ciuitatum pertinet neceſſario, aliter pauperes valdè affligerentur.

Inſtantiarum ſolutio.

EX dictis in cōcluſionibus, præcipuè in correllario inſtantiæ pro vtraque parte manent ſolutæ, & hæc dicta ſint pro dubio iſto proponendum eſt aliud.

Dubium quintum.

IN hoc dubio pro pleniori intelligentia caſus, quærit Lector, ſi licet vendere credito merces pro precio quo valituræ ſunt tempore quo pluris venderentur, non taxando tempus præfixum, pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Lector adducit terminationem factam in cap. illo in ciuitate quo in loco dicitur, qui realiter ſeruaturus erat merces ſuas, potuit rogatus de præſenti plus vendere iuſto precio, non autem hoc liceret illi qui non erat ſeruaturus merces ſuas. Immo ex Alexandro 3 videtur hoc poſſe facere quilibet dans res ſuas credito. Dicit enim Papa, quod ſi piper, & cinamomum, valet (numerata pecunia) quinque libris, poteſt venditor (expectata pecunia) vendere ſex libris, modo dubium ſit an tempore illo, ſcilicet, ſolutionis res illas plus minuſque eſſe valituras.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua eſt ratio validiſſima. Forma enim quam ſeruare debent viri probi in his contractibus eſt iſta, taxandum eſt precium iuſtum prout in foro de præſenti currit, debent emptor, & venditor terminare tempus ſolutionis, ergo non licet vendere merces pro precio quo plus venderentur.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua neceſſaria ſcitu, & ponit tres caſus in iure exemptos, Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ. Quo ad primum dicit (Relictis opinionibus diuerſis) ad hoc quod cognoſcatur quale ſit precium iuſtum dum credito venditur res, non eſt ſtandum ad id quod venditur merces illa illo in loco, & tempore numerandæ pecuniæ, cum precium illud poſſit eſſe ita exceſſiuum, quod excedat omne iuſtum in ampliatione mercium in maxima quantitate. Forma igitur ſeruanda in ſimilibus contractibus, ſic enim ſe habet primo taxandum eſt precium iuſtum prout in foro de præſenti currit, deinde conuenire de tempore ſolutionis, quod poteſt eſſe maius, & minus ſecundum quod iudicabitur neceſſarium, à peritis in talibus negocijs, vt expediantur minutim, ſi minutim ſunt vendendæ tales merces à talibus negotiatoribus, quod tempus totum debet reputari præſens, ac ſi ſolutio fieret numerata pecunia, vnde non licet vendere merces illas in magna quantitate carius quam in præſenti æſtimatur (etiam expectata pecunia) quoniam talis qualitas mercium requirit tantum tempus, vt vendantur minutim, & talis venditio (vt dictum fuit) computatur inter venditiones factas pro pecunia numerata de præſenti. Ille etiam qui in eodem loco, & tempore minutatim emit tales merces in parua quantitate, vt ſeruet illas pro ſuo tempore, vel mittat aliunde, iuſtè, & licitè vilius emit, ratio eſt, quia ſunt vltraneæ expoſitæ à venditoribus illis, & vileſcunt de precio, quoniam quærunt venditores, emptores, vt iam dictum fuit alias. Nauarus obſeruat vnum, ſcilicet, quod qui deliberatè emit rem vilius iuſto precio, vel vendit carius peccat mortaliter (de quo nullus dubitat) tamen ſi non deliberate hoc facit excuſatur, cum pro illo tunc neſciat à iuſto diſcedere, putans ſe non plus valere quam emit, vel non minus valere quam vendit, nihilominus in tali caſu cum ad notitiam veritatis peruenerit iſte, debet ſatisfacere parti læſæ, quod ſi facere noluerit mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur ex ſententia Doctoris Angelici 2.2. quæſt. 77. art. 2. & D. Antonini par. 2. cap. 16. §. 3. & eſt communis ſententia; Quo ad ſecundum maximè eſt obſeruandum pro dubijs, & caſus intelligentia, & ad memoriam ducere oportet, quod in capite nauiganti tres caſus ſunt terminati, primus eſt de eo qui mutuat nauiganti, vel eunti ad Nundinas, ſubiacens periculis, vt aliquid vtilitatis ſibi impartiatur, in quo nihil vſuræ committitur, quoniam in tali caſu iſte fit ſocius in tali negotiatione. Secundus caſus eſt, quod licitum eſt

Tēpus requiſitum ad venditionem mercium minutatim cōputatur præſens, licet ſit in quo expectatur pecunia.

Aſſignantur tres caſus in quibus licet vilius emere, & carius vendere rem quā valet.

merces

merces anticipata pecunia, uel ſolutione, uilius mercari quam præſenti foro uenderetur, ſi tamen coniectura eſt, quod tempore quo tradendæ ſunt, minus ſint valituræ, vt ſi quis tempore hyemis triticum emat, quod non eſt recepturus, niſi ad meſſem, idem occurrit de vino empto tempore Auguſti recepturus tñ tẽpore vendemiatum. Idẽ dicendum eſt de oleo comparatiuè, & de alijs frugibus terræ. In his caſibus, licitè poterit quis emere pro minori precio quomodo currunt res ipſæ vendibiles pro precio quo valituræ ſunt quando erunt tradendæ & ratio aſſignatur, quia merces extimantur humano iudicio, ſecundum quod veniunt in vſum hominum, & licet ab extrinſeco habeat veſtigium vſuræ contractatus iſte, in rei veritate vſurarius non eſt. Nam iuſtitia contractus huius non conſiſtit in anticipata ſolutione, ſed in coniecturali exiſtimatione rei dubiæ, Tertius caſus in eodem cap. Nauiganti eſt iſte, ſcilicet, quod ille qui nõ erat venditurus merces ſuas, vſque ad tempus quo ſperabat plus eſſe valituras, poteſt pluris vẽdere, quam valeat tempore traditionis (deductis tamen expenſis laboribus,) & quod rogatus, & non ſponte vendat. v.g. Petrus habet frumentum, quod vendere non vult vſque ad menſem Maij, accedit ad eum Paulus, & rogat, vt vendat illud ei, tempore Natalis Domini, vel credito, vel mutuata pecunia. Petrus dixit illi nolle pro tunc illud vendere, ſed illud ſeruare vſque ad menſem Maij, motus tamen eius precibus vendit illud ei carius quam valet tunc. Hoc etiam permittitur, non tamen poteſt illud carius vendere niſi rogatus. Ratio eſt quia ſi illud vendere non vult precio currenti, ſeruet illud vſque ad menſem Maij, prout in mente ſua conſtituerat. Rogatus tamen non peccat carius illud vendendo quoniam poteſt euitare damnum ſuum, quod pateretur non ſeruando illud ad menſem Maij (ad quod nullus tenetur ſubiacere.)

Notandum eſt etiam, quod huiuſmodi contractus dupliciter fieri poteſt, Primo non determinando precium de præſenti, ſed recurendo in futuro, ſcilicet, quando res traduntur dum emuntur in herba, vel prout frumentum valebit tempore Maij, modus iſte planiſſimus eſt. Secundo poteſt celebrari contractus ad arbitrium boni viri, habito reſpectu ad circumſtantias loci, temporis, perſonarum, & expenſarum. v.g. Si ad iudicium boni viri frumentum menſe Maij probabiliter valebit 18 vel 16. libras contractus faciendus erit in 17 quoniam in hoc contractu vtraque pars in eodem periculo manere debet. His ſtantibus proponendæ ſunt concluſiones.

Qui ſeruaturus eſt merces ſuas rogatus poteſt illas carius vendere quã valeãt, nõ autẽ ſi non eſt ſeruaturus.

Concluſio prima. Illi qui ſeruaturi ſunt merces ſuas in futuro, poſſunt rogati, & non aliter vendere carius, quam curret præſenti tempore.

Concluſio iſta probatur ex cap. illo adducto, in ciuitate, quo in loco dicitur, quod ille qui realiter ſeruaturus erat merces ſues, poterit (rogatus) de præſenti plus vendere iuſto precio, non autem liceret illi qui non erat ſeruaturus merces ſuas hoc facere.

1 Impugnatio.

Inſurgit Argumentator contra hanc concluſionem dicendo, Papa Alexander abſolutè loquitur, ergo intelligitur de omnibus qui credito vendunt, & non tantum de illis qui merces ſuas non erant tunc vendituri.

Impugnationis dilutio.

Theologus vna cum Magiſtris Soto, & Banenſi ſatisfacit huic impugnationi dicendo, quod Gregorius 9. in cap. Nauiganti explicauit mentem Alexandri 3. in cap. In ciuitate de vſuris dicendo, quod hoc facere poteſt ille qui ſeruaturus erat merces ſuas, & non alius.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Argumentator, ipſe caſus in cap. in ciuitate qui eſt Alexandri 3. diſtinctus eſt à caſu in cap. Nauiganti, quia in caſu in cap. in ciuitate habet ſpeciem vſuræ. At caſus poſitus in cap. Nauiganti, hoc non habet, ergo eſt diſtinctus ab illo, & per conſequens exentio facta in cap. Nauiganti non poteſt applicari capitulo in ciuitate. Confirmatur hoc, hac ratione, licitum eſt emere vilius numerata pecunia merces quam tunc valeant de præſenti, quando veriſimiliter creditur quod tempore quo tradendæ ſunt merces, vilius ſint valituræ, vt conſtat de frumento in tempore meſſis, ergo viceuerſa licitum erit vendere modo carius (expectata pecunia) quando tempore ſolutionis credibile ſit, quod merces ſint carius valituræ.

Impugnationis dilutio.

Reſponſio.

Theologus huic impugnationi dicit ſatisfacere poſſumus dupliciter, Primo cum Illuſtriſſimo Domino Caietano. Secundo impugnata Illuſtriſſimi Domini Caietani reſponſio, cum Soto, & Banenſi diluit impugnationem iſtam, ex his Argumentis Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2.2.q.78. art.2. dicit, quod licet abſolutè tem carius vendere (expectata pecunia) quam numerata, & addit, quod caſus in ciuitate diſtinctus eſt à caſu, poſito in cap. Nauiganti, & declarat intentum ſuum dicendo, quod prorogatio temporis ſolutionis dupliciter poteſt conſiderari, & fieri, Primo vt ipſa prorogatio ſit actio diſtincta à contractu venditionis, ita quod venditio tunc ſit perfecta, ſcilicet, per traditionem rei, & deinde ex ratione expectationis, tempore ſolutionis aliquid exigatur. In hoc ſenſu inquit Caietanus Illuſtriſſimus contractus eſt uſurarius. Alio modo ipſa prorogatio poteſt conſiderari, ut complens contractum uenditionis, ita ſanè, quod ante non intelligatur perfecta uenditio, niſi pro tempore ſolutionis pecuniæ, in quo ſenſit inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus licitum erit uendere rem carius quam nunc ualet, & iſte eſt caſus poſitus in cap. ciuitatis, Magiſter Banenſis corroborat dictum hoc dicendo, uenditio iſta, cum non ſit perfecta, & complecta niſi tempore ſolutionis, per Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, ergo ſicut ſi fieret tempore ſolutionis eſſet licita, & iuſta, & iuſtus etiam modo contractus iſte, quia fit nunc pro tunc.

Qui credito vendit pro tẽpore termina to quo putat res plus valitura ſi ſeruaturus erat res illa carius il. ã vendere põt.

Doctrinam iſtam fateor me non intelligere, vel non ſatisfacere intento, ideo cogor manere non abſolutè, ſed mondificatè, cum Magiſtro Banenſi qui vllo modo venire vult in doctrina ſeu ſententia Caietani, immo dicit, quod in puncto illo contractum iſtum eſſe complectum, & perfectum, & non habere ſuam perfectionem, & ſuum complementum tempore ſolutionis, & manifeſtat hoc dicendo, quod res perficitur quando traditur emptori. Tunc enim emptor manat Dominus rei, & ſi perit, perit emptori. Hoc ſtante dicendum eſt Caietano, quod manere debemus in cap. In ciuitate, ſcilicet, quod vendens rem ſuam quam ſeruare intendebat ſi eſt rogatus poteſt plus vendere quam valet, ſi ſperatur quod ſit plus valitura, ſi non intendit illam ſeruare hoc facere non poteſt, ex his etiam apparet, quod dictum Banenſis non eſt vniuerſaliter verum, quoniam, & ſi venditio perficiatur, quando res traditur emptori, non tamen ſemper ſpecificatur quantitas precij rei, ſed in aliquibus contractibus ſeruatur hoc ſpecificandum, vt facit ille qui non eſt diſtracturus merces ſuas niſi pro tempore, quod ſperat plus valituras, dum vendit rogatus manifeſtat precium, quando fienda ſit ſolutio, vt diximus ſuperius in quo ſenſu loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. Nec ea hoc currit inſtantia Banenſis contra Caietanum, ſcilicet, quod ſequeretur ex Caietani ſententia, ſcilicet, quod qui non erat ſeruaturus merces ſuas in futuro vendendas, quod liceret illi vendere carius credito quam qui eas ſeruaturus erat. Hoc enim non ſequitur ex ſententia Caietani Illuſtriſſimi, quia ille qui res vendendas, non erat ſeruaturus, tenebitur minuere de precio quantum ipſe erat impenſurus in ſeruandis mercibus, & pro ſecurandis illis à periculis cum ipſe ad hoc non ſubijciebatur, immo dicimus, quod ſi ille qui rogatus vendit credito, licet res ſuas non eſſet pro tunc diſtracturus, tenebatur deducere expenſas, & ſubiacere incommodis prædictis, hoc multo magis, & à fortiori tenetur iſte, Secundus qui credito vendit plus iuſto, & non erat ſeruaturus merces ſuas, immo iſte ad plura tenetur, vt inquit Magiſter Dominicus à Soto, Primo venditio iſta, ſecunda debet fieri in diffinito tempore, & terminato precio, ſcilicet, quod vendit pro precio currenti tempore ſolutionis, & vt ſoluat, quandocunque ille voluerit infra tamen talem terminum. v. g. eſt hic vnus qui tempore Natiuitatis Domini abundat granis rogatus credito vendere quamuis non eſſet ſeruaturus, poteſt venditionem tenuere, & dare quaſi mutuo decem modios recipiendos ab eo menſe Maio, vel precio, quod tunc vendetur, Magiſter Dominicus à Soto dicit, quod hoc facere poteſt diues ille, non tamen poteſt abſtringere debitorem iuuſtè, vt non ſoluat ante menſem Maij, ſed recipere debet granum, vel precium iuſtum, quandocunque ille emptor deferat, hoc enim dicendum eſt de omni qui credito vendit.

Differentia aſſignatur inter illum qui vendit bona quæ ſeruare intendebat quando putabat plus eſſe valituram, & illum qui non habebat talem intentionem, & vidit credito.

Sed quia contractus iſte licet non ſit vſurarius, tamen quia habet veſtigium vſuræ, non eſt exercendus niſi à timoratis conſcientijs, alijs autem ſuadendum eſt, vt vendant res ſuas, iuſto precio credito, vel numerata pecunia, & non tranſeant precium rigoroſum, quia vt inquit Magiſter Dominicus Sotus, nihil refert ei qui non eſt ſeruaturus merces ſuas, quantum ſint valituræ in futuro. Cum ex hoc illi nec damnum emergat, nec lucrum ceſſat, hoc tamen conſiderare debent illi qui intendunt ſeruare merces ſuas in futurum, quando ſperant merces ſuas plus eſſe valituras. His notatis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ex iam dictis inquit conſtat, quod pars negatiua eſt certiſſima, affirmatiua autem limitatè cum limitationibus aſſignatis hic à Soto, qui erat ſeruaturus merces ſuas, poteſt determinare precium, & hoc ratione damni, quod patitur non ſeruando res ſuas vſque ad tempus definitum, qui autem non erat ſeruaturus, nec ſibi ceſſat lucrum, poteſt accipere precium currens tempore ſolutionis, ſed tenetur recipere, vel precium, vel rem, puta granum mutuatum quandocunque ſibi reſtituat, & ſi vult ex his lucrari, vel ſeruet granum ſibi reſtitutum, pro tempore quo ſperat plus valiturum, vel emat aliud, & ſeruet illud, & in iſto ſenſu intelligenda eſt ſententia Alexandri 3. in cap. Nauiganti.

Inſtantia 1.

Argumentator contra hanc reſponſionem inſurgit, & iſtat dicendo, doctrina iſta eſt contra regulam illam communem, ſcilicet, quod precium rei extimandum eſt ſecundum præſentem valorem, lege quarta, ad legem Falcidiam, ergo ſiue ſit ſeruaturus ſiue non, poteſt quis vendere merces ſuas pluſquam valent.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat aſſumptum, & dicit, quod regula illa docens iuſtum precium eſſe, quod in foro currit, intelligitur ſi in præſenti merces emptori tradentur, qui autem merces ſuas erat ſeruaturus, non intendit illas modo tradere complectè, vt inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſed pro tempore ſolutionis precij, & illud plus, quod accipit venditor de præſenti eſt ratione lucri ceſſantis, quia rogatus diſtrahit merces ſuas, quia illas ſeruabat pro tempore quo ſperabat plus eſſe valituras. Obſeruandum igitur eſt, quod ceſſare lucrum ſtat dupliciter, vno modo, quando res quæ traditur alteri non plus per ſe valet niſi ratione induſtriæ, qualis eſt pecunia, de hoc nihil accipi poteſt qui ſponte alienat inquit Magiſter Sotus, ſi tamen illi lucrum ceſſat ex pacto poteſt ſe indemnem ſeruare, Secundo contingit, quod res ipſa quæ traditur, non modo ratione induſtriæ, ſed ſuaptè natura per ſeipsá eſt plus valitura, huiuſmodi res licet quis ſua voluntate vendant ſponte, ſi rogatus fuerit eam vendere poteſt iuxta id quod ſperatur plus eſſe valitura tempore, quo ipſe illas diſtrahere intendebat prout declarauimus, non diſtracturus accipere poteſt aliquid ratione damni emergentis, cum illis conditionibus ſuperius declaratis.

Ceſſare lucrum ſtat dupliciter ex parte induſtriæ operantis, vel ex parte rei de ſe augmentabilis.

Con-

Digitized by Google

Inſtantia 3.

Contra inquit Argumentator, ſi liceret rem ca-rius vendere credito, ratione quod res eſſet plus valitura tempore ſolutionis, etiam mihi liceret emere rem, vt mihi ſeruarentur integræ quoaduſque plus eſſent valituræ, vel quoaduſque ſeruus pateretur cum pacto; venditor oues illas cum ſuo periculo, cuſtodiat hoc non videtur verum, ergo neque, id quod dictum eſt in reſponſione illa verum eſt.

Inſtant ſolutio.

Cauillatio illorum qui ex mutuo quærunt mille medijs bibere ſanguinẽ ruſticorũ, & deuorare ſubſtantias illorum.

Theologus negat conſequentiam inſtantiæ factæ, & aſſignat rationem negationis dicendo. Per emptionem transfertur dominium rei, vnde ſi perijt, petere debet emptori, & non venditori, ſunt enim qui miſeris ruſticanis viris mutuare renuentes, ſi mutuant, mille fraudis eos inectant, Primo iumenta ab illis emunt quæ non habent, fictèque ea illis locant. Nempe conſignant ruſtico, viginti aureos in precio bouum quos ille non habet, obligãdo illum, vt ſaluos, tutos, locatoque cuſtodiat, & fructus ſint Dominis, at cum peruenerint fuerit ad finem anni, addunt precium fructuum quos non pertulit. Contractus iſte non ſolum eſt fictitius, ſed manifeſtè vſurarius, quoniam ex mutuo ſimplici, ſub palio emptionis talium animaliũ, vult non parum, ſed multum lucrari vſurarius ille.

Adeſt alius contractus iſti ſimilis, eſt dives qui in auctuno emit. v.g. mille oues à paſtore quodam, cum pacto, vt venditor illas ſaluas cuſtodiat, cum pacto etiam, quod ſi pereunt venditori pereant, poſtquam recepit omnes fructus illius gregis, Dominus reuendit eodem precio oues illas illiſmet paſtoribus, ecce quot fraudes reperiuntur in hoc contractu, Primo obligatio illa, ſcilicet, agricola teneatur emere oues illas poſt annum eodem precio quo illas vendiderat, vſura eſt, ſi enim tenetur reſtituere eandem pecuniam poſt annum. Illa non fuit vera emptio, ſed mutuum, vſurarium fuit tale mutuum, quoniam ſalo capitali, vult fructus talium animalium, non computando illos in ſortem, ſimiliter obligatio illa, vt ipſe venditori illeſam conſeruat gregem, palliatio vſuræ eſt, quia grex ipſis emeentibus tanquam veris Dominis petire debet, ſi enim paſtores ſubiacere debent periculo, debent recompenſari, ſcilicet, pro illarum cuſtodia, tamen miſeri Agricoli neque pro periculo, neque pro cuſtodia ouium aliquid recipiunt, ergo talis emptio iniquiſſima vtique eſt.

Sunt alij qui realiter vendunt, & alij realiter emunt, ſed vſurariè. v.g. Petrus indigens accedit ad Franciſcum, vt illi accommodat centum ſcuta. Reſpondet Franciſcus pecuniam ad manum non habeo, dabo tibi vnam, vel duas pecias panni, vende illas, & de pecunia illa fac quod tibi opus fuerit, & ſtatim conſignat illi duas pecias panni pro ſcutis centum plus minus &c. Petrus quærit emptores, cum illos non inueniat denuo regreditur ad Franciſcum, & rogat illum, vt ipſe emat pecias illas panni, & conueniunt in hoc, vt pro illis accipiat octuaginta in pecunia numerata, in iſto caſu eſt dubium an hoc ſit licitum nec ne.

Theologus huic difficultati dicit, quod ad hoc vt cognoſcere poſſimus ſi caſus iſte vſurarius ſit, vel non, oportet primo conſiderare ſi venditio facta fuit iuſto precio, vel non, oportet primo conſiderare ſi venditio facta fuit iuſto precio, non ſolum prima, ſed etiam ſecunda vice, ſi vtraque venditio iuſto precio fuit facta, vſuraria non fuit, ſi ambæ, uel altera illarum iuſto precio facta non fuit, uſuraria eſt, & quod hoc ſit uerum, recolendum eſt id quod diximus in ſuperioribus, ubi dictum fuit quod iuſtum precium eſt triplex, pium, medium, & rigoróſum, & quod qui uendit poteſt peruenire ad precium rigoróſum, præcipuè, dum credito uendit, & qui emit poteſt deſcendere uſque ad precium pium, & non ultra. Modo uidendum eſt, ſi precium pium illius peciæ panni ſunt quadraginta ſcuta & rigoroſum quinquaginta, ſi hoc in facto reperitur. Mercator ille de rigore iuſtitiæ hos duos contractus conficere potuit, uel alterum illorum pro exigentia pauperis, quia ille in uendendo non exiuit precium rigoroſum, & ille in emendo non tranſiuit pium, uel ipſemet in uendendo non tranſiuit precium rigoroſum, & in emendo non exiuit precium pium, tamen illemet mercator facere non debet, ut euffugiat ſcandalum. Nam in tam paruo tempore de re ſua accommodata pauperi indigenti, lucrari uiginti ſcuta ſcandalum generat, non tantum in mente puſillorum, ſed etiam in pectore peritorum, quia tale genus contractus ſemper generat ſuſpicionem de affectata affectione ad lucrum iniuſtum. Nam abſque tot contractibus, loco ſcutorum centum, diues iſte poterat illi pauperi aſſignare octuaginta. At ad principale intentum redeundum dicimus, quod ſi illa centum primi contractus, & octuaginta, ſecundi contractus, non computantur inter precia iuſta, ſeu alter illorum hoc ullo modo facere licet, quia talis contractus uſurarius eſt, & nihilominus quot in dies fiunt ſimiles contractus, qui propriè habent effigiem uſuræ paliatæ. De hoc caſu, uide Nauarram ſi uis. c. 23. de fraude circa uenditionem, & emptionem numero 34. quæ ſatis erunt, ſi addantur his quæ dicta ſunt à nobis, & nos deſcendamus ad ſolutionem argumentorum caſus, pro parte affirmatiua.

Dare ſub mutuo rem uendibilem, & illam re emere viliori precio, vt in pluribus vſurarium eſt.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus primo argumento ſatisfacit negat, quod duodecim ſcuta ſecundum ſe, nõ ualeant plus quam decem præſentia, immo dicimus, quod doodecim abſentia ualent ſicut duodecim præſentia, & ſi præſentia plus ualent, non eſt ratione ſui, ſed hoc prouenit ex induſtria illorum qui illa in negotiatione ponunt, & ſua diligentia faciunt augere decem illa uſque ad duodecim, ex tali tamen induſtria precium rei non debet augeri decem uſque ad duodecim, precium enim rei conſideratur ex natura rei, non autem ex induſtria utentis re illa.

Lector inſurgit contra prædicta dicendo, D. Th. 2.2.q.78.art.1. dicit, quod venditor poteſt ſe indemnem ſeruare, ſed venditor dando credito rem ſuam multa damna patitur, ſcilicet, lucri ceſſantis, & damni emergentis, patitur periculum capitalis, periculum expenſarum in recuperatione ſui, & ſimilium infortuniorum, ergo poterit iuſtè rem ſuam carius credito vendere, & eadem ratione emptor poterit (anticipata pecunia) vilius rem emere, quia anticipata pecunia pluris extimatur quam expectata. Hoc totum confirmatur, ſunt aliquæ merces Reipublicæ neceſſariæ, quæ niſi expectato precio diſtrahere nequeunt, quod ex mercibus ipſis conficiendum eſt, vt conſtat in rebus maritimis, ergo iuſtum precium illorum non eſt quod currit in præſenti, ſed quod valebit in futuro. Aliæ merces contrario modo ſe habent quæ venundari non poſſunt, niſi anticipata pecunia, vt patet in lanarum negotio. Paſtores enim, vt in pluribus non poſſunt ſoluere paſtum illorum animalium, niſi precib lanarum, ergo precium erit iuſtum pro tempore, quo ſoluitur paſtus, ergo licet vilius emere, & validius videre rem quam valet, &c.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, ad minorem, quod pati damnum in vendendo rem ſuam credito contingit dupliciter, ſcilicet, per ſe, & per accidens, in primo ſenſu venditor in vendendo rem ſuam credito, non debet pati damnum per ſe, ſi patiatur per accidens, hoc eſt præter intentionem negotiationis, vnde ad probationem dicimus, quod ex hoc, quod venditori credito lucrum ceſſat per accidens, cum Soto non poteſt augeri precium, ſi ceſſat per ſe, augeri poteſt ex mente Caietani Illuſtriſſimi, Ricardi, & aliorum. At in propoſito noſtro, dum mercator credito vendit, lucrum ei non ceſſat per ſe propriè, ſed ſi ceſſat, ceſſat per accidens. Non enim ei ceſſat lucrum per ſe, quoniam vendere non cogitur, licet ſit rogatus. Clarum eſt, quod qui rogatus vendit, vltro vendit, propterea illi qui pluris iuſto vendit ratione crediti, condemnantur vſuræ vitio, non ſolum apud Magiſtrum Dominicum à Soto, ſed etiam apud omnes rectè theologizantes, Banenſis autem pro maiori intelligentia dictorum ponit vnam diſtinctionem, dicit enim, quod merces ſunt in duplici differentia, vna quarum maior pars venditur credito, vt ſunt merces maritimæ, ex copiæ abundantia, dum naues veniunt ad portum Et iſte credito vendi poſſunt pluris, quam in præſenti currunt, & rationem aſſignat dicendo, quod quando res exiſtunt vendendę, adeſt penuria emptorum, in comparatione abundantiæ mercium. Attamen quia tales merces ad tempus venduntur, vt in tempore expediantur, cum quærat hoc negotiatio illa maritima, nec aliter fieri pôteſt, ideo in tali caſu poſſunt aliquantulum, pluris vendere credito, quam precio curenti. Vlterius hoc licet, quia illis lucrum ceſſat. Nam ſi iſti haberent ſuam pecuniam emerent merces, & illas deferent ſecum, & illis venditis emerent alias, & ſic ex duplici parte lucrarentur. His igitur negotiatoribus compatiendum eſt dummodo non ſit magnus exceſſus pluris vendere credito, quam pecunia numerata. Aliis autem negotiatoribus prout in paucioribus, & abſque neceſſitate vendunt merces ſuas credito, ideo vllo modo talis licentia eſt illis concedenda, doctrina iſta rationabilis eſt, & eſt ſententia Theologorum peritorum, vt apparet apud Magiſtrum Dominicum à Soto, in hoc enim conueniunt Theologi periti, & licet ex frequentia illorum qui credito emunt, ex hoc non augetur iuſtum precium, ſecundum quod de præſenti valet, cum non ſit par ratio de mercibus maritimis ſupra nominatis, & de his q̃ in paucioribus credito dantur. Nam mercatores maritimi, ex qualitate negotiationis, vt in pluribus credito vendere coguntur, alij autem non abſtringuntur ad hoc. Ad iuſtantiam de anticipata pecunia in negotio lanarum, abundanter dictum eſt in dubio tertio. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubijs anexis. Ponamus alium.

Quando lucrum ceſſat per ſe ei qui vendit rẽ ſuã credito licet carius vendere illam, non autem quando ceſſat per accidens.

Caſus tertius.

Lector in caſu iſto, & dubijs anexis diſputare intendit illa quæ redunt emptionem, & venditionem illicitam ex defectu rei.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum venditio reddatur illicita propter defectum rei venditæ?

In primo dubio inueſtigat, An vitium rei annullat contractum venditionis, & emptionis?

In ſecundo dubio interrogat ſi venditor teneatur manifeſtare uitium rei uenditæ, præcipuè in mixtione lanarum?

In tertio dubio poſtulat, An in hoc æqualis ſit conditio uendentis, & ementis?

In quarto dubio inquirit, An liceat negotiando aliquid carius uendere quam emere?

In caſu ergo quærit Lector, utrum uenditio redditur illicita propter defectum rei uenditæ? Et format argumenta pro utraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum, D. Amb. lib. 3. de officijs. cap. 11. à medio illius tomi 1. dicit regula iuſtitiæ manifeſta eſt, quod à uero declinare, uirum non deceat bonum, nec damno iniuſto afficere quemquã, nec doli aliquid anectere rei ſuæ, ergo uenditio redditur illicita propter defectum rei uenditæ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale erigit argumentum. Minus enim cætera ſunt penſanda in iure quam rei ſpecies ſubſtantialis, ſed propter defectum ſpeciei ſubſtantialis non uidetur reddi uenditio rei illicita, puta ſi aliquis uendat argentum, uel aurum alchimicum pro uero, quod eſt utiel ad omnes humanos uſus, ad quos neceſſarium eſt argentum, & aurum, puta ad uaſa, & ad alia huiuſmodi, ergo multo minus uenditio erit illicita ſi ſit defectus in alijs.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua, per ſe loquendo.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit. Primo ponit unã diſtinctionẽ non trimẽbrẽ,

Secun-

Triplex defectus reddit illicitam emptionem, & venditionem defectus in ſubſtãtia quãtitate, & qualitate.

Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit tres concluſiones reſponſiuas, & pro maiori illorum intelligentia proponit, & reſſoluit dubia, Tertio ſatisfacit inſtantijs oppoſitum concludentibus, diſtinctio eſt iſta, circa rem vendibilem triplicem defectum reperiri poteſt, primum ex parte ſubſtantiæ, ſecundum ex parte quantitatis, tertium ex parte qualitatis, Defectus ex parte ſubſtantiæ eſt quando venditur vna ſubſtantia pro alia. v. g. Alchimiam pro auro, vel argento aqua pro vino, &c. Defectus ex parte quantitatis locum habet in ordine ad pondus, & menſuram. Defectus ex parte qualitatis eſt, quando res vnius qualitatis vẽditur pro re alterius qualitatis. Hac diſtinctione ſtante, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Concluſio prima, venditio redditur iniuſta propter defectum rei venalis, ſiue in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate. Concluſio iſta eſt D. Thom. præcipuè quando emens, vel vendens cognoſcit defectum rei, & illum occultat. In primis defectus in ſubſtantia eſt peccatum mortale, ideſt venditor vendens rem defectuoſam in ſubſtãtia ſcienter peccat mortaliter, hoc enim manifeſtat Deus ipſe per Iſaiam 1. dicens, argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, & vinum tuum mixtum eſt aqua, ſimiliter defectus in quantitate eſt peccatum mortale prout dicit D. Thom. hoc in loco, inquit enim ſi quis ſcienter vtatur deficiente menſura, in vendendo fraudem committit, & eſt venditio illicita, & per conſequens peccatum mortale, hoc confirmat diuina ſcriptura Deu. 25. vbi dicit Deus, Non habebis in ſaculo diuerſa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua, modius maior, & modius minor, & manifeſtat diuina ſcriptura, cur hoc habere non debeant ſubdens, abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & aduerſatur omnem iuſtitiam, defectus ex parte qualitatis ſimiliter mortale peccatum eſt. v. g. ſi qui vendit animal infirmum pro ſano, rem defectuoſam pro perfecta, qui facit hæc ſcienter ſimiliter mortaliter peccat, quia fraudem in venditione facit quæ illicitam reddit venditionem, & non ſolum (inquit Doctor Sanctus) peccant venditores iniuſtitiam faciendo, ſed ad reſtitutionem tenentur.

Vendens rem defectuoſam pro non defectuoſam ſciẽter mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

Concluſio ſecunda, qui bona fide vendit rem cum defectu, etiam ſi non peccat cõtra iuſtitiam, tenetur ad reſtitutionem quando nouerit rem habere defectum, quod non peccet patet, quia ignorantia excuſat, quod ad reſtitutionem teneatur conſtat, quia fecit iniuſtum materialiter, quando igitur ad eius notitiam defectus rei venerit reſtituere debet, quia ignorantia non ſoluit debitum.

Emens rem ſanã pro defectuoſa in quantitate qualitate, vel ſubſtantia ſcienter peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

Concluſio tertia, ea quæ modo dicta ſunt in his concluſionibus de venditore, ita affirmamus de emptore proportionabiliter. v. g. ſi emptor cognoſcit rem eſſe maioris precij quam exiſtimat venditor, vel propter ſubſtantiam, putans eſſe alchimiam id quod eſt aurum, vel argentum, vel in quantitate, putans eſſe minoris quantitatis, quam eſt, vel in qualitate putans rem eſſe infirmam cum ſit ſana, imperfectam cum ſit perfecta, tunc emptor vltra, quod peccat mortaliter, tenetur ad reſtitutionem damni dati proximo ſuo. Multoties viri ſimplices in vendendo res ſuas decipiuntur, aurum putant eſſe alchimiam, gemam precioſam eſſe falſam, & rem perfectiſſimam eſſe imperfectam, vt igitur res clarius percipiatur, decreui modo ſoluere argumenta caſus, & poſtea proponere dubia.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus argumento adducto pro parte negatiua dicit. Aut aurum, vel argentum ex alchimia factum, veram ſpeciem habet auri ſeu argenti, aut non, ſi non habet veram ſpeciem, vt in pluribus non habet prout affirmat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, Alchimiſtæ vertunt aurum in fumum, & ſeipſos conſumant (& loco auri, vel argenti exalant in nihilum) ſed dato, & non conceſſo, quod arte illa quis faciat aurum, vel argentum, ſi tale aurum, vel argentum non habet veram ſpeciem, ideſt realiter non eſt aurum, vel argentum, venditio illa eſt fraudolenta, & iniuſta inquit Angelicus Doctor, quia aurum, & argentum alchimicum, non conueniunt cum auro, & argento naturali, in naturali operatione. Aurũ habet proprietatem lætificandi, medicinaliter iuuat contra quaſdam infirmitates, frequentius poni poteſt in operatione, & diutius, in ſua puritate pſeuerat, quæ proprietates, & qualitates non conueniunt auro, vel argento ſophiſtico, ideo vendens aurum, vel argentum ſophiſticum pro reali, licet aptum ſit ad vaſa, & ad ſimilia, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur ſi tamen per artem alchimicam fieret quis aurum verum, non eſſet illicitum illud pro auro vero vendere, quia poſſibile eſt vti aliquibus naturalibus cauſis ad producendos (per artem) naturales effectus, vt inquit D. Auguſtinus 3. de Trinitate. At hoc opus hic labor eſt.

Vendere aurum, vel argẽtum alchimicũ pro naturali peccatũ mortale eſt. & obligat ad reſtitutionẽ.

Inſurgit Lector, & probare intendit, quod defectus ex parte quantitatis non viriat venditionem, vel emptionem dicendo, defectus rei qui eſt ſecundum quantitatem maximè videtur iuſtitiæ contrariari quæ in æqualitate conſiſtit, quantitas enim per menſuram cognoſcitur, menſuræ autem rerum quæ in vſum hominum veniunt, non ſunt determinatæ, ſed alicubi ſunt maiores, alicubi minores, vt docet Philoſophus 5. Ethic. c. 7. to. 5. ergo non poteſt euitari defectus ex parte rei venditæ, & ita videtur, quod venditio non reddatur illicita.

Argumẽtum ſecundum.

Theologus dicit ad minorem menſuræ rerum venalium neceſſario ſunt diuerſæ propter diuerſitatem copiæ, & inopiæ rerum, quia vbi res magis abundant conſueuerunt eſſe maiores menſuræ. In unoquoque tamen loco, ad rectores ciuitatis pertinet determinare quæ ſint iuſtæ, menſuræ rerum uenalium, penſatis conditionibus locorum, unde has menſuras publica authoritate, uel conſuetudine inſtitutas præterire non licet.

Argumenti ſolutio.

Vltimo loco impugnat defectum ex parte qualitatis Lector dicendo, Ad defectum rei pertinet,

Argumẽtum tertium.

ſi ei

ſi ei conueniens qualitas deeſt, ſed ad qualitatem rei cognoſcendam requiritur magna ſcientia, quæ pleriſque venditoribus deeſt, ergo non redditur venditio illicita propter rei defectum.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad minorem dicit, cum D. Auguſtino 11. de ciuitate Dei, cap. 16. tomi 5. quod precium rerum venalium non conſideratur ſecundum gradum naturæ; cum quandoque pluris vendatur vnus æquus, quam vnus ſeruus, ſed conſideratur ſecundum quod res in vſum hominum veniunt, ideo non oportet quod venditor, vel emptor cognoſcat occultas rei venditæ qualitates ſed illas ſolum per quas redditur humanis vſibus apta, puta quod æquus ſit fortis, vt bene viuat, & ſic in alijs. Has autem qualitates de facili emptor, & venditor cognoſcere poſſunt. Hæc ſint pro caſu. Nunc proponamus dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector. An vitium rei annullat contractum, & pro vtraque parte format ratiocinia.

Partis affirmatiuæ probatio.

Matrimonium contractum per errorem perſonæ non eſt validum, ergo neque contractus emptionis, & venditionis erit validus, quando vna res pro alia ſubſtituitur puta vna ſubſtantia pro alia, vel vna quantitas, vel qualitas pro alia, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis argumentatio. Si quis vendat vinum vnius patriæ pro vino alterius patriæ, vel quid ſimile dummodo ſit eiuſdem bonitatis. Iſte defectus non inualidat contractum, & tamen defectus eſt in ſubſtantia, ergo non omnis defectus in ſubſtantia, inualidat contractum emptionis, & venditionis.

Dubij deciſio pro vtraque parte principaliter pro affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secũdo ſoluit inſtãtias partis negatiuæ.

Contractus venditionis redditur illicitus ex defectu rei ĩ ſubſtantia, vel quãtitate, vel qualitate.

Concluſio prima. Per ſe loquendo, & regulariter quodlibet rei vitium, ſiue in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, irritat contractum emptionis, vel venditionis, v. g. quando res vitioſa venditur pro ſana, integra, & perfecta & ſine defectu. Concluſio iſta eſt certa ex his quæ diximus in deciſione caſus, probatur etiam hac ratione, ille contractus per ſe loquendo eſt inuoluntarius ex parte ementis, ergo per ſe loquendo eſt nullus, quia decipitur in re venali, valet conſequentia, quia apud iuriſperitos maior eſt læſio, quando quis decipitur in re venali, quam quando decipitur in precio, ipſi enim affirmant, quod læſio in ſubſtantia, quantitate, vel qualitate, dat actionem læſo, etiam ſi intra dimidium iuſti precij, vt habetur in capitulo Qui iuas de donationibus. Clarum eſt, quod lex humana non tribuit actionem læſo in precio niſi vltra dimidium, ergo maior læſio eſt quæ fit in venditione ex parte defectus rei venditæ, ſiue defectus ſit in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, ergo ex his merito contractus irritatur, ratio, quia læſio quæ fit in re venali ex quocunque prædictorum tollit ſubſtantiam contractus. His tamen non obſtantibus ponitur alia concluſio.

Defectus paruus in ſubſtãtia quãtitate, vel qualitate rei vendibilis non tollit cõtractum.

Concluſio ſecunda. Contingere poteſt, vt læſio ſit tam minima, in ſubſtantia, vel quantitate, ſeu qualitate, quod contractus ſit validus. Probatur concluſio iſta, quoniam in moralibus, parum pro nihilo reputatur. Confirmatur hoc, in venditione æſtimatio rei venalis attenditur ſecundum quod vtilis eſt ad vſum humanum, ſed quando eſt minimus defectus rei venalis ex parte ſubſtantiæ, vel quantitatis, uel qualitatis, res illa æqualiter ſe habet ad uſum humanorum actuum ex parte emptionis ergo uenditio illa ualida erit, hoc enim uidetur ab Angelico Doctore comprobari in ſolutione ad primum quando dicit quod ſi per artem alchimia fieret uerum aurum, licitum eſſet illud uendere pro auro naturali ecce quod, paruus defectus etiam in ſubſtantia, ſeu quantitate, uel qualitate rei, non uitiat uenditionem, iſtis ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit primæ inſtantiæ, quod ſi utrumque uinum ſit eiuſdem ſubſtantiæ quantitatis, & qualitatis, unum pro alio uendi poteſt relicto tamen mendatio. At ſi uinum iſtius patriæ habet aliquam proprietatem, uel qualitatẽ, quam non habet illud alterius patriæ, iniquum erit unum pro alio uendere, & contractus erit nullus, & quod dicimus de uino, affirmare poſſumus de frumento, & de ſimilibus. Cum de ſimilibus idem ſit iudicium.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator, & format ſecundã inſtantiam contra prædicta dicendo, quando emptor emit rem precioſam, quam uenditor, non æſtimat tantæ dignitatis contractus eſt ualidus, ergo pari ratione ualidus erit contractus, quando pro precioſa, & integra uenditur, licet in rei ueritate non ſit talis, ualet conſequentia, quia eadem eſt ratio de uenditore, & emptore, ut dictum eſt.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam huius inſtantiæ, ſi defectus ſit alicuius momenti, ſi defectus eſſet minimi momenti, concedimus totum, cum per ſecundam concluſionem dictum ſit, parum pro nihilo reputatur, ſimiliter hoc ad primum declarauimus, quia in contractu emptionis, & uenditionis attenditur rei utilitas, unde quando ſubſtituitur unum equiualens in omnibus alteri, quod petitur, licita eſt uenditio, damnabile tamen eſt mendatium, quod dicitur in illa.

Inſtantia 3.

Argumentator inſtat contra defectum in quantitate. Dato caſu inquit, quod iudex per ignorantiam, uel malitiam taxaret precium rei uenalis multo minus iuſto, quam in rei ueritate ualeat res ipſa, in tali caſu licitè uenditor poterit minuere menſuram rei uenalis quantum neceſſe fuerit, ad ſupplendum iuſtum precium, ergo defectus in quantitate non irritat contractum.

Theo-

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad hanc inſtantiā dicit, quod non ſunt admittendæ de facili excuſationes venditorum, diximus nihilominus, quod ſi taxatio iudicis manifeſtè eſſet iniqua, licitum erit venditori vti cautela, prudenter tamen, neque per hoc faceret iniuriam emptoribus, quoniam in tali caſu daretur illis id quod debetur ex iuſtitia.

Inſtantia 4.

Vltimo loco Argumentator ſe opponit ex parte qualitatis dicendo. Si Epiſcopus confert beneficiū indigno Hyppocritæ, putans illum eſſe digniſſimum, ſolutio beneficij eſt valida, ergo error in qualitate non irritat contractum venditionis, & confirmatur. Matrimonium contractum per errorem perſonæ in qualitate non irritat contractum matrimonij. Cum matrimonium illum validum ſit. v. g. vir contrahens, putat mulierem eſſe virginem, & non eſt, mulier contrahens putat contrahere cum diuite & eſt pauper, nihilominus matrimonium eſt validum, ergo multo magis contractum emptionis, & venditionis erit validus (nonobſtante errore in qualitate rei) idem confirmatur ex parte ſubſtantiæ ſic. Si quis baptizaret Petrum, putans baptizare Paulum, realiter baptiſmus eſt validus, & verus, ergo à fortiori error in ſubſtantia non irritabit contractum emptionis, & venditionis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod expedit pro bono communi Eccleſiæ, quod talis collactio beneficij ſit valida ad hoc, vt miniſtri Eccleſiaſtici, ſint certi, & determinati, hac de cauſa Eccleſia vult quod collactio beneficij teneat, etiam quod illi cui datur ſit indignus, cognita tamen eius indignitate priuari debet eum beneficio. Contractus tamen emptionis, & venditionis, cum pertineat ad bonum communitatis ſemper reputatur inualidus, quando defectus reperitur ex parte ſubſtantiæ, ſeu quantitatis, vel qualitatis, quia eſt in detrimentum emptoris. Ad confirmationem dici poteſt, quod putare contrahere cum virgine accidit vno horum trium modorum. Primo habens hanc opinionem in mente ſua, quod mulier iſta eſſet virgo, & quod eam non acciperet in vxorem, ſi crederet, quod non eſſet virgo, Secundo conſentiendo in matrimonio cum ea conditionaliter mente tantum, ſine explicatione, Tertio explicando id quod habet in mente verbis, dicendo. Ego accipio te in vxorem, ſi es virgo, ſi non es virgo, non te accipio. In primo ſenſu eſt verè matrimonium quoniam de ſubſtantia illius contractus non eſt, quod mulier ſit virgo. Idem dicitur de muliere erga virum, quia eſſe diuitem, non eſt de ſubſtantia matrimonij. In ſecundo ſenſu in foro conſcientiæ nō erit matrimonium, bene autem in foro Eccleſiæ, quæ iudicat de exteriori. In tertio ſenſu, in nullo foro erit matrimonium. In ſecundo autem ſenſu tenebitur vir ille conſentire in matrimonio etiam mente quia grauiter decepit mulierem quæ putabat ſe illi coniungere in vinculo matrimonij, quæ iniuria aliter reſarciri non poteſt, niſi vir faciat verum matrimonium, etiam in foro interiori conſentiendo mente etiam in illo.

Conſentire in matrimoniū ſub aliqua cōditione aliquā do dirimit aliquando non matrimoniū ipſum.

Ad vltimam difficultatem negat conſequentiam, quoniam baptiſmus ille validus eſt, intentio enim miniſtri in tali caſu debet ſe confirmare cum intentione Eccleſiæ. Miniſter enim baptizās, intendere debet illum circa quem exercet actum ablutionis quicunque ſit ille, ſi tamen miniſter Eccleſiæ intenderet baptizare Petrum, & non Paulum, vtique nullus eſſe baptiſmus, & ille peccaret mortaliter, ſi tamen intenderet baptizare illum cui infundebat acqua, baptiſmus teneret, etiam quod non eſſet Petrus, vt ipſe arbitrabatur, ſed Paulus, quod non putabat. In contractu autem emptionis, & venditionis requiritur conſenſus expreſſus, ex vtraque parte circa ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem rei venalis, propterea vbi adeſt defectus iſtorum, contractus nullus eſt. Hæc ſint pro dubio iſto accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector, ſi uenditor tenetur manifeſtare uitium rei uenditæ emptori, pro utraque parte ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua eſt talis regula (inquit D. Amb. de officijs) iuſtitiæ manifeſta eſt, quod à vero non declinare uirum decet bonum, neque damno iniuſto afficere quemquam. At ſi uenditor rem uitiatam uendit, & non manifeſtat uitium, iniuſtè afficit proximum, & ipſe declinat à bono, ſcilicet, à iuſtitia, ergo non ſolum non poteſt uendere rem uitiatam, ſed manifeſtare tenetur uitium illius.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Nil ſtultius reperiri poteſt quam manifeſtare defectum rei uendendæ, cum talis manifeſtatio impediat uenditionem, ergo uenditor non tenetur manifeſtare defectum rei uendendę.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione ponit unam diſtinctionem, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, unā affirmatiuā, aliam autem negatiuam, & tandem ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, aut defectus rei uendibilis eſt occultus, uel eſt manifeſtus, aut infert damnum ementi, uel non, ſi primam concluſio eſt affirmatiua, ſi ſecundum concluſio eſt negatiua.

Venditor manifeſtare tenetur emptori vitium occultum, ſi infert damnum, vel periculū illi.

Concluſio prima. Si uitium rei eſt occultum, & infert damnum, uel periculum emptori, uenditor tenetur uitium illud indicare. Concluſio iſta ſic probatur. Dare alicui occaſionem damni, uel periculi, ſemper eſt illicitum, uenditor autem qui rem uendendam proponit uitioſam præbet emptori occaſionem damni, uel periculi, ergo perverſè agit, ergo contra iuſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Maior propoſitio de ſe eſt manifeſta. Minor autem probatur, uenditor in uendendo rem uitioſam præbet occaſionem damni emptori, hoc clarum eſt, & manifeſtum, quia res uitiata minoris eſt precij quam ſana. Si autem pro ſana uenditur plus iuſto uenditur, & damni-

ficatur

ficatur emptor, ſimiliter datur ei occaſio periculi ſi propter huiuſmodi vitium vſus rei reddatur impeditus, vel noxius. Puta ſi aliquis æquũ vmbroſum pro indefectuoſo vendit, qui emit illum poteſt maximum periculum incurrere, non valens effugere inimicos, vel latrones, & manere occiſum, vel ſpoliatũ, quod illi non accideret ſi æquus ille non fuiſſet vmbroſus, ſimiliter ſi quis venderet domum ruinoſam pro firma, peſtiferam pro ſana, cibum venenoſum pro proficuo, in quibus, & ſimilibus caſibus, venditor ſi non manifeſtat vitium rei vendendæ emptori, vltra quod peccat mortaliter ad reſtitutionem damni dati emptori tenetur, & etiam damni occaſione illarum rerum recepti, quia culpa illius hæc damna paſſus eſt. Angelicus Doctor declarat, qui nam ſunt illi ad quos pertinet remouere damna, & pericula proximorum dicendo, quod remouere damnum, & periculum proximi licet non omnibus ſit obſcriptum. Ad hoc tamen tenentur ſuperiores circa illos qui ſuæ curæ ſunt ſubiecti, & illi, quibus occurrit caſus, quando ei per alium ſubueniri non poteſt. In tali caſu reperitur venditor in ordine ad emptorem. Nam ſi ipſe non admoneat emptorem de vitio occultæ rei, alius hoc non faciet, & ſic incurreret periculum, & damnum. His pro prima concluſione ſeruatis, ponendæ ſunt aliæ.

Venditor nõ manifeſtans defectum rei, ſi affert damnum, vel periculum emptori peccat mortale, & ad reſtitutionẽ tenetur.

Concluſio ſecunda. Si vitium rei vendendæ eſt manifeſtum, non tenetur venditor admonere emptorem de vitio illo, hoc manifeſtat Angelicus Doctor dicendo, venditor non tenetur admonere emptorem, quod æquus vendendus eſt monoculus, vel claudus, &c. quoniam defectus iſte cuicunque eſt manifeſtum, tenetur tamen venditor iſte, inquit Doctor Sanctus minuere de precio, ſi aliqui emere illum vult cum tali defectu, in aliquo ſuo exercitio, & hoc quia res non poteſt vendi plus quam valet, nec emere quis debet à iuſto precio.

Quando vitiũ rei vendendæ eſt manifeſtũ venditor non tenetur manifeſtare illud, ſed minuere de precio.

Concluſio tertia. Si vitium eſt occultum, & non damnoſum aut periculoſum emptori, non tenetur venditor illud manifeſtare emptori, tenetur tamen de illo precium minuere, quantum oportet propter talem defectum. Hanc concluſionem manifeſtat Magiſter Dominicus à Soto dicendo, intantum venditor tenetur admonere emptorem quatenus nullius ſit ei occaſio damni, vel periculi, ſed tunc, ſcilicet, quando non manifeſtat defectum rei venditor emptori nullum nocumentum dat, non eſt cauſa damni, vel periculi, ergo tunc poteſt rei ſuæ conſulere reticendo vitium, hoc probatur, quia ſi emptor ſciret vitium occultum forte renuere emere rem illam, etiam iuſto precio.

Venditor non tenetur manifeſtare defectum occultũ emptori, quãdo defectus nullum ei defert præiudicium.

Nota.

Vt igitur omnes iſtæ concluſiones præ oculis habeamus, ſumatim omnes illas hic ponamus. Si vitium rei eſt notum, & manifeſtum cuilibet, nulla adeſt neceſſitas manifeſtandi illud. Si vitium eſt occultum, & perniciosum emptori, neceſſe eſt illud patefacere emptori, ſi eſt occultum, & non perniciosum non tenetur venditor illud reuelare emptori, tenetur tamen ſubtrahere de precio pro qualitate vitij, alias pluris venderet rem quam valet, quod iniquum eſt, & vt perfectius cognoſcamus naturam præcipuè vltimi contractus, obſeruandum eſt, id quod obſeruat Banenſis, ſcilicet, quod quando venditor, vendit rem uitioſam non tamen pernitioſam emptori, dupliciter procedere poteſt, Primo mere negatiuè tacendo uitium rei, Secundo poſitiuè affirmando, nullum uitium eſſe in re illa, uel ſi eſt interrogatus de uitio reſpondeat negatiuè, uel tacendo, ſcilicet, non reſpondendo, uitium affirmando ſuo ſilentio, iuxta dictum illud uulgatiſſimum qui tacet confirmat, ſimiliter emptor, in emendo rem ipſam dupliciter habere ſe poteſt, Primo infra ſeipſum intelligendo non emere rem ipſam ſi ſciret tale habere uitium, non tamen explicando ſuam intentionem. Alio modo explicando dicendo uenditori, ſi res iſta habet tale uitium illam emere non intelligo, & ne diſtinctio iſta pariat confuſionem in mente ſimplicium, ut facilius percipiatur pono alias tres cõcluſiones.

Concluſio prima, Quando uenditor nihil dicit de uitio rei non pernitioſo, quamuis emptor haberet intentionem uirtualem non emendi rem illam ſi ſciret quod illa haberet tale uitium, quod tamẽ non explicat emptori, ualidus erit contractus in tali caſu. Probatur concluſio iſta ſic, quilibet contractus per ſe loquendo ualidus eſt, quando celebratur ſecundum rationem iuſtitiæ commutatiuæ. At contractus iſte ita celebratur, probatur hoc, quia datur res utilis emptori, pro qualitate iuſti precij, ergo ualidus eſt contractus. Probatur hoc uice uerſa. Si emptor iuſto precio emit aliquam rem, cuius uirtutem ſingularem non cognoſcit uenditor, neque communiter cognoſcitur, emptor non tenetur uirtutem illam indicare uenditori, neque augere precium, ſufficit enim dare precium ſecundum communem æſtimationem, ergo à ſimili, uenditor non tenebitur indicare uitium rei occultum, quando non eſt damnoſum, uel pernicioſum, modo ſit utilis pro precio pro quo datur.

Concluſio ſecunda. Si uenditor in tali uenditione, Secundo modo ſe habet, uel ſponte affirmando, non habere uitium, uel interrogatus ſuo ſilentio credere faciat emptori, quod nullum habeat uitium, tunc contractus eſt inualidus, & illicitus. Probatur concluſio iſta, quia uenditor ex officio ſuo tenetur dicere ueritatem, quando interrogatur neque poteſt mentiri, ergo ſi contrarium operatur decipit emptorem, & per conſequens contractus erit inualidus.

Declaratur quando venditor non tenetur manifeſtare vitium nõ damnoſũ, & pernitioſũ emptori.

Concluſio tertia. Si uitium rei reddat illam omnino inutilẽ emptori (etiam ſi nõ ſit pernicioſum) contractus erit inualidus, & uenditor tenebitur ad reſtitutionem, Probatur hoc, quia in tali caſu nulla eſt uoluntas emptoris emẽdi ſibi rem inutilem. Corroboratur concluſio iſta. Contractus emptionis, & uenditionis introductus eſt in Republica pro utilitate contrahentium, cum ergo emptio talis omnino inutilis emptori ſit, nullus erit contractus, ſi uenditor taceat uitium illud ſi de eo fuerit interrogatus, quia eſſet factus in fraude.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator. Si res illa utilis non eſt iſti, alijs poteſt eſſe utilis, propterea

iſte

iſte vendat illã, & ex emptione vtilitatẽ habebit.

Impugnationis dilutio. Theologus ſatisfacit impugnationi dicendo, quod iſte emit rem pro proprio victu non pro proprietate aliorum, ergo fit in ingiuria illius dum cogit illam vendere, ſi tantum emptor eſſet negotiator, & venditor putat, quod emat, vt reuendat contractus validus erit.

Confirmatur ipſa concluſio. Si res ſit pernicioſa emptori quamuis alijs vtilis ſit, contractus eſt inualidus, vt ex ſuperioribus patet à ſimili, ſi res ſit omnino inutilis emptori erit irritus contractus, etiam quod alijs vtilis eſſe poſſit. His non obſtantibus opinio contraria multis rationibus conatur probare ſuam ſententiam, quæ rationes neceſſario ſunt ſoluendæ.

Impugnatio prima. Si emptor inquit argumentator ſciret vitium illius rei non emeret illam, ergo contractus ille eſt inuoluntarius, & inualidus.

Impugnationis dilutio. Theologus negat antecedens, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod contractus non fuit omnino inuoluntarius ex iuſtis, quoniam habuit rem illam pro precio iuſto, ſi tamen rem illam poſſet habere precio viliori iuſto, tum emptio ipſa eſſet inuoluntaria ſimpliciter.

Impugnatio ſecunda. Contra inquit Argumentator, venditor tacens vitium rei decipit emptorem, ergo emptio illa omnino fuit inuoluntaria, ergo &c.

Impugnationis ſolutio. Theologus negat antecedens, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod ad hoc, quod venditor decipiat emptorem, oportet vt à venditore interrogetur de vitio rei. At quando emptor non interrogat, decipit ſeipſum emendo rem vitioſam pro ſana (iuſto precio tamen.)

Impugnatio tertia. Non acquieſcit Argumentator de nouo inſtat dicendo. Contractus ille non eſt licitus, vbi vna pars vltra iuſtum grauatur, ſed in hoc caſu grauatur emptor, quia cum venit in cognitione vitij cogitur detinere apud ſe rem ſibi non gratam, & ſi vult illam vendere, aut tenetur manifeſtare vitium, & videre cui dat illam, aut non? ſi ſic ecce aggrauium maximum, ſi non, defectus ille alteri pernicioſus eſſe poterit. v.g. æquus cum vitio vtilis eſſe poterit medico, militi autem inutilis, & nociuus, ſi tu non manifeſtaſti medico vitium æqui quem vendidiſti illi ſibi non nociuum, ille poterit vendere alteri puta militi, cui tale vitium valde nocebit, vnde medicus (culpa ſua) valde nocebit militi illi.

Impugnationis reſpõſio. Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod licet ſit aliqua moleſtia emptori, habere rem ſibi ingratam non tamen ex hoc contractus redditur inualidus, ſi emptio fuit iuſta, ſi tamen deeſt coniectura, quod emptor reuendet æquũ, oportet tunc illi manifeſtare vitium, ne decipiat alium pernicioſè, vel vendat illum, vltra iuſtum precium.

Impugnatio quarta. Contra inquit Argumentator læſio propter vitium rei maior eſt quam læſio propter iniquitatem precij (vt dictum eſt ſuperius) ſed læſio propter iniquitatem precij irritat contractum, ergo multo magis irritabitur dum emptor ignorat vitium rei.

Theologus ad minorem dicit, quod maior eſt læſio quæ ſe tenet ex parte iuſti precij, quam illa quæ procedit ex ignorantia vitij non nociui, propterea prima læſio impedit contractum, non autem ſecunda iuxta doctrinam illatam in concluſionibus ſuprapoſitis. Standum eſt igitur in doctrina illa, ſcilicet, quod qui non manifeſtat vitium occultum non nociuum, & iuſto precio vendit rem illam, quod vtitur iure ſuo, & neminem lædit, dum de hoc non ſit interrogatus, quod etiam agnouit Diogenes apud Ciceronem lib. 3. de officijs, vbi dicebat aliud eſt celare, aliud tacere, dum quod prodere teneris, non prodis celas. Taces, dum loqui iure non cogeris. Si vitium rei venalis affert damnum, vel periculum emptori vtique manifeſtandum eſt, vt diximus, & ſi nouit quod emptor reuendere rem illam intendit, admoneat de vitio rei vt vendat illam iuſto precio, & nec ſit occaſio damni, vel periculi alteri. — Impugnationis dilutio. — Nota. Aliud eſt celare vitiũ rei vendende, & aliud tacere primum non licet ſecundum ſic.

Notandum eſt etiam ex Magiſtro Dominico à Soto, quod per accidens venditor aliquando nõ tenebitur manifeſtare qualitatem, & defectum rei vendibilis, ſiue defectus ſit in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate. v.g. quando aſſignatur preciũ à lege, de vino, oleo, &c. exẽpli gratia. Si vino aromatico aſſignatum fuiſſet precium vilius in comparationem ad vinum vilius, vel deterius, ſeu in comparationem præcioſitatis vini ex culpa miniſtri, vel ex alia cauſa, dicit Sotus ipſe, quod ex tali cauſa poteſt vẽditor ponere aliquod vinum deterius in illo quoadusque veniat ad precium iuſtum, ratio eſt inquit, quia in his regula uera eſt lex naturalis, quæ nulli iniuriam facit. — Per accidens aliquando vẽditor non tenetur manifeſtare vitiũ rei vendendæ.

In hoc autem aduertat confeſſarius, ne ſit facilis ad concedendas tales licentias pœnitentibus, quia aſtutia diaboli inglutinat conſcientias noſtras, propterea à iuſto non recedãt, & teneant pœnitentes in timore Domini. Pœnitentes ſeu uenditores iſti ſi ab emptoribus interrogantur, ſi ibi eſt mixtio aliorum uinorum ueritatem dicere tenentur. Ratio eſt, quia ſi emptor acciperet tale uinum pro medicina, ſi eſſet mixtum, & non ſimplex aromaticum, hoc illi eſſet nociuum, & quod dicimus de uino, dicimus de alijs ſimilibus, & hęc ſint pro dubio iſto ad aliud accedamus.

Dubium parum.

IN iſto dubio quærit Lector, An mixtio lanarum aliquando ſit licita eſt hic mercator pannorum, qui cum lana ex Hiſpania tanti emat, ut ſi panum ex illa integrè conficeret, & uenderet, uel amittit de capitali, uel parum lucretur, ideo commiſcuit illis alias lanas, & cõtexit occultans huius uitium emptoribus, quia ſi illud ſcirent neuuque emerent tanto precio, quærit enim Lector ſi iſte peccat mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

Dubij reſponſio.

THeologus per diſtinctionem ſoluit huiuſmodi dubium dicendo, aut uitium panni eſt perni-

Digitized by Google

Vendirio parri ex diuerſis lanis miſti aliquādo peccatum mortale eſt & obligat ad reſtitutionē aliquādo non.

pernitioſum, venditor non ſolum peccat mortaliter (non manifeſtandn vitium) ſed ad reſtitutionē tenetur. Si vitium non eſt pernitioſum, aut vendit pannum illud diminuto precio, aut tali precio ac ſi in ipſo nullum eſſet vitium. Si primum non peccat neque ad reſtitutionem tenetur, ſi ſecundum, & peccatat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur, quia vendit vltra iuſtum precium. Si non vendit vltra iuſtum precium, & æqualiter deſeruit emptori, ſicut ſi eſſet totum ex lana Hiſpanica, tunc inquirimus. An emptor interrogauit venditorem ſi eſt ſimpliciter ex lana Hiſpanica, vel non, ſi dixit, quod illud emere non intendit ſi non eſt totum ex lana tali. Si emptor non fecit tales interrogationes, & proteſtationes, non peccauit venditor non manifeſtando defectum, & contractus validus eſt. Si autem illas fecit, & venditor vitium negauit, contractus eſt nullus, & peccauit dicendo mendatium, præcipuè ſi adeſt iuramentum. In primo ſenſu non peccauit, quia nulla lex cogit venditorem, vt admoneat emptorem, niſi quando ex defectu mercium damnum, vel periculum imminent illi. Neque ad hoc vrget charitas, quia non adeſt neceſſitas. Neque cogit iuſtitia, quia non adeſt notabilis iactura. Hæc ſint pro dubiunculo iſto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij principalis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Vitium rei vēdende manifeſtandū eſt non omnibus, ſed illi qui cauſa emere vult.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, nnn oportet, quod aliquis per præconem rei vitium vendendæ prænuntiet, & rationem aſſignat Doctor Sanctus dicendo, quia ſi prædicarei vitium, exterrerentur emptores, ab emendo dum ignorarent alias bonas conditiones rei ſecundum quas eſt bona, & vtilis, ſed ſingulariter dicendum eſt vitium ei qui ad emendum attendit, qui emens poteſt ſimul omnes conditiones adinuicem comparare, bonas ſcilicet, & malas, & conſiderare ſi res cum tali defectu ſibi deſeruiat, nam aliquando rie in aliquo vitioſa, in multis alijs vtilis eſſe poteſt.

Inſtantia 2.

Inſurgit Lector dicendo, venditor ad emendā rem ſuam non cogit emptorem, ſed illam eius iudicio ſupponit, videat emptor ſi res cum tali vitio deſeruiat, an non. non ergo videtur imputandum eſſe venditori, ſi emptor in ſuo iudicio decipiatur, præcipitanter emendo, abſque diligenti inquiſitione de conditionibus talis rei.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod licet emptor coactè nō emat rem vitioſam. Incumbit tamen uenditori manifeſtare uitium rei, ne ſit ei occaſio damni, uel periculi, non in publico, ſed priuatim, & oſtendere quod minui de precio quā ualeret ſi non haberet talem defectū, ut uideat, ſi ſibi expedit emere rem defectuoſam pro precio uiliori.

Inſtantia 3.

Contra inquit Lector talis diminutio de precio non ſatisfacit, probatur, quia quandoque diminutio precij etiam rei non uitioſæ non ſatis eſt propter aliquod aliud accidens, Puta ſi uenditor deferens triticum ad locum ubi eſt careſtia frumenti, ſciat multos uenire qui deferant granum: quod ſi ſciretur ab ementibus minus precium darent, hoc iſte non tenetur dicere uenditoribus, ergo pari ratione nec uitium rei uendendæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod uitium rei facit rem in præſenti eſſe minoris ualoris quam uideatur, ſed in caſu in argumento in futuro res expectatur eſſe minoris ualoris per ſupereuentum negotiatorum, qui ab ementibus ignoratur ubi uenditor qui uendit rem ſuam, ſecundum precium, quod currit, tunc non uidetur contra iuſtitiam facere ſi quod futurum eſt non exponat, ſi tamen exponeret, uel de precio ſubtraheret, abūdantioris eſſet uirtutis inquit Doctor Sanctus quamuis ad hoc non uideatur teneri ex debito iuſtitiæ. Circa quam reſponſionem Magiſter Dominicus à Soto dicit, quando uenditor uendit rem perfectam, precio quo in præſenti currit, etiam quod ſciat, quod ſtatim precium diminuendum ſit, puta, quia in promtu adeſt copia talium mercium. u. g. eſt hic mercator habens copiam frumenti, eſtque ei nuntiatum, quod in uia ſunt multæ nauæ onuſtæ granis ipſe nihil de hoc dicit emptoribus, ſed uendit frumentum ſuum iuſto precio, in quo caſu à iuſto non recedit, ſed uſus eſt prudentia ſua. Immo dicit Magiſter Dominicus Banenſis, quod ſi uenditor iſte interrogaretur. An ſit futura magna copia granorum ſi dicat hoc neſcire, uel quod nōn ſit futura, talis non peccaret contra iuſtitiam, licet ueritatem non manifeſtet (peccaret utique quia mendacium diceret) non peccaret contra iuſtitiam, quia contractus iſte haberet omnia requiſita ad perfectum contractum uenditionis, & emptionis, traduntur enim merces abſque uitio, & precio iuſto.

Venditor nō tenetur minuere de iuſto precio licet ſciat de proximo futuram eſſe copiam talium mercium.

Impugnatio

Contra inquit Argumentator, tale mendatium eſt pernitioſum, & in damnum proximi, ergo etiam eſt contra iuſtitiam.

Impugnationis dilutio.

Mendacium officioſum in negotiatione non obligat ad reſtitutionem qui vitioſum ſit.

Theologus huic impugnationi dicit, quod mē dacium illud formaliter non eſt pernitioſum, ſed officioſum, ratinnem aſſignat dicendo, quod iſte ordinat mendacium hoc ad fugiendum damnum ſuum, quod reciperet in uenditione ſuarum mercium. Si autem uenditor iſte damnificat emptorem, hoc facit per accidens, inquantum, non manifeſtat merces propinquas, tamen hoc facit ad euitandum damnum ſuum non ad inferendum damnum proximo ſuo. Si autem alius dixiſſet mendacium illud, hoc perniciosè, & non offitiosè faceret, quia ex tali mendatio nec fert bonum proximo, neque malum effugit, ut fecit mercator ipſe.

Quod diximus de uenditore, dicendum eſt etiam de emptore proportionaliter. u. g. ſi ſit futuram magnam copiam emptorum, ex qua augebitur precium mercium, non facit contra iuſtitiam, ſi emit precio currenti, ut fecit Meliſſus Phyloſophus, qui emit magnā copiam olei, ſciens per Aſtrologiam, futuram ſterilitatem oliuarum, & hoc fecit, ut oſtenderet, quod ſapientia faciliter

ditare

Digitized by Google

durare poteſt, licet ſapiens contemnere debeat diuitias, ne præbeat illi impedimentum ſtudendi, & Patriarcha Ioſeph ex reuelatione diuina nouit ſeptem annos ſteriles, ideo in præcedentibus ſeptem annis pinguioribus emit multa grana, ex quibus multas diuitias accumulauit Pharaoni Regi Domino ſuo. De hac re abunde loquitur Magiſter Dominicus Banenſis, & Magiſter Dominicus à Soto de iuſtitia, & iure, loco ſupracitato.

Inſtantia 4. Non acquieſcit Argumentator, inſtat vltimo loco dicendo, Magis neceſſarium eſt homini, vt cognoſcat viam virtutis, quam vt cognoſcat vitia rerum quæ venduntur. Sed homo non tenetur cuilibet conſilium dare, & veritatem dicere de his quæ pertinent ad virtutem, quamuis nullí debeat dicere falſitatem, ergo multo minus tenetur venditor vitia rei venditæ dicere quaſi conſilium dando emptori.

Inſtantiæ ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo ad minorem, quod quamuis homo non teneatur ſimpliciter homini dicere veritatem de his quæ pertinet ad virtutem, ſeu ad veritatem, tenetur tamen in caſu illo de his dicere veritatem, quando ex eius facto alteri periculũ immineret, in detrimentum virtutis niſi diceret veritatem, quod accidit in propoſito. Hæc ſint pro dubio iſto, ponendum eſt vltimum.

Dubium particulare.

IN hoc dubio quærit Lector ſi æqualis ſit conditio vendentis, & ementis, & pro vtraque parte format rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta à lege iuſtitiæ commutatiuæ, quæ ordinat, quod æqua ſit conditio vendentis, & ementis, ergo, &c.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. Si eſſet æqualis conditio vendentis, & ementis, ſequeretur, quod peritiſſimus lapidarius qui cognoſceret ſingularem valorem alicuius margaritæ, non cognitam communiter ab omnibus etiam lapidarijs, quod non poſſet emere minori precio quam valet, ſicut nec venditor poteſt illam vendere maiori precio quam valet, ſed hoc primum eſt falſum, ergo non æqualis eſt conditio, &c.

Prima pars probatur, adeſt, verbi g. Ruſticus qui margaritam æſtimatam à lapidarijs octingenta ſcuta, tamen propter virtutem occultam quam in ſe habet excedit valorem mille ſcutorum. Cui accedit peritiſſimus iſte lapidarius, & emit illam à ruſtico illo pro mille. Clarum eſt, quod lapidarius iſte poſſidet margaritam iſtam minori precio quam valet. Si tamen ruſticus ille venderet margaritam hanc pro mille, quæ ex ſententia peritorum non valet niſi octingenta, verè contractus eſſet illicitus, ergo de primo ad vltimum non eſt æqualis conditio ementis, & vendentis.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubiũ duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum.

Concluſio prima, æqualis eſt conditio ementis, & vendentis. Concluſio iſta certiſſima eſt ex his quæ adducta ſunt in argumento pro parte affirmatiua, & declaratur ſic. Nam ſicut venditor vendens rem vitioſam pro integra peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Ita emptor peccat, & ad reſtitutionem tenetur emendo rem integram pro vitioſa. Itaque ſicut venditor tenetur dicere, & manifeſtare vitium rei pernicioſæ, etiam non interrogatus, vt euitetur periculum proximi, & minuatur de precio. Ita emptor tenetur augere precium cognoſcens valorem rei, vel hoc debet reuelare venditori. Ratio eſt quoniam contractus emptionis, & venditionis eſt actio iuſtitiæ commutatiuæ, ergo æqualiter habere ſe debet reſpectu vtriuſque. In emptione manifeſtãdũ eſt virtus rei, & in venditione vitium, ne altera pars ſit grauata.

Concluſio ſecunda. Quando in ipſa re venali eſt aliqua virtus ſpecialis, quæ communiter ignoratur ab hominibus, etiam peritis in illa arte, non tenetur emptor peritiſſimus cognoſcens virtutem illam indicare eam venditori, ſed licitè poterit illam emere precio communi, & ratio. nem aſſignat dicendo, precium iuſtum æſtimatur ſi à peritis pro iuſto habetur, At virtus illa particularis necà peritis cognoſcitur, licet à peritiſſimo illa cognoſcatur, ergo emptor, non tenetur dare precium pro virtute illa occultiſſima. Confirmatur hoc. Nam ſi lapidarius ille qui ignorat hanc virtutem, emiſſet gemam illam, primi æſtimatur à peritis, iuſtum eſſet precium, etiam quod poſtea ueniret in cognitionem talis uirtutis, non teneretur ad aliquam reſtitutionem, ergo ſi illam virtutem ſciens ante, emeret rem illam iuſto precio, ſecundum iudicium peritorum in arte illa, non tenetur ad reſtitutionem, ualet conſequentia, quia ille qui ad reſtitutionem ex iuſtitia ante emptionem tenetur, etiam ad hoc tenetur, & poſt emptionem, hoc confirmat Magiſter Dominicus Banenſis dicendo, quod quando Hiſpani inuenerunt Indias, poterant emere ab Indis aurum, & margaritas ſecundum exiſtimationem illius Reipublicæ, neque tenebãtur indicare, quãtũ eſtimarentur in alijs regionibus.

Inſtantiarum ſolutio.

EX his manet ſoluta inſtantia pro parte negatiua dubij adducta, quæ ſolutio in hoc conſiſtit, quod lapidarius ille peritiſſimus tenetur indicare abſque dolo ualorem illius margaritę ſecundum eſtimationem communem ſapientum, & id quod dat vltra debitum iuſtitię ſecundum communem eſtimationem gratis dat. Inſtant. ſolutio.

Inſurgit argumentator dicendo. Qui emit agrum Inſtantia 2.

KK

agrum in quo certus eſt latere theſaurum, non tenentur indicare domino agri ignoranti ſecretum iſtud, ſed poteſt agrum emere ſecundum communem æſtimationem, & tamen venditor vnquam poteſt illud vendere maiori precio currenti, ergo non æqualis vtriuſque conditum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit huic inſtantiæ, vel theſaurus inuentus eſt in proprio fundo, vel in alieno. Si in proprio fundo totus eſt inuentoris. Si in alieno, vel quæritur ex intentione, vel inuenitur caſu, ſi ex propoſito quærebatur totus eſt reſtituendus Domino agri, vel illi qui illum ibi abſcondit ſi noſcitur, ſi caſu inuentus diuidendus eſt æqualiter inter Dominum fundi, & inuentorem, vnde ad argumentum dicit, quod finis per ſe emendi agri eſt fructificatio, quod autem in eo lateat theſaurus, eſt quaſi per accidens, propterea qui eum inuenit eſt eius, ſi eſt iam Dominus agri, ſi nondum eſt Dominus, eſt eius pro medietate, & alia medietas eſt veri Domini, vel Principis, ſi hoc ſibi ſeruauit, ſcilicet, theſauros qui ſub terra, vel alio in loco latent. Hæc ſint pro dubio illo ad ſufficientiam dicta.

Dubium quartum.

LEctor in dubio vltimo quærit, An liceat rem carius vendere quam emere negotiando? Et rationes pro vtraque parte dubij adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, Illud quod eſt neceſſarium pro bono publico eſt licitum, negotiatio eſt neceſſaria pro bono publico, ergo eſt licita, ſed negotiatio non ſeruatur niſi cum lucro, ergo negotiando licitum eſt vendere rem carius quam ematur; vel licet minus emere quam vendatur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Si negotiatio licita eſſet (ad hoc videretur licita) vt homo venderet non ſibi neceſſaria, & emeret ſibi neceſſaria. At negotiator non vendit ſuperflua, vt ſibi emat neceſſaria, ſed emit, vt reuendat, ergo negotiatio licita non eſt, Antecedens habetur ex Ariſtot. 1. Pol. cap. 6. vocat enim contractus naturales illos, qui in commutatione rerum pro vitæ ſubſtentatione fiunt, & emptiones negotiatorias appellat contra naturam, & aſſignat rationem, quia finis illarum eſt indebitus, ſcilicet, lucrum ex cuius inſatiabilitate res venales continuè creſcunt.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua primo, & ſecundario pro parte negatiua.

Negotiatio idē eſt, quod ſine ocio, quia non relinquit negotiatores quietes, vllo tempore.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatiſfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quoad primum declarat quid nominis, & quid rei negotiationis, ſimiliter ponit duplicem commutationem. Dicit igitur quod negotiatio, quod ad quid nominis, idem eſſe, quod abſque otio, ideſt negotiatio eſt continua occupatio, rationem aſſignat huius interpretationis dicendo, quia negotiatores nunquam quieſcunt, ſemper ſunt in ſolitudinibus, neque per dies, vel noctes requieſcunt, quoad quid rei, negotiatio deſcendit ad particulatem commutationem rerum, particulariter negotiari eſt exercere mercaturam, qua de cauſa negotiatores dicuntur emptores, quia ex omnibus locis ſimul emunt, dicuntur tamen mercatores, quia ad hoc emunt vt reuendant, & lucrentur.

Secunda diſtinctio, dupliciter aliquis emit rem, vt reuendat illam, Primo emendo rem, vt melioratam vendat illam. v.g. emit panum rudem, vt purificatum, & mundatum illud reuendat. Emit aues, vt doceat illas canere, & venundantur præcioſiori precio, emit pullum, vt factus æquus, & edoctus vēdatur multo, & ſic de alijs. Tales enim negotiationes non ſunt puræ negotiationes, ſed inter artes mecanicas computantur. Ratione ſic oſtenditur. Nam iſti quærunt lucrum de re, inquantum ſua induſtria, & arte eſt meliorata, negotiatio autem mera (de qua in præſentiarum tractamus) eſt, qua quis aliquid emit, vt vendat illud prout eſt in ſe cum lucro, abſque eo quod illud ad maiorem perfectionem reducat.

Negotiatio eſt qua quis aliquid emit, vt vendet cū lucro abſque eo, quod meliorata ſit res ipſa venalis.

Tertio eſt notandum ex Ariſt. 1. Pol. cap. 1. 5. & 6. tom. 5. quod duplex eſt rerum commutatio, vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, ſed magis ad œconomicos, vel politicos, qui habent prouidere, vel domui, vel ciuitati de rebus neceſſarijs ad vitam. Alia vero commutationis ſpecies eſt, vel denariorū ad denarios non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, & huiuſmodi negotiatio pertinet ad tractatum de cambijs, de qua diſputabimus loco ſuo, huiuſmodi negotiatio ad negotiatores propriè pertinet ex Ariſt. lib. 1. Pol. cap. 6. tom. 5. His ſtantibus pro primo puncto accedendum eſt ad ſecundum, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Negotiatio de ſe intrinſecè non eſt bona neque mala, ſed indifferens.

Concluſio prima. Negotiatio de ſe intrinſicè, neque eſt bona, vt charitas, vel alia virtus, neque ab intrinſeco eſt mala, vt mendacium, ſed eſt indifferens, vt comedere, quod reſpectu finium diuerſorum, poteſt eſſe bonum, & malum, ſimiliter, & ipſa negotiatio, reſpectu diuerſorum finium poteſt eſſe bona, & mala, ſi ordinatur ad bonum finem eſt bona, ſi ad malum eſt mala.

Concluſio iſta elicitur ex verbis D. Auguſtini. Fornicari ſemper hominibus non licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet (temporibus interdictis non licet) temporibus autem non interdictis licet, licet laicis, pro ſubſtentatione Reipublicæ, vel familiæ. Non licet clericis, quoniam aſcripti ſunt ad ſeruitium diuini cultus, ergo negotiatio poteſt eſſe bona, & mala, licita, & non licita, ergo intrinſicè, non eſt bona, vel mala.

Con-

Negatiatio ex parte finis, ſcilicet, lucri habẽs turpitudinẽ annexã, niſi lucrum ad finem honeſtũ ordinetur.

Concluſio ſecunda. Negotiatio conſiderata ex parte finis, ſcilicet; lucri quandam turpitudinem per ſe ſert inquit Doctor Sanctus 2. 2. q. 77. ar. 4. & cõfirmatur ex Ariſt. 1. Pol. cap. 6. proutin argumento pro parte negatiua dubij; vbi vult, quod negotiatio ſit ars contra naturam, & quod finis negotiationis ſit turpis, rationem aſſignat, quia appetitus pecunijs non ſatiatur; lucrari enim per ſe nihil neceſſarium, & honeſtum nominat. Si tamẽ lucrum habitum ex negotiatione ad honeſtum finem eſt ordinatum, puta ad ſubſtentationem familiæ, vel ſubueniendã reipublicæ in aliqua neceſſitate poſitæ, puta deferendo grana, vinũ, oleum, & ſimilia, tunc negotiatio licita eſt, ſi exerceatur debito modo.

Concluſio tertia. Licet negotiationis gratia merces carius vendere quam emere, ratione impenſarum, laborum, in ordine ad loca, & tempora.

Concluſio iſta probatur, quia merces plus, & minus valent pro loci, & temporis diuerſitate, vt experientia ipſa docet, ergo &c.

Ars negotiatoria ex multis circumſtantiis redditur illicita, in ordine ad ſe, ad locum, & tẽpus.

Ex his concluſionibus ſequitur vltima correlarium tale; ars negotiatoria ex multis circumſtantijs illicita redditur, vel ex obiecto, vt quando quis vendit res inuendibiles, vt ſacramenta, vel res ſacras; vel ex perſona, exempli gratia Clericis negotiatio, Cum illis ex ſacris canonibus; interdicta ſit negotiatio. 88. Inquit enim D. Auguſtinus Laicis licet, Sacerdotibus negotiari non licet; vel ex parte perſonæ cum qua tractatur Chriſtianis enim non licet arma deferre infidelibus, vt patet extra de Iudæis, ſimiliter negotiatio eſt illicita ratione temporis, ſcilicet, ratione feſtorum, his diebus negotiari non licet; prout habetur de ferijs capite 1. ſimiliter prohibetur ratione loci illicita. Hac de cauſa etiam in loco ſacro negotiari non licet in ſignum cuius Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes. Obſeruandum tamen eſt, quod huiuſmodi circunſtantiæ, ſcilicet, temporis, & loci, tunc inducunt mortale quando cauſant ſcandalum, quando ſcandalum non cauſatur peccatum veniale iudicatur. Mendacia, & fraudes, licet in omnibus artibus reperiri poſſint, tamen in negotiatione frequentius apparent, ratio eſt, quia præcipuè in hac arte reperitur inextinguibilis ſitis lucri. Artifices omnes vtique quærunt victum abundanter ex arte ſua. At mercatores non contentantur de hoc, ſed in paruo tempore volunt diuites fieri, quæ quidem auiditas, animum abſorbet, mendacia nutrit, & multa alia mala facit, q explicare impoſſibile eſt. Nihilominus ſunt multi qui ad negotiationes tendunt, quoniam ſine labore, & magno ſudore exercentur, & negotiatores in gradu nobiliori, & honorabiliori ſupra artifices collocantur, qua de cauſa multi (relictis artibus mecanicis) ad negotiationes ſe transferunt, & vijs, & medijs omnibus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, per fas, & nefas, diuites fieri volunt, de quibus mercatoribus loquens D. Ioan. Chriſoſtomus merito dicit, quod nullus mercator poteſt placere Deo, & quod nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſi voluerit eſſe mercator eijciatur ab Eccleſia Dei. His pro ſecundo puncto declaratis, pergamus ad tertium, ſcilicet, ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ caſus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Negotiatio ex fine poteſt eſſe bona, & mala, licita, & illicita.

THeologus negat minorem propoſitionem inſtantiæ adductæ pro parte negatiua caſus, & ad probationem dicit, quod Ariſt. ibi loquitur de negotiatione cuius finis primarius eſt lucrum, talis negotiatio vtique eſt mala, illicita, & contra naturam. Nos autem loquimur de negotiatione cuius finis per ſe non eſt lucrum, ſed ſubſtentatio familiæ, cuius lucrum ordinatur ad bonum finem, ſcilicet, ad ſubſtentationem familiæ decenter, vel ad patriæ ſubleuationem. Negotiatio autem illa, quæ cauſat augumentum pretij mercium, & ruinam pauperum eſt contra naturam, non propriè eſt negotiatio ſed peſtis negotiationis. De his negotiationibus, & negotiatoribus quorum finis principalis eſt lucrum, loquitur D. Chriſoſtomus, Nec non, & Caſſiodorus. Cum quidem dicendo negotiatores illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum, polluunt merces ſuas plus periurijs, quam pretijs. Hoc enim certiſſimum eſt, & experientia docet. Mercator autem iuſtus, & timoratus gratus eſt Deo, nec eſt ab Eccleſia Dei eijciendus, ſed amplectendus eſt, à miniſtris Chriſti. Aequitas eſt [illegible] & laudabilis [illegible] ſecundum [illegible] iuſtitiæ. Iſti enim ſunt mercatores reales, & non fraudulenti. Iſti ſunt qui mercaturam exercent ſine cupiditate, ſed pro ſuæ familiæ ſubſtentatione. At è conuerſo, alij qui abundant diuitijs, & poſſeſſionibus, & negotiationem exercent, quia finis illorum ſuperfluitatibus eſt lucrum, eijciendi ſunt ab Eccleſia Dei, quoniam illis non licet negotiari, niſi in caſu quo Reſpublica reperiretur in aliqua maxima neceſſitate, & non adeſſent mercatores requiſiti ad reppellendam talem neceſſitatem. Tunc diuitibus licitet exercere negotiationem, ſiſtentationi non affectu lucri, ſed patriæ.

Aliqui mercatores eiciẽdi ſunt ab Eccleſia Dei, alij autẽ non primi ſunt Diaboli negotiatores ſecundi autem Dei.

Inſtantia.

Inſurgit argumentator dicendo. Contra iſtud ſtatim eſt, quod aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat (ex iam dictis) ſed ille qui negotiando, rem carius vendit quam emerit, neceſſe eſt, quod vel vilius emerit quam valeat, vel carius vendat, neutrum autem eſt licitum, ergo talis negotiatio ſine peccato fieri non poteſt.

Inſtantiæ ſolutio.

Vendere rẽ carius quam emit quis ratione temporis loci, & ex pẽſarũ licet

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod non quicunque carius vendit aliquid quam emerit negotiatur, ſed ſolum, qui ob hoc emit, vt licet, vt carius vendat. Si autem emam rem non vt vendam, ſed vt pro me teneam, & poſtmodum propter aliquam cauſam eam vendere velim, non eſt negotiatio, quamuis carius vendat inquit Doctor Sanctus. Poteſt enim hoc licite facere, vel quia in aliquo rem meliorauit, vel quia pretium rei eſt mutatum, ſecundum diuerſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit, transferendo rem de loco ad locum, vel ferri faciendo,

do, & ſecundum hoc nec emptio, nec venditio eſt iniuſta, quia facta eſt iuſto precio ratione temporis, & loci.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator inſtat vltimo loco dicendo D. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum, inter principium, & medium tomi primi, dicit hæc verba, Negotiatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. Non enim negotiatio videtur eſſe interdicta clericis niſi propter peccatum, ergo negotiando aliquid vilius emere, & carius vendere eſt peccatum, ergo eſt illicitum.

Confirmatur hoc. Nam ſi negotiatio iuſta, & licita eſſe poteſt cur prohibita ſit clerico, Nonne dicit Dominus iuſto negotiatori, euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Inſtant. ſolutio. Pluricis interdicta eſt negotiatio non quia in ſe ſit mala, ſed q. a habet ſpecie mali.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, cum D. Thom. quod clerici non ſolum debent ſe abſtinere ab his quæ ſecundum ſe ſunt mala, ſed etiam ab his quæ habent ſpeciem mali. Negotiatio & ſi de ſe non ſit mala, habet tamen ſpeciem mali, quia ordinata eſt ad lucrum terrenum, cuius clerici debent eſſe contemptores. Negotiatio & ſi de ſe non ſit mala (immo negotiatio iuſta eſt bona) habet tamen ſpeciem mali propter vitia frequentia negotiorum. In primis difficulter negotiator euffugit peccata labiorum, quæ peccata procul eſſe debent à clericis, in quorum ore ſemper debet reperiri veritas. Alia cauſa particularis inquit Doctor Angelicus, qua prohibetur clericis negotiari eſt, quia negotiatio nimis implicat animum negotiatoris curis ſecularibus, quod maximè trahit ab affectu, & diligentia circa ſpiritualia. Hac de cauſa dicebat Apoſtolus 2. Epiſtola ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ex quibus etiam habetur reſponſio ad confirmationem. Nam alia eſt negotiatio pertinens ad clericum ab illa de qua eſt ſermo, ſcilicet à negotiatione ſeculari, negotiatio pertinens ad clericum pertinet ad ſpiritualia, & iſta eſt maximè meritoria apud Deum, & de iſta loquitur Chriſtus ſeruo ſuo fideli dicendo, euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa, te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Hæc dicta ſint pro dubio iſto, & caſu, & pro tota hac diſputatione de emptione, & venditione.

Hæc argumenta ſunt pro caſu 2. detractionis, pagina 330. columna 2. fuit error.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo (cum Doctore Angelico) Minorē propoſitionem eſſe falſam, ſcilicet, quod detractio ſit actus virtutis, & ad probationem dicit, quod reuelare peccatum occultum alicuius propter eius emendationem denuntiando illud Prælato, vel propter bonum iuſtitiæ publicè accuſando, non eſt detrahere, quia primum fit intentione emendationis delinquentis, ſecundum pro bono publico per ſe, & quaſi per accidens in punitione erran-tis, Detractio fit cum intentione nocendi proximum in fama.

Argumētum ſecundum.

Lector contra hanc terminationem inſurgit dicendo, gloſſa in verbis illis, Cum detractoribus non commiſceris, dicit, quod hoc peccatum reperitur in toto genere humano, ergo peccatū hoc eſt veniale, valet conſequentia, quia peccatum hoc non eſt originale, vt patet, non eſt mortale, quia mortale non reperitur in quolibet homine. Hoc corroboratur ex D. Auguſtino dicente, quod peccatum quod purgatur in purgatorio eſt veniale, & non mortale, peccatum hoc detractionis in purgatorio purgatur, ergo non eſt mortale, ſed veniale.

Argumētum ſolutio. Vitium detractionis ferre ad omnes homines ſe extēdit ſimpliciter autē non.

Theologus huic argumento dicit, quod gloſa illa non vult innuere, quod detractio in toto genere humano inueniatur, id eſt in ſingulis hominibus, vnde in verbis ſuis addit, penè totum genus humanum periclitatur. Ratio inquit D. Th. quia infinitus eſt numerus ſtultorum, & pauci ſunt qui ambulant in via ſalutis, ſecundo gloſa hoc dicit, quia pauci, vel nulli ſunt, qui aliquando ex animi leuitate aliquid non dicant, vnde in aliquid ſaltem leuiter, alterius fama minoretur, in quibus veniale eſt peccatum, prout docet Apoſtolus Iacobus, cap. 3. quo in loco dicit Apoſtolus, ſi quis in verbo non offendit perfectus eſt. Detractio tamē formali, peccatum mortale eſt.

Confeſſionis ſolutio.

Ad confirmationem Theologus dicit, D. Auguſtinum loqui in caſu illo quo aliquis dicit aliquod leue malum de alio, non ex intentione nocendi, ſed ex animi leuitate, vel ex lapſu linguæ, iſtæ detractiones, vel murmurationes, reputantur peccata minima à D. Auguſtino quæ purganda ſunt in purgatorio. In hac igitur imperfecta detractione ferè omnes homines tenentur, & pro illis puniendi ſunt, vel hic, vel in purgatorio. Hæc ſint pro caſu, & dubio.

DISPVTATIO PRIMA in littera F.

De fama, & infamia.

IN caſu primo inueſtigat, An reuelare crimen occultum vni viro graui ac prudentiſſimo, qui retinebit certè apud ſe ſecretum, ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam.

In primo dubio poſtulat, An infamatus in vno loco de vno delicto, vbique ſit infamis de delicto illo.

In ſecundo caſu proponit quæſtionem inſignem thomiſtarum, An Homo poſſit diffamare ſeipſum abſque eo, quod teneatur ad reſtitutionem.

Caſus primus.

IN primo caſu quærit Lector, Si reuelare crimen occultum vni viro graui, & prudentiſſi-

mo

mo qui apud ſe retinebit ſecretum ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam. Caſum hunc mouet, quia thomiſtæ videntur eſſe diuerſæ opinionis, ſed quia diuerſitas iſta in rei veritate non eſt, ſed tantum in verbis, relictis argumentis pro vtraque parte dubij ad ſolutionem quæſiti pergamus.

Caſus deciſio.

LEctor Theologus circa hunc caſum duo facit. Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito; quo ad primum, diſtinctio eſt iſta. Reuelatio ſecreti proximi ſui, fit illi viro prudenti, cum cauſa, vel ſine cauſa, ſi fiat cum cauſa, hoc fieri poteſt virtuoſè abſque omni peccato, ſine cauſa autem non licet, & qui oppoſitum facit mortaliter peccat, & vt hoc clarè percipiatur, pono concluſiones.

Non eſt detractio neq; peccatum manifeſtare delictũ proximi viro prudẽti ad capiendũ conſilium.

Concluſio prima. Quando neceſſitas requirit conſilium circa crimen occultum, vel ex parte illius qui commiſit delictum, vel ex parte illorum qui ex tali delicto ſunt aggrauati poteſt requiri tale conſilium, & per conſequens manifeſtare poteſt iſte errorem proximi, perſonæ illi prudenti, vt conſilium capiat, ſed hoc accidit in multis caſibus; ergo (vrgente neceſſitate) poſſumus manifeſtare crimen occultum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur per exemplum, virgo quædam commiſit ſtuprum in domo Patris ſui. Mater non poteſt occurrere inconuenientibus propinquis, niſi reuelet factum viro ſuo, vel conſanguineo, vel confeſſario ad conſilium capiendum; ergo talis reuelatio non erit peccatum, immo erit actus virtutis, & hoc eſt, quod intelligit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod non læditur fama proximi ſaltem notabiliter ex eo, quod narratur ſecreto crimen tali perſonæ, apud quem proinde erit, ac ſi non eſſet dictum, vt contingit in colloquijs inter virum, & vxorem de criminibus filiorum, & idem de alijs. Ratio eſt, quia ex his non læditur fama proximi, ſed quæritur medicina ſanatiua illius conſcientiæ pro conſeruatione famæ illius. In iſto ſenſu loquitur Dominus Caietanus, & optimè quidem. Magiſter Dominicus Banenſis corroborat hanc veritatem tali ratione. Narrare crimen occultum quamuis graue honeſtatur (inquit) aliquando, vel propter vtilitatem Reipublicæ, vt quando manifeſtatur crimen hæreſis, vel propter vtilitatem eius cuius crimen narratur, vt quando adhibentur teſtes in correctione fraterna, vel propter vtilitatem tertiæ perſonæ, v.g. dum reuelatur alicui, quod parantur ei inſidiæ, ergo & idem fieri poterit, dum occurrit neceſſitas, & opportunitas perſonæ talis. Immo ad hoc ordinata eſt correctio fraterna, ſi enim non emendatur frater ex ſecreta correctione, emendabitur ex correctione facta coram teſtibus, vel facta ſaltem coram Prælato. Non enim teſtes, neque Prælatus ſcire poſſunt crimen contingendum niſi fuerit illis reuelatum.

Reuelare peccatum ſecretum proximi etiã viro prudenti abſque cauſa peccatum mortale eſt.

Concluſio ſecunda. Reuelare crimen ſecretum proximi ſine iuſta cauſa (etiam viro prudenti) peccatum mortale eſt ex ſuo genere, etiam quod ex hoc non ſequatur infamia quo ad alios, probatur hoc, quia in tali cauſa iſte remanet infamatus apud tantum virum, quod magis eſt quam eſſe diffamatum apud multos plebeios, propterea Angelicus Doctor dicebat in primo articulo q.73. 2. 2. in reſponſione ad ſecundum, quod qui reuelat crimen occultum vni viro, tantum lædit famam proximi non in toto, ſed in parte. Ab hac ſententia Magiſtri Dominici à Soto a qua non recedit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vt patet, nec eſt diſcedendum, vnde mirum eſt, quod Magiſter Sotus ſic appertè impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, debebat enim illum reducere ad bonum ſenſum, & ſic non ſe oſtendiſſet æmulum Caietani Illuſtriſſimi, ſed amatorem veritatis. At relictis illis in ſua ſententia, attendamus ad id quod deſeruit propoſito noſtro. Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod huiuſmodi manifeſtatio delicti occulti poteſt augere, & minuere culpam loquentis ex parte perſonæ de qua loquitur, & ex parte modi loquendi, & ex parte perſonarum poteſt minui, vel aggrauari peccatum. Nam ſunt quædam perſonæ quæ ex minimis inhoneſtis aſſirmatis, de illis redduntur infames, vt moniales, puellæ nubiles, pudicæ nuptæ, ſimiliter religioſi bonæ conſcientiæ, & opinionis. Manifeſtare de his minimum delictum occultum, mortale peccatum eſt, Ratio aſſignatur, quia bonum nomen illorum, & fama faciliter denigratur. Aliæ perſonæ ſunt quarum fama non ſic faciliter denigratur. Iuuenes ſeculares de fornicatione ſimplici, & forſitan de adulterio, & quod peius eſt de vitio nefando, ſi infamentur non aggrauantur, immo de his ſepiſſimè ipſi loquuntur, & gloriantur, iuxta illud dictum ſcripturæ. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, & quod dicimus de his dicere poſſumus de alijs in alijs generibus peccatorum, vt de fraude in negotijs, de non ſeruare promiſſum datum etiam ſub iuramento &c. Manifeſtare occulta, vt cum Domino Caietano Illuſtriſſimo, Magiſter Sotus, & Banenſis aſſirmant non eſt mortale peccatum, probatur, hoc quando communiter ex his infamia non prouenit his perſonis, ſi prouenit hoc eſt per accidens, de qua offenſa, tale genus infamatorum non curant, immo ex hoc gloriantur.

Aliquæ perſonæ de facili infamãtur ex detractione aliquæ autẽ non ſic de facili.

Conſiderata qualitate perſonarum de quibus eſt ſermo, conſiderandus eſt modus loquendi, vel ille qui loquitur contra proximum ſuum loquitur aſſertiuè de viſu, vel loquitur ex relatione, ex auditu aliorum, ſtante hac diſtinctione ponitur ſequens concluſio.

Ille qui aſſertiuè manifeſtat delictum occultũ proximi detrahit per ſe, qui ex auditu hoc facit detrahit per accidẽs.

Concluſio tertia. Manifeſtans delictum proximi occultum aſſertiuè, tanquam de viſu peccat mortaliter. Manifeſtans autem ex relatione aliorum ex auditu, vt in pluribus eſt peccatum veniale, probatur conclusio ita authoritate Illuſtriſſi-

ſi ei conueniens qualitas deeſt, ſed ad qualitatem rei cognoſcendam requiritur magna ſcientia, quæ plerique venditoribus deeſt, ergo non redditur venditio illicita propter rei defectum.

Argumenti ſolutio.

2 Theologus ad minorem dicit, cum D. Auguſtino 11. de ciuitate Dei, cap. 16. tomi 5. quod precium rerum venalium non conſideratur ſecundum gradum naturæ, cum quandoque pluris vendatur vnus equus quam vnus ſeruus, ſed conſideratur ſecundum quod res in vſum hominum veniunt, ideo non oportet quod venditor vel emptor cognoſcat occultas rei venditæ qualitates ſed illas ſolum per quas redditur humanis vſibus apta, puta quod æquus ſit fortis, vt bene viuat, & ſic in aliis. Has autem qualitates de facili emptor, & venditor cognoſcere poſſunt. Hæc ſint pro caſu. Nunc proponamus dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector, An vitium rei annullat contractum, & pro vtraque parte format ratiocinia.

Partis affirmatiuæ probatio.

Matrimonium contractum per errorem perſonæ non eſt validum, ergo neque contractus emptionis, & venditionis erit validus, quando vna res pro alia ſubſtituitur puta vna ſubſtantia pro alia, vel vna quantitas, vel qualitas pro alia, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis argumentatio. Si quis vendat vinum vnius patriæ pro vino alterius patriæ, vel quid ſimile dummodo ſit eiuſdem bonitatis. Iſte defectus non inualidat contractum, & tamen defectus eſt in ſubſtantia, ergo non omnis defectus in ſubſtantia, inualidat contractum emptionis, & venditionis.

Dubij deciſio pro vtraque parte principaliter pro affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secũdo ſoluit inſtãtias partis negatiuæ.

Contractus venditionis redditur illicitus ex defectu rei ĩ ſubſtantia, vel quãtitate, vel qualitate.

Concluſio prima. Per ſe loquendo, & regulariter quodlibet rei vitium, ſiue in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, irritat contractum emptionis, vel venditionis, v. g. quando res vitioſa venditur pro ſana, integra, & perfecta & ſine defectu. Concluſio iſta eſt certa ex his quæ diximus in deciſione caſus, probatur etiam hac ratione, ille contractus per ſe loquendo eſt inuoluntarius ex parte ementis, ergo per ſe loquendo eſt nullus, quia decipitur in re venali, valet conſequentia, quia apud iuriſperitos maior eſt læſio, quando quis decipitur in re venali, quam quando decipitur in precio, ipſi enim affirmant, quod læſio in ſubſtantia, quantitate, vel qualitate, dat actionem læſo, etiam ſi intra dimidium iuſti precij, vt habetur in capitulo Qui tuas de donationibus. Clarum eſt, quod lex humana non tribuit actionem læſo in precio niſi vltra dimidium, ergo maior læſio eſt quæ fit in venditione ex parte defectus rei venditæ, ſiue defectus ſit in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, ergo ex his merito contractus irritatur, ratio, quia læſio quæ fit in re venali ex quocunque prædictorum tollit ſubſtantiam contractus. His tamen non obſtantibus ponitur alia concluſio.

Defectus paruus in ſubſtãtia quãtitate, vel qualitate rei vendibilis non tollit cõtractum.

Concluſio ſecunda. Contingere poteſt, vt læſio ſit tam minima, in ſubſtantia, vel quantitate, ſeu qualitate, quod contractus ſit validus. Probatur concluſio iſta, quoniam in moralibus, parum pro nihilo reputatur. Confirmatur hoc, in venditione æſtimatio rei venalis attenditur ſecundum quod vtilis eſt ad vſum humanum, ſed quando eſt minimus defectus rei venalis ex parte ſubſtantiæ, vel quantitatis, uel qualitatis, res illa æqualiter ſe habet ad uſum humanorum actuum ex parte emptionis ergo uenditio illa ualida erit, hoc enim uidetur ab Angelico Doctore comprobari in ſolutione ad primum quando dicit quod ſi per artem alchimia fieret uerum aurum, licitum eſſet illud uendere pro auro naturali ecce quod, paruus defectus etiam in ſubſtantia, ſeu quantitate, uel qualitate rei, non uitiat uenditionem, iſtis ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit primæ inſtantiæ, quod ſi utrumque uinum ſit eiuſdem ſubſtantiæ quantitatis, & qualitatis, unum pro alio uendi poteſt relicto tamen mendatio. At ſi uinum iſtius patriæ habet aliquam proprietatem, uel qualitatẽ, quam non habet illud alterius patriæ, iniquum erit unum pro alio uendere, & contractus erit nullus, & quod dicimus de uino, affirmare poſſumus de frumento, & de ſimilibus. Cum de ſimilibus idem ſit iudicium.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator, & format ſecundã inſtantiam contra prædicta dicendo, quando emptor emit rem precioſam, quam uenditor, non æſtimat tantæ dignitatis, contractus eſt ualidus ergo pari ratione ualidus erit contractus, quando pro precioſa, & integra uenditur, licet in rei ueritate non ſit talis, ualet conſequentia, quia eadem eſt ratio de uenditore, & emptore, ut dictum eſt.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam huius inſtantiæ, ſi defectus ſit alicuius momenti, ſi defectus eſſet minimi momenti, concedimus totum, cum per ſecundam concluſionem dictum ſit, parum pro nihilo reputatur, ſimiliter hoc ad primum declarauimus, quia in contractu emptionis, & uenditionis attenditur rei utilitas, unde quando ſubſtituitur unum æquiualens in omnibus alteri, quod petitur, licita eſt uenditio, damnabile tamen eſt mendatium, quod dicitur in illa.

Inſtantia 3.

Argumentator inſtat contra defectum in quantitate. Dato caſu inquit, quod iudex per ignorantiam, uel malitiam taxaret precium rei uenalis multo minus iuſto, quam in rei ueritate ualeat res ipſa, in tali caſu licitè uenditor poterit minuere menſuram rei uenalis quantum neceſſe fuerit, ad ſupplementum iuſtum precium, ergo defectus in quantitate non irritat contractum.

Theo-

Inſtant. ſolutio. Theologus ad hanc inſtantiā dicit, quod non ſunt admittendæ de facili excuſationes venditorum, diximus nihilominus, quod ſi taxatio iudicis manifeſtè eſſet iniqua, licitum erit venditori vti cautela, prudenter tamen, neque per hoc faceret iniuriam emptoribus, quoniam in tali caſu datetur illis id quod debetur ex iuſtitia.

Inſtantia 4. Vltimo loco Argumentator ſe opponit ex parte qualitatis dicendo. Si Epiſcopus confert beneficiū indigno Hyppocritæ, putans illum eſſe digniſſimum, ſolutio beneficij eſt valida, ergo error in qualitate non irritat contractum venditionis, & confirmatur. Matrimonium contractum per errorem perſonæ in qualitate non irritat contractum matrimonij. Cum matrimonium illum validum ſit, v. g. vir contrahens, putat mulierem eſſe virginem, & non eſt, mulier contrahens putat contrahere cum diuite & eſt pauper, nihilominus matrimonium eſt validum, ergo multo magis contractum emptionis, & venditionis erit validus (non obſtante errore in qualitate rei) idem confirmatur ex parte ſubſtantiæ ſic. Si quis baptizaret Petrum, putans baptizare Paulum, realiter baptiſmus eſt validus, & verus, ergo à fortiori error in ſubſtantia non irritabit contractum emptionis, & venditionis.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod expedit pro bono communi Eccleſiæ, quod talis collatio beneficij ſit valida ad hoc, vt miniſtri Eccleſiaſtici, ſint certi, & determinati, hac de cauſa Eccleſia vult quod collatio beneficij teneat, etiam quod illi cui datur ſit indignus, cognita tamen eius indignitate priuari debet eum beneficio. Contractus tamen emptionis, & venditionis, cum pertineat ad bonum communitatis ſemper reputatur inualidus, quando defectus repentus ex parte ſubſtantiæ, ſeu quantitatis, vel qualitatis, quia eſt in detrimentum emptoris. Ad confirmationem dici poteſt, quod putare contrahere cum virgine accidit vno horum trium modorum, Primo habens hanc opinionem in mente ſua, quod mulier iſta eſſet virgo, & quod eam non acciperet in vxorem, ſi crederet, quod non eſſet virgo, Secundo conſentiendo in matrimonio cum ea conditionaliter mente tantum, ſine explicatione, Tertio explicando id quod habet in mente verbis, dicendo. Ego accipio te in vxorem ſi es virgo, ſi non es virgo, non te accipio. In primo ſenſu eſt verè matrimonium quoniam de ſubſtantia illius contractus non eſt, quod mulier ſit virgo. Idem dicitur de muliere erga virum, quia eſſe diuitem, non eſt de ſubſtantia matrimonij. In ſecundo ſenſu in foro conſcientiæ nō erit matrimonium, bene autem in foro Eccleſiæ, quæ iudicat de exterioti. In tertio ſenſu, in nullo foro erit matrimonium. In ſecundo autem ſenſu tenebitur vir ille conſentire in matrimonio etiam mente, quia grauiter decepit mulierem quæ putabat ſe illi coniungere in vinculo matrimonij, quæ iniuria aliter reſarciri non poteſt, niſi vir faciat verum matrimonium, etiam in foro interiori conſentiendo mente etiam in illo.

Conſentire in matrimonium ſub aliqua cōditione aliquādo dirimit ali quando non matrimoniū ipſum.

Ad vltimam difficultatem negat conſequentiam, quoniam baptiſmus ille validus eſt, intentio enim miniſtri in tali caſu debet ſe confirmare cum intentione Eccleſiæ. Miniſter enim baptizās, intendere debet illum circa quem exercet actum ablutionis quicunque ſit ille, ſi tamen miniſter Eccleſiæ intenderet baptizare Petrum, & non Paulum, vtique nullus eſſe baptiſmus, & ille peccaret mortaliter, ſi tamen intenderet baptizare illum cui infundebat acqua, baptiſmus teneret, etiam quod non eſſet Petrus, vt ipſe arbitrabatur, ſed Paulus, quod non putabat. In contractu autem emptionis, & venditionis requiritur conſenſus expreſſus, ex vtraque parte circa ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem rei venalis, propterea vbi adeſt defectus iſtorum, contractus nullus eſt. Hæc ſint pro dubio iſto accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector, ſi uenditor tenetur manifeſtare uitium rei uenditæ emptori, pro utraque parte ſunt rationes.

Pro parte affirmatiua eſt talis regula (inquit D. Amb. de officijs) iuſtitiæ manifeſta eſt, quod à vero non declinare uirum decet bonum, neque dam no iniuſto afficere quemquam. At ſi uenditor rem uitiatam uendit, & non manifeſtat uitium, iniuſtè afficit proximum, & ipſe declinat à bono, ſcilicet, à iuſtitia, ergo non ſolum non poteſt uendere rem uitiatam, ſed manifeſtare tenetur uitium illius.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Nil ſtultius reperiri poteſt quam manifeſtare defectum rei uendendæ, cum talis manifeſtatio impediat uenditionem, ergo uenditor non tenetur manifeſtare defectum rei uendendę.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubij deciſione ponit unam diſtinctionem, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, unā affirmatiuā, aliam autem negatiuam, & tandem ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, aut defectus rei uendibilis eſt occultus, uel eſt manifeſtus, aut infert damnum ementi, uel non, ſi primam concluſio eſt affirmatiua, ſi ſecundum concluſio eſt negatiua.

Venditor manifeſtare tenetur emptori vitium occultum, ſi infert damnum, vel periculū illi.

Concluſio prima. Si uitium rei eſt occultum, & infert damnum, uel periculum emptori, uenditor tenetur uitium illud indicare. Concluſio iſta ſic probatur. Dare alicui occaſionem damni, uel periculi, ſemper eſt illicitum, uenditor autem qui rem uendendam proponit uitioſam præbet emptori occaſionem damni, uel periculi, ergo peruerſè agit, ergo contra iuſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Maior propoſitio de ſe eſt manifeſta, Minor autem probatur, uenditor in uendendo rem uitioſam præbet occaſionem damni emptori, hoc clarum eſt, & manifeſtum, quia res uitiata minoris eſt precij quam ſana. Si autem pro ſana uenditur plus iuſto uenditur, & damnificatur

Digitized by Google

ficatur emptor, ſimiliter datur ei occaſio periculi ſi propter huiuſmodi vitium vſus rei reddatur impeditus, vel noxius. Puta ſi aliquis æquũ vmbroſum pro indefectuoſo vendit, qui emit illum poteſt maximum periculum incurrere, non valens effugere inimicos, vel latrones, & manere occiſum, vel ſpoliatũ, quod illi non accideret ſi æquus ille non fuiſſet vmbroſus, ſimiliter ſi quis venderet domum ruinoſam pro firma, peſtifera pro ſana, cibum venenoſum pro proficuo, in quibus, & ſimilibus caſibus, venditor ſi non manifeſtat vitium rei vendendæ emptori, vltra quod peccat mortaliter ad reſtitutionem damni dati emptori tenetur, & etiam damni occaſione illarum rerum recepti, quia culpa illius hæc damna paſſus eſt. Angelicus Doctor declarat, quinam ſunt illi ad quos pertinet remouere damna, & pericula proximorum dicendo, quod remouere damnum, & periculum proximi licet non omnibus ſit obſcriptum. Ad hoc tamen tenentur ſuperiores circa illos qui ſuæ curæ ſunt ſubiecti, & illi, quibus occurrit caſus, quando ei per alium ſubueniri non poteſt. In tali caſu reperitur venditor in ordine ad emptorem. Nam ſi ipſe non admoneat emptorem de vitio occultæ rei, alius hoc non faciet, & ſic incurreret periculum, & damnum. His pro prima concluſione ſeruatis, ponendæ ſunt aliæ.

Venditor nõ manifeſtans defectum rei, ſi affert damnum, vel periculum emptori peccat mortale, & ad reſtitutionẽ tenetur.

Concluſio ſecunda. Si vitium rei vendendæ eſt manifeſtum, non tenetur venditor admonere emptorem de vitio illo, hoc manifeſtat Angelicus Doctor dicendo, venditor non tenetur admonere emptorem, quod æquus vendendus eſt monoculus, vel claudus, &c. quoniam defectus iſte cum eſt manifeſtum, tenetur tamen venditor iſte, inquit Doctor Sanctus minuere de precio, ſi aliquis emere illum vult cum tali defectu, in aliquo ſuo exercitio, & hoc quia res non poteſt vendi plus quam valet, nec emere quis debet à iuſto precio.

Quando vitiũ rei vendende eſt manifeſtũ venditor non tenetur manifeſtare illud, ſed minuere de precio.

Concluſio tertia. Si vitium eſt occultum, & non damnoſum aut periculoſum emptori, non tenetur venditor illud manifeſtare emptori, tenetur tamen de illo precium minuere, quantum oportet propter talem defectum. Hanc concluſionem manifeſtat Magiſter Dominicus à Soto dicendo, intantum venditor tenetur admonere emptorem quatenus nullius ſit ei occaſio damni, vel periculi, ſed tunc, ſcilicet, quando non manifeſtat defectum rei venditor emptori nullum nocumentum dat, non eſt cauſa damni, vel periculi, ergo tunc poteſt rei ſuæ conſulere reticendo vitium, hoc probatur, quia ſi emptor ſciret vitium occultum forte renueret emere rem illam, etiam iuſto precio.

Venditor non tenetur manifeſtare defectum occultũ emptori, quãdo defectus nullum ei defert præiudicium.

Nota.

Vt igitur omnes iſtæ concluſiones præ oculis habeamus, ſummatim omnes illas hic ponamus. Si vitium rei eſt notum, & manifeſtum cuilibet, nulla adeſt neceſſitas manifeſtandi illud. Si vitium eſt occultum, & perniciosum emptori, neceſſe eſt illud patefacere emptori, ſi eſt occultum, & non perniciosum non tenetur venditor illud reuelare emptori, tenetur tamen ſubtrahere de precio pro qualitate vitij, alias pluris venderet rem quam valet, quod iniquum eſt, & vt perfectius cognoſcamus naturam præcipuè vltimi contractus, obſeruandum eſt, id quod obſeruat Banenſis, ſcilicet, quod quando venditor, vendit rem uitioſam non tamen pernitioſam emptori, dupliciter procedere poteſt, Primo mere negatiuè tacendo uitium rei, Secundo poſitiuè affirmando, nullum uitium eſſe in re illa, uel ſi eſt interrogatus de uitio reſpondeat negatiuè, uel tacendo, ſcilicet, non reſpondendo, uitium affirmando ſuo ſilentio, iuxta dictum illud uulgatiſſimum qui tacet confirmat, ſimiliter emptor, in emendo rem ipſam dupliciter habere ſe poteſt, Primo infra ſeipſum intelligendo non emere rem ipſam ſi ſciret tale habere uitium, non tamen explicando ſuam intentionem. Alio modo explicando dicendo uenditori, ſi res iſta habet tale uitium illam emere non intelligo. & ne diſtinctio iſta patiat confuſionem in mente ſimplicium, ut facilius percipiatur pono alias tres cõcluſiones.

Concluſio prima, Quando uenditor nihil dicit de uitio rei non pernitioſo, quamuis emptor haberet intentionem uirtualem non emendi rem illam ſi ſciret quod illa haberet tale uitium, quod tamẽ non explicat emptori, ualidus erit contractus in tali caſu. Probatur concluſio iſta ſic, quilibet contractus per ſe loquendo ualidus eſt, quando celebratur ſecundum rationem iuſtitiæ commutatiuæ. At contractus iſte ita celebratur, probatur hoc, quia datur res utilis emptori, pro qualitate iuſti precij, ergo ualidus eſt contractus. Probatur hoc uice uerſa. Si emptor iuſto precio emit aliquam rem, cuius uirtutem ſingularem non cognoſcit uenditor, neque communiter cognoſcitur, emptor non tenetur uirtutem illam indicare uenditori, neque augere precium, ſufficit enim dare precium ſecundum communem æſtimationem, ergo à ſimili, uenditor non tenebitur indicare uitium rei occultum, quando non eſt damnoſum, uel pernicioſum, modo ſit utilis pro precio pro quo datur.

Concluſio ſecunda. Si uenditor in tali uenditione, Secundo modo ſe habet, uel ſponte affirmando non habere uitium, uel interrogatus ſuo ſilentio credere faciat emptori, quod nullum habeat uitium, tunc contractus eſt inualidus, & illicitus. Probatur concluſio iſta, quia uenditor ex officio ſuo tenetur dicere ueritatem, quando interrogatur neque poteſt mentiri, ergo ſi contrarium operatur decipit emptorem, & per conſequens contractus erit inualidus.

Declaratur quando venditor non tenetur manifeſtare vitium nõ damnoſũ, & pernitioſũ emptori.

Concluſio tertia. Si uitium rei reddat illam omnino inutilẽ emptori (etiam ſi nõ ſit pernicioſum) contractus erit inualidus, & uenditor tenebitur ad reſtitutionem, Probatur hoc, quia in tali caſu nulla eſt uoluntas emptoris emẽdi ſibi rem inutilem. Corroboratur concluſio iſta. Contractus emptionis, & uenditionis introductus eſt in Republica pro utilitate contrahentium, cum ergo emptio talis omnino inutilis emptori ſit, nullus erit contractus, ſi uenditor taceat uitium illud ſi de eo fuerit interrogatus, quia eſſet factus in fraude.

Contra, inquit Argumentator. Si res illa utilis non eſt iſti, alijs poteſt eſſe utilis, propterea

Inpugnatio.

iſte

Digitized by Google

iſte vendat illã, & ex emptione vtilitatẽ habebit.

Impugnationis dilutio.

Theologus ſatisfacit impugnationi dicendo, quod iſte emit rem pro proprio victu non pro proprietate aliorum, ergo fit in ingiuria illius dum cogit illam vendere, ſi tantum emptor eſſet negotiator, & venditor putat, quod emat, vt reuendat contractus validus erit.

Confirmatur ipſa concluſio. Si res ſit pernicioſa emptori quamuis alijs vtilis ſit, contractus eſt inualidus, vt ex ſuperioribus patet à ſimili, ſi res ſit omnino inutilis emptori erit irritus contractus, etiam quod alijs vtilis eſſe poſſit. His non obſtantibus opinio contraria multis rationibus conatur probare ſuam ſententiam, quæ rationes neceſſario ſunt ſoluendæ.

Impugnatio prima.

Si emptor inquit argumentator ſciret vitium illius rei non emeret illam, ergo contractus ille eſt inuoluntarius, & inualidus.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat antecedens, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod contractus non fuit omnino inuoluntarius ex iuſtis, quoniam habuit rem illam pro precio iuſto, ſi tamen rem illam poſſet habere precio viliori iuſto, tum emptio ipſa eſſet inuoluntaria ſimpliciter.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Argumentator, venditor tacens vitium rei decipit emptorem, ergo emptio illa omnino fuit inuoluntaria, ergo &c.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat antecedens, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod ad hoc, quod venditor decipiat emptorem, oportet vt à venditore interrogetur de vitio rei. At quando emptor non interrogat, decipit ſeipſum emendo rem vitioſam pro ſana (iuſto precio tamen.)

Impugnatio tertia.

Non acquieſcit Argumentator de nouo inſtat dicendo. Contractus ille non eſt licitus, vbi vna pars vltra iuſtum grauatur, ſed in hoc caſu grauatur emptor, quia cum venit in cognitione vitij cogitur detinere apud ſe rem ſibi non gratam, & ſi vult illam vendere, aut tenetur manifeſtare vitium, & videre cui dat illam, aut non? ſi ſic ecce aggrauium maximum, ſi non, defectus ille alteri pernicioſus eſſe poterit. v.g. æquus cum vitio vtilis eſſe poterit medico, militi autem inutilis, & nociuus, ſi tu non manifeſtaſti medico vitium æqui quem vendidiſti illi ſibi non nociuum, ille poterit vendere alteri puta militi, cui tale vitium valde nocebit, vnde medicus (culpa ſua) valde nocebit militi illi.

Impugnationis reſpõſio.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod licet ſit aliqua moleſtia emptori, habere rem ſibi ingratam non tamen ex hoc contractus redditur inualidus, ſi emptio fuit iuſta, ſi tamen deeſt coniectura, quod emptor reuendet æquũ, oportet tunc illi manifeſtare vitium, ne decipiat alium pernicioſè, vel vendat illum, vltra iuſtum precium.

Impugnatio quarta.

Contra inquis Argumentator læſio propter vitium rei maior eſt quam læſio propter iniquitatem precij (vt dictum eſt ſuperius) ſed læſio propter iniquitatem precij irritat contractum, ergo multo magis irritabitur dum emptor ignorat vitium rei.

Impugnationis dilutio.

Theologus ad minorem dicit, quod maior eſt læſio quæ ſe tenet ex parte iuſti precij, quam illa quæ procedit ex ignorantia vitij non nocui, propterea prima læſio impedit contractum, non autem ſecunda iuxta doctrinam illatam in concluſionibus ſuprapoſitis. Standum eſt igitur in doctrina illa, ſcilicet, quod qui non manifeſtat vitium occultum non nociuum, & iuſto precio vendit rem illam, quod vtitur iure ſuo, & neminem lædit, dum de hoc non ſit interrogatus, quod etiam agnouit Diogenes apud Ciceronem lib. 3. de officijs, vbi dicebat aliud eſt celare, aliud tacere, dum quod prodere teneris, non prodis celas. Taces, dum loqui iure non cogeris. Si vitium rei venalis affert damnum, vel periculum emptori vtique manifeſtandum eſt, vt diximus, & ſi nouit quod emptor reuendere rem illam intendit, admoneat de vitio rei vt vendat illam iuſto precio, & nec ſit occaſio damni, vel periculi alteri.

Nota. Aliud eſt celare vitiũ rei vendende, & aliud tacere primum non licet ſecundum ſic.

Notandum eſt etiam ex Magiſtro Dominico à Soto, quod per accidens venditor aliquando nõ tenebitur manifeſtare qualitatem, & defectum rei vendibilis, ſiue defectus ſit in ſubſtantia, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate. v.g. quando aſſignatur preciũ à lege, de vino, oleo, &c. exẽpli gratia. Si vino aromatico aſſignatum fuiſſet precium vilius in comparationem ad vinum vilius, vel deterius, ſeu in comparationem præcioſitatis vini ex culpa miniſtri, vel ex alia cauſa, dicit Sotus ipſe, quod ex tali cauſa poteſt vẽditor ponere aliquod vinum deterius in illo quoadusque veniat ad precium iuſtum, ratio eſt inquit, quia in his regula uera eſt lex naturalis, quæ nulli iniuriam facit.

Per accidens aliquando vẽditor non teneiur manifeſtare vitiũ rei vendendæ.

In hoc autem aduertat confeſſarius, ne ſit facilis ad concedendas tales licentias pœnitentibus, quia aſtutia diaboli inglutinat conſcientias noſtras, propterea à iuſto non recedãt, & teneant pœnitentes in timore Domini. Pœnitentes ſeu uenditores iſti ſi ab emptoribus interrogantur, ſi ibi eſt mixtio aliorum uinorum ueritatem dicere tenentur. Ratio eſt, quia ſi emptor acciperet tale uinum pro medicina, ſi eſſet mixtum, & non ſimplex aromaticum, hoc illi eſſet nociuum, & quod dicimus de uino, dicimus de alijs ſimilibus, & hęc ſint pro dubio iſto ad aliud accedamus.

Dubium parum.

IN iſto dubio quærit Lector, An mixtio lanarum aliquando ſit licita eſt hic mercator pannorum, qui cum lana ex Hiſpania tanti emat, ut ſi pannum ex illa integrè conficeret, & uenderet, uel amittit de capitali, uel parum lucretur, ideo commiſcuit illis alias lanas, & cõtexit occultans huius uitium emptoribus, quia ſi illud ſcirent neutique emerent tanto precio, quærit enim Lector ſi iſte peccat mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

Dubij reſponſio.

THeologus per diſtinctionem ſoluit huiuſmodi dubium dicendo, aut uitium panni eſt perni-

Venditio patri ex diuerſis lanis mixti aliquãdo peccatum mortale eſt & obligat ad reſtitutionẽ aliquãdo non.

pernitioſum, venditor non ſolum peccat mortaliter (non manifeſtando vitium) ſed ad reſtitutionẽ tenetur. Si vitium non eſt pernitioſum, aut vendit pannum illud diminuto precio, aut tali precio ac ſi in ipſo nullum eſſet vitium. Si primum non peccat neque ad reſtitutionem tenetur, ſi ſecundum, & peccatat mortaliter, & ad, reſtitutionem tenetur, quia vendit vltra iuſtum precium. Si non vendit vltra iuſtum precium, & æqualiter deſeruit emptori, ſicut ſi eſſet totum ex lana Hiſpanica, tunc inquirimus. An emptor interrogauit venditorem ſi eſt ſimpliciter ex lana Hiſpanica, vel non, ſi dixit, quod illud emere non intendit ſi non eſt totum ex lana tali; Si emptor non fecit tales interrogationes, & proteſtationes, non peccauit venditor non manifeſtando defectum, & contractus validus eſt. Si autem illas fecit, & venditor vitium negauit, contractus eſt nullus, & peccauit dicendo mendatium, præcipuè ſi adeſt iuramentum. In primo ſenſu non peccauit, quia nulla lex cogit venditorem, vt admoneat emptorem, niſi quando ex defectu mercium damnum, vel periculum immineat illi. Neque ad hoc vrget charitas, quia non adeſt neceſſitas. Neque cogit iuſtitia, quia non adeſt notabilis iactura. Hæc ſint pro dubiunculo iſto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij principalis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Vitium rei vẽdendæ manifeſtandũ eſt. nõ omnibus, ſed illi qui a cauſa emere vult.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, non oportet, quod aliquis per præconem rei vitium vendendæ prænunciet, & rationem aſſignat Doctor Sanctus dicendo, quia ſi prædicaret vitium, extinerentur emptores, ab emendo dum ignorarent alias bonas conditiones rei ſecundum quas eſt bona, & vtilis, ſed ſingulariter dicendum eſt vitium ei qui ad emendum attendit, qui emens poteſt ſimul omnes conditiones adinuicem comparare, bonas, ſcilicet, & malas, & conſiderare ſi res cum tali defectu ſibi deſeruiat, nam aliquando res in aliquo vitioſa, in multis alijs vtilis eſſe poteſt.

Inſtantia 2.

Inſurgit Lector dicendo, venditor ad emendã rem ſuam non cogit emptorem, ſed illam eius iudicio ſupponit, videat emptor ſi res cum tali vitio deſeruiat, an non. non ergo videtur imputandum eſſe venditori, ſi emptor in ſuo iudicio decipiatur, præcipitanter emendo, abſque diligenti inquiſitione, de conditionibus talis rei.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod licet emptor coactè nõ emat rem vitioſam. Incumbit tamen uenditori manifeſtare uitium rei, ne ſit ei occaſio damni, uel periculi, non in publico, ſed priuatim, & oſtendere quod minus de precio quã ualeret ſi non haberet talem defectũ, ut uideat, ſi ſibi expedit emere rem defectuoſam pro precio uiliori.

Inſtantia 3.

Contra inquit Lector talis diminutio de precio non ſatisfacit, probatur, quia quandoque diminutio precij etiam rei non uitioſæ non ſatis eſt propter aliquod aliud accidens. Puta ſi uenditor deferens triticum ad locum ubi eſt careſtia frumenti, ſciat multos uenire qui deferant granum quod ſi ſciretur ab ementibus minus precium darent, hoc iſte non tenetur dicere uenditoribus, ergo pari ratione nec uitium rei uendendæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod uitium rei facit rem in præſenti eſſe minoris ualoris quam uideatur, ſed in caſu in argumento in futuro res expectatur eſſe minoris ualoris per ſuperuentum negotiatorum, qui ab ementibus ignorantur ubi uenditor qui uendit rem ſuam, ſecundum precium, quod currit, tunc non uidetur contra iuſtitiam facere ſi quod futurum eſt non exponat, ſi tamen exponeret, uel de precio ſubtraheret, abũdantioris eſſet uirtutis inquit Doctor Sanctus quamuis ad hoc non uideatur teneri ex debito iuſtitiæ. Circa quam reſponſionem Magiſter Dominicus à Soto dicit, quando uenditor uendit rem perfectam, precio quo in præſenti currit, etiam quod ſciat, quod ſtatim precium diminuendum ſit, puta, quia in promtu adeſt copia talium mercium. u.g. eſt hic mercator habens copiam frumenti, eſtque ei nuntiatum, quod in uia ſunt multæ naues onuſtæ granis ipſe nihil de hoc dicit emptoribus, ſed uendit frumentum ſuum iuſto precio, in quo caſu à iuſto non recedit, ſed uſus eſt prudentia ſua. Immo dicit Magiſter Dominicus Banenſis, quod ſi uenditor iſte interrogaretur, An ſit futura magna copia granorum ſi dicat hoc neſcire, uel quod non ſit futura, talis non peccaret contra iuſtitiam, licet ueritatem non manifeſtet, (peccaret utique quia mendacium diceret) non peccaret contra iuſtitiam, quia contractus iſte haberet omnia requiſita ad perfectum contractum uenditionis, & emptionis, traduntur enim merces abſque uitio, & precio iuſto.

Venditor nõ tenetur minuere de iuſto precio licet ſciat de proximo futuram eſſe copiam talium mercium.

Impugnatio

Contra inquit Argumentator, tale mendatium eſt pernitioſum, & in damnum proximi, ergo etiam eſt contra iuſtitiam.

Impugnationis dilutio.

Mendacium officioſum in negotiatione non obligat ad reſtitutionem qui vitioſum fic.

Theologus huic impugnationi dicit, quod mẽdacium illud formaliter non eſt pernitioſum, ſed officioſum, rationem aſſignat dicendo, quod iſte ordinat mendacium hoc ad fugiendum damnum ſuum, quod reciperet in uenditione ſuarum mercium. Si autem uenditor iſte damnificat emptorem, hoc facit per accidens, inquantum, non manifeſtat merces propinquas, tamen hoc facit ad euitandum damnum ſuum non ad inferendum damnum proximo ſuo. Si autem alius dixiſſet mendacium illud, hoc perniciosè, & non offitiosè faceret, quia ex tali mendatio nec fert bonum proximo, neque malum effugit, ut fecit mercator ipſe.

Quod diximus de uenditore, dicendum eſt etiam de emptore proportionaliter. u. g. ſi ſit futuram magnam copiam emptorum, ex qua augebitur precium mercium, non facit contra iuſtitiam, ſi emit precio currenti, ut fecit Meliſius Phyloſophus, qui emit magnã copiam olei, ſciens per Aſtrologiam, futuram ſterilitatem oliuarum, & hoc fecit, ut oſtenderet, quod ſapientia faciliter

ditare

ditate poteſt, licet ſapiens contemnere debeat diuitias, ne præbeat illi impedimentum ſtudendi, & Patriarcha Ioſeph ex reuelatione diuina nouit ſeptem annos ſteriles, ideo in præcedentibus ſeptem annis pinguioribus emit multa grana, ex quibus multas diuitias accumulauit Pharaoni Regi Domino ſuo. De hac re abunde loquitur Magiſter Dominicus Banenſis, & Magiſter Dominicus à Soto de iuſtitia, & iure, loco ſupracitato.

Inſtantia 4. Non acquieſcit Argumentator, inſtat vltimo loco dicendo, Magis neceſſarium eſt homini, vt cognoſcat viam virtutis, quam vt cognoſcat vitia rerum quæ venduntur. Sed homo non tenetur cuilibet conſilium dare, & veritatem dicere de his quæ pertinent ad virtutem, quamuis nulli debeat dicere falſitatem, ergo multo minus tenetur venditor vitia rei vendita dicere quaſi conſilium dando emptori.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo ad minorem, quod quamuis homo non teneatur ſimpliciter homini dicere veritatem de his quæ pertinet ad virtutem, ſeu ad veritatem, tenetur tamen in caſu illo de his dicere veritatem, quando ex eius facto alteri periculũ immineret, in detrimentum virtutis niſi diceret veritatem, quod accidit in propoſito. Hæc ſint pro dubio iſto, ponendum eſt vltimum.

Dubium particulare.

IN hoc dubio quærit Lector ſi æqualis ſit conditio vendentis, & ementis, & pro vtraque parte format rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta à lege iuſtitiæ commutatiuæ, quæ ordinat, quod æqua ſit conditio vendentis, & ementis, ergo, &c.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. *Si* eſſet æqualis conditio vendentis, & ementis, ſequeretur, quod peritiſſimus lapidarius qui cognoſceret ſingularem valorem alicuius margaritæ, non cognitam communiter ab omnibus etiam lapidarijs, quod non poſſet emere minori precio quam valet, ſicut nec venditor poteſt illam vendere maiori precio quam valet, ſed hoc primum eſt falſum, ergo non æqualis eſt conditio, &c.

Prima pars probatur, adeſt, verbi g. Ruſticus qui margaritam æſtimatam à lapidarijs octingenta ſcuta, tamen propter virtutem occultam quam in ſe habet excedit valorem mille ſcutorum. Cui accedit peritiſſimus iſte lapidarius, & emit illam à ruſtico illo pro mille. Clarum eſt, quod lapidarius iſte poſſidet margaritam iſtam minori precio quam valet. Si tamen ruſticus ille venderet margaritam hanc pro mille, quæ ex ſententia peritorum non valet niſi octingenta, verè contractus eſſet illicitus, ergo de primo ad vltimum non eſt æqualis conditio ementis, & vendentis.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubiũ duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum.

Concluſio prima, æqualis eſt conditio ementis, & vendentis. Concluſio iſta certiſſima eſt ex his quæ adducta ſunt in argumento pro parte affirmatiua, & declaratur ſic. Nam ſicut venditor vendens rem vitioſam pro integra peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Ita emptor peccat, & ad reſtitutionem tenetur emendo rem integram pro vitioſa. Itaque ſicut venditor tenetur dicere, & manifeſtare vitium rei pernitioſæ, etiam non interrogatus, vt euitetur periculum proximi, & minuatur de precio. Ita emptor tenetur augere precium cognoſcens valorem rei, vel hoc debet reuelare venditori. Ratio eſt quoniam contractus emptionis, & venditionis eſt actio iuſtitiæ commutatiuæ, ergo æqualiter habere ſe debet reſpectu vtriuſque. — *In emptione manifeſtãdũ eſt virtus rei, & in venditione vitium, ne altera pars ſit grauata.*

Concluſio ſecunda. Quando in ipſa re venali, eſt aliqua virtus ſpecialis, quæ communiter ignoratur ab hominibus, etiam peritis in illa arte, non tenetur emptor peritiſſimus cognoſcens virtutem illam indicare eam venditori, ſed licitè poterit illam emere precio communi, & rationem aſſignat dicendo, precium iuſtum æſtimatur ſi à peritis pro iuſto habetur. At virtus illa particularis nec à peritis cognoſcitur, licet à peritiſſimo illa cognoſcatur, ergo emptor, non tenetur dare precium pro virtute illa occultiſſima. Confirmatur hoc. Nam ſi lapidarius ille qui ignorat hanc virtutem, emiſſet gemam illam, prout æſtimatur à peritis, iuſtum eſſet precium, etiam quod poſtea ueniret in cognitionem talis uirtutis, non teneretur ad aliquam reſtitutionem, ergo ſi illam uirtutem ſciens ante, emeret rem illam iuſto precio, ſecundum judicium peritorum in arte illa, non tenetur ad reſtitutionem, ualet conſequentia, quia ille qui ad reſtitutionem ex iuſtitia ante emptionem tenetur, etiam ad hoc tenetur, & poſt emptionem, hoc confirmat Magiſter Dominicus Banenſis dicendo, quod quando Hiſpani inuenerunt Indias, poterant emere ab Indis aurum, & margaritas ſecundum exiſtimationem illius Reipublicæ, neque tenebãtur indicare, quãtũ ęſtimarentur in alijs regionibus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. EX his manet ſoluta inſtantia pro parte negatiua dubij adducta, quę ſolutio in hoc conſiſtit, quod lapidarius ille peritiſſimus tenetur indicare abſque dolo ualorem illius margaritę ſecundum ęſtimationem communem ſapientum. & id quod dat ultra debitum iuſtitię ſecundum communem ęſtimationem gratis dat.

Inſtantia 2. Inſurgit argumentator dicendo. Qui emit

agrum in quo certus eſt latere theſaurum, non tenetur indicare domino agri ignoranti ſecretum illud, ſed poteſt agrum emere ſecundum communem æſtimationem, & tamen venditor vnquam poteſt illud vendere maiori precio currenti, ergo non æqualis vtriuſque conditum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit huic inſtantiæ, vel theſaurus inuentus eſt in proprio fundo, vel in alieno. Si in proprio fundo totus eſt inuentoris. Si in alieno, vel quæritur ex intentione, vel inuenitur caſu, ſi ex propoſito quærebatur totus eſt reſtituendus Domino agri, vel illi qui illum ibi abſcondit ſi noſcitur, ſi caſu inuentus, diuidendus eſt æqualiter inter Dominum fundi, & inuentorem, vnde ad argumentum dicit, quod finis per ſe emendi agri eſt fructificatio, quod autem in eo lateat theſaurus, eſt quaſi per accidens, propterea qui eum inuenit eſt eius, ſi eſt iam Dominus agri, ſi nondum eſt Dominus, eſt eius pro medietate, & alia medietas eſt veri Domini, vel Principis, ſi hoc ſibi ſeruauit, ſcilicet, theſauros qui ſub terra, vel alio in loco latent. Hæc ſint pro dubio illo ad ſufficientiam dicta.

Dubium quartum.

LEctor in dubio vltimo quærit, An liceat rem carius vendere quam emere negotiando? Et rationes pro vtraque parte dubij adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, Illud quod eſt neceſſarium pro bono publico eſt licitum, negotiatio eſt neceſſaria pro bono publico, ergo eſt licita, ſed negotiatio non ſeruatur niſi cum lucro, ergo negotiando licitum eſt vendere rem carius quam ematur; vel licet minus emere quam vendatur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Si negotiatio licita eſſet (ad hoc videretur licita) vt homo venderet non ſibi neceſſaria, & emeret ſibi neceſſaria. At negotiator non vendit ſuperflua, vt ſibi emat neceſſaria, ſed emit, vt reuendat, ergo negotiatio licita non eſt, Antecedens habetur ex Ariſtol. 1. Pol. cap. 6. vocat enim contractus naturales illos, qui in commutatione rerum pro vitæ ſubſtentatione fiunt, & emptiones negotiatorias appellat contra naturam, & aſſignat rationem, quia finis illarum eſt indebitus, ſcilicet, lucrum ex cuius inſatiabilitate res venales continuè creſcunt.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua primo, & ſecundario pro parte negatiua.

Negotiatio idẽ eſt, quod ſine otio, quia non relinquit negotiatores quietes, vllo tempore.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quoad primum declarat quid nominis, & quid rei negotiationis, ſimiliter ponit duplicem commutationem. Dicit igitur quod negotiatio, quod ad quid nominis, idem eſſe, quod abſque otio, ideſt negotiatio eſt continua occupatio, rationem aſſignat huius interpretationis dicendo, quia negotiatores nunquam quieſcunt, ſemper ſunt in ſolitudinibus, neque per dies, vel noctes te quieſcunt, quo ad quid rei, negotiatio deſcendit ad particularem commutationem rerum, particulariter negotiari eſt exercere mercaturam, qua de cauſa negotiatores dicuntur emptores, quia ex omnibus locis ſimul emunt, dicuntur tamen mercatores, quia ad hoc emunt vt reuendant, & lucrentur.

Secunda diſtinctio, dupliciter aliquis emit rem, vt reuendat illam, Primo emendo rem, vt melioratam vendat illam. v.g. emit panum rudem, vt purificatum, & mundatum illud reuendat. Emit aues, vt doceat illas canere, & venundantur præcioſiori precio, emit pullum, vt factus æquus, & edoctus vẽdatur multo, & ſic de alijs. Tales enim negotiationes non ſunt puræ negotiationes, ſed inter artes mecanicas computantur. Ratione ſic oſtenditur. Nam iſti quærunt lucrum de re, inquantum ſua induſtria, & arte eſt meliorata, negotiatio autem mera (de qua in præſentiarum tractamus) eſt, qua quis aliquid emit, vt vendat illud prout eſt in ſe cum lucro, abſque eo quod illud ad maiorem perfectionem redducat.

Negotiatio eſt qua quis aliquid emit, vt vendat cũ lucro abſque eo, quod meliorata ſit res ipſa venalis.

Tertio eſt notandum ex Ariſt. 1. Pol. cap. 1. 5. & 6. tom. 5. quod duplex eſt rerum commutatio, vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, ſed magis ad œconomicos, vel politicos, qui habent prouidere, vel domus, vel ciuitati de rebus neceſſarijs ad vitam. Alia vero commutationis ſpecies eſt, vel denariorũ ad denarios non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, & huiuſmodi negotiatio pertinet ad tractatum de cambijs, de qua diſputabimus loco ſuo, huiuſmodi negotiatio ad negotiatores propriè pertinet ex Ariſt. lib. 1. Pol. cap. 6. tom. 5. His ſtantibus pro primo puncto accedendum eſt ad ſecundum, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Concluſio prima. Negotiatio de ſe intrinſicè, neque eſt bona, vt charitas, vel alia virtus, neque ab intrinſico eſt mala, vt mendacium, ſed eſt indifferens, vt comedere, quod reſpectu finium diuerſorum, poteſt eſſe bonum, & malum, ſimiliter, & ipſa negotiatio, reſpectu diuerſorum finium poteſt eſſe bona, & mala, ſi ordinatur ad bonum finem eſt bona, ſi ad malum eſt mala.

Negotiatio de ſe intrinſicè non eſt bona neque mala, ſed indifferens.

Concluſio iſta elicitur ex verbis D. Auguſtini. Fornicari ſemper hominibus non licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet (temporibus interdictis non licet) temporibus autem non interdictis licet, licet laicis, pro ſubſtentatione Reipublicæ, vel familiæ. Non licet clericis, quoniam abſcripti ſunt ad ſeruitium diuini cultus, ergo negotiatio poteſt eſſe bona, & mala, licita, & non licita, ergo intrinſicè, non eſt bona, vel mala.

Con-

Negotiatio ex parte finis, ſcilicet, lucri habet turpitudinē annexā, niſi lucrum ad finem honeſtū ordinetur.

Concluſio ſecunda. Negotiatio conſiderata ex parte finis, ſcilicet, lucri quandam turpitudinem per ſe fert inquit Doctor Sanctus 2. 2. q. 77. a. 4. & cōfirmatur ex Ariſt. 1. Pol. cap. 6. proutin argumento pro parte negatiua dubij, vbi vult, quod negotiatio ſit ars contra naturam, & quod finis negotiationis ſit turpis, rationem aſſignat, quia appetitus pecuniæ non ſatiatur, lucrari enim per ſe nihil neceſſarium, & honeſtum nominat, ſi tamē lucrum habitum ex negotiatione ad honeſtum finem eſt ordinatum, puta ad ſubſtentationem familiæ, vel ſubueniendū reipublicæ in aliqua neceſſitate poſitæ, puta deferendo granū, vinū, oleum, & ſimilia, tunc negotiatio licita eſt, ſi exerceatur debito modo.

Concluſio tertia, licet negotiationis gratia mercēs carius vendere quam emere, ratione impenſarum, laborum, in ordine ad loca, & tempora.

Concluſio iſta probatur, quia merces plus, & minus valent pro loci, & temporis diuerſitate, vt experientia ipſa docet, ergo &c.

Ars negotiatoria ex multis circunſtantiis redditur illicita, in ordine ad ſe, ad locum, & tēpus.

Ex his concluſionibus ſequitur vnum corrollarium, tale ars negotiatoria ex multis circunſtantijs illicita redditur, vel ex obiecto, vt quādo quis vendit res inuendibiles, vt ſacramenta, vel res ſacras, vel ex perſona, exempli gratia ſi Clerici negotientur, Cum illis ex ſacris canonibus, interdicta ſit negotiatio. 88. Inquit enim D. Auguſtinus Laicis licet, Sacerdotibus negotiari non licet, vel ex parte perſonæ cum qua tractatur, Chriſtianis enim non licet arma deferre infidelibus, vt patet extra de Iudæis, ſimiliter negotiatio eſt illicita ratione temporis, ſcilicet, ratione feſtorum, his diebus negotiari non licet, prout habetur de ferijs capite 1. ſimiliter prohibetur ratione loci illiciti. Hac de cauſa etiam in loco ſacro negotiari non licet, in ſignum cuius Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes. Obſeruandum tamen eſt, quod huiuſmodi circunſtantiæ, ſcilicet, temporis, & loci, tunc inducunt mortale quando cauſant ſcandalum, quando ſcandalum non cauſatur peccatum veniale iudicatur. Mendacia, & fraudes, licet in omnibus artibus reperiri poſſint, tamen in negotiatione frequentius apparent, ratio eſt, quia præcipuè in hac arte reperitur ineſtinguibilis ſitis lucri. Artifices omnes vtique quærunt victum abundanter ex arte ſua. At mercatores non contentantur de hoc, ſed in paruo tempore volunt diuites fieri, quæ quidem auiditas, animum abſorbet, mendacia nutrit, & multa alia mala facit, q explicare impoſſibile eſt; Nihilominus ſunt multi qui ad negotiationes tendunt, quoniam ſine labore, & magno ſudore exercentur, & negotiatores in gradu nobiliori, & honorabiliori ſupra artifices collocantur, qua de cauſa multi (relictis artibus mecanicis) ad negotiationes ſe tranſferunt, & vijs, & medijs omnibus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, per fas, & nefas, diuites fieri volunt, de quibus mercatoribus loquens D. Ioan. Chriſoſtomus merito dicit, quod nullus mercator poteſt placere Deo, & quod nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſi voluerit eſſe mercator eijciatur ab Eccleſia Dei. His pro ſecundo puncto declaratis, pergamus ad tertium, ſcilicet, ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ caſus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Negotiatio ex fine poteſt eſſe bona, & mala, licita, & illicita.

THeologus negat minorem propoſitionem inſtantiæ adductæ pro parte negatiua caſus, & ad probationem dicit, quod Ariſt. ibi loquitur de negotiatione cuius finis primarius eſt lucrum, talis negotiatio vtique eſt mala, illicita, & contra naturam. Nos autem loquimur de negotiatione cuius finis per ſe non eſt lucrum, ſed ſubſtentatio familiæ, cuius lucrum ordinatur ad honeſtum finem, ſcilicet, ad ſubſtentationem familiæ decenter, vel ad patriæ ſubleuationem. Negotiatio autem illa, quæ cauſat augmentum precij mercium, & ruinam pauperum eſt contra naturam, non propriè eſt negotiatio, ſed peſtis negotiationis, de his negotiationibus, & negotiatoribus quorum finis principalis eſt lucrum, loquitur D. Chriſoſtomus, Nec non, & Caſſiodorus. Cum quidem dicendo negotiatores illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum, polluunt merces ſuas plus præcijs imponendo, quam præcijs. Hoc enim certiſſimum eſt, & experientia docet. Mercator autem iuſtus, & timoratus gratus eſt Deo, nec eſt ab Eccleſia Dei eijciendus, ſed amplectendus eſt à miniſtris Chriſti. Atque ideo iſtos, & huiuſmodi cum reuerentia tractabimus [illegible] Iſti enim ſunt mercatores reales, & non fraudulenti, iſti ſunt qui mercaturam exercent ſine cupiditate, ſed pro ſuæ familiæ ſubſtentatione. At è contra, Aliqui abundant diuitijs, & poſſeſſionibus, & negotiationem exercent, quia finis illorum (vt diximus) eſt lucrum, eijciendi ſunt ab Eccleſia Dei, quoniam illis non licet negotiari, niſi in caſu quo Reſpublica reperiretur in aliqua maxima neceſſitate, & non adeſſent mercatores requiſiti ad repellendam talem neceſſitatem. Tunc diuitibus liceret exercere negotiationem, cum tamen non affectu lucri, ſed patriæ [illegible]

Aliqui mercatores eiiciē di ſunt ab Eccleſia Dei, alii autē non primi ſunt Diaboli negotiatores ſecundi autem Dei.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator dicendo. Contra inſtitiam eſt, quod aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat (ex iam dictis) ſed illē qui negotiando, rem carius vendit quam emerit, neceſſe eſt, quod, vel vilius emerit quam valeat, vel carius vendat, neutrum iſtorum eſt licitum, ergo talis negotiatio ſine peccato fieri non poteſt.

Inſtant. ſolutio.

Vendere rē carius quam emit quis ratione temporis loci, & ex pēſarū licet

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod non quicunque carius vendit aliquid quam emerit negotiatur, ſed ſolum, qui ob hoc emit, ſcilicet, vt carius vendat. Si autem emit rem non vt vendat, ſed vt pro ſe teneat, & poſtmodum propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negotiatio, quamuis carius vendat inquit Doctor Sanctus. Poteſt enim hoc licite facere, vel quia in aliquo rem meliorauit, vel quia precium rei eſt mutatum, ſecundum diuerſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit, transferendo rem de loco ad locum, vel ferri faciendo,

Digitized by Google

mo qui apud ſe retinebit ſecretum ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam. Caſum hunc mouet, quia thomiſtæ videntur eſſe diuerſæ opinionis, ſed quia diuerſitas iſta in rei veritate non eſt, ſed tantum in verbis, relictis argumentis pro vtraque parte dubij ad ſolutionem quæſiti pergamus.

Caſus deciſio.

LEctor Theologus circa hunc caſum duo facit. Primo ponit vnam diſtinctionem; Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, quo ad primum, diſtinctio eſt iſta. Reuelatio ſecreti proximi ſui, fit illi viro prudenti, cum cauſa, vel ſine cauſa, ſi fiat cum cauſa, hoc fieri poteſt virtuoſè abſque omni peccato, ſine cauſa autem non licet, & qui oppoſitum facit mortaliter peccat, & vt hoc clarè percipiatur, pono concluſiones.

Non eſt detractio neq; peccatum manifeſtare delictũ proximi viro prudẽti ad capiendũ conſilium.

Concluſio prima. Quando neceſſitas requirit conſilium circa crimen occultum, vel ex parte illius qui commiſit delictum, vel ex parte illorum qui ex tali delicto ſunt aggrauati poteſt requiri tale conſilium, & per conſequens manifeſtare poteſt iſte errorem proximi, perſonæ illi prudenti, vt conſilium capiat, ſed hoc accidit in multis caſibus, ergo (vrgente neceſſitate) poſſumus manifeſtare crimen occultum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur per exemplum, virgo quædam commiſit ſtuprum in domo Patris ſui. Mater non poteſt occurrere inconuenientibus propinquis, niſi reuelet factum viro ſuo, vel conſanguineo, vel confeſſario ad conſilium capiendum, ergo talis reuelatio non erit peccatum, immo erit actus virtutis, & hoc eſt, quod intelligit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod non læditur fama proximi ſaltem notabiliter ex eo, quod narratur ſecreto crimen tali perſonæ, apud quem proinde erit, ac ſi non eſſet dictum, vt contingit in colloquijs inter virum, & vxorem de criminibus filiorum, & idem de alijs. Ratio eſt, quia ex his non læditur fama proximi, ſed quæritur medicina ſanatiua illius conſcientiæ pro conſeruatione famæ illius. In iſto ſenſu loquitur Dominus Caietanus, & optimè quidem. Magiſter Dominicus Banenſis corroborat hanc veritatem tali ratione. Narrare crimen occultum quamuis graue honeſtatur (inquit) aliquando, vel propter vtilitatem Reipublicæ, vt quando manifeſtatur crimen hæreſis; vel propter vtilitatem eius cuius crimen narratur, vt quando adhibentur teſtes in correctione fraterna, vel propter vtilitatem tertiæ perſonæ, v.g. dum reuelatur alicui, quod parantur ei inſidiæ, ergo & idem fieri poterit, dum occurrit neceſſitas, & oportunitas perſonæ talis. Immo ad hoc ordinata eſt correctio fraterna, ſi enim non emendatur frater ex ſecreta correctione, emendabitur ex correctione facta coram teſtibus, vel facta ſaltem coram Prælato. Non enim teſtes, neque Prælatus ſcire poſſunt crimen corrigendum, niſi fuerit illis reuelatum.

Reuelare peccatum ſecretum proximi etiã viro prudenti abſque cauſa peccatum mortale eſt.

Concluſio ſecunda. Reuelare crimen ſecretum proximi ſine iuſta cauſa (etiam viro prudenti) peccatum mortale eſt ex ſuo genere; etiam quod ex hoc non ſequatur infamia quo ad alios, probatur hoc, quia in tali cauſa iſte remanet infamatus apud tantum virum, quod magis eſt quam eſſe diffamatum apud multos plebeios, propterea Angelicus Doctor dicebat in primo articulo q. 73. 2. 2. in reſponſione ad ſecundum, quod qui reuelat crimen occultum vni viro, tantum lædit famam proximi non in toto, ſed in parte. Ab hac ſententia Magiſtri Dominici à Soto aqua non recedit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vt patet, nec eſt diſcedendum, vnde mirum eſt, quod Magiſter Sotus ſic appertè impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, debebat enim illum reducere ad bonum ſenſum, & ſic non ſe oſtendiſſet æmulum Caietani Illuſtriſſimi, ſed amatorem veritatis. At relictis illis in ſua ſententia, attendamus ad id quod deſeruit propoſito noſtro. Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod huiuſmodi manifeſtatio delicti occulti poteſt augere, & minuere culpam loquentis ex parte perſonæ de qua loquitur, & ex parte modi loquendi, & ex parte perſonarum poteſt minui, vel aggrauari peccatum. Nam ſunt quædam perſonæ quæ ex minimis inhoneſtis aſſirmatis, de illis redduntur infames, vt moniales, puellæ nubiles, pudicæ nuptæ, ſimiliter religioſi bonæ conſcientiæ, & opinionis. Manifeſtare de his minimum delictum occultum, mortale peccatum eſt, Ratio aſſignatur, quia bonum nomen illorum, & fama faciliter denigratur. Aliæ perſonæ ſunt quarum fama non ſic faciliter denigratur. Iuuenes ſeculares de fornicatione ſimplici, & forſitan de adulterio, & quod peius eſt de vitio nefando, ſi infamentur non aggrauantur, immo de his ſæpiſſimè ipſi loquuntur, & gloriantur, iuxta illud dictum ſcripturæ. Letantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, & quod dicimus de his dicere poſſumus de alijs in alijs generibus peccatorum, vt de fraude in negotijs, de non ſeruare promiſſum datum etiam ſub iuramento &c. Manifeſtare occulta, vt cum Domino Caietano Illuſtriſſimo, Magiſter Sotus, & Banenſis affirmant non eſt mortale peccatum, probatur, hoc quando communiter ex his infamia non prouenit his perſonis, ſi prouenit hoc eſt per accidens, de qua offenſa, tale genus infamatorum non curant, immo ex hoc gloriantur.

Aliquæ perſonæ de facili infamãtur ex detractione aliquæ autẽ non ſic de facili.

Conſiderata qualitate perſonarum de quibus eſt ſermo, conſiderandus eſt modus loquendi, vel ille qui loquitur contra proximum ſuum loquitur aſſertiuè de viſu, vel loquitur ex relatione, ex auditu aliorum, ſtante hac diſtinctione ponitur ſequens concluſio.

Ille qui aſſertiuè manifeſtat delictum occultũ proximi detrahit per ſe, qui ex auditu hoc facit detrahit per accidẽs.

Concluſio tertia. Manifeſtans delictum proximi occultum aſſertiuè, tanquam de viſu peccat mortaliter. Manifeſtans autem ex relatione aliorum ex auditu, vt in pluribus eſt peccatum veniale, probatur, concluſio iſta authoritate Illuſtriſſi-

mi Domini Caietani dicentis, quod ſolus aſſertor tollit famam. Cum dicto addo ego, ſi iſti tollunt famam proximi per ſe, alij illam tollere poſſunt per accidens, idest per aliud, teſtificatio enim de viſu, eſt illa ſuper quam fundatur iudicium, teſtificatio de auditu non facit niſi ad inquirendum, non ad condemnandum, & hoc verificatur non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam extra iudicium, vnde per ſe primi tantum inferunt damnum proximo, ſecundi tantum per accidens, per hanc diſtinctionem mihi videtur poſſe ad concordantiam redducere, Dominum Caietanum, Magiſtrum Sotum, & Banenſem, quia Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquitur formaliter de detractione, Magiſtri Sotus, & Banenſis abſolutè loquuntur, ſiue formaliter ſiue materialiter, vel qualitercunque diffamatur proximus, in ſignum, quod ille ſolus qui aſſertiuè manifeſtat detrahat per ſe, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſolum ille ad reſtitutionem famæ tenetur per ſe; reliqui non, ſi falſum eſt quod retulleruht, & reddit, rationem de hoc dicendo, ex leuitate ſi quidem audientis non ex indicantis, læſa eſt fama proximi, ſi lædatur in iſtis caſibus, Iſti autem qui manifeſtant delicta proximi non à ſe cognita, ſed ex relatione, & dubitatiuè, quia in re graui operantur contra charitatem peccant mortaliter, & hoc intelligit Magiſter Dominicus à Soto, quod non negat Caietanus Illuſtriſſimus, immo tenetur ad reſtitutionem famæ inquit Caietanus, quod non affirmat Sotus explicitè vnde nos pro maiori intelligentia dictorum ponere aliquas concluſiones cum Banenſi volumus, inter quas primum locum tenebit iſta.

Concluſio prima. Refferre crimina occulta, & bono modo (ſed ſine neceſſitate) ſaltem eſt peccatum veniale, quia eſt præter modum, & extra ordinem charitatis.

Concluſio ſecunda. Si crimina quæ referuntur ſunt grauiſſima, peccatum eſt mortale non contra iuſtitiam per ſe, bene per accidens, per ſe eſt contra charitatem?

Concluſio tertia. Reuelatio ex auditu, vel facta dubitatiua magni criminis occulti cum denigrat famam, obligat ad reſtitutionem, non ex iuſtitia, ſed ex charitate, non ex iuſtitia, vt patet ex præcedentibus, ſed ex charitate, vt illi qui magis crediderunt quam debebant contra famam proximi remoueantur ab hac credulitate. At quia non reperitur aliquis alius, qui congruentius hoc facere poſſit, quam ille qui manifeſtauit delicta modo dubitatiuo, vel ex relatione aliorum. Si dicat male feciſſe diffamando proximum ſuum, valde iuuat diffamatum ab ipſo. Nam ſi referat, quod ab alijs intellexit, vel quod dubitat de proximo, ſi eſt vir magnæ authoritatis, & narrat crimina illius in plebem, poteſt cauſare maximam opinionem contra eum de quo loquitur. Ideo debet reſtituere famam dicendo, & ſi verbis meis credere non debeatis, quia loquutus ſum ex ore aliorum, vel opinatiuè, & nõ ſcientificè, & declaraui meipſum interloquendo, exhibuimus, vt omnem malam opinionem ex mente veſtra eiſciatis circa perſonam talem. Dico me neſcire aliquid certè contra proximum meum, immo non credo id quod dicitur de illo, eumque pro viro bono teneo vel dicere poteſt. Mea ſuſpitio fundata fuit ſub debili fundamento, immo dico ego, quod omnes nos tenemur habere bonam opinionem de proximo noſtro, cum non conſtat manifeſtè, & clarè aliquid in contrarium, vt accidit in caſu noſtro. His ſic ſtantibus ponitur, Quarta concluſio quã pro certa tenemus cum Magiſtro Dominico à Soto, ſcilicet, quod quicunque alteri famam ſubſtulit iniquè, id eſt contra iuſtitiam ex intentione per ſe, & non cauſaliter, vt declarauimus, tenetur ad reſtitutionem ex iuſtitia ſi contra iuſtitiam famam ſubſtulit. Ad hoc tenetur ex charitate ſi non fuit in cauſam damni proximi ſui infamati, formaliter, ſed materialiter, vnde mihi videtur Banenſem extra phoſum canere dicendo, contra Caietanum, quod detrimentũ famæ in proximum, quod euenit ex loquente ex auditu, vel opinione, declarando ſeipſum, prouenit ex narrante, non autem ex audientis infirmitate, hoc enim pro falſo habemus, quoniam ſi vir ille eſſet magnæ authoritatis, et eſſet credendum quando loqueretur ex propria ſententia, ex viſu, non autem ex auditu, aſſertiuè, non autem opinatiuè, vnde in caſu noſtro error, eſt ex parte recipientium, vt inquit Caietanus, ideo obligatio ad reſtitutionem famæ proximi non venit ex iuſtitia, ſed ex charitate. De hoc caſu ſit dictum ſatis, ponatur dubium.

Detractor aliquando ex iuſtitia tenetur ad reſtitutionem famæ proximi aliquando ex charitate.

Aſſignatur modus reſtituendi famã ei contra quẽ quis loquutus eſt, ex auditu, vel exuleur ſuſpicione.

Dubium vnum.

IN hoc dubio quærit Lector, ſi infamatus in vno loco de vno delicto vbique ſit infamatus de illo, id eſt ſi licet infamare in vno loco eum qui infamatus non eſt in illo loco, licet infamatus ſit in alio, & quærit ſi talis infamatio eſt peccatum mortale, obligans ad reſtitutionem, & adducit Doctores pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus in quolibet. 12. Ratio eius eſt, quia talis in omni loco non eſt infamis, ſed tantum vbi deliquit, ergo non licet infamare illum in loco illo, vbi non eſt infamatus, ergo talis infamans peccat, & ad reſtitutionem tenetur, quia ab illo abſtulit famam quoniam non effectus erat infamis antequam infamaretur in iſto alio loco, & erat Dominus ſuæ famæ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus Opuſculo. 27. art. 9. vbi dicit, quod non eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, nec obligat ad reſtitutionem diffamare in loco alio, illum qui in vno loco eſt infamis, quia iam pro tali eſt declaratum.

Partis negatiua probatio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit circa hoc dubium, Primo ponit ſententiam Magiſtrorum Soti, & Banenſis, Secundo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, &

con-

concordat opiniones, quo ad primum, opinio Magiſtri Dominici à Soto eſt media, inquit ſi talis homo in vno loco eſt priuatus ſua fama ſecundum ordinem iuris, & iuſtitiæ, non erit peccatum mortale contra iuſtitiam obligans ad reſtitutionem infamare illum in alio loco, licet poſſit aliquando eſſe peccatum mortale contra charitatem. Bacenſis tenet quod nec ex hac parte ſit peccatum mortale. Ratio eius eſt, quia notitia illa ad quodcunque locum deuenire debebat ſecundum ordinem iuris, licet de facto non peruenerit, & in hoc Sotus, & Bacenſis veniunt in ſententiã Illuſtriſſimi Domini Caietani. At quo ad ſecundam partem Soti, ſcilicet, quod aliquando in tali caſu peccat contra charitatem conuenit cum Adriano, quodammodo, non ſimpliciter, quia Adrianus tenet partem affirmatiuam non ſolum ex parte charitatis, ſed ex parte iuſtitiæ, etiam ego, igitur ex his pono hanc cõcluſionem. Si ille qui manifeſtat talem infamiam (in loco, vbi neſcitur) ad hoc motus ne detur illi dignitas, vel quid aliud de quæ eſt indignus ille, manifeſtans infamiam in loco illo vllo modo peccat. Si tamen hoc faceret odio motus contra illum, poſſet eſſe mortale peccatum, vel veniale, ſecundum qualitatem odij, vel eſſe poteſt mortale ſi hoc procedat ex odio formaliter, veniale ſi ex leuitate, & addo, quod non ſolum manifeſtare licet, ſed & ſcribere, vt aliæ nationes, & populi adiſcant modum puniendi peccata ſimilia, ſi pœnas dederit Reſpublica ſecundum qualitatem delicti, & ſecundum leges per allegata, & probata. ſtantibus his reſpondendum eſt ad Adrianum.

Manifeſtans infamiã infamati in vno loco in alio aliquando peccat aliquãdo non, aliquãdo mortaliter, aliquando venialiter.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit Adriano, quod talis de iure, non eſt Dominus ſuæ famæ, dummodo iuridice, in vno loco ſit priuatus illa. Nam qui in vno loco occiſus eſt, in alio non viuit.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu mouet illam quæſtionem inſignem Thomiſtarum in qua quæritur, ſi homo poteſt diffamare ſeipſum, abſque eo quod ad reſtitutionem teneatur, & adducit opiniones Doctorum pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus, & Sotus, & Maioranus. Maioranus hãc ſententiã tenet ĩ quarto ſententiarum, & Adrianus ſimiliter, Magiſter Dominicus à Soto. lib. 4. de iuſt. & iure. q. 2. art. 3. & lib. 5. quæſt. 10. art. 2. & de ſecretis. q. 3. Maior. in 4. d. 15. q. 17. Adrianus in 4. de reſtitutione. Magiſter Sotus etiam contra Caietanum, lib. quarto, de iuſt. & iure. q. 6. & q. 7. art. 2.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2. 2. q. 73. art. 2. quo in loco tenet, quod homo non eſt Dominus ſuæ famæ, quod non poteſt diffamare ſeipſum, & ſi aliquis ſeipſum diffamat, ad reſtitutionem tenetur. At quia ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani tutior eſt in conſcientia, quam illa Magiſtri Soti, ſoluendum eſt dubium pro hac parte.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ponit vnam concluſionem negatiuam, poſtea adducit rationes, in quibus fundatur Magiſter Dominicus à Soto pro ſua opinione, illaſque ſoluit ſigillatim vt doctrina diſtinctè percipiatur, & veritas illuceſcat in cordibus noſtris.

Concluſio. Homo non eſt Dominus ſuæ famæ, neque poteſt diffamare ſeipſum & ſi diffamat ſeipſum obnoxius eſt reſtitutioni. Probatur concluſio iſta quo ad ſingulas particulas quod diffamare ſeipſum ſit peccatum, & obliget ad reſtitutionem affirmat gloſſa in cap. ſacerdotibus 35. q. 6. ergo homo nõ eſt Dominus ſuæ famæ, valet cõſequentia, quia ſi homo eſſet Dominus ſuæ famæ non peccaret diffamando ſeipſum. ſed ex gloſſa in cap. illo peccat, ſimiliter ad reſtitutionem non teneretur, quia Dominus poteſt facere de ſuo quicquid ſibi videtur, ergo cum homo peccat diffamando ſeipſum, & ad reſtitutionem teneatur non eſt Dominus ſuæ famæ. Hac & alijs rationibus motus Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod licet quidam opinantur non eſſe peccatum mortale infamare ſe ipſum propter cruciatus, & per conſequens non teneri ad reſtitutionem ſuæ famæ, nec eſſe mendacium pernicioſum, & mouentur ad dicendum hoc, quia huiuſmodi confeſſio non valet nec cedit illi in infamiam, vt dicitur in dicto cap. Sacerdotibus, veruntamen inquit Illuſtriſſimus ipſe, quod talis infamatio ſui ipſius eſt peccatum mortale, ſicut & occidere ſeipſum & vt oſtendat, quod hoc non dicit ex proprio capite (vt forſitan arbitratur Magiſter Dominicus à Soto) reddit rationem veritatis iſtius dicendo, infamare ſeipſum eſt contra præceptum charitatis, quo quilibet tenetur ſeipſum diligere (hoc negari non poteſt ab aliquo) charitas enim incipit à ſeipſo, ergo qui agit cõtra ſeipſũ ſe diffamãdo agit contra charitatem. Secundo peccat mortaliter, quia iniuriam facit Eccleſiæ (cuius eſt membrum) ſcilicet, infamando iniuſtè vnum de membris eius in quo caſu iſte eſt ſimilis ei qui occidit ſeipſum, talis occidendo ſeipſum offendit ciuitatem cuius eſt pars. Clarum eſt, quod qui occidit ſeipſum peccat mortaliter, & iniuriam facit Eccleſiæ, in ſignũ cuius Eccleſia non vult, vt illi detur ſepultura in ſacro, ex quo infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod qui infamat ſeipſum in tormentis ad reſtitutionem famæ tenetur, & cui? non ſibi ipſi (vt fingit Sotus contra Caietanum) ſed Eccleſiæ cuius iſte eſt pars, vt conſtat in litera Caietani Illuſtriſſimi, vnde ſubdit, quod infamans ſeipſum opponitur Eccleſiæ, & per conſequens ex iuſtitia tenetur (quæ eſt ad alterum) reſtituere ſibi famam, (ne Eccleſia infamata remaneat ex parte iſtius membri) quid clarius. Secundo hoc idem probat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hac alia ratione.

Homo nõ eſt Dominus ſuæ famæ neque poteſt diffamare ſeipſum, & ſimul facit ad reſtitutionem tenetur.

Infamans ſeipſum etiam in tormentis peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

ne.

Digitized by Google

ne, Infamare ſeipſum abſolutè loquendo eſt peccatum mortale (ex ſuo genere) ergo infamare ſeipſum metu mortis, vel in tormentis (ex ſuo genere) eſt peccatum mortale, tenet conſequentia inquit Caietanus, quia neque metus mortis neque tormenta excuſant à mortali, ſi actus ille (ex ſuo genere) eſt mortalis, valet conſequentia, aliter ad fugienda tormenta, & mortem, liceret fornicare, & alia mala facere, quod apperte eſt contra D. Paulum ad Rom. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona (His ſtantibus) ſoluendæ ſunt impugnationes, pro parte affirmatiua, quas adducit Magiſter Dominicus à Soto, & ſequaces eius.

Impugnationum ſolutio.

Impugnatio prima.

CONtra ſupradicta inſurgit Lector cum Magiſtro Soto dicendo primo. Homo eſt Dominus ſuæ famæ ſicut aliarum rerum ſuarum, ſed homo pro liberatione vitæ ſuæ poteſt ſua bona exteriora expendere, ergo & pro tuitione ſuæ vitæ poterit diffamare ſeipſum, etiam dicendo multa mendatia. Minor conceditur. Maior probatur. Fama ab homine poteſt auferri per violentiam, & occultè etiam, ſicut, & alia bona exteriora, ergo inter illa computabitur, & per conſequens homo liberè poterit illam amittere, pro conſeruatione vitæ ſuæ.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat Maiorē, & ad probationē dicit, quod homo non eſt ita ſuus, quin ſit pars alterius; tamen tenetur diſponere ſeipſo, ita vt non faciat alteri iniuriam, ſcilicet, toti, cuius ipſe eſt pars (hoc fundamento facto) dicit ad probationem, quod homo exponit proprias diuitias pro conſeruatione vitæ ſuæ, & pro ſui incolumitate corporis, quia in hoc facto nulli facit iniuriam, immo ſeruat rectum ordinem naturæ, ſed non eſt pars ratio de fama, quia homo quo ad famam non eſt ita ſui iuris, quin ſit alterius, eſt enim membrum Eccleſiæ, & pars Reipublicæ, vnde non licet pro ſalute vitæ corporalis, vel pro aliquo commodo temporali diffamare ſeipſum, quoniam offenditur Eccleſia, & patria, ſeu communitas, quod eſt contra iuſtitiam, licet hoc non admittat Sotus, Nam ſicut infamare proximum peccatum mortale eſt, ita infamare ſeipſum, immo à fortiori, quia magis tenemur diligere nos ipſos quam proximum noſtrum, vnde ſicut pro ſalute propria non licet infamare proximum, neque propter hoc licet infamare ſeipſum. Hanc rationem ſeu demonſtrationem nunquam ſoluit Magiſter Dominicus à Soto, Clarum eſt, quod pro tuenda vita vnius religioſi, non licet infamare totam religionem, nec occidere proximum pro tuenda vita propria, ergo nec propter hoc licet vnquam infamare ſeipſum. Non enim minus debemus diligere nos ipſos quam proximos, & per conſequens maiorem curam debemus habere de fama noſtra propria, quam de fama proximi noſtri, ergo ſicut pro tuenda vita mea non poſſum infamare proximum, neque meipſum, valet conſequentia (per Dominum Caietanum, immo per D. Thom.

Infamaret totū corpus miſticum pro ſalute partis non eſt minus peccatū quā infamare proximum, pro ſalute ꝓpria.

quod magis eſt) quia magis tenemur diligere nos ipſos, quam proximos noſtros, charitas enim incipit à ſeipſo, & per nos ipſos, ſe extendit ad proximos.

Obiectio.

Scio enim, quod Doctores contrariæ opinionis negant hanc conſequentiam; & aſſignant rationem negationis dicendo, quod non ſumus Domini famæ proximorum, propterea pro tuenda vita noſtra non poſſumus infamare proximum, bene poſſumus infamare nos ipſos cum ſimus Domini propriæ famæ. Nam infamando proximum, ex Doctrina Angelici Doctoris hic in caſu peccat mortaliter infamator, hoc non accidit dum infamo meipſum, quia bona mea pro tuenda vita mea, & proximi etiam poſſum expendere.

Obiectionis ſolutio.

Contra hanc reſponſionem aduerſariorum me oppono dicendo, vel proximus eſt Dominus ſuæ famę ſicut, & ego meæ per te, vel non, ſi non, ergo concluſio non eſt vniuerſalis (vt ſupponitur in hac diſputatione.) Si ſic, ergo in tempore neceſſitatis pro tuenda vita mea poſſum diffamare proximum, valet conſequentia, in tempore maximæ neceſſitatis, mihi licet accipere cibum, & veſtimenta vbicunque quia tunc omnia ſunt communia per D. Thom. 2. 2. q. 56. art. 7. Ratio illius eſt, quia res inferioris ordinis ſunt ordinatæ ad hoc ex diuina prouidentia, quod ex his ſubueniatur hominum neceſſitati, hæc ſunt verba D. Thom. Sub ſummo moriem, fama per vos eſt de ordine rerum inferiorū, & pertinet ad res de quibus homo habet dominium, ergo in tempore neceſſitatis pro tuitione vitę meę potero accipere famam proximi mei, illumque infamare abſque peccato, valet conſequentia, quia per vos, poſſum pro tuitione vitę meę expendere bona mea, & infamare meipſum ergo ſi ita non ſufficiunt, potero expendere res alienas, & diffamare proximum per bonam conſequentiam Sed per D. Thom. hoc in loco illud non poſſum facere ſine mortali peccato, ergo neque meipſum diffamare poſſum, ergo falſum eſt, id quod vos dicitis, ſcilicet, quod poſſum expendere famam ſicut res externas pro tuitione vitę meę abſque peccato, & ſine obligatione ad famę reſtitutionem, Confirmatur hoc denuo, ex doctrina Angelici Doctoris in tempore neceſſitatis rapere poſſum aliena ſine peccato, & abſque obligatione ad reſtitutionem, & per vos, fama ad bona exteriora, & non ad vitam pertinet, ergo abſque peccato mortali, & obligatione ad reſtitutionem potero auferre famam alienam pro tuitione vitę meę. Hoc totum eſt contra doctrinam Angelici Doctoris, ergo in hoc dimittenda eſt doctrina Magiſtri Dominici à Soto, quia non attigit punctum veritatis, & ſtandum eſt in doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, quia ex medulla doctrinę D. Thom. illam accepit.

Oſtendit hominem non eſſe abſolutè ſuæ famæ Dominus ſicut nec famę proximi.

Procedamus vltra ponamus alias rationes Illuſtriſſimi Domini Caietani, vt magis percipiamus veritatem. Quando exponimus diuitias pro proprię vitę tuitione, fit ſola priuatio rerum; ſed quando quis infamat ſeipſum non ſolum fit priuatio famę, ſed appoſitio infamię, vnde inquit

Illu-

Homo poteſt exponere diuitias pro tuitione vitæ ſuæ, nõ tamē poteſt hac de cauſa diffamare ſeipſum.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus aliud eſt, ſubſtinere priuationem famæ propter tormentum, & aliud eſt apponere infamiā, quod facit infamans ſeipſum, primum eſt propriè pati, ſecundum eſt agere, pati infamiam innocenter eſt meritorium & non peccatum, prout manifeſtat Dominus dicendo, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Infamare ſeipſum mortale peccatum eſt. Hanc diſtinctionem noluit conſiderare Magiſter Dominicus à Soto, propterea dicebat fama poteſt ab homine auferri per violentiam, & occultè, ſicut alia bona exteriora, ergo fama inter bona exteriora computatur. Antecedens concedit Caietanus, & nos negamus conſequentiam, & meritò quidem, quia ex dictis, ex ablatione famæ vi, vel occultè, non peccat homo, ſed meretur ſi patienter tolleraт, vt diffamando ſeipſum homo peccat mortaliter, vt declaratum fuit. Rationabiliter igitur infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hoc, ſcilicet, vnde non poteſt iſte, ſcilicet, qui infamauit ſeipſum, excuſari à pernicioſo mendacio cum ſit mendacium læſiuum proximi quatenus eſt ſibi comembrum, ſeu totius, ſcilicet, corporis Eccleſiæ, cuius ipſe eſt pars in magno bono quæ eſt fama, etiam per aduerſarium noſtrum. Hoc enim affirmat ſapiens Prouer. 22. dicendo, Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, ex quibus ſub infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod huiuſmodi mendacium prout eſt contra ſeipſum, eſt pluſquam iniuſtum, rationem aſſignans quia eſt contra charitatem propriam, qua quilibet non minus ſeipſum quam proximum tenetur diligere, & licet magis teneatur diligere proximi vitam, quam propriam famam, & magis curam habere de propria vita quam de propria fama, & magis fugere priuationem vitæ, quam priuationem famæ, tenetur tamen tantam curam habere, ne apponatur ſibi infamia, quantam ne auferatur ab eo vita, integritas, ſanitas, quies, & libertas. Ratio, quia hoc conſiſtit in malū pati, quod de ſe non eſt malum. Illud eſt malum facere, ſcilicet, diffamare ſeipſum, quod eſt malum ex propria natura.

Subſtinere diffamationē meritoriū eſt diffamare autem ſeipſum peccatū mortale eſt.

Ad id autem, quod adducitur contra ſententiam Caietani Illuſtriſſimi, ſcilicet, quod confeſſio in tormentis non valet, nec cedit ipſi in infamiam, vt dicitur in caſu ſupracitato, ſi facerdotibus, dicendo, quod confeſſio extorta in tormentis non eſt ad infamiam. Dicimus enim, quod huiuſmodi canon loquitur de infamia iuris, nos autem tractamus de infamia facti. Nam & ſi confeſſio in tormentis non ſit valida ad infamandum in foro iudiciali, eſt tamen valida ad infamandum in foro conſcientiæ, quoniam eſt actus mixtus ex voluntario, & inuoluntario, Ar. in actione partiali ex 3. Ethic. talis actus eſt voluntarius, & per conſequens in conſcientia eſt meritorius, vel demeritorius. Non eſt meritorius talis actus cum ſit mendacium pernicioſum contra famam propriam, ergo eſt demeritorius, & per conſequens peccatum mortale, vnde ex his elicitur ex ſententia Panormitani. cap. ex parte 10. ſecundo de ſepulturis per illum textum, per cap. Non licet 23. q. 5. Felyn. in cap. 1. de teſtibus, & Syl. in verbo detractio. q. 3. Ille qui ex timore tormentorum falſum teſtificatur (extra tormenta) ob quam confeſſionem ipſe fuit damnatus, & alius damnificatus. Nam tunc præter peccatum mortale, tenetur retractare dicta de alio, & quæ dixit ſe falſo, publicè in extremo dicat, quod tormentorum metu, falſò confeſſus eſt aliter eſſet in periculoſo ſtatu, quod dicere poteſt Magiſter Dominicus à Soto ad hæc.

Ille qui damnatus ad mortem propter confeſſionem factā ex timore tormentorum tenetur reſtituere ſibi famā oſtēdendo ſuam innocentiam.

Si iſte eſt Dominus ſuæ famæ cur tenetur publicè manifeſtare ſuam innocentiam dicendo, coram omnibus, quod timore tormentorum infamauit ſeipſum, puta ſi eſſet condemnatus propter furtum, vel homicidium, vel propter aliquod aliud magnum crimen, ſcilicet, hæreſim, vel proditionem patriæ, &c. ex his appertè conſtat, quod diffamare ſeipſum non ſolum eſt peccatum mortale, ſed obligat ad reſtitutionem.

Nota.

Cognoſcant igitur aduerſarij Caietani Illuſtriſſimi, quod licet fama non ſit vita, eſt tamen de perfectione vitæ, quia licet illa non det eſſe vitale, dat bonum eſſe, quia vir bonæ famæ, de qua fama loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, eſt vir bonæ conſcientiæ, ex oppoſito amiſſio famæ voluntariè eſt amiſſio bonæ conſcientiæ, violenter enim fama auferri non poteſt niſi in opinione hominum voluntariè enim ammittitur fama, vnde infamis voluntarius, qui verè eſt infamis indigniſſimus homo eſt.

Fama licet non ſit vita eſt tamen, id per quod vita hominis eſt bona, & digna honore.

Ex his dictis, & dicendis Nauarriſtæ cognoſcere poſſunt vnà cum Soto, excellentiam doctrinæ Illuſtriſſimi Domini Caietani. Nam ipſe Nauarrus in Manuali præcepto 7. cap. 17. numero 89. vocat Caietanum eruditiſſimum. Cuj doctrinæ adhærere intendit. Primo quia eius doctrina non eſt pura Methaphyſicalis, vt affirmat Magiſter Sotus, ſed eſt doctrina moralis, quare ergo pro debito ciuili non eſt danda vita (quia vita eſt ordinis ſuperioris) ſimiliter fama non eſt danda pro bono priuato, quia eſt ordinis ſuperioris.

Nauarus ſequitur doctrinam Illuſtriſſimi Caietani in materia de fama, ſcilicet, quod homo non ſit Dominus ſuę famę.

Siquidem dicit Nauarus, eſt enim fama (ſua natura) eſt bonum inæſtimabile, ſicut ſalus, & vita, & ſuperat bonum pecuniarum iuxta illud Eccleſiaſt. 4. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni, & Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, & Ariſt. 4. Ethic. dicit honorem eſſe maximum bonorum exteriorum, & quia fama cum vita eſt computanda, & non cum rebus exterioribus (vt vult Magiſter Sotus) Angelicus Doctor 22 quæſt. 62. art. 2. ad primum, & ad ſecundum argumentum vult quod reſtitutio vitæ, membrorum, & famæ eodem modo ſit facta, ſcilicet, per recompenſationem, vita enim, & membrum abciſum, non poſſunt reſtitui, ſimiliter & fama, recompenſandum eſt in alio genere, vel pecuniarum, vel dignitatum, &c. Altioris enim ordinis eſt bona fama, quam pecunia, propterea recompenſatio pecuniarum (quando fama reſtitui aliter non poteſt) eſt pro damno dato ex ablatione famæ, ſicut pecunia da-

ta pro

ti pro morte, vel pro mutilatione mēbri eſt, quod damno dato, vt ſatisfaciat homo (modo poſſibili)

Exemplum notandum.

Ecce exemplum. Petrus occidit Franciſcum, qui habebat vxorem, & filios quos nutriebat, quia ad vitam eum reuocare non poteſt tenetur alere vxorem, & filios, & facere id quod faceret Franciſcus ſi viueret, ſimiliter qui diffamauit Petrum, ex qua infamatione amiſit officium fructiferum, iſte qui eum diffamauit debet illi recompenſare in alijs bonis, & procurare totis viribus illum in ſuam famam ablatam reſtituere, Petrus vtique condonare poteſt illi damnum receptum ex infamia, ſcilicet illi qui eum infamauit, debet tamen quæ ei debet fama reſtituatur (loquendo de fama perfecta) quoniam ipſe non eſt Dominus illius.

Fama eſt duplex perfecta, & imperfecta, de perfecta homo non eſt Dominus, de prima loquitur Caietanus, de ſecunda Sotus.

Vt igitur ad compendium (modo poſſibili) reducemus opiniones Theologorum, etiam Nauarro (loco ſupracitato) & moderatur Illuſtriſſimi Domini Caietani ſententiam hoc modo: ſententia enim Domini Caietani eſt de fama non quacunque, ſed perfecta, quæ ſubſtantialis dici poteſt, vt eſt fama poſita in ordine vitæ & membrorum, de qua fama, homo non eſt Dominus, cum his enim homo non poteſt diffamare ſeipſum. Non loquitur de fama imperfecta Caietanus, ſed de fama bonitatis, virtutum moralium, & theologalium. Non loquitur de fama quæ in alijs bonis ita eſt, qualis eſt fama ingenij, ſcientiæ, virtutum intellectualium, diuitiarum, & aliarum rerum ſimilium, de qua fama præcipuè loquitur Magiſter Dominicus à Soto, dum dicit quod homo Dominus eſt ſuæ famæ, & quod poteſt infamare ſeipſum abſque peccato mortali, & abſque obligatione ad reſtitutionem ſuæ famæ. Clarum eſt, quod Theologus non peccat mortaliter, dicendo, ſe neſcire Theologiam (extra tempus neceſſitatis) quia in tali tempore, pro defenſione fidei, & diuinæ ſcripturæ debet ſe oſtendere Theologum, & mori pro defenſione illius. Idem dicendum de alijs ſcientijs, & artibus, de diuitijs, & dignitatibus, niſi adderet iuramentum, quia tunc eſſet periurus, nec in hoc homo tenetur ad reſtitutionem, quia fama iſta eſſet in re parui momenti. & ſi hoc fiat animo ſincero, ad ſeruandum præceptum ſapientis, dicentis, quanto maior es, humilia te in omnibus, in tali caſu non peccat, ſed meretur: cum nullus ſit perfectus in Theologia, ita vt per excellentiam dignus ſit vocari hoc nomine Theologus, & hoc accidit in alijs ſcientijs, & profeſſionibus, loquendo igitur de fama perfecta quæ eſt circa bonitatem vitæ, & circa virtutes morales, & Theologales, dicimus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano, quod peccat mortaliter diffamans ſeipſum, & ad reſtitutionem tenetur. Nam apud Nauarrum [illegible] quidem. §. fin. ff. dicitur, quod mulier quæ pro honeſta habetur, potius ſeruitutem cum bona fama, quam libertatem cum infamia eligere debet, & Innocentius [illegible] Depœnit. & remiſ. apertè dicit, quod meretrix indicando ſe in adulterium mariti, vxorem ad reſtituendam hæreditatem ipſe excuſat, non diſtinguendo inter hæreditatem magnam, vel paruam, & inter famam magnatum, & infimorum. Immo dicit ad rationem conſeruandi officij, metu mali maioris conſequendi ex ipſo facto adulterij mariti facta, excuſat vxorem ab hæreditatis reſtitutione quam ſpurius legitimo hæredi obuenebit, eſt textus igitur loquatur generaliter de metu, de quolibet metu intelligendus eſt, inter quos numerari poteſt metus infamiæ, & mirum eſt quod Magiſter Sotus velit ex propria ſententia, quod ille qui infamauit aliquam illuſtrem famam non tenetur ad reſtitutionem famæ, contradictura propinquitate quod apertè eſt contra Innocentium ſupra citatum, & contra D. Thomam vt ſupra, vbi dicit, quod reſtituenda eſt fama (modo poſſibili) & per recompenſationem, vt fit in caſu vitæ ſeu occiſionis, & in caſu mutilationis membrorum, & ipſe vult, quod abſolutè infamatio non obliget ad reſtitutionem, niſi in tali caſu, quod obliget ad reſtitutionem famæ etiam cum periculo vitæ.

Peccat mortaliter diffamans ſeipſum in his quæ magni momenti ſunt, & ad reſtitutionē tenetur.

Nota.

Sed relicta opinione Illuſtriſſimi Domini Caietani, & Soti, audiamus Banentem. Inquit enim Banenſis quod in hac quæſtione via media incedendum eſt, & facit hoc ſuo fundamento. Dicit hominem eſſe Dominum ſuæ famæ propriè, & rationem aſſignat dicendo, quia eam acquiſiuit ſuis actibus, ex quo infert, quod qui infamat ſeipſum non peccat mortaliter, & per conſequens non tenetur ad reſtitutionem, quod autem gratioſè loquitur de infamia imperfecta, de qua apertè loqui videtur, cum dicit, quod famam quiſque acquiſiuit ſuis actibus, & qualis eſt, ſcilicet, o Banenſis, fama quam acquirit homo ſuis actibus? iſta eſt fama ſcientiarum, artium, & infamare eum ſeipſum (in his) nullum eſt peccatum mortale, quia qui in hoc genere infamat ſe, nullum dicit mendacium; quoniam nullus taliter eſt perfectus in illis quod non poſſit eſſe perfectior. Si autem Banenſis loquatur de fama perfecta, in ordine ad virtutes theologales, & morales, & de innocentia vitæ, falſum dicit quo ad vtramque partē, primò quo ad acquiſitionem, primæ enim non acquiruntur ex proprijs actibus ſunt enim dona Dei, ſecundæ principaliter ſunt à Deo, non tamen ſine nobis: Bonitas conſcientiæ clarum eſt quod eſt à Deo, cum igitur iſta non ſint ex nobis, per conſequens non ſumus Domini famæ noſtræ quo ad iſta, propterea illi qui ſeipſos infamant quo ad iſta, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur. Sed dices. Cui facienda eſt reſtitutio iſta? Reſpondetur Deo principaliter, quia ſoli Deo honor, & gloria, Cui Eccleſiæ inquit Dominus Caietanus, quia infamata eſt ex infamatione ſui membri, vel ſibi ipſi, vt poſſit conſignare talentum ſibi creditum Domino ſuo, Banenſis, vt clarius ab omnibus percipiatur intentum ſuum, ponit duas concluſiones, inter quas iſta tenet primum locum.

Sententia Banenſis gloſſatur, admittitur, & impugnatur in ſenſu diuerſo.

Concluſio prima. Infamare ſe, & cooperari ad infamationem poteſt eſſe officium virtutis, cum infamare ſeipſum non ſit intrinſecè malum, ſiue ſit quoddam bonum medium inter cenſum, & vitam, & detrimentum in fama ſit malum quoddam medium inter cenſum, & inter detrimentum vitæ.

Fama reſtituenda eſt Deo primo Eccleſiæ, ſecundo & illi à quo fuit ablata tertio.

vitæ. Omnia enim iſta admittimus quo ad infamiam imperfectam, & quod infamare ſeipſum in his ſine cauſa concedimus eſſe peccatum veniale. At ſi ſermo eſt de fama perfecta, negamus fundamentum, & omnes concluſiones. In bono ſenſu ergo poteſt intelligi Sotus, ſimiliter, & Banenſis (etiam quod opinio illorum non fuiſſet talis) loquendo Magiſter Sotus de fama perfecta dicit, quod infamare ſeipſum (in grauiſſima materia) vt in crimine hæreſis, in crimine nefando, eſt peccatum mortale, hoc idem affirmare dicimus nos de eo qui infamat ſeipſum in his quæ denigrant bonitatem vitæ, quæ maculant mores, quæ ſunt contra fidem, ſpem, & charitatem, & Banenſis dicit, quod nunquam eſt mortale infamare ſeipſum niſi ex circunſtantia ſcandali, vel quia diuinus honor periclitatur, vel quia homo infamis exponit ſe alijs periculis peccandi, vel ex alia circunſtantia, ecce quod licet verbis non dicat, quod infamare ſeipſum perfectè ſit peccatum mortale, in facto tamen hoc dicit, declarando ea ad quæ ſe extendat infamia de ſeipſo perfecta. Si quis infamat ſeipſum quo ad alia quæ pertinent ad fidem, ad ſpem, & ad charitatem, in quibus honor Dei periclitatur; ſi quo ad bonitatem vitæ efficitur infamis, & alijs periculum peccandi ſe exponit, ſi ſeipſum infamat quo ad virtutes morales adeſt circunſtantia ſcandali. Nihilominus, vt clarius appareat ſententia Caietani Illuſtriſſimi, & ſuperfluitas verborum Banenſis, & Soti in hac materia, corroborabimus primã concluſionem noſtram, & poſtea ſoluemus illorum obiectiones.

In re Sotus, & Banenſis coactè venijſſẽt in ſententiã Caietani licet verbis illũ impugnãt.

Primo enim diuina ſcriptura, vt oſtenderet grauitatem huius peccati, ſcilicet, illius qui infamat ſeipſum, illas reprehendit per Iſaiam 3. dicendo, Peccata ſua ſicut Sodoma prædicant, nec abſconderunt, & alio in loco contra hos dicit lætantur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Vlterius ad talem qui ſeipſum infamat dicit, quid gloriaris in malitia, & in Pſal. 93. vſquequo peccatores gloriabuntur, affabuntur, & loquentur iniquitatem, quod hi diffamatores peccant mortaliter concedit Sotus, in multis caſibus, Primo ſi talis reuelat ſua peccata per iactantiam, vel complacentiam peccati; par enim peccatum eſt homicidium, & complacentia in illo. Secundo diffamare ſeipſum, vel notificare ſua delicta poteſt eſſe mortale peccatum ratione ſcandali, puta ſi aliquis eſſet in bona opinione, & ipſe manifeſtaret ſua delicta ſimiliter peccaret mortaliter, quia daret alijs occaſionem peccandi, vel ſcandalizaret illos qui eos audirent, ita quod in futuro nec bonis crederent, & ſi perſona iſta eſſet religioſa alicuius ordinis contemneretur ordo ille. Tertio poſſet eſſe mortale ratione perſonæ. v. g. ſi perſona iſta eſſet valde neceſſaria Reipublicæ, vt Prælatus cuius officium tam dignè gerere non poſſet, talis inquit Magiſter Dominicus à Soto grauiter peccaret, mortaliter quidem ſi diffamaret ſeipſum, & quod Sotus aſſumat de Prælato nos affirmare poſſumus de quocunque in dignitate conſtituto, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſeculari. Ratio eſt, quia oculi ſubditorum in illos reſpiciunt, & proportionaliter idem dicere poſſumus, de Patre, & Matre familias. Nam ſi diffamarent ſeipſos ſcandalizarent filios, & ſubditos ſuos. Quod autem nec filijs, vel filiabus liceat diffamare ſeipſos probamus, quia infamia filiorum (in regula) infamia eſt parentum. Gloria filiorum honor parentum inquit diuina ſcriptura. Nonne omnes admirarentur ſi filia quę pro pudica habetur, diceret ſe amiſiſſe virginitatem ſuam cũ aliquo ſeruo? Si filius ſe extolleret de peccato nefando, nonne, delicta iſta filiorum infamarent totam familiam, vltra hoc, quod vt filij Eccleſiæ denigratio famæ illorum ponit infamiã in Eccleſia Dei. Cum fideles filij eius oſtendant pudenda, quam occultare, & abſcondere debent, & nihilominus oſtendunt illa his quibus non debent, Quarto loco inquit Magiſter Sotus eſſet peccatum mortale, ſi ex reuelatione proprij ſceleris quis incurreret periculum vitæ, hoc accideret illi, qui diceret ſe defloraſſe virginem bonæ famæ, & ſimiliter hoc eueniret filiæ dicenti contra voluntatem ſuorum iacuiſſe cum amatore ſuo.

Diuina ſcriptura repræhẽdit hos homines, qui ſeipſos infamãt in rebus magni momenti.

Quilibet homo in quocũque gradu exiſtat, diffamando ſeipſum peccat mortaliter.

Alia ratione probo, quod infamare ſeipſum ſit mortale peccatum ſic. Reuelare peccatum eſt contra naturam peccatorum, Probatur hoc, quia peccata de ſua natura ſunt abſcondita, ſed illud, quod eſt contra naturam (de genere ſuo) peccatum mortale eſt ergo peccatum mortale eſt diffamare ſeipſum. Huic rationi Magiſter Sotus reſpondere non poteſt, tamen vt ſaluat ſeipſum dicit, quod prodigere propriam famam, non eſt contra charitatem, niſi quando fama neceſſaria eſt ad finem ſpiritualem. Subſumamus nos minorem propoſitionem, per nos fama in re grauiſcilicet, ex parte virtutum moralium, & theologalium, & ex parte bonitatis vitæ eſt neceſſaria ad finem ſupranaturalem, ergo diffamare ſeipſum in his peccatum mortale erit, quod autem diffamare ſeipſum in minimis ſit veniale peccatum iam pluries conceſſimus.

Vnde D. Auguſtinus in libello de bono viduitatis c. 20. vehementer increpat illos, qui putant ſatis eſſe habere bonam conſcientiam apud Deũ, impudenter, & crudeliter contemnentes propriã famam. Ibi enim dicit, neceſſaria eſt nobis vita noſtra, alijs vero fama noſtra, & idem repetit in ſermone de communi vita clericorum, vt refertur. 12 quæſt. 1. c Noto, ergo ex D. Auguſtino infamare ſeipſum mortale eſt cum obligatione ad reſtitutionem famæ, Magiſter Sotus, videns hanc doctrinam D. Auguſtini ex directo contra ſuam opinionem inquit, videtur D. Auguſtinum ſentire, quod cõſeruare propriam famam ſit opus iuſtitiæ, quia neceſſaria eſt alijs, & quod ſit mortale illam negligere, atque adeo, quod infamans ſeipſum teneatur ad reſtitutionem (vt tamen perſeueret in ſua opinione) huic difficultati dupliciter reſpondet, Primo dicit, quod Auguſtinus loquitur illic de ſanctiſſimis mulieribus, quæ à populo venerabantur, vt religioſiſſimę, quæ tamen negligebant famam ſuam putantes virtutem eſſe, vt æſtimarentur malæ, & vituperentur, ſeu vilipen-

Ex D. Auguſtino fama noſtra neceſſaria eſt alijs, ſicut nobis neceſſaria vita eſt.

dere-

Digitized by Google

agrum in quo certus eſt latere theſaurum, non tenetur indicare domino agri ignoranti ſecretum iſtud, ſed poteſt agrum emere ſecundum communem æſtimationem, & tamen venditor vnquam poteſt illud vendere maiori precio cuienti, ergo non æqualis vtriuſque conditum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit huic inſtantiæ, vel theſaurus inuentus eſt in proprio fundo, vel in alieno. Si in proprio fundo totus eſt inuentoris. Si in alieno, vel quæritur ex intentione, vel inuenitur caſu, ſi ex propoſito quærebatur totus eſt reſtituendus Domino agri, vel illi qui illum ibi abſcondit ſi noſcitur, ſi caſu inuenitur, diuidendus eſt æqualiter inter Dominum fundi, & inuentorem, vnde ad argumentum dicit, quod finis per ſe entendi agri eſt fructificatio, quod autem in eo lateat theſaurus, eſt quaſi per accidens, propterea qui eum inuenit eſt eius, ſi eſt iam Dominus agri, ſi nondum eſt Dominus, eſt eius pro medietate, & alia medietas eſt veri Domini, vel Principis, ſi hoc ſibi ſeruauit, ſcilicet, theſauros qui ſub terra, vel alio in loco latent. Hæc ſint pro dubio illo ad ſufficientiam dicta.

Dubium quartum.

LEctor in dubio vltimo quærit, An liceat rem carius vendere quam emere negotiando? Et rationes pro vtraque parte dubij adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, Illud quod eſt neceſſarium pro bono publico eſt licitum, negotiatio eſt neceſſaria pro bono publico, ergo eſt licita, ſed negotiatio non ſeruatur niſi cum lucro, ergo negotiando licitum eſt vendere rem carius quam ematur; vel licet minus emere quam vendatur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Si negotiatio licita eſſet (ad hoc videretur licita) vt homo venderet non ſibi neceſſaria, & emeret ſibi neceſſaria. At negotiator non vendit ſuperflua, vt ſibi emat neceſſaria, ſed emit, vt reuendat, ergo negotiatio licita non eſt, Antecedens habetur ex Ariſtol. 1. Pol. cap. 6. vocat enim contractus naturales illos, qui in commutatione rerum pro vitæ ſubſtentatione fiunt, & emptiones negotiatorias appellat contra naturam, & aſſignat rationem, quia finis illarum eſt indebitus, ſcilicet, lucrum ex cuius inſatiabilitate res venales continuè creſcunt.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua primo. & ſecundario pro parte negatiua.

Negotiatio idē eſt, quod ſine otio, quia non reliquit negotiatores quiete res, vllo tempore.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum declarat quid nominis, & quid rei negotiationis, ſimiliter ponit duplicem commutationem. Dicit igitur quod negotiatio, quo ad quid nominis, idem eſſe, quod abſque otio, ideſt negotiatio eſt continua occupatio, rationem aſſignat huius interpretationis dicendo, quia negotiatores nunquam quieſcunt, ſemper ſunt in ſolitudinibus, neque per dies, vel noctes requieſcunt, quo ad quid rei, negotiatio deſcendit ad particularem commutationem rerum, particulariter negotiari eſt exercere mercaturam, qua de cauſa negotiatores dicuntur emptores, quia ex omnibus locis ſimul emunt, dicuntur tamen mercatores, quia ad hoc emunt vt reuendant, & lucrentur.

Secunda diſtinctio, dupliciter aliquis emit rem, vt reuendat illam, Primo emendo rem, vt melioratam vendat illam. v.g. emit panum rudem, vt purificatum, & mundatum illud reuendat. Emit aues, vt doceat illas canere, & venundantur præcioſiori precio, emit pullum, vt factus æquus, & edoctus vēdatur multo, & ſic de alijs. Tales enim negotiationes non ſunt puræ negotiationes, ſed inter artes mecanicas computantur. Ratione ſic oſtenditur. Nam iſti quærunt lucrum de re, inquantum ſua induſtria, & arte eſt meliorata, negotiatio autem mera (de qua in præſentiarum tractamus) eſt, qua quis aliquid emit, vt vendat illud prout eſt in ſe cum lucro, abſque eo quod illud ad maiorem perfectionem reducat.

Negotiatio eſt qua quis aliquid emit, vt vendet cū lucro abſque eo, quod meliorata ſit res ipſa venalis.

Tertio eſt notandum ex Ariſt. 1. Pol. cap. 1. 5. & 6. tom. 5. quod duplex eſt rerum commutatio, vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, ſed magis ad œconomicos, vel politicos, qui habent prouidere, vel domus, vel ciuitati de rebus neceſſarijs ad vitam. Alia vero commutationis ſpecies eſt, vel denariorū ad denarios non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, & huiuſmodi negotiatio pertinet ad tractatum de cambijs, de qua diſputabimus loco ſuo, huiuſmodi negotiatio ad negotiatores propriè pertinet ex Ariſt. lib. 1. Pol. cap. 6. tom. 5. His ſtantibus pro primo puncto accedendum eſt ad ſecundum, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Negotiatio de ſe intrinſice non eſt bona neque mala, ſed indifferens.

Concluſio prima. Negotiatio de ſe intrinſicè, neque eſt bona, vt charitas, vel alia virtus, neque ab intrinſico eſt mala, vt mendacium, ſed eſt indifferens, vt comedere, quod reſpectu finium diuerſorum, poteſt eſſe bonum, & malum, ſimiliter, & ipſa negotiatio, reſpectu diuerſorum finium poteſt eſſe bona, & mala, ſi ordinatur ad bonum finem eſt bona, ſi ad malum eſt mala.

Concluſio iſta elicitur ex verbis D. Auguſtini. Fornicari ſemper hominibus non licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet (temporibus interdictis non licet) temporibus autem non interdictis licet, licet laicis, pro ſubſtentatione Reipublicæ, vel familiæ. Non licet clericis, quoniam abſcripti ſunt ad ſeruitium diuini cultus, ergo negotiatio poteſt eſſe bona, & mala, licita, & non licita, ergo intrinſicè, non eſt bona, vel mala.

Con-

Digitized by Google

Negotiatio ex parte finis, ſcilicet, quãdo habet turpitudinẽ annexã, niſi lucrum ad finem honeſtũ ordinetur.

Concluſio ſecunda. Negotiatio conſiderata ex parte finis, ſcilicet; lucri quandam turpitudinem per ſe fert inquit Doctor Sanctus 2.2. q.77. ar.4. & cõfirmatur ex Ariſt.1.Pol.cap.6. prout in argumento pro parte negatiua dubij, vbi vult, quod negotiatio ſit ars contra naturam, & quod finis negotiationis ſit turpis, rationem aſſignat, quia appetitus pecuniæ non ſatiatur, lucrari enim per ſe nihil neceſſarium, & honeſtum nominat: ſi tamẽ lucrum habitum ex negotiatione ad honeſtum finem eſt ordinatum, puta ad ſubſtentationem familiæ, vel ſubueniendã reipublicæ in aliqua neceſſitate poſitæ, puta deferendo grana, vinũ, oleum, & ſimilia, tunc negotiatio licita eſt, ſi exerceatur debito modo.

Concluſio tertia. licet negotiationis gratia merces carius vendere quam emere, ratione impenſarum, laborum, in ordine ad loca, & tempora.

Concluſio iſta probatur, quia merces plus, & minus valent pro loci, & temporis diuerſitate, vt experientia ipſa docet, ergo &c.

Ars negotiatoria ex multis circunſtantiis redditur illicita, in ordine ad ſe, ad locum, & tẽpus.

Ex his concluſionibus ſequitur vnum correlarium, tale ars negotiatoria ex multis circunſtantiis illicita redditur, vel ex obiecto, vt quidam qui vendit res inuendibiles, vt ſacramenta, vel res ſacras; vel ex perſonis, exempli gratia ſi Clerici negotiantur, Cum illis ex ſacris canonibus; interdicta ſit negotiatio. 88. inquit enim D. Auguſtinus Laicis licet, Sacerdotibus negotiari non licet, vel ex parte perſonæ cum qua tractatur Chriſtianis enim non licet arma deferre infidelibus, vt patet extra de Iudæis, ſimiliter negotiatio eſt illicita ratione temporis, ſcilicet, ratione feſtorum, his diebus negotiari non licet, prout habetur de ferijs capit. 1. ſimiliter prohibetur ratione loci illicite. Hac de cauſa etiam in loco ſacro negotiari non licet in ſignum cuius Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes. Obſeruandum tamen eſt, quod huiuſmodi circunſtantiæ, ſcilicet, temporis, & loci, tunc inducunt mortale quando cauſant ſcandalum, quando ſcandalum non cauſant peccatum veniale iudicatur. Mendacia, & fraudes licet in omnibus artibus reperiri poſſint, tamen in negotiatione frequentius apparent, ratio eſt, quia præcipuè in hac arte reperitur ineſtinguibilis ſitis lucri. Artifices omnes vtique quærunt victum abundanter ex arte ſua. At mercatores non contentantur de hoc, ſed in paruo tempore volunt diuites fieri, quæ quidem auiditas, animum abſorbet, mendacia nutrit, & multa alia mala facit, quæ explicare impoſſibile eſt. Nihilominus ſunt multi qui ad negotiationes tendunt, quoniam ſine labore, & magno ſudore exercentur, & negotiatores in gradu nobiliori, & honorabiliori ſupra artifices collocantur, qua de cauſa multi (relictis artibus mecanicis) ad negotiationes ſe transferunt, & vijs, & medijs omnibus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, per fas, & nefas, diuites fieri volunt, de quibus mercatoribus loquens Diuus Chriſoſtomus merito dicit, quod nullus mercator poteſt placere Deo, & quod nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſi voluerit eſſe mercator eijciatur ab Eccleſia Dei. His pro ſecundo puncto declaratis, pergimus ad tertium, ſcilicet ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ caſus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat minorem propoſitionem inſtantiæ adductæ pro parte negatiua caſus, & ad probationem dicit, quod Ariſt. ibi loquitur de negotiatione cuius finis primarius eſt lucrum, talis negotiatio vtique eſt mala, illicita, & contra naturam. Nos autem loquimur de negotiatione cuius finis per ſe non eſt lucrum, ſed ſubſtentatio familiæ, cuius lucrum ordinatur ad bonum finem, ſcilicet, ad ſubſtentationem familiæ ſuæ decenter, vel ad patriæ ſubleuationem. Negotiatio autem illa, quæ cauſat augmentum precij mercium, & ruinam pauperum eſt contra naturam, non propriè eſt negotiatio, ſed peſtis negotiationis, de his negotiationibus, & negotiatoribus quorum finis principalis eſt lucrum, loquitur D. Chriſoſtomus, Nec non, & Caſſiodorus. Cum quidem dicendo negotiatores illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum, polluunt merces ſuas plus periurijs, quam pretijs. Hoc enim certiſſimum eſt, & experientia docet. Mercator autem iuſtus, & timoratus gratus eſt Deo, nec eſt ab Eccleſia Dei eijciendus, ſed amplectendus eſt tamquam Chriſti. Et quis eſt iſte, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Iſti enim ſunt mercatores reales, & non fraudulenti. Iſti ſunt qui mercaturam exercent ſine cupiditate, ſed pro ſuæ familiæ ſubſtentatione. At è contra, illi qui abundant diuitijs, & poſſeſſionibus, & negotiationem exercent, quia finis illorum (vt ſæpius diximus) eſt lucrum, eijciendi ſunt ab Eccleſia Dei, quoniam illis non licet negotiari, niſi in caſu quo Reſpublica reperiretur in aliqua magna neceſſitate, & non adeſſent mercatores requiſiti ad repellendam talem neceſſitatem; Tunc diuitibus liceret exercere negotiationem iuſtè, non affectu lucri, ſed patriæ.

Aliqui mercatores eiciendi ſunt ab Eccleſia Dei, alij autẽ non primi ſunt Diaboli negotiatores ſecundi autem Dei.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator dicendo. Contra iuſtitiam eſt, quod aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat (vt ſupra dictus) ſed ille qui negotiando, rem carius vendit quam emerit, neceſſe eſt, quod, vel, vilius emerit quam valeat, vel carius vendat, neutrum iſtorum eſt licitum, ergo talis negotiatio ſine peccato fieri non poteſt.

Inſtantiæ ſolutio.

Vendere rẽ carius quam emit quis ratione temporis loci, & expẽſarũ licet

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod non quicunque carius vendit aliquid quam emerit negotiatur, ſed ſolum qui ob hoc emit, ſcilicet, vt carius vendat. Si autem emit rem non vt vendat, ſed vt pro ſe teneat, & poſtmodum propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negotiatio, quamuis carius vendat inquit Doctor Sanctus. Poteſt enim hoc licite facere, vel quia in aliquo rem melioravit; vel quia precium rei eſt mutatum, ſecundum diuerſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit, transferendo rem de loco ad locum, vel ferri faciendo,

do, & ſecundum hoc nec emptio, nec venditio eſt iniuſta, quia facta eſt iuſto precio ratione temporis, & loci.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator inſtat vltimo loco dicendo D. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum, inter principium, & medium tomi primi, dicit hæc verba. Negotiatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. Non enim negotiatio videtur eſſe interdicta clericis niſi propter peccatum, ergo negotiando aliquid vilius emere, & carius vendere eſt peccatum, ergo eſt illicitum.

Confirmatur hoc. Nam ſi negotiatio iuſta, & licita eſſe poteſt cur prohibita ſit clerico, Nonne dicit Dominus iuſto negotiatori, euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium Domini tui.

Inſtan. ſolutio.

Pluricis interdicta eſt negotiatio non quia in ſe ſit mala, ſed qa habet ſpeciē mali.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, cum D. Thom. quod clerici non ſolum debent ſe abſtinere ab his quæ ſecundum ſe ſunt mala, ſed etiam ab his quæ habent ſpeciem mali. Negotiatio, & ſi de ſe non ſit mala, habet tamen ſpeciem mali, quia ordinata eſt ad lucrum terrenum, cuius clerici debent eſſe contemptores. Negotiatio, & ſi de ſe non ſit mala (immo negotiatio iuſta eſt bona) habet tamen ſpeciem mali propter vitia frequentia negotiorum. In primis difficulter negotiator effugit peccata labiorum, quæ peccata procul eſſe debent à clericis, in quorum ore ſemper debet reperiri veritas. Alia cauſa particularis inquit Doctor Angelicus, qua prohibetur clericis negotiari eſt, quia negotiatio nimis implicat animum negotiatoris curis ſecularibus, quod maximè trahit ab affectu, & diligentia circa ſpiritualia. Hac de cauſa dicebat Apoſtolus 2. Epiſtola, ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ex quibus etiam habetur reſponſio ad confirmationem. Nam alia eſt negotiatio pertinens ad clerum ab illa de qua eſt ſermo, ſcilicet à negotiatione ſeculari, negotiatio pertinens ad clerum pertinet ad ſpiritualia, & iſta eſt maximè meritoria apud Deum, & de iſta loquitur Chriſtus ſeruo ſuo fideli dicendo, euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Hæc dicta ſint pro dubio iſto, & caſu, & pro tota hac diſputatione de emptione, & venditione.

Hæc argumenta ſunt pro caſu 2. detractionis, pagina 330. columna 2. fuit error.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus primo argumento ſatisfacit dicendo (cum Doctore Angelico Minorē propoſitionem eſſe falſam, ſcilicet, quod detractio ſit actus virtutis, & ad probationem dicit, quod reuelare peccatum occultum alicuius propter eius emendationem denuntiando illud Prælato, vel propter bonum iuſtitiæ publicè accuſando, non eſt detrahere, quia primum fit intentione emendationis delinquentis, ſecundum pro bono publico per ſe, & quaſi per accidens in punitione errantis, Detractio fit cum intentione nocendi proximum in fama.

Argumentum ſecundum.

Lector contra hanc terminationem inſurgit dicendo, gloſſa in verbis illis, Cum detractoribus non commiſceris, dicit, quod hoc peccatum reperitur in toto genere humano, ergo peccatū hoc eſt veniale, valet conſequentia, quia peccatum hoc non eſt originale, vt patet, non eſt mortale, quia mortale non reperitur in quolibet homine. Hoc corroboratur ex D. Auguſtino dicente, quod peccatum, quod purgatur in purgatorio eſt veniale, & non mortale, peccatum hoc detractionis in purgatorio purgatur, ergo non eſt mortale, ſed veniale.

Argumētum ſolutio.

Vitium detractionis ferre ad omnes homines ſe extēdit ſimpliciter autē non.

Theologus huic argumento dicit, quod gloſa illa non vult innuere, quod detractio in toto genere humano inueniatur, id eſt in ſingulis hominibus, vnde in verbis ſuis addit, penè totum genus humanum periclitatur. Ratio inquit D. Th. quia infinitus eſt numerus ſtultorum, & pauci ſunt qui ambulant in via ſalutis, ſecundo gloſa hoc dicit, quia pauci, vel nulli ſunt, qui aliquando ex animi leuitate aliquid non dicant, vnde in aliquid ſaltem leuiter, alterius fama minoretur, in quibus veniale eſt peccatum, prout docet Apoſtolus Iacobus, cap. 3. quo in loco dicit Apoſtolus. ſi quis in verbo non offendit perfectus eſt. Detractio tamē formali ſpecie tum mortale eſt.

Confeſſionis ſolutio.

Ad confirmationem Theologus dicit, D. Auguſtinum loqui in caſu illo quo aliquis dicat aliquod leue malum de alio, non ex intentione nocendi, ſed ex animi leuitate, vel ex lapſu linguæ, iſtæ detractiones, vel murmurationes, reputantur peccata minima à D. Auguſtino quæ purganda ſunt in purgatorio. In hac igitur imperfecta detractione ferrè omnes homines tenentur, & pro illis puniendi ſunt, vel hic, vel in purgatorio. Hæc ſint pro caſu, & dubio.

DISPVTATIO PRIMA in littera F.

De fama, & infamia.

In caſu primo inueſtigat, An reuelare crimen occultum vni viro graui ac prudentiſſimo, qui retinebit certè apud ſe ſecretum, ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam.

In primo dubio poſtulat, An infamatus in vno loco de vno delicto, vbique ſit infamis de delicto illo.

In ſecundo caſu proponit quæſtionem inſignem thomiſtarum, An Homo poſſit diffamare ſeipſum abſque eo, quod teneatur ad reſtitutionem.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector, Si reuelare crimen occultum vni viro graui, & prudentiſſimo

mo qui apud ſe retinebit ſecretum ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam. Caſum hunc mouet, quia thomiſtæ videntur eſſe diuerſæ opinionis, ſed quia diuerſitas iſta in rei veritate non eſt, ſed tantum in verbis, relictis argumentis pro vtraque parte dubij ad ſolutionem quæſiti pergamus.

Caſus deciſio.

Lector Theologus circa hunc caſum duo facit. Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo quatuor concluſionibus ſatiſfacit quæſito, quo ad primum, diſtinctio eſt iſta, Reuelatio ſecreti proximi ſui, ſit illi viro prudenti, cum cauſa, vel ſine cauſa, ſi fiat cum cauſa, hoc fieri poteſt virtuoſè abſque omni peccato, ſine cauſa autem non licet, & qui oppoſitum facit, mortaliter peccat, & vt hoc clarè percipiatur, pono concluſiones.

Non eſt detractio neq; peccatum manifeſtare delictū proximi viro prudēti ad capiendū conſilium.

Concluſio prima. Quando neceſſitas requirit conſilium circa crimen occultum, vel ex parte illius qui commiſit delictum, vel ex parte illorum qui ex tali delicto ſunt aggrauati, poteſt requiri tale conſilium, & per conſequens manifeſtare poteſt iſte errorem proximi, perſonæ illi prudenti, vt conſilium capiat, ſed hoc accidit in multis caſibus, ergo (vrgente neceſſitate) poſſumus manifeſtare crimen occultum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur per exemplum, virgo quædam commiſit ſtuprum in domo Patris ſui. Mater non poteſt occurrere inconuenientibus propinquis, niſi reuelet factum viro ſuo, vel conſanguineo, vel confeſſario ad conſilium capiendum, ergo talis reuelatio non erit peccatum, immo erit actus virtutis, & hoc eſt, quod intelligit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod non læditur fama proximi, ſaltem notabiliter ex eo, quod narratur ſecreto crimen tali perſonæ, apud quem proinde erit, ac ſi non eſſet dictum, vt contingit in colloquijs inter virum, & vxorem de criminibus filiorum, & idem de alijs. Ratio eſt, quia ex his non læditur fama proximi, ſed quæritur medicina ſanatiua illius conſcientiæ pro conſeruatione famæ illius. In iſto ſenſu loquitur Dominus Caietanus, & optimè quidem. Magiſter Dominicus Banenſis corroborat hanc veritatem tali ratione. Narrare crimen occultum quamuis graue honeſtatur (inquit) aliquando, vel propter vtilitatem Reipublicæ, vt quando manifeſtatur crimen hæreſis, vel propter vtilitatem eius cuius crimen narratur, vt quando adhibentur teſtes in correctione fraterna, vel propter vtilitatem tertiæ perſonæ, v.g. dum reuelatur alicui, quod parantur ei inſidiæ, ergo & idem fieri poterit, dum occurrit neceſſitas, & oportunitas perſonæ talis. Immo ad hoc ordinata eſt correctio fraterna, ſi enim non emendatur frater ex ſecreta correctione, emendabitur ex correctione facta coram teſtibus, vel facta ſaltem coram Prælato. Non enim teſtes, neque Prælatus ſcire poſſunt crimen corrigendum, niſi fuerit illis reuelatum.

Reuelare peccatum ſecretum proximi etiā viro prudenti abſque cauſa peccatum mortale eſt.

Concluſio ſecunda. Reuelare crimen ſecretum proximi ſine iuſta cauſa (etiam viro prudenti) peccatum mortale eſt ex ſuo genere, etiam quod ex hoc non ſequatur infamia quo ad alios, probatur hoc, quia in tali cauſa iſte remanet infamatus apud tantum virum, quod magis eſt quam eſſe diffamatum apud multos plebeios, propterea Angelicus Doctor dicebat in primo articulo q. 73. 2. 2. in reſponſione ad ſecundum, quod qui reuelat crimen occultum vni viro, tantum lædit famam proximi non in toto, ſed in parte. Ab hac ſententia Magiſtri Dominici à Soto à qua non recedit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vt patet, nec eſt diſcedendum, vnde mirum eſt, quod Magiſter Sotus ſic appertè impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, debebat enim illum reducere ad bonum ſenſum, & ſic non ſe oſtendiſſet æmulum Caietani Illuſtriſſimi, ſed amatorem veritatis. At relictis illis in ſua ſententia, attendamus ad id quod deſeruit propoſito noſtro. Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod huiuſmodi manifeſtatio delicti occulti poteſt augere, & minuere culpam loquentis ex parte perſonæ de qua loquitur, & ex parte modi loquendi, & ex parte perſonarum poteſt minui, vel aggrauari peccatum. Nam ſunt quædam perſonæ quæ ex minimis inhoneſtis affirmatis, de illis redduntur infames, vt moniales, puellæ nubiles, pudicæ nuptæ, ſimiliter religioſi bonæ conſcientiæ, & opinionis. Manifeſtare de his minimum delictum occultum, mortale peccatum eſt, Ratio aſſignatur, quia bonum nomen illorum, & fama facilius denigratur. Aliæ perſonæ ſunt quarum fama non ſic faciliter denigratur. Iuuenes ſeculares de fornicatione ſimplici, & forſitan de adulterio, & quod peius eſt de vitio nefando, ſi infamentur non aggrauantur, immo de his ſepiſſimè ipſi loquuntur, & gloriantur, iuxta illud dictum ſcripturæ. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, & quod dicimus de his dicere poſſumus de alijs in alijs generibus peccatorum, vt de fraude in negotijs, de non ſeruare promiſſum datum etiam ſub iuramento &c. Manifeſtare occulta, vt cum Domino Caietano Illuſtriſſimo, Magiſter Sotus, & Banenſis affirmant non eſt mortale peccatum, probatur hoc quando communiter ex his infamia non prouenit his perſonis, ſi prouenit hoc eſt per accidens, ſic quia offenſa, tale genus infamatorum non curant, immo ex hoc gloriantur.

Aliquæ perſonæ de facili infamātur ex detractione aliquæ autē non ſic de facili.

Conſiderata qualitate perſonarum de quibus eſt ſermo, conſiderandus eſt modus loquendi, vel ille qui loquitur contra proximum ſuum loquitur aſſertiuè de viſu, vel loquitur ex relatione, ex auditu aliorum, ſtante hac diſtinctione ponitur ſequens concluſio.

Ille qui aſſertiuè manifeſtat delictum occultū proximi detrahit per ſe, qui ex auditu hoc facit detrahit per accidēs.

Concluſio tertia. Manifeſtans delictum proximi occultum aſſertiuè, tanquam de viſu peccat mortaliter. Manifeſtans autem ex relatione aliorum, ex auditu, vt in pluribus eſt peccatum veniale, probatur, concluſio iſta authoritate Illuſtriſſi-

mi Domini Caietani dicentis, quod ſolus aſſertor tollit famam. Cum dicto addo ego, ſi iſti tollunt famam proximi per ſe, alij illam tollere poſſunt per accidens, idest per aliud, teſtificatio enim de viſu, eſt illa ſuper quam fundatur iudicium, teſtificatio de auditu non facit niſi ad inquirendum, non ad condemnandum, & hoc verificatur non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam extra iudicium, vnde per ſe primi tantum inferunt damnum proximo, ſecundi tantum per accidens, per hanc diſtinctionem mihi videtur poſſe ad concordantiam reducere, Dominum Caietanum, Magiſtrum Sotum, & Banenſem, quia Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquitur formaliter de detractione, Magiſtri Sotus, & Banenſis abſolutè loquuntur, ſiue formaliter ſiue materialiter, vel qualitercunque diffamatur proximus, in ſignum, quod ille ſolus qui aſſertiuè manifeſtat detrahat per ſe, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſolum ille ad reſtitutionem famæ tenetur per ſe; reliqui non, ſi falſum eſt quod retulleruht, & reddit, rationem de hoc dicendo, ex leuitate ſi quidem audientis non ex indicantis, læſa eſt fama proximi, ſi lædatur in iſtis caſibus, Iſti autem qui manifeſtant delicta proximi non à ſe cognita, ſed ex relatione, & dubitatiuè, quia in re graui operantur contra charitatem peccant mortaliter, & hoc intelligit Magiſter Dominicus à Soto, quod non negat Caietanus Illuſtriſſimus, immo tenetur ad reſtitutionem famæ inquit Caietanus, quod non affirmat Sotus explicitè vnde nos pro maiori intelligentia dictorum ponere aliquas concluſiones cum Banenſi volumus, inter quas primum locum tenebit iſta.

Concluſio prima. Refferre crimina occulta, & bono modo (ſed ſine neceſſitate) ſaltem eſt peccatum veniale, quia eſt præter modum, & extra ordinem charitatis.

Concluſio ſecunda. Si crimina quæ referuntur ſunt grauiſſima, peccatum eſt mortale, non contra iuſtitiam per ſe, bene per accidens, per ſe eſt contra charitatem?

Concluſio tertia. Reuelatio ex auditu, vel facta dubitatiua magni criminis occulti cum denigrat famam, obligat ad reſtitutionem, non ex iuſtitia, ſed ex charitate, non ex iuſtitia, vt patet ex præcedentibus, ſed ex charitate, vt illi qui magis crediderunt quam debebant contra famam proximi ſemoueantur ab hac credulitate. At quia non reperitur aliquis alius, qui congruentius hoc facere poſſit, quam ille qui manifeſtauit delicta modo dubitatiuo, vel ex relatione aliorum. Si dicat male feciſſe diffamando proximum ſuum, valde iuuat diffamato ab ipſo. Nam ſi referat, quod ab alijs intellexit, vel quod dubitat de proximo, ſi eſt vir magnæ authoritatis, & narrat crimina illius in plebem, poteſt cauſare maximam opinionem contra eum de quo loquitur. Ideo debet reſtituere famam dicendo, & ſi verbis meis credere non debetis, quia loquutus ſum ex ore aliorum, vel opinatiuè, & nō ſcientificè, & declaraui meipſum interloquendo, exhibitiuus, vt omnem malam opinionem ex mente veſtra eijciatis circa perſonam talem. Dico me neſcire aliquid certe contra proximum meum, immo non credo id quod dixi de illo, eumque pro viro bono teneo vel dicere poteſt. Mea ſuſpitio fundata fuit ſub debiliſſimo fundamento, immo dico ego, quod omnes nos tenemur habere bonam opinionem de proximo noſtro, cum non conſtat manifeſtè, & clarè aliquid in contrarium, vt accidit in caſu noſtro. His ſic ſtantibus ponitur, Quarta concluſio quā pro certa tenemus cum Magiſtro Dominico à Soto, ſcilicet, quod quicunque alteri famam ſubſtulit iniquè, ideſt contra iuſtitiam ex intentione per ſe; & non cauſaliter, vt declarauimus, tenetur ad reſtitutionem ex iuſtitia ſi contra iuſtitiam famam ſubſtulit. Ad hoc tenetur ex charitate ſi non fuit in cauſam damni proximi ſui infamati, formaliter, ſed materialiter, vnde mihi videtur Banenſem extra photum canere dicendo, contra Caietanum, quod detrimentū famæ in proximum, quod euenit ex loquente ex auditu, vel opinione, declarando ſeipſum, prouenit ex narrante, non autem ex audientis infirmitate, hoc enim pro falſo habemus, quoniam ſi vir ille eſſet magnæ authoritatis, et eſſet credendum quando loqueretur ex propria ſententia, ex viſu, non autem ex auditu, aſſertiuè, non, autem opinatiuè, vnde in caſu noſtro error, eſt ex parte recipientium, vt inquit Caietanus, ideo obligatio ad reſtitutionem famæ proximi non venit ex iuſtitia, ſed ex charitate. De hoc caſu ſit dictum ſatis, ponatur dubium.

Aſſignatur modus reſtituendi famā ei contra quē quis loquutus eſt, ex auditu, vel ex uleui ſuſpicione.

Detractor aliquando ex iuſtitia tenetur ad reſtitutionem famæ proximi aliquando ex charitate.

Dubium vnum.

IN hoc dubio querit Lector, ſi infamatus in vno loco de vno delicto vbique ſit infamatus de illo; ideſt ſi licet infamare in vno loco eum qui infamatus non eſt in illo loco, licet infamatus ſit in alio; & quærit ſi talis infamatio eſt peccatum mortale, obligans ad reſtitutionem, & adducit Doctores pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus in quolibet. 11. Ratio eius eſt, quia talis in omni loco non eſt infamis, ſed tantum vbi deliquit, ergo non licet infamare illum in loco illo, vbi non eſt infamatus, ergo talis infamans peccat, & ad reſtitutionem tenetur, quia ab illo abſtulit famam quoniam non effectus erat infamis antequam infamaretur in iſto alio loco, & erat Dominus ſuæ famæ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus Opuſculo. 27. art. 9. vbi dicit, quod non eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, nec obligat ad reſtitutionem diffamare in loco alio, illum qui in vno loco eſt infamis, quia iam pro tali eſt declaratum.

Partis negatiua probatio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit circa hoc dubium, Primo ponit ſententiam Magiſtrorum Soti, & Banenſis, Secundo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, &

con-

concordat opiniones, quo ad primum, opinio Magiſtri Dominici à Soto eſt media, inquit ſi talis homo in vno loco eſt priuatus ſua fama ſecundum ordinem iuris, & iuſtitiæ, non erit peccatum mortale contra iuſtitiam obligans ad reſtitutionem infamare illum in alio loco, licet poſſit aliquando eſſe peccatum mortale contra charitatem. Bannenſis tenet quod nec ex hac parte ſit peccatum mortale. Ratio eius eſt, quia notitia illa ad quodcunque locum deuenire debebat ſecundum ordinem iuris, licet de facto non peruenerit, & in hoc Sotus, & Bannenſis veniunt in ſententiā Illuſtriſſimi Domini Caietani. At quo ad ſecundam partem Soti, ſcilicet, quod aliquando in tali caſu peccat contra charitatem conuenit cum Adriano, quodammodo, non ſimpliciter, quia Adrianus tenet partem affirmatiuam non ſolum ex parte charitatis, ſed ex parte iuſtitiæ, etiam ego, igitur ex his pono hanc concluſionem. Si ille qui manifeſtat talem infamiam (in loco, vbi ne citur) ad hoc motus ne deueniat ad dignitatem, vel quid aliud de quo eſt indignus ille, manifeſtans infamiam in loco illo vllo modo peccat. Si tamen hoc faceret odio motus contra illum, poſſet eſſe mortale peccatum, vel veniale, ſecundum qualitatem odij, vel eſſe poteſt mortale ſi hoc procedat ex odio formaliter, veniale ſi ex leuitate, & addo, quod non ſolum manifeſtare licet, ſed & ſcribere, vt aliæ nationes, & populi adiſcant modum puniendi peccata ſimilia, ſi pœnas dederit Reſpublica ſecundum qualitatem delicti, & ſecundum leges per allegata, & probata ſtantibus his reſpondendum eſt ad Adrianum.

Manifeſtans infamiā infamati in vno loco in alio aliquando peccat aliquādo non, aliquādo mortaliter aliquando, venialiter.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit Adriano, quod talis de iure, non eſt Dominus ſuæ famæ, dummodo iuridice, in vno loco ſit priuatus illa. Nam qui in vno loco occiſus eſt, in alio non viuit.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu mouet illam quæſtionem inſignem Thomiſtarum in qua quæritur, ſi homo poteſt diffamare ſeipſum, abſque eo quod ad reſtitutionem teneatur, & adducit opiniones Doctorum pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus, & Sotus, & Maioranus. Maioranus hāc ſententiā tenet ī quarto ſententiarum, & Adrianus ſimiliter, Magiſter Dominicus à Soto. lib. 4. de iuſt. & iure. q. 2. art. 3. & lib. 5. quæſt. 10. art. 2. & de ſecretis. q. 3. Maior. in 4. d. 15. q. 17. Adrianus in 4. de reſtitutione. Magiſter Sotus etiam contra Caietanum, lib. quarto, de iuſt. & iure. q. 6. & q. 7. art. 2.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2. 2. q. 73. art. 2. quo in loco tenet, quod homo non eſt Dominus ſuæ famæ, quod non poteſt diffamare ſeipſum, & ſi aliquis ſeipſum diffamat ad reſtitutionem tenetur. At quia ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani verior eſt in conſcientia, quam illa Magiſtri Soti, ſoluendum eſt dubium pro hac parte.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ponit vnam concluſionem negatiuam poſtea adducit rationes, in quibus fundatur Magiſter Dominicus à Soto pro ſua opinione, illaſque ſoluit ſigillatim vt doctrina diſtinctè percipiatur, & veritas illuceſcat in cordibus noſtris.

Concluſio. Homo non eſt Dominus ſuæ famæ, neque poteſt diffamare ſeipſum & ſi diffamat ſeipſum obnoxius eſt reſtitutioni, Probatur concluſio iſta quo ad ſingulas particulas quod diffamare ſeipſum ſit peccatum, & obliget ad reſtitutionem affirmat gloſſa in cap. ſacerdotibus 35. q. 6. ergo homo nō eſt Dominus ſuæ famæ, valet conſequentia, quia ſi homo eſſet Dominus ſuæ famæ non peccaret diffamando ſeipſum ſed ex gloſſa in cap. illo peccat, ſimiliter ad reſtitutionem non tenereretur, quia Dominus poteſt facere de ſuo quicquid ſibi videtur, ergo cum homo peccat diffamando ſeipſum, & ad reſtitutionem teneatur non eſt Dominus ſuæ famæ. Hac & alijs rationibus motus Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod licet quidam opinantur non eſſe peccatum mortale infamare ſe ipſum propter cruciatus, & per conſequens non teneri ad reſtitutionem ſuæ famę, nec eſſe mendacium pernicioſum, & mouentur ad dicendum hoc, quia huiuſmodi confeſſio non valet nec cedit illi in infamiam, vt dicitur in dicto cap. Sacerdotibus, verumtamen inquit Illuſtriſſimus ipſe, quod talis infamatio ſui ipſius eſt peccatum mortale, ſicut & occidere ſeipſum & vt oſtendat, quod hoc non dicit ex proprio capite (vt fortitan arbitratur Magiſter Dominicus à Soto) reddit rationem veritatis iſtius dicendo, infamare ſeipſum eſt contra præceptum charitatis, quo quilibet tenetur ſeipſum diligere (hoc negari non poteſt ab aliquo) charitas enim incipit à ſeipſo, ergo qui agit cōtra ſeipſū ſe diffamādo, agit contra charitatem, Secundo peccat mortaliter, quia iniuriam facit Eccleſiæ (cuius eſt membrum) ſcilicet, infamando iniuſtè vnum de membris eius in quo caſu iſte eſt ſimilis ei qui occidit ſeipſum, talis occidendo ſeipſum offendit ciuitatem cuius eſt pars; Clarum eſt quod qui occidit ſeipſum peccat mortaliter, & iniuriam facit Eccleſiæ, in ſignū cuius Eccleſia non vult, vt illi detur ſepultura in ſacro, ex quo infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod qui infamat ſeipſum in tormentis ad reſtitutionem famæ tenetur, & cui? non ſibi ipſi (vt fingit Sotus contra Caietanum) ſed Eccleſiæ cuius iſte eſt pars, vt conſtat in litera Caietani Illuſtriſſimi, vnde ſubdit, quod infamans ſeipſum opponitur Eccleſiæ, & per conſequens ex iuſtitia tenetur (quæ eſt ad alterum) reſtituere ſibi famam, (ne Eccleſia infamata remaneat ex parte iſtius membri) quid clarius. Secundo hoc idem probat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hāc alia ratione.

Homo nō eſt Dominus ſuæ famæ neque poteſt diffamare ſeipſum, & ſi ſu facit ad reſtitutionem tenetur.

Infamans ſeipſum etiam in tormentis peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

ne, Infamare ſeipſum abſolutè loquendo eſt peccatum mortale (ex ſuo genere) ergo infamare ſeipſum metu mortis, vel in tormentis (ex ſuo genere) eſt peccatum mortale, tenet conſequentia inquit Caietanus, quia neque metus mortis neque tormenta excuſant à mortali, ſi actus ille (ex ſuo genere) eſt mortalis, valet conſequentia, aliter ad fugienda tormenta, & mortem, liceret fornicare, & alia mala facere, quod apperte eſt contra D. Paulum ad Rom. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona (His ſtantibus) ſoluendæ ſunt impugnationes, pro parte affirmatiua, quas adducit Magiſter Dominicus à Soto, & ſequaces eius.

Impugnationum ſolutio.

Impugnatio prima.

CONtra ſupradicta inſurgit Lector cum Magiſtro Soto dicendo primo. Homo eſt Dominus ſuæ famæ ſicut aliarum rerum ſuarum, ſed homo pro liberatione vitæ ſuæ poteſt ſua bona exteriora expendere, ergo & pro tuitione ſuæ vitæ poterit diffamare ſeipſum, etiam dicendo multa mendatia. Minor conceditur. Maior probatur. Fama ab homine poteſt aufferri per violentiam, & occultè etiam, ſicut, & alia bona exteriora, ergo inter illa computabitur, & per conſequens homo liberè poterit illam amittere, pro conſeruatione vitæ ſuæ.

Impugnationis diluuio.

Theologus negat Maiorē, & ad probationē dicit, quod homo non eſt ita ſuus, quin ſit pars alterius; tamen tenetur diſponere ſeipſo, ita vt non faciat alteri iniuriam, ſcilicet, toti, cuius ipſe eſt pars (hoc fundamento facto) dicit ad probationem, quod homo exponit proprias diuitias pro conſeruatione vitæ ſuæ, & pro ſui incolumitate corporis, quia in hoc facto nulli facit iniuriam, immo ſeruat rectum ordinem naturæ, ſed non eſt par ratio de fama, quia homo quo ad famam non eſt ita ſui iuris, quin ſit alterius, eſt enim membrum Eccleſiæ, & pars Reipublicæ, vnde non licet pro ſalute vitæ corporalis, vel pro aliquo commodo temporali diffamare ſeipſum, quoniam offenditur Eccleſia, & patria, ſeu communitas, quod eſt contra iuſtitiam, licet hoc non admittat Sotus, Nam ſicut infamare proximum peccatum mortale eſt, ita infamare ſeipſum, immo à fortiori, quia magis tenemur diligere nos ipſos quam proximum noſtrum, vnde ſicut pro ſalute propria non licet infamare proximum, neque propter hoc licet infamare ſeipſum. Hanc rationem ſeu demonſtrationem nunquam ſoluit Magiſter Dominicus à Soto, Clarum eſt, quod pro tuenda vita vnius religioſi, non licet infamare totam religionem, nec occidere proximum pro tuenda vita propria, ergo nec propter hoc licet vnquam infamare ſeipſum. Non enim minus debemus diligere nos ipſos quam proximos, & per conſequens maiorem curam debemus habere de fama noſtra propria, quam de fama proximi noſtri, ergo ſicut pro tuenda vita mea non poſſum infamare proximum, neque meipſum, valet conſequentia: (per Dominum Caietanum, immo per D. Thom. quod magis eſt) quia magis tenemur diligere nos ipſos, quam proximos noſtros, charitas enim incipit à ſeipſo, & per nos ipſos, ſe extendit ad proximos.

Infamaret totū corpus miſticum pro ſalute partis non eſt minus peccatū quā infamare proximum, pro ſalute ppria.

Obiectio.

Scio enim, quod Doctores contrariæ opinionis negant hanc conſequentiam; & aſſignant rationem negationis dicendo, quod non ſumus Domini famæ proximorum, propterea pro tuenda vita noſtra non poſſumus infamare proximum, bene poſſumus infamare nos ipſos cum ſimus Domini propriæ famæ. Nam infamando proximum, ex Doctrina Angelici Doctoris hic in caſu peccat mortaliter infamator, hoc non accidit dum infamo meipſum, quia bona mea pro tuenda vita mea, & proximi etiam poſſum expendere.

Obiectionis ſolutio.

Contra hanc reſponſionem aduerſariorum me oppono dicendo, vel proximus eſt Dominus ſuæ famæ ſicut, & ego meæ per te, vel non, ſi non, ergo concluſio non eſt vniuerſalis (vt ſupponitur in hac diſputatione.) Si ſic, ergo in tempore neceſſitatis pro tuenda vita mea poſſum diffamare proximum, valet conſequentia, in tempore maximæ neceſſitatis, mihi licet accipere cibum, & veſtimenta vbicunque, quia tunc omnia ſunt communia per D. Thom. 2. 2. q. 56. art. 7. Ratio illius eſt, quia res inferioris ordinis ſunt ordinatæ ad hoc ex diuina prouidentia, quod ex his ſubueniatur hominum neceſſitati, hæc ſunt verba D. Thom. Subſumo modo, ſed fama per vos eſt de ordine rerum inferiorū, & pertinet ad res de quibus homo habet dominium, ergo in tempore neceſſitatis pro tuitione vitę meę potero accipere famam proximi mei, illumque infamare abſque peccato; valet conſequentia, quia per vos, poſſum pro tuitione vitę meę expendere bona mea, & infamare meipſum ergo ſi ista non ſufficiunt, potero expendere res alienas, & diffamare proximum per bonam conſequentiam Sed per D. Thom. hoc in loco illud non poſſum facere ſine mortali peccato, ergo neque meipſum diffamare poſſum, ergo falſum eſt, id quod vos dicitis, ſcilicet, quod poſſum expendere famam ſicut res externas pro tuitione vitę meę abſque peccato, & ſine obligatione ad famę reſtitutionem. Confirmatur hoc denuo, ex doctrina Angelici Doctoris in tempore neceſſitatis rapere poſſum aliena ſine peccato, & abſque obligatione ad reſtitutionem, & per vos fama ad bona exteriora, & non ad vitam pertinet, ergo abſque peccato mortali, & obligatione ad reſtitutionem potero aufferre famam alienam, pro tuitione vitę meę. Hoc totum eſt contra doctrinam Angelici Doctoris, ergo in hoc dimittenda eſt doctrina Magiſtri Dominici à Soto, quia non tangit punctum veritatis, & ſtandum eſt in doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, quia ex medulla doctrinę D. Thom. illam accepit.

Oſtendit hominem non eſſe abſolutè ſuæ famæ Dominus ſicut nec famę proximi.

Procedamus vltra ponamus alias rationes Illuſtriſſimi Domini Caietani, vt magis percipiamus veritatem. Quando exponimus diuitias pro propriè vitę tuitione, fit ſola priuatio rerum, ſed quando quis infamat ſeipſum, non ſolum fit priuatio famę, ſed appoſitio infamię, vnde inquit

Illu-

Digitized by Google

Homo poteſt exponere diuitias pro tuitione vitæ ſuæ nō tamē poteſt hac de cauſa diffamare ſeipſum.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus aliud eſt ſuſtinere priuationem famæ propter tormentum, & aliud eſt apponere infamiā, quod facit infamans ſeipſum, primum eſt propriè pati, ſecundum eſt agere, pati infamiam innocenter eſt meritorium & non peccatum, prout manifeſtat Dominus dicendo, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Infamare ſeipſum mortale peccatum eſt. Hanc diſtinctionem noluit conſiderare Magiſter Dominicus à Soto, propterea dicebat fama poteſt ab homine auferri per violentiam, & occultè, ſicut alia bona exteriora, ergo fama inter bona exteriora computatur. Antecedens concedit Caietanus, & nos negamus conſequentiam, & meritò quidem, quia ex dictis, ex ablatione famæ vi, vel occultè, non peccat homo, ſed meretur ſi patienter tolleret, at diffamando ſeipſum homo peccat mortaliter, vt declaratum fuit. Rationabiliter igitur infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hoc, ſcilicet, vnde non poteſt iſte, ſcilicet, qui infamauit ſeipſum, excuſari à pernicioſo mendacio cum ſit mendacium læſiuum proximi quatenus eſt ſibi commembrum, ſeu totius, ſcilicet, corporis Eccleſiæ, cuius ipſe eſt pars in magno bono quæ eſt fama, etiam per aduerſarium noſtrum. Hoc enim affirmat ſapiens Prouer. 22. dicendo. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, ex quibus ſub infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod huiuſmodi mendacium prout eſt contra ſeipſum eſt, pluſquam iniuſtum, rationem aſſignat, quia eſt contra charitatem propriam, qua quilibet non minus ſeipſum quam proximum tenetur diligere, & licet magis teneatur diligere proximi vitam, quam propriam famam, & magis curam habere de propria vita quam de propria fama, & magis fugere priuationem vitæ, quam priuationem famæ, tenetur tamen tantam curam habere ne apponatur ſibi infamia, quantam ne auferatur ab eo vita, integritas, ſanitas, quies, & libertas. Ratio, quia hoc conſiſtit in malū pati, quod de ſe non eſt malum. Illud eſt malum facere, ſcilicet, diffamare ſeipſum, quod eſt malum ex propria natura.

Subſtinere diffamationē meritorū eſt diffamare autem ſeipſum peccatū mortale eſt.

Ad id autem, quod adducitur contra ſententiam Caietani Illuſtriſſimi, ſcilicet, quod confeſſio in tormentis non valet, nec cedit ipſi in infamiam, vt dicitur in caſu ſupracitato, ſi ſacerdotibus, dicendo, quod confeſſio extorta in tormentis non eſt ad infamiam. Dicimus enim, quod huiuſmodi canon loquitur de infamia iuris, nos autem tractamus de infamia facti. Nam & ſi confeſſio in tormentis non ſit valida ad infamandum in foro iudiciali, eſt tamen valida ad infamandum in foro conſcientiæ, quoniam eſt actus mixtus ex voluntario, & inuoluntario, At in actione partiali ex 3. Ethic. talis actus eſt voluntarius, & per conſequens in conſcientia eſt meritorius, vel demeritorius. Non eſt meritorius talis actus cum ſit mendacium pernicioſum contra famam propriam, ergo eſt demeritorius, & per conſequens peccatum mortale, vnde ex his elicitur ex ſententia Panormitani. cap. ex parte 10. ſecundo de ſepulturis per illum textum, per cap. Non licet 23. q. 5. Fely. in cap. 1. de teſtibus, & Syl. in verbo detractio. q. 3. Ille qui ex timore tormentorum falſum teſtificatur (extra tormenta) ob quam confeſſionem ipſe fuit damnatus, & alius damnificatus. Nam tunc præter peccatum mortale, tenetur retractare dicta de alio, & quæ dixit (ſaltem publicè) in extremo dicat, quod tormentorum metu, falſo confeſſus eſt aliter eſſet in periculoſo ſtatu, quid dicere poteſt Magiſter Dominicus à Soto ad hæc?

Ille quidam natur ad mortem propter confeſſionem factā ex timore tormentorum tenetur reſtituere ſibi famā oſtēdendo ſuam innocentiam.

Nota.

Si iſte eſt Dominus ſuæ famæ, cur tenetur publicè manifeſtare ſuam innocentiam, dicendo, coram omnibus, quod timore tormentorum infamauit ſeipſum, puta ſi eſſet condemnatus propter furtum, vel homicidium, vel propter aliquod aliud magnum crimen, ſcilicet, hæreſim, vel proditionem patriæ &c. ex his appertè conſtat, quod diffamare ſeipſum non ſolum eſt peccatum mortale, ſed obligat ad reſtitutionem.

Cognoſcant igitur aduerſarij Caietani Illuſtriſſimi, quod licet fama non ſit vita, eſt tamen de perfectione vitæ, quia licet illa non det eſſe vitale, dat bonum eſſe, quia vir bonæ famæ, de qua fama loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, eſt vir bonæ conſcientiæ, ex oppoſito amiſſio famæ voluntariè eſt amiſſio bonæ conſcientiæ, violenter enim fama auferri non poteſt niſi in opinione hominum, voluntariè enim ammittitur fama, vnde infamis voluntarius, qui verè eſt infamis indigniſſimus homo eſt.

Fama licet non ſit vita eſt tamen, id per quod vita hominis eſt bona, & digna honore.

Ex his dictis, & dicendis Nauarri, cognoſcere poſſunt vnà cum Soto, excellentiam doctrinæ, Illuſtriſſimi Domini Caietani. Nam ipſe Nauarrus in Manuali præcepto. 7. cap. 17. numero 89. vocat Caietanum eruditiſſimum. Cuius doctrinæ adhærere intendit. Primo quia eius doctrina non eſt pura Methaphyſicalis, vt affirmat Magiſter Sotus, ſed eſt doctrina moralis, quare ergo pro debito ciuili, bono ſi danda vita (quia vita eſt ordinis ſuperioris,) ſimiliter fama non eſt danda pro bono priuato, quia eſt ordinis ſuperioris.

Nauarus ſequitur doctrinam Illuſtriſſimi Caietani in materia de fama, ſcilicet, quod homo non ſit Dominus ſuæ famæ.

Siquidem dicit Nauarus, etiam fama (ſua natura) eſt bonum ineſtimabile, ſicut ſalus, & vita, & ſuperat bonum pecuniarum iuxta illud Eccleſiaſt. 4. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni, & Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, & Ariſt. 4. Ethic. dicit honorem eſſe maximum bonorum exteriorum, & quia fama cum vita eſt computanda, & non cum rebus exterioribus (vt vult Magiſter Sotus) Angelicus Doctor 22. quæſt. 62. art. 2. ad primum, & ad ſecundum argumentum, vult quod reſtitutio vitæ, membrorum, & famæ eodem modo ſit facta, ſcilicet, per recompenſationem, vita enim, & membrum abciſum, non poſſunt reſtitui, ſimiliter & fama, recompenſandum eſt in alio genere, vel pecuniarum, vel dignitatum, &c. Altioris enim ordinis eſt bona fama, quam pecunia, propterea recompenſatio pecuniarum (quando fama reſtitui aliter non poteſt) eſt pro damno dato ex ablatione famæ, ſicut pecunia data pro

ta pro

Venditio pa- rri ex diuerſis lanis mixti aliquãdo peccatum mortale eſt & obligat ad reſtitutionẽ aliquãdo non.

pernitioſum, venditor non ſolum peccat mortaliter (non manifeſtando vitium) ſed ad reſtitutionẽ tenetur. Si vitium non eſt pernitioſum, aut vendit pannum illud diminuto precio, aut tali precio ac ſi in ipſo nullum eſſet vitium. Si primum non peccat neque ad reſtitutionem tenetur, ſi ſecundum, & peccatat mortaliter, & ad, reſtitutionem tenetur, quia vendit vltra iuſtum precium. Si non vendit vltra iuſtum precium, & æqualiter deſeruit emptori, ſicut ſi eſſet totum ex lana Hiſpanica, tunc inquirimus, An emptor interrogauit venditorem ſi eſt ſimpliciter ex lana Hiſpanica, vel non, ſi dixit quod illud emere non intendit ſi non eſt totum ex lana tali. Si emptor non fecit tales interrogationes, & proteſtationes, non peccauit venditor non manifeſtando defectum, & contractus validus eſt. Si autem illas fecit, & venditor vitium negauit, contractus eſt nullus, & peccauit dicendo mendatium, præcipuè ſi adeſt iuramentum. In primo ſenſu non peccauit, quia nulla lex cogit venditorem, vt admoneat emptorem, niſi quando ex defectu mercium damnum, vel periculum immineat illi. Neque ad hoc vrget charitas, quia non adeſt neceſſitas. Neque cogit iuſtitia, quia non adeſt notabilis iactura. Hæc ſint pro dubiunculo iſto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij principalis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Vitium rei vẽdende manifeſtandũ eſt, nõ omnibus, ſed illi qui cauſa emere vult.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, non oportet, quod aliquis per præconem rei vitium vendendæ prænuntiet, & rationem aſſignat Doctor Sanctus dicendo, quia ſi prædicaret vitium, extinerentur emptores, ab emendo dum ignorarent alias bonas conditiones rei ſecundum quas eſt bona, & vtilis, ſed ſingulariter dicendum eſt vitium ei qui ad emendum attendit, qui emens poteſt ſimul omnes conditiones adinuicem comparare, bonas, ſcilicet, & malas, & conſiderare ſi res cum tali defectu ſibi deſeruiat, nam aliquando re in aliquo vitioſa, in multis alijs vtilis eſſe poteſt.

Inſtantia 2.

Inſurgit Lector dicendo, venditor ad emendã rem ſuam non cogit emptorem, ſed illam eius iudicio ſupponit, videat emptor ſi res cum tali vitio deſeruiat, an non, non ergo videtur imputandum eſſe venditori, ſi emptor in ſuo iudicio decipiatur, præcipitanter emendo, abſque diligenti inquiſitione, de conditionibus talis rei.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod licet emptor coactè nõ emat rem vitioſam. Incumbit tamen uenditori manifeſtare uitium rei, ne ſit ei occaſio damni, uel periculi, non in publico, ſed priuatim, & oſtendere quod minuit de precio qua ualeret ſi non haberet talem defectũ, ut uideat, ſi ſibi expedit emere rem defectuoſam pro precio uiliori.

Inſtantia 3.

Contra inquit Lector talis diminutio de precio non ſatisfacit, probatur, quia quandoque diminutio precij etiam rei non uitioſæ non ſatis eſt propter al. quod aliud accidens. Puta ſi uenditor deferens triticum ad locum ubi eſt careſtia frumenti, ſciat multos uenire qui deferant granum quod ſi ſciretur ab ementibus minus precium darent, hoc iſte non tenetur dicere uenditoribus, ergo pari ratione nec uitium rei uendendæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod uitium rei facit rem in præſenti eſſe minoris ualoris quam uideatur, ſed in caſu in argumento in futuro res expectatur eſſe minoris ualoris per ſuperuentum negotiatorum, qui ab ementibus ignoratur ubi uenditor qui uendit rem ſuam, ſecundum precium, quod currit, tunc non uidetur contra iuſtitiam facere ſi quod futurum eſt non exponat, ſi tamen exponeret, uel de precio ſubtraheret, abũdantioris eſſet uirtutis inquit Doctor Sanctus quamuis ad hoc non uideatur teneri ex debito iuſtitiæ. Circa quam reſponſionem Magiſter Dominicus à Soto dicit, quando uenditor uendit rem perfectam, precio quo in præſenti currit, etiam quod ſciat, quod ſtatim precium diminuendum ſit, puta, quia in prontu adeſt copia talium mercium. u. g. eſt hic mercator habens copiam frumenti, eſtque ei nuntiatum, quod in uia ſunt multæ nauæ onuſtæ granis ipſe nihil de hoc dicit emptoribus, ſed uendit frumentum ſuum iuſto precio, in quo caſu à iuſto non recedit, ſed uſus eſt prudentia ſua. Immo dicit Magiſter Dominicus Banenſis, quod ſi uenditor iſte interrogaretur. An ſit futura magna copia granorum ſi dicat hoc neſcire, uel quod non ſit futura, talis non peccaret contra iuſtitiam, licet ueritatem non manifeſtet, (peccaret utique quia mendacium diceret) non peccaret contra iuſtitiam, quia contractus iſte haberet omnia requiſita ad perfectum contractum uenditionis, & emptionis, traduntur enim merces abſque uitio, & precio iuſto.

Venditor nõ tenetur minuere de iuſto precio licet ſciat de proximo futuram eſſe copiam talium mercium.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator, tale mendatium eſt pernitioſum, & in damnum proximi, ergo etiam eſt contra iuſtitiam.

Impugnationis dilutio.

Mendacium officioſum in negotiatione non obligat ad reſtitutionem qui vitioſum ſit.

Theologus huic impugnationi dicit, quod mẽdacium illud formaliter non eſt pernitioſum, ſed officioſum, rationem aſſignat dicendo, quod iſte ordinat mendacium hoc ad fugiendum damnum ſuum, quod reciperet in uenditione ſuarum mercium. Si autem uenditor iſte damnificat emptorem, hoc facit per accidens, inquantum, non manifeſtat merces propinquas, tamen hoc facit ad euitandum damnum ſuum non ad inferendum damnum proximo ſuo. Si autem alius dixiſſet mendacium illud, hoc pernicioſè, & non offitioſè faceret, quia ex tali mendatio nec fert bonum proximo, neque malum effugit, ut fecit mercator ipſe.

Quod diximus de uenditore, dicendum eſt etiam de emptore proportionaliter. u. g. ſi ſit futuram magnam copiam emptorum, ex qua augebitur precium mercium, non facit contra iuſtitiam, ſi emit precio currenti, ut fecit Meliſius Phyloſophus, qui emit magnã copiam olei, ſciens per Aſtrologiam, futuram ſterilitatem oliuarum, & hoc fecit, ut oſtenderet, quod ſapientia faciliter

ditare

Digitized by Google

diuitiæ poteſt, licet ſapiens contemnere debeat diuitias, ne præbeat illi impedimentum ſtudendi, & Patriarcha Ioſeph ex reuelatione diuina nouit ſeptem annos ſteriles, ideo in præcedentibus ſeptem annis pinguioribus emit multa grana, ex quibus multas diuitias accumulauit Pharaoni Regi Domino ſuo. De hac re abunde loquitur Magiſter Dominicus Banenſis, & Magiſter Dominicus à Soto de iuſtitia, & iure, loco ſupracitato.

Inſtantia 4. Non acquieſcit Argumentator, inſtat vltimo loco dicendo, Magis neceſſarium eſt homini, vt cognoſcat viam virtutis, quam vt cognoſcat vitia rerum quæ venduntur. Sed homo non tenetur cuilibet conſilium dare, & veritatem dicere de his quæ pertinent ad virtutem, quamuis nulli debeat dicere falſitatem, ergo multo minus tenetur venditor vitia rei venditæ dicere quaſi conſilium dando emptori.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo ad minorem, quod quamuis homo non teneatur ſimpliciter homini dicere veritatem de his quæ pertinet ad virtutem, ſeu ad veritatem, tenetur tamen in caſu illo de his dicere veritatem, quando ex eius facto alteri periculũ immineret, in detrimentum virtutis niſi diceret veritatem, quod accidit in propoſito. Hæc ſint pro dubio iſto, ponendum eſt vltimum.

Dubium particulare.

IN hoc dubio quærit Lector ſi æqualis ſit conditio vendentis, & ementis, & pro vtraque parte format rationes.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta à lege iuſtitiæ commutatiuæ, quæ ordinat, quod æqua ſit conditio vendentis, & ementis, ergo, &c.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua ſic ratiocinatur. Si eſſet æqualis conditio vendentis, & ementis, ſequeretur, quod peritiſſimus lapidarius qui cognoſceret ſingularem valorem alicuius margaritæ, non cognitam communiter ab omnibus etiam lapidarijs, quod non poſſet emere minori precio quam valet, ſicut nec venditor poteſt illam vendere maiori precio quam valet, ſed hoc primum eſt falſum, ergo non æqualis eſt conditio, &c.

Prima pars probatur, adeſt. verbi g. Ruſticus qui margaritam æſtimatam à lapidarijs octingenta ſcuta, tamen propter virtutem occultam quam in ſe habet excedit valorem mille ſcutorum. Cui accedit peritiſſimus iſte lapidarius, & emit illam à ruſtico illo pro mille. Clarum eſt, quod lapidarius iſte poſſidet margaritam iſtam minori precio quam valet. Si tamen ruſticus ille venderet margaritam hanc pro mille, quæ ex ſententia peritorum non valet niſi octingenta, verè contractus eſſet illicitus, ergo de primo ad vltimum non eſt æqualis conditio ementis, & vendentis.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubiũ duo facit, Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum.

Concluſio prima, æqualis eſt conditio ementis, & vendentis. Concluſio iſta certiſſima eſt ex his quæ adducta ſunt in argumento pro parte affirmatiua, & declaratur ſic. Nam ſicut venditor vendens rem vitioſam pro integra peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Ita emptor peccat, & ad reſtitutionem tenetur emendo rem integram pro vitioſa. Itaque ſicut venditor tenetur dicere, & manifeſtare vitium rei pernitioſæ, etiam non interrogatus, vt euitetur periculum proximi, & minuatur de precio. Ita emptor tenetur augere precium cognoſcens valorem rei, vel hoc debet reuelare venditori. Ratio eſt quoniam contractus emptionis, & venditionis eſt actio iuſtitiæ commutatiuæ, ergo æqualiter habere ſe debet reſpectu vtriuſque. In emptione manifeſtãdũ eſt virtus rei, & in venditione vitium, ne altera pars ſit grauata.

Concluſio ſecunda. Quando in ipſa re venali, eſt aliqua virtus ſpecialis, quæ communiter ignoratur ab hominibus, etiam peritis in illa arte, non tenetur emptor peritiſſimus cognoſcens virtutem illam indicare eam venditori, ſed licitè poterit illam emere precio communi, & rationem aſſignat dicendo, precium iuſtum æſtimatur ſi à peritis pro iuſto habetur. At virtus illa particularis nec à peritis cognoſcitur, licet à peritiſſimo illa cognoſcatur, ergo emptor, non tenetur dare precium pro virtute illa occultiſſima. Confirmatur hoc. Nam ſi lapidarius ille qui ignorat hanc virtutem, emiſſet gemam illam, prout æſtimatur à peritis, iuſtum eſſet precium, etiam quod poſtea ueniret in cognitionem talis uirtutis, non teneretur ad aliquam reſtitutionem, ergo ſi illam uirtutem ſciens ante, emeret rem illam iuſto precio, ſecundum iudicium peritorum in arte illa, non tenetur ad reſtitutionem, ualet conſequentia, quia ille qui ad reſtitutionem ex iuſtitia ante emptionem tenetur, etiam ad hoc tenetur, & poſt emptionem, hoc confirmat Magiſter Dominicus Banenſis dicendo, quod quando Hiſpani inuenerunt Indias, poterant emere ab Indis aurum, & margaritas ſecundum exiſtimationem illius Reipublicæ, neque tenebãtur indicare, quãtũ eſtimarentur in alijs regionibus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. EX his manet ſoluta inſtantia pro parte negatiua dubij adducta, quę ſolutio in hoc conſiſtit, quod lapidarius ille peritiſſimus tenetur indicare abſque dolo ualorem illius margaritę ſecundum ęſtimationem communem ſapientum, & id quod dat ultra debitum iuſtitię ſecundum communem ęſtimationem gratis dat.

Inſtantia 2. Inſurgit argumentator dicendo. Qui emit

agrum in quo certus eſt latere theſaurum, non tenetur indicare domino agri ignoranti ſecretum iſtud, ſed poteſt agrum emere ſecundum communem æſtimationem, & tamen venditor vnquam poteſt illud vendere maiori precio currenti, ergo non æqualis vtriuſque conditum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit huic inſtantiæ, vel theſaurus inuentus eſt in proprio fundo, vel in alieno. Si in proprio fundo totus eſt inuentoris. Si in alieno, vel quæritur ex intentione, vel inuenitur caſu, ſi ex propoſito quærebatur totus eſt reſtituendus Domino agri, vel illi qui illum ibi abſcondit ſi noſcitur, ſi caſu inuenitur, diuidendus eſt æqualiter inter Dominum fundi, & inuentorem, vnde ad argumentum dicit, quod finis per ſe emendi agri eſt fructificatio, quod autem in eo lateat theſaurus, eſt quaſi per accidens, propterea qui eum inuenit eſt eius, ſi eſt iam Dominus agri, ſi nondum eſt Dominus, eſt eius pro medietate, & alia medietas eſt veri Domini, vel Principis, ſi hoc ſibi ſeruauit, ſcilicet, theſauros qui ſub terra, vel alio in loco latent. Hæc ſint pro dubio iſto ad ſufficientiam dicta.

Dubium quartum.

LEctor in dubio vltimo quærit, An liceat rem carius vendere quam emere negotiando? Et rationes pro vtraque parte dubij adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, Illud quod eſt neceſſarium pro bono publico eſt licitum, negotiatio eſt neceſſaria pro bono publico, ergo eſt licita, ſed negotiatio non ſeruatur niſi cum lucro, ergo negotiando licitum eſt vendere rem carius quam ematur; vel licet minus emere quam vendatur.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic. Si negotiatio licita eſſet (ad hoc videretur licita) vt homo venderet non ſibi neceſſaria, & emeret ſibi neceſſaria. At negotiator non vendit ſuperflua, vt ſibi emat neceſſaria, ſed emit, vt reuendat, ergo negotiatio licita non eſt, Antecedens habetur ex Ariſtol. 1. Pol. cap. 6. vocat enim contractus naturales illos, qui in commutatione rerum pro vitæ ſubſtentatione fiunt, & emptiones negotiatorias appellat contra naturam, & aſſignat rationem, quia finis illarum eſt indebitus, ſcilicet, lucrum ex cuius inſatiabilitate res venales continuè creſcunt.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua primo, & ſecundario pro parte negatiua.

Negotiatio idē eſt, quod fine occiu, quia non reliquit negotiatores quietes, vllo tempore.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quoad primum declarat quid nominis, & quid rei negotiationis, ſimiliter ponit duplicem commutationem. Dicit igitur quod negotiatio, quod ad quid nominis, idem eſſe, quod abſque otio, ideſt negotiatio eſt continua occupatio, rationem aſſignat huius interpretationis dicendo, quia negotiatores nunquam quieſcunt, ſemper ſunt in ſolitudinibus, neque per dies, vel noctes requieſcunt, quoad quid rei, negotiatio deſcendit ad particularem commutationem rerum, particulariter negotiari eſt exercere mercaturam, qua de cauſa negotiatores dicuntur emptores, quia ex omnibus locis ſimul emunt, dicuntur tamen mercatores, quia ad hoc emunt vt reuendant, & lucrentur.

Secunda diſtinctio, dupliciter aliquis emit rem, vt reuendat illam, Primo emendo rem, vt melioratam vendat illam. v.g. emit panum rudem, vt purificatum, & mundatum illud reuendat. Emit aues, vt doceat illas canere, & venundantur præcioſiori precio, emit pullum, vt factus æquus, & edoctus vēdatur multo, & ſic de alijs. Tales enim negotiationes non ſunt puræ negotiationes, ſed inter artes mecanicas computantur. Ratione ſic oſtenditur. Nam iſti quærunt lucrum de re, inquantum ſua induſtria, & arte eſt meliorata, negotiatio autem mera (de qua in præſentiarum tractamus) eſt, qua quis aliquid emit, vt vendat illud prout eſt in ſe cum lucro, abſque eo quod illud ad maiorem perfectionem redducat.

Negotiatio eſt qua quis aliquid emit, vt vendet cū lucro abſque eo, quod meliorata ſit res ipſa venalis.

Tertio eſt notandum ex Ariſt. 1. Pol. cap. 1. 5. & 6. tom. 5. quod duplex eſt rerum commutatio, vna quidem quaſi naturalis, & neceſſaria per quam fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter neceſſitatem vitæ, & talis commutatio non propriè pertinet ad negotiatores, ſed magis ad economicos, vel politicos, qui habent prouidere, vel domui, vel ciuitati de rebus neceſſarijs ad vitam. Alia vero commutationis ſpecies eſt, vel denariorū ad denarios non propter res neceſſarias vitæ, ſed propter lucrum quærendum, & huiuſmodi negotiatio pertinet ad tractatum de cambijs, de qua diſputabimus loco ſuo, huiuſmodi negotiatio ad negotiatores propriè pertinet ex Ariſt. lib. 1. Pol. cap. 6. tom. 5. His ſtantibus pro primo puncto accedendum eſt ad ſecundum, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Negotiatio de ſe intrinſice non eſt bona neque mala, ſed indifferens.

Concluſio prima. Negotiatio de ſe intrinſicè, neque eſt bona, vt charitas, vel alia virtus, neque ab intrinſico eſt mala, vt mendacium, ſed eſt indifferens, vt comedere, quod reſpectu finium diuerſorum, poteſt eſſe bonum, & malum, ſimiliter, & ipſa negotiatio, reſpectu diuerſorum finium poteſt eſſe bona, & mala, ſi ordinatur ad bonum finem eſt bona, ſi ad malum eſt mala.

Concluſio iſta elicitur ex verbis D. Auguſtini. Fornicari ſemper hominibus non licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet (temporibus interdictis non licet) temporibus autem non interdictis licet, licet laicis, pro ſubſtentatione Reipublicæ, vel familiæ. Non licet clericis, quoniam abſcripti ſunt ad ſeruitium diuini cultus, ergo negotiatio poteſt eſſe bona, & mala, licita, & non licita, ergo intrinſicè, non eſt bona, vel mala.

Con-

Negotiatio ex parte finis, ſcilicet, lucri habẽs turpitudinẽ annexã, niſi lucrum ad finem honeſtũ ordinetur.

Concluſio ſecunda. Negotiatio conſiderata ex parte finis, ſcilicet, lucri quandam turpitudinem per ſe fert inquit Doctor Sanctus 2.2. q. 77. a. 4. & cõfirmatur ex Ariſt. 1. Pol. cap. 6. prout in argumento pro parte negatiua dubij; vbi vult, quod negotiatio ſit ars contra naturam, & quod finis negationis ſit turpis, rationem aſſignat, quia appetitus pecunijs non ſatiatur, lucrari enim per ſe nihil neceſſarium, & honeſtum nominat. ſi tamẽ lucrum habitum ex negotiatione ad honeſtum finem eſt ordinatum, puta ad ſubſtentationem familiæ, vel ſubueniendã reipublicæ in aliqua neceſſitate poſitæ, puta deferendo grana, vina, oleum, & ſimilia, tunc negotiatio licita eſt, ſi exerceatur debito modo.

Concluſio tertia licet negotiationis gratia merces carius vendere quam emere, ratione impenſarum, laborum, in ordine ad loca, & tempora.

Concluſio iſta probatur, quia merces plus, & minus valent pro loci, & temporis diuerſitate, vt experientia ipſa, docet, ergo &c.

Ars negotiatoria ex malis circunſtantijs redditur illicita, in ordine ad ſe, ad locum, & tẽpus.

Ex his concluſionibus ſequitur, vnum eſſe certum, tale ars negotiatoria ex iniuſtis circunſtantijs illicita redditur, vel ex obiecto, vt quando quis vendit res inuendibiles, vt ſacramenta, vel res ſacras; vel ex perſona, exempli gratia, Clerici negotiari / Cum illis ex ſacris canonibus, interdicta ſit negotiatio. 88. inquit enim D. Auguſtinus Laicis licet, Sacerdotibus negotiari non licet, vel ex parte perſonæ cum qua tractatur Chriſtianis enim non licet arma deferre infidelibus, vt patet extra de Iudæis, ſimiliter negotiatio eſt illicita ratione temporis, ſcilicet, ratione feſtorum, his diebus negotiari non licet, prout habetur de ferijs cap. 1. ſimiliter prohibetur ratione loci illicita. Hac de cauſa etiam in loco ſacro negotiari non licet, in ſignum cuius Dominus eiecit de templo vendentes, & ementes. Obſeruandum tamen eſt, quod huiuſmodi circunſtantiæ, ſcilicet, temporis, & loci, tunc inducunt mortale quando cauſant ſcandalum, quando ſcandalum non cauſatur peccatum veniale iudicatur. Mendacia, & fraudes, licet in omnibus artibus reperiri poſſint, tamen in negotiatione frequentius apparent, ratio eſt, quia præcipuè in hac arte reperitur inextinguibilis ſitis lucri. Artifices omnes vtique quærunt victum abundanter ex arte ſua. At mercatores non contentantur de hoc, ſed in paruo tempore volunt diuites fieri, quæ quidem auiditas, animum abſorbet, mendacia nutrit, & multa alia mala facit, q̃ explicare impoſſibile eſt. Nihilominus ſunt multi qui ad negotiationes tendunt, quoniam ſine labore, & magno ſudore exercentur, & negotiatores in grado nobiliori, & honorabiliori ſupra artifices collocantur, quia de cauſa multi (relictis artibus mecanicis) ad negotiationes ſe tranſferunt, & vijs, & medijs omnibus, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, per fas, & nefas, diuites fieri volunt, de quibus mercatoribus loquens D. Ioan. Chriſoſtomus merito dicit, quod nullus mercator poteſt placere Deo, & quod nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſi voluerit eſſe, eiiciatur ab Eccleſia Dei. His pro ſecundo puncto declaratis, pergamus ad tertium, ſcilicet, ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ caſus.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtan. ſolutio.

THeologus negat minorem propoſitionem inſtantiæ adductæ pro parte negatiua caſus, & ad probationẽ dicit, quod Ariſt. ibi loquitur de negotiatione cuius finis primarius eſt lucrum, talis negotiatio vtique eſt mala, illicita, & contra naturam. Nos autem loquimur de negotiatione cuius finis per ſe non eſt lucrum, ſed ſubſtentatio familiæ, cuius lucrum ordinatur ad honeſtum finem, ſcilicet, ad ſubſtentationem familiæ ſuæ decenter, vel ad patriæ ſubleuationem. Negotiatio autem illa quæ cauſat augmentum pretij mercium, & ruinam pauperum eſt contra naturam, non propriè eſt negotiatio, ſed peſtis negotiationis, de his negotiationibus, & negotiatoribus quorum finis principalis eſt lucrum, loquitur D. Chriſoſtomus, Nec non, & Caſſiodorus. Cum quidem dicendo negotiatores illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum, polluunt merces ſuas plus periurijs onerando, quam precijs. Hoc enim certiſſimum eſt, & experientia docet. Mercator autem iuſtus, & timoratus gratus eſt Deo, nec eſt ab Eccleſia Dei eijciendus, ſed amplectendus eſt tanquam ſcilicet Chriſti. Atque eſt iſte, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita ſua. Iſti enim ſunt mercatores reales, & non fraudulenti. Iſti ſunt qui mercaturam exercent, ſine cupiditate, ſed pro ſua familiæ ſubſtentatione. At e contra, alij qui abundant diuitijs, & poſſeſſionibus, & negotiationem exercent, quia finis illorum ſuperfluus eſt lucrum, eijciendi ſunt ab Eccleſia Dei, quoniam illis non licet negotiari, niſi in caſu quo Reipublicæ reperiretur in aliqua maxima neceſſitate, & non adeſſent mercatores requiſiti ad repellendam talem neceſſitatem. Tunc diuitibus licet exercere negotiationem iuſtè, non affectu lucri, ſed patriæ.

Negotiat. in ex fine poteſt eſſe bona, & mala, licita, & illicita.

Aliqui mercatores eiicẽdi ſunt ab Eccleſia Dei, alij autẽ non primi ſunt Diaboli negotiatores ſecundi autem Dei.

Inſtantia 2

Inſurgit argumentator dicendo. Contra inſtantiam eſt, quod aliquis rem carius vendat quam valeat, vel vilius emat (ex iam dictis) ſed illa qui negotiando, rem carius vendit quam emerit, neceſſe eſt, quod, vel vilius emerit quam valeat, vel carius vendat, neutrum iſtorum eſt licitum, ergo talis negotiatio ſine peccato fieri non poteſt.

Inſtant. ſolutio.

Vendere rẽ carius quam emit quis ratione temporis loci, & expẽſarũ licet

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod non quicunque carius vendit aliquid quam emerit negotiatur, ſed ſolum, qui ob hoc emit, ſcilicet, vt carius vendat. Si autem emit rem non, vt vendat, ſed vt pro ſe teneat, & poſtmodum propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negotiatio, quamuis carius vendat inquit Doctor Sanctus. Poteſt enim hoc licitè facere, vel quia in aliquo rem meliorauit, vel quia precium rei eſt mutatum, ſecundum diuerſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit, tranſferendo rem de loco ad locum, vel ferri faciendo,

Digitized by Google

mo qui apud ſe retinebit ſecretum ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam. Caſum hunc mouet, quia Thomiſtæ videntur eſſe diuerſæ opinionis, ſed quia diuerſitas iſta in rei veritate non eſt, ſed tantum in verbis, relictis argumentis pro vtraque parte dubij ad ſolutionem quæſiti pergamus.

Caſus deciſio.

LEctor Theologus circa hunc caſum duo facit. Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, quo ad primum, diſtinctio eſt iſta. Reuelatio ſecreti proximi ſui, ſit illi viro prudenti, cum cauſa, vel ſine cauſa, ſi fiat cum cauſa, hoc fieri poteſt virtuoſè abſque omni peccato, ſine cauſa autem non licet, & qui oppoſitum facit mortaliter peccat, & vt hoc clarè percipiatur, pono concluſiones.

Non eſt detractio neq; peccatum manifeſtare delictū proximi viro prudēti ad capiendū conſilium.

Concluſio prima. Quando neceſſitas requirit conſilium circa crimen occultum, vel ex parte illius qui commiſit delictum, vel ex parte illorum qui ex tali delicto ſunt aggrauati, poteſt requiri tale conſilium, & per conſequens manifeſtare poteſt iſte errorem proximi, perſonæ illi prudenti, vt conſilium capiat, ſed hoc accidit in multis caſibus, ergo (vigente neceſſitate) poſſumus manifeſtare crimen occultum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur per exemplum, virgo quædam commiſit ſtrupum in domo Patris ſui. Mater non poteſt occurrere inconuenientibus propinquis, niſi reuelet factum viro ſuo, vel conſanguineo, vel confeſſario ad conſilium capiendum, ergo talis reuelatio non erit peccatum, immo erit actus virtutis, & hoc eſt, quod intelligit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod non læditur fama proximi faltem notabiliter ex eo, quod narratur ſecreto crimen tali perſonæ, apud quem proinde erit, ac ſi non eſſet dictum, vt contingit in colloquijs inter virum, & vxorem de criminibus filiorum, & idem de alijs. Ratio eſt, quia ex his non læditur fama proximi, ſed quæritur medicina ſanatiua illius conſcientiæ pro conſeruatione famæ illius. In iſto ſenſu loquitur Dominus Caietanus, & optimè quidem. Magiſter Dominicus Banenſis corroborat hanc veritatem tali ratione. Narrare crimen occultum quamuis graue honeſtatur (inquit) aliquando, vel propter vtilitatem Reipublicæ, vt quando manifeſtatur crimen hæreſis, vel propter vtilitatem eius cuius crimen narratur, vt quando adhibentur teſtes in correctione fraterna, vel propter vtilitatem tertiæ perſonæ, v.g. dum reuelatur alicui, quod parantur ei inſidiæ, ergo & idem fieri poterit, dum occurrit neceſſitas, & oportunitas perſonæ talis. Immo ad hoc ordinata eſt correctio fraterna, ſi enim non emendatur frater ex ſecreta correctione, emendabitur ex correctione facta coram teſtibus, vel facta ſaltem coram Prælato. Non enim teſtes, neque Prælatus ſcire poſſunt crimen corrigendum, niſi fuerit illis reuelatum.

Reuelare peccatum ſecretum proximi cū viro prudenti abſque cauſa peccatum mortale eſt.

Concluſio ſecunda. Reuelare crimen ſecretum proximi ſine iuſta cauſa (etiam viro prudenti) peccatum mortale eſt ex ſuo genere, etiam quod ex hoc non ſequatur infamia quo ad alios, probatur hoc, quia in tali cauſa iſte remanet infamatus apud tantum virum, quod magis eſt quam eſſe diffamatum apud multos plebeios, propterea Angelicus Doctor dicebat in primo articulo q. 73. 2. 2. in reſponſione ad ſecundum, quod qui reuelat crimen occultum vni viro, tantum lædit famam proximi non in toto, ſed in parte. Ab hac ſententia Magiſtri Dominici à Soto a qua non recedit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vt patet, non eſt diſcedendum, vnde mirum eſt, quod Magiſter Sotus ſic appertè impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, debebat enim illum reducere ad bonum ſenſum, & ſic non ſe oſtendiſſet æmulum Caietani Illuſtriſſimi, ſed amatorem veritatis. At relictis illis in ſua ſententia, attendamus ad id quod deſeruit propoſito noſtro. Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod huiuſmodi manifeſtatio delicti occulti poteſt augere, & minuere culpam loquentis ex parte perſonæ de qua loquitur, & ex parte modi loquendi, & ex parte perſonarum poteſt minui, vel aggrauari peccatum. Nam ſunt quædam perſonæ quæ ex minimis inhoneſtis aſſirmatis, de illis redduntur infames, vt moniales, puellæ nubiles, pudicæ nuptæ, ſimiliter religioſi bonæ conſcientiæ, & opinionis. Manifeſtare de his minimum delictum occultum, mortale peccatum eſt. Ratio aſſignatur, quia bonum nomen illorum, & fama faciliter denigratur. Aliæ perſonæ ſunt quarum fama non ſic faciliter denigratur. Iuuenes ſeculares de fornicatione ſimplici, & forſitan de adulterio, & quod peius eſt de vitio nefando, ſi infamentur non aggrauantur, immo de his ſæpiſſimè ipſi loquuntur, & gloriantur, iuxta illud dictum ſcripturæ. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, & quod dicimus de his dicere poſſumus de alijs in alijs generibus peccatorum, vt de fraude in negotijs, de non ſeruare promiſſum datum etiam ſub iuramento &c. Manifeſtare occulta, vt cum Domino Caietano Illuſtriſſimo, Magiſter Sotus, & Banenſis aſſirmant non eſt mortale peccatum, probatur, hoc quando communiter ex his infamia non prouenit his perſonis, ſi prouenit hoc eſt per accidens, ſic qua offenſa, tale genus infamatorum non curant, immo ex hoc gloriantur.

Aliquæ perſonæ de facili infamātur ex detractione aliquæ autē non ſic de facili.

Conſiderata qualitate perſonarum de quibus eſt ſermo, conſiderandus eſt modus loquendi, vel ille qui loquitur contra proximum ſuum loquitur aſſertiuè de viſu, vel loquitur ex relatione, ex auditu aliorum, ſtante hac diſtinctione ponitur ſequens concluſio.

Ille qui aſſertiuè manifeſtat delictum occultū proximi detrahit per ſe, qui ex auditu hoc facit detrahit per accidēs.

Concluſio tertia. Manifeſtans delictum proximi occultum aſſertiuè, tanquam de viſu peccat mortaliter. Manifeſtans autem ex relatione aliarum ex auditu, vt in pluribus eſt peccatum veniale, probatur, concluſio iſta authoritate Illuſtriſſimi

mi Domini Caietani dicentis, quod ſolus aſſertor tollit famam. Cum dicto addo ego, ſi iſti tollunt famam proximi per ſe, alij illam tollere poſſunt per accidens, ideſt per aliud, teſtificatio enim de viſu, eſt illa ſuper quam fundatur iudicium, teſtificatio de auditu non facit niſi ad inquirendum, non ad condemnandum, & hoc verificatur non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam extra iudicium, vnde per ſe primi tantum inferunt damnum proximo, ſecundi tantum per accidens, per hanc diſtinctionem mihi videtur poſſe ad concordantiam redducere, Dominum Caietanum, Magiſtrum Sotum, & Banenſem, quia Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquitur formaliter de detractione, Magiſtri Sotus, & Banenſis abſolutè loquuntur, ſiue formaliter ſiue materialiter, vel qualitercunque diffamatur proximus, in ſignum, quod ille ſolus qui aſſertiuè manifeſtat detrahat per ſe, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſolum ille ad reſtitutionem famæ tenetur per ſe, reliqui non, ſi falſum eſt quod retulleruht, & reddit, rationem de hoc dicendo, ex leuitate ſi quidem audientis non ex indicantis, læſa eſt fama proximi, ſi lædatur in iſtis caſibus, Iſti autem qui manifeſtant delicta proximi non à ſe cognita, ſed ex relatione, & dubitatiuè, quia in cogitati operantur contra charitatem peccant mortaliter, & hoc intelligit Magiſter Dominicus à Soto, quod non negat Caietanus Illuſtriſſimus, immo tenetur ad reſtitutionem famæ inquit Caietanus, quod non affirmat Sotus explicitè vnde nos pro maiori intelligentia dictorum ponere aliquas concluſiones eum Banenſi volumus, inter quas primum locum tenebit iſta.

Concluſio prima. Refferre crimina occulta, & bono modo (ſed ſine neceſſitate) ſaltem eſt peccatum veniale, quia eſt præter modum, & extra ordinem charitatis.

Concluſio ſecunda. Si crimina quæ referuntur ſunt grauiſſima, peccatum eſt mortale, non contra iuſtitiam per ſe, bene per accidens, per ſe eſt contra charitatem.

Concluſio tertia. Reuelatio ex auditu, vel facta dubitatiua magni criminis occulti cum denigrat famam, obligat ad reſtitutionem, non ex iuſtitia, ſed ex charitate, non ex iuſtitia, vt patet ex præcedentibus, ſed ex charitate, vt illi qui magis crediderunt quam debebant contra famam proximi ſemoueantur ab hac credulitate. At quia non reperitur aliquis alius, qui congruentius hoc facere poſſit, quam ille qui manifeſtauit delicta modo dubitatiuo, vel ex relatione aliorum. Si dicat male feciſſe diffamando proximum ſuum, valde iuuat diffamato ab ipſo. Nam ſi referat, quod ab alijs intellexit, vel quod dubitat de proximo, ſi eſt vir magnæ authoritatis, & narrat crimina illius in plebem, poteſt cauſare maximam opinionem contra eum de quo loquitur. Ideo debet reſtituere famam dicendo, & ſi verbis meis credere non debeatis, quia loquutus ſum ex ore aliorum, vel opinatiuè, & nō ſcientificè, & declaraui meipſum interloquendo, exhibuimus, vt omnem malam opinionem ex mente veſtra eijciatis circa perſonam talem. Dico me neſcire aliquid certe contra proximum meum, immo non credo id quod dicitur de illo, eumque pro viro bono teneo vel dicere poteſt. Mea ſuſpitio fundata fuit ſub debili fundamento, immo dico ego, quod omnes nos tenemur habere bonam opinionem de proximo noſtro, cum non conſtat, manifeſtè, & clarè aliquid in contrarium, vt accidit in caſu noſtro. His ſic ſtantibus ponitur, Quarta concluſio quā pro certa tenemus cum Magiſtro Dominico à Soto, ſcilicet, quod quicunque alteri famam ſubſtulit iniquè, ideſt contra iuſtitiam ex intentione per ſe, & non cauſaliter, vt declarauimus, tenetur ad reſtitutionem ex iuſtitia ſi contra iuſtitiam famam ſubſtulit. Ad hoc tenetur ex charitate ſi non fuit in cauſam damni proximi ſui infamati, formaliter, ſed materialiter, vnde mihi videtur Banenſem extra chorum canere dicendo, contra Caietanum, quod detrimentū famæ in proximum, quod euenit ex loquente ex auditu, vel opinione, declarando ſeipſum, prouenit ex narrante, non autem ex audientis infirmitate, hoc enim pro falſo habemus, quoniam ſi vir ille eſſet magnæ authoritatis, et eſſet credendum quando loqueretur ex propria ſententia, ex viſu, non autem ex auditu, aſſertiuè, non, autem opinatiuè, vnde in caſu noſtro error, eſt ex parte recipientium, vt inquit Caietanus, ideo obligatio ad reſtitutionem famæ proximi non venit ex iuſtitia, ſed ex charitate. De hoc caſu ſit dictum ſatis, ponatur dubium.

Aſſignatur modus reſtituendi famā ei contra quē quis ſoquutus eſt, ex auditu, vel ex leui ſuſpicione.

Detractor aliquando ex iuſtitia tenetur ad reſtitutionem famæ proximi aliquando ex charitate.

Dubium vnum.

IN hoc dubio quærit Lector, ſi infamatus in vno loco de vno delicto vbique ſit infamatus de illo, ideſt ſi licet infamare in vno loco eum qui infamatus non eſt in illo loco, licet infamatus ſit in alio, & quærit ſi talis infamatio eſt peccatum mortale, obligans ad reſtitutionem, & adducit Doctores pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus in quolibet. 11. Ratio eius eſt, quia talis in omni loco non eſt infamis, ſed tantum vbi deliquit, ergo non licet infamare illum in loco illo, vbi non eſt infamatus, ergo talis infamans peccat, & ad reſtitutionem tenetur, quia ab illo abſtulit famam, quoniam non effectus erat infamis antequam infamaretur in iſto alio loco, & erat Dominus ſuæ famæ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus Opuſculo 27. art. 9. vbi dicit, quod non eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, nec obligat ad reſtitutionem diffamare in loco alio, illum qui in vno loco eſt infamis, quia iam pro tali eſt declaratum.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit circa hoc dubium, Primo ponit ſententiam Magiſtrorum Soti, & Banenſis, Secundo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, &

con-

concordat opiniones, quo ad primum, opinio Magiſtri Dominici à Soto eſt media, inquit ſi talis homo in vno loco eſt priuatus ſua fama ſecundum ordinem iuris, & iuſtitiæ, non erit peccatum mortale contra iuſtitiam obligans ad reſtitutionem infamare illum in alio loco, licet poſſit aliquando eſſe peccatum mortale contra charitatem. Banenſis tenet quod nec ex hac parte ſit peccatum mortale. Ratio eius eſt, quia notitia illa ad quodcunque locum deuenire debebat ſecundum ordinem iuris, licet de facto non perueneritt, & in hoc Sotus, & Banenſis veniunt in ſententiã Illuſtriſſimi Domini Caietani. At quo ad ſecundam partem Soti, ſcilicet, quod aliquando in tali caſu peccat contra charitatem conuenit cum Adriano, quodammodo, non ſimpliciter, quia Adrianus tenet partem affirmatiuam non ſolum ex parte charitatis, ſed ex parte iuſtitiæ, etiam ego, igitur ex his pono hanc cõcluſionem. Si ille qui manifeſtat talem infamiam (in loco, vbi neſcitur) ad hoc motus ne detrahatur dignitas, vel quid aliud de quo eſt indignus ille, manifeſtans infamiam in loco illo vllo modo peccat. Si tamen hoc faceret odio motus contra illum, poſſet eſſe mortale peccatum, vel veniale, ſecundum qualitatem odij, vel eſſe poteſt mortale ſi hoc procedat ex odio formaliter, veniale ſi ex leuitate, & addo, quod non ſolum manifeſtare licet, ſed & ſcribere, vt aliæ nationes, & populi adiſcant modum puniendi peccata ſimilia, ſi pœnas dederit Reſpublica ſecundum qualitatem delicti, & ſecundum leges per allegata, & probata: ſtantibus his reſpondendum eſt ad Adrianum.

Manifeſtans infamiã infamati in vno loco in alio aliquando peccat aliquãdo non, aliquãdo mortaliter aliquando venialiter.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit Adriano, quod talis de iure, non eſt Dominus ſuæ famæ, dummodo iuridice, in vno loco ſit priuatus illa: Nam qui in vno loco occiſus eſt, in alio non viuit.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc ſecundo caſu mouet illam quæſtionem inſignem Thomiſtarum in qua quæritur, ſi homo poteſt diffamare ſeipſum, abſque eo quod ad reſtitutionem teneatur, & adducit opiniones Doctorum pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt Adrianus, & Sotus, & Maioranus. Maioranus hãc ſentẽtiã tenet ĩ quarto ſententiarum, & Adrianus ſimiliter, Magiſter Dominicus à Soto. lib. 4. de iuſt. & iure. q. 2. art. 3. & lib. 5. quæſt. 10. art. 2. & de ſecretis. q. 3. Maior. in 4. d. 15. q. 17. Adrianus in 4. de reſtitutione. Magiſter Sotus etiam contra Caietanum, lib. quarto, de iuſt. & iure. q. 6. & q. 7. art. 2.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2. 2. q. 73. art. 2. quo in loco tenet, quod homo non eſt Dominus ſuæ famæ, quod non poteſt diffamare ſeipſum, & ſi aliquis ſeipſum diffamat ad reſtitutionem tenetur. At quia ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani clarior eſt in conſcientia, quam illa Magiſtri Soti, ſoluendum eſt dubium pro hac parte.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ponit vnam concluſionem negatiuam poſtea adducit rationes, in quibus fundatur Magiſter Dominicus à Soto pro ſua opinione, illaſque ſoluit ſigillatim vt doctrina diſtinctè percipiatur, & veritas illuceſcat in cordibus noſtris.

Concluſio. Homo non eſt Dominus ſuæ famæ, neque poteſt diffamare ſeipſum & ſi diffamat ſeipſum obnoxius eſt reſtitutioni. Probatur concluſio iſta quo ad ſingulas particulas quod diffamare ſeipſum ſit peccatum, & obliget ad reſtitutionem affirmat gloſſa in cap. ſacerdotibus 35. q. 6. ergo homo nõ eſt Dominus ſuæ famæ, valet cõſequentia, quia ſi homo eſſet Dominus ſuæ famæ non peccaret diffamando ſeipſum ſed ex gloſſa in cap. illo peccat, ſimiliter ad reſtitutionem non teneretur, quia Dominus poteſt facere de ſuo quicquid ſibi videtur, ergo cum homo peccat diffamando ſeipſum, & ad reſtitutionem teneatur non eſt Dominus ſuæ famæ. Hac & alijs rationibus motus Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicit, quod licet quidam opinantur non eſſe peccatum mortale infamare ſe ipſum propter cruciatus, & per conſequens non teneri ad reſtitutionem ſuæ famæ, nec eſſe mendacium perniciõſum, & mouentur ad dicendum hoc, quia huiuſmodi confeſſio non valet nec cedit illi in infamiam, vt dicitur in dicto cap. Sacerdotibus, verumtamen inquit Illuſtriſſimus ipſe, quod talis infamatio ſui ipſius eſt peccatum mortale, ſicut & occidere ſeipſum & vt oſtendat, quod hoc non dicit ex proprio capite (vt forſitan arbitratur Magiſter Dominicus à Soto) reddit rationem veritatis iſtius dicendo, infamare ſeipſum eſt contra præceptum charitatis, quo quilibet tenetur ſeipſum diligere (hoc negari non poteſt ab aliquo) charitas enim incipit à ſeipſo; ergo qui agit cõtra ſeipſũ ſe diffamãdo, agit contra charitatem. Secundo peccat mortaliter, quia iniuriam facit Eccleſiæ (cuius eſt membrum) ſcilicet, infamando iniuſtè vnum de membris eius in quo caſu iſte eſt ſimilis ei qui occidit ſeipſum, talis occidendo ſeipſum offendit ciuitatem cuius eſt pars. Clarum eſt quod qui occidit ſeipſum peccat mortaliter, & iniuriam facit Eccleſiæ, in ſignũ cuius Eccleſia non vult, vt illi detur ſepultura in ſacro, ex quo infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod qui infamat ſeipſum in tormentis ad reſtitutionem famæ tenetur, & cui? non ſibi ipſi (vt fingit Sotus contra Caietanum) ſed Eccleſiæ cuius iſte eſt pars, vt conſtat in litera Caietani Illuſtriſſimi, vnde ſubdit, quod infamans ſeipſum opponitur Eccleſiæ, & per conſequens ex iuſtitia tenetur (quæ eſt ad alterum) reſtituere ſibi famam, (ne Eccleſia infamata remaneat ex parte iſtius membri) quid clarius. Secundo hoc idem probat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hãc alia ratio-

Homo nõ eſt Dominus ſuæ famæ neque poteſt diffamare ſeipſum, & ſimul facit ad reſtitutionem tenetur.

Infamans ſeipſum etiam in tormentis peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.

ne.

ne, Infamare ſeipſum abſolutè loquendo eſt peccatum mortale (ex ſuo genere) ergo infamare ſeipſum metu mortis, vel in tormentis (ex ſuo genere) eſt peccatum mortale, tenet conſequentia inquit Caietanus, quia neque metus mortis neque tormenta excuſant à mortali, ſi actus ille (ex ſuo genere) eſt mortalis, valet conſequentia, aliter ad fugienda tormenta, & mortem, liceret fornicare, & alia mala facere, quod apertè eſt contra D. Paulum ad Rom. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona (His ſtantibus) ſoluendæ ſunt impugnationes, pro parte affirmatiua, quas adducit Magiſter Dominicus à Soto, & ſequaces eius.

Impugnationum ſolutio.

Impugnatio prima.

COntra ſupradicta inſurgit Lector cum Magiſtro Soto dicendo primo. Homo eſt Dominus ſuæ famæ ſicut aliarum rerum ſuarum, ſed homo pro liberatione vitæ ſuæ poteſt ſua bona exteriora expendere, ergo & pro tuitione ſuæ vitæ poterit diffamare ſeipſum, etiam dicendo multa mendatia. Minor conceditur. Maior probatur. Fama ab homine poteſt auferri per violentiam, & occultè etiam, ſicut, & alia bona exteriora, ergo inter illa computabitur, & per conſequens homo liberè poterit illam amittere, pro conſeruatione vitæ ſuæ.

Impugnationis diluuio.

Theologus negat Maiorē, & ad probationē dicit, quod homo non eſt ita ſuus, quin ſit pars alterius; tamen tenetur diſponere ſeipſo, ita vt non faciat alteri iniuriam, ſcilicet, toti, cuius ipſe eſt pars (hoc fundamento facto) dicit ad probationem, quod homo exponit proprias diuitias pro conſeruatione vitæ ſuæ, & pro ſui incolumitate corporis, quia in hoc facto nulli facit iniuriam, immo ſeruat rectum ordinem naturæ, ſed non eſt par ratio de fama, quia homo quo ad famam non eſt ita ſui iuris, quin ſit alterius, eſt enim membrum Eccleſiæ, & pars Reipublicæ, vnde non licet pro ſalute vitæ corporalis, vel pro aliquo commodo temporali diffamare ſeipſum, quoniam offenditur Eccleſia, & patria, ſeu communitas, quod eſt contra iuſtitiam, licet hoc non admittat Sotus. Nam ſicut infamare proximum peccatum mortale eſt, ita infamare ſeipſum, immo à fortiori, quia magis tenemur diligere nos ipſos quam proximum noſtrum, vnde ſicut pro ſalute propria non licet infamare proximum, neque propter hoc licet infamare ſeipſum. Hanc rationem ſeu demonſtrationem nunquam ſoluit Magiſter Dominicus à Soto, Clarum eſt, quod pro tuenda vita vnius religioſi, non licet infamare totam religionem, nec occidere proximum pro tuenda vita propria, ergo nec propter hoc licet vnquam infamare ſeipſum. Non enim minus debemus diligere nos ipſos quam proximos, & per conſequens maiorem curam debemus habere de fama noſtra propria, quam de fama proximi noſtri, ergo ſicut pro tuenda vita mea non poſſum infamare proximum, neque meipſum, valet conſequentia: (per Dominum Caietanum, immo per D. Thom. quod magis eſt) quia magis tenemur diligere nos ipſos, quam proximos noſtros, charitas enim incipit à ſeipſo, & per nos ipſos, ſe extendit ad proximos.

Infamare totū corpus miſticum pro ſalute partis non eſt minus peccatū quā infamare proximum, pro ſalute ꝓpria.

Obiectio.

Scio enim, quod Doctores contrariæ opinionis negant hanc conſequentiam; & aſſignant rationem negationis dicendo, quod non ſumus Domini famæ proximorum, propterea pro tuenda vita noſtra non poſſimus infamare proximum, bene poſſumus infamare nos ipſos cum ſimus Domini propriæ famæ. Nam infamando proximum, ex Doctrina Angelici Doctoris hic in caſu peccat mortaliter infamator, hoc non accidit dum infamo meipſum, quia bona mea pro tuenda vita mea, & proximi etiam poſſum expendere.

Obiectionis ſolutio.

Contra hanc reſponſionem aduerſariorum me oppono dicendo, vel proximus eſt Dominus ſuæ famæ ſicut, & ego meæ per te, vel non, ſi non, ergo concluſio non eſt vniuerſalis (vt ſupponitur in hac diſputatione.) Si ſic, ergo in tempore neceſſitatis pro tuenda vita mea poſſum diffamare proximum, valet conſequentia, in tempore maximæ neceſſitatis, mihi licet accipere cibum, & veſtimenta vbicunque quia tunc omnia ſunt communia per D. Thom. 2. 2. q. 56. art. 7. Ratio illius eſt, quia res inferioris ordinis ſunt ordinatæ ad hoc ex diuina prouidentia, quod ex his ſubueniatur hominum neceſſitati, hæc ſunt verba D. Thom. Sub ſummo maiorem, fama per vos eſt de ordine rerum inferiorū, & pertinet ad res de quibus homo habet dominium, ergo in tempore neceſſitatis pro tuitione vitę meę potero accipere famam proximi mei, illumque infamare abſque peccato, valet conſequentia, quia per vos, poſſum pro tuitione vitę meę expendere bona mea, & infamare meipſum ergo ſi iſta non ſufficiunt, potero expendere res alienas, & diffamare proximum per bonam conſequentiam Sed per D. Thom. hoc in loco illud non poſſum facere ſine mortali peccato, ergo neque meipſum diffamare poſſum, ergo falſum eſt, id quod vos dicitis, ſcilicet, quod poſſum expendere famam ſicut res externas pro tuitione vitę meę abſque peccato, & ſine obligatione ad famę reſtitutionem. Confirmatur hoc denuo, ex doctrina Angelici Doctoris in tempore neceſſitatis rapere poſſum aliena ſine peccato, & abſque obligatione ad reſtitutionem, & per vos fama ad bona exteriora, & non ad vitam pertinet, ergo abſque peccato mortali, & obligatione ad reſtitutionem potero auferre famam alienam, pro tuitione vitę meę. Hoc totum eſt contra doctrinam Angelici Doctoris, ergo in hoc dimittenda eſt doctrina Magiſtri Dominici à Soto, quia non tangit punctum veritatis, & ſtandum eſt in doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, quia ex medulla doctrinę D. Thom. illam accepit.

Oſtendit hominem non eſſe abſolutè ſuæ famæ Dominus ſicut nec famę proximi.

Procedamus vltra ponamus alias rationes Illuſtriſſimi Domini Caietani, vt magis percipiamus veritatem. Quando exponimus diuitias pro proprię vitę tuitione, fit ſola priuatio rerum; ſed quando quis infamat ſeipſum, non ſolum fit priuatio famę, ſed appoſitio infamię, vnde inquit

Illu-

Homo poteſt exponere diuitias pro tuitione vitæ ſuæ nō tamē poteſt hac de cauſa diffamare ſeipſum.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus aliud eſt, ſubſtinere priuationem famæ propter tormentum, & aliud eſt apponere infamiā, quod facit infamans ſeipſum, primum eſt propriè pati, ſecundum eſt agere, pati infamiam innocenter eſt meritorium & non peccatum, prout manifeſtat Dominus dicendo, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Infamare ſeipſum mortale peccatum eſt. Hanc diſtinctionem noluit conſiderare Magiſter Dominicus à Soto, propterea dicebat fama poteſt ab homine auferri per violentiam, & occultè, ſicut alia bona exteriora, ergo fama inter bona exteriora computatur. Antecedens concedit Caietanus, & nos negamus conſequentiam, & meritò quidem, quia ex dictis, ex ablatione famæ vi, vel occultè, non peccat homo, ſed meretur ſi patienter tollerat, at diffamando ſeipſum homo peccat mortaliter vt declaratum fuit. Rationabiliter igitur infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus hoc, ſcilicet, vnde non poteſt iſte, ſcilicet, qui infamauit ſeipſum, excuſari à pernicioſo mendacio cum ſit mendacium læſiuum proximi quatenus eſt ſibi commembrum, ſeu totius, ſcilicet, corporis Eccleſiæ, cuius ipſe eſt pars in magno bono quæ eſt fama, etiam per aduerſarium noſtrum. Hoc enim affirmat ſapiens Prouer. 22. dicendo. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, ex quibus ſub infert Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod huiuſmodi mendacium prout eſt contra ſeipſum eſt pluſquam iniuſtum, rationem aſſignat quia eſt contra charitatem propriam, qua quilibet non minus ſeipſum quam proximum tenetur diligere, & licet magis teneatur diligere proximi vitam, quam propriam famam, & magis curam habere de propria vita quam de propria fama, & magis fugere priuationem vitæ, quam priuationem famæ, tenetur tamen tantam curam habere, ne apponat ſibi infamiam, quantam ne auferatur ab eo vita, integritas, ſanitas, quies, & libertas. Ratio, quia hoc conſiſtit in malū pati, quod de ſe non eſt malum. Illud eſt malum facere, ſcilicet, diffamare ſeipſum, quod eſt malum ex propria natura. Ad id autem, quod adducitur contra ſententiam Caietani Illuſtriſſimi, ſcilicet, quod confeſſio in tormentis non valet, nec cedit ipſi in infamiam, vt dicitur in caſu ſupracitato, ſi ſacerdotibus, dicendo, quod confeſſio extorta in tormentis non eſt ad infamiam. Dicimus enim, quod huiuſmodi canon loquitur de infamia iuris, nos autem tractamus de infamia facti. Nam & ſi confeſſio in tormentis non ſit valida ad infamandum in foro iudiciali, eſt tamen valida ad infamandum in foro conſcientiæ, quoniam eſt actus mixtus ex voluntario, & inuoluntario, At in actione partiali, ex 3. Ethic. talis actus eſt voluntarius, & per conſequens in conſcientia eſt meritorius, vel demeritorius. Non eſt meritorius talis actus cum ſit mendacium pernicioſum contra famam propriam, ergo eſt demeritorius, & per conſequens peccatum mortale, vnde ex his elicitur ex ſententia Panormitani. cap. ex parte 10. ſecundo de ſepulturis per illum textum,

Subſtinere diffamationē meritorii eſt diffamare autem ſeipſum peccatū mortale eſt.

Ille qui damnatur ad mortem propter confeſſionem factā ex timore tormentorum tenetur

per cap. Non licet 2. 3. q. 5. Fely. in cap. 1. de teſtibus, & Syl. in verbo detractio. q. 3. Ille qui ex timore tormentorum falſum teſtificatur (extra tormenta) ob quam confeſſionem ipſe fuit damnatus, & ſic bis damnificatus. Nam tunc præter peccatum mortale tenetur retractare dicta de alio, & quæ de ſe fuit dictum publicè in extremo dicat, quod tormentorum metu, falſo confeſſus, eſt aliter eſſet in periculoſo ſtatu, quod dicere poteſt Magiſter Dominicus à Soto ad hæc.

Si iſte eſt Dominus ſuæ famæ etiam tenetur publicè manifeſtare ſuam innocentiam, dicendo, coram omnibus, quod timore tormentorum infamauit ſeipſum, puta ſi eſſet condemnatus propter furtum, vel homicidium, vel propter aliquod aliud magnum crimen, ſcilicet, hæreſum, vel proditionem patriæ, &c. ex his appertè conſtat, quod diffamare ſeipſum non ſolum eſt peccatum mortale, ſed obligat ad reſtitutionem.

Cognoſcant igitur aduerſarii Caietani Illuſtriſſimi, quod licet fama non ſit vita, eſt tamen de perfectione vitæ, quia licet illa non det eſſe vitale, dat bonum eſſe, quia vir bonæ famæ, de qua fama loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, eſt vir bonæ conſcientiæ, ex oppoſito amiſſio famæ voluntariè eſt amiſſio bonæ conſcientiæ, violenter enim fama auferri non poteſt niſi in opinione hominum voluntariè enim amittitur, fama, vnde de infamia voluntaria, qui verè eſt infamis indigniſſimus homo eſt.

Ex his dictis, & dicendis Nauarrus cognoſcere poſſunt vnà cum Soto, excellentiam doctrinæ Illuſtriſſimi Domini Caietani. Nam ipſe Nauarrus in Manuali præcepto. 7. cap. 17. numero 89. vocat Caietanum eruditiſſimum. Cui doctrinæ adhærere intendit. Primo quia eius doctrina non eſt pura Methaphyſicalis vt aſſirmat Magiſter Sotus, ſed eſt doctrina moralis, quare ergo pro debito ciuili non eſt danda vita, quia vita eſt ordinis ſuperioris, ſimiliter fama non eſt danda pro bono priuato, quia eſt ordinis ſuperioris.

Siquidem dicit Nauarrus. etiam fama (ſua natura) eſt bonum inæſtimabile, ſicut ſalus, & vita, & ſuperat bonum pecuniarum iuxta illud Eccleſiaſt. 4. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni, & Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ, & Ariſt. 4. Ethic. dicit honorem eſſe maximum bonorum exteriorum, & quia fama cum vita eſt computanda, & non cum rebus exterioribus (vt vult Magiſter Sotus) Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 62. art. 2. ad primum, & ad ſecundum argumentum, vult quod reſtitutio vitæ, membrorum, & famæ eodem modo ſit facta, ſcilicet, per recompenſationem, vita enim, & membrum abciſum, non poſſunt reſtitui, ſimiliter & fama, recompenſandum eſt in alio genere, vel pecuniarum, vel dignitatum, &c. Altioris enim ordinis eſt bona fama, quam pecuniæ: propterea recompenſatio pecuniarum (quando fama reſtitui aliter non poteſt) eſt pro damno dato ex ablatione famæ, ſicut pecunia data pro

reſtituere ſibi famā oſtēdendo ſuam innocentiam.

Nota.

Fama licet non ſit vita eſt tamen, id per quod vita hominis eſt bona, & digna honore.

Nauarrus ſequitur doctrinam Illuſtriſſimi Caietani in materia de fama, ſcilicet, quod homo non ſit Dominus ſuæ famæ.

ti pro morte, vel pro mutilatione mẽbri eſt, quod damno dato, vt ſatisfaciat homo (modo poſſibili)

Exemplũ notandum.

Ecce exemplum. Petrus occidit Franciſcum, qui habebat vxores, & filios quos nutriebat, quia ad vitam eum reuocare non poteſt, tenetur alere vxorem, & filios, & facere id quod faceret Franciſcus ſi viueret, ſimiliter qui diffamauit Petrum, ex qua infamatione amiſit officium fructiferum, iſte qui eum diffamauit debet illi recompenſare in alijs bonis, & procurare totis viribus illum in ſuam famam ablatam reſtituere. Petrus vtique condonare poteſt illi damnum receptum ex infamia, ſcilicet illi qui eum infamauit, debet tamen quæ ei eſt, vt eſt fama reſtituatur (loquendo de fama perfecta) quoniam ipſe non eſt Dominus illius.

Fama eſt duplex perfecta, & imperfecta, de ſecunda homo eſt Dominus, de prima loquitur Caietanus, de ſecunda Sotus.

Vt igitur ad compendium (modo poſſibili) reducemus opiniones Theologorum, etiam Nauarro (loco ſupracitato) moderatur Illuſtriſſimi Domini Caietani ſententiam, hoc modo: ſententia enim Domini Caietani eſt de fama non quacunque, ſed perfecta, quæ ſubſtantialis dici poteſt, iſta tamen ponitur in ordine vitæ & meritorum, de qua fama, homo non eſt Dominus vitæ his enim homo non poteſt diffamare ſeipſum. Non loquimur de fama imperfecta Caietanus, ſed de fama bonitatis, virtutum moralium, & theologalium. Non loquitur de fama quæ in alijs hominibus eſt, qualis eſt fama ingenij, ſcientiæ, virium, ſcientiarum diuinarum, & aliarum rerum ſimilium, de qua fama præcipue loquitur Magiſter Dominicus à Soto, dum dicit quod homo Dominus eſt ſuæ famæ, & quod poteſt infamare ſeipſum abſque peccato mortali, & abſque obligatione ad reſtitutionem ſuæ famæ. Clarum eſt, quod Theologus non peccat mortaliter, dicendo, ſe neſcire Theologiam (extra tempus neceſſitatis) quia in tali tempore pro defenſione fidei, & diuinæ ſcripturæ debet ſe oſtendere Theologum, & mori pro defenſione illius. Idem dicitur de alijs ſcientijs, & artibus, de diuitijs, & dignitatibus, niſi addatur iuramentum, quia tunc eſſet periurus, nec in hoc homo tenetur ad reſtitutionem, quia fama iſta eſſet in reparabilis momenti, & ſi hoc fiat animo ſincero, ad ſeruandum præceptum ſapientis, dicentis, quanto maior es, humilia te in omnibus, in tali caſu non peccat; ſed videtur cum nullus ſit perfectus in Theologia, ita vt per excellentiam dignus ſit vocari hoc nomine Theologus, & hoc accidit in alijs ſcientijs, & profeſſionibus, loquendo igitur de fama perfecta, quæ eſt circa bonitatem vitæ, & circa virtutes morales, & Theologales, dicimus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano, quod peccat mortaliter diffamans ſeipſum & ad reſtitutionem tenetur. Nam apud Nauarrum loco quidem. §. fin. ff. dicitur, quod mulier quæ pro honeſta habetur, potius ſeruitutem cum bona fama, quam libertatem cum infamia eligere debet, & Innocentius 3. in cap. officij. De pœnit. & remiſ. apperte dicit, quod metus indicandi ſuum adulterium marito, vxorem ad reſtituendam hæreditatem ipſe excuſat, non diſtinguendo inter hæreditatem magni;

Peccat mortaliter diffamans ſeipſum in his quæ magni momenti ſunt, & ad reſtitutionẽ tenetur.

vel paruam; & inter famam magnam, & infamiam notabilem. Immo dicit idem Innocentius cap. officij, metus mali maioris conſequendi ex indicatione adulterij marito facta, excuſat vxorem ab hæreditatis reſtitutione, quam ſpurius legitimo hæredi nocebit; cũ textus igitur loquatur generaliter de metu, de quolibet intelligendus eſt, inter quos numerari poteſt metus infamiæ, & mirum eſt quod Magiſter Sotus velit ex propria ſententia, quod ille qui infamauit aliquam illuſtrẽ familiam, tenetur ad reſtitutionem famæ, contradictura propriæ, quod apperte eſt contra Innocentium docitatum, & contra D. Thomam, vt ſupra, vbi dicit, quod reſtituenda eſt fama (modo poſſibili) & per recompenſationem, vt fit in caſu vitæ ſeu occiſionis, & in caſu mutilationis membrorum, & ipſe vult, quod abſolutè infamatio non obliget ad reſtitutionem, & in tali caſu, quod obliget ad reſtitutionem famæ etiam cum periculo vitæ. Sed relictis pro nunc Illuſtriſſimo Domino Caietano, & Soto, audiamus Banenſem. Inquit enim Banenſes quod in hac quæſtione via quædam mediam eſt, & facit hoc fundamentum. Dicit homini eſſe Dominum ſuæ famæ propriæ, & rationem aſſignat dicendo, quia eam acquiſiuit ſuis actibus, ex quo infert, quod qui infamat ſeipſum non peccat contra iuſtitiam, & per conſequens non tenetur ad reſtitutionem, quod admittimus gratis, ſi loquitur de infamia imperfecta, de qua apperte loqui videtur, cum dicat, quod famam quiſque acquiſiuit ſuis actibus, & qualis eſt, ſi loquitur Banenſis famam quam acquirit homo ſuis actibus: iſta eſt fama ſcientiarum, artium, infamare enim ſeipſum (in his) nullum eſt peccatum, ratio eſt, quia qui in hoc genere infamat ſe, nullum dicit mendacium, quoniam nullus taliter eſt perfectus in illis, quod non poſſit eſſe perfectior. Si autem Banenſis loquatur de fama perfecta, in ordine ad virtutes theologales, & morales, & de innocentia vitæ, falſum dicit quo ad vtramque partẽ, primò quo ad acquiſitionem, primæ enim non acquiruntur ex proprijs actibus ſunt enim dona Dei, ſecundæ principaliter ſunt à Deo, non tamen ſine nobis. Bonitas conſcientiæ clarum eſt quod eſt à Deo, cum igitur iſta non ſint ex nobis, per conſequens non ſumus Domini famæ noſtræ quo ad iſta, propterea illi qui ſeipſos infamant quo ad iſta, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur. Sed dices. Cui facienda eſt reſtitutio iſta? Reſpondetur Deo principaliter, quia ſoli Deo honor, & gloria. Cui Eccleſiæ inquit Dominus Caietanus, quia infamata eſt ex infamatione ſui membri, vel ſibi: Cui ſibi ipſi, vt poſſit conſignare talentum ſibi creditum Domino ſuo. Banenſis, vt clarius ab omnibus percipiatur intentum ſuum, ponit duas concluſiones, inter quas iſta tenet primum locum.

Nota.

Sententia Banenſis gloſatur, admittitur, & impugnatur in ſenſu diuerſo.

Concluſio prima. Infamare ſe, & cooperare ad infamationem poteſt eſſe officium virtutis, cum infamare ſeipſum non ſit intrinſecè malum, immo eſt quiddam bonum medium inter cenſum, & virtutẽ, & detrimentum in fama ſit malum quoddam medium inter cenſum, & inter detrimentum

Fama reſtituenda eſt Deo primo Eccleſiæ ſecundo & illi à quo fuit ablata tertio.

vite.

vitæ. Omnia enim iſta admittimus quo ad infamiam imperfectam, & quod infamare ſeipſum in his ſine cauſa concedimus eſſe peccatum veniale. At ſi ſermo eſt de fama perfecta, negamus fundamentum & omnes concluſiones. In bono ſenſu ergo poteſt intelligi Sotus, ſimiliter, & Banenſis (etiam quod opinio illorum non fuiſſet talis) loquendo Magiſter Sotus de fama perfecta dicit, quod infamare ſeipſum (in grauiſſima materia) vt in crimine hæreſis, in crimine nefando, eſt peccatum mortale, hoc idem affirmare dicimus nos de eo qui infamat ſeipſum in his quæ denigrant bonitatem vitæ, quæ maculant mores, quæ ſunt contra fidem, ſpem, & charitatem, & Banenſis dicit, quod nunquam eſt mortale infamare ſeipſum niſi ex circunſtantia ſcandali, vel quia diuinus honor periclitatur, vel quia homo infamis exponit ſe alijs periculis peccandi, vel ex alia circunſtantia, ecce quod licet verbis non dicat, quod infamare ſeipſum perfectè ſit peccatum mortale, in facto tamen hoc dicit, declarando ea ad quæ ſe extendat infamia de ſeipſo perfecta. Si quis infamat ſeipſum quo ad illa quæ pertinent ad fidem, ad ſpem, & ad charitatem, in quibus honor Dei periclitatur; ſi quo ad bonitatem vitæ efficitur infamis, & alijs periculum peccandi ſe exponit, ſi ſeipſum infamat quo ad virtutes morales adeſt circunſtantia ſcandali. Nihilominus, vt clarius appareat ſententia Caietani Illuſtriſſimi, & ſuperfluitas verborum Banenſis, & Soti in hac materia, corroborabimus primã concluſionem noſtram, & poſtea ſoluemus illorum obiectiones.

In re Sotus, & Banenſis coactè veniũt in ſententia Caietani licet verbis illũ impugnãt.

Primo enim diuina ſcriptura, vt oſtenderet grauitatem huius peccati, ſcilicet, illius qui infamat ſeipſum, illas repræhendit per Iſaiam 3. dicendo, Peccata ſua ſicut Sodoma prædicant, nec abſconduntt, & alio in loco contra hos dicit lætantur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Vlterius ad talem qui ſeipſum infamat dicit, quid gloriaris in malitia, & in Pſal 93. vſquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem, quod hi diffamatores peccant mortaliter concedit Sotus, in multis caſibus. Primo ſi talis reuelat ſua peccata per iactantiam, vel complacentiam peccati; par enim peccatum eſt homicidium, & complacentia in illo. Secundo diffamare ſeipſum, vel notificare ſua delicta poteſt eſſe mortale peccatum ratione ſcandali, puta ſi aliquis eſſet in bona opinione, & ipſe manifeſtaret ſua delicta, ſimiliter peccaret mortaliter, quia daret alijs occaſionem peccandi, vel ſcandalizaret illos qui eos audirent, ita quod in futuro nec bonis crederent, & ſi perſona iſta eſſet religioſa alicuius ordinis contemneretur ordo ille. Tertio poſſet eſſe mortale ratione perſonæ. v. g. ſi perſona iſta eſſet valde neceſſaria Reipublicæ, vt Prælatus cuius officium tam dignè gerere non poſſet, talis inquit Magiſter Dominicus à Soto grauiter peccaret, mortaliter quidem ſi diffamaret ſeipſum, & quod Sotus affirmat de Prælato nos affirmare poſſumus de quocunque in dignitate conſtituto, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſeculari. Ratio eſt, quia oculi ſubditorum in illos reſpiciunt, & proportionaliter idem dicere poſſumus, de Patre, & Matre familias. Nam ſi diffamarent ſeipſos ſcandalizarent filios, & ſubditos ſuos. Quod autem nec filijs, vel filiabus liceat diffamare ſeipſos probamus, quia infamia filiorum (in regno) infamia eſt parentum. Gloria filiorum honor parentum, inquit diuina ſcriptura. Nonne omnes admirarentur ſi filia quę pro pudica habetur, diceret ſe amiſiſſe virginitatem ſuam cũ aliquo ſeruo? Si filius ſe extolleret de peccato nefando, nonne, delicta iſta filiorum infamarent totam familiam, vltra hoc, quod vt filij Eccleſiæ denigratio famæ illorum ponit infamiã in Eccleſia Dei. Cum fideles filij eius oſtendant pudenda, quam occultare, & abſcondere debent, & nihilominus oſtendunt illa his quibus non debent, Quarto loco inquit Magiſter Sotus eſſet peccatum mortale, ſi ex reuelatione proprij ſceleris quis incurreret periculum vitæ, hoc accideret illi, qui diceret ſe defloraſſe virginem bonæ famæ, & ſimiliter hoc eueniret filiæ dicenti contra voluntatem ſuorum iacuiſſe cum amatore ſuo.

Diuina ſcriptura repræhẽdit hos homines, qui ſeipſos infamãt in rebus magni momenti.

Quilibet homo in quocũque gradu exiſtat, diffamando ſeipſum peccat mortaliter.

Alia ratione probo, quod infamare ſeipſum ſit mortale peccatum ſic. Reuelare peccatum eſt contra naturam peccatorum, Probatur hoc, quia peccata de ſua natura ſunt abſcondita, ſed illud, quod eſt contra naturam (de genere ſuo) peccatum mortale eſt ergo peccatum mortale eſt diffamare ſeipſum. Huic rationi Magiſter Sotus reſpondere non poteſt, tamen vt ſaluat ſeipſum dicit, quod prodigere propriam famam, non eſt contra charitatem, niſi quando fama neceſſaria eſt ad finem ſpiritualem. Subſumamus nos minorem propoſitionem, per nos fama integram, ſcilicet, ex parte virtutum moralium & theologalium, & ex parte bonitatis vitæ eſt neceſſaria ad finem ſupranaturalem, ergo diffamare ſeipſum in his peccatum mortale erit, quod autem diffamare ſeipſum in minimis ſit veniale peccatum iam plures conceſſimus.

Vnde D. Auguſtinus in libello de bono viduitatis c. 20. vehementer increpat illos, qui putant ſatis eſſe habere bonam conſcientiam apud Deũ, impudenter, & crudeliter contemnentes propriã famam. Ibi enim dicit, neceſſaria eſt nobis vita noſtra, alijs vero fama noſtra, & idem repetit in ſermone de communi vita clericorum, vt refertur. 12 quæſt. 1. c Noto ergo ex D. Auguſtino infamare ſeipſum mortale eſt cum obligatione ad reſtitutionem famæ. Magiſter Sotus, videns hanc doctrinam D. Auguſtini ex directo contra ſuam opinionem inquit, videtur D. Auguſtinum ſentire, quod cõſeruare propriam famam ſit opus iuſtitiæ, quia neceſſaria eſt alijs, & quod ſit mortale illam negligere, atque adeo, quod infamans ſeipſum teneatur ad reſtitutionem (vt tamen perſeueret in ſua opinione) huic difficultati dupliciter reſpondet, Primo dicit, quod Auguſtinus loquitur illic de ſanctiſſimis mulieribus, quæ à populo venerabantur, vt religioſiſſimę, quæ tamen negligebant famam ſuam putantes virtutem eſſe, vt æſtimarentur malæ, & vituperentur, ſeu vilipen-

Ex D. Auguſtino fama noſtra neceſſaria eſt alijs, ſicut nobis neceſſaria vita eſt.

deten-

Digitized by Google

detentur. Reſponſio iſta, non ſaluat opinionem ipſius Soti, quia ſi iſtæ mulieres ex iuſtitia per D. Auguſtinum, & per ipſummet Sotum, tenebantur conſeruare famam ſuam pro ædificatione populorum. Infero ego, quod omnis homo ad hoc ex iuſtitia tenetur, hoc manifeſto, quia vnicuique Deus mandauit de proximo ſuo. Iuſtitia etiam ad omnes ſe extendit, & non ad aliquos tantum, iſtæ mulieres erant perſonæ priuatæ, ergo ſi illæ (ex iuſtitia) tenebantur ad hoc, & omnes Chriſtiani, & Chriſtianæ ſimiliter ad hoc tenentur. Si ipſæ ad hoc tenebantur ratione ſcandali, & alij hac ratione ad hoc tenentur, dicebat enim Dominus, veh mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt, &c. Mirum eſt (in ſententia Magiſtri Soti) quod peccatores non peccant diffamando ſeipſos, & quod iuſti peccant hoc faciendo, quod primi non teneantur ad reſtitutionem famæ propriæ, ſecundi autem ſic. ergo quis dicere poteſt (ex hac doctrina) amittamus honorem ſemel, & poſtea non peccabimus diffamando nos ipſos, nec ad reſtitutionem famæ noſtræ tenebimus, quid abſurdius imaginari poteſt, quam ſubſtinere hanc doctrinam Soticã? ex qua datur comoditas, ex ipſo peccato, quod non admittit ipſemet Sotus, ſed hoc inconueniens apparet, quia dato vno inconuenienti multa ſequuntur. Dato, quod homo poſſit diffamare ſeipſum, & quod non teneatur ad ſui famæ reſtitutionem, hæc inconuenientia ſequuntur, Reſpondet ſecundo, Magiſter Sotus anthoritati D. Auguſtini adductæ dicendo, quod D Auguſtinus intelligit famam noſtram neceſſariam eſſe Reipublicæ, videt enim Sotus, quod opinio ſua, non ſolum eſt contra D. Auguſtinum, ſed etiam contra D. Paulum 1. Corinth. 10. vbi dicit. Placet omnibus per omnia ſicut, & ego omnibus per omnia placeo, non quærens, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant, propterea quærit ſatisfacere primo D. Auguſtino dicendo, quod D. Auguſtinus intelligit, quod fama noſtra ſit neceſſaria Reipublicæ ſicut ſunt bona exteriora, puta, quando Reſpublica, & proximus indiget fama mea, ne ex me Reſpublica ſit infamis, & proximus ſubueniatur. Facio ego minorem propoſitionem contra minorem quam ſubſumit ipſe Sotus, ſed ſemper Reſpublica, & proximus indiget bona fama mea, ne ex me Reſpublica ſit infamis, & ne ſim in ſcandalum proximo meo, ergo vnquam licet mihi diffamare meipſum, & ſemper debeo reſtituere famam meam pro honore Reipublicæ. quo ad D. Paulum, dicit Magiſter Sotus, quod Paulus erat Apoſtolus per conſequens ex officio tenebatur habere bonam famam, & idem præcipiebat cæteris Prælatis. Sed priuatæ perſonæ ſolum tenentur habere bonam famam, faciendo, ſcilicet, opera digna honore, & fama, ecce quomodo fugit Sotus veritatem, vt faciunt aues nocturnæ lucem ſolis. Contra ipſum Sotum inſto ego dicendo, ad quid D. Auguſtinus adducit dictum Apoſtoli Pauli, loquens cum illis mulieribus? ipſæ nõ erant Prælatæ, ergo ſententiam iſtam, non fuit adductam ad propoſitum ab ipſo D. Auguſtino hoc

Sententia Soti in materia de diffamatione ſui ipſius ad inconueniens ducit.

Nota.

Magiſter Dominicus à Soto non poteſt bene gloſſare D. Auguſtinũ quã ſi homo eſſet Dominus ſuæ famæ.

non eſt dicendum, ergo omnes ad hoc tenemur. Secundo ſi ex Soto perſonæ priuatæ ſolum tenentur habere bonam famam, faciendo opera digna honore, & fama, ſubſumo minorem ego ſic. Sed infamare ſeipſum, non eſt opus honore, & fama dignum, ergo illud facere non poſſumus, per conſequens opinio Illuſtriſſimi D. Caietani manet in ſuo robore, ſcilicet, quod nulli licet infamare ſeipſum, & quod qui oppoſitum facit peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur, ſcilicet, ſuæ famæ. His ſic declaratis, nunc ponendæ ſunt rationes Magiſtri Dominici à Soto affirmantes, quod homo ſit Dominus ſuæ famæ, & quod poſſit diffamare ſeipſum, abſque eo, quod teneatur ad reſtitutionem ſuæ famæ, quibus ſolutis ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani clariſſime apparebit veritate gaudere.

Solutio rationum Magiſtri Dominici à Soto, Contra Illuſtriſſimum Dominum Caietanum.

Magiſter Dominicus à Soto in corroboratione ſuæ ſententiæ, format talem rationem, perſona priuata poteſt relinquere honores ſeculares, & Eccleſiaſticos, vt ſeruiat Deo in angulo Religionis, & nolle acquirere famam, ergo eſt Dominus ſuæ famæ, aliter non poſſet illam deſerere, etiam vt ſeruiat Deo.

Inſtantia 1.

Theologus dicit ad antecedens, quod homo, vt ſeruiat Deo poteſt deſerere famam, & honorem mundanum. Rationem aſſignat, quia honor, & fama mundana ordinantur ad honorem, & famam cæleſtem, propterea quando illa infert impedimentum ad hunc finem conſequendum, poſſumus illis renuntiare, ex hoc tamen non ſequitur, quod homo poſſit infamare ſeipſum, vnde neganda venit conſequentia, non ergo ſequitur, ſcilicet, quod ſumus taliter Domini, vt abſque peccato poſſimus, non ſolum famam mundanam, ſed moralem, & diuinam contemnere, vtique ſumus Domini famæ imperfectæ, & honoris mondani, ideo illam famam & honorem illum, poſſumus relinquere vt ſeruiamus Deo, ſed cum nõ ſumus Domini famæ perfectæ, ſed tantum (vt ſic loquar) vſufructuarij, & Deo cooperatores ad inquirendam famam, & honorem cæleſtem. Ideo iſta fama neceſſaria eſt, etiam ad vitam cæleſtem acquirendam, dicit enim Dominus. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt, ergo fama bona perfecta ſimpliciter ad vitam æternam acquirendam neceſſaria eſt, vnde merito negatur conſequentia Soti.

Inſtant. ſolutio.

Comprenenda eſt fama mundana, & honor huius ſeculi ad ſeruiendũ Deo.

Inſurgit Argumentator in fauorem Magiſtri Dominici à Soto format argumentum, probans quod infamare ſeipſum ſit peccatum mortale, hoc modo, vbi nulla interuenit iniuria non reperitur peccatum mortale, ſed homo reuelando propriũ crimen nulli facit iniuriam, ergo non peccat mortaliter.

Inſtantia 2.

Theologus negat minorem, & declarat maiorem propoſitionem dicendo, quod vbi non eſt

Inſtant. ſolutio.

iniuria

Infamans ſeipſum iniuriā facit Deo, Eccleſiæ, proximo etiam ſibi ipſi.

iniuria neque ex parte Dei, neque ex parte noſtri, neq; ex parte proximi, nō pōt eſſe peccatū mortale, vt q; verū eſt. At in propoſito noſtro minor eſt falſa, qa homo infamādo ſeipsū, iniuriā facit Deo, qui per os ſapientis præcepit nobis, vt curā haberemus de bono noīe, operamur contra charitatem proximi, qa i tali actione, offenditur Eccleſia, Reſpublica familia, proximus offendit iſte Eccleſiā, quia infamādo ſeipsū infamat Eccleſiam cuius eſt mēbrū, infamat Rēpublicā cuius ipſe eſt pars, infamat familiā cuius ipſe eſt caput, vel filius, detrimētū dat proximo, qa fama noſtra per D. Aug. neceſſaria eſt proximo noſtro, eſt cōtra ſeipsū, quia efficitur infamis. Secūdo reſpōdetur ad maiorē propoſitionē dicēdo ꝙ peccatū reperitur cōtra Deū, cōtra proximū, & cōtra nos ipſos īmediatè, luxuria, & gula ſunt peccata immediatè contra nos ipſos. Blaſphemia infidelitas, & immediatè ſunt contra Deum, furtum, rapina & ſimilia contra proximum, in his peccat infamator.

Inſtantia 3.

Lector de nouo inſtat dicendo, Si peccaret diffamans ſeipſum, contra Deum, & proximum, & ſeipſum peccaret contra iuſtitiam, ſed hoc eſt falſum, ergo &c. Maior ſupponitur pro vera ex dictis in deciſione dubij. Minor probatur ſic. Iuſtitia ex Ariſt. 5. Ethic. eſt ad alterum, & non ad ſeipſum. Ad ſeipſum enim non eſt iuſtitia neque iniuſtitia, volenti inquit ibi Ariſt. non fit iniuria, ergo qui prodigus eſt ſuæ famæ ex genere ſuo non peccat, cum nemini faciat iniuriam, niſi adſit aliqua qualitas mala, ſcilicet, ex aliqua circūſtantia.

Inſtant. ſolutio.

Theologus concedit antecedens, & negat conſequentiam & aſſignat rationem negationis dicēdo quod qui infamat ſeipſum in re graui facit iniuriā Deo, Eccleſiæ, Reipublicæ, & propriæ familiæ, etiam ſibi ipſi, verum eſt, quod ſcienti, & volenti non fit iniuria in foro exteriori, in foro tamē conſcientiæ ipſi peccatori fit maxima iniuria quia ex peccato infamationis ſui ipſius fit ſeruus Diaboli, qui enim facit peccatum ſeruus eſt peccati.

Inſtantia 4.

Vlterius Magiſter Dominicus à Soto contra Illuſtriſſimum Dominum Caietanum tria dicta illius impugnat, primum eſt, quod infamare ſeipſum ſit peccatum mortale. ſecundum quod ſit peccatum contra charitatem, & contra iuſtitiam, tertium quod tale peccatum obligat ad reſtitutionē, quo ad primum, ſcilicet, quod non ſit contra charitatem proximi, quia nemini nocet, neque contra charitatem propriam, quia talis infamatio poteſt venire in detrimentum tantum bonorū tēporaliū.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat aſſumptum loquendo de infamia perfecta, de qua modo eſt ſermo, quia infamia talis eſt contra bonitatem vitæ contra virtutes, & contra bonos mores, & ad probationem dicimus, quod ratio illa procedit de infamatione imperfecta, quod nihil concludit contra nos. Iam diximus, quod talis infamia nō eſt peccatum, neque contra charitatem proximi, neque contra charitatem propriam. At infamia iſta nō eſt illa de qua loquitur Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, ſed eſt illa quam affirmat ipſemet Sotus, dico infamia perfecta, quæ eſt peccatū mortale propterea Magiſter Dominicus à Soto non bene impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, de infamatione imperfecta ſui ipſius non loquitur Caietanus, & quod hoc ſit verum, ipſemet ſe declarat dicendo, quod infamare ſeipſum eſt peccatū mortale, ſicut occidere ſeipſum, ergo Illuſtriſſimus Caietanus loquitur de infamia perfecta.

Infamia perfecta eſt contra charitatē proximi, & contra charitatem ſui.

Inſtantia 5.

Argumentator in fauore Soti inſtat quinto loco adducens argumentum illius authoris & conatur probare quod diffamare ſeipſum non ſit peccatū mortale tali medio, prodigalitas (ex genere ſuo) non eſt peccatum mortale (ex ſententia theologorum) niſi ex circumſtantia, puta quando proximus famæ perit, ergo neque prodigere famam de ſe erit mortale, niſi ratione alicuius circunſtantiæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus pro inſtantiæ ſolutione dicit, ꝙ Sotus ſuper hoc debili fundamento opinionē ſuam fundauit, quę opinio vtique ex ſe robur habet loquēdo de fama mūdana, de fama imperfecta, nō aūt in ordine ad famā perfectā, pp hoc procedendū eſt in hac re cū grano ſalis, quia & fama mūdana inter bona externa tenet primū locū, & per D. Auguſtinū eſt neceſſaria in ordine ad proximū, ſicut vita ex parte naturę, vnde nō eſt diſcipanda abſque neceſſitate. Si aūt loquamur de fama perfecta (ex natura ſua per Nauarū) eſt bonū ineſtimabile, ſicut ſalus, & vita, & ſuperat bonū pecuniarū ex ſentētia ſapiētis 4 Eccleſ. Curā habe de bono nomine, hoc. n. magis permanebit tibi quā mille theſauri pręcioſi, & magni.

Fama mundana ſuperat bonum pecuniarū fama perfecta æquiparatur vitæ, & ſalutis.

Inſtantia 6.

Inſtat Argumentator dicēdo, qm̄ aūt Magiſter Sotus corroborat intētū ſuū ratione naturali dicēdo, ꝙ vita eſt fundamentū omniū honorū, propterea naturaliſſimus appetitus oīum rerū eſt cōſeruandi ſe, & per cōſequens homo nō habet arbitriū ſuę vitę. De fama rō naturalis oppoſitū docet, ſ. ꝙ ſit in arbitrio noſtro, vt ſine peccato mortali poſſimus illā negligere. & cōfirmat per D. Th. 2. 2. q. 64 ad 3. vbi dicit, ꝙ licet poſſit homo de ſeipſo diſponere quatū ad ea, quę pertinēt ad hāc vitā q̄ hoīs lib. arb. reggitur, ſed tranſitus de hac vita ad aliā feliciorē nō ſubiacet lib. arb. hoīs, ſed diuinę poteſtati, ideo non licet homini ſe interficere. Ac ſi apperte dicat, inquit Sotus, vniuerſa bona hominis poſita ſunt in eius arb. pręter vitam.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit, quod inſtantia iſta vtique difficilis eſt, non tamen eſt inſolubilis, vnde dicit ad Minorem, vel dictum hoc Magiſtri Soti eſt de homine corrupto ſenſuali, vel de homine prudente timente Deum, ſi de primo verum eſt, ſed non deſeruit propoſito, quia non loquimur de homine inhonorato, & infami, ſi de ſecundo minor eſt falſa, quia ſicut vita eſt eſſe viuentibus, ita fama, & honor eſt bonum eſſe appetitus naturalis, appetit non ſolum viuere vita quacunque, ſed vita virtuoſa, digna & honorata. Ad id autem, quod adducit Argumentator ex D. Thom. pro confirmatione Theologus negat conſequentiam, quando enim dicit, quod tranſitus ab hac vita ad vitam felicem non ſubiacere noſtro lib. arb. ſed poteſtati Dei, & ideo non licet homini ſeipſum interficere, concedimus totum, ſed ex hoc non poteſt inferri, ſcilicet, quod ſi hac cauſa non poſſumus nos interficere, ergo poſſumus nos infamare

Homo prudens non ſolum appetit vitam, ſed virtuoſam vitā, vt non vitam infamam.

nos ipſos, ex negatiua non licet infferre affirmationem. Argumentum ex puris negatiuis non concludit, ex regula illa thopica, ex puris negatiuis nihil ſequitur, aliter ego infferre poſſem, omnia præter vitam ſunt in poteſtatem hominis, ergo poteſt homo mutilare ſeipſum, ergo licitè poteſt operare contra legem diuinam, & humanam. Cum ergo ex lege diuina debeo diligere meipſum, diligere etiam debeo illa quæ ſunt de perfectione mei, ergo non debeo abſcindere membra mea, nec infamare meipſum, quia iſta ſunt de perfectione mei, fama enim præcioſiſſima eſt, & homo infamis, non eſt dignus, vt vocetur homo, ſed obbrobrium hominis, & abiectio plebis.

Impugnatio prima. Contra inquit Argumentator, in fauorem Soti. Concedo quod fama præcioſior ſit quam pecunia, tamen tanta eſſe poteſt ſumma pecuniæ, quod magis æſtimabitur quam fama. Clarum eſt inquit, quod aurum præcioſius eſt argenro. Nihilominus magnum pondus argenti præualebit paruo ponderi auri. v. g. quis dubitat decem millia ducatorum pluris æſtimanda eſſe, quam fama priuatæ perſonæ, & ſubdit, Si ego habeo lib. arb. ſupra magnam pecuniam, conſequens eſt, quod illud habeo, ſuper meam famam, & honorem, & ſic, quod poſſim diffamare meipſum.

Impugnationis ſolutio. Libertas pro auro totius mundi nō poteſt vēdi, nec fama pro libertate eſt dā da, quia præcio ſior eſt libertate ipſa. Theologus negat aſſumptum quo ad ſecundam partem, ſcilicet, quod perſona honorata timens, Deum magis æſtimet magnam ſummam pecuniarum, quam famam, hoc enim eſt contra dictum ſapientis, dicentis. Aurum, & argentum in comparatione ipſius arena eſt exigua, quod docet Nauarus, adducens hanc ſententiam ex decretis in hoc propoſito. Mulier quæ pro honeſta habetur potius ſeruitutem cum bona fama quam libertatem cum infamia eligere debet, & nihilominus pro toto auro mundi vendenda non eſt libertas. Iuxta illud dictum vulgatiſſimum. Non bene pro toto libertas venditur auro, vnde negandæ veniunt vltimæ conſequentiæ. Exemplum enim de exiſtimatione auri, & argenti non facit ad propoſitum, vt bene obſeruat Nauarus, quia ex doctrina Angelici Doctoris. Nemo tenetur ad reſtitutionem bonorum inferioris ordinis cum detrimento bonorum ordinis ſuperioris, fama, & honor, medium locum tenent inter vitam, & bona inferiora. In ordine ad vitam eſt ordinis inferioris fama ipſa. In ordine autem ad aurum, eſt ordinis ſuperioris, ideò pro magna ſumma Auri non eſt deferenda fama, vnde ad argumentum negamus, quod decem millia, nec centum millia aura ſint pluris æſtimanda, quam fama priuatæ perſonæ, bonæ, & honeſtæ.

Impugnatio ſecunda. Contra inquit Argumentator in fauorem Magiſtri Dominici à Soto. Fama poteſt recompenſari pecunijs, vt Doctores conſentiunt in 4. d. 15. immo homo pauper rationabiliter mallet reſtitutio fieri ſibi in pecunijs, quam per recompenſationem famæ, immo infamatus habet arbitrium ad remittendam famam ſibi illatam gratis, ne pro hoc fiat illi aliqua reſtitutio, vt concedit Adrianus in 4. quæſt. de reſtitutione famæ, &c. ergo homo habet arbitrium, & poteſtatem, ſuper famam ſuam, tanquam verus Dominus, ſicut ſuper alias res ſuas, iuſtè à ſe poſſeſſas.

Impugnationis diluuo. Impugnatio iſta vtique habet apparentem veritatem, tamen quia realiter nihil concludit (Deo fauente) & ipſa ſoluetur ſicut, & aliæ inquit Theologus, dicit ergo ad id quod dicunt Doctores in quarto, quod vtique fama poteſt recompenſari pecunijs, ſi fama alio modo reſtitui non poſſit. Tunc enim reſtitutio facienda eſt pecunijs ad arbitrium boni viri. Hoc idem ſeruatur, in caſu mutilationis occiſionis, vitæ, & ſalutis, vt ex legibus abundè oſtendit Nauatus, vnde in caſu noſtro dicit, quod pecunia illa non datur pro precio famæ (cum non poſſit appreciari) quia ineſtimabilis eſt, ſed datur pro compenſatione damni, quod ob eius iacturâ obuenit, hoc idem ſeruatur in mutilatione membrorum, imino in ablatione vitæ, id quod datur, non datur, pro membro illo, vel pro vita abſolutè, quia ad vitam non poteſt reuocari mortuus, nec poteſt reſtitui membrum mutilatum, ſed hoc datur illi pro damno, quod mutilatus recepit pro mutilatione membri, vel datur familiæ occiſi hominis, pro damno quod recepit ex parte talis perſonæ occiſæ, vt habetur in extrauaganti Ioannis 22. Can. Ad conditorem cap. 15. numero 19 Ad id autem, quod addit Magiſter Dominicus à Soto, ſcilicet, quod homo pauper mallet reſtitutio fieri pecunijs, quam per recompenſationem famæ. Reſpondet Theologus dicendo, quod hoc pauper rationabiliter non cupit, ſed ductus neceſſitate, quia vt iam dictum eſt plures. Mulier quæ pro honeſta habetur potius ſeruitutem cum bona fama quam aureum cum infamia eligere debet, quando poſtea Magiſter Sotus dicit, quod infamatus in ſuo arbitrio habet remittendi gratis reſtitutionem famæ.

Fama ablata ſatisfit pecuniis quia recompenſatio aliter fieri nō poteſt, dãnr, illę pro dãno & non pro fama ipſa.

Compenſare debemus famā mundanā, non autē famam bonæ conſcientiæ, & virtutum. Diſtinguo inquit Theologus, vel ſermo eſt de fama perfecta, vel de imperfecta, ſi de perfecta negamus hoc ſi de fama imperfecta concedimus, legimus enim de ijs, ſcilicet, qui infamiſ de hæreſi, vel de infidelitate ſeu de contemptu legis ſubſtinere noluerunt, vnde ille magnus Mathatias potius voluit mori quam edere carnes ſuinas prohibitas à lege, & hoc ne occaſionem ſcandali daret fratribus ſuis. Si autem ſermo eſt de fama mundana, quæ multoties impedimentum eſt ad acquirendam famam perfectam, quæ in puritate conſcientię, & in virtutibus moralibus, & theologalibus conſiſtit, iſta remitti poteſt. In ſignum eius Dominus Matth. 5. docet nos contemnere tria genera bonorum in quibus gentes ſtatuebant felicitatē ſuam, ſcilicet, diuitias, dicendo. Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum, gloriam mundi, dicendo, beati mites, & voluptates dicendo, beati qui lugēt, quoniam ipſi conſolabuntur, & Apoſtolus Io. 1. c. 2. de hoc rationē reddit dicendo, Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, ideſt voluptas ſenſuum, aut concupiſcentia oculorum, ſcilicet, auiditas diuitiarum, aut ſuperbia vitæ, ſcilicet, ambitio honoris, & famæ mundanæ, ex quibus apparet,

ret quod Magiſter Sotus,non impugnat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum in vero ſenſu.

Inſtantia 7.

Inſtat de nouo Lector cum Magiſtro Soto contra Caietanum Illuſtriſſimum dicendo, ſi eſſet peccatum mortale reuelare proprium crimen ſine cauſa, pari ratione eſſet peccatum mortale, non reſpondere detractoribus, & obijcientibus nobis publicè, & iniuſtè peccata noſtra. Probatur conſequentia, quoniam non reſpondere diffamanti me cum facilè poſſim,idem eſt,ac ſi me diffamaſſe,ſicut ſi non reſiſterem latroni cum poſſim, ac ſi prodigere bona mea, quia igitur ex D. Angelico q.73 art.4.ad primum. Cum detrahit quis mihi non teneor reſpondere immo eſt in arbitrio meo tacere. Exemplum enim in hoc fuit nobis Chriſtus Dominus,ferrè in tota vita ſua,quia tanquam mutuus,non apperuit os ſuum immo ipſe dicebat Apoſtolis ſuis. Matth.5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mentiẽtes propter me. Gaudete,& exultate,quoniam merces veſtra multa eſt in cælis.

Inſtan. ſolutio.

Huic inſtantiæ Theologus dicit, conſequentiam nullam eſſe. Ratione hoc oſtendit,quoniam non licet nobis malum agere, at mala pati pro Chriſto debemus. Ad probationem ipſemet Sotus ſatisfacit dicendo,quod non teneor reſpondere, niſi eſſem ego perſona publica, quia tunc ad hoc teneor ratione officij. Aut crimen eſſet contra religionem, vt ſi quis vocaret me hæreticum, infidelem, &c. quod & nos hoc totum affirmamus. In his autem quæ non pertinent ad religionem Chriſtianam, licet nos non poſſimus infamare nos ipſos, poſſumus tamen ſufferre infamationem, præcipuè vnde oritur maior tumultus,ex defenſione propriæ famæ, correctio enim fraterna facienda eſt, tempore oportuno, in tempore neceſſitatis ſufferre infamationem pro Chriſto præcipuè nos beatos facit, cum dicat Dominus. Beati qui perſequutionem patiũtur propter iuſtitiã, &c, extra talem caſum debemus nos protegere honorem noſtrum.

Sufferre debemus infamatione tempore neceſſitatis at infamare nos ipſos non poſſumus,primum eſt pati,ſecundũ eſt agere.

Impugnatio quarta.

Contra inquit Lector (in fauorem Soti) Si non eſſemus magis Domini famæ noſtræ quam vitæ, ſequeretur, quod quotieſcunque poſſumus famam noſtram defendere(ſine proximi nocumento) mortalis eſſet illa omiſſio defenſionis, conſequens eſt falſum,ergo & antecedens,probatur ſequela,quod ſine cuiuſpiam detrimento poteſt vitam ſuam defendere, ſi eam non defendit peccat mortaliter, ſicut qui ruente domu, vel inuadente Diabolo non fugeret, quia tunc ille virtualiter ſe occideret. Falſitas autem conſequentis probatur, quia dum priuata perſona diffamatur, quamquam poſſet ſe compurgare ſine infamia, & detrimento alterius,non tenetur, (ſaltem ſub peccato mortali) compurgare ſe,quia poteſt cedere iuri ſuo,quemadmodum poteſt cedere latroni inuadenti res ſuas.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod licet apud Sotum argumentum hoc ſit inſolubile, ſolubile tamen eſt apud nos,immo ex doctrina iam dacta faciliter ſolui poteſt. In primis Sotus ipſe ſupponit vnum falſum, ſcilicet, quod æquè nos ſcimus Domini famæ ſicut vitæ, quia vt iam dictum eſt, hæc tria ordinem habent inter ſe, ſcilicet,vita,fama & bona externa. fama ſi comparetur vitæ eſt ordinis inferioris, ſi rebus externis eſt ordinis ſuperioris,& quia illa quæ ſunt ordinis ſuperioris(ex doctrina Angelici Doctoris) non ſunt exponenda pro conſeruatione eorum quæ ſunt ordinis inferioris,ideo vnquam licet prodigere famam pro rebus externis, ſed quando aliter facere non poſſumus,pro conſeruatione vitæ poſſumus pati violentiam, prudenter ſufferendo ablationem famæ,& ſufferre infamiam patienter,non tamen poſſumus nos infamare nos ipſos, prout declarauimus. Stante hoc,ad formam argumenti negamus conſequentiam, & ad probationem dicimus, quod homo infamando ſeipſum peccat mortaliter, loquendo de fama perfecta in ordine ad bonitatem vitæ,& virtutum moralium,& theologalium, quo ad famam mundanam negamus, quod diffamando ſeipſum (aliqua vrgente cauſa) peccet mortaliter, quia talis fama virtuosè contemni poteſt, vnde admittimus probationem falſitatis conſequentis,quia probatio eſt in ordine ad famam mundanam.

Si famã perfectam defendere poſſumus tenemur hoc facere, ſub reatu mortalis,aliter ſufferre patienter debemus.

Inſtantia 8.

Non acquieſcit Argumentator,inſtat vnà cum Magiſtro Soto dicendo. Si non eſſemus Domini propriæ famæ aliter quam vitæ,ſequeretur, quod nulla ratione poſſemus exponere famam etiam propter ſalutem ſpiritualem, ſicut non poſſumus nos occidere nos ipſos,ſed hoc eſt falsũ, ergo &c. probatur falſitas. Nam qui cognoſcit præclaram famam, & honorem ſibi plurimum nocere ad vitam ſpiritualem, poteſt permittere propriam infamiam,& detegere aliqua ſua crimina (vt per infamiam humiliatus) tutius viueret. Confirmatur hoc,quoniam ſi non ſumus Domini famæ noſtræ, nulla ratione poſſumus famam noſtram extenuare,vel diminuere, ſimiliter Eccleſia in ſui exordio pro graui peccato mortali non impoſuiſſet ſeptenium pœnitentiæ. quis dubitat per illas pœnitentias quodamodum diffamatos eſſe pœnitentes?

Inſtant. ſolutio,

Theologus inquit,nec inſtantia iſta eſt inſolubilis,ſoluemus,& illam. (Deo fauente) quærimus .n.,vel inſtantia eſt de infamia perfecta,vel de infamia imperfecta, & mundana, ſi de prima concedimus,quod non poſſumus ponere famam, ideſt diffamare nos ipſos propter ſalutem ſupernaturalẽ. Cum dicat Apoſtolus. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ſicut non poſſumus nos ipſos occidere pro ſalute animæ. Si probatio inſtantiæ eſt de fama mundana,vt patet, poteſt vtique homo propter bonũ ſpirituale(& debet) ſufferre infamiam patienter tollerando talem iniuriam ad euitandum ſcandalum puſillorum, non debet tamen infamare ſeipſum hac infamia, & multo minus infamia Chriſtiana,ſi igitur intentio Magiſtri Dominici à Soto eſt loqui de fama mundana, concedo quod poſſumus exponere illam pro ſalute ſpirituali, ſi de fama Chriſtiana negatur hoc. Ad inſtantiam de diminutione famæ hoc

Pro ſalute ſpeciali non poſſumus infamare nos, bene poſſumus pati infamiam.

idem affirmamus, ſicut dictum eſt de infamatione. Pati infamiam poſſumus non autem infamare nos. Ad inſtantiam adductā de primitiua Eccleſia, reſpondemus, vel pœnitentia illa data pœnitentia publicè, vel ſecretè data erat, ſi publicè, dabatur pro peccato publico, non afferrebat infamiam, immo delebat infamiam contractam per peccatum, ſi pœnitentia data erat pro peccato occulto, erat ſecreta, & in ſecreto fiebat, & non infamabat, niſi inquantum apparebat, quod iſte eſſet peccator,

Inſtantia 9.

Vltenius inſtat Lector contra prædicta procedendo ab honore ad famam, declarando primo qui ſit honor, & quid fama. Honor enim eſt reuerentia quæ alicui defertur propter aliquam excellentiam. Fama autem eſt bona æſtimatio quæ de homine habetur, vel eſt ſtatus illeſæ dignitatis moribus, & legibus comprobatus, ſtante hoc fundamento, argumentator ſic. Negligere honorem, & gloriam mundi, non eſt ex genere ſuo peccatum mortale, ergo neque negligere famam, valet conſequentia, quia idem eſt iudicium de fama & de honore. Antecedens probatur, qui enim reſutat honores ſibi exhibitos, ſimiliter qui relinquit dignitates poſſeſſas, facit quod ſuadet Chriſtus Dominus dum dicit, qui non reliquerit Patrem, vel Matrem &c. & ſequitur qui noluit acceptare regnum ſibi exhibitum, ergo non peccat qui infamat ſeipſum, immo meretur,

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod bene concludit de honore & fama mundana, quod & nos libenter concedimus, quando optimum eſt relinquere terrena, vt acquiramus cæleſtia, quia non habemus hic permanentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, ſcilicet, Regnum illud de quo dicebat Dominus Pilato. Regnum meum, non eſt de hoc mundo, Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquitur de fama Chriſtiana, iſta non eſt contemnenda, immo totis viribus eſt inquirenda prout dicebat Apoſtolus Paulus. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, & ſic Sotus nihil contra Caietanum concludit,

Inſtantia 10.

Lector venit tandem ad Achilem ipſius Magiſtri Dominici à Soto, ad argumentum reputatum inſolubile ab eo, & decipitur, quia non eſt Achiles fortis, ſed hoſtis debilis, quia non vincit, niſi volentem vinci, non eſt argumentum inſolubile, ſed cum maxima facilitate ſolubile. Argumentum igitur eſt hoc, ſcilicet, deſumptum ab exemplis Sanctorum, primo D. Auguſtinus in tractatu de confeſſionibus, præcipuè. lib. 2. cap. 2. vbi deplorat concupiſcentiam carnis in qua lapſus fuit in adoleſcentia ſua. Ibi enim dicit. Rapiebar caligo libidinis, inbecillam ætatem per abrutam cupiditatum, atque morboſas gurgites flagitiorum, ibam longius à te, & effundebam, & diffundebam per fornicationes meas, & tacebat, ſecundo de D. Amb. prout in vita eius legitur, ipſe publicas meretrices ad ſe publicè ingredi fecit, vt viſis his diffamaretur apud populum, ad hoc enim faciebat iam actionem, vt pro maximo peccatore haberetur, & impediret populum, ne ipſum in Epiſcopum eligeret. Tertio adducit dictum, religioſiſſimi, & ſanctiſſimi Anſelmi, qui in ſuis meditationibus deplorat amiſſam turpiter virginitatem ſuam, dicendo. O virginitas iam non dilecta mea, ſed perdita mea. O fornicatio ſordidatrix mentis meæ, perditrix animæ meæ, quarto D. Hieronymus inquit virginitatem in cœlum fero, non quia habeam, ſed quia magis veteor, quia non habeo. ex his, ergo concludendum eſt, quod homo licitè poteſt diffamare ſeipſum, cum Sancti iſti hoc fecerunt.

Inſtan. ſolutio.

Theologus huiuſmodi Machinam Soticam, incipit diſſoluere, ab hoc ſuo dicto vltimo dicendo, quod ex verbis ipſiuſmet Magiſtri Dominici à Soto adductis pro hoc vltimo dicto, ſoluitur difficultas, deſtruit Machina, abſciditur caput Achilis, & diſſoluitur argumentum, inquit Magiſter Sotus hoc in loco, quod D. Hieronymus, non manifeſtè confitetur ſe non eſſe virginem (quia habebat illam, virgo vtique erat) ſed negat habere perfectam virginitatem mentis, cum frequentes impulſus carnis fuerit perpeſſus, etiam in ſenectute, vt ipſe fatetur ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis,

Sancti manifeſtanda delicta ſua non diffamabant ſeipſos, ſed oſtendebant ſuam imperfectionem.

Ex quibus apparet per ipſummet Magiſtrum Sotum, quod D. Hieronymus, non infamauit ſeipſum, ſed oſtendebat ſuam infirmitatem, quia non erat ita perfectus in virginitate vt cupiebat, vel vt eſſe debebat, vel dicamus, quod ſi erat perfectus in virginitate abſolutè, comparatiuè tamen erat imperfectus, ſcilicet, comparatiuè ad beatos in patria, ad Beatam Virginem, & ad Chriſtum filium eius Dominum noſtrum, erat enim in comparatione illorū immūdus, & dicere poterat cum Iſaia, omnes facti ſumus immundi, vt pānus menſtruatæ. Hocidem dicere poſſumus de D. Anſelmo, vel dicere poſſumus, quod D. Anſelmus, & D. Auguſtinus dixerunt verba illa, in perſona peccatoris petentis veniam coram Deo, vel in propria perſona. Si hoc dicebant in perſona peccatoris pœnitentis non diffamabant ſeipſos, vt inquit Sotus. Si autem hoc dicebant in perſona propria, quærimus, vel peccata illa erant publica, vel occulta, ſi publica manifeſtando illa non infamauerunt ſeipſos, quia iam, manifeſta erat infamia illorum, & in caſu iſto fecerunt, vt fecit, Matth. Apoſtolus dicendo, ſe ſedere ad Theoloneum, dum Dominus ad Apoſtolatum eum vocaret, in quo caſu ſeruauit dictum ſapientis dicentis. Iuſtus eſt accuſator ſui ipſius, vel hoc fecerunt, vt oſtenderent virtutem vocantis, prout affirmat D. Ioan. Chriſoſtomus illo in loco, ita iſti Sancti, vt oſtenderent pietatem Chriſti erga ſeipſos manifeſtarunt delicta in quibus publicè manebant, dū à Domino fuerunt conuerſi à via mala, ad ſanctā vitam. Si autem dicat Sotus, quod peccata iſtorum ſanctorum erant occulta, dicimus, quod D. Auguſtinus, & D. Anſelmus hanc publicam confeſſionem in ſuis meditationibus fecerunt, ſicut, & D. Amb. moti interna inſpiratione D. Ambroſius n, ſe eſſe indignum munere Epiſcopatus, & quia alio modo ſedare non poterat populum, voluit po

tius

tius hoc medio infamare ſeipſum quam permittere, quod illi eligerent in Epiſcopum indignum, & potius quam ipſe indignus talem dignitatem ſuſciperet, habebat enim Sanctus iſte dictum illud ante oculos. De duobus malis minus eſt eligendum, vel maius fugiendum, & quia videbatur ſibi minus malum diffamare ſeipſum aducendo in domum ſuam publicas meretrices coram populo, quam ſuſcipere indignè Epiſcopatum, quam permittere, quod totus populus peccaret eligendo indignum, hac de cauſa publicas meretrices publicè ad ſe adduci voluit. Iſtæ reſponſiones (ni fallor) ſoluunt ſufficienter argumentum Soti. Tamen, vt magis appareat, quod non eſt Achiles, ſed miles infirmus. Non argumentum inſolubile, ſed de facili ſolubile. Adde ſecundam reſponſionem dicendo, quod facta aliqua Sanctorum admiranda ſunt, & non ſequenda, quia talia facta ſunt inſtinctu Spiritus Sancti, nonne peccatum mortale eſt occidere ſeipſum, & mutilare? Certè ſic ex ſententia Sanctorum, & præcipuè ex D. Thom. ſententia adducta ab ipſomet Soto pluries hoc in loco. Nihilominus aliqui Sancti mutilauerunt ſe, vt legitur de Sancta Chriſtiana quæ proprijs dentibus amputauit carnem ſuam, & expuit in faciem Patris ſui pagani, qui permittere nolebat, vt eſſet Chriſtiana, & B. Euffemia, quæ vouerat Deo virginitatem ſuam, ne coniungeretur in matrimonio (vt decreuerat Pater eius) ex eo quia valde formoſa erat, a M. V. Santiſſima tacta, moni Spiritus Sancti accepit gladium, & proprijs manibus, amputauit naſum, dicendo ſibiipſi, & alijs, & pulchritudini ſuæ. Amplius vana pulchritudo, occaſio peccati non eris. Attamen naſus à B. V. ei fuit reſtitutus, vt habetur in diſcipulo, in promptuario exemplorum litera V. exemplo 14. & Beata Lucia in diſco miſit oculos ſuos iuueni ſibi dicenti, quod oculi eius eum occidebant, & miraculosè fuerunt ſibi reſtituti, iſti & ſimiles amputarunt membra ſua, & non peccarunt, quia hoc fecerunt motæ inſtinctu Spiritus Sancti, neque ex hoc licet argumentari, & dicere, quod cuilibet liceat mutilare ſeipſas, & quid dico de mutilatione? Nonne, hoc etiam oſtendere poſſumus de occiſione? Aliqui Sancti enim occiderunt ſeipſos, ergo ſi ex hoc liceret ſumere argumentum, liceret concludere, quod regulariter, cuilibet liceret interficere ſeipſum, Sancta Apollonia, vt habetur in Breuiario. Beata iſta virgo videns, quod miniſtri Decij Imperatoris parati erant ad comburendum illam, ex eo quia perſeuerabat in confeſſione fidei Chriſti, cum eſſet prope igni, pauliſper ſtans ſupra ſe quaſi deliberando quid agendum eſſet, ſtatim elapſa de manibus ipſorum alacri animo igni ſe proiecit, maiori Spiritus Sancti flama intus accenſa, inquit legenda eius in breuiario, immo ex ipſomet Soto de ſecretis, quæſtione 3.

De duobus malis minus eſt eligendus vel maius eſt fugiendum.

Inſtinctu Spiritus Sancti licet diffamare ſeipſum mutilare, & occidere nō tamē ex proprio marte.

Concluſio quarta, in fine declarationis illius. Sanſon occidendo ſe, cum hoſtibus, non peccauit, prout affirmat D. Auguſtinus primo de ciuitate Dei cap. 21. quia inſtinctu Spiritus Sancti hoc fecit, ecce quam debile eſt argumentum Soti, dicendo D. Auguſtinus D. Amb. D. Anſel & D. Hieronymus diffamauerunt ſeipſos ergo quilibet poteſt diffamare ſeipſum. In tali diffamatione iſti Sancti non peccauerunt nec famam ſibi reſtituerunt, ergo diffamare ſeipſum non eſt peccatum, nec obligat ad reſtitutionem famæ, & ego in confuſione iſtius doctrinæ dico Sancta Chriſtina, & B. Euffemia, mutilauerunt ſe, & Sancta Apollonia, & Sanſon occiderunt ſe, ergo cuilibet licet ſe mutilare, & occidere, ergo occidere, & mutilare ſeipſum non eſt peccatum, ergo qui occidit, vel mutilat ſeipſum non obligatur ad reſtitutionem damni dati Eccleſiæ, communitati, & familiæ ſuæ. Sed per D. Thom. & per ipſummet Sotum non licet ſe occidere, & mutilare, ergo neque diffamare ſeipſum, niſi moueatur ad hoc à Spiritu Sancto. De hoc puncto, ſatis ſit dictum, accedamus ad aliud.

Inſtantia II.

Non diſcordat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus à Magiſtro Soto, quo ad aliqua poſita in concluſione quinta caſus, ſcilicet, in hoc quod homo poſſit infamare ſeipſum, ad capiendum conſilium, vel leuandam triſtitiam, manifeſtando ſua crimina illi qui prodeſſe, & non obeſſe intendit, ſi aliter fieri non poteſt, ſed tale eſt officium virtutis. Id autem quod addit Magiſter Sotus in eodem loco non concedo, ſcilicet, quod ſit officium virtutis, quod quis permitteret ſe infamari pro amico, cedendo ſuo iuri pro illo tunc, & probat intentum ſuum ſic. Nam in hac, & ſimilibus caſibus eſt honeſta cauſa reuelandi ſua crimina inquit Dominus Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit opinionem iſtam ſibi non placere, ratio eſt, quia eſt contra ordinem charitatis, quæ incipit à ſeipſo, vnde dicebat Dominus Caietanus magis tenemur diligere nos ipſos quā proximos, hæc verba Domini in Ioan. adducta ſunt ad propoſitum, quia illo in loco Dominus accipit carnem pro anima. Clarum eſt, quod ſecundum ordinem charitatis pro ſalute animæ proximi mei, teneor ponere vitam, non tamen ad hoc teneor pro ſalute carnis ſuæ, nec rerum ſuarum, ergo non eſt vera abſolutè opinio Soti.

Licet manifeſtare proprium debitū ad capiendū conſilium.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator in fauorem Soti. Quando reus iniuſtè, interrogatus fatendo veritatem, diffamat ſeipſum, ſed in tali caſu non peccat, ergo infamare ſeipſum non ſemper eſt peccatum.

Reſponſio.

Theologus dicit ad maiorem, quod licet reus iniuſtè interrogatus, non teneatur fateri veritatem, falſitatē tamen dicere nō poteſt, propter hoc ſi contra ius infamauit ſeipſum, hoc propriè non eſt infamare in foro conſcientiæ, de quo propriè modo eſt diſputatio, quia hoc fecit ad euitandum mendacium, quod eſt peccatum mortale in foro iudiciali. Iudex tamen peccauit mortaliter interrogando contra iuris ordinem, licet ſe diffamauit in foro exteriori, de quo modo non eſt ſermo, & hoc fecit per accidens, vt obediret præcipienti.

Manifeſtans delictum occultum in iudicio non diffamat ſeipsū

tia, vel ipſius rei, vel poſſeſſionis eius, vel vſus illius, cui diffinitioni Theologi addunt inuito domino, iſtas omnes particulas ponũt doctores iſti, quia in more habent iuris doctores dum aliquod genus diffiniunt omnes ſpecies illius in ipſa diffinitione explicitè ponere. Philoſophi autem oppoſitum faciunt compendioſe enim diffiniunt & poſtea in diuiſione rei declarant partes contentas in re diffinita, qua de cauſa de mente Ariſt. diffinitio debet eſſe oratio breuiſſima, quæ naturam rei explicet, quod manifeſtatur in diffinitione furti data à Theologis modo ponenda.

Furtum per ſe formaliter ex ſui natura eſt occulta acceptio rei alienæ.

Concluſio, vera diffinitio furti eſt iſta. Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ. Diffinitio iſta magis explicat naturam furti quam illa data à iuriſdoctoribus. In primis particula illa poſita in diffinitione iuriſtarum, ſcilicet, contractio, non ſic perfectè manifeſtat naturam furti ſicut illa particula poſita à Theologis, quæ eſt iſta, furtum eſt occulta acceptio rei alienæ; ly acceptio magis explicat naturam furti quam contractio. Contractio enim ſolum rei contractum ſignificat, at acceptio ſignificat non tantum contractum ſed amplius. Illi in loco rei alienæ ponunt rei mobilis, ad plus enim ſe extendit res mobilis, quam res aliena, ſub furto enim non ſolum cadit res mobilis, ſed etiam immobilis dum doloſè poſſidetur ab iniuſto poſſeſſore. Nec eſt neceſſe ponere in diffinitione poſſeſſionem rei, vel vſum, quoniam qui furatur rem alienam ſimul, & poſſeſſionem, & vſum illius habet, quando in diffinitione dicunt, quod furtum eſt contractio fraudoloſa, nihil addunt ſupra diffinitionem theologicam, quoniam fraudoloſa acceptio continetur ſub acceptione occulta inuito Domino, vel Domino rei neſciente, quod totum ſub illa particula occultè continetur, ignorantia enim eſt cauſa inuoluntarij, id autem quod addunt iuriſtæ, ſcilicet, lucri faciendi gratia, non ſolum ſuperfluè, ſed falsè illam addiderunt. Nam qui rem accipit alienam, & illam in mare, vel in flumen proijcit, vel igni tradit reus furti eſt, etiam ſi non furauerit gratia cupiditatis, ex his clarè patet, quod diffinitio Theologorum eſt optima quod oſtendit D. Thom. dicendo. Ad rationem

Tria ſunt de ratione furti in iuſtitia res aliena externa occultè retenta.

furti tria concurrunt, quorum primum conuenit ſibi ſecundum quod contrariatur iuſtitiæ, iuſtitia enim tribuit cuique, quod ſuum eſt, & fur vſurpat rem alienam, vt ab eo poſſeſſam qui eſt verè Dominus & priuat illum re illa, & hoc continetur ſub illa voce acceptio, ſecundum contentum in re aliena pertinet ad furtum prout diſtinguitur à peccatis quæ ſunt contra perſonam, puta adulterio, homicidio, &c. Furtum enim eſt circa rem externam poſſeſſam, & ſubdit Doctor Sanctus. Si quis enim accipit id quod eſt alterius, non quaſi poſſeſſio, ſed quaſi pars, non habet propriè rationem furti. Puta ſi quis amputat membrum, vel ſicut perſona coniuncta, vt ſi auferat filiam, vel vxorem, quibus abutatur, primus non eſt fur, ſed mutilator, ſecundus eſt raptor, vel adulter, & concludit Doctor Sanctus dicendo, Tertia differentia eſt, quæ complet rationem furti, vt, ſcilicet, occultè vſurpet alienum, & ſecundum hoc ratio furti propriè ſumitur, vt ſit occulta acceptio rei alienæ, pro quorum maiori intelligentia Illuſtriſſimus Dominus Caietanus tria dicit, Primo notandum eſt (inquit) quod accipere vxorem, vel filiam alienam, non habet propriè rationem furti, ſed proprium furtum eſt accipere ſeruam alienam & rationem aſſignat dicendo, quoniam poſſidemus ſeruos ſicut, & agros, non autem ſic vxores, & filios, ſecundum eſt notandum, quod accipere filiam, vel vxorem alienam in ſeruam, non pertinet ad furtum, ſed ad captiuitatem quæ ad incarcerationis vitium redducitur, & grauius eſt captiuare filium, vel vxorem alicuius, quam alios ſibi conſanguineos, quia ad maiorem cuſtodiam illius pertinent iſti, quam alij, tertium notandum eſt, quod accipere eaſdem perſonas non ſimpliciter, ſed ad terminatum tempus pro concubitu, ſi hoc fit (illis inuitis) eſt raptus, grauius peccatum ipſo furto, eo maximè, quia non ſolum fit iniuria mulieri illi, ſed marito, vel patri illius. Si autem fit hoc illis conſentientibus aliud peccatum non accidit niſi adulterium ſi eſt cum vxore aliena, vel ſtuprum ſi eſt cum virgine, vel inceſtus ſi eſt cum conſanguinea, vel ſacrilegium ſi eſt cum Deo dicata, aut ſimplex fornicatio ſi eſt cum ſoluta. Si propter hoc talis mulier impeditur à ſeruitio Domini ſui. Serua enim non eſt ſub cuſtodia Domini ſui quo ad concubitum, nec vſus carnalis talis ſeruæ ipſe eſt Dominus. Non enim poteſt illa vti ad venerea, bene autem ad alia ſeruitia externa, qua de cauſa dicitur, quod accipere ſeruam alienam propter coitum non eſt furtum, ſicut non eſt furtum coire cum illa in domo Domini ſui, ſed fornicatio, vel ſtuprum, &c. Si quis filiam, aut vxorem alicuius furaret, vt venderet, iſtud non eſſet furtu, cum pater non ſit Dominus ſuorum filiorum, vel vxoris, ſed talis eſſet captiuitas, dicebat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſupra.

Impugnatio.

Detur caſus, quod quid furet filius (ignorante Patre) vel vxor ignotante viro, iſte accipit rem alienam, nec tamen iſte cenſetur fur, nec illas dum tamen iſte non manet ſub patre, quia illum non nouit nec iſta ſub viro, quia ignorat illum, ergo ſi rapiat ſeruum alienum non erit fur ſi patris aliquid clam accipit filius, vel ſi occultè accipit aliquid vxor putans accipere alienum.

Impugnationis diſſolutio.

Hanc impugnationem deſtruit Theologus dicendo ad antecedens, quod vbi res non eſt tanti precij, filij, vel vxoris acceptio rei, viri, vel Patris, non iudicatur furtum, eo quod talis acceptio non fit inuito Domino. Ratio huius rei eſt, quia quicunque parentum iure præſumitur pro ſtatu, & conditione ſua indulgere filio, ſimiliter maritus remittere vxori paruam acceptionem rerum ſuarum. Si autem acceptio magna eſſet, tunc talis acceptio filij, vel vxoris reputaretur furtum, & vterque teneretur ad reſtitutionem, ad quod teneretur etiam ille qui rapuit ſeruam alienam. Hæc ſint pro caſu iſto, nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Argu-

Digitized by Google

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſoluit argumentum quo ad vtrãque partem, quo ad primam dicit, quod detinere id quod alteri debetur eandem rationem habet cum acceptione iniuſta, ideo ſub iniuſta acceptione, ſcilicet, ſub furto intelligitur etiam iniuſta detentio.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo. Si detentio rei alienæ pertinet ad peccatum furti, ſequitur, quod iſte quotidiè peccaret, valet conſequentia, quia talis detentio cadit ſub præcepto negatiuo, non furtum facies, quod obligat ſemper, & ad ſemper. Confirmatur hoc, nam ſicut accipiens rem alienam ſemper actualiter peccat, ſic retinens illam actualiter peccaret, quia talis detentio continetur ſub furto.

Impugnationis dilutio.

Theologus cum eodem Illuſtriſſimo Domino Caietano deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod detinere rem furatam ſtat dupliciter, Primo cum propoſito reſtituendi illam, Secundo cum propoſito retinendi illam. Si detentio rei eſt cum propoſito reſtituendi illam, vt ſic, detentio illa non eſt peccatum diſtinctum à furto, aggrauat tamen peccatum propter moram, vt infra patebit. Si detentio eſt cum propoſito retinendi rem illam, talis detentio eſt peccatum mortale, nam ſicut qui perſiſtit in propoſito, ſemper peccat dum manet in tali propoſito, ſic ſemper peccat, qui nouit ſe habere rem alienam, & ſtatim non proponit reſtituere illam, peccata iſta diſtincta ſunt formaliter, quia furtum pertinet ad præceptum negatiuum. Non furtum facies, detentio pertinet ad præceptum affirmatiuum de reſtitutione facienda, dicit enim Dominus. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Reſtitutio cum pertineat ad præceptum affirmatiuum obligat pro loco, & tempore, vnde detentio rei alienæ non niſi pro loco, & tempore addit nouum peccatum ad furtum, vt in pluribus tamen aggrauat peccatum furti, quia peccatum eo peius eſt quo diuturnius eſt, & etiam quia talis detentio infert damnum Domino rei furatæ, loco, & tempore detentio rei alienæ peccatum mortale eſt, Primo quando detentor proponit non reſtituere rem furatam Domino ſuo, & toties peccat quoties facit tale propoſitum, Secundo peccat mortaliter quoties Dominus rei illam legitimè petit, & non reddit, Tertio mortaliter peccat, ſi nouit Dominum indigere re illa, & non reddit, in his caſibus peccat mortaliter quis detinendo rem furatam, toties, & quoties etiam quod iſte non furauerit rem illam, ſcit tamen illam eſſe furatam, & cui, ſimiliter peccat mortaliter ſi re aliena ad conſummationem vtatur, non proponens damnum ſoluere, quoniam fur non ſolum tenetur ad reſtitutionem rei furatæ, ſed etiam ad damnum illatum ex retentione, vel vſu rei illius, ſi vſus precio æſtimatur, vt patet de veſtis, vel nauis, vel æqui vſu, & ex his omnibus, & alijs quæ adducit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus concludendum eſt, quod ſi quis non eſſet detentor rei alienæ, tamen vteretur ea ſcienter inuito Domino, talis vſus qui conſueuit precio æſtimari, peccaret mortaliter ex natura actus. Detentor autem toties peccat mortaliter quoties de nouo illa vtitur. Detentor autem inquantum detinet rem alienam, non continuè peccat, ſed quoties renouat conſenſum detinendi. Conſumptor, & vtens, quoties de nouo conſumit, ſeu vtitur re illa, tali vſu quo conſueuit precio æſtimari ſiue de hoc cogitet, ſiue non, nouum peccatum incurrit, quod per maximè obſeruare debent, qui penes ſe retinẽt rem alienam, ſimiliter confeſſor ne erret.

Detentio rei alienæ cum propoſito detinẽdi illam, eſt peccatũ diſtinctum à furto obligãs ad reſtitutionem.

Nota. Detinens rẽ alienam (inuicto Domino) ex tribus peccare poteſt peccato furti mortaliter.

Nota.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſimiliter ſatisfacit ſecundo medio adducto in argumento dicendo, quod res quam quis habet apud alium, & ſi ſimpliciter ſit ſua, eſt tamen ſecundum quid pro tempore illo illius apud quem reperitur pro cuſtodia, ſimiliter id quod eſt per rapinam ablatum rapientis eſt, non ſimpliciter, ſed quantum ad detentionem, hac de cauſa vtraque occulta acceptio iſtarum rerum furtum dicitur.

Impugnatio prima.

Inſurgit Lector contra hanc reſponſionem duabus medijs. Primo circa vltima verba quibus dicitur, id quod eſt per rapinam eſt raptoris, non ſimpliciter, ſed quantum ad detentionem, hoc enim videtur falſum. Raptor non habet ius detinendi, cum teneatur ad non detinendum, & peccat mortaliter volendo detinere, & tamdiu eſt in peccato, quamdiu detinet rem ipſam, ergo verum eſſe non poteſt, quod res rapta ſit raptoris quantum ad detentionem.

Impugnationis dilutio.

Diſſoluit hanc impugnationem Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano dicendo, quod rem raptam eſſe raptoris quantum ad detentionem ſtat dupliciter, Primo quantum ad hoc, quod non poteſt priuata authoritate ab eo auferri eo inuito. Ratio huius rei eſt, quia Dominus rei, non poteſt ſibi ius facere, & reliqui priuati nullum ius habent tollendi rem illam ab eo, Secundo quantum ad hoc quod fur ſeu raptor tenetur cuſtodire rem illam, non ſibi, ſed eius Domino, cuius res eſt, cui eſt reſtituenda, propterea ſi Dominus rei occultè acciperet rem illam, iniuriam faceret illi qui rapuit eam, pro quanto raptor incurrit damnum duplum, dum & rem perdidit, & precium tenetur Domino, neſciens rem deueniſſe ad manus illius. Stante hac diſtinctione dicimus, quod raptor detinendo rem ſibi, peccat mortaliter, non tamen peccat ſi retineat, vt reſtituat illam Domino ſuo, Secundo dicimus, quod raptor non habet ius detinendi abſolutè, habet tamen ius detinendi contra priuatas acceptiones, quia nullus (vt dictum eſt) poteſt priuata authoritate ab eo rem illam accipere, & fit illi iniuriam accipiendo ab eo rem raptam occultè, in ſignum cuius licitè ſe poteſt defendere à raptoribus.

Accipere rẽ occulta furo, etiã quod res furata ſit propria poteſt eſſ peccatũ mortale.

Impugnatio ſecunda.

Lector ſimiliter infringere intendit ſecundum dictum in hac reſpõſione D. Thom. videtur enim falſum, quod ſi quis rem propriam repertam apud aliquem, ſi illa ab illo occultè accipiat furtum committat, & probare nititur intentum ſic. Si ta-

lis

lis acciperet violenter rem ſuam à fure non committeret rapinam, ergo ſi accipit illam occultè, non committit furtum, Secundo probatur intentum ſic, communis ſententia eſt, quod in rem propriam non committitur furtum, niſi alius habeat ius in illam, ſcilicet, ius pignoris, vel commodati, &c. ergo, Tertio quia ſecundum multos licitum eſt alicui accipere rem ab occupatore, non ſolum accipere rem propriam, ſed verè debitam, ſi non poteſt aliter recuperare ſuum, ergo reſponſio Angelici doctoris data non eſt tuta.

Impugnationis diluťio.

Theologus ſatisfacit huic impugnationi dicendo. Rapere per violentiam rem ſuam de manu furis ſtat dupliciter, Primo ſtatim, vi vim impellendo ad recuperandam rem ſuam, Secundo poſt aliquod tempus, Primo eſt rapina quo ad modum, quia priuata authoritate hoc facit, non eſt rapina quo ad rem, quoniam rem ſuam ſibi conſeruat, Secundo modo rapina indicatur, quoniam fur ille iam eſt in poſſeſſione, ſicut rem accipere occultè, & furtum dicitur, Secundo dicitur, quod accipere occultè rem propriam ſtat dupliciter primo ex intentione accipiendi rem propriam, & non damnificandi proximum, & ſic non eſt furtum, niſi quantum ad modum accipiendi in quo ſenſu iura loquuntur. Alio modo ex intentione accipiendi illam non vt propriam, ſed abſolutè, & ſic eſt furtum, quia damnificatur proximus in iure cuſtodiæ, vel detinentis, cum obligatione ad reſtitutionem, Tertio dicimus, quod qui accipit rem ſuam non ſeruatis terminis iuſtitiæ ad reſtitutionem illius non tenetur, quia non poſſidet rem alienam, peccat tamen, quia operatur contra ordinem iuſtitiæ, & tenetur Deo ſatisfacere.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit vltimo membro argumenti principalis dicendo, quod occultatio peccati, aut poteſt eſſe cauſa peccati, aut circunſtantia eius, tunc eſt cauſa quando peccator vtitur occultatione, vt tutius delinquat, hoc facit fur in furando, vt à furto non impediatur, talis occultatio non minuit peccatum ſed conſtituit ſuam ſpeciem, ſcilicet, furti, prout diſtinguitur à rapina, & in tali caſu ponitur in diffinitione furti, vt differentia conſtitutiua furti, Secundo occultatio ſumitur, vt circonſtantia, & hoc fit quando ille qui peccare intendit, ex verecundia ſe occultare, vel ad fugiendum ſcandalum operatur in tenebris, exercendo actum libidinis, vel quid ſimile, in quo ſenſu occultatio eſt circunſtantia diminuens peccatum. Hæc dicta ſint pro caſu iſto.

Caſus ſecundus.

Lector in caſu iſto diſputare intendit, vtrum furtum ſit ſemper peccatum, & quia multa dubia occurrũt in ſolutione argumentorum, ideo illa proponenda, & diſſoluenda ſunt, vt doctrina faciliter capiatur.

In caſu ergo quærit Lector vtrum furtum ſit ſemper peccatum?

In primo dubio inquirit ſi res inuentæ ſint inuentoris, vel ſi detentio illorum ſit furtum?

In ſecundo dubio inueſtigat, ſi theſauri inuenti, ſint inuentoris, vel Domini fundi, vel Principis?

In tertio dubio poſtulat, ſi res habitæ pro derelictis, ſint inuentoris, vel conſignanda ſint veris dominis?

In quarto dubio petit, An qui non poteſt iuris ordine recuperare rem ſuam poſſit illam furtim accipere?

In caſu, ergo quærit vtrum furtum ſit ſemper peccatum, & more ſuo Lector format argumenta pro vtraque parte caſus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Illud quod præcipit Deus obligat ſub peccato, ſed non furari præcipit Deus Exodi. 20 Non furtum facies, ergo obligat ſub præcepto, ergo furtum erit peccatum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale erigit argumentum. Nullum peccatum cadit ſub præcepto diuino, per Eccleſ. 15. vbi dicit ſapiens. Nemini mandauit Deus impiè agere, ſed Deus inuenitur præcepiſſe furtum, ergo furtum non ſemper eſt peccatum. Minor propoſitio probatur, Deus præcepit furtũ Exodi 12. vbi ſcriptum eſt. Fecerunt filij Iſdrael ſicut præceperat Dominus Moyſi, & expoliauerunt Aegyptios, ergo furtum non ſemper peccatum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro caſu iſto tria facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo proponit dubia ſoluitque illa. Tertio ſatisfacit inſtantijs partis negatiuæ, quo ad primum ponit concluſionem reſponſiuam.

Furtum ſemper eſt peccatum quia opponitur iuſtitiæ, & in eo includitur dolus, & fraus.

Concluſio reſponſiua. Furtum ſemper eſt peccatum. Concluſionem iſtam manifeſtat Angelicus Doctor dicendo. Furtum habet duas rationes peccati, ſcilicet, iniuſtitiæ, & doli, Primo quidem habet rationem peccati propter iniuſtitiam, iuſtitia enim reddit vnicuique, quod ſuum eſt, furtum autem, eſt acceptio rei alienæ, ſed iuſtitia eſt virtus, ergo furtum cum opponatur iuſtitiæ erit vitium, ergo ex natura ſua erit peccatum. Secundo furtum eſt peccatum ratione doli, & fraudis in illo reperti. Nam fur committit dolum, & fraudem, quia occultè, & quaſi ex inſidijs rem alienam vſurpat, ergo omne furtum eſt peccatum. Prima conſideratio in peccato furti eſt generica, cum ferre omne peccatum ſit contra iuſtitiam, Secunda eſt ſpecifica, quia de ratione furti eſt accipere occultè rem alienam, fur non occultè, & doloſè ſurripit rem alienam, & vtitur inſidijs, vt peruenire poſſit ad finem ſuum. Concluſio de ſe clara eſt, ſed dubia occurrentia circa illam obſcuritatem pariunt, ideo proponamus illa.

Dubium primum.

IN hoc dubio quærit Lector. Si res inuentæ ſint inuentoris, vel Domini illarum, & pro vtraque parte format rationes.

Pro

Digitized by Google

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Iſte qui inuenit rem non ſuam ſecundum naturalem æquitatem, vt iuriſtæ dicunt, poteſt illam retinere, ergo ſunt inuentoris, ergo non manēt obligatæ vero domino, ergo non omnis acceptio rei alienæ, & ſi ſit furtum, non erit peccatum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, Reges Catholici Hiſpaniarum tullerunt legem, ne quis in mari Indico occidentali quærere poſſit margaritas, niſi eſſet talis, vel talis conditionis, ergo ibi margaritæ inuentæ non erunt inuentoris, ergo res inuentæ manent in dominio primi poſſeſſoris.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus pro dubij deciſione tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias vtriuſque partis, quo ad primum, ponitur talis diſtinctio, cum D. Thom. Res inuentæ quædam ſunt quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius, ſicut lapilli, & gēmæ, quæ reperiuntur in litore maris. Aliæ res inuentæ ſunt quæ fuerunt de propinquo in alicuius bonis, ſtante hac diſtinctione, ponendæ ſunt concluſiones, affirmatiua pro primo membro, negatiua pro ſecundo.

Bona inuenta ſi nunquam peruenerunt ad manus alicuius de iure naturæ uni inuentoris de iure gentium ſunt diuidendæ.

Concluſio prima. Res inuentæ quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius, vt gēmæ, & lapilli ſunt inuentoris de iure naturæ, de iure gentium, diuiduntur, vnde Angelicus Doctor inquit talia bona inuenta occupanti conceduntur, & eadem ratio erat de theſauris antiquo tempore repertis ſub terra occultis (prout in ſequentibus videbimus) Addit tamen Sanctus Doctor, niſi ſecundum leges ciuiles teneatur inuentor dare medietatem Domino agri, ſi in aliquo agro inuenerit theſaurum ipſum, quod elicitur ex verbis Domini Matth 13. dicentis de inuentore theſauri abſconditi in agro, qui vendit omnia bona ſua, & emit agrum illum, & hoc facit, vt ius haberi poſſit in totum theſaurum, ſcilicet, ad poſſidendum illum, quod non habebat antequam eſſet Dominus agri illius.

Retinere rem inuentā derelicta omnino non eſt furtū, ſi non eſt omnino derelicta furtū eſt.

Concluſio ſecunda, Res inuentæ quæ fuerunt de propinquo in bonis alicuius, reddendæ ſunt Domino ſuo. Tunc inquit Doctor Sanctus, ſi quis eas accipit non animo retinendi, ſed animo illas reſtituendi vero Domino, qui eas pro derelictis non habet non committit furtum. Si tamen pro derelictis habeantur, & hoc credit inuentor, licet eas retineat non committit furtum. Si res illę pro derelictis non habentur, & inuentor hoc credat, ſi eas retinet committit peccatum furti, hoc confirmat D. Auguſtinus 14 d. q 5. dicendo, Si quid inueniſti, & non reddidiſti rapuiſti. In his concluſionibus, quinquę partiales concluſiones continentur, prima eſt iſta. Res inuentæ quæ nunquam fuerunt alicuius, vt gēmæ inuentæ in litore maris ſunt inuentoris, ſecunda theſauri antiquitus occulti quorum nullus reperitur poſſeſſor, iure naturæ erāt inuentoris, tamen ſecundum leges ciuiles dimidia pars danda eſt Domino agri, tertia concluſio, ſi quis inuenerit rem aliquam quæ de propinquo fuit alicuius animo reſtituendi non committit furtum, ſi animo non reſtituendi furtum committit, quarta concluſio, Non committit furtum qui accipit res cum animo reſtituendi, ſi pro derelictis habentur, concluſio quinta, qui retinet rem inuentam quæ pro derelicta non habetur eſt fur. Illis notatis ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

EX doctrina modo tradita diſtinctè habetur ſolutio inſtantiæ partis affirmatiuæ, ſcilicet, quando de iure naturæ bona inuenta ſunt inuentoris, & quando non. Inſtantiæ pro parte negatiua adductæ multipliciter reſpondetur, Primo dicitur, quod concluſio prima præſentis caſus veriſſima eſt, ſtando in iure naturæ, & in iure communi. At lex illa hiſpanica eſt particularis facta pro bono illius regni, ad quod pertinet, vt non quilibet quærat illas margaritas. Nam quilibet in ſuo ſtatu, & dominio poteſt condere leges, quod facit Rex Hiſpaniarum, ſcilicet, vt nullus alienigena quærat margaritas in regno illo, Secundo dicit Theologus, quod lex illa licet prohibeat quærere margaritas, non tamen prohibet (caſu repertas accipere) Tertio dicit, quod cum lex illa ſit pœnalis non obligat ad reſtituendas illas margaritas ante iudicis condemnationem, ſicut lex quæ prohibet venationem, vel piſcationem, Quarto dicit, quod ſi lex illa Hiſpanica non eſſet condita, non liceret omnibus quærere margaritas in illis inſulis, niſi incolæ illi conſentiant. Nam regiones iure gentium diuiſæ ſunt, vnde licet gentibus regionis illius, res illę ſint communes, attamen non poſſunt aduenæ (incolis inuitis) illas res ſibi vſurpare. Non enim licet Gallis gaudere priuilegiis Germanorum, nec Genuenſes priuilegiis Venetorum, nec econtra, quilibet populi de iure gentium in locis ſuis fruuntur gratijs, & priuilegijs ſuæ prouintiæ, Hæc ſint pro dubio iſto accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN dubio iſto quærit Lector, An Theſauri inuenti ſint inuentoris; vel Domini fundi, ſeu Principis. Pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, ex ſupradictis, res quæ pro derelictis habentur ſunt inuentoris, ſed theſauri occulti ab antiquo pro derelictis habentur, ergo de iure naturæ ſunt inuentoris, ergo non ſunt aſſignandi Dominis fundi in quo reperiuntur, neque Principi.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, Dominus Agri eſt Dominus omnium illorum quæ in ſuo agro ſunt, & Princeps eſt Dominus mineralium, & per conſequens theſaurorum, quæ in dominio eius ſunt, ergo theſauri inuenti non erunt inuentoris, ſed Domini fundi loci illius, vel Principis illius dominij,

Dubii

Dubij deciſio pro vtraque parte .

Duplex theſaurus pprie dicẽs,& improprie dictus.

LEctor Theologus pro deciſione præſentis dubij tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo quinque concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, quo ad primum ponitur talis diſtinctio. theſaurus dicitur dupliciter, propriè, ſcilicet, & impropriè, theſaurus propriè dictus dicitur aliqua depoſitio pecuniæ, vel rei præcioſæ cuius non extat memoria, nec habet Dominum. Theſaurus impropriè dictus apud legiſtas eſt depoſitio pecuniæ quam quiſque lucri gratia, vel ratione metus, vel cuſtodiæ ſub terra condidit, vel gratia magnificè oſtenſionis, ſtante hac diſtinctione ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Qui inuenit theſaurũ impropriè dicti tenetur illũ reſtituere vero Domino ſeu hæredib.

Concluſio prima, qui inuenit theſaurum impropriè dictum tenetur illum reſtituere verò Domino, ſeu hæredibus illius. Concluſio iſta ex ſupradictis eſt certa, quoniam talis theſaurus non habetur pro derelicto. In ſignum cuius inquit Magiſter Dominicus Banenſis, moris fuiſſe olim apud gentes, vt in ſepulchris ſimul cum cadaueribus multas diuitias conderent ad oſtentationem gloriæ, & honoris defuncti, vel ad defenſionem hæredum, vel Reipublicæ in futuro, ſi aliquando in magno periculo conſtituta indigeret diuitijs, qua de cauſa antiquis non licebat diuitias illas extrahere niſi in vrgente neceſſitate. Cuius exemplum narrat Ioſeph lib. 7. antiquitatum c. vltimo, quo in loco dicit, quod Salamon ædificauit Patri ſuo Dauid magnificum ſepulchrum, & in eo multas diuitias condidiſſe, quibus poſt mille, & tringentos annos Hyrſanus Sacerdos vſus eſt, quando, ſcilicet, Antiocus obſidebat Hieruſalem, cui data fuit ingens ſumma pecuniæ, vt ſolueret obſidionem, & ſic liberata fuit ciuitas.

Impugnatio.

Inſurgit Argumentator contra doctrinam huius concluſionis dicendo. Si vera eſt doctrina iſta, ſcilicet, quod theſauri in ſepulchris poſiti, vt deſeruiant loco, & tempore hæredibus, vel Reipublicæ inuenti obnoxi ſint reſtitutioni, ſequitur quod Hiſpani qui apud Indos occidentales extraxerunt theſauros de ſepulchris, quod ad reſtitutionem teneantur, probatur hoc, quia adhuc ſuperſunt hæredes, ſcilicet, filij dominorum illorum, & Reſpublica illa.

Impugnationis dilutio.

Huic impugnationi ſatis bene reſpondet Magiſter Dominicus Banenſis dicendo, quod occultare theſauros i ſepulchris quis dupliciter poteſt, vel vt in futuro deſeruiant poſteris, ſeu Reipublicæ, vel cauſa ſuperſtitionis, theſauri reperti illis in locis poſiti, vt deſeruiant poſteris, vel Reipublicæ ſunt reſtituendi hæredibus, vel Reipublicæ illi, non autem reſtituendi ſunt illi qui ibi poſiti ſunt cauſa ſuperſtitionis, ratio primi eſt, quia nõ habentur pro derelictis ſecundi autem ſic, cum tales diuitiæ ibi ex vera, & iuſta cauſa non ſint poſitæ, propterea habentur pro derelictis, Idolis enim non debentur diuitiæ, immo omnis honor, & cultus ab eis eſt remouendus, vnde Hiſpani qui tales diuitiæ in ſepulchris Indorum inuenerunt illis reſtituere non tenebantur, bene autem illas quo ad hæredes, & ad conſeruationes illius Reipublicæ ſubiacent reſtitutioni. His ſtantibus pro primo membro diſtinctionis ponendæ ſunt aliæ concluſiones pro alio membro.

Theſauri abſconditi in ſepulchris inuẽti aliqui obnoxii fuerunt reſtitutioni aliqui non.

Concluſio ſecunda, ſecundum ius naturæ theſaurus propriè dictus efficitur ipſius inuentoris, vt affirmat Doctor Sanctus hic in reſponſione ad ſecundum, & eſt omnium communis ſententia, ratio eſt illa quæ ex Diuo Th duximus ſupra 3. quæ in nullius bonis ſunt ſtatuta, ſunt inuentoris ſeu occupantis.

Theſauri inuenti aliqui ſunt Domini fundi aliqui ſunt inuentoris pro medietate aliqui pertinent ad fiſcum.

Concluſio tertia, ſecundum ius commune poſitiuum theſaurus inuentus arte magica totum pertinet ad fiſcum, At quia vt ſupra dictum fuit lex pœnalis non obligat ante latam ſententiam iudicis, propterea inuentores theſauri per artem magicam non tenentur illum conſignare fiſco, niſi poſt condemnationem iudicis, debet tamen pœnitere de ſocietate habita cum Diabolo, &c.

Concluſio quarta, Stando in iure communi theſaurus inuentus in proprio fundo totus eſt inuentoris, ſi autem inueniatur in fundo alieno aut hic theſaurus quærebatur ex propoſito, aut inuentus eſt caſu, ſi ex propoſito quærebatur reddendus eſt Domino agri, vel fundi, hoc intelligitur poſt latam ſententiam. Si caſu repertus eſt. v.g. dum aliquid operabantur in agro illo, vel incidenter ibi aliquid faciendo, tunc theſaurus eſt diuidendus æqualiter inter inuentorem, & Dominum agri, vt habet in l: victa, condice de theſauris.

Concluſio iſta habet duas partes, prima eſt, quod theſaurus inuentus ex propoſito, reddendus eſt Domino agri, vel fundi, ſcilicet, poſt latam ſententiam, Secunda pars obligat ſtatim in conſcientia, inuentor enim theſauri in agro alieno non ex propoſito tenetur reddere Domino dimidium (non expectata ſententia iudicis) ratio eſt, quia finis legis iſtius non eſt punire, ſed componere ciues inter ſe. Nam Dominus agri dicere poſſet, quod cum ager eſſet ſuus, quod & theſaurus ſimiliter quod ibi latebat erat ſui iuris, ex contrario inuentor pro ſe dicere poſſet, quod fortuna ſibi facit, propterea, quod totus theſaurus ſibi deberetur, lex autem intendens componere iſtam diſcordiã, decernit, vt medius ſit inuentoris, & reliqua pars Domini fundi.

Theſaurus in agro empto de recenti totus eſt illius, qui inuenit illum, ſi eſt Dominus agri empti.

Concluſio quinta, Stando in eodem iure communi, qui inuenit theſaurum in agrum quem emit ſiue ſciens ſiue neſciens ibi latere, eſt Dominus totius theſauri. probatur hoc ex ſupradictis, quod qui inuenit theſaurũ in agro proprio fit Dominus illius, ſed iſte inuenit theſaurum in agro proprio, ergo effectus eſt Dominus illius. Confirmatur concluſio iſta, Finis legum eſt componere diſcordias inter ciues, ſed quando homo emit agrum ideo ceſſat diſcordia, ergo ceſſat lex de diuidendo theſauros inuentos. Hoc totum confirmat Angelicus Doctor, exponendo verba illa Domini Matth. 13. dicendo, quod qui inuenit theſaurum emit agrum illum, vt totum poſſideret, id eſt non ſolum

dimi-

dimidium theſauri inuenti, ſed totum, & hoc id intelligit iuriſconſultus. Nihilominus aliqui ſubſcribere nolunt huic ſanę doctrinę, inſurgunt ergo, & impugnant illam.

Impugnatio.

Primo ſic ei opponit Argumentator dicendo, venditor agri ex ignorantia patitur inuoluntarium, ergo ipſe emptor tenetur illi reſtituere dimidiam partem, conſequentia de ſe eſt clara, antecedens ſic probatur. Non enim vendidiſſet agrum ſuum, ſi ſciuiſſet in illo latere theſaurum, ergo in tali venditione patitur inuoluntarium, & venditio non tenet.

Impugnationis ſolutio.

Theſaurus inuentus in agro empto eſt emptoris, & non venditoris.

Theologus hanc impugnationem deſtruit dicendo, quod emptor non eſt cauſa inuoluntarij, quod patitur venditor. Ratio eſt, quia ipſe nō tenetur reuelare illi, quod ipſe ſua induſtria cognouit & hoc pręcipuè quia ſcire hoc non pertinet ad ſubſtantiam rei venditę in qua latet theſaurus, Ager enim apręciatur, iuxta ſuperficiem quam habet magis, vel minus fructiferi, non tamen ſecundum ea quę accidentariè ibi abſcondita ſunt, exemplum eſt in promptu, quemadmodum ſi quis emeret ęquum, vel iumentum, quem ſcit margaritam bibiſſet in flumine, vel ad fontem, non tenetur hoc reuelare Domino iſtius animalis, cum non pertineat ab ſubſtantiam ipſius animalis, neque ad valorem eius, ita in propoſito accidit, hęc eſt ſententia Magiſtri Dominici à Soto lib. 6. de iuſt. & iure q. 3. art. 2.

Impugnatio ſecunda.

Inſurgit Argumentator de nouo contra prędicta dicendo, Dato caſu, & non conceſſo, quod ignorantia emptoris non tollat aliquod ius, quod prius habebat venditor, ergo ſi venditor non habet ius in theſaurum dum inſcio vendit agrum illum, ergo & ſi ſciret venditor non haberet ius ſuper illud, quod videtur falſum, ergo emptor ſimpliciter tenetur dare dimidium theſauri inuenti venditori.

Impugnationis ſolutio.

Theologus concedit antecedens, & ad conſequentiam dicit, quod ſicut ille, qui ignorabat latere in agro empto theſaurum non tenebatur aliquid reddere venditori, ita non tenetur qui emit ſcienter hoc Ratio quia venditor nullum ius habet in theſauro illo.

Impugnatio tertia.

Contra inquit Argumentator, venditor non vendit theſaurum cum agro, ergo emptor non acquiſiuit ius ſuper theſaurum illum.

Impugnationis reſponſio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod emptor non acquiſiuit dominium theſauri, ex venditione alterius, ſed ex inuentione illius in agro proprio, ſimiliter negat antecedens, ſcilicet, quod Dominus agri eſſet Dominus theſauri propriè dicti. Nam vt ſupra diximus de ratione theſauri propriè dicti eſt, quod non habeat Dominum.

Scrupulus.

CONtrouerſia manifeſta eſt inter duos Dominicos Thomiſtas Hiſpanos, inter Magiſtrū Dominicum à Soto, & Magiſtrum Dominicum Banenſem. An, ſcilicet, Princeps iuſtam legem condere poſſet, vt theſaurus propriè dictus inuentus à quocunque in ſtatu ſuo ſit ipſius Principis, Banenſis tenet partem affirmatiuam. Sotus tenet partem negatiuam.

Scrupuli ſolutio.

Princeps non poteſt aliquā legem cōdere circa theſauros inuentos niſi pro loco vbi cōſtructaliter iacet aut ex maxima neceſſitate Reipublicæ.

THeologus cum Magiſtro Dominico à Soto ſubſtentat partem negatiuam, quam tenet Sotus vnà cum Syl. & probat ſic intentum. Nam Adrianus ſequens naturalem ęquitatem ei conceſſit qui theſaurus inuenit, & l. illa Codicis de theſauris. Inuentori inquit liberam tribuimus facultatem ne vlterius Dei beneficium inuidiosè calumnia proſequatur, ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod ſi Princeps talem legem conderet, quod conſcientia non obligaret, & quod inuentor tuta conſcientia theſaurum illum poſſidere poſſet, quod dictum corroborat ea lege ſupracitata, quo in loco dicitur, quod qui inuenit theſaurum in loco alieno medietatem det Domino, & ſubdit, quod pari ratione ſi inuenerit in loco Cęſaris, dimidium det Cęſari, & ſi in fiſcali loco, vel publico, det etiam medietatem fiſco, ex quibus infert, quod Princeps tanquam Dominus non poteſt quippiam exigere, quando theſaurus inuentus eſt in loco eius, niſi forte ingruē i graui neceſſitate publica In quo caſu poterit id genus tributi ponere, & exigere. Pręcipuè dicam ego ſi ex efficaci coniectura ſuſpicari poſſet in illius dominio theſauros eſſe abſconditos, ex aliquo accidente belli, vel peſtis, &c. aliter ſi Princeps poneret legem ſuper theſauros, lex non videretur iuſtè poſita, & per conſequens non obligaret in conſcientia, bene autem obligaret ſi his de cauſis eſſet poſita. In hac ſententia videtur conuenire Doctores ſupracitati, ſi tamen diſſentiunt, vnuſquiſque abundet in ſenſu ſuo.

Correllarium primum.

Theſaurus in domibus inuentus quis reperus eſt inuentoris ſi non adeſt Domini illius memoria, ſi adeſt pertinet ad hęredes.

SI aliquis emat domum in qua inuenit theſaurum etiam, quod ex induſtria emat, effectus eſt Dominus theſauri illius inuenti, vt dictum fuit de eo qui emit agrum, hac, vel alia intentione, ſi verè theſaurus ibi erat abſconditus cuius Domini nulla adeſt memoria. Secus autem accideret, ſi in muro domus, vel in penetralibus eius pecuniam, vel aliquid ſimile reperit, quod antiquus poſſeſſor ibi poſuiſſet, & per obliuionem ibi reliquit, tunc reddendus eſt theſaurus propriè, vel impropriè dictus domino, vel hęredibus, vt dictum eſt de theſauris repoſitis in ſepulchris pro tempore neceſſitatis hęredum, vel Reipublicę.

Correllarium ſecundum.

DE inuentoribus venarum metallorum vſus eſt inquit Magiſter Dominicus à Soto, vt pars quinta obueniat Principi, eo quod venę illę ſunt res naturales quę quodamodum in bonum publi-

publicum metala gignunt. At Magiſter Dominicus Banenſis dicit. Mineralia auri, vel argenti, vel metalorum venæ, ſi ſolum ius naturæ attendatur ſunt illorum quorum ſunt loca vbi inueniuntur. Ratio eſt inquit, quia huiuſmodi ſunt velut fructus terræ, puta, plantæ, herbæ &c. Si tamen attendamus ius commune poſitiuum, idem eſt dicendo de mineralibus, & de theſauris ſed ſi perſpicimus ius regni, inuenimus, vel quod nullus poteſt mineralia effodere & educere abique conceſſione Principis, vel quod duas tertias dent Principi, & vnum operarius, in his enim ſeruandæ ſunt leges Principum, quia certa regula aſſignari non poteſt. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtātiæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantiarum ſolutio pro vtraq; parte.

THeologus ad inſtantias dicit quod inſtantia pro parte affirmatiua bene concludit ſecundum legem naturæ, & in conſcientia, quia theſauri propriè dicti ſunt inuentoris, dummodo illos inueniat in proprio fundo, ſi inueniat in alieno, medium pertinet ad inuentorem, & medium ad Dominum fundi.

Quo ad inſtantiam partis negatiuæ iam diximus, quod Dominus fundi theſauri, eſt Dominus quo ad ſuam portionem, & quod Principes theſauros illos non poſſunt obligare ad ſe, niſi tempore maximæ neceſſitatis modo declarato. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc autem ad aliud pergamus.

Dubium tertium.

IN dubio iſto inueſtigat Lector, ſi res habitæ pro derelictis ſint inuentoris, vel ſint conſegnandæ Dominis, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiuæ, .ſ., quod ſint inuentoris, probatur ſic, ille qui inuenit talia bona poteſt illa relinquere vbi illa inuenit, ſed ſi ille illa dimittat alius illa accipiet, vel tandem conſumitur, ergo tales res ſunt inuentoris.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt communis ſententia, affirmans talia bona pertinere ad Eccleſiam, eſſe diſpenſanda pauperibus, ergo non ſunt inuētoris.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo diſtinguit bona reperta pro derelictis habita, Secundu tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias prout oppoſitum videtur concludere. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod bona inuenta habita pro derelicta ſunt in triplici differentia, prima ſunt bona naufragantium, ſecunda bona viatorum, tertia ſunt bona quæ de iure pertinent ad pauperes, ſtante hac diſtinctione concluſiones ponuntur.

Bona naufragantium reſtituenda ſunt Dominis, vel miniſtris illorum ſeu hæredibus.

Concluſio prima, Bona naufragantium ſunt reſtituenda Dominis, vel illorum miniſtris, ſeu hæredibus. Concluſionem iſtam probat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod bona illa non habentur pro derelictis à naufragantibus, quādo merces in mare proiciūtur, ergo illa bona ſunt reſtituenda veris Dominis ab eo qui illa inuenit, quia non eſt addenda afflictionem afflicto, aliter incideret in bulla de naufragantibus.

Bona inuenta re... ſi Domino ſi Dominus nō inuenitur qui illa inuenit in lege naturæ ſtando poteſt illa retinere.

Concluſio ſecunda. bona alia inuenta ſi non reperiantur Domini (facta debita inquiſitione) de iure naturæ ſunt inuentoris, pro intelligentia huius concluſionis obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & dicit quod diligenter eſt inquirendum de Domino rerum inuentarum, & per præconem, & per concionatores, vel parochum prout modo eſt in vſu, & alia quacunque via decenti, tunc ſi Dominus rei non inuenitur inquit Caietanus, ſecūdum communem opinionem diſtribuenda ſunt pauperibus bona illa ſi Dominus inueniatur, reſtituenda ſunt Domino, Magiſter Dominicus à Soto, & Banenſis dicunt, quod ſtando in ſolo iure naturæ, & in ſolo iure communi ciuili, & canonico, non eſt neceſſe diſtribuere pauperibus res iſtas inuentas, ſed licitum erit inuentoribus retinere illas pro ſeipſis, & manifeſtant intentum ſic. Nam ex ſupradictis iure naturæ, & gentium illa ſunt inuentoris, & nullum reperitur ius Euangelicum, aut Eccleſiaſticum, quod illa applicet pauperibus, ergo inuentor poteſt illa retinere pro ſe, hoc ſuadet Magiſter Dominicus à Soto, multis rationibus, Primo inquit non eſt maior ratio, quod iſta bona in ius pauperum cadant quam theſauri inuenti. Cum ergo de iure naturæ, & gentium, theſauri inuenti non efficiantur de iure pauperum, ergo neque bona iſta erunt de iure, & iuſtitia diſtribuenda pauperibus. In ſignum cuius inquit Doctor Sanctus loquendo de his bonis repertis mentionem non facit de pauperibus, immo dicit, inuentor qui bona fide crederet haberi pro derelicta non committit furtum illa retinendo. Res autem iſta poſt facta diligenti inquiſitione pro derelicta in veritate habetur, ergo de iure naturæ, & gentium, erit inuentoris, & inuentor poterit retinere pro ſe totum, vel partem, vt ſubuenire poſſit ſuæ neceſſitati, dummodo hoc faciat de conſilio ſui Prælati aut confeſſarij, ſed hoc non eſt de præcepto, ſed de conſilio, ideo ponenda eſt vltima concluſio.

De conſilio, & nō de præcepto eſt bona inuēta largiēd. eſſe pauperibus non inuento Domino.

Concluſio tertia, De conſilio (licet non de præcepto) bona inuenta diſtribuenda ſunt pauperibus (ſi nō reperiatur Dominus illorum) probatur, hoc charitas quærit, vt ſuccurramus neceſſitatem patienti, qui perdidit bona ſua ſuccurrendus eſt, vel reddendo illi bona inuenta, & ſi non (potes quia non inuenitur) ſuccurre illi ſpiritualiter largiendo bona illa pauperibus, vt rogent pro ipſo, præcipuè hoc facere debet ſi inuentor eſt diues, cum dicat illi Dominus, quod ſupereſt da pauperibus, & ſi hoc facere debet de proprio multo magis de alieno? hoc etiā facere debet pro quiete ſuæ cōſciētiæ, quia vt inquit D. Gregorius. Timorati animi eſt culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.

Nota.

His tamen pro veris habitis, in tali caſu quilibet aſpiciat leges Eccleſiaſticas, & ciuiles vbi reperiuntur, & iuxta illas regulant animam ſuam. Si ſunt res magni momenti in depoſito ſeruentur hoc enim iuuare poteſt illum qui bona illa perdidit, quoniam forſitan quærendo ad aures ſuas deueniet, quod talis, illa adinuenit, & ſic recuperabit

Mm illa,

illa, quod facere non poſſet, ſi talia bona pauperibus eſſent erogata, & ſi non inueniretur Dominus res eſſet inuentoris, qui in toto, vel in parte diſtribuere debet pauperibus in vtilitate miniſtrorum Eccleſiæ, & pauperum, vt rogent pro vtroque, ſcilicet, pro illo qui bona illa perdidit, & pro illo, qui bona illa inuenit, hoc facere debet tranſato tempore præſcriptionis, & hoc eſt, quod intelligunt ferè omnes doctores, ſtantibus his ſoluendæ ſunt inſtantiæ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

AD inſtantiam pro parte affirmatiua Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod quando quis accepit bona illa ad hoc, vt acceptio ſit iuſta debet ſe obligare ratione rei acceptæ quærere Dominum illius, quia ſi tali intentione illa bona non accepit, acceptio fuit iniuſta, & tenebitur ratione iniuſtæ acceptionis illam reſtituere, ſi fecit, quod debuit non inuento Domino, res in ſuo poſſe manet, diſtribuat eam pro ſua deuotione ad arbitrium boni viri.

Inſtant. ſolutio.

Inſtantia pro parte negatiuæ concludit in fauorem vltimæ concluſionis, quæ eſt de conſilio, & non de præcepto, & iſta ſufficiant pro dubio iſto, Nunc ponamus vltimum.

Dubium quartum.

IN hoc dubio quærit Lector, An quando non poteſt quis ordine iuris ſeruato recuperare rē ſuam, poſſit illam ſecreto accipere ſine ſcandalo, & ſine Dei offenſa, & pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, vbi eſt manifeſtè defectus iudicij, Actor poteſt ſibi ius facere (ſeruatis debitis cautellis,) ſed in caſu vnde defectus iudicij reperitur, ex parte iudicis, vel teſtiū, ergo actor poteſt ſibi ius facere ſeruatis ſeruandis, ergo ille qui non poteſt recuperare rem ſuam ſeruato ordine iuris, poteſt illam recipere occultè abſque ſcandalo, & offenſa Dei.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Si ſecreto liceret recuperare rem ſuā dum via iuris non poteſt recuperari, ſequeretur, quod etiam poſſet homo priuata authoritate vindicare ſe de illo qui fecit ſibi iniuriam, quando non poteſt alia via obtinere ſententiam iudicis, ſimiliter ſequeretur, quod poſſem ego in eodem caſu accipere rem meam ab iniquo poſſeſſore, quando non poſſem aliter rem meam recuperare, quod eſt falſiſſimum, ergo hoc non licet.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus facto vno fundamento ſatiſfacit quæſito duabus concluſionibus, poſtea, ſoluit inſtantiā partis negatiuæ, fundamentū eſt hoc, deſumptum ab Illuſtriſſimo Domino Caietano, à Magiſtro Soto, & Banenſi, ſcilicet, quod aliud eſt loqui regulariter de ablatione rei propriæ, & aliter in caſu noſtro modo à nobis propoſito, ſtante hac diſtinctione ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Concluſio prima, Regulariter loquendo non licet occultè accipere rem raptorem detemptam, probatur concluſio iſta, Nam actio quæ eſt contra iuſtitiam, & contra ordinem iuris communiter non eſt licita. Accipere rem ſuam occultè ab iniquo poſſeſſore etiam, quod ordine iuris non poſſit haberi eſt contra communem iuſtitiam, & contra ordinem iuris, ergo non licet rem illam ſecretò accipere.

Homo peccat qui occultè accipit rem ſuam, vel debitam ſibi ab iniquo poſſeſſore, poſitis tamen debitis cautelis.

Concluſio ſecunda, Non peccat, qui occultè accipit rem ſuam, vel ſibi debitam ab iniquo poſſeſſore, poſitis tamen debitis circumſtantijs, hoc manifeſtatur. In caſu propoſito huiuſmodi reperiuntur, & ſeruantur debitæ cautellæ, nam iſte non poteſt poſſidere id quod ei debetur ex iuſtitia & vel propter iniquitatem detinentis, vel propter iudicis iniuſtitiam, vel propter defectum probationis, vel propter damnum amicitiæ euitandum in ordine ad pacem communem, & bonum publicum, ergo in tali caſu licet à lege communi diſcedere, in quo licet operetur præter communem iuſtitiam, non tamen actio iſta eſt contra iuſtitiam, vnde concludit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod in iſtis caſibus abſque peccato mortali poteſt quis occultè accipere rem ſuam ſibi debitam. Cum cautella tamē iſta, vt ille qui occupat rem illam ſciens ſe non teneri amplius ad reſtitutionem, in qua acceptione inquit, Banenſis non fit iniuria iniquo poſſeſſori, cum nihil de ſuo auferatur. Non ſit etiā iniuria iudici, quia vel ipſe iudex non poteſt facere ſuum officium, vel non vult, non ſit iniuria teſtibus, quoniam mentiti ſunt in iudicio.

Notandum tamen eſt pro maiori intelligentia iſtorum, quod neceſſarium eſt ad hoc quod acceptio iſta ſit licita, quod homo ſit certus rem talem eſſe ſuam, vel debitum eſſe omnino reale, quia aliter rem illam recuperare non poſſet, vnde ſerui illi qui dicunt ſeruire non poſſe Dominis ſuis cum tā parua mercede, propterea quod aliquid occultè, & furtim accipiunt à Dominis ſuis non excuſantur, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria, ſi tu ergo non potes Domino tuo ſeruire tam paruo precio quære alium Dominum, vel recede ab illo ſecunda conditio requæſita in caſu eſt, quod alia via iuridica iſte non poteſt ſuum recuperare dummodo defectus ſit ex parte iudicis non tamen hoc facere licet ſi defectus eſt ex parte tui, puta, quia nō exactè appatet iuſtitia. Non enim licet tibi eſſe iudicem, & partem. His ſtantibus ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ex iam dictis dicit ad inſtantiam factam in contrarium, nihil concludere. In primis non eſt par ratio de recuperare honorem, & rem ſuam, quia in recuperatione honoris propria authoritate, homo vtitur vindicta, quod non licet,

Si nõ adeſſet ſcandalũ, poſſet recuperare rẽ ſuã furatam ſibi aliter non.

licet, in recuperatione rei nulla eſt vindicta, ſed tantum reperitur recuperatio ſui ſine damno, & læſione alterius, ex quibus ſequitur inquit Banenſis, quod ſi ego poſſum recuperare honorem meum cum tali damno proximi, quale ille tenetur pati ante ſententiam iudicis, ſcilicet, vt reſtituat mihi honorem, licitum erit mihi recuperare honorem meum illo modo. v. g. oſtendendo ſilli per teſtes, quod mentitus eſt, nam & ipſe tenebatur dicere hoc, ſcilicet, quod mentitus eſt, Secundo dicto Theologus negat, quod per vim poſſim recuperare rem meam, ratio eſt, quia violentia iſta perturbat pacem Reipublicæ, quod non facit acceptio occulta, dicit tamen, quod ſi ex violentia illa non oritur ſcandalum, quod homo etiam per vim poſſet recuperare rem ſuam, hæc ſint pro dubio iſto. Modo ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Accipere occultè rẽ alienam authoritate propria eſt furtum, nõ autem ſi fiat authoritate iudicis.

THeologus per diſtinctionem ſatisfacit argumento dicendo, quod accipere alienam rẽ, vel occultè, vel manifeſtè ſtat dupliciter, vel authoritate propria, vel authoritate iudicis, primum non licet, ſecundum licet primum eſt furtum, ſecundum non, quia fit authoritate iudicis ſic decernentis, nam factum iſtud fit debitum, quoniam ſententialiter eſt adiudicatum, vnde inquit Doctor Sanctus multo minus furtum fuit, quod filij Iſdrael tullerunt ſpolia Aegyptiorum ex præcepto Domini hoc decernentis pro afflictionibus, quibus Aegyptij eos ſine cauſa affixerunt, & ideo ſignanter dicebat ſapiens. Sap. 10. Iuſti tullerunt ſpolia impiorum, quando igitur iudex, vt perſona publica dicit, vt furtim quis accipiat rem ſuam, parendum eſt, quia hoc facit pro quiete Reipublicæ, ſi autem hoc imperaret, vt perſona priuata, non eſt obediendum, quia ſubreptio rei in primo ſenſu non eſt furtum nec peccatum, bene in ſecundo, quod non licet facere, cum dicat Apoſtolus non ſunt facienda mala, vt veniant bona, hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs anexis. Nunc autem proponamus alium caſum.

Caſus tertius.

LEctor proponit caſum diſputandum cum dubijs anexis circa qualitatem peccati furti.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum furtum ſit peccatum mortale.

In primo dubio inquirit, An liceat occidere furem.

In ſecundo dubio inueſtigat, An furtum in quacunque materia etiã minima ſit peccatũ mortale.

In tertio dubio poſtulat, An materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale ſufficiat, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit ferre ſententiam excommunicationis, vt reſtituatur huiuſmodi ablatum.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum furtum ſit peccatum mortale, & format ſua argumenta pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua ſic. Illud eſt peccatum mortale per quod homo damnatur ſecundum diuinum iudicium, ſed per furtum quis damnatur per diuinum iudicium, ergo furtum eſt mortale peccatũ. Maior propoſitio non indiget probatione. Minor habetur Zachariæ, ſcilicet quo in loco dicitur. Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt iudicabitur, ergo furtum diuino iudicio damnatur, ergo eſt peccatum mortale.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua deſumit argumentum ab authoritate. Prouerb 6. quo in loco dicit ſapiens, Non grandis eſt culpæ cum quis furatus fuerit, ſed omne peccatum mortale eſt culpa grandis, ergo furtum non eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa præſentem caſum tria facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo proponit, & ſoluit dubia, Tertio ſatisfacit argumentis pro parte negatiua adductis, & adducendis, quo ad primum ponitur concluſio reſponſiua.

Furtũ de genere ſuo eſt peccatũ mortale ex prauitate materiæ eſt veniale, & in tẽpore neceſſitatis non eſt peccatũ.

Concluſio. Furtum de genere ſuo eſt peccatum mortale, ex paruitate materiæ, & tempore neceſſitatis patriæ eſt veniale. Concluſio iſta quo ad primam partem, probabitur modo, in ſecundo dubio declarabitur ſecunda pars. Prima pars ſic probatur, id quod ex propria natura contrariatur charitati proximi ex ſuo genere peccatum eſt mortale. Furtum contrariatur charitati proximi, ergo ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Maior propoſitio pro vera ſupponitur. Minor ſic probatur. Charitas proximi conſiſtit in hoc, vt proximo bona velimus, & pro illo operamur, ſed furtum infert nocumentum proximo in rebus ſuis, vt patet ſimiliter eſt cauſa quod humana ſocietas diſſoluatur, ergo eſt contra charitatem proximi, ex his faciliter cognoſcere poſſumus, quando furtum eſt peccatum mortale, quando eſt peccatum veniale, & quando non eſt peccatum, furtum tunc eſt peccatum mortale, quando directè eſt contra proximum, quando furtum eſt rei, ex quo nocumentum patitur proximus, ſcilicet, ex priuatione illius rei. Tunc furtum eſt peccatum veniale, quando directè non eſt contra proximum, ſed in minimo illum offendit. Tunc furtum non eſt peccatũ, quando ex neceſſitate fit, ne ipſe vel alter proximus periculum vitæ incurrat, in ſignum igitur quod in primo ſenſu furtum ſit peccatum mortale propheta Zacharias dixit, prout in argumento pro parte affirmatiua caſus. Omnis fur iudicabitur, id eſt condemnabitur. Nam diues ille qui eleemoſynam Lazaro non fecerat ſepultus fuit in inferno, multo magis ad infernum condemnabitur, qui furatur aliena, ergo furtum contra proximum eſt peccatum mortale, furtum quod in minimo offendit proximum cum nõ ſit directè contra charitatem, licet ſit præter charitatem non eſt mortale, ratio eſt, quia tale furtum frigefacit chari-

iacem non tamen occidit illam. Furtum in tempore neceſſitatis non eſt peccatum, cum in tali tempore omnia ſiot communia, vt igitur iſta clarius percipiatur, proponenda ſunt dubia, primo in ordine ad furtum prout eſt peccatum mortale.

Dubium primum.

QVærit ergo Lector in hoc dubio, ſi licet occidere furem. Cuius furtum, ſcilicet, eſt peccatum mortale, pro vtraque parte ſunt doctores.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſunt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus Banenſis immo D. Th. & thomiſtæ 2.2.q.64.art.2. ergo ſecũdum vſum Chriſtianorum, quãdo fures, nolunt deſiſtere à furto ſunt occidendi, ergo licet occidere furem.

Partis negatiuæ probatio

Pro parte negatiua eſt Alexander Alenſis in 3. p.q.47.art.4. memb.4. & Scotus in 4. d.15.q.3. Syl. in verbo furtum q.3. Magiſter Sotus lib.5. de iuſt. & iure. q.3. art.3. ad 3. ergo videtur, quod non liceat occidere fures.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ dubij.

Fures incorregibiles ſunt occidẽdi aliæ puniendi alia via.

Concluſio reſpectiua, lex occidendi fures incorregibiles legitima eſt, & probat illam Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ex ratione naturali, & theologica, quam adducit Angelicus Doctor 2.2. q.64.art.2. ſic. Pars pernicioſa abſcindenda eſt à corpore pro tuitione corporis, ita etiam pro conſeruatione bonorum aliquando occidendi ſunt mali, At fures ſunt pernicioſi paci publicę non minus quam hoſtes publicę pacis, ergo poſſunt publica authoritate occidi, hoc videtur confirmare Angelicus Doctor dicendo, & ideo ſi aliquis homo ſit periculoſus communitati, & corruptiuus ipſius propter aliquod peccatum, laudabiliter, & ſalubriter occiditur, vt bonum commune conſeruetur. Modicum enim fermentum totam maximam corrumpit inquit Apoſtolus Cor.5. Cum ergo fur præcipuè rerum magnarum ſit periculoſus communitati, & corruptiuus bonorum meorũ, & aliorum, iuſtitia humana poteſt illum occidere, immo mos iſte Principum iuſtiſſimus eſt, qui vult, vt fur in tertio furto depræhenſo ſuſpendatur, vel pro ingenti primo furto, Iuſtè etiam occiduntur qui furantur res pertinentes ad Eccleſias, vel ad errariũ publicum. Hoc etiam ratio ſuadet. Nam ſi fures non punirentur pœna capitali, vel non ſoſpendarentur, totus mundus eſſet plenus furibus, & homines inter ſe ſe interficerent, vt haberent rem alienam, vel vt defenſarent ſuas, ex his faciliter ſoluuntur inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

IN primis dicimus, quod ſententia pro parte negatiua (pace tantorum virorum) non gaudet veritate, ideo illam non ſequimur.

Probamus intentum ſic, Argumentator inquit, in lege veteri quæ fuit valde rigida non interficiebantur fures, ergo multo minus interficiendi ſunt in lege Euangelica, conſequentia eſt nota, Antecedens probatur. In legę veteri Exodi 22. præcipiebatur, vt qui furabatur pecuniam pœna duplici puniretur, qui ouem pœna quatruplici, qui bouem pęna quintuplici. Poſtea tempore Salamonis puniebatur pęna ſeptuplici, vt habetur prouerb.6 ergo in veteri lege fueres in vitam non puniebantur. Inſtantia 1.

Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod pro varietate temporum, & locorum variatæ ſunt leges contra fures, Nam pręcepta illa in veteri lege ſunt iudicialia, quæ in lege Euangelica ſeruantur prout oportunitas temporis exigit. Populi Iudaici timebant magis obbrobrium quam mali Chriſtiani, ideo Principes Chriſtiani puniunt fures etiam inuitatam. Inſtant. ſolutio.

Contra inquit Argumentator, vita hominis præcioſior eſt rebus temporalibus, ergo non licet auferre vitam ab illo, qui tantum nocuit proximum ſuum in rebus temporalibus, hoc facit fur, ergo non eſt puniendus in vitam. Inſtantia 2.

Theologus ad antecedens dicit, quod tranquilitas Reipublicæ præſtat vitæ hominis malefactoris, qualis eſt fur, ideo non eſt mirũ ſi ſuſpendatur. Inſtant. ſolutio.

Non acquieſcit Argumentator inſtat de nouo dicendo. Fur non perturbat pacem temporalem, neque eſt ſacrilegus, licet furetur res ſacras, &c. ergo non debet occidi, niſi ſit latro, qui etiam offendit proximum ſuum in vitam. Inſtantia 3.

Theologus negat aſſumptum dicendo, quod multiplicitas furum perturbat valde Rempublicam, & negamus, quod furantes res ſacras non ſint ſacrilegi, nam tale furtum ſacrilegium eſt. Non tamen omnes fures occidendi ſunt, niſi ſint pernicioſi. In ſignum cuius in ſtatu Venetorum fures fugientes ad Eccleſiam tuti ſunt ſi non ſunt furati bona Eccleſiæ, vel ſi non ſint tales, quod merito ab Eccleſia eſſent expellendi, contra alios mitius procedunt Principes Chriſtiani, hoc enim inſinuat D. Thom. ad ſecundum dicendo, quod non pro omni peccato mortali quale eſt furtum inſferrebatur mors, reſpiciẽdo ad legem veterem, in qua fures alia pœna puniebantur, vel forſitan, quia tempore ſuo fures non occidebantur, hæc dicta ſint pro dubio iſto, Accedamus ad aliud. Inſtant. ſolutio. Pro minimo furto non eſt interficiẽdus fur pro maximo autẽ ſic

Dubium ſecundum.

IN ſecundo dubio inueſtigat Lector, An furtum in quacunque materia etiam minima ſit peccatum mortale, & pro vtraque parte adducit rationes.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic, vnumquodque tale, vbicunque ponatur ſemper eſt tale: At furtum ſui natura, & in genere, eſt peccatum mortale, ergo vbicunque ponatur erit mortale: ergo etiam in materia minima erit mortale. Minor Partis affirmatiuæ probatio.

Digitized by Google

nor proprio eſt certa. Maior eſt Ariſt.1.poſterio-rum, & concluſio ſequitur ex præmiſſis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, eſt talis ratio, furtum poteſt committi in paruis rebus ſicut in magnis, ſed inconueniens videtur, quod furtum in re minima ſit mortale, ergo furtum in minima materia non eſt peccatum mortale. Probatur minor illam inconueniens videtur, quod pro furto alicuius paruæ rei puta vnius acus, vel vnius calami quis puniatur morte æterna, ergo tale furtum non erit mortale peccatum.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem; Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones reſponſiuas quæſito, Tertio ſoluit inſtantias vtriuſque partis, quo ad primum ponit talem diſtinctionem, vel qui furatur parua habet animum inferendi damnum, & nocumentum proximo in tali furto, vel non habet talem animum. Stante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima, Si fur in materia parua, non habet animum nocendi proximo, tale furtum poteſt eſſe abſque peccato mortali, & probatur ſic concluſio iſta, parum ſeu modicum pro nihilo reputatur, tum ex parte furti, tum ex parte eius cui factum eſt furtum, cum tale minimum appræhendat quaſi nihil, pro cuius maiori intelligentia dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod etiam furtum in his minimis poteſt eſſe mortale peccatum, prout ex Doctrina Angelici Doctoris habemus, vnde ponenda eſt altera concluſio reſpõſiua.

Furtũ rei minimæ licet de ſe ſit veniale peccatum poteſt eſſe mortale ſi fur intendat nocere multũ proximo in furto illo.

Concluſio ſecunda. Si fur furando iſta minima habet animum nocendi proximo etiam in iſtis minimis poteſt eſſe peccatum mortale. Concluſio eſt D.Th. dicentis, habere animum furandi, & inferendi nocumentum proximo (etiam in his minimis) poteſt eſſe peccatum mortale, non ex parte rei furatæ, ſed ex parte animi furandi. Non enim peccat iſte mortaliter ex eo, quod intendit furari minimum, quod minimum nocumẽtum dat proximo, ſed ex eo, q̃a intendit abſolutè, & ſimpliciter illi nocumentum præſtare, vnde ratione (talis mali animi) fur iſte peccare poteſt mortaliter, accipiendo illa minima ex tali malo animo, ſicut etiã poteſt mortaliter peccare, ſi tantum haberet talem conſenſum (etiam quod non acciperet illa minima) eſſet enim peccatum mortale furti, non actuale, ſed intentionale, ideſt peccatum cordis, non tamen operis, ita quod tale peccatum mortale non ſe tenet ex parte furti paruæ rei, ſed ex parte mali animi volentis (quantum ſit ex ſe) nocumentum præbere proximo, velle autem inſferre minimum nocumẽtum proximo, eſt peccatum veniale, velle

Nota.

inſferre nocumentum abſolutè, quia poteſt eſſe magnum, & paruum, poteſt eſſe mortale peccatum, & veniale, mortale, ſi nocumentum eſt magnum, vel ſi vellet, quod eſſet magnum, ita quod peccatum conſideratur ex parte animi inſferrendi nocumentũ (tali furto mediante) non autem ex parte furti in ſe. v.g. ſi quis furaretur calamum alicui theſaurario, vt ſcribere non poſſet ea quæ recipit, & dat, & confuſus maneat apud Dominum ſuum, tale furtum eſſet peccatum mortale, non ex parte calami, ſed ex parte animi nocendi, ſimiliter ſi furatur acum ſutori, vt illa die, vel hebdomada non poſſet arte ſua acquirere victum, tale furtum eſſet peccatum mortale, non ex parte acus furati, ſed ex parte animi nocendi, quod affirmamus de alijs ſimilibus, & fur in tali caſu tenetur ad reſtitutionem damni dati.

Furtũ rei minimæ poteſt eſſe mortale, ex parte furi, & ex parte eius cui res furatur.

Vltra hoc furtum in rebus minimis poteſt eſſe mortale ex parte illius cuius res ſunt furatæ, inquit Magiſter Dominicus à Soto (bene quidem) v.g. Si noui ingenium animi puſilli (qui minimis rebus maximè offenditur) animo perturbatur, & affligitur, & faciliter in verba impertinentia prorumpit, porro ſi ego furando illi minima haberem animũ offendendi iſtum in iſtis minimis (& non in maioribus) peccarem vtique mortaliter, non ratione rei furatæ, non ratione animi damnificandi. Cum & furtum, & animum maneat in minimis, ſed ratione offenſæ latæ tali ingenio exili, & iracundo. Ratio eſt, quia actio illa eſt contra amicitiam, & charitatem proximi. Ne igitur ad iracundiam prouocemus proximum noſtrum, debemus abſtinere, non ſolum à factis quæ talem offendere poſſunt, ſed etiam à verbis.

Difficultas in hac materia furti præcipuè eſt, cognoſcere quæ nam materia ſit grauis ad hoc, vt furtum ſit peccatum mortale. Multi multa dicũt.

Veritas tamen conſiſtit in hoc, quod de furti materia dupliciter loqui poſſumus, vel abſolutè, vel in ordine ad Dominum ipſius rei. Si loqui vellimus de materia furti ſecũdum ſe conſideratam, furtum duorum, vel trium ducatorum erit peccatũ mortale, quia materia iſta in genere furti apud Magiſtros Sotum, & Banenſem eſt grauis, alij dicunt, quod materia grauis furti abſolutè eſt vnum ducatum, vel dimidiũ, immo Nauara tenet, quod duo regalia, vel Iulij ſit materia grauis furti, immo dimidium Iulij, & aſſignat rationem dicẽdo, quia his poteſt emi vna gallina, & quid ſimile, quæ nõ computantur inter minima, in his (dico ego) regulanda eſt conſcientia iuxta qualitatem patriæ, vbi enim eſt abundantia auri, & argenti, duo regalia, vel tria erit materia leuis in furto, vbi eſt penuria auri, & argenti, dimidium Iulij forſitan erit materia grauis furti, & tale furtum erit peccatum mortale. In his requiritur prudentia Confeſſarij in iudicando, quando materia eſt grauis, vel leuis ſecũdum ſe, & quando furtum fuit peccatum mortale, vel veniale, ſeu nullum. Nam materia leuis abſolutè loquendo, eſt illa quæ quantum ſit de ſe facit peccatum veniale reſpectu cuiuslibet. v.g. furtum quinque, vel ſex ſolidorum, vnius libræ fructum, & ſimile quid. Materia grauis eſt quæ graue damnum dat Domino rei, hoc conſiderandum eſt, etiã ex parte perſone cui datur damnũ. His declaratis probamus, quod furtum in materia graui ſit peccatum mortale, & in materia leui ſit peccatum veniale, tali medio.

Materia grauis, & leuis in furto conſideratur dupliciter abſolutè, & reſpectiuè & in vtroque ſenſu conſtituit peccatũ mortale, & veniale in furto.

Furtum eatenus eſt peccatum quatenus infert nocumentum proximo in bonis temporalibus, ergo ſi nocumentum eſt leue in talibus bonis peccatum erit veniale, & non mortale, probatur hoc. ideo furtum eſt peccatum mortale, quia eſt contra iuſtitiam, ſed leuis iniuſtitia non eſt peccatum mortale, ergo neque furtum rei leuis erit peccatum mortale cum tale furtum ſit leuis iniuſtitia.

Impugnatio prima.

Contra hoc inſurgit Argumentator dicendo, Sequitur ex his, quod ſi aliquis furetur à Rege centum ſcuta non peccat mortaliter, valet conſequentia, quia minus nocet Regi potenti furans centum ducatos, vel ſcuta, quam qui pauperi furatur ſolidum vnum, Sed ex iam dictis furari pauperi ſolidum non eſt peccatum mortale, ergo non erit peccatum mortale furari Regi centum ſcuta &c.

Impugnationis dilutio.

Diluit hanc impugnationem Theologus dicendo, quod grauitas nocumenti non attenditur in furto ex eo, quod Dominus patitur in ſua perſona puta in victu, vel veſtitu, ſed attenditur in hoc, quia Dominus iſte priuatur facultate quam habebat diſponendi de re ſua ad libitum, & quod dicimus de Rege, dicimus etiam de quocunque Principe, & diuite, vnde ad argumentum dicimus, quod conſequentia non currit. Nam plus patitur Rex, in gradu ſuo, in ordine ad temporalia dum priuatur poteſtate diſponendi de centum ſcutis quam paupercula illa quæ priuatur poteſtate diſponendi de ſolido vno. Si tamen ſermo eſſet comparatiue ratione damni perſonalis, grauius eſt delictum in pauperculam illam, quam in Regem, quoniam fortaſſe illa vno ſolido panis nutriebatur pro illo die, ſine quo viuere non poterat, quod non accidit Regi potenti ex amiſſione ducatorum centum, Tale furtum in ordine ad mulierculam illam pauperculam potius eſſet crudelitatis, vel homicidij peccatum, quam furti, vel circunſtantia aggrauans peccatum furti, & erit crudelitatis, & impietatis circunſtantia.

Qui furatur Regis centũ ſcuta magis peccat abſolute loquẽdo, illo qui furatur paupercu læ ſolidũ vnũ, re pectiue ta men res oppoſita noſtro ſe habet.

Impugnatio ſecunda.

De nouo inſurgit Argumentator dicendo, Si furtum in materia leui nõ eſt peccatum mortale, ſequitur, quod ille, qui à multis furtim accipit quinquaginta ſcuta, quod non peccat mortaliter. v. g. ſi acciperet ab vno vnum ſolidum, ab alio duo, vel quatuor, & non plus, & hoc idem ſeruando in ordine ad diuerſos, prout faciunt fures illi, qui rem vendunt minutatim, vt ſunt illi qui vendunt vinum, panem, fructus, & ſimiles res decipiendo emptores, in pondere, vel menſura, valet conſequentia, quia iſti nulli nocent notabiliter in temporalibus.

Impugnationis dilutio.

Huic impugnationi reſpondet Theologus Banenſis negando conſequentiam, & ad probationem dicit, quod licet iſti fures nulli particulari noceant notabiliter in temporalibus, nocent tamen communitati, ſic, vt experientia docet, communitas ipſa ægre ferret, ſi Princeps poneret tale tributum quale eſt damnum, quod recipit ab illis, etiam ſi ſinguli paruum detrimentum ſentiant.

Impugnatio tertia.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Argumentator dicendo, ex ante dictis parua furta ſunt peccata venialia, ergo multiplicatis illis in ordine ad diuerſas, vel ad vnam perſonam nunquam aſcendere poſſunt ad mortale. Communis enim eſt ſententia Theologorum, quod peccata venialia quantumvis multiplicentur, efficere nequeunt mortale, & aſſignant rationem dicendo, quia tunc fieret tranſitus de genere in genus, ſcilicet, fieret, quod id quod de ſe eſt ſe veniale efficeretur mortale, & peccatũ, quod eſt præter charitatẽ efficeretur cõtra charitatem, quod eſt impoſſibile, ergo vnquã talia furta mortale peccatum erit.

Impugnationis dilutio.

Acceſſio peccati venialis, ad præcedentia efficitur culpa mortalis.

Theologus negat conſequentiam, dato enim, quod pluralitas peccatorum venialium nunquam efficiat mortale, Nihilominus quia venialia diſponunt ad mortale, quando ſumma rerum incipit eſſe magna, tunc actus ille etiam ſi non ſit acceptio niſi vnius quantitatis, tamen quia additus eſt præcedentibus, & damnificatur proximus in re non parua ſed magna, vel communitas incipit percipere grauem iacturam, acceptio iſta damni ad præcedentia fit mortalis.

Impugnatio quarta:

Non acquieſcit Argumentator de nouo ſe opponit dicendo, Dato quod vltimum furtum paruum eidem patriali à quo multa alia furta parua fuerunt facta, virtute præcedentium fiat culpa grauis, quia materia talis furti efficitur grauis, & damnum graue affert proximo. Sequeretur ſaltem, quod ſi talia furta idem fur, non eiſdem perſonis faceret, ſed diuerſis puta accipiendo ab vno vnum quadrantem, ab alio dimidium ſolidi, ab alio ſolidum, & ſic diſcurendo neque adeo, vt perueniret ad furtum quinquaginta aureorum, talis fur in hoc caſu vnquam peccaret mortaliter, valet conſequentia, quia nemini dat graue damnum, vnde ſequitur ex his, quod fur iſte ditari poteſt ex bonis alienis abſque eo, quod incidat in peccatum mortale, & maneat obligatus reſtitutioni.

Impugnationis ſolutio.

Huic impugnationi ſatisfacit Theologus dupliciter, Primo cum Magiſtro Dominico Banenſi, Secundo cum Magiſtro Dominico à Soto, Primo enim dicit, quod licet fur iſte nulli notabiliter noceret, noceret nihilominus notabiliter communitati, cum multa parua faciant vnum ſatis, vnde peccaret mortaliter in communitatem, ideo negamus, quod ex rebus alienis efficeretur diues, ſine peccato mortali, quod obligat ad reſtitutionem faciendam, vt dictum eſt de illis qui decipiunt in pondere, vel menſura multos in minimis, Secundo dicit, quod licet iſte a diuerſis exigua furripiat tamen in ſumma incipit creſcere actus, iam vnus furandi, accedens præcedentibus efficitur mortalis. Ratio huius rei eſt, quoniam quantitas quæ per ſe magna eſt, ſiue à diuite accipiat, ſiue à pauperibus, ſiue ab vno, ſiue à multis abſque vllo perſonarum reſpectu per ſe conſtituit peccatum mortale, cum ſit furtum non amplius in parua anima, ſed in magna, & graui.

Multa furta parua facta ab eodem fa ue ab vno, vel a multis conſtituunt materiam grauem in furto, & peccatũ mortale.

Vnum documentum tamen ſeruandum eſt in hac materia, ſcilicet, quod non omnis materia quę videtur grauis prima facie ſecundum ſe in furto, facit quod furtum ſit peccatum mortale, quoniam ad hoc quod furtum ſit peccatum mortale, oportet quod ſit factum inuito Domino rationa-

biliter

biliter. Hinc oritur, quod ſi filius furetur Patri ſuo prædiuite quinquaginta ſcuta, non erit peccatum mortale, & nihilominus ſi ſeruus eidem furetur vnum aureum erit peccatum mortale, ratio huius diuerſitatis eſt inquit Banenſis, quia tale furtum ex parte filij non eſt factum inuito domino, ſimpliciter, & rationabiliter, Reſpectu autem ſerui tale furtum factum eſt inuito domino, quia filius eſt dominus futurorum bonorum Patris, Seruus autem non eſt Dominus bonorum illorum aliquo iure naturæ.

Nota.

Contra inquit Argumentator Pater rationabiliter eſt inuitus, quando filius accipit occultè quinquaginta aureos ad ludendum, vel luxuriandum, ergo falſum eſt quod filius non peccat mortaliter in tali furto, quia rationabiliter pater prohibet filio ludum, & luxuriam.

Impugnatio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo quod Pater in tali furto rationaliter eſt inuitus valde, non reſpectu rei familiaris furatæ, ſed reſpectu ludi, & luxuriæ, propterea filius licet peccet furando non tamen tenetur ad reſtitutionem, ad quam teneretur quiſque alius, quod ſic manifeſtatur. Nam filius eſt aliquid Patris, ideo reſpectu illius tale furtum non eſt in graui materia, quæ reſpectu alterius eſſet grauiſſima, hac de cauſa in tali caſu, filius non tenetur reſtituere quidquam Patri ſuo, bene autem fratribus ſuis, ſi eos damnificauit notabiliter in hæreditate, Alius autem quiſque ad reſtitutionem rei furatæ vero domino teneretur. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Impugnationis dilutio. Acceptio rei occulta ſeu pecuniæ quæ non eſt furtũ in ordine ad filium, eſt furtum in ordine ad extraneum.

Inſtantiarum ſolutio.

LEctor Theologus gloſſat propoſitionem illam Ariſtotelicam dicendo, quod dictum illud verum eſt, ſi ponatur ſub eadem ratione vbique, modo negamus minorem, quia peccatum in materia graui ordinatur in nocumentum magnũ proximi, & contra charitatem illius. In materia leui ponitur in nocumentum leue, neceſſe contra charitatem, ſed præter charitatem, vt in primo caſu eſt mortale, in ſecundo eſt veniale peccatum. Hæc dicta ſunt pro dubio iſto ponamus modo vltimum dubium.

Dubium tertium.

IN hoc dubio poſtulat Lector, An materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale, ſufficiat, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit ferre ſententiam excommunicationis, vt reſtituatur male ablatum. Rationes adſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua ſic ratiocinatur. Illud videtur ſufficere ad hoc, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit ferre ſententiam excommunicationis contra peccatorem quod ſufficit ad conſtituendum illum filium Diaboli, ſed materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale ſufficit ad conſtituendum hominem filium Diaboli, ergo ſufficit ad hoc, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit ferre ſententiam excommunicationis contra talem furem.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Sententia excommunicationis non eſt ferrenda niſi contra peccatores contumaces, nolentes obedire Eccleſiæ, prout in diſputatione de excommunicatione oſtẽdemus Sed non omnis fur in quo reperitur materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale eſt contumax, & inobediens Eccleſiæ, ergo materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale non ſufficit, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit ferre ſententiam excommunicationis contra furem.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit. Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ, quo ad primum.

Concluſio reſponſiua, Prælatus Eccleſiæ non debet ferre ſententiam excommunicationis, vel præcipere ſub pœna excommunicationis ad inquirendam rem furatam, vel perditam, licet in omni euentu tale furtum, vel retentio poſſit eſſe ſufficiens materia ad peccatum mortale. Concluſio iſta ſufficienter probatur per rationem adductam pro parte negatiua dubij, & habetur ex Concilio Trid. ſeſſione 25. de reformatione cap. 3. quo in loco dicitur, quod excommunicationes pro rebus deperditis aut ſublatis, non dentur, niſi pro re non vulgari, & quod non dẽtur niſi à ſolo Epiſcopo, inquit tamen Magiſter Dominicus Banenſis, quod ſi excommunicatio talis datur à Viccario Epiſcopi ligat, & aſſignat rationem dicendo, quia Concilium non dicit, quod ſi ab alio quam ab Epiſcopo datur non teneat. Peccat tamen (inquit) Epiſcopus contra mandatum Concilij ſi ſine vigenti cauſa committit ſuo Viccario huiuſmodi excommunicationes, ſimiliter mortaliter peccat ſi concedit tales excommunicationes pro rebus non magni momenti. Probatur intentum etiam hac ratione. Nam pro furto vnius ducati, quod eſt peccatum mortale in foro conſcientiæ. In foro ſeculari vix flagellatur fur, ergo peccatum eſt in foro Eccleſiaſtico pro tali furto minimo excommunicare aliquem, valet conſequẽtia quoniam excommunicatio eſt gladius ſpiritualis, ad puniendum rebelles in rem grauiſſimam, & concilium vult tantum pro re graui ferri excommunicatio, hoc enim pro maximè obſeruare debent omnes Prælati.

Excommunicatio pro furto, vel pro re deperdita nõ eſt dãda niſi ſit res magni momenti.

Concluſio Correllaria, Si Prælatus excommunicaret etiam in materia non graui modo adſit peccatum mortale, excommunicatio eius teneret, Probatur concluſio iſta. Nam in Concilio dicitur, quod totum negotium, & excommunicationis cauſæ pro loco, & tempore committuntur arbitrio Epiſcopi, & ponitur negotium hoc in eius conſcientia, confirmatur etiã concluſio iſta authoritate D. Gregorij dicentis, ſententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, verum eſt, quod furtum paruum, vel non maximum non eſt res grauiſſima

Prælatus peccat inquirenc furtũ paruũ, ſub pœna excommunicationis tamen excommunicatio tenet, & eſt timẽda

uiſſima in ſe, tamen efficitur grauiſſima apud Epiſcopum ratione inobedientiæ, & rebellionis ſubditi in caſu noſtro. Ab hac arma debent ſe abſtinere Prælati, ne de facili præparent laqueum animabus ſubditorum, & ſuæ. Stantibus his concluſionibus ſic declaratis, ſatisfaciendum eſt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat maiorem propoſitionem, & rationem negationis aſſignat quia non ſufficit ad iuſtam cauſam excommunicationis peccatum mortale, ſed exigitur, quod ſit cum contumacia, & quod excommunicandus ſit de numero illorum de quibus dixit Dominus Petro. Si Eccleſia non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Hæc ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ caſus præſentis.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit argumento cum D. Th. dicendo, vel ſermo eſt de furto in ſe, vel comparatiuè ad alia peccata mortalia non eſt grandis culpa. Primo propter neceſſitatem inducentem ad furandum, quæ neceſſitas, aliquando diminuit culpam furti, aliquando tollit totam culpam (vt in caſu ſequenti videbimus.) In ſignum cuius, ſapiens in loco illo dicit furtum non grandis eſt culpa. & ſubdit, furatur enim, vt impleat animam exurientem, Secundo, furtum leuis culpa dicitur in comparationem ad peccatum adulterij, quod punitur morte in veteri teſtamento, furtum autem morte non puniebatur, licet modo fures ſuſpendantur, vnde illo in loco dicitur de fure, quod deprehenſum reddat ſeptuplum, qui autem adulter eſt perdat animam ſuam ex quibus elicere poſſumus, quod furtum, inter peccata contra proximum teneat infimum locum. Ratio eſt, quia furtum eſt peccatum mortale prohibitum à lege Dei Exod. 20 quo in loco dicit Deus homini. Non furtum fac es, & eſt culpa grauis. At furtum comparatum ad alia peccata mortalia non eſt grandis culpa, prout dicit ſapiens. Prouerb 6. & hoc dicit duplici de cauſa, Primo propter neceſſitatem inlædit proximum ſuum, in minimis bonis, dicimus peccatum minimum (cæteris paribus) quia tale, & tantum poteſt eſſe furtum, vt ſuperaret infamiã. Hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs anexis, ponamus vltimum caſum.

Furtũ eſt minimum, quoad peccata mortalia, per accidens poteſt eſſe magnum.

Caſus quartus.

IN hoc vltimo caſu, & breui quærit Lector, Si alicui licet furari propter neceſſitatem, & tantum extremæ neceſſitatis tantum.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum alicui liceat furari propter neceſſitatem.

In dubio quærit, An extrema neceſſitas in qua licet furari, ſit illa in qua quis iam eſt famẽ periturus, vel frigore, &c.

Lector igitur in caſu iſto quærit vtrum alicui liceat furari propter neceſſitatem, & format ſua argumenta pro vtraque parte caſus.

Pro parte affirmatiua tale format argumentũ, tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, ergo in tali tempore, poſito in neceſſitate licebit res alienas accipere, cum res omnes tunc ſint communes; ergo furari in tempore neceſſitatis licitum eſt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic argumentatur. Non imponitur pœnitentia niſi peccanti, ſed pœnitentia imponitur ei, qui tempore neceſſitatis furatur, ergo peccat, ergo non licet furari tali tempore. Maior propoſitio eſt certa. Minor habetur in decretalibus. l. 5. tit. 18. cap 3. vbi dicitur ſi quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, veſtes, vel peccus pœniteat per hebdomadas tres, ergo non licet furari propter neceſſitatem.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione tria facit; Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo format dubium, & ſoluit illud, Tertio loco reſpondet argumentis pro parte negatiua caſus, quo ad primum ponuntur concluſiones reſponſiuæ.

Concluſio prima. Bona quæ ſuperſunt diuitibus (naturali iure) debentur ſuſtentationi pauperum. Concluſio ſic probatur. Nullum ius gentiũ, aut humanum, derogare poteſt iuri naturali, vel diuino, hoc conſtat, quia ius naturale, & diuinum ſuperiora ſunt ad iura humana, & gentium, iuxtè autẽ naturæ, diuinaque prouidentia inſtitutum eſt, vt res inferioris ordinis ordinatæ ſint ad hoc, vt ex his ſubueniatur hominum neceſſitati, propter quod conditæ ſunt res ipſæ, ergo vbi res inferiores ſuperabundant poſſeſſori illarum, ordine naturæ deſeruire debent indigentibus, pro illorum ſuſtentatione. Maior propoſitio exiſtit probata. Minor elicitur ex verbis D. Ambroſij in ſermone 81. non procul à fine tomi 3. & habetur 47. d. ſicut hi. Quo in loco dicitur, exurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumẽtum eſt, quod tu recludis. Miſerorum redemptio, & abſolutio, eſt pecunia quam tu in terram defodis. Obſeruandum tamen eſt, quod concluſio iſta non loquitur de debito iuſtitiæ, ſed de debito miſericordiæ, quæ præcipit, vt ea quæ ſuperſunt diuitibus denrur pauperibus, alioquin citra extremam neceſſitatem, licitum eſſet pauperibus occultè accipere à diuitibus ea quæ ſuperfluunt illis. Oppoſitum tamen oſtendit Angelicus Doctor dicens, ſed quia multi ſunt neceſſitatem patientes. & non poteſt ex eadem re omnibus ſubueniri, committitur arbitrio vniuſcuiuſque diſpenſatio propriarum rerum, vt ex eis ſubueniat neceſſitatem patientibus, ergo non licet pauperibus occultè accipere à diuitibus ea quæ illis ſuperſunt.

Ea quæ ſuperabundant diuitibus ex debito naturæ, & miſericordiæ ſunt denſtribuẽda pauperibus, non autem ex debito iuſtitiæ.

Concluſio ſecunda. In extrema neceſſitate, vbi euidens, & vrgens, & manifeſtum periculum eſt, ſubueniendum eſt neceſſitati vrgenti, de rebus occurrentibus pota cum immineat perſonæ periculum,

Tempore neceſſitatis furtum eſt licitũ, vel accipere rem vbicũq; pro ſuis neceſſitatibus, quia tunc omnia ſunt communia.

culum, & aliter ſubueniri non poteſt tunc inquit Angelicus Doctor licitè poteſt aliquis, ex rebus alienis ſuæ neceſſitati ſubuenire, ſiue manifeſtè, ſiue occultè ſublatis. Et addit Doctor Sanctus nec hoc propriè habet rationem furti, vel rapinæ, quia tanta neceſſitas facit de iure naturæ, illam rem quæ non erat ſua eſſe ſuam. Cum tempore maximè neceſſitatis omnia ſint communia, & licitum ſit accipere ſuum vbicunque reperiatur, ſeruatis debitis circunſtantijs, vt igitur doctrina iſta præcipuè poſita in hac ſecunda concluſione magis percipiatur cum Magiſtro Domino à Soto proponendum, & ſoluendum eſt dubium.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector, quænam neceſſitas iudicanda ſit extrema, vtrum neceſſitas excuſat ea tantum cum quis iam iã fame eſt periturus, vel frigore, vel alia calamitate eſt moriturus, vel datur alia neceſſitas ſufficiens ad hoc, vt quis licitè furari poſſit, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua videtur primum eſſe intelligendum, quia extrema neceſſitas videtur illud vltimum ſignificare, ergo tunc licet furari, quando homo morti eſt propinquus, & alia via, mortem fugere non valet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Poſito in tam extrema neceſſitate de raro poteſt ſubueniri, ſed tale furtum permittitur ad ſubueniendum neceſſitatem patienti, ergo ante illam vltimam extremitatem licet furari.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primum, talis eſt.

Extrema neceſſitas, quando licet furari eſt, quando homo appropinquatur periculo vitæ licet non ſit in termino mortis.

Concluſio reſponſiua, Eſtrema neceſſitas non eſt illa, prout vulgus arbitratur, quod hominem ad extrema vitæ ducit, ſed quando prope eſt periculo graui. Concluſio iſta ſic declaratur, & probatur, quando homo in extremo vitæ reperitur impoſſibile eſt ei remedium dare, cum potius tũc ſit in numero mortuorum quam viuorum, ille igitur cenſetur articulus extremæ neceſſitatis ex ſententia Magiſtri Dominici à Soto, quando vides fratrem tuum periculo appropinquari incurabilis infirmitatis, aut alterius miſeriæ, quæ grauiſſima extimatur, homo in tali ſtatu poſito, dicitur exiſtere in caſu extremæ neceſſitatis, præcipuè, quando homo conſtituitur in periculo vitæ, ex defectu cibi, vel potus, aut veſtium aut alterius rei inquit Magiſter Dominicus Banenſis. Non dicitur tamen, extrema neceſſitas. Neceſſitas illa quæ conſtituit hominem in periculo honoris, non eſt ſufficiens neceſſitas, vt homo licitè accipere poſſit aliena, ad conſeruandum honorem ſuum, Ratio eſt, quia iſta bona temporalia non ordinantur per ſe ad honorem hominis, ſed ad vitæ ſubſtentationem, & addit Bannes, quod in tali caſu licitum erit homini (cui eſt valde inhoneſtum mendicare) occultè accipere aliena animo tamen reſtituendi illa, ſi tamen aliter non poteſt ſibi ſuccurrere. Caſus iſte tamen de raro accidit, quia tales homines poſſunt principibus deſeruire, vel in militia, vel alio ciuili exercitio, iſti igitur abſque obligatione ad reſtitutionem faciendam, res alienas accipere non poſſunt, ratio huius rei eſt, quia res temporales non ordinantur ad honorem, ſed ad vitam hominis, qua de caſu illi qui pro vita tuenda aliena furantur ad reſtitutionem non tenentur, quia natura omnia facit communia, & in tali acceptione (hi qui in neceſſitate ſunt poſiti) accipiunt quod ſuum eſt, propterea licet, quod veniant ad pinguiorem fortunam non tenentur ad reſtitutionem, ſi tamen hoc facerent non neceſſitati, ſed vrbanitati eſſet aſcribendum, præcipuè ſi Dominus illius rei non eſſet diues. Puella exiſtens in periculo amittendi pudorem ob victus inopiam, non dicitur poſita in extrema neceſſitate, quoniam potius mori debet quam delinquere, vel aliena rapere, debet enim quærere victum manibus ſuis, vel recurrere ad pias perſonas publicas, vel priuatas, quæ illi ſuccurrerent in hac eminenti neceſſitate, quoniam iſti maiori vinculo charitatis tenentur occurrere his qui in periculo honoris, ſcilicet, animæ, & corporis exiſtunt, quã alijs, & ſi non ſuccurrunt peccant mortaliter, cum illis dicat Dominus, quod ſuperest date egenis, & ex iuſtitia debent ſuccurrere poſitis in neceſſitate.

Nota.

Accipiẽs aliena in tẽpore maximæ neceſſitatis ad reſtitutionem non tenetur bene ſi extra tale tempus.

Impugnatio.

Contra hanc doctrinam inſurgit argumentator dicendo, ex iuſtitia nemo cogitur ad id ad quod ſola charitate tenetur, extremæ autem neceſſitati nemo tenetur ſuccurrere niſi ex charitate, ergo ſi homo non ſuccurrit ex charitate poſito in extrema neceſſitate, ille qui in tali neceſſitate poſitus eſt non poteſt accipere aliena occultè, vel violenter, quoniam hoc eſſet contra iuſtitiam, probatur intentum, nam ſi diues ex iuſtitia teneretur poſito in extrema neceſſitate ſuccurrere, non ſuccurrendo ad reſtitutionem conſcientia illum obligaret, vlterius ſi ex iuſtitia ad hoc teneretur Iudex poſſet contra illum procedere, & compellere ad totum damnum.

Impugnationis dilutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod ſuccurrere in extrema neceſſitate poſito, formaliter ad opus miſericordię pertinet, cum reſpectu tamen ad iuſtitiam, nam miſericordia in caſu iſto ſtrictiſſimè obligat, vnde ad motum de reſtitutionem tactum in argumento dicimus, quod iuſtitia ad illam non obligat, quia non eſt propriè opus iuſtitiæ, propterea talem iudex compellere non poteſt ad reſtitutionem faciendam, Dominus tamen rei non poteſt impedire, ne in extrema neceſſitate poſitus nequeat ſibi ſummere neceſſaria, quia tunc omnia ſunt communia, & in tali caſu habet ius accipiendi, per conſequens Dominus rei non habet ius ad impediendum, aliter bellum eſſet iuſtum ex vtraque parte, quod nullus concedit, his ſtantibus ſoluenda eſt inſtantia partis affirmatiuæ.

Inſtan-

Digitized by Google

Inſtantiarum ſolutio.

Inſt. ant. ſolutio. A propinquã ri periculo mortis licet furari ſine peccato.

THeologus ad inſtantiam in oppoſitum dicit, quod de extrema neceſſitate loqui poſſumus dupliciter, abſolutè, & in ordine ad furtum. In primo ſenſu extrema neceſſitas eſt quando homo eſt in periculo proximo mortis, in quo non datur reparatio ab illa. In ſecundo ſenſu eſt, quando adeſt periculum graue, ad periculum mortis ordinatum, & in hac extrema neceſſitate licet furari, pro ſubſtentatione vitæ. His relictis ſoluenda ſunt argumẽta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Qui furantur, vt nobiliter viuant, ad reſtitutionem tenetur.

THeologus negat minorem argumenti facti, & ad probationem dicit, quod decretalis illa loquitur de illis, qui non ſunt in extrema neceſſitate, tamen res alienas furãtur, in quo caſu adeſt culpa aliqua, præcipuè, quando furantur aliena, vt magnificè viuere poſſint, vel vt conſeruare valeant decorem familiæ, gloriam, & honorem, propterea contra huiuſmodi fures aſſignatur pœnitentia trium hebdomadarum.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem, & intendit probare, quod ſit impoſſibile reperiri furtum ſine peccato, ſiue in caſu communis neceſſitatis, ſiue in caſu extremæ neceſſitatis, tali medio hoc probare nititur, Ariſt. 2. Ethic. dicit, quod ſunt quædam nomina quæ confeſtim conuoluta ſunt cum malitia, de quorum numero eſt furtum, ſed illud, quod ſecundum ſe eſt malum, vel includit malitiam, non poteſt propter aliquod finem, bonum fieri, ergo non poteſt aliquis furari ſine peccato, etiam, quod hoc faciat vt neceſſitati ſuæ ſubueniat.

Argumenti ſolutio. Propriè loquẽdo Deus in furto diſpẽſare non poteſt, quia intrinſicè eſt malum.

Theologus concedit totum argumentum, & negat conſequentiam dicendo quod vti re aliena occultè accepta in caſu extremæ neceſſitatis non eſt furtum, cum talis acceptio non ſit furari propriè loquendo. Nam in tali neceſſitate efficitur ſuum id quod accepit ad ſubſtentandam propriam vitam, ex quibus infert Magiſter Dominicus à Soto, quod furtum ex propria natura, eſt actio intrinſicè mala, in qua Deus, vt legiſlator legis, ſcilicet, naturæ diſpenſare non poteſt, in ſignũ huius veritatis dicit Angelicus Doctor, quod acceptio occulta rei alienæ tempore neceſſitatis non habet rationem furti propriè loquendo, ſed acceptionis proprię rei proximo neſciente, clarum eſt, quod acceptio occulta rei proprię non eſt furtum, ergo talis acceptio in extrema neceſſitate non eſt furtum, ecce quod nec Deus diſpenſare poteſt in furto, propriè loquendo.

Argumẽtum tertium.

Lector format tertium argumentum dicendo ſic. Homo diligere debet proximum ſicut ſeipſum ſed non licet furari ad hoc, vt aliquis eleemoſynam faciat proximo ſuo per D. Auguſtinum lib. contra mendacium ca. 7. in medio tu. 4. ergo pari ratione non licet furari ad ſubueniendum propriæ neceſſitati.

Argumenti reſponſio.

Theologus ad minorem dicit, quod de furto loqui poſſumus dupliciter, abſolutè, & in tempore maximæ neceſſitatis, verum eſt, quod abſolutè non licet furari, ad faciendam eleemoſynam. At in caſu extremæ neceſſitatis proximi licet furari ad ſubueniendum illi, vel (vt rectius loquar) poteſt quis rem alienam occultè accipere, vt ſubueniat proximo ſic indigenti, & actio iſta non eſt furtum, ſed eſt acceptio rei illius indigentis ad ſubueniendum illum, quia omnia ſunt communia in tali neceſſitate, & iſte in tali ſtatu poſitus, accipit quod ſuum eſt, non immediatè, ſed mediatè proximo iſto, qui ſuccurrit illi ex re occultè ab alio ſublata, quæ ſua eſt. Citra tamen talem neceſſitatem non licet de rapinis, vel furtis eleemoſynam facere, hæc ſufficiant pro caſu, & dubio, & pro tota diſputatione hac.

Licet furari ſeu accipere rem alienam ad ſubueniendũ proximũ, in maxima neceſſitate poſito.

DISPVTATIO PRIMA in littera H.

De Homicidio.

Caſus primus.

IN hac materia de homicidio multos caſus cũ dubijs anexis, Lector proponit diſputandos, ad facilitandam doctrinam hanc.

In primo caſu quærit Lector, vtrum homicidium in vniuerſali ſit peccatum mortale, in dubio inueſtigat ſi iudex poſſit occidere iniquos.

In caſu primo quærit Lector, vtrum homicidium ſit peccatum mortale. & pro vtraque parte format ex more ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Illud eſt peccatum mortale, quod per ſe eſt contra diuinum præceptum, homicidium eſt contra quintum præceptum Decalogi, ſcilicet, non occides, igitur homicidium eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua taliter argumentatur. Illud quod eſt præceptum à Deo, & obſeruatum à Sanctis non eſt peccatum mortale, homicidium eſt præceptum à Deo Exodi. 22. Maleficos non patiaris viuere, hoc obſeruatum fuit à Sanctis prout habetur Pſal. 100. In matutino interficiebant omnes peccatores terræ, ergo homicidium non eſt peccatum mortale.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

Homicidium dupliciter ſumitur largè, & ſtrictè largè autẽ quadrupliciter cõſideratur ſtrictè vno modo.

LEctor Theologus circa caſum hunc tria facit, Primo ponit diſtinctionem quatrimembrem, & iuxta membra diſtinctionis ponit quatuor concluſiones, Secundo proponit dubium, & terminat illud, Tertio ſoluit argumenta partis affirmatiuę caſus. Diſtinctio prima. Homicidium ſumitur dupliciter. Primo ſtrictè pro iniuſta occiſione hominis, Secundo largè pro quacunque occiſione hominis, prima ſemper eſt peccatum, ſecunda eſſe poteſt ſine peccato, homicidium ſecundo modo ſumptum fit quatruplicìter, Primo quando fit pro

neceſ-

neceſſaria defenſione ſui, ſecundo quando fit pro exequtione iuſtitiæ, tertio caſualiter, poſtpoſitam omnem diligentiam ne ſequatur homicidiũ, quarto, & vltimo quando homicidium ſequitur in iuſta hoſtili impugnatione. His ſtantibus ponuntur concluſiones reſponſiuæ.

Concluſio prima, homicidium impropriè ſumptum, prout in caſibus ſequentibus apparebit non eſt peccatum. Nam qui occidit inuaſorem, ſeruato debito moderamine inculpatæ tutellæ non propriè eſt homicida, & per conſequens non peccat mortaliter, vt habetur apud D. Thom. 2 2. q. 64. art. 7.

Homicidium procedens ex inculpata, ſed ex iuſta cauſa, quæcunque ſit illa nõ eſt peccatum.

Concluſio ſecunda, homicidium ſecundo modo ſumptum, ſcilicet, pro exequutione iuſtitiæ non eſt peccatum, Nam ſi aliquis homo ſit periculoſus communitati, & corruptiuus ipſius, propter aliquod peccatum, laudabiliter occiditur, vt populus conſeruetur, hoc enim declaratur, nam quælibet perſona ſingularis, eſt propter communitatem ſicut pars propter totum, ſeu imperfectum propter perfectum, cum omnis pars ordinatur ad totum, & imperfectum ad perfectum, omnis pars naturaliter eſt propter totum, ſecundo oſtenditur hoc à ſimili, Pro ſalute enim corporis humani laudabiliter amputatur membrum putridum, vt conſeruetur totum corpus, ergo pro conſeruatione populi laudabiliter, membrum eius putridum, puta occiditur homicida, & alius ſimilis illi, aliter, vt inquit Apoſtolus 1. Cor. 5. Modicum frumentum totam maxam corrumpet. Iudex enim habens legitimam authoritatem condemnandi iuridicè reum ad mortem non recedit à iuſto, cum hoc agat motus Zello Dei, & iuſtitię, ergo non peccat, immo meretur ſeruando præceptum Domini Exodi 22. Maleficos ne patiaris viuere, vnde iudex non eſt propriè homicida licet ſanguinem fuderit inquit D. Antoninus 2. p. tit. 7. cap 8. Neque lictor, neque miniſter iuſtitiæ licet ſanguinem effuderint, vnde occidere hominem innocentem eſt iniuſtum, & contra charitatem, tamen occidere hominem peruerſum ab habente authoritatem bonum eſt, quia talis homo peior eſt quam beſtia, & magis nocet inquit Ariſt. 1. Polit. quod confirmat D. Hieronymus, vt habetur 23. q. 2. dicendo, qui malos percutit in eo, quod mali ſunt, & habet ius interficientis miniſter eſt Dei, ideſt bene facit, ſi hoc facit zello iuſtitiæ, & ordine iuſtitiæ ſeruato, ſi autem liuore motus, vel alia paſſione non ſeruato ordine iuſtitiæ peccat mortaliter inquit D. Hieronymus. Ratio, quia tũc non agit, vt miniſter iuſtitiæ, ſed vt perſona priuata.

Iudex interficiens impium iuſtitiæ ordine ſeruato meretur, qñ nõ ſeruato ordine illo peccat moraliter.

Concluſio tertia, tertium homicidium impropriè dictum, quod eſt ſine culpa, eſt homicidium caſuale, quod accidit præter omnem intentionem, & voluntatem occidentis, dum ipſe aliquid licitè agat, ſeruata omni debita cautella, tale enim non eſt peccatum nec iſte propriè eſt homicida, quia peccatum, adeò eſt voluntarium inquit D. Auguſtinus, quod non eſt peccatum niſi ſit voluntarium, hoc clarius patebit in vltimo caſu huius diſputationis.

Concluſio quarta, homicidium perpetratum in iuſto bello non eſt peccatum, dicitur homicidium impropriè dictum, hoc accidit in hoſtili iuſtæ impugnationis, quando, ſcilicet, qui in iuſto bello occidit inimicum, non ex odio, vel ex delectatione effundendi ſanguinem humanum, ſed quia aliter non poteſt hoſtes ſuos ſibi, vel Principi ſuo ſubijcere, vel inducere ad debitum iuſtitiæ, in tali caſu non peccat inquit D. Auguſtinus, vt habetur 23. q. 5. quo in loco dicit, homicidium poteſt eſſe ſine peccato Nam dum miles occidit hoſtem, & iudex, vel miniſter eius occidit nocentem non peccat, loquendo de illo, qui authoritate publica occidit, non autem de illo qui hoc facit authoritate priuata. Multo minus peccat qui occidit hominem quemquam ex mandato Dei, vt legitur de Samuele, qui occidit Agag. Regem Amalech &c. Abraham paratus erat occidere filium ſuum Iſaac ex mandato Dei. Geneſ. 22. de quibus omnibus loquutus eſt D. Auguſtinus in de ciuitate Dei dicendo nequaquam contra Dei præceptum, ſcilicet, non occides fecerunt, qui Deo authore, bella geſſerunt, aut perſonam gerentis publicæ authoritatis ſecundum ius legis, ſceleratos morte punierunt, & Abraham non ſolum non eſt inculpatus crudelitatis crimine, ſed laudatus, quia voluit filium obedienter occidere, vt habetur 23. q. 5. cap. non occides, apud D. Antoninum loco citato ſupra. Ponamus concluſionem principaliter intentã.

Concluſio principalis homicidium propriè ſumptum, eſt peccatum mortale grauiſſimum, Concluſio iſta probatur ſic. Homicidium eſt contra præceptum decalogi, ſcilicet, Non occides, ergo eſt peccatum mortale, homicidium grauiſſimè eſt punitum à Deo, ergo eſt grauiſſimum peccatum, homicidium punitur ab Eccleſia, & à quacunque lege, ergo pluſquam grauiſſimum, ſi tale peccatum reperiatur, in primis apparet grauitas peccati homicidij ex pœna quam dedit Deus Caym primo homicidæ, in quarto geneſeos, Deus puniuit Caym ſeptem grauiſſimis pœnis, propter fratricidium, ſcilicet, quia occidit Abel fratrem ſuũ, primo effectus fuit infamis quãdo dixit illi Deus. Maledictus erit ſuper terram, ideſt maledictus eris ab hominibus omnibus, Merito enim omnis homo maledicit homicidam quia eſt deſtructor humani generis, cum ipſe exterminat hominem factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, Secunda punitio homicidæ eſt inopia, in ſignum cuius dixit Deus Caym cum operatus fueris terra non dabit fructum ſuum, Tertia pœna homicidiarij, eſt quia homicida ab omnibus contemptibilis effectus eſt, ideo dixit Deus Caym. Vagus, & profugus eris ſuper terram Quarta punitio homicidæ eſt deſperatio veniæ, vnde deſperatus Caym dixit Deo Maior eſt iniquitas mea quam, vt veniam merear, ideſt talis eſt peccatum meum quã miſericordia tua eo quod ſuperat miſericordiam tuam, Quinta pœna eſt damnatio æterna, quod manifeſtat Caym ipſe dicendo Deo ecce eijcis me hodie à facie tua, Sexta pœna homicidarij eſt

Homicidium grauiſſimum peccatũ eſt à Deo ab Eccleſia, & à quacũque lege grauiſſime punitum.

mors

Digitized by Google

mors miſerabilis, ex ipſo ore Caym, omnis qui inuenerit me occidet me, ideſt merito occidere me debet, tanquam ſi eſſem beſtiam, Septima pœna homicidij Caym fuit infirmitas corporis, quod oſtendit diuina ſcriptura dicens poſuit Dominus ſignum in Caym, ſcilicet, tremorem horribilem omnium membrorum, vide D. Antoninum, vt ſupra, Eccleſia ſimiliter varijs, & diuerſis pœnis punit homicidam. In primis homicida voluntarius efficitur irregularis, ſcilicet, inhabilis ad dignitates Eccleſiaſticas, & ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & exercendos. Item homicidium, vel percuſſio enormis clericorum, vel mutilatio membrorum inducit excommunicationem. In foro pœnitentiæ imponebatur pœnitentia ſeptemnis homicidis, & plus etiam pro varietate caſuum. Nunc autem relinquitur arbitrio Confeſſarij habentis authoritatem ab ordinario, vel mittuntur ad illos, vt ſi culpa eſt manifeſta, dentur illis pœnitentiæ publicæ, ſi occulta, detur pœnitentia, varia tamen pro qualitate criminis, quando filij paruuli occiduntur in lecto, puniendi ſunt parentes iuxta ſacros canones, ſed magis Mater, quia ad dictam matrem pertinet magis curam habere de filio illo, quam ad Patrem, ad ipſam pertinet gubernatio, & nutritio filij, Magis ſunt puniendi vxoricidæ quam Matricidæ, non quia grauius ſit peccatum vxoricidij, ſed quia homines magis ſunt inclinati ad illud, quam ad matricidium. Patricidæ grauiſſimè puniuntur, quia peccatum iſtud ſuper omnia alia homicidia grauiſſimum eſt, in foro autem ſeculari omnes homicidæ iſti gladio puniuntur, diuerſimode tamen pro diuerſitate culpæ.

Pœnæ varia aſſignãtur ab Eccleſia homicidæ forũ ſecula re illos gladio pupit.

Homicida ſimilis eſt Diabolo, de quo dicit Chriſtus Dominus Io. 8. Ille erat homicida ab initio, quia occidit animas in corpore primorum noſtrorum parentum, & ſucceſſiuè omnium peccatorum. Facit homicida iniuriam Deo, quia occidit filios Dei, Nam omnes ſumus filij Dei per creationem, & maximè Chriſtiani redempti ſanguine Chriſti ſunt filij Dei dilecti. Item facit iniuriam Angelo qui eſt cuſtos hominum, tandem facit iniuriam proximo occiſo ab illo, & omnibus qui relationem ad ipſum habent, ideo abominabile eſt ipſum homicidium propriè ſumptum, & fugiendum eſt propoſſe & omni conatu, quia inter peccata contra proximum eſt grauiſſimum, non ſolum eſt peccatum mortale, ſed mortaliſſimum. His ſtantibus pro caſus delucidatione, ponendum eſt dubium ex Domino Illuſtriſſimo Caietano contra Scotum motum, & terminatum.

Homicida eſt Diabolo ſimilis, & in homicidio facit iniuriam Deo, Angelo, & proximo ſuo.

Dubium.

INquirit Lector, An iudex licitè poſſit occidere iniquos pro tranquillitate populorum? & pro vtraque parte adducit Authores, & rationes, pro parte affirmatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loco ſupracitato in 2. 2. pro parte negatiua eſt Scotus in 4. d. 13. q. 3.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua abundanter probatur dubium hoc rationibus adductis pro ſecunda concluſione de homicidio licito, & eſt de iure diuino Exodi 22. Maleficos ne patiaris viuere, & hoc obſeruatum fuit à Sanctis, ergo iudex licitè occidere poteſt iuridicè iniquos.

Pro parte negatiua eſt Scotus, vt ſupra, qui dicit non licet occidere peccatores niſi in caſibus expreſſis à Deo, ſcilicet in caſu blaſphemiæ, homicidij, & in caſibus in ſacra ſcriptura contentis, & à Deo reuelatis, & format ſuum ratiocinium ſic. Nullo inferiori licet in lege ſuperiori diſpenſare, lex Dei eſt, vt nullus occidatur. Non occidas, ergo nulla lex poſitiua conſtituens hominem occidendum iuſta eſt, niſi in caſibus acceptis à Deo, ex quibus infert Scotus, quod non videt quomodo lex illa iuſta eſſe poteſt, quod fur qui eſt pure fur, & non inuaſor, &c. occidatur, quia in hoc non audiuimus bullam deſcendentem de cœlo. Pœna adulterij (inquit non tenet modo) licet ſit à Deo, vt vterque mœcus occidatur, quia reuocata fuit à Chriſto Domino Io. 8. dicendo, Mulieri adulteræ, Nemo te condemnauit mulier, neque ego te condemnabo, vade noli amplius peccare.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

THeologus vna cum Illuſtriſſimo Domino Caietano circa hoc dubium declarat fundamentum difficultatis, & in quo errauit Scotus, ſecunde eum Banenſi ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus, poſtea ſoluit inſtãtias Scoti, & aliorũ.

Quo ad primum, dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod ſolutio iſtius difficultatis habetur ex litera D. Thom, in deciſione caſus ibi enim aſſignatur naturalis ac theologalis ratio occidendi aliquos, quia, ſcilicet, homines tales pernicioſi ſunt ciuitati ſeu communitati, ideoque per mortem ab hominibus ſunt remouendi, cum ergo ratio moralium ſumatur ex fine, & ſalus bonorum ſit ratio quare mali ſunt ex radicandi de terra viuentium, conſequens eſt, vt quando ſalus bonorum exigit malorum occiſionem, occidendi ſunt, & quando non exigit, non ſunt occidendi, ex qua doctrina faciliter appatet radix erroris Scoti in dubio contenta, prout obſeruat Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. art. 2. inquit ſalua exiſtimatione celeberimi Doctoris Scoti, ipſe ex falſo fundamento non potuit elicere non niſi falſas concluſiones, falſum enim eſt, quod præceptum illud, Non occides, ea eſſe generalitate intelligendum, vt cunctas in vniuerſum hominum occiſiones repræhendat. Primum enim licet inuaſorem (inculpata tutela occidere) nullatenus in præcepto illo prohibetur, vt clarè habebimus loco ſuo infra. Vlterius ſi præceptum illud adeo erat generale, cur Deus in tot caſibus ſuper illo diſpenſauerit, immo cum præceptum iſtud, Non occides eſſet decalogi inquit Magiſter Sotus, & negatiuum, neque in illo potuit Deus diſpenſare. Iterum. Aut præcepta illa occidendi malefactores legalia erãt, aut naturalia, ſi legalia omnino ceſſarunt, ergo neque modo liceret homicidas occidere, cum non datum ſit aliud præceptum, tales occidendi. His

Occidendi ſunt mali pernicioſi, quando ſalus bonorum hoc exigit.

pro-

ꝓ primò pũcto ſeruatis, cũ Baneſi veniẽdũ eſtà ſm pũctũ ponẽdæ ſunt concluſiones reſpõſiuæ q̃ſito.

Præceptũ nõ occidẽdi non ſe extendit ad omnes occiſiones hominum ſimpliciter, ſed ad nõ occidẽdũ innocentes. & nocentes tantum authoritate publica ſunt occidẽdi

Concluſio prima. Sententia Scoti in hac materia eſt temeraria, & erronea in fide. Concluſio iſta ſic probatur, ſecundum fidem poteſtas publica habet facultatem occidendi, & mutilandi, etiam quod ſit Reſpublica gentilium, quibus nulla data eſt lex diuina, neque nulla facta eſt reuelatio de occiſione peccatorum, ergo chimerica eſt ſententia Scoti oppoſitam affirmantis, ideo irrationabilis eſt, quod autem opinio Scoti ſit erronea, probatur, ſic, D. Paulus Rom. 13. loquens de magiſtratibus publicis dicit, vis non timere poteſtatem, benefac. Si autem non feceris time, non enim ſine cauſa gladium portat, ac ſi appertè dicat iudex habet poteſtatem mutilandi, & occidendi gladio. Hoc idem comprobatur, ſecundũm fidem licitum eſt occidere hæreticos, & igne eos cremare, vt in diſputatione de hæreticis oſtenſum fuit. At Deus non dedit aliquam legem de comburendis hæreticis, neque per ſpecialem reuelationem hoc habet Eccleſia, ergo contra terminationem Sanctæ Eccleſiæ dicit Scotus, requiri neceſſario aliquam reuelationem, vel vt in lege ſit præcepta talis occiſio ad hoc, vt ſit licita. Sequitur etiam ex ſententia Scoti, quod modo in lege Euangelica nullum omnino malefactorem licitum eſſet occidere, probatur ſequela, quia omnino iam ceſſarunt legalia, & ceremonialia præcepta, & in lege noua nulla data eſt lex poſitiua de occidendis huiuſmodi malefactoribus, ergo nõ licet modo occidere quemquam, modo probatur intentum ſic. Ratio Angelici doctoris in corpore articuli procedit ex lumine naturali, ergo lex iſta naturalis eſt, ergo nulla lege poſitiua venit abroganda, valet conſequentia, quia Deus eſt Auctor naturæ, ex quo ſequitur, ſi ex Scoto iure naturæ non licet occidere malefactorem nociuum quantumlibet Reipublicæ, quod lege ſua Deus non perficit legem naturæ, ſed potius illam debilitauit. Tandem ex vſu omnium nationum, legiſlatores lumine naturali ducti ſpirituales leges tulerunt de puniendis pœna capitali aliquibus malefactoribus, prout patet ex doctrina Phyloſophorum qualis fuit Lycurgus, Solon, & alij Senatores Reipublicarum gentiliũ, immo Summi Pontifices ſæpe tali pœna puniunt malefactores, ſunt etiam plura teſtimonia Sanctorum, & ſummorum Pontificum quæ habentur apud Gratianum 23. q. 4. & in titulo de homicidio, in toto iure canonico, & ciuili, & quid dicam opinio iſta Scotica videtur adhærere opinioni Catherorum prout refert Turecremata de Eccleſia lib. 4. c. 35. dicentium, quod poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo malefactores, vt hæreticos. Item fauet opinioni pauperum de Lugduno apud Magiſtrum Seraphynum à Porera, dicentium, quod occidi non debẽt malefici per iudices ſeculares, errores quorum, damnati ſunt à Regio Propheta Pſal. 100. dicenti. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, & Elias Propheta fecit apprehẽdere, & ducere ad Torentẽ Cyton Prophetas Baal, & interficere eos, & Deus dixit Exodi 22. Maleficos ne patiaris viuere, & D. Paulus ad Galatas. 5. vtinam abſcinderentur, qui vos conturbant, cui præcepto vtique ſi tũc fuiſſent Principes Chriſtiani obtẽperaſſent, ſicut, & poſtea factum fuit tempore Magni Coſtantini, Theodoſij, &c. Ecce quantum recedit à veritate Catholica opinio Scotiſta, ideo relinquatur.

Differẽtia nõ parua reperitur inter occiſionẽ hominis, & homicidiũ apud recte intelligentes.

Concluſio ſecunda, Optima explicatio quinti præcepti decalogi eſt. Nõ eſſe occidẽdũ hominẽ iniuſtè, & à nõ habẽte iuriſdictionẽ, pro cuius intelligẽtia obſeruãda eſt differẽtia reperta inter homicidiũ, & occiſionẽ hoïs, hæc duo maximè differunt inter ſe apud Phyloſophos, & Theologos, nominis occiſio, quãuis ſi de genere malè ſonãtiũ, & habeat ſpeciẽ mali, nõ tñ eſt ita intrinſicè malũ, vt nõ poſſit honeſtari aliqua circũſtãtia. v. g. ſi homo qui occiditur ſit malefactor, nociuus Reipublicę, & occiditur authoritate publica. At homicidiũ eſt actio ita intrinſicè mala quæ nullo modo honeſtari põt prout affirmat Doctor Sanctus p. 2. q. 100. art. 8. ad 3. dicendo, ꝙ illud, ꝙ prohibetur ab illo præcepto, Non occide, habet ratiõnẽ indebiti, vel iniuſti. & eſt ſentẽtia D. Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 4. Stãte hac diſtinctione ſic declarata, probatur concluſio ſic, quintũ præceptũ eſt præceptũ naturale. Sed ius naturale prohibet illa tantũ, quæ ſunt contra rationẽ, ergo natura, ſiue obiectũ illius præcepti intrinſicè includit rõnẽ indebiti cõtra rõnẽ naturalẽ, ideo nõ fuit neceſſe. ꝙ in illo præcepto exprimeretur. Nõ occides indebitè, qm̃ ex natura rei talis intelligẽtia includebatur in verbis illis. Non occides, Sicut nec Phyloſophi in diffinitione rerũ explicant verba, ſed tantũ in illa ponunt genus, & differentiã, poſtea in explicãda diffinitionẽ oſtẽdunt quomodo multa alia includebantur in diffinitione illa, ita et, & leges debẽt eſſe breues, & cõpendioſæ, poſtea explicantur à iuriſperitis. His ſtãtibus pro dubij deciſione ſunt ſoluendæ inſtantię, pro parte negatiua, Scoti, & aliorum.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ex iam dictis dicit abundè cõſtat, ꝙ dicta Scoti nihil concludunt, ꝙ i. ſub præcepto non occides, tantũ intelligitur non occides indebitè, & abſque publica authoritate, & quod licet occidere malefactores (iuſte iuſtitiæ ſeruato) & ab habente iuriſdictionem, & non aliter.

Inſtantia 2.

Contra, inquit Durandus in 4. d. 47. q. 4. ergo pari ratione diceremus prohibitum eſſe ire in campum, ſcilicet indebitè, quod ridiculum eſt.

Inſtant. ſolutio.

Nullus eſt occidendo authoritate propria bene publica, & iuridice.

Theologus ſatiſfacit huic inſtantię dicendo, ꝙ maxima differentia eſt in propoſito, ire in campũ, ſi referatur ad mores hominũ eſt aliquid indifferẽter ſm ſe, & abſolutè conſideratũ, at vero occiſio hominis eſt voluntaria ſecundũ ſe, & abſolutè conſiderata eſt de genere malorũ, vnde oportet, ꝙ homicidiũ excuſetur aliqua circũſtantia, ne ſit peccatũ, ſ. ꝙ homo iſte occidendus ſit pernicioſus cõmunitati, & ꝙ occiditur ab habente authoritatẽ, vnde ſufficit, quod in ipſo præcepto dicatur abſolutè non occides, ſcilicet authoritate propria, nec publica etiam niſi iuridice procedendo.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator de nouo inſtat

dicendo, Sequeretur ex hoc, quod licitum eſſet occidere innocentem quando expediret ad bonum communitatis,ſequela hoc medio probatur. Sicut manus eſt pars corporis, Ita innocens eſt pars ipſius Reipublicæ, ergo ſicut licitum eſt abſcindere manum in ordine ad bonum totius. Ita etiam licitum erit occidere innocentem, quia ordinatur ad bonum Reipublicæ. Confirmatur hoc, quia propter ſalutem ipſius corporis licitum eſt abſcindere manum, non ſolu.n infirmam, ſed ſanam, ergo pro bono publico licebit occidere non ſolùm peccatorem, ſed & innocentem. Secundo ſequeretur ex eadem ratione, quod licitum erit occidere hominem (peſte infectum) ne alios inficiat, quia eſt pars communitatis.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat primam conſequentiam ſeu ſequelam Non enim eſt eadem ratio de manu, & de homine innocente. Nam manus non eſt naturaliter propter ſeipſam, ſed propter totum. At homo ex natura ſua eſt, quoddam totum immediatè ordinabile ad finem ſupranaturalem, ſcilicet, ad beatitudinem, & ſi habet rationem partis, hoc habet in ratione conuerſationis vitæ pclíticæ propterea, non poteſt communitas hominem innocentem vita priuare, etiam quod ex hoc ſequeretur ſalus totius Reipublicæ, & hinc eſt, quod quamuis manum ſanam, & integram poſſimus præcindere pro ſalute corporis, non tamen poſſumus occidere innocentem pro ſalute totius Reipublicæ, eadem ratione dicimus, quod nulla ratione infectum peſte, Reſpublica occidere poteſt ad hunc finem, ne inficiat alios, poteſt tamen illum ab alijs ſeparare, quod ſi parere noluerit, tunc pro ſalute populi, & in pœna ſuæ contumaciæ illum occidere po eſt, non autem pro peſte in ſe, cum non ſit peccatum peſtis illa, ſed pro contumacia ſua, ne igitur fallaciæ Scoti in argumento partis negatiuæ dubi præſentis decipiat aliquem, licet formaliter ſun ſolutę ſigillatim reſpondendum eſt, ex doctrina igitur D. Auguſtini dicimus, quod non eſt neceſſe vt detur lex poſitiua de occidendo iniquos, ſufficit enim ad hoc lex naturalis, & humana ex naturali ratione ordinata, immo dicit D. Auguſtinus (loco ſupracitato) quod index inſtiſſimè procedit ſceleratos morte puniendo, ſi ſecundum leges facit. Ad inſtantiam Scoti dicimus, quod legalia omnino ceſſauerunt. Nunc autem in lege noua quo ad occidere homines, legè naturali procedendum eſt, non deuiando tamen à lege naturali poſitiua fundata in lege, & ratione naturali. Nec expectanda eſt alia reuelatio de nouo à Deo, ſimiliter negamus, quod Chriſtus Dominus abrogauerit legem illam veterem contra adulteram, nec prohibuit illam poſſe ſeruari in præſentiarum, dicimus tamen, quod Dominus illis verbis adulteræ oſtendit ſuam manſuetudinem, vnde eſt obſeruandum, quod illo in loco Saluator noſter non induit perſonam iudicis, ſed perſonam Patris, & ortatus eſt Phariſæos ſequi miſericordiam cum proximo ſuo, vt & ipſi miſericordiam conſequentur. Ad illud autem de fure dicimus, quod Principes contra fures potuerunt condere leges, & illos occidere pro pace, & tranquilitate Reipublicæ, vt tactum eſt in diſputat one de furto in dubio proprio ibi. pagina 462. maximè cum æſtat præceptum prohibens furtum, ſcilicet. Non furtum facies. De dubio iſto ſatis ſit dictum. Deſcendamus ad ſolutionem argumentorum pro parte affirmatiua caſus.

Communitas occidere pe reſt infectum peſte ſi nolue rit manere ſegregatus ab ſanis.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Ex doctrina in caſu poſita ſoluitur argumentum addnctum pro parte affirmatiua, dicimus enim quod occidere nocentem iuridice, ab habente poteſtatem non eſt contra præceptum illud. Non occides, ideo non eſt peccatum. Occidere innocentem peccatum eſt, ſimiliter occidere nocentem, ſed non iuridice eſt contra præceptum decalogi, ſcilicet, Non occides, ex quibus patet, quod caſus noſter bene intellectus verificatur quo ad vtramque partem.

Impugnatio Non acceptat hanc reſponſionem Lector dicit, quod reſponſio iſta eſt contra intentionem Domini Matth. 13. dicentis, vt non extirpetur zizania vſque ad meſſem, ergo neque peccatores mortè puniendi ſunt, quia tempore mortis tradentur ad comburendum.

Impugnationis diſlutio. Mali nō ſunt occidēdi quādo eruditis illorum venit in malum bonorum, quando venit in bo num bonorū fic. Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, ex doctrina Angelici Doctoris, quod Dominus abſtinendum mandauit ab eradicatione zizaniorum, vt tritico parceretur, id eſt à punitione impiorum, vt iuſtis non inferatur damnum quod quidem fit, quando non poſſunt occidi mali, quin ſimul occidantur, & boni, & hoc, vel quia mali latent inter bonos, vel quia habent multos ſequaces ita quod, ſine bonorum periculo non poſſunt interſici, vt D. Auguſtinus dicit contra Parminianum, vnde Dominus docet magis eſſe ſinendum malos viuere, & vltionem eſſe ſeruandam vſque ad extremum iudicium, quam quod boni ſimul cum malis occidantur, quando tamen ex occaſione malorum non imminet periculum bonis, ſed magis tutela, & ſalus tunc licitè poſſunt mali occidi prout tactum eſt in dubijs caſus ſecundi diſputationis de hæreticis, ex quibus infert Magiſter Seraphinus à Poreta, quod propter vtilitatem tritici eradicandum eſt zizania, quando poteſt eradicari, & ſi zizania non eradicatur, hoc fit propter triticum, vt conſeruetur triticum, omnia ſunt propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur inquit Apoſtolus, Principes autem mundi huius, quia nequeunt ex malo elijcere bonum, vt facit Deus, debet pro poſſe, ſi comode poſſunt, punire malos quamuis imperfecti ex hoc ſcandalum accipiant, dummodo perfecti ædificantur, quoniam permittere facinoroſos viuere, venit in maximum detrimentum Reipublicæ. Hac de cauſa Apoſtolus loquendo de Principibus dicebat. Non enim ſine cauſa gladium portant.

Argumentum ſecundum Lector contra prædicta format ſecundum argumentum dicendo, Iuſtitia humana conformis eſſe debet iuſtitiæ diuinæ. At iuſtitia diuina expectat peccatorem ad pœnitentiam prout habemus Ezechielis 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertantur, & viuant, ergo & Principes

tempo-

temporales non debent occidere peccatores, ſed magis illos expectare ad pœnitentiam.

Argumenti ſolutio. Mali incorrigibiles, & pernicioſi bonis, ſunt occidendi, corrigibiles non.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ quandoque ſtatim peccatores occidit ad liberationem bonorum, vt conſtat tempore Ezechiæ Regis, & Ioſuæ contra infideles, quos occidit per manum Angeli, & lapidum, ſimiliter gladio Iedæonis, & alios, vt facile eſt videre, quandoque illis tempus pœnitendi concedit, ſecundum quod ipſe nouit ſuis electis expedire, & in hoc humana iuſtitia propoſſe imittatur diuinæ. Illos enim qui ſunt pernicioſi in alios occidit. Illos autem qui peccant in alios non ſic grauiter ad pœnitentiam reſeruat, & alia via punit, iuſtitia enim humana omnino imittari non poteſt diuinam. Nam iudicia Dei abyſſus multa, incomprenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ illius. Deus enim eſt arcanorum cordium ſcrutator atque humanæ ſalutis conditor, Princeps temporalis non habet has perfectiones, vnde non eſt mirum ſi iudicia illius non ſint perfecta, vt ſunt iudicia illa Dei, & ſi non poſſit ita perfectè procedere, ſatis eſt vt faciat, quod in ſe eſt, vt nulli faciat iniuriam.

Impugnatio.

Lector non acquieſcit contra hanc reſponſionem dicit iudex pro poſſe, ſequi debet per hanc reſponſionem Deum in iudicando, ergo dum videt reum impœnitentem non debet illum occidere pro tunc, ſed illum expectare ad pœnitentiam, hoc patet, quoniam ſalus animæ præſtantior eſt ſalute corporis, etiam multorum, & ſi oppoſitum facit iudex non ſequitur ordinem charitatis.

Impugnationis diluſio. Iudicium humanū in puniendo reſpicit bonum publicum, etiā cum detrimē[n]to boni priuati.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod iudices in ponendo leges debent eſſe per maximè clementes, promptiores ad pietatem quam ad iuſtitiam. Nihilominus quando reus adeo eſt facinoroſus, vt confuſionem ponat in communitatem, debet illum occidere etiam, quod oſtendat ſigna impœnitentiæ. Rationem aſſignat dicendo, quod publica punitio non refertur in emendam neque in bonum illius qui punitur, ſed in bonum publicum, vt alij teneantur, & quia bonum publicum præcedit priuatum, ideo illud eſt magis diligendum, & quærendum quam bonum priuatum. Si enim iudex temporalis omni reo impœnitenti parceret vitam, daret occaſionem, vt quilibet reus oſtenderet ſe impœnitentem eſſe, & ſic Reſpublica deciperetur, & detrimentum non paruum reciperet.

Argumentum tertium.

Lector format vltimum argumentum contra prædicta dicendo, quod eſt de ſe malum nullo bono fine fieri licet, per D. Auguſtinum contra mendacium c.7. & per Phyl. 2. Ethi. Sed occidere hominem, ſecundum ſe malum eſt. (Cum charitas ad omnes ſe extendat) ergo vllo, licet occidere hominem peccatorem.

Argumenti ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſoluit hoc argumentum dicendo, homo conſideratur dupliciter, Primo prout in ſua dignitate ſubſiſtit, Secundo prout cecidit ab illa per peccatum. Occidere hominem in ſua dignitate manentem, ſecundum ſe malum eſt. Occidere hominem priuatum ſua dignitate, non eſt ſecundum ſe malum, quia per peccatum effectus eſt ſeruus beſtiarum. Peior eſt malus homo quam beſtia inquit Ariſt. 1. Politicorum, & 7. Eth. c. 10. ideo ſicut licet occidere beſtias, ita licet occidere homines peccatores, tanto enim peiores ſunt beſtijs quanto per ingenium, & voluntatem, pluribus abundant modis nocendi. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubio. Nunc pergamus ad alium caſum, &c.

Peior eſt malus homo quā beſtia vnde tāquā beſtia indomita eſt occidendus.

Caſus ſecundus.

Lector in præſenti caſu diſputare intendit. Si priuata perſona poſſit occidere peccatorem, & quomodo contra alios agere poſſit.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum perſona priuata poſſit occidere peccatorem?

In primo dubio quærit, An homo non ſolum poſſit ſe defendere cōtra ſuum inimicum, ſed poſſit illum offendere?

In ſecundo dubio inueſtigat, An priuata perſona occidere poſſit tyrannum?

In tertio dubio interrogat, An homo poſſit occidere furem, vel latronem?

In quarto dubio poſtulat Lector, An liceat clericis occidere malefactores?

Quæſitum, quo iure ſit prohibitum clericis occidere malefactores, ſcilicet, naturæ, vel diuino aut Eccleſiaſtico?

Caſus ſecundus.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum perſona priuata poſſit occidere peccatorem, & pro vtraque parte, more ſolito format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale conſtruit argumentum. In lege nihil illicitum mandatur, ſed in lege Dei Exodi 32. præcepit Moyſes ex Dei ordinatione, vt vnuſquiſque occidat fratrem ſuum, amicū, & proximum ſuum in pœna commiſſi delicti in ædificatione, & adoratione vituli conflatilis, ergo etiam priuatis perſonis licebit occidere peccatores.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua erigit argumentum ex D. Auguſtino 1. de ciuitate Dei. c. 36. dicenti, qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum occiderit, velut homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem à Deo non conceſſam vſurpare non timuit, ergo priuatæ perſonæ non licet occidere hominem peccatorem.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum, tria facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo proponit, & terminat dubia occurrentia in hac materia, Tertio ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ caſus. Quo ad primum reſpondet quæſito ſic.

Occidere malefactores licet ſolũ Principibus habẽtibus publicã poteſtatẽ, perſonæ priuatæ minimè.

Concluſio, Solis Principibus habentibus publicam poteſtatem, licitum eſt occidere malefactores, & non alijs, ideſt non priuatis perſonis, Probatur concluſio iſta quo ad vtramque partem tali medio. Occidere malefactorem ad illum ſolum pertinet cui committitur cura communitatis conſeruandæ. At ſolis Principibus, & non priuatis perſonis, commiſſa eſt conſeruatio communitatis, ergo priuatæ perſonæ non licet occidere malefactores, ſed tantum Principibus habentibus authoritatem. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur à ſimili, ſicut ad medicum pertinet præſindere membrum putridum, quando illi commiſſa fuerit cura talis infirmi. Ita ſolis Principibus habentibus poteſtatem in Republica quibus commiſſa eſt gubernatio communitatis, licebit occidere malefactores, ergo hoc non licebit priuatis perſonis cum illis non ſit commiſſa talis cuſtodia. Hanc veritatem manifeſtamus authoritate diuinæ ſcripturæ, habemus Matth. 26. & Io. 18. quod Dominus repræhendit Petrum, illi dicendo. Pone gladium tuum in vagina, & rationem illi aſſignat dicendo, omnis qui acceperit gladium gladio peribit, in quibus verbis certos nos facit Dominus, quod nullæ priuatæ perſonæ licet occidere malefactores, & ille qui appoſitum facit grauiſſimè puniendus eſt, propterea ſubdit Dominus. Omnis qui accipit gladium gladio peribit, loquitur enim Dominus de perſonis illis de quorum numero erat tunc Petrus, ſcilicet, de perſonis priuatis, non autem de publicis. Ille enim accipit gladium qui ex ſeipſo priuata authoritate accipit illum, perſonæ enim publicę non accipiunt gladium contra malefactores, ſed vtuntur illo dato ſibipſis à poteſtate diuina, cuius miniſtri ſunt, prout affirmat Apoſtolus Rom. 13. dicendo de illis loquendo miniſtri Dei ſunt ad vindictam malorum, ad laudem bonorum. Non enim ſine cauſa gladium portant. His ſtantibus pro caſu iſto, vt magis percipiatur proponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

In hoc dubio inueſtigat Lector, An perſona poſſit ſe defendere contra inimicum, & illum occidere, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic procedit. Illud quod habetur ex inſtinctu naturæ eſt licitum. At naturaliter vnuſquiſque non ſolum ſe defendit à ſuo inimico, ſed quærit illum offendere, & aliquando occidere, ergo hoc licet, ſcilicet, in ſui defenſione occidere inimicum ſuum.

Partis negatiuæ probatio. Nota.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Illud non eſt licitum, quod eſt contra præceptum diuinum, ſed offendere inimicum eſt contra præceptum diuinum, ergo non eſt licitum. Maior propoſitio conceditur à quolibet Chriſtiano. Minor habetur ex ore Dei dicentis, Mihi vindictam, & ego retribuam in tempore, ergo non licet offendere inimicum pro ſui defenſione.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus ponit vnam diſtinctionem, & duabus concluſionibus iuxta membra diſtinctionis ſatisfacit quæſito, tandem ſoluit inſtantiam partis affirmatiuæ. Quo ad primum dicit, quod offendere inimicum ſtat dupliciter, vel ex intentione offendendi illum, vel ex intentione ſe defendendi ab illo, quaſi coactè illum offendendo, vel etiam occidendo, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Non licet occidere hominem ad vindicandas iniurias ſibi illatas nec illum offendere poteſt tamen ſe defendere.

Concluſio prima, Non licet homini cuilibet occidere inimicum, etiam ſe defendendo ad vindicandas iniurias ſibi illatas;

Concluſia iſta ſic probatur, inquit Deus, Mihi vindictam, & ego retribuam in tempore, ergo perſonæ priuatæ non poſſunt vindicare iniurias ſibi illatas, cum hoc ſeruetur Deo, immo Deus ſibi reſeruauit vindictam ſummere contra peccatores, Secundo probatur, hoc ratione naturali, ſi enim eidem ipſi qui iniuria paſſus eſt vindictam nam commiſiſſet, nemo reperiretur, qui non vltra iuſtum ſe vindicaſſet. Dolor enim illatæ iniuriæ, & rationem obnubilat, & affectum in radice inflãmat: ideo vindicta non ſumeretur ſecundum rationem, & iuſtitiam, ſed ſecundum paſſionem, vidimus enim, quod homo paſſione ductus pro minima iniuria accepta, vult non ſolum vapulare, ſed vulnerare, immo occidere illum à quo iniuriam accepit, ergo cum præclariſſima virtus iuſtitiæ, non animo conturbato, ſed integro iudicio ſit exercenda, & debeat executioni mandari, quæ virtus non poteſt reperiri in offenſo, ideo datæ ſunt leges humanæ, & diuina de vindicta ſumenda pro iniuris, non ab eo qui iniuriam accepit, ſed à iudice, qui procedere debet ſecundum allegata, & probata, & ſumere vindictam iuxta plagarum modum, ſecundum enim menſuram delicti debet eſſe plagarum modus, qui ſeruari debet à iudice, cum offenſus hoc facere non poſſit. Poteſt vtique ſe defendere ab inimico, ſed non poteſt quærere illum offendere, ſi autem preter intentionem ſuam illum offenderet non peccaret, & vt clarius hanc veritatem percipiamus pono ſecundam concluſionem reſponſiuam quæſito.

Homo offendes inimicũ defendẽdo ſe ab illo, non peccat, vt ſic.

Concluſio ſecunda. Si homo in defendendo ſe à ſuo inimico offendit illum non ex intentione non peccat, Concluſio iſta certiſſima eſt, quia peccatum non eſt peccatum niſi ſit voluntarium. An homo poſſit occidere inimicum inuaſorem defendendo ſeipſum, videbimus infra, quoniam hic non eſt proprius locus huius diſputationis. His ſtantibus pro dubio iſto ſoluenda eſt inſtantia, partis affirmatiuæ dubij.

Inſtan-

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantiam adductam contra prædicta dicendo, quod de appetitu naturali loqui poſſumus dupliciter, vel de appetitu regulato à ſenſu, vel de regulato à ratione, argumentum concludit de appetitu naturali corrupto regulato à ſenſu qui ducit ad peccatum. Nos autem loquimur de appetitu regulato ratione, & dicimus, quod huiuſmodi appetitus inuitatur ad defendendum ſeipſum omni modeſtia, & non procedere vltra, & ſpiritus qui carnem mortificat, præcipit, vt offenſas acceptas dimittamus fratribus, & vindictam dimittamus Deo. Hæc ſint pro dubio iſto, ponamus aliud.

Dubium ſecundum.

LEctor in hoc dubio quærit, An priuata perſona occidere poſſit tyrannum, & adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale ratiocinium formatur ex inſtinctu naturæ quilibet ponere debet vitam pro defenſione patriæ, iuxta addagium illud pugna pro patria, ergo multo magis debemus liberare patriam à tyranno, ergo ſi non poſſumus hoc facere alia via, debemus tyrannum occidere, ergo priuata perſona poteſt occidere tyrannum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt deciſio, caſus, ſcilicet, quod nulli priuatæ perſonæ licet occidere peccatorem, ergo neque tyrannum, cum & ipſe ſit in numero peccatorum.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem bimembrem, & illam declarat, Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones reſponſiuas quæſito, Tertio vtriuſque partis ſoluit inſtantias. Quoad primum ponitur talis diſtinctio, duplex eſt tyrannus, quidam eſt tyrannus in modo gubernandi & regendi populum. Iſte poteſt eſſe verè Dominus, & Princeps, licet tyrannicè ſe gerat. Nam omnia iura, & commoda Reipublicæ refert ad ſuam vtilitatem, vt faciunt Imperatores, & Reges Turcarum. Iſti tyranni nutriunt diſcordias inter Ciues, penuriam in populo, & alia permittunt, & faciunt in Regno, pro proprio intereſſe, vt ipſi lucrentur, ſecundus eſt tyrannus in dominatu, quatenus contra omnem iuſtitiam acquiſiuit dominium iſtud, violentia, vel fraude, ſeu tradimento, contra voluntatē ſubditorū, ſtante hac diſtinctione ponēdæ ſunt concluſiones reſpōſiuæ.

Duplex tyrannus vnus eſt tyrannus in modo regendi tantum, ſecundus eſt tyrānus quo ad dominiū Regni.

Concluſio prima, Tyrannus primo modo ſumptus, ideſt tyrannus quo ad modum gubernandi tantum, ſcilicet, verè Princeps tyrannicè regens regnum, vel ſtatum ſuum, non licet occidi à priuata perſona.

Tyrannus in modo regēdi ſūtum, qui eſt verè Dominus nō poteſt occidi à priuata perſona.

Concluſio iſta probatur authoritate Conſilij Conſtancienſis, ſeſſione 15. vbi refertur tanquam error contra fidem aſſerere, quod licitum ſit interficere tyrannum qui eſt verè Dominus, à priuata perſona. probatur etiam concluſio iſta ratione, iſte tyrannus habet legitimum ius ad regnum, ergo non poteſt ſpoliari tali iure antequam eius cauſa publica authoritate diſponatur, & iudicetur, ergo ſi quis eum occideret, vt liberetur eius dominiū à ſua tyrannide contra ius ageret, quærit Magiſter Dominicus Banenſis quid nam erit licitum Reipublicæ agere, quando tyrannicè opprimitur à legitimo Rege?

Quæſitum.

REſpondet quæſito dicendo, quod in tali caſu Reſpublica poteſt, & debet recurrere ad Principem ſuperiorem, ſcilicet, ad Papam, vel ad Imperatorem, vt corrigant, & detineant talem Principem tyrannicè gubernantem. Si autem tale remedium non poſſet prodeſſe, vel non fuerit efficax, aut periculum eſſet in mora, Reſpublica illa in caſu iſto poteſtatem habet procedendi contra Principem iſtum, quod ſi ille admonitus noluerit corrigi, poteſt illum à regno eijcere, & occidere (ſi opus fuerit) & aſſignat rationem Banenſis dicendo, quod iure naturæ Rex ordinatur ad bonum communitatis, & non econtra, & hac de cauſa Reſpublica contulit Regi ſuo authoritatem ad bonam gubernationem ipſius Reipublicæ. ergo in caſu quo Rex tyrannicè gubernaret, poteſtatem eſt in Republica deponendi, & etiam occidendi Regem ſuum, pro bono, & pace ipſiuſmet Reipublicæ. Hoc (inquit Magiſter Banenſis) quod diximus, intelligendum eſt per ſe, & abſolutè loquendo, conſideratis conditionibus Reipublicæ, & Regis. Nihilominus ſepiſſimè accidere ſolent circunſtantiæ propter quas minus malum erit ſubſtinere tyrannicam gubernationem, quam admouere Principem tyrannum. Cum maiores calamitates, vt in pluribus accidant Reipublicæ ex tali remotione, In primis ſequitur diuiſio in ipſa Republica, & bellum ciuile, & quandoque cum detrimento Chriſtianæ Religionis, & multa alia damna recipit Reſpublica, qua propter in re dubia ſemper eſt fauendum Regi potius quam communitati, in materia iſta videndus eſt D. Thom. opuſculo 20. De regimine Principum. lib. 1. c. 6. ſimiliter legendus eſt Magiſter Dominicus à Soto de iuſt. & iure. lib. 5. q. 1. art. 3.

Reſpublica habet ius ad remouendū, & occidendū Regem tyrānicè gubernantem, ſed vti illo non expedit multotics.

Concluſio ſecunda, Cuicunque priuatæ perſonæ licitum eſt interficere tyrannum, qui tyrannicè adeptus eſt regnum, & contra iuſtitiam illud poſſidet.

Concluſio iſta probatur ratione, & exemplis. Ratione ſic, Reſpublica gerit bellum perpetuum cum tali tyranno, ergo quilibet ciuis, tanquam miles Reipublicæ poterit huiuſmodi tyranum interficere, licet enim vim vi repellere, declarat hanc veritatem Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo duo, primo dicit, quod licitè poteſt tyranus iſte à quolibet de populo occidi pro liberatione populi, quando non poteſt haberi recurſus

Cuicunq; priuatæ perſonę licet interficere tyrānū, qui tyrānicè acquiſiuit Regnū, & illud iniuſtè poſſidet.

Nn 3 ad ſu-

ad ſuperiores. Secundo dicit, quod quando ſic occiditur non occiditur à perſona priuata propriè, ſed occiditur publica authoritate cum talis tirannus ſit hoſtis populi, habens continuè iniuſtum bellum cum populo, quod autem ſit hoſtis populi patet ex hoc, quia inuaſor eſt, & oppreſſor libertatis ſeu iuris publici illius, quod autem habeat continuum bellum cum populo conſtat, quia ex dominio iniuſtè acquiſito, in quo incipit bellum iniuſtum ex parte tiranni, ſeipſum vocans Regem, ſeu Dominum Regni, populumque cogit ad recognoſcendum ſe pro Domino, quod bellum nulla treuga eſt interpoſitum, nulla pace terminatum, ſed ſubcumbens iacet populus. Cum igitur bellum iſtud ex parte tiranni ſit iniuſtum, & ex parte populi ſit iuſtum, conſequens eſt, vt quilibet de populo inſurgens pro Republica contra tirannum bellum iuſtum agat, & authoritate iuſti belli, vt pars Reipublicæ, & miles illum poteſt occidere. Nec obſtat inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, Si tirannus à principio ſine bello ſe fecit Dominus, quoniam ipſa vſurpatio dominij, inuito populo, eſt debellare populū ſemper enim adeſt bellum implicitum, vel explicitum, vnde ſemper populus habet iuſtum bellum contra tirannum.

Concluſio iſta etiam probatur exemplis prout facit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ex Angelico Doctore, in 2. d. 44. art. penultimo ad vltimum argumentum, ibi enim dicit, loquendo contra tirannum, quod quando non eſt recurſus ad ſuperiorem, laudabiliter tirannus, qui per violentiam ſe fecit Dominus occiditur à priuata perſona, quamuis non omnem peccatorem occidere poſſit priuata perſona, talem tamen peccatorem licebit occidere, quia vt ex ſuperioribus conſtat, talis perſona in tali caſu agit, vt miles, & occidit authoritate publica ſuæ Reipublicæ. Confirmat hoc Caietanus authoritate diuinæ ſcripturæ ex 3. Iudicū, vbi legitur, quod Aioth perſona priuata occidit Eglon Regem Moab pro liberando populo ab eius ſeruitute, hoc affirmat ex ſententia D. Th. lib. 1. de regimine Principum c. 6. Banenſis autem addit, & quamuis ipſe Aioth miſſus fuerat tanquam legatus filiorum Iſdrael, per quem miſerunt munera Regi Eglon, Nihilominus excuſari poteſt à peccato, non ſolum, quia id fecit motus Spiritu Sancto, ſed etiam quia ille poſtquam impleuit officium legati, & iam abierat, poſtea reuerſus eſt, vt perſona priuata, & dixit ad Regem, verbum ſecretum habeo ad te o Rex. Tunc Rex miſit foras famulos, & manſit ſolus cum illo, quod imprudenter fecit (permittente Domino) propterea Aioth non infamauit officium ſuum legati, ſed vt ciuis liberauit patriam ſuam à ſeruitute tyrannica Moab. Hoc idem fecit Iudith, contra Holofernē per inſidiam. Hinc ortum habuit, quod in hiſtorijs Romanorum laudatur Brutus qui interfecto tyranno, Romam liberauit, & noſtris temporibus laudantur, & meritò quidem noſtri milites, qui ſimulatè ingrediuntur caſtra inimicorum cum periculo vitæ illorum, & occidunt Principes, aut Duces illorum qui iniqua bella gerunt contra Principes ſuos Patrones.

His tamen diligenter conſideratis, & dato, quod de rigore iuris licitum ſit procurare mortem tyranni, non tamen eſt conſilium hoc ſemper facere, niſi vbi Reſpublica nulla alia patente via, hoc facere poſſit, & exiſtat in extrema neceſſitate, & præcipuè in promptu habeat (vt illo extincto) libera omnino ſit à ſeruitute, quia alias huiuſmodi interfectiones non ſolent habere proſperos ſucceſſus, immo interfectores, quando id priuata authoritate exequuntur peius deteriuſque Reſpublica ſe habet quam ſub tyranno, qua de cauſa vetula illa ſyracuſana optabat incolumnitatem Dionyſio tyranno, ne fieret ipſe durior alteri tyranno ſucceſſerat, Ita & imanior illo tertius ſuccederet, & prudenter loquebatur, quia ſepiſſimè hoc accidiſſe reperimus. His ſtantibus ſoluendę ſunt inſtantiæ. *Cautè procedere debet ciuis in procurando mortē tyranni Principis.*

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit inſtantiæ partis negatiuæ dubij dicendo, illam rectè concludere pro ſecunda concluſione ſeruatis ſeruandis. Ad inſtantiam pro parte negatiua dicit, quod quando ciuis occidit tyrannum qui vſurpauit ſibi regnum, non occidit ſimpliciter, vt perſona priuata, ſed vt miles, & authoritate publica Reipublicæ, vt declaratum eſt, hæc ſufficiant pro dubio iſto, ad aliud accedamus. *Inſtant. ſolutio.*

Dubium tertium.

In hoc dubio quærit Lector, An homo occidere poſſit furem, vel latronem, pro vtraque parte format ratiocinia.

Pro parte affirmatiua talem rationem adducit. Fures, & latrones ſunt hoſtes Reipublicæ, ergo quilibet de Republica eos occidere poteſt ſicut, & tyrannum. *Partis affirmatiuæ probatio.*

Pro parte negatiua eſt validiſſima ratio. Nullus priuata authoritate niſi pro defenſione ſuæ vitæ poteſt occidere quemquam, ergo neque furem ſeu latronem occidere poteſt. *Partis negatiuæ probatio.*

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus pro dubij deciſione tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primum dicit, quod duplex eſt fur, nocturnus, & diurnus, nocturnus, vel cognoſcitur pro fure, vel non, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima, Fur nocturnus ſi diſcerni non poteſt, quod ad furandum, & non ad occidendum venerit, nec alias poteſt deprehendi, poteſt occidi à priuata perſona, ſi autem poteſt cognoſci quod ad furandum venerit, & non ad occidendum, poteſt quis illum apprehendere, non tamen illum occidere, vt habetur. ff. de furtis. l. furem. *Non licet occidere furem quemquā priuata authoritatem niſi pro latrone qui ad occidendū venerit exuraretur.*

Ra-

Ratio eſt quia pro vitæ tuitione in ſui defenſionem licet occidere inuaſorem, alias non, & quia fur nocturnus aliquando non cognoſcitur pro fure, ſed timetur, quod venerit ad occidendum, pro tuitione propriæ vitæ ſi non poteſt apræhendi occidi poteſt. At quando cognoſcitur pro fure, ſcilicet, quod ad furandum venerit, apprendi poteſt, vt iuſtitia illum puniat de delicto, & occidi non poteſt, cum non liceat pro rebus externis ponere vitam proximi, niſi hoc fiat publica authoritate.

Licet occidere furem vt inuaſoré aſſaſſinũ viatorum, & depopulatorem agrorum nocturnum.

Concluſio ſecunda, Furem diurnum non licet occidere, niſi fur defendendo ſe offendat Dominum, tunc autem ſi aliter fieri non poteſt occidi poteſt. Concluſio iſta probatur, quia melioris conditionis eſt Dominus quam fur ille, ergo cum Dominus non poſſit defendere ſe, & res ſuas niſi occidẽdo furem inuaſorem, illum occideret poterit.

Concluſio tertia, Latronem inſidiantem in itineribus quilibet poteſt occidere ſecundum leges Arg. 23. q. 3. c. Fortitudo, ſimiliter cuilibet licet occidere depopulatorem nocturnum agrorum &c. Extra hũc caſũ authoritate propria nulli licet occidere quemquam, nec etiam iudæum, infidelem, paganum, hæreticum, &c. Ex quibus concluſionibus ſolutæ manent inſtãtiæ vtriuſque partis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit inſtantiæ partis affirmatiuæ dicendo, quod alia eſt ratio de tyranno, & alia de ſimplice fure, quia fur ſimplex occultè furatur, tyrannus manifeſtè, fur ſine violentia, & tyrannus cum violentia. Si autem fur vtitur violentia, vt in ſecunda, & tertia concluſione, idẽ iudicium ſit de tyranno, & fure latrone, & aſſaſſino, fur ſimplex priuata authoritate occidi non poteſt, ſiue ſit nocturnus, ſiue diurnus, fur offendes Dominos rei poteſt occidi ſicut, & latro, & aſſaſſinus.

Inſtant. ſolutio.

Ad inſtantiam pro parte negatiua dicitur, quod talis fur offendit Dominum rei, ideo occidi poteſt ſicut, & latro, & aſſaſſinus priuata etiam authoritate. Hæc dicta ſint pro dubio iſto. Accedamus ad vltimum.

Dubium quartum.

In hoc dubio quærit Lector, An liceat Clericis occidere malefactores, hoc quærit, quia rationes ſunt ex vtraque parte, Nam ex ſupradictis conſtat licitum eſſe poteſtate publica occidere malefactores, merito pro complemento intelligentiæ caſus præſentis, quærit Lector, An hoc ſit adeo licitum, quod poſſit etiã competere clericis, ita vt ipſi occidere poſſint.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua adſunt valediſſimę rationes, Prima deſumpta ex authoritate, vel exemplis ſanctorum. Clerici præcipuè implere debent, quod præcipit Apoſtolus 1. Cor. 4. Imitatores mei eſtote ſicut, & ego Chriſti. Sed Deus, & Sancti occiderunt malefactores, ergo, & hoc facere debent clerici. Minor probatur Deus teſte Dauid. Pſal. 135. occidit malefactores. Nam inquit Propheta loquendo de Deo, qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum. Moyſes per manus leuitarum interfecit viginti tria milia hominum propter adorationẽ vituli Exodi 32. Finees ſacerdos interfecit Iſdraelitem cum Madianitide coeuntem 25. numerorum. Samuel interfecit Agag Regem Amalech, & Elias occidit Sacerdotes Baal, &c. In teſtamento nouo D. Petrus occidit Ananiam, & Saphiram, ergo eadem ratione, & Clerici poſſunt occidere malefactores.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Apoſtolus Paulus 1. ad Timothæum cap. 3. quo in loco dicit Apoſtolus, oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, non vinolentum, non percuſſorem, ergo Clericis non licet interficere quemquam.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

Lector Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatiſfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Non licet Clericis occidere malefactores quia miniſtri Chriſti ſunt.

Concluſio reſponſiua quæſito. Non licet Clericis occidere malefactores, duplici ratione deſumpta ex D. Thom. probatur concluſio iſta, Primo probatur ſic, Clerici electi ſunt, & deputati ad altaris miniſterium, ſed in altari repræſentatur paſſio Chriſti occiſi, teſte D. Petro, prima, 2. capit. qui cum pateretur non comminabatur, non repercutiebat, ergo Clerici non competit, vt ſint percuſſores, & multominus, vt ſint occiſores, valet conſequentia, debent enim miniſtri ſuum Dominum imittari, prout habetur Eccleſiaſt. 10. ſecundum iudicem populi, ita & miniſtri eius, inde ex Chriſtus non venit occidere, ſed vitam dare, prout dixit ipſe, ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, ergo Clericis miniſtris eius non licet occidere, ſed procurare debent vitam animæ proximis ſuis, Secundo probatur intentum ſic, Clericis committitur miniſterium nouæ legis, ſed in noua lege non determinatur pœna occiſionis, vel mutilationis corporalis, ergo Clerici ad hoc vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti, debent ab occiſione, & mutilatione abſtinere, ergo non licet illis occidere quemquam.

Quæſitum.

In hoc quæſito quærit Lector quo iure ſit prohibitũ Clericis quod nõ poſſent occidere hominem, vel iure naturæ, vel iure diuino, vel iure Eccleſiaſtico? Aliud ius non datur, quod ad hoc poſſit Clericos abſtringere.

Quæſiti reſponſio.

Concluſio reſponſiua trimembris. Clericis non eſt prohibitum occidere malefactores iure naturæ, nõ iure diuino, ſed iure Eccleſiaſtico.

Concluſio iſta probatur quo ad ſingulas partes, Primo quod non ſit prohibitum Clericis occidere

Prohibitiũ eſt clericis interficere malefactores non de iure naturæ non de iure diuino, ſed de iure Eccleſiaſtico.

cidere malefactores de iure naturæ probatur ſic, nulla adeſt deſonantia cum iure naturali, quod Sacerdos exerceat officium iuſtitiæ punitiuæ, per maximè neceſſarium ad populi tranquilitatem, ergo talis prohibitio facta ſacerdotibus ſeu clericis Eccleſiaſticis non eſt de iure naturæ. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur. Nam ſacerdotes, & leuitæ, & alij religioſi veteris legis prout probat argumentum pro parte aſſirmatiua dubij exercebant huiuſmodi miniſterium, ergo non eſt contra ius naturæ, quod ſacerdos, & clericus non interficiat malefactores, ergo talis prohibitio illis non eſt facta de iure naturæ.

Quod autem talis prohibitio non ſit de iure diuino poſitiuo, ſic probatur. Aliquod præceptum eſſe de iure poſitiuo diuino, ſtat dupliciter, Primo quia in ſacra pagina ſcriptum eſt, Secundo quia eſt poſitum ab ipſo Deo tanquam de re ſupra naturali, vt præcepta ſacramentorum ſed preceptum factum clericis, vt, ſcilicet, non interficiãt malefactores, non reperitur in ſacra ſcriptura, neque poſitum à Deo tanquam de re ſupra naturali, ergo non eſt de iure poſitiuo diuino. Maior propoſitio apud Theologos eſt per ſe nota. Minor ſic probatur, communis ſententia Theologorum eſt, quod in lege noua, non continetur aliquod diuinum præceptum poſitiuum, præter illa quæ obligant ad receptionem ſacramentorum, non excludendo præcepta fidei, ſpei, & charitatis, reſpectu hominis ordinati ad finem ſupranaturalem. Sed præceptum, quod clerici non occidant malefactores non continetur in aliquo prædictorum præceptorum, neque ex illis colligitur, ergo talis prohibitio, non eſt de iure diuino poſitiuo, In ſignum cuius Pontifices, quando ſibi videtur expedire ferunt ſententiam ſanguinis, etiam in clericos Cardinales, ergo in ſummo Pontifice eſt talis poteſtas occidendi, & per conſequens Pontifex maximus poteſt cauſam illam committere Prælatis inferioribus, ergo non eſt contra ius diuinum, vt Prælati ſeu Clerici occidãt malefactores.

Impugnatio prima.

Inſurgit Argumentator, & impugnat tripliciter membrum hoc ſecundum noſtræ concluſionis, & vult probare, quod prohibitio facta clericis ne occidãt malefactores ſit de iure diuino, primo ſic, Apoſtolus Paulus 1. Cor. 3. dicit hæc verba, Oportet Epiſcopum in repræhenſibilem eſſe, non vinolentum, non percuſſorem, ergo talis prohibitio eſt de iure diuino.

Impugnationis dilutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod Apoſtolus ibi prohibet iniquam percutionem, non autem illam quæ poteſtate publica exercetur.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Argumentator. Si reſponſio, vel interpretatio iſta eſſet vera, ineptè D. Thom. aduxiſſet teſtimonium Apoſtoli ad probãdum, quod non licet clericis interficere malefactores. Nam interfectio quæ fit priuata authoritate non eſt licita, neque clericis, neque laicis, ergo D. Thom. intelligit, quod vllo modo licet clericis interficere malefactores.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ex doctrina Banenſis ſupra D. Th. 2, 2. q. 64. art. 4. tripliciter reſpondet huic difficultati, Primo dicit, quod præcepta quæ ab Apoſtolis ſuis temporibus tradita ſunt ad bonam gubernationem Eccleſiaſticam. Aliqua tradiderunt tanquam de iure diuino, aliqua præcipiebant tanquam Prælati ordinarij Eccleſię, de quorum numero eſt prohibitio iſta facta clericis, vnde Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de inſt. & iure. q. 1. art. 4. dicit, quod quando Apoſtoli loquebantur tanquam Apoſtoli eaquę proferebant tanquam organa Dei, vnde in his quę ad fidem pertinent immediata reuelatione mouebantur, & iſta tenenda, & ſeruanda ſunt, vt pręcepta diuina ad fidem neceſſaria. Alia autem quę pręcipiebant, vt Paſtores Eccleſię non ſunt pręcepta diuina, ſed pręcepta Eccleſiaſtica, ſicut modo pręcepta Papę, & Conſiliorum non ſunt de iure diuino, ſed Eccleſiaſtico, & quod hoc verum ſit, haberi poteſt ex 15. Actuum Apoſtolorum, quo in loco dicit Apoſtolus Petrus, viſus eſt Spiritui Sancto, & nobis, non dicit tantum, viſum eſt Spiritui Sancto, ſed addit, & nobis, quia tunc in conſilio non vtebatur immediata reuelatione, ſed humana conſultatione (Spiritu Sancto tamen aſſiſtente) ne in tali terminatione errarent, ex quibus patet, quod prohibitio Pauli facta Clericis ne ſint percuſſores, non eſt de iure diuino poſitiuo, ſed eſt de iure Eccleſiaſtico, Secundo eidem difficultati reſpondetur dicendo, quod Apoſtolus illo in loco loquitur tantum de Epiſcopo, vnde dato, quod prohibitio illa eſſet de iure diuino, non ſe extenderet ad omnes clericos, ſed tantum ad Epiſcopus, quęſitum autem noſtrum eſt de clericis in communi, Tertio loco dicitur ad inſtantiam ex D. Thom. quod Doctor Sanctus adduxit authoritatem illa Apoſtoli in argumento ſed contra, quod argumentum non ſemper neceſſario concludit, immo literalis ſenſus ipſius dicti D. Pauli nõ deſeruit propoſito, ſed ſententia illa adducta fuit ſecundum quandam congruentiam, vt oſtenderet qualem manſuetudinem, & modeſtiam debeat habere Epiſcopus, hac igitur de cauſa prohibuit Eccleſia ipſis Clericis malefactores occidere, etiam publica authoritate, vt plenius repręſentarent manſuetudinem Chriſti Domini noſtri.

Præcepta tradita ab Apoſtolis aliqua ſunt de iure diuino aliqua de iure Pontificis pro regimine Eccleſiæ.

Impugnatio tertia.

Contra inquit Argumentatur Chriſtus Dominus vnquam vſus fuit hac poteſtate punitiuè, neque docuit illam miniſtris ſuis, ergo in nullo caſu clerici illa vti poſſunt, per conſequens videtur, quod de iure diuino ſit prohibitum clericis occidere malefactores.

Impugnationis diſtinctio,

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod ex puris negatiuis nihil ſequitur, Chriſtus non occidit malefactores, Chriſtus hoc non docuit, ergo illi aliquando non licuit, ergo hoc clericis non licet, negatur conſequentia, ex hoc enim ſequeretur, quod non liceret clericis habere dominium temporale, neque iuriſdictionem temporalem, cum Chriſtus Dominus illud non habuit, nec vſus eſt huiuſmodi iuriſdictionis poteſtate, & ſic de ſimilibus,

De iure Pontificio antiquiſſimo prohibitum eſt clericis interficere malefactores

Accedamus ad tertium membrum concluſionis noſtræ, quod eſt tale. De iure poſitiuo antiquiſſimo in Eccleſia Dei eſt huiuſmodi ſtatutum, ſcilicet, quod clericis non liceat interficere malefactores, tanquam maximè conforme cum iure diuino Euangelico, ex canonibus Apoſtolicis comprobatum in Conſilio Conſtantinopolitano c. Epiſcopum. d. 45. Rationes comprobantes concluſionem principalem dubij ad hoc tendunt, ideo ſine vrgenti cauſa, & neceſſitate in hoc præcepto clerici non ſunt diſpenſandi, cum Eccleſia ad hoc præcipuè tendat, vt clerici non ſint percuſſores iuxta ſententiam Apoſtoli Pauli. Ratio igitur huius ſanctionis Eccleſiæ, inquit Magiſter Dominicus à Soto, fundatur in doctrina, & honeſtate quæ in clericis reperiri debent, qua propter qui ſacris initiantur ſicut votum emittunt ne ſe ſemine polluant, ita lex Eccleſiæ illis prohibet ne contaminentur ſanguine. Ita quod ex communi ſententia doctorum prohibitio hæc ſe extendit ad omnes clericos, etiam ſi tantum ſint in minoribus conſtituti, De Acolitho habetur expræſſe in ca. fine, de clerico percuſſo. De clericis initiatis prima tonſura tantum, non ſic eſt certum, tenet tamen Magiſter Dominicus Banenſis, quod prohibitio iſta etiam ad illos ſe extendat. Nam quamuis prima tonſura, non ſit ordo (ſecundum probabiliorem opinionem) tamen conſtituit hominem in ſtatu clericali, & facit hominem capacem beneficiorum Eccleſiaſticorum, & illi gaudent priuilegio clericorum prout habetur in cap. Si quis ſuadente Diabolo, de ſententia excommunicationis, ergo ille euitare debet illa quæ non decent ſtatum clericalem. Reſpectu tamen culpæ, varia eſt conditio, qui in minoribus conſtitutus eſt effundendo ſanguinem iuridicè non peccat mortaliter inquit Magiſter Dominicus à Soto, cum ordines illi non ſint propriè ſacri. In ſacris exiſtens occidendo malefactorem (abſque diſpenſatione Papæ) peccaret mortaliter, ſiue ſit iudex, ſiue ſit miniſter, primi tamen peccarent venialiter ſaltem, quia omnibus clericis interdicta eſt effuſio ſanguinis. Addit tamen Magiſter Dominicus Banenſis, ſi initiatus primæ tonſuræ vellet vltro ſuſcipere officium iudicis, aut teſtis, aut tabillionis &c. in cauſa ſanguinis, priuaretur priuilegijs clericorum, & remaneret irregularis ad vlterius procedendum in clericatu, ſicut omnes iudices, & miniſtri in cauſa ſanguinis ſunt irregulares. His declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Prohibitio facta clericis de effuſione ſanguinis ſe extēdit etiā ad eos qui initiati ſunt prima tōſura.

Omnes miniſtri in cauſa ſanguinis ſūt irregulares etiā quod nō peccant, ſi iuridicè procederēt.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

PRimæ inſtantiæ Theologus negat conſequentiam, & ad probationem dicit, quod vnuſquiſque in actionibus ſuis imitari debet Deum non abſolutè, ſed ſecundum ſuam congruentiam. Non enim licet homini punire totum orbem, vt fecit Deus puniendo totam ſodomam igne, & totum orbem aquis. Neque omnibus parcere, vt facit Deus qui expectat peccatores ad pœnitentiā, ſed vnicuique licet agere ſecundum legem ſibi præceptam, clerici agere debent ſecundum legem clericis datam, vt, ſcilicet, operentur ad ſpiritualē ſalutem animarum. quia poteſtas ſpiritualis illorum ordinata eſt, non ad occiſionem corporis, ſed ad vitam animæ. Ad id de Petro Apoſtolo dicimus, quod Petrus Apoſtolus, non propria authoritate, vel manu, interfecit Ananiam, & Saphiram, ſed diuinam ſententiam de eorum morte promulgauit, Sacerdotes, & leuitæ veteri teſtamenti non tractabāt ſpiritualia ſicut faciunt clerici noui teſtamēti, neque miniſteria occiſi innocentiſſimi Chriſti, ſed erant legis miniſtri qui corporalia ſupplitia etiam mortis maleficis decernebantur.

Clerici nequeunt ex ſe a legibus clericorum nec occidere malefactores.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem tali medio dicendo, Poteſtas ſpiritualis eſt maior temporali, & Deo coniunctior, ſed poteſtas temporalis licitè malefactores occidit, vt habetur ex D. Paulo Rom. 13. ergo multo magis clerici, qui ſunt miniſtri Dei, ſpiritualem poteſtatem habentes, licitè occidere poſſunt malefactores.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod poteſtas clericorum ad meliora eſt ordinata, quam ſit corporalis, occiſio ordinata enim eſt ad ſpiritualem ſalutem, immo quia poteſtas ſpiritualis noui teſtamenti eſt maior, clericus non poteſt licitè occidere, rationem aſſignat Angelicus Doctor, quia non congruit clericis noui teſtamenti propter ſuam excellentiam, vt minoribus ſe ingerant, immo Deus ſufferre non poteſt clericum effundentem ſanguinem. In ſignum cuius Deus noluit, quod Dauid ædificaret templum nomini ſuo, quia vir ſanguinum erat, hoc autem permiſit Salamoni filio eius, quoniam vir pacificus erat, prout habetur Paralip. 22. & 28.

Ad dignitatē clericorū pertinet non poſſe effundere ſanguinē humanum.

Inſtantia 3.

Nondum acquieſcit Argumentator, de nouo inſtat contra reſponſionem allatam ſic dicendo, quicunque licitè ſuſcipit aliquod officium, licitè poteſt exercere ea quæ ad dictum officium pertinent, ſed officium Principum terræ eſt malefactores occidere, vt recta ratio docet, ergo clerici, qui ſunt terrarum Principes licitè poſſunt occidere malefactores.

Inſtant. ſolutio.

Clerici Principes nequeunt occidere malefactores per ſe licet per miniſtros ſuos

Satisfacit huic inſtantiæ Angelicus Doctor dicendo, verum eſſe quod aliqui Prælati Eccleſiarum accipiunt officium Principum terræ non, vt ipſi iudicium ſanguinis per ſeipſos exerceant ſed quod eorum authoritas per alios exerceatur. Nam dominium temporale acceptum à Prelato Eccleſię modificatur à dominio ſpirituali, & merito inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quia nobilius debet ad ſe trahere ignobilius. Non enim poteſt Epiſcopus qui eſt Dominus temporalis exercere officium ſanguinis, ſcilicet, bellare, & facere huiuſmodi, quod poteſt Dominus temporalis, quia iſta repugnant dignitati Epiſcopali. Nam iſta, & ſimilia clericis ſunt prohibita.

Inſtantia 4.

Contra hanc ſolutionem Angelicam, ſcilicet, quod Pręlati accipiunt Principum terrę officium, non vt ipſi iudicium ſanguinis exerceant per ſe ipſos, ſed vt eorum authoritate per alios exerceatur, inſurgit Argumentator dicendo. Magis indecens

eſt

Digitized by Google

mors miſerabilis, ex ipſo ore Caym, omnis qui inuenerit me occidet me, ideſt merito occidere me debet, tanquam ſi eſſem beſtiam, Septima pœna homicidij Caym fuit infirmitas corporis, quod oſtendit diuina ſcriptura dicens poſuit Dominus ſignum in Caym, ſcilicet, tremorem horribilem omnium membrorum, vide D. Antoninum, vt ſupra, Eccleſia ſimiliter varijs, & diuerſis pœnis punit homicidam. In primis homicida voluntarius efficitur irregularis, ſcilicet, inhabilis ad dignitates Eccleſiaſticas, & ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & exercendos. Item homicidium, vel percuſſio enormis clericorum, vel mutilatio membrorum inducit excommunicationem. In foro pœnitentiæ imponebatur pœnitentia ſeptemnis homicidis, & plus etiam pro varietate caſuum. Nunc autem relinquitur arbitrio Confeſſarij habentis authoritatem ab ordinario, vel mittuntur ad alios, vt ſi culpa eſt manifeſta, dentur illis pœnitentiæ publicæ, ſi occulta, detur pœnitentia, varia tamen pro qualitate criminis, quando filij parouli occiduntur in lecto, puniendi ſunt parentes iuxta ſacros canones, ſed magis Mater, quia ad dictam matrem pertinet magis curam habere de filio illo, quam ad Patrem, ad ipſam pertinet gubernatio, & nutritio filij, Magis ſunt puniendi vxoricidæ quam Matricidæ, non quia grauios ſit peccatum vxoricidij, ſed quia homines magis ſunt inclinati ad illud, quam ad matricidium. Patricidæ grauiſſimè puniuntur, quia peccatum iſtud ſuper omnia alia homicidia grauiſſimum eſt, in foro autem ſeculari omnes homicidæ iſti gladio puniuntur, diuerſimode tamen pro diuerſitate culpæ.

Pœnæ variæ aſſignātur ab Eccleſia homicidæ forū ſeculare eſt illos gladio opprimere.

Homicida ſimilis eſt Diabolo, de quo dicit Chriſtus Dominus Io. 8. Ille erat homicida ab initio, quia occidit animas in corpore primorum noſtrorum parentum, & ſucceſſiuè omnium peccatorum. Facit homicida iniuriam Deo, quia occidit filios Dei, Nam omnes ſumus filij Dei per creationem, & maximè Chriſtiani redempti ſanguine Chriſti ſunt filij Dei dilecti. Item facit iniuriam Angelo qui eſt cuſtos hominum, tandem facit iniuriam proximo occiſo ab illo, & omnibus qui relationem ad ipſum habent, ideo abominabile eſt ipſum homicidium propriè ſumptum, & fugiendum eſt propoſſe & omni conatu, quia inter peccata contra proximum eſt grauiſſimum, non ſolum eſt peccatum mortale, ſed mortaliſſimum. His ſtantibus pro caſus delucidatione, ponendum eſt dubium ex Domino Illuſtriſſimo Caietano contra Scotum motum, & terminatum.

Homicida eſt Diabolo ſimilis, & in homicidio facit iniuriam Deo, Angelo, & proximo ſuo.

Dubium.

INquirit Lector, An index licitè poſſit occidere iniquos pro tranquilitate populorum? & pro vtraque parte adducit Authores, & rationes, pro parte affirmatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loco ſupracitato in 2. 2. pro parte negatiua eſt Scotus in 4. d. 13. q. 3.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua abundanter probatur dubium hoc rationibus adductis pro ſecunda concluſione de homicidio licito, & eſt de iure diuino Exodi 22. Maleficos ne patiaris viuere, & hoc obſeruatum fuit à Sanctis, ergo index licitè occidere poteſt iuridicè iniquos,

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Scotus, vt ſupra, qui dicit non licet occidere peccatores niſi in caſibus expreſſis à Deo, ſcilicet, in caſu blaſphemiæ, homicidij, & in caſibus in ſacra ſcriptura contentis, & à Deo reuelatis, & format ſuum ratiocinium ſic. Nullo inferiori licet in lege ſuperiori diſpenſare, lex Dei eſt, vt nullus occidatur. Non occidas, ergo nulla lex poſitiua conſtituens hominem occidendum iuſta eſt, niſi in caſibus acceptis à Deo, ex quibus infert Scotus, quod non videt quomodo lex illa iuſta eſſe poteſt, quod fur qui eſt pure fur, & non inuaſor, &c. occidatur, quia in hoc non audiuimus bullam deſcendentem de cœlo. Pœna adulterij (inquit non tenet modo) licet ſit à Deo, vt vterque mœcus occidatur, quia reuocata fuit à Chriſto Domino Io. 8. dicendo, Mulieri adulteræ. Nemo te condemnauit mulier, neque ego te condemnabo, vade noli amplius peccare.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

THeologus vna cum Illuſtriſſimo Domino Caietano circa hoc dubium declarat fundamentum difficultatis, & in quo errauit Scotus, ſecunde cum Banenſi ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus, poſtea ſoluit inſtātias Scoti, & aliorū.

Occidendi ſunt mali pernicioſi, quando ſalus bonorum hoc exigit.

Quo ad primum, dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod ſolutio iſtius difficultatis habetur ex litera D. Thom. in deciſione caſus ibi enim aſſignatur naturalis ac theologalis ratio occidendi aliquos, quia, ſcilicet, homines tales pernicioſi ſunt ciuitati ſeu communitati, ideo per mortem ab hominibus ſunt remouendi, cum ergo ratio moralium ſumatur ex fine, & ſalus bonorum ſit ratio quare mali ſunt ex radicandi de terra viuentium, conſequens eſt, vt quando ſalus bonorum exigit malorum occiſionem, occidendi ſunt, & quando non exigit, non ſunt occidendi, ex qua doctrina faciliter apparet radix erroris Scoti in dubio contenta, prout obſeruat Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. art. 2. inquit ſalua exiſtimatione celeberimi Doctoris Scoti, ipſe ex falſo fundamento non potuit elicere non niſi falſas concluſiones, falſum enim eſt, quod præceptum illud, Non occides, ea eſſe generalitate intelligendum, vt cunctas in vniuerſum hominum occiſiones repræhendat. Primum enim licet inuaſorem (inculpata tutela occidere) nullatenus in præcepto illo prohibetur, vt clarè habebimus loco ſuo infra. Vlterius ſi præceptum illud adeo erat generale, cur Deus in tot caſibus ſuper illo diſpenſauerit? immo cum præceptum iſtud, Non occides eſſet decalogi inquit Magiſter Sotus, & negatiuum, neque in illo potuit Deus diſpenſare. Iterum. Aut præcepta illa occidendi malefactores legalia erāt, aut naturalia, ſi legalia omnino ceſſarunt, ergo neque modo liceret homicidas occidere, cum non datum ſit aliud præceptum, tales occidendi. His

pro-

p primo pūcto ſeruatis,cū Banēſi veniēdū eſt,ſm pūctū ponēdæ ſunt concluſiones reſpōſiuæ q̄ſito.

Præceptū nō occidēdi non ſe extendit ad omnes occiſiones hominum ſimpliciter,ſed ad nō occidēdū innocentes,& nocentes tantum authoritate publica ſunt occidēdi.

Concluſio prima,Sententia Scoti in hac materia eſt temeraria,& erronea in fide.Concluſio iſta ſic probatur,ſecundum fidem poteſtas publica habet facultatem occidendi, & mutilandi, etiam quod ſit Reſpublica gentilium,quibus nulla data eſt lex diuina, neque nulla facta eſt reuelatio de occiſione peccatorum,ergo chimerica eſt ſententia Scoti oppoſitum affirmantis,ideo irrationabilis eſt,quod autem opinio Scoti ſit erronea,probatur ſic,D.Paulus Rom.13.loquens de magiſtratibus publicis dicit, vis non timere poteſtatem,benefac. Si autem non feceres time, non enim ſine cauſa gladium portat,ac ſi apperte dicat iudex habet poteſtatem mutilandi, & occidendi gladio. Hoc idem comprobatur,ſecundum fidem licitum eſt occidere hæreticos, & igne eos cremare, vt in diſputatione de hæreticis oſtenſum fuit. At Deus non dedit aliquam legem de comburendis hæreticis, neque per ſpecialem reuelationem hoc habet Eccleſia, ergo contra terminationem Sanctæ Eccleſiæ dicit Scotus requiri neceſſario aliquam reuelationem, vel vt in lege ſit præcepta talis occiſio ad hoc,vt ſit licita.Sequitur etiam ex ſententia Scoti, quod modo in lege Euangelica nullum omnino malefactorem licitum eſſet occidere,probatur ſequela,quia omnino iam ceſſarunt legalia, & ceremonialia præcepta. & in lege noua nulla data eſt lex poſitiua de occidendis huiuſmodi malefactoribus,ergo nō licet modo occidere quemquam,modo probatur intentum ſic. Ratio Angelici doctoris in corpore articuli procedit ex lumine naturali,ergo lex iſta naturalis eſt,ergo nulla lege poſitiua venit abroganda,valet conſequentia,quia Deus eſt Auctor naturæ,ex quo ſequitur, ſi ex Scoto iure naturæ non licet occidere malefactorem nociuum quantumlibet Reipublicæ, quod lege ſua Deus non perficit legem naturæ, ſed potius illam debilitauit. Tandem ex vſu omnium nationum,legiſlatores lumine naturali ducti ſpirituales leges tulerunt de puniendis pœna capitali aliquibus malefactoribus,prout patet ex doctrina Phyloſophorum qualis fuit Lycurgus, Solon, & alij Senatores Rerumpublicarum gentiliū, immo Summi Pontifices ſæpe tali pœna puniunt malefactores,ſunt etiam plura teſtimonia Sanctorum, & ſummorum Pontificum quæ habentur apud Gratianum 23.q.4.& in titulo de homicidio,in toto iure canonico, & ciuili, & quid dicam opinio iſta Scotica videtur adhærere opinioni Catherorum prout refert Turrecremata de Eccleſia lib.4.c.35.dicentium, quod poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo malefactores,vt hæreticos,Item fauet opinioni pauperum de Lugduno apud Magiſtrum Seraphynum à Poreta,dicentium quod occidi non debēt malefici per iudices ſeculares, errores quorum damnati ſunt à Regio Propheta Pſal.100.dicenti,In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,& Elias Propheta fecit apprehēdere,& ducere ad Torentē Cyson Prophetas Baal,& interficere eos,& Deus dixit Exodi 22.Maleficos ne patiaris viuere. & D.Paulus ad Galatas.5.vtinam abſcinderentur,qui vos conturbant,cui præcepto vtique ſi ſūe fuiſſent Principes Chriſtiani obtēperaſſent, ſicut, & poſtea factum fuit tempore Magni Coſtantini, Theodoſij, &c. Ecce quantum recedit à veritate Catholica opinio Scotica,ideo relinquatur.

Differētia nō parua reperitur inter occiſionē hominis,& homicidiū apud recte intelligentes.

Concluſio ſecunda, Optima explicatio quinti præcepti decalogi eſt. Nō eſſe occidēdū hominē iniuſtè,& à nō habēte iuriſdictionē,pro cuius intelligētia obſeruāda eſt differētia reperta inter homicidiū,& occiſionē hominis,hæc duo maximè differunt inter ſe apud Phyloſophos,& Theologos,nominis occiſio,quāuis ſi de genere malè ſonātiū, & habeat ſpeciē mali,nō tñ eſt ita intrinſicè malū,vt nō poſſit honeſtari aliqua circūſtātia.v.g.ſi homo qui occiditur ſit maleſactor,nociuus Reipublicę, & occiditur authoritate publica. At homicidiū eſt actio ita intrinſicè mala quæ nullo modo honeſtari pōt prout affirmat Doctor Sanctus p.2.q.100. art.8.ad 3.dicendo,q̄ illud,q̄ prohibetur ab illo præcepto,Non occide,habet rationē indebiti,vel iniuſti.& eſt ſentētia D.Aug.lib.1.de lib.arb.c.4. Stāte hac diſtinctione ſic declarata,probatur concluſio ſic,quintū præceptū eſt præceptū naturale. Sed ius naturale prohibet illa tantū,quæ ſunt contra rationē,ergo natura,ſiue obiectū illius præcepti intrinſicè includit rōnē indebiti cōtra rōnē naturalē,ideo nō fuit neceſſe,q̄ in illo præcepto exprimeretur.Nō occides indebitè,qm̄ ex natura rei talis intelligētia includebatur in verbis illis. Non occides, Sicut nec Phyloſophi in diffinitione rerū explicant verba,ſed tantū in illa ponunt genus,& differentiā,poſtea in explicandā diffinitionē oſtēdunt quomodo multa alia includebantur in diffinitione illa,ita ēt,& leges debēt eſſe breues,& cōpendioſæ,poſtea explicantur à iuriſperitis.His ſtātibus pro dubij deciſione ſunt ſoluendæ inſtantię, pro parte negatiua, Scoti,& aliorum.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ex iam dictis dicit abundè cōſtat, q̄ dicta Scoti nihil concludunt,q̄ ſ.ſub præcepto non occides, tantū intelligitur non occides indebitè, & abſque publica authoritate, & quod licet occidere malefactores (iure nature ſeruato) & ab habente iuriſdictionem,& non aliter.

Inſtantia 2.

Contra, inquit Durandus in 4.d.47.q.4. ergo pari ratione diceremus prohibitum eſſe ire in capum,ſcilicet,indebitè, quod ridiculum eſt.

Inſtant.ſolutio.

Nullus eſt occidendus authoritate propria bene publica, & iudice.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, q̄ maxima differentia eſt in propoſito,ire in capū,ſi referatur ad mores hominū eſt aliquid indifferēter ſm ſe, & abſolutè conſideratū, at vero occiſio hominis eſt voluntaria ſecundū ſe, & abſolutè conſiderata eſt de genere malorū,vnde oportet,q̄ homicidiū excuſetur aliqua circūſtantia,ne ſit peccatū,ſ.q̄ homo iſte occidendus ſit perniciōſus cōmunitati, & q̄ occiditur ab habente authoritatē, vnde ſufficit,quod in ipſo precepto dicatur abſolutè non occides,ſcilicet,authoritate propria,nec publica etiam niſi iudice procedendo.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator de nouo inſtat

dicendo, Seqneretur ex hoc, quod licitum eſſet occidere innocentem quando expediret ad bonum communitatis, ſequela hoc medio probatur. Sicut manus eſt pars corporis, Ita innocens eſt pars ipſius Reipublicæ, ergo ſicut licitum eſt abſcindere manum in ordine ad bonum totius. Ita etiam licitum erit occidere innocentem, quia ordinatur ad bonum Reipublicæ. Confirmatur hoc, quia propter ſalutem ipſius corporis licitum eſt abſcindere manum, non ſolum infirmam, ſed ſanam, ergo pro bono publico licebit occidere non ſolum peccatorem, ſed & innocentem, Secundo ſequeretur ex eadem ratione, quod licitum erit occidere hominem (peſte infectum) ne alios inficiat, quia eſt pars communitatis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat primam conſequentiam ſeu ſequelam Non enim eſt eadem ratio de manu, & de homine innocente. Nam manus non eſt naturaliter propter ſeipſam, ſed propter totum. At homo ex natura ſua eſt, quoddam totum immediatè ordinabile ad finem ſupranaturalem, ſcilicet, ad beatitudinem, & ſi habet rationem partis, hoc habet in ratione conuerſationis vitæ politicæ propterea, non poteſt communitas hominem innocentem vita priuare, etiam quod ex hoc ſequeretur ſalus totius Reipublicæ, & hinc eſt, quod quamuis manum ſanam, & integram poſſimus præcindere pro ſalute corporis, non tamen poſſumus occidere innocentem pro ſalute totius Reipublicæ, eadem ratione dicimus, quod nulla ratione infectum peſte, Reſpublica occidere poteſt ad hunc finem, ne inficiat alios, poteſt tamen illum ab alijs ſeparare, quod ſi parere noluerit, tunc pro ſalute populi, & in pœna ſuæ contumaciæ illum occidere poteſt, non autem pro peſte in ſe, cum non ſit peccatum peſtis illa, ſed pro contumacia ſua, ne igitur fallaciæ Scoti in argumento partis negatiuæ dubij prætentis decipiat aliquem, licet formaliter ſint ſolutę ſigillatim reſpondendum eſt, ex doctrina igitur D. Auguſtini dicimus, quod non eſt neceſſe vt detur lex poſitiua de occidendo iniquos, ſufficit enim ad hoc lex naturalis, & humana ex naturali ratione ordinata, immo dicit D. Auguſtinus (loco ſupracitato) quod iudex iuſtiſſimè procedit ſceleratos morte puniendo, ſi ſecundum leges facit. Ad inſtantiam Scoti dicimus, quod legalia omnino ceſſauerunt. Nunc autem in lege noua quo ad occidere homines, lege naturali procedendum eſt, non deuiando tamen à lege naturali poſitiua fundata in lege, & ratione naturali. Nec expectanda eſt alia reuelatio de nouo à Deo, ſimiliter negamus, quod Chriſtus Dominus abrogauerit legem illam veterem contra adulteram, nec prohibuit illam poſſit ſeruari in præſentiarum, dicimus tamen, quod Dominus illis verbis adulteræ oſtendit ſuam manſuetudinem, vnde eſt obſeruandum, quod illo in loco Saluator noſter non induit perſonam iudicis, ſed perſonam Patris, & ortatus eſt Phariſæos ſequi miſericordiam cum proximo ſuo, vt & ipſi miſericordiam conſequentur. Ad illud autem de fure dicimus, quod Principes contra fures potuerunt condere leges, & illos occidere pro pace, & tranquilitate Reipublicæ, vt tactum eſt in diſputatione de furto in dubio proprio ibi. pagina 462. maximè cum æſtat præceptum prohibens furtum, ſcilicet. Non furtum facies. De dubio iſto ſatis ſit dictum. Deſcendamus ad ſolutionem argumentorum pro parte affirmatiua caſus.

Communitas occidere poteſt infectum peſte ſi noluerit manere ſegregatus ab ſanis.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

EX doctrina in caſu poſita ſoluitur argumentum adductum pro parte affirmatiua, dicimus enim quod occidere nocentem iuridice, ab habente poteſtatem non eſt contra præceptum illud. Non occides, ideo non eſt peccatum. Occidere innocentem peccatum eſt, ſimiliter occidere nocentem, ſed non iuridice eſt contra præceptum decalogi, ſcilicet, Non occides, ex quibus patet, quod caſus noſter bene intellectus verificatur quo ad vtramque partem.

Impugnatio

Non acceptat hanc reſponſionem Lector dicit, quod reſponſio iſta eſt contra intentionem Domini Matth. 13. dicentis, vt non extirpetur zizania vſque ad meſſem, ergo neque peccatores morte puniendi ſunt, quia tempore mortis tradentur ad comburendum.

Impugnationis dilutio. Mali nõ ſunt occidẽdi quã do eruditis illorum venit in malum bonorum, quan do venit in bonum bonorũ ſic.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, ex doctrina Angelici Doctoris, quod Dominus abſtinendum mandauit ab erradicatione zizaniorum, vt tritico parceretur, ideſt à punitione impiorum, vt iuſtis non inferatur damnum quod quidem fit, quando non poſſunt occidi mali, quin ſimul occidantur, & boni, & hoc, vel quia mali latent inter bonos, vel quia habent multos ſequaces ita quod, ſine bonorum periculo non poſſunt interfici, vt D. Auguſtinus dicit contra Parminianum, vnde Dominus docet magis eſſe ſinendum malos viuere, & vltionem eſſe ſeruandam vſque ad extremum iudicium, quam quod boni ſimul cum malis occidantur, quando tamen ex occaſione malorum non imminet periculum bonis, ſed magis tutela, & ſalus tunc licitè poſſunt mali occidi prout tactum eſt in dubijs caſus ſecundi diſputationis de hæreticis, ex quibus infert Magiſter Seraphinus à Poreta, quod propter vtilitatem tritici eradicandum eſt zizania, quando poteſt eradicari, & ſi zizania non eradicatur, hoc fit propter triticum, vt conſeruetur triticum, omnia ſunt propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur inquit Apoſtolus, Principes autem mundi huius, quia nequeunt ex malo elijcere bonum; vt facit Deus, debet pro poſſe, ſi commode poſſunt, punire malos quamuis imperfecti ex hoc ſcandalum accipiant, dummodo perfecti ædificantur, quoniam permittere facinoroſos viuere, venit in maximum detrimentum Reipublicæ. Hac de cauſa Apoſtolus loquendo de Principibus dicebat. Non enim ſine cauſa gladium portant.

Argumentum ſecundum

Lector contra prædicta format ſecundum argumentum dicendo, Iuſtitia humana conformis eſſe debet iuſtitiæ diuinæ. At iuſtitia diuina expectat peccatorem ad pœnitentiam prout habemus Ezechielis 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertantur, & viuant, ergo & Principes

tempo-

Digitized by Google

temporales non debent occidere peccatores, ſed magis illos expectare ad pœnitentiam.

Argumenti ſolutio.

Mali incorregibiles, & perniciosi bonis, ſunt occidendi, corregibiles non.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ quandoque ſtatim peccatores occidit ad liberationem bonorum, vt conſtat tempore Ezechiæ Regis, & Ioſuæ contra infideles, quos occidit per manum Angeli, & lapidum, ſimiliter gladio Iedæonis, & alios, vt facile eſt videre, quandoque illis tempus pœnitendi concedit, ſecundum quod ipſe nouit ſuis electis expedire, & in hoc humana iuſtitia pro poſſe imitatur diuinæ. Illos enim qui ſunt perniciosi in alios occidit. Illos autem qui peccant in alios non ſic grauiter ad pœnitentiam reſeruat, & alia via punit, iuſtitia enim humana omnino imitari non poteſt diuinam. Nam iudicia Dei abyſſus multa, incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ illius. Deus enim eſt arcanorum cordium ſcrutator atque humanæ ſalutis conditor. Princeps temporalis non habet has perfectiones, vnde non eſt mirum ſi iudicia illius non ſint perfecta, vt ſunt iudicia illa Dei, & ſi non poſſit ita perfectè procedere, ſatis eſt vt faciat, quod in ſe eſt, vt nulli faciat iniuriam.

Impugnatio.

Lector non acquieſcit contra hanc reſponſionem dicit iudex pro poſſe, ſequi debet per hanc reſponſionem Deum in iudicando, ergo dum videt reum impœnitentem non debet illum occidere pro tunc, ſed illum expectare ad pœnitentiam, hoc patet, quoniam ſalus animæ præſtantior eſt ſalute corporis, etiam multorum, & ſi oppoſitum facit iudex non ſequat ordinem charitatis.

Impugnationis diluitio.

Iudicium humanũ in puniendo reſpicit bonum publicum, etiã cum detrimẽto boni priuati.

Theologus ſoluit hanc Impugnationem dicendo, quod iudices in ponendo leges debent eſſe per maximè clementes, promptiores ad pietatem quam ad iuſtitiam. Nihilominus quando reus adeo eſt facinoroſus, vt confuſionem ponat in communitatem, debet illum occidere etiam, quod oſtendat ſigna impœnitentiæ. Rationem aſſignat dicendo, quod publica punitio non refertur in emendam neque in bonum illius qui punitur, ſed in bonum publicum, vt alij teneantur, & quia bonum publicum præcedit priuatum, ideo illud eſt magis diligendum, & quærendum quam bonum priuatum. Si enim iudex temporalis omni reo impœnitenti parceret vitam, daret occaſionem, vt quilibet reus oſtenderet ſe impœnitentem eſſe, & ſic Reſpublica deciperetur, & detrimentum non paruum reciperet.

Argumentum tertium.

Lector format vltimum argumentum contra prædicta dicendo, quod eſt de ſe malum nullo bono fine fieri licet, per D. Auguſtinum contra mendacium c.7. & per Phyl. 2. Ethi. Sed occidere hominem, ſecundum ſe malum eſt. (Cum charitas ad omnes ſe extendat) ergo vllo, licet occidere hominem peccatorem.

Argumenti ſolutio.

Theologus per diſtinctionem ſoluit hoc argumentum dicendo, homo conſideratur dupliciter, Primo prout in ſua dignitate ſubſiſtit, Secundo prout cecidit ab illa per peccatum. Occidere hominem in ſua dignitate manentem, ſecundum ſe malum eſt. Occidere hominem priuatum ſua dignitate, non eſt ſecundum ſe malum, quia per peccatum effectus eſt ſeruus beſtiarum. Peior eſt malus homo quam beſtia inquit Ariſt. 1. Politicorum, & 7. Eth. c. 10. ideo ſicut licet occidere beſtias, ita licet occidere homines peccatores, tanto enim peiores ſunt beſtijs quanto per ingenium, & voluntatem, pluribus abundant modis nocendi. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubio. Nunc pergamus ad alium caſum, &c.

Peior eſt malus homo quã beſtia vnde tãquã beſtia indomita eſt occidendus.

Caſus ſecundus.

LEctor in præſenti caſu diſputare intendit. Si priuata perſona poſſit occidere peccatorem, & quomodo contra alios agere poſſit.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum perſona priuata poſſit occidere peccatorem?

In primo dubio quærit, An homo non ſolum poſſit ſe defendere cõtra ſuum inimicum, ſed poſſit illum offendere?

In ſecundo dubio inueſtigat, An priuata perſona occidere poſſit tyrannum?

In tertio dubio interrogat, An homo poſſit occidere furem, vel latronem?

In quarto dubio poſtulat Lector, An liceat clericis occidere malefactores?

Quæſitum, quo iure ſit prohibitum clericis occidere malefactores, ſcilicet, naturæ, vel diuino aut Eccleſiaſtico?

Caſus ſecundus.

IN caſu ergo quærit Lector, vtrum perſona priuata poſſit occidere peccatorem, & pro vtraque parte, more ſolito format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua tale conſtruit argumentum. In lege nihil illicitum mandatur, ſed in lege Dei Exodi 32. præcepit Moyſes ex Dei ordinatione, vt vnuſquiſque occidat fratrem ſuum, amicũ, & proximum ſuum in pœna commiſſi delicti in ædificatione, & adoratione vituli conflatilis, ergo etiam priuatis perſonis licebit occidere peccatores.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua erigit argumentum ex D. Auguſtino 1. de ciuitate Dei, c. 36. dicenti, qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum occiderit, velut homicida iudicabitur, & tantu amplius, quanto ſibi poteſtatem à Deo non conceſſam vſurpare non timuit, ergo priuatæ perſonæ non licet occidere hominem peccatorem.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum, tria facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo proponit, & terminat dubia occurrentia in hac materia, Tertio ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ caſus. Quo ad primum reſpondet quæſito ſic.

Nn 2 Con-

Occidere malefactores licet ſtatu Principibus habētibus publicā poteſtatē, priuatæ perſonæ minimè.

Concluſio, Solis Principibus habentibus publicam poteſtatem, licitum eſt occidere malefactores, & non alijs, ideſt non priuatis perſonis, Probatur concluſio iſta quo ad vtramque partem tali medio. Occidere malefactorem ad illum ſolum pertinet cui committitur cura communitatis conſeruandæ. At ſolis Principibus, & non priuatis perſonis, commiſſa eſt conſeruatio communitatis, ergo priuatæ perſonæ non licet occidere malefactores, ſed tantum Principibus habentibus authoritatem. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur à ſimili, ſicut ad medicum pertinet præſindere membrum putridum, quando illi commiſſa fuerit cura talis infirmi, Ita ſolis Principibus habentibus poteſtatem in Republica quibus commiſſa eſt gubernatio communitatis, licebit occidere malefactores, ergo hoc non licebit priuatis perſonis cum illis non ſit commiſſa talis cuſtodia. Hanc veritatem manifeſtamus authoritate diuinæ ſcripturæ, habemus Matth. 26. & Io. 18. quod Dominus repræhendit Petrum, illi dicendo. Pone gladium tuum in vagina, & rationem illi aſſignat dicendo, omnis qui acceperit gladium gladio peribit, in quibus verbis certos nos facit Dominus, quod nullæ priuatæ perſonæ licet occidere malefactores, & ille qui appoſitum facit grauiſſimè puniendus eſt, propterea ſubdit Dominus. Omnis qui accipit gladium gladio peribit, loquitur enim Dominus de perſonis illis de quorum numero erat tunc Petrus, ſcilicet, de perſonis priuatis, non autem de publicis. Ille enim accipit gladium qui ex ſeipſo priuata authoritate accipit illum, perſonæ enim publicæ non accipiunt gladium contra malefactores, ſed vtuntur illo dato ſibipſis à poteſtate diuina, cuius miniſtri ſunt, prout affirmat Apoſtolus Rom. 13. dicendo de illis loquendo miniſtri Dei ſunt ad vindictam malorum, ad laudem bonorum. Non enim ſine cauſa gladium portant. His ſtantibus pro caſu iſto, vt magis percipiatur proponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio inueſtigat Lector, An perſona poſſit ſe defendere contra inimicum, & illum occidere, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ſic procedit. Illud quod habetur ex inſtinctu naturæ eſt licitum. At naturaliter vnuſquiſque non ſolum ſe defendit à ſuo inimico, ſed quærit illum offendere, & aliquando occidere, ergo hoc licet, ſcilicet, in ſui defenſione occidere inimicum ſuum.

Partis negatiuæ probatio. Nota.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Illud non eſt licitum, quod eſt contra præceptum diuinum, ſed offendere inimicum eſt contra præceptum diuinum, ergo non eſt licitum. Maior propoſitio conceditur à quolibet Chriſtiano. Minor habetur ex ore Dei dicentis. Mihi vindictam, & ego retribuam in tempore, ergo non licet offendere inimicum pro ſui defenſione.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus ponit vnam diſtinctionem, & duabus concluſionibus iuxta membra diſtinctionis ſatisfacit quæſito, tandem ſoluit inſtantiam partis affirmatiuæ. Quo ad primum dicit, quod offendere inimicum ſtat dupliciter, vel ex intentione offendendi illum, vel ex intentione ſe defendendi ab illo, quaſi coactè illum offendendo, vel etiam occidendo, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Non licet occidere hominem ad vindicandas iniurias ſibi illatas nec illum offendere poteſt tamen ſe defendere.

Concluſio prima, Non licet homini cuilibet occidere inimicum, etiam ſe defendendo ad vindicandas iniurias ſibi illatas.

Concluſio iſta ſic probatur, inquit Deus, Mihi vindictam, & ego retribuam in tempore, ergo perſonæ priuatæ non poſſunt vindicare iniurias ſibi illatas, cum hoc ſeruetur Deo, immo Deus ſibi reſeruauit vindictam ſummere contra peccatores, Secundo probatur, hoc ratione naturali, ſi enim eidem ipſi qui iniuria paſſus eſt vindictam nam commiſiſſet, nemo reperiretur, qui non vltra iuſtum ſe vindicaſſet. Dolor enim illatæ iniuriæ, & rationem obnubilat, & affectum in radice inflāmat ideo vindicta non ſumeretur ſecundum rationem, & iuſtitiam, ſed ſecundum paſſionem, videmus enim, quod homo paſſione ductus pro minima iniuria accepta, vult non ſolum vapulare, ſed vulnerare, immo occidere illum à quo iniuriam accepit, ergo cum præclariſſima virtus iuſtitiæ, non animo conturbato, ſed integro iudicio ſit exercenda, & debeat exequutioni mandari, quæ virtus non poteſt reperiri in offenſo, ideo datæ ſunt leges humanæ, & diuina de vindicta ſumenda pro iniuris, non ab eo qui iniuriam accepit, ſed à iudice, qui procedere debet ſecundum allegata, & probata, & ſumere vindictam iuxta plagarum modum, ſecundum enim menſuram delicti debet eſſe plagarum modus, qui ſeruari debet à iudice, cum offenſus hoc facere non poſſit. Poteſt vtique ſe defendere ab inimico, ſed non poteſt quærere illum offendere, ſi autem præter intentionem ſuam illum offenderet non peccaret, & vt clarius hanc veritatem percipiamus pono ſecundam concluſionem reſponſiuam quæſito.

Homo offendens inimicū defendēdo ſe ab illo, non peccat, vt ſic.

Concluſio ſecunda, Si homo in defendendo ſe à ſuo inimico offendit illum non ex intentione non peccat, Concluſio iſta certiſſima eſt, quia peccatum non eſt peccatum niſi ſit voluntarium. An homo poſſit occidere inimicum inuaſorem defendendo ſeipſum, videbimus infra, quoniam hic non eſt proprius locus huius diſputationis. His ſtantibus pro dubio iſto ſoluenda eſt inſtantia, partis affirmatiuæ dubij.

Inſtan-

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantiam adductam contra prædicta dicendo, quod de appetitu naturali loqui poſſumus dupliciter, vel de appetitu regulato à ſenſu, vel de regulato à ratione, argumentum concludit de appetitu naturali corrupto regulato à ſenſu qui ducit ad peccatum. Nos autem loquimur de appetitu regulato ratione, & dicimus, quod huiuſmodi appetitus inuitatur ad defendendum ſeipſum omni modeſtia, & non procedere vltra, & ſpiritus qui carnem mortificat, præcipit, vt offenſas acceptas dimittamus fratribus, & vindictam dimittamus Deo. Hæc ſint pro dubio iſto, ponamus aliud.

Dubium ſecundum.

LEctor in hoc dubio quærit, An priuata perſona occidere poſſit tyrannum, & adducit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale ratiocinium format, ex inſtinctu naturæ quilibet ponere debet vitam pro defenſione patriæ, iuxta addagium illud pugna pro patria, ergo multo magis debemus liberare patriam à tyranno, ergo ſi non poſſumus hoc facere alia via, debemus tyrannum occidere, ergo priuata perſona poteſt occidere tyrannum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt deciſio caſus, ſcilicet, quod nulli priuatæ perſonæ licet occidere peccatorem, ergo neque tyrannum, cum & ipſe ſit in numero peccatorum.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem bimembrem, & illam declarat, Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones reſponſiuas quæſito, Tertio vtriuſque partis ſoluit inſtantias.

Quoad primum ponitur talis diſtinctio, duplex eſt tyrannus, quidam eſt tyrannus in modo gubernandi & regendi populum. Iſte poteſt eſſe verè Dominus, & Princeps, licet tyrannicè ſe gerat. Nam omnia iura, & commoda Reipublicæ refert ad ſuam vtilitatem, vt faciunt Imperatores, & Reges Turcarum. Iſti tyranni nutriunt diſcordias inter Ciues, penuriam in populo, & alia permittunt, & faciunt in Regno, pro proprio intereſſe, vt ipſi lucrentur, ſecundus eſt tyrannus in dominatu, quatenus contra omnem iuſtitiam acquiſiuit dominium iſtud, violentia, vel fraude, ſeu tradimento, contra voluntatẽ ſubditorũ, ſtante hac diſtinctione ponẽdæ ſunt concluſiones reſpõſiuæ.

Duplex tyrannus vnus eſt tyrannus in modo regendi tantum, ſecundus eſt tyrannus quo ad dominiũ Regni.

Concluſio prima, Tyrannus primo modo ſumptus, ideſt tyrannus quo ad modum gubernandi tantum, ſcilicet, verè Princeps tyrannicè regens regnum, vel ſtatum ſuum, non licet occidi à priuata perſona.

Tyrannus in modo regẽdi tãtum, qui eſt verè Dominus nõ poteſt occidi à priuata perſona.

Concluſio iſta probatur authoritate Conſilij Conſtancienſis, ſeſſione 15. vbi refertur tanquam error contra fidem aſſerere, quod licitum ſit interficere tyrannum qui eſt verè Dominus, à priuata perſona. probatur etiam concluſio iſta ratione, iſte tyrannus habet legitimum ius ad regnum, ergo non poteſt ſpoliari tali iure antequam eius cauſa publica authoritate diſponatur, & iudicetur, ergo ſi quis eum occideret, vt liberetur eius dominiũ à ſua tyrannide contra ius ageret, quærit Magiſter Dominicus Banenſis quid nam erit licitum Reipublicæ agere, quando tyrannicè opprimitur à legitimo Rege?

Quæſitum.

REſpondet quæſito dicendo, quod in tali caſu Reſpublica poteſt, & debet recurrere ad Principem ſuperiorem, ſcilicet, ad Papam, vel ad Imperatorem, vt corrigant, & detineant talem Principem tyrannicè gubernantem. Si autem tale remedium non poſſet prodeſſe, vel non fuerit efficax, aut periculum eſſet in mora, Reſpublica illa in caſu iſto poteſtatem habet procedendi contra Principem iſtum, quod ſi ille admonitus, noluerit corrigi, poteſt illum à regno eijcere, & occidere (ſi opus fuerit) & aſſignat rationem Banenſis dicendo, quod iure naturæ Rex ordinatur ad bonum communitatis, & non econtra, & hac de cauſa Reſpublica contulit Regi ſuo authoritatem ad bonam gubernationem ipſius Reipublicæ, ergo in caſu quo Rex tyrannicè gubernaret, poteſtatem eſt in Republica deponendi, & etiam occidendi Regem ſuum, pro bono, & pace ipſiuſmet Reipublicæ. Hoc (inquit Magiſter Banenſis) quod diximus, intelligendum eſt per ſe, & abſolutè loquendo, conſideratis conditionibus Reipublicæ, & Regis. Nihilominus ſepiſſimè accidere ſolent circunſtantiæ propter quas minus malum erit ſubſtinere tyrannicam gubernationem, quam admouere Principem tyrannum. Cum maiores calamitates, vt in pluribus accidant Reipublicæ ex tali remotione, In primis ſequitur diuiſio in ipſa Republica, & bellum ciuile, & quandoque cum detrimento Chriſtianæ Religionis, & multa alia damna recipit Reſpublica; qua propter in re dubia ſemper eſt fauendum Regi potius quam communitati, in materia iſta videndus eſt D. Thom. opuſculo 20. De regimine Principum. lib. 1. c. 6. ſimiliter legendus eſt Magiſter Dominicus à Soto de iuſt. & iure, lib. 5. q. 1. art. 3.

Reſpublica habet ius ad remouendũ, & occidendũ Regem tyrãnicè gubernantem, ſed vti illo non expedit multoties.

Concluſio ſecunda, Cuicunque priuatæ perſonæ licitum eſt interficere tyrannum, qui tyrannicè adeptus eſt regnum, & contra iuſtitiam illud poſſidet.

Concluſio iſta probatur ratione, & exemplis. Ratione ſic. Reſpublica gerit bellum perpetuum cum tali tyranno, ergo quilibet ciuis, tanquam miles Reipublicæ poterit huiuſmodi tyranum interficere, licet enim vim vi repellere, declarat hanc veritatem Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo duo, primo dicit, quod licitè poteſt tyrannus iſte à quolibet de populo occidi pro liberatione populi, quando non poteſt haberi recurſus

Cuicunq; priuatæ perſonæ licet interficere tyrãnũ, qui tyrãnicè acquiſiuit Regnũ, & illud iniuſtè poſſidet.

ad ſuperiores, Secundo dicit, quod quando ſic occiditur non occiditur à perſona priuata propriè, ſed occiditur publica authoritate cum talis tirannus ſit hoſtis populi, habens continuè iniuſtum bellum cum populo, quod autem ſit hoſtis populi patet ex hoc, quia inuaſor eſt, & oppreſſor libertatis ſeu iuris publici illius, quod autem habeat continuum bellum cum populo conſtat, quia ex dominio iniuſtè acquiſitio, in quo incipit bellum iniuſtum ex parte tiranni, ſeipſum vocans Regem, ſeu Dominum Regni, populumque cogit ad recognoſcendum ſe pro Domino, quod bellum nulla tregua eſt interpoſitum, nulla pace terminatum, ſed ſubcunbens iacet populus. Cum igitur bellum iſtud ex parte tiranni ſit iniuſtum, & ex parte populi ſit iuſtum, conſequens eſt, vt quilibet de populo inſurgens pro Republica contra tirannum bellum iuſtum agat, & authoritate iuſti belli, vt pars Reipublicæ, & miles illum poteſt occidere. Nec obſtat inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, Si tirannus à principio ſine bello ſe fecit Dominus, quoniam ipſa vſurpatio dominij, innito populo, eſt debellare populũ ſemper enim adeſt bellum implicitum, vel explicitum, vnde ſemper populus habet iuſtum bellum contra tirannum.

Concluſio iſta etiam probatur exemplis prout facit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ex Angelico Doctore, in 2. d. 44. art. penultimo ad vltimum argumentum, ibi enim dicit, loquendo contra tirannum, quod quando non eſt recurſus ad ſuperiorem, laudabiliter tirannus, qui per violentiam ſe fecit Dominus occiditur à priuata perſona, quamuis non omnem peccatorem occidere poſſit priuata perſona, talem tamen peccatorem licebit occidere, quia vt ex ſuperioribus conſtat, talis perſona in tali caſu agit, vt miles, & occidit authoritate publica ſuæ Reipublicæ. Confirmat hoc Caietanus authoritate diuinæ ſcripturæ ex 3. Iudicū, vbi legitur, quod Aioth perſona priuata occidit Eglon Regem Moab pro liberando populo ab eius ſeruitute, hoc affirmat ex ſententia D. Th. lib. 1. de regimine Principum c. 6. Banenſis autem addit, & quamuis ipſe Aioth miſſus fuerat tanquam legatus filiorum Iſdrael; per quem miſerunt munera Regi Eglon, Nihilominus excuſari poteſt à peccato, non ſolum, quia id fecit motus Spiritu Sancto, ſed etiam quia ille poſtquam impleuit officium legati, & iam abierat, poſtea reuerſus eſt, vt perſona priuata, & dixit ad Regem, verbum ſecretum habeo ad te o Rex. Tunc Rex miſit foras famulos, & manſit ſolus cum illo, quod imprudenter fecit (permittente Domino) propterea Aioth non infamauit officium ſuum legati, ſed vt ciuis liberauit patriam ſuam à ſeruitute tyrannica Moab. Hoc idem fecit Iudith, contra Holofernẽ per inſidiam. Hinc ortum habuit, quod in hiſtorijs Romanorum laudatur Brutus qui interfecto tyranno, Romam liberauit, & noſtris temporibus laudantur, & meritò quidem noſtri milites qui ſimulatè ingrediuntur caſtra inimicorum cum periculo vitæ illorum, & occidunt Principes, aut Duces illorum qui iniqua bella gerunt contra Principes ſuos Patrones.

His tamen diligenter conſideratis, & dato, quod de rigore iuris licitum ſit procurare mortem tyranni, non tamen eſt conſilium hoc ſemper facere, niſi vbi Reſpublica nulla alia patente via hoc facere poſſit, & exiſtat in extrema neceſſitate, & præcipuè in promptu habeat (vt illo extincto) libera omnino ſit à ſeruitute, quia alias huiuſmodi interfectiones non ſolent habere proſperos ſucceſſus, immo interfectores, quando id priuata authoritate exequuntur peius deteriuſque Reſpublica ſe habet quam ſub tyranno, qua de cauſa vetula illa ſyracuſana optabat incolumnitatem Dionyſio tyranno, ne ſicut ipſe durior alteri tyranno ſucceſſerat, Ita & imanior illo tertius ſuccederet, & prudenter loquebatur, quia ſepiſſimè hoc accidiſſe repetimus. His ſtantibus ſoluendę ſunt inſtantiæ.

Caute procedere debet ciuis in procurando mortẽ tyranni Principis.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit inſtantiæ partis negatiuæ dubij dicendo, illam rectè concludere pro ſecunda concluſione ſeruatis ſeruandis. Ad inſtantiam pro parte negatiua dicit, quod quando ciuis occidit tyrannum qui vſurpauit ſibi regnum, non occidit ſimpliciter, vt perſona priuata, ſed vt miles, & authoritate publica Reipublicæ, vt declaratum eſt, hæc ſufficiant pro dubio iſto, ad aliud accedamus.

Inſtant. ſolutio.

Dubium tertium.

In hoc dubio quærit Lector, An homo occidere poſſit furem, vel latronem, pro vtraque parte format ratiocinia.

Pro parte affirmatiua talem rationem adducit. Fures, & latrones ſunt hoſtes Reipublicæ, ergo quilibet de Republica eos occidere poteſt ſicut, & tyrannum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt validiſſima ratio. Nullus priuata authoritate niſi pro defenſione ſuæ vitæ poteſt occidere quemquam, ergo neque furem ſeu latronem occidere poteſt.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus pro dubij deciſione tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primum dicit, quod duplex eſt fur, nocturnus, & diurnus, nocturnus, vel cognoſcitur pro fure, vel non, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima, Fur nocturnus ſi deſcerni non poteſt, quod ad furandum, & non ad occidendum venerit, nec alias poteſt depræhendi, poteſt occidi à priuata perſona, ſi autem poteſt cognoſci quod ad furandum venerit, & non ad occidendum, poteſt quis illum apprehendere, non tamen illum occidere, vt habetur. ff. de furtis. l. furem.

Non licet occidere furem quemquã priuata authoritem niſi pro latrone qui ad occidendũ venerit exiſtimaretur.

Ra-

Ratio eſt quia pro vitæ tuitione in ſui defenſionem licet occidere inuaſorem, alias non, & quia fur nocturnus aliquando non cognoſcitur pro fure, ſed timetur quod venerit ad occidendum, pro tuitione propriæ vitæ ſi non poteſt apræhendi occidi poteſt. At quando cognoſcitur pro fure, ſcilicet quod ad furandum venerit, apprendi poteſt, vt iuſtitia illum puniat de delicto, & occidi non poteſt, cum non liceat pro rebus externis ponere vitam proximi, niſi hoc fiat publica authoritate.

Licet occidere furem vt inuaſoré aſſaſinũ viatorum, & depopulatorem agrorum nocturnum.

Concluſio ſecunda, Furem diurnum non licet occidere, niſi fur defendendo ſe offendat Dominum, tunc autem ſi aliter fieri non poteſt occidi poteſt. Concluſio iſta probatur, quia melioris conditionis eſt Dominus quam fur ille, ergo cum Dominus non poſſit defendere ſe, & res ſuas niſi occidēdo furem inuaſorem, illum occideret poterit.

Concluſio tertia, Latronem inſidiantem in itineribus quilibet poteſt occidere ſecundum leges Arg. 23. q. 3. c. Fortitudo, ſimiliter cuilibet licet occidere depopulatorem nocturnum agrorum &c. Extra hũc caſũ authoritate propria nulli licet occidere quemquam, nec etiam iudæum, infidelem, paganum, hæreticum, &c. Ex quibus concluſionibus ſolutæ manent inſtātiæ vtriuſque partis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ partis affirmatiuæ dicendo, quod alia eſt ratio de tyranno, & alia de ſimplice fure, quia fur ſimplex occultè furatur, tyrannus manifeſtè, fur ſine violentia, & tyrannus cum violentia. Si autem fur vtitur violentia, vt in ſecunda, & tertia concluſione, idē iudicium fit de tyranno, & fure latrone, & aſſaſſino, fur ſimplex priuata authoritate occidi non poteſt, ſiue ſit nocturnus, ſiue diurnus, fur offendes Dominos rei poteſt occidi ſicut, & latro, & aſſaſſinus.

Inſtant. ſolutio.

Ad inſtantiam pro parte negatiua dicitur, quod talis fur offendit Dominum rei, ideo occidi poteſt ſicut, & latro, & aſſaſſinus priuata etiam authoritate. Hæc dicta ſint pro dubio iſto. Accedamus ad vltimum.

Dubium quartum.

IN hoc dubio quærit Lector, An liceat Clericis occidere malefactores, hoc quærit, quia rationes ſunt ex vtraque parte, Nam ex ſupradictis conſtat licitum eſſe poteſtate publica occidere malefactores, merito pro complemento intelligentiæ caſus præſentis, quærit Lector, An hoc ſit adeo licitum, quod poſſit etiã competere clericis, ita vt ipſi occidere poſſint.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua adſunt valediſſimę rationes, Prima deſumpta ex authoritate, vel exemplis ſanctorum. Clerici præcipuè implere debent, quod præcipit Apoſtolus 1. Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut, & ego Chriſti. Sed Deus, & Sancti occiderunt malefactores, ergo, & hoc facere debent clerici. Minor probatur Deus teſte Dauid, Pſal. 135. occidit malefactores. Nam inquit Propheta loquendo de Deo, qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum. Moyſes per manus leuitarum interfecit viginti tria milia hominum propter adoratione vituli Exodi 32. Finees ſacerdos interfecit Iſdraelitem cum Madianitide coeuntem 25. numerorum. Samuel interfecit Agag Regem Amalech, & Elias occidit Sacerdotes Baal, &c. In teſtamento nouo D. Petrus occidit Ananiam, & Saphiram, ergo eadem ratione, & Clerici poſſunt occidere malefactores.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Apoſtolus Paulus 1. ad Timotheum cap. 3. quo in loco dicit Apoſtolus, oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, non violentum, non percuſſorem, ergo Clericis non licet interficere quemquam.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Non licet Clericis occidere malefactores quia miniſtri Chriſti ſunt.

Concluſio reſponſiua quæſito. Non licet Clericis occidere malefactores, duplici ratione deſumpta ex D. Thom. probatur concluſio iſta, Primo probatur ſic, Clerici electi ſunt, & deputati ad altaris miniſterium, ſed in altari repræſentatur paſſio Chriſti occiſi, teſte D Petro, prima, 2. capit. qui cum pateretur non comminabatur, non repercutiebat, ergo Clericis non competit, vt ſint percuſſores, & multominus, vt ſint occiſores, valet conſequentia, debent enim miniſtri ſuum Dominum imitari, prout habetur Eccleſiaſt. 10. ſecundum iudicem populi, ita & miniſtri eius, index Chriſtus non venit occidere, ſed vitam dare, prout dixit ipſe, ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, ergo Clericis miniſtris eius non licet occidere, ſed procurare debent vitam animæ proximis ſuis, Secundo probatur intentum ſic, Clericis committitur miniſterium nouæ legis, ſed in noua lege non determinatur pœna occiſionis, vel mutilationis corporalis, ergo Clerici ad hoc vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti, debent ab occiſione, & mutilatione abſtinere, ergo non licet illis occidere quemquam.

Quæſitum.

IN hoc quæſito quærit Lector quo iure ſit prohibitũ Clericis quod nõ poſſent occidere homines, vel iure naturæ, vel iure diuino, vel iure Eccleſiaſtico? Aliud ius non datur, quod ad hoc poſſit Clericos abſtringere.

Quæſiti reſponſio.

COncluſio reſponſiua trimembris. Clericis non eſt prohibitum occidere malefactores iure naturæ, nõ iure diuino, ſed iure Eccleſiaſtico.

Concluſio iſta probatur quo ad ſingulas partes, Primo quod non ſit prohibitum Clericis occidere

De iure Pontificio antiquiſſimo prohibitum eſt clericis interficere maleſactores

Accedamus ad tertium membrum concluſionis noſtræ, quod eſt tale. De iure poſitiuo antiquiſſimo in Eccleſia Dei eſt huiuſmodi ſtatutum, ſcilicet, quod clericis non liceat interficere maleſactores, tanquam maximè conforme cum iure diuino Euangelico, ex canonibus Apoſtolicis comprobatum in Conſilio Conſtantinopolitano c. Epiſcopum. d. 45. Rationes comprobantes concluſionem principalem dubij ad hoc tendunt, ideo ſine vrgenti cauſa, & neceſſitate in hoc præcepto clerici non ſunt diſpenſandi, cum Eccleſia ad hôc
50. præcipuè tendat, vt clerici non ſint percuſſores iuxta ſententiam Apoſtoli Pauli. Ratio igitur huius ſanctionis Eccleſiæ, inquit Magiſter Dominicus à Soto, fundatur in doctrina, & honeſtate quæ in clericis reperiri debent, qua propter qui ſacris initiantur ſicut votum emittunt ne ſe ſemine polluant, ita lex Eccleſiæ illis prohibet ne contaminentur ſanguine. Ita quod ex communi ſententia doctorum prohibitio hæc ſe extendit ad omnes clericos, etiam ſi tantum ſint in minoribus conſtituti, De Acolitho habetur expræſſe in ca. fine, de clerico percuſſo, De clericis initiatis prima tonſura tantum, non ſic eſt certum, tenet tamen Magiſter Dominicus Banenſis, quod prohibitio iſta etiam ad illos ſe extendat. Nam quamuis prima tonſura, non ſit ordo (ſecundum probabiliorem opinionem) tamen conſtituit hominem in ſtatu clericali, & facit hominem capacem beneficiorum Eccleſiaſticorum, & illi gaudent priuilegio clericorum prout habetur in cap. Si quis ſuadente Diabolo, de ſententia excommunicationis, ergo ille euitare debet illa quæ non decent ſtatum clericalem. Reſpectu tamen culpæ, varia eſt conditio, qui in minoribus conſtitutus eſt effundendo ſanguinem iuridicè non peccat mortaliter inquit Magiſter Dominicus à Soto, cum ordines illi non ſint propriè ſacri. In ſacris exiſtens occidendo maleſactorem (abſque diſpenſatione Papæ) peccaret mortaliter, ſiue ſit iudex, ſiue ſit miniſter, primi tamen peccarent venialiter ſaltem, quia omnibus clericis interdicta eſt effuſio ſanguinis. Addit tamen Magiſter Dominicus Banenſis, ſi initiatus primæ tonſuræ velet vltro ſuſcipere officium iudicis, aut teſtis, aut tabillionis &c. in cauſa ſanguinis, priuaretur priuilegijs clericorum, & remaneret irregularis ad vlterius procedendum in clericatu, ſicut omnes iudices, & miniſtri in cauſa ſanguinis ſunt irregulares. His declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Prohibitio facta clericis de effuſione ſanguinis ſe extēdit etiā ad eos qui initiati ſunt prima tōſura.

Omnes miniſtri in cauſa ſanguinis ſūt irregulares ēt quod nō peccant, ſi iuridicè procedere.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

PRimæ inſtantiæ Theologus negat conſequentiam, & ad probationem dicit, quod vnuſquiſque in actionibus ſuis imitari debet Deum non abſolutè, ſed ſecundum ſuam congruentiam. Non enim licet homini punire totum orbem, vt fecit Deus puniendo totam ſodomam igne, & totum orbem aquis. Neque omnibus parcere, vt facit Deus qui expectat peccatores ad pœnitentiā, ſed vnicuique licet agere ſecundum legem ſibi præceptam, clerici agere debent ſecundum legem clericis datam, vt, ſcilicet, operentur ad ſpiritualē ſalutem animarum, quia poteſtas ſpiritualis illorum ordinata eſt, non ad occiſionem corporis, ſed ad vitam animæ. Ad id de Petro Apoſtolo dicimus, quod Petrus Apoſtolus, non propria authoritate, vel manu, interfecit Ananiam, & Saphiram, ſed diuinam ſententiam de eorum morte promulgauit, Sacerdotes, & leuitæ veteri teſtamenti non tractabāt ſpiritualia ſicut faciunt clerici noui teſtamēti, neque miniſteria occiſi innocentiſſimi Chriſti, ſed erant legis miniſtri qua corporalia ſupplitia etiam mortis maleficis decernebantur.

Clerici nequeunt ex re a legibus clericorum nec occidere maleſactores.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem tali medio dicendo, Poteſtas ſpiritualis eſt maior temporali, & Deo coniunctior, ſed poteſtas temporalis licitè maleſactores occidit, vt habetur ex D. Paulo Rom. 13. ergo multo magis clerici, qui ſunt miniſtri Dei, ſpiritualem poteſtatem habentes, licitè occidere poſſunt maleſactores.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod poteſtas clericorum ad meliora eſt ordinata, quam ſit corporalis, occiſio ordinata enim eſt ad ſpiritualem ſalutem, immo quia poteſtas ſpiritualis noui teſtamenti eſt maior, clericus non poteſt licitè occidere, rationem aſſignat Angelicus Doctor, quia non congruit clericis noui teſtamenti propter ſuam excellentiam, vt minoribus ſe ingerant, immo Deus ſufferre non poteſt clericum effundentem ſanguinem. In ſignum cuius Deus noluit, quod Dauid ædificaret templum nomini ſuo, quia vir ſanguinum erat, hoc autem permiſit Salamoni filio eius, quoniam vir pacificus erat, prout habetur Paralip. 22. & 28.

Ad dignitatē clericorū pertinet non poſſe effundere ſanguinē humanum.

Inſtantia 3.

Nondum acquieſcit Argumentator, de nouo inſtat contra reſponſionem allatam ſic dicendo, quicunque licitè ſuſcipit aliquod officium, licitè poteſt exercere ea quæ ad dictum officium pertinent, ſed officium Principum terræ eſt maleſactores occidere, vt recta ratio docet, ergo clerici, qui ſunt terrarum Principes licitè poſſunt occidere maleſactores.

Inſtant. ſolutio.

Satisfacit huic inſtantiæ Angelicus Doctor dicendo, verum eſſe quod aliqui Prælati Eccleſiarum accipiunt officium Principum terræ non, vt ipſi iudicium ſanguinis per ſeipſos exerceant ſed quod eorum authoritas per alios exerceatur. Nam dominium temporale acceptum à Pręlato Eccleſię modificatur à dominio ſpirituali, & merito inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quia nobilius debet ad ſe trahere ignobilius. Non enim poteſt Epiſcopus qui eſt Dominus temporalis exercere officium ſanguinis, ſcilicet, bellare, & facere huiuſmodi, quod poteſt Dominus temporalis, quia iſta repugnant dignitati Epiſcopali. Nam iſta, & ſimilia clericis ſunt prohibita.

Clerici Principes nequeunt occidere maleſactores per ſe licet per miniſtros ſuos.

Inſtantia 4.

Contra hanc ſolutionem Angelicam, ſcilicet, quod Pręlati accipiunt Principum terrę officium, non vt ipſi iudicium ſanguinis exerceant per ſe ipſos, ſed vt eorum authoritate per alios exerceatur, inſurgit Argumentator dicendo. Magis indecens

eſt

eſt occidere authoritatiuè, quã miniſterialiter. ſi ergo Prælatis terræ Principib. non licet occidere miniſterialiter, ſcilicet, per ſeipſos, ergo nec illis licebit eorum authoritate exercere hoc per alios, quia occidunt authoritatiuè, licet non occidant miniſterialiter.

Inſtant. ſolutio,

Theologus ex doctrina Banenſis ſatisfacit huic inſtantiæ. In lib. de iure, & iuſt. q. 64 art. 4 de homicidio dubio 2. dicendum aſſumptum eſſe falſum. Nam prohibitum eſt clericis proferre ſententiam in cauſam ſanguinis, & multo magis prohibita ſunt illis alia ſimilia exercitia miniſterialia, non ſolum illis non licet occidere, & mutilare inſtrumentaliter, ſed nec ſententiare in hac cauſa. Non tamen prohibetur eis concedere authoritatem iudici delegato, vt iudicet huiuſmodi cauſas, & exequatur ſententiam, Hanc ſententiam tenet gloſſa expreſſè in cap. clericis, & in cap. ſententiam. Nec clerici, vel monachi, & eſt ſententia D. Thom 2. 2. q. 64. art. 4. ad 3. quo in loco dicit expreſſè, quod Prælati Eccleſiarum accipiunt officium Principum terræ, non vt ipſi iudicium ſanguinis exerceant per ſeipſos, ſed quod eorum authoritate per alios exerceatur, & gloſſa in cap. ſupracitato dicit, Epiſcopus, & quandoque clericus habens authoritatem, & poteſtatem ſecularem poteſt ex iuris conceſſione abſque aliqua diſpenſatione committere vices ſuas alicui iudici, vt in cauſa ſanguinis ſententiam proferat. His ſtantibus reſpondemus inſtantiæ factæ, Primo ſecundum aliorum ſententiam, Secundo iuxta propriũ iudicium, primi Theologi, vt excuſent Epiſcopos ne ſint cauſa præcipua iudicis delegati, dicunt, quod quando Epiſcopi deſignant iudicem in cauſa ſanguinis, tunc exercent nudum miniſterium in creando illum iudicem, non tamen illi confero authoritatem occidendi, ſed talis authoritas confertur iudici de nouo creato à Republica, vel à Principe ſeculari, qui primitus creauit illud officium Prætoris, ex quo accepit Epiſcopus iuriſdictionem illam temporalẽ ad nominandam perſonam iudicis, exempla adeſt de creatione Papæ, Cardinales eum eligunt in ſummum Pontificem, non conferunt tamen illi authoritatem Pontificiam, ſed ſolum eligunt, & nominant perſonam, Cui Chriſtus tribuit Pontificiam authoritatem. Ita inquiunt Epiſcopus nominat perſonam iudicis ad cauſas ſanguinis, Reſpublica autem tribuit illi authoritatem occidendi malefactorem.

Prælatus Eccleſiæ habens iuriſdictionẽ temporalẽ poteſt committere vices ſuas in cauſa ſanguinis iudici ſæ delegato, nõ tamẽ exercere hoc per ſe poteſt.

Reſpõſio nõ perfecta.

Deſtruitur reſponſio.

Reſponſio iſta in apparentia ſoluit inſtantiam factam ſupra, ſed in rei veritate non totaliter ſatisfacit. Nam qui dat formam dant etiam illa quę ſequuntur ad formam ipſam, qui creat iudicem in cauſa ſanguinis ei dat illa quæ ad talis cauſæ executionem ſunt neceſſaria. Nam iudex delegatus id totum quod habet, habet ab eo, à quo dependet, vnde cum præceptum prohibens clericis effuſionem ſanguinis ſit de iure Eccleſiaſtico, ab Eccleſia poteſt limitari, Eccleſia (vt ex ſuperioribus patet) prohibet clericis miniſterialiter effuſionem ſanguinis, & concedit illis qui temporale dominium habent, vt poſſint nõn per ſeipſos, ſed per alios occidere malefactores, ideo Prælati iſti ex ſeipſis hoc licitè facere poſſunt.

Vera ſolutio.

His obſeruatis reſpondemus inſtantiæ factæ dicendo, quod iſta authoritas non dedecet Epiſcopo, quoniam per huiuſmodi commiſſionem in vniuerſali non dimittitur manſuetudo Eccleſiaſtica, quæ manſuetudo vtique amittitur per exercitium in particulari circa occiſionẽ malefactoris, vnde, & Prædicatores ortari poſſunt Prætores, & Iudices, vt puniant malefactores, nec ea hoc amittunt manſuetudinem Eccleſiaſticam, multo minus amittunt hanc manſuetudinem confeſſarij ſi Prætores, & Iudices pœnitentes admoneant in foro conſcientię, vt exerceant iuſtè officium ſuum etiam in cauſa ſanguinis, & ratio eſt manifeſta, quia ille homo pręcipit in foro conſcientię facere iuſtitiã in particulari. Ad inſtantiam autem dico, quod non eſt indecens occidere malefactorem authoritatiuè, ſicut eſt indecens occidere miniſterialiter, maximè quando authoritas reſidet in Pręlato, qui nihil particulare exercet circa occiſionem ſingularem huius hominis, ſed operatur, vt cauſa vniuerſalis remota. Indecentia conſiſtit in prolatione ſententię in accuſatione, in teſtificatione contra reum particularẽ in actu exercito occidendi. At quod hęc fiant authoritate Pręlati non eſt indecens, quia licet ſit cauſa principalior, eſt tamen cauſa vniuerſaliter, ſicut & ipſe legiſlator qui tullit leges iuſtas de occidendis malefactoribus, non amittit manſuetudinem Eccleſiaſticam neque eſt irregularis, etiam ſi authoritate legis plurimi malefactores occidantur, Secundo dicimus, quod iſta prohibitio Eccleſię, vt iam dictum fuit, ſcilicet, ne clerici occidant malefactores non debet extendi, ſed ſtandum eſt in ipſo iure, & approbata conſuetudine, ex quo ſequitur nullam irregularitatis notam incurrere tales Pręlatos committendo vices ſuas iudicibus ab illis delegatis in cauſa ſanguinis, neque Inquiſitores, quando relaxant hęreticos brachio ſeculari, quamuis ſint certi, quod ex huiuſmodi relaxatione ſequatur mors illorum. Debent tamen ſeruare formam ab ipſo iure pręſcripta, in cap. Nouimus de verborum ſignificatione, videlicet, debent rogare iudices ſeculares, vt benignè ſe gerant cum hęreticis, ſibi relaxatis. Hęc dicta ſint pro dubio iſto, eſſent alia duo dubia diſputanda hic ſcilicet, de occiſione vxoris, depręhenſę in adulterio, & de occiſione Baniti at quia primum diſputandum fuit in diſputatione, de adulterio, & ſecundum in diſputatione de Banito, mittimus ad loca illa lectores. Nos autem pergimus ad ſolutionem Argumentorum pro parte affirmatiua caſus.

Licet Clericis Principibus authoritatiuè occidere malefactores miniſterialiter autem non.

Pręlati non incurrunt irregularitatẽ committẽdo cauſã ſanguinis iudicibus ſuis, nec Inquiſitores relaxãdo reos brachio ſeculari.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

LEctor Theologus negat conſequentiam primi argumenti, & rationem adducit dicendo, quod Moyſes, & Iudęi occiderunt proximum ſuum, non vt perſonę priuatę, nec ex propria authoritate, ſed vt miniſtri ſupremi iudicis, ſcilicet, Dei benedicti, quoniam hoc fecerunt ex mandato

Domi-

Digitized by Google

Domini ſic, & miles occidit hoſtes, authoritate Principis,& miniſter iuſtitiæ occidit latronem,authoritate iudicis. Occiſio igitur Idolatrarum illorum fuit potius Dei quam populi,ex dicto Dionyſij de cæleſti Hierarchia c. 12. Ille aliquid facit,cuius authoritate fit.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum,& probare intendit,quod priuatæ perſonæ liceat occidere malefactorem tali medio. Homo propter peccatum comparatur beſtijs teſte. Dauid Rege.Pſal.48. dicente,homo cum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, ſed licet priuatæ perſonæ occidere beſtias præcipuè nocentes, ergo & peccatores licebit illis occidere.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod beſtia naturaliter eſt diſtincta ab homine, vnde ſuper hoc non requiritur aliquod iudicium, an ſit occidenda,ſi eſt Syluestris, ſi eſt domeſtica,vtique requiritur iudicium, non propter ipſam beſtiam, ſed propter damnum quod ſit Domino ipſius beſtiæ ex tali occiſione.Circa hominem peccatorem (cũ non ſit naturaliter diſtinctus ab hominibus iuſtis) iudicium publicum eſt neceſſarium, vt diſcernatur An ſit occidendus, pro communi ſalute, an non, vnde ad hoc requiritur publica authoritas, quæ non reperitur in perſona priuata.

Argumẽtum tertium.

Contra inquit Lector, probo quod ad occiſionis peccatoris ſufficit priuata authoritas ſic. Laudabile eſt, quod homo etiam ſi ſit priuata perſona,vt operetur,quod vtile eſt bono communi,ſed occiſio malefactoris vtilis eſt bono communi, vt ex præcedentibus conſtat,ergo laudabile eſt ſi priuatæ perſonæ occidant malefactores,ergo ad hoc ſufficit authoritas priuata, nec requiritur authoritas publica.

Argumenti ſolutio.

Theologus ex doctrina Angelici Doctoris ſatisfacit huic argumento dicendo,quod facere aliquid ad vtilitatem communem ſtat dupliciter, Primo abſque nocumento alterius, Secundo cum nocumento illius, facere aliquid ad vtilitatem communem,quod nulli nocet licitum eſt cuilibet priuatæ perſonæ, ſed ſi ſit cum nocumento alterius hoc non debet fieri, niſi ſecundum iudicium eius ad quem pertinet æſtimare quid ſit ſubtrahendum à partibus pro ſalute totius, quod fieri non poteſt ſine authoritate publica. Hæc dicta ſint pro caſu iſto,& pro dubijs anexis. Nunc autem proponendum ſub diſputatione eſt alius caſus.

Caſus tertius.

IN hoc caſu intendit Lector in diſputatione ponere illa quæ pertinent ad homicidium circa propriam perſonam.

In caſu ergo quærit Lector,vtrum liceat alicui occidere ſeipſum.

In dubio inueſtigat,An occidens ſeipſum,peccat contra iuſtitiam, quæ eſt ad ſeipſum,vel contra illam quæ eſt ad proximum, vel contra illam quæ eſt ad Deum.

In quæſito interrogat, An poteſt dari aliquis caſus in quo liceat homini interficere ſeipſum.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum liceat alicui occidere ſeipſum,& pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum,Homicidium eſt peccatum in quantum contrariatur iuſtitiæ. Sed nullus poteſt ſibiipſi iniuriam facere,prout affirmat Ariſt.5.Ethicorum iuſtitia enim eſt ad alterum,& non ad ſeipſum,ergo nullus peccat occidendo ſeipſum,ergo cuilibet licet occidere ſeipſum ex iuſta cauſa.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Illud non licet alicui quod eſt prohibitum à lege diuina, ſed occidere ſeipſum eſt prohibitum à lege diuina,ergo nulli licet occidere ſeipſum,Prima propoſitio conceditur à quocunque obſeruatore legis diuinæ, Secunda probatur ſic, Præceptum in decalogo eſt.Non occides,ergo eſt contra legem Dei occidere ſeipſum, probatur conſequentia per D. Auguſtinum primo de ciuitate Dei cap.20.in fine tomi 5.vbi dicit hæc verba. Reſtat, vt de homine intelligamus illud quod dictum eſt, Non occides, nec alterum, ergo neque te, neque enim aliquid quam hominẽ occidit, qui ſeipſum occidit.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro intelligentia præſentis caſus,quatuor facit, Primo recitat opiniones diuerſas in hac materia, Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubium, & ſoluit illud. Quarto ſatisfacit argumento partis affirmatiuæ, quo ad primum vtile erit proponere opiniones hæreticorum circa hanc materiam,vt illis proiectis veritas caſus omnibus ſit manifeſta. Opinio prima fuit aliquorum qui vocabantur circumcilliani, vt habetur in directorio Inquiſitorum in 2.p.q.6 Illi dicebant, quod deſiderio martyrij licebat occidere ſeipſum,ſcilicet, vt palmam martyrij conſequerentur,qua differentia dicebant ipſi, quod qui ſeipſos occidunt martyres Dei ſunt,quia voluntariè moriuntur, immo Paulinus Donatiſta dicebat, quod qui ſe pro peccato ſuo occidunt, debent martyres nuncupari, eo quod puniuntur in ſeipſis illud,quod dolent commiſiſſe, ex quo fundamento falſo concludebant, & dicebant, Iudam fuiſſe Protomartyrem,quæ opinio vltima,quod eſt hæretica,ſtultiſſima eſt, & ſine fundamento,contra has hæreſes diffinitum fuit in multis capitulis, vt eſt videre apud Banenſem, quod occidere ſeipſum,eſt contra naturam, prout Ariſt.5.Ethicorum inſinuat cap.11 dicẽdo,quod occidere ſeipſum, non eſt actus fortitudinis, ſed puſillanimitatis, immo dicimus nos Chriſtiani, quod Iudas qui propter peccatum commiſſum ſe occidit,non fuit Protomartyr Eccleſiæ, ſed Inferni,non Dei,ſed Diaboli,finis enim illius homicidij hoc oſtendit. Nam dicitur Actuum Apoſtolorum primo, quod Iudas ſe ſuſpendit, & crepuit medius.

Hæretici aliqui dicunt,quod occidentes ſeipſos ſũt martyres ſ. Diaboli. ſ.non autẽ Dei.

Digitized by Google

diuiſi, & diffuſa ſunt viſcera eius in ſignum, ſcilicet, magni peccati illius, quapropter ibi dicitur, quod Iudas abijt in locum ſuum, ſcilicet, in Infernum damnatorum, qui ergo occidunt ſeipſos non martyres Dei ſunt, ſed ſequaces Iudæ proditoris, propterea cum Iuda ad Infernum pergunt.

Relictis his falſis opinionibus, vel potius hæreticalibus ſententijs, cum D. Thom. reſpondemus quæſito hac concluſione vnica.

Occidere ſeipſum eſt omnino illicitũ, & peccatum grauiſſimum ex parte ſui ex parte Reipublicæ, & ex parte Dei.

Concluſio, Occidere ſeipſum eſt omnino illicitum, ex parte ſui, ex parte Reipublicæ, & ex parte Dei; per conſequens peccatum mortaliſſimum. Concluſio iſta probatur quo ad ſingulas partes, Primo quod talis occiſio ſit illicita, & peccatum grauiſſimum, ex parte ſe occidentis probatur ſic. Naturaliter quælibet res amat ſeipſam, & per conſequens naturaliter quærit conſeruare ſe in eſſe, & naturaliter reſiſtit corrumpentibus; ergo quod aliquis ſe occidat eſt contra inclinationem naturalem, & contra charitatem, ad ſeipſum, quia quilibet debet ſeipſum diligere, ex quibus ſequitur, quod occidere ſeipſum (cum ſit contra inclinationem naturalem) ſit etiam contra legem naturæ & contra legem charitatis, & quod ſit peccatum mortale grauiſſimum.

Impugnatio.

Lector contra hanc ſanam doctrinam ſe opponit, & probare intendit, quod ex hoc, quod occidere ſeipſum ſit contra inclinationem naturalem, quod non ſit peccatum mortale tali medio. Non omnis inclinatio naturalis eſt bona, immo aliqua eſt mala, ergo agere contra inclinationem naturalem non eſt peccatum præcipuè mortale, immo aliquando eſt virtus. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur delectatio humana ad bonum delectabile naturalis eſt, cum ſit animalis delectatio, ſed talis delectatio ſæpe numero eſt mala, cui reſiſtere debemus mediantibus virtutibus, vt habetur ex D. Paulo Rom. 7. quo in loco dicit Apoſtolus, Sentio in membris meis legem repugnantem legi mentis meæ, ducentem me in legem peccati, & alibi Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ergo operari contra inclinationem naturalem nõ eſt peccatum mortale ſemper, per conſequens, non ſequitur, quod ſi occiſio ſuipſius ſit contra inclinationem naturalem, quod ſit peccatum mortale.

Impugnationis dilutio. Duplex inclinatio naturalis materialis, & formalis, prima vocatur nãlis ſecũdum quid, ſecunda autem dicitur naturalis ſimpliciter.

Theologus vna cum Magiſtro Dominico Banenſis per diſtinctionem ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod duplex eſt inclinatio naturalis, vna ſe tenet ex parte generis, alia ex parte ſpeciei, prima eſt materialis, ſecunda formalis. Iſtæ inclinationes naturales poſt lapſum ſunt ſibi inuicem contrariæ, teſte Apoſtolo Paulo, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, prima inclinatio dicitur naturalis ſecundum quid, ſcilicet, in natura corrupta, ſecunda dicitur naturalis ſimpliciter, quia ſe tenet ex parte totius ſpeciei. Agere contra naturalem inclinationem genericam, quæ dicitur inclinatio naturalis ſecundum quid non eſt peccatum, ſed virtus. Agere contra inclinationem naturalem ſpecificam, quæ naturalis eſt ſimpliciter, peccatum mortale eſt, de hac igitur inclinatione naturali hic loquitur Angelicus Doctor dicendo, quod inclinatio naturalis tendit ad vitæ conſeruationem, & quod ex charitate quilibet amat ſeipſum, & quod facere contra talem inclinationem peccatum mortale eſt, non ſolum inhumanum eſt, ſed contra totum fundamentum naturæ, quod autem viuere ſit inclinatio naturalis ſuadetur ſic. Rationalis natura, per opera rationis, felicitatem (ad quam naturaliter tendit) quærit, ſed iſta opera exerceri non poſſunt niſi à viuente: ergo naturaliter vita deſiderabilis eſt.

Quo ad ſecundum Angelicus Doctor probat intentum principale, ſcilicet, quod non liceat homini interficere ſeipſum, tali medio, in ordine, ſcilicet; ad Rempublicam quilibet homo eſt pars communitatis, & id quod eſt, ſuæ communitatis eſt, ergo qui interficit ſeipſum communitati iniuriam facit integrati, vt affirmat Phyloſophus 5. Ethic. c. vltimo, ergo non licet homini interficere ſeipſum; ſicut nec licitum eſt interficere filium, vxorem, ſeruum, vel animal alterius (priuata authoritate. Confirmatur hoc. Nam quælibet perſona eſt pars communitatis; ergo dum pars offenditur, offenditur communitas ipſa. Non enim pars totius offendi poteſt, quin, & totum non ſit offenſum, vt experientia docet. Tandem Sanctus Doctor ſuadet hanc veritatem, ſcilicet, quod occidere ſeipſum reſultat in offenſam Dei (tali medio) vita eſt quoddam donum diuinitus homini donatum, & eius poteſtati ſubiectum. Cum Deus occidere, & viuere faciat, ergo qui occidit ſeipſum dupliciter peccat in Deum, primo ſicut ille qui alienum ſeruum interimit, ſecundo ſicut ille qui vſurpat ſibi iudicium de re ſibi non commiſſum. Oſtenditur veritas iſta quo ad vtramque partem. Nam homo eſt ſeruus Dei, ſed ad ſolum Deum pertinet iudicium mortis, & vitæ, ex teſtimonio ipſiuſmet Dei. Deut. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam, ergo non licet homini occidere ſeipſum, hoc totum confirmat Magnus Pater Auguſtinus primo de ciuitate Dei. c. 26 dicendo. Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus.

Varijs de cauſis quis mouetur ad occidẽdũ ſeipſũ, ſed nulla illarum bona eſt, niſi ſit ex inſtinctu Spiritus Sancti.

Neminem ſpontaneam mortem ſibi debere inferre, & ibi ponit omnes caſus qui mouere poſſunt aliquem ad occidendum ſeipſos, vt recitatur 23. q. 5. c. ſi non licet. Non occides. Primo aliqui ſe occidunt cauſa melioris vitæ, ſeu felicitatis conſequendæ, vt fecit quidam Phyloſophus, qui lecto libro de immortalitate animæ Platonis, ob deſiderium impatiens pertingendi ad hanc immortalitatem poſſidendam, ſeipſum in ignem ſe proiecit, vt refert D. Auguſtinus quinto de ciuitate Dei, errauit tamen Phyloſophus iſte, quoniam prout docet Angelicus Doctor. Tranſitus hominis ab hac vita ad aliam felicitatem, non ſubiacet lib. arb. hominis, ſed poteſtati, diuinę, ideo non licet ob deſiderium felicioris vitę ſe occidere. Secundo poteſt quis moueri ad occidẽdum ſeipſum ad euitandas miſerias vitę præſentis, puta paupertatis, infirmitatis, perſequutionis confuſionis, infamię, &c. Sicut fecit. Achitophel qui laqueo ſe ſuſpendit 2. Reg. c. 17. Sicut fecit Saul, qui in bello deuictus à Philiſteis, ruit ſuper gladium ſuum, &

non

Digitized by Google

non plenè mortuus rogauit Amalechitam ſeruum ſuum, vt eum interficeret, ne luderetur à philiſteis 1 Reg.vltimo, & Razias ne caperetur, & illuderetur à gentibus ſe occidit,ſecundo Machab.14. & Cato Vticenſis audita victoria Iulij Cæſaris,nolens ſe illi ſubijcere,occidit ſeipſum,vt refert Valerius Maximus; & D.Auguſtinus, primo de ciuitate Dei,ſed hoc iſti illicitè fecerunt,& irrationabiliter,quoniam vltimum malorum terribilium,eſt mors ipſa,ex Phyl.4.Ethicorum. Inferre igitur ſibi mortem his de cauſis eſt maius malum aſſumere, vel eligere, ad euitandum minus,cuius oppoſitum ſemper ratio ſuadet, iuxta adagium illud De duobus malis minus eſt eligēdum, vel formalius loquendo,maius eſt fugiendum eligenda ſunt alia mala ad fugiendam mortem violentam, vel fugienda eſt mors violenta, & potius alia mala ſubſtinere patienter, Tertio poteſt quis moueri ad occidendum ſeipſum propter aliquod peccatum commiſſum, ſicut fecit Iuda Iſcarioth, de quo loquuti ſumus ſuperius, ſed neque hoc licet, quoniam actus ille eſt actus deſperationis,recurrendum eſt ad pœnitentiam, & non ad laqueum, miſericordia Domini ſuperat omnes noſtras iniquitates,& Deus promptior eſt ad veniam,quam ad vltionem, Quarto poteſt quis moueri ad hoc ne ab alio corrumpatur, ſicut fecit quædam mulier coniugata honeſtiſſima,pro qua cum miſiſſet Diocletianus Imperator, vt ea abuteretur (captus ſua pulchritudine) quæ dixit marito ſuo quid eſſet agendum, cui maritus dixit non poſſe impedire ſtuprum. At illa occidit ſeipſam contaminaretur,vt habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica, quod factum licet apud ciuiles ſit commendatum,tamen fuit illicitum,& peccatum maximum,hac de cauſa occidere ſeipſam, quia inuita violatio, duplicat coronam pudicitiæ, ex teſtimonio B.Luciæ. Si me inuita violare feceris virginitas duplicabitur mihi ad coronam, dicebat tyranno, & minus malum eſt violenter conſentire actui venereo,quam occidere ſe,quia in primo facto reperitur tempus pœnitentiæ non autem in ſecundo,Quinto ad hoc quis moueri poteſt timore cōſentiendi in aliquod peccatum, puta ne violeſata mulier cōſentiat delectationi venereæ,neque hac de cauſa procuranda eſt ſibi mors, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, ſimiliter non licet abſcindere ſibi virilia, ne labatur in vitia carnalia, vt fecit Origenes, qui ſibi virilia amputauit, vt poſſet ſecurius per domos mulierum tranſire, & commorari cum illis, ad prædicandum verbum Dei, vt habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica, immo hoc prohibetur tanquam homicidium 55.d.c.ſi quis abſciderit, Vlterius,hoc non licet cum dicat Apoſtolus non ſunt facienda mala, vt veniant bona, vel vt euitentur minora mala, & incerta, incertum eſt enim, vt aliquis in futuro conſentiat peccato, poteſt enim illum Deus eripere à quacunque tentatione, & etiam poteſt ſuperueniente peccato illum ab illo liberare. His ſic declaratis, vt magis percipiatur doctrina iſta,proponendum eſt dubium.

Abſcindere virilia non licet ad fugiendum ſtimulū carnis,& conſenſum in venereis.

Dubium.

LEctor in hoc dubio quærit, An occidens ſeipſum, peccat contra ſeipſum, contra proximum ſuum, & contra Deum. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt D.Thom. in deciſione caſus,in qua oſtendit, quod occidens ſeipſum peccat contra charitatem ad ſeipſum,contra iuſtitiam ad communitatem, & ad Deum, & quod materialiter peccat,ergo occidens ſeipſum peccat contra charitatem ad ſeipſum,& contra iuſtitiam ad Deum, & ad proximum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Lector rationibus probat, quod occidens ſeipſum non peccat contra iuſtitiam in ordine ad Rempublicam,neque ad Deū, & quod pecat contra iuſtitiam in ordine ad ſeipſum. Quo ad primum ſic procedit, qui prodigit bona ſua, & famam non peccat contra iuſtitiam, per comparationem ad Rempublicam, ergo neque qui occidit ſeipſum, Antecedens pro nunc ſupponitur,conſequentia probatur, Bona temporalia,& bona fama ciuium pertinent ad commune bonum,& ad decorem Reipublicæ,ſicut,& vita ciuium, ergo pari ratione non erit contra iuſtitiam occidere ſeipſum, vel vtrumque erit contra iuſtitiam, valet conſequentia, nam Reſpublica non ſolum eſt cuſtos vitæ ciuium, ſed bonorum temporalium, & famæ illorum, ergo ſi qui iſta prodigit non peccat contra iuſtitiam in Rempublicam, ergo neque contra talem iuſtitiam peccat qui occidit ſeipſum,ſecundum membrum aſſumptum in argumento probatur,inter hominem, & Deum non eſt propriè iuſtitia commutatiua, ergo homo non poteſt peccare contra iuſtitiam in ordine ad Deum, quod autem homo peccet contra iuſtitiam in ordine ad ſeipſum, probatur. Mulier quæ voluntariè permittit ſe per fornicationem corrumpi, peccat contra iuſtitiam in propriam perſonam, ergo homo qui ſe interficit, vel ortatur alium vt eum occidat, vt fecit Saul, peccat contra iuſtitiam in comparationem ad ſeipſum,ergo falſum eſt,id quod dicit D.Thom.ſcilicet,quod qui occidit ſeipſum peccat tantum contra charitatem,& non contra iuſtitiam ad ſeipſu.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit; Primo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito,Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ,quo ad primum.

Occidens ſeipſum nō peccat peccato iniuſtitiæ contra ſeipſum.

Concluſio prima, qui occidit ſeipſum, nullo modo peccat contra iuſtitiam per comparationem ad ſeipſum. Probat concluſionem iſtam tali medio,omnis iuſtitia, & iniuſtitia debet eſſe ad alterum,ergo non ad ſe, valet conſequentia, quia nullum patitur iniuſtum volens,per Ariſt.cum ergo qui occidit ſeipſum voluntariè ſe occidit, ergo in ordine ad ſe nullum patitur iniuſtum,ergo non peccat peccato iniuſtitiæ contra ſe.

Impugnatio.

Contra hoc inſurgit Argumentator dicendo, quando Martyr patitur, patitur iniuſtum volens, vult enim libenter mori pro confeſſione fidei, ergo quis patitur iniuſtum volens, peccat contra ſeipſum peccato iniuſtitiæ.

Impugnationis dilutio. Pati martyrium voluntariè ſtat dupliciter, primo ex parte Dei, ſecundo ex parte tyranni in primo ſenſu, & non in ſecundo martyrium eſt voluntarium.

Theologus ſoluit hanc impugnationem per vnam diſtinctionem pati iniuſtum ſtat dupliciter, vel in ordine ad agentem, vel in ordine ad finem pro quo patitur, ſimiliter Martyr pati martyrium voluntariè, ſtat dupliciter, Primo in ordine ad Deum, & ad Eccleſiam, Secundo in ordine ad tyrannum, Martyr patitur martyrium voluntariè in ordine ad Deum, & ad Eccleſiam ſuam ſanctam, non enim per comparationem ad tyrannum patitur voluntariè. Non enim petit à tyranno, vt ipſum occidat, imo nollet mori cum peccato tyranni ipſum occidentis quamuis ſuppoſita malitia illius, gaudeat de paſſione martyrij ſui. Ad hoc enim quod aliquid dicatur pati iniuſtum ſufficit, quod in actu illo ſit inuoluntarium etiam ſi ſit mixtum cum voluntario. v, g. quando aliquis dat latroni pecuniam, vt effugiat mortem, ille quidem dat voluntariè ſimpliciter, ſed inuoluntariè ſecundum quid, & hoc ſufficit, vt patiatur inuoluntarium dans pecuniam latroni.

Occidẽs ſeipſum peccat cõtra iuſtitiã cõmutatiuã in ordinẽ ad Rẽpublicã, & legalẽ in ordine ad Deum,

Concluſio ſecunda, qui ſeipſum occidit per comparationem ad Rempublicam peccat contra iuſtitiam commutatiuam, non autem contra iuſtitiam legalem, & probatur ſic intentum. Homicidium ex genere ſuo eſt peccatum iniuſtitiæ contra iuſtitiam commutatiuam, ſed qui ſe occidit eſt verè homicida, ergo peccat contra iuſtitiam commutatiuam, Confirmatur intentum, ſi tantum peccaret cõtra iuſtitiam legalem qui ſe occidit (eo quod omnis homo debet ſe conſecrare, & ordinare ad bonum publicum) ſequeretur, quod non ſemper occidere ſeipſum eſſet peccatum mortale iniuſtitiæ, per comparationem ad Rempublicam, probatur ſequela. Nam & ſi vita hominis cuiuslibet ſit valde prætioſa in ordine ad colendum Deum, & inquirendum vltimum finem, tamen per comparationem ad bonum Reipublicæ multi homines ſunt inutiles, & pernitioſi, ergo in ordine ad iſtos, occiſio ſui ipſius, vel non erit peccatum, vel erit tantum peccatum veniale, quod eſt contra ſententiam Doctoris Angelici aſſerentis in reſponſione ad primum, quod occiſio ſui ipſius eſt peccatum mortale, contra iuſtitiam in ordine ad communitatem, quapropter tenendum eſt cum D. Thom. quod iniuſtitia quam committit occidens ſeipſum per comparationem ad Rempublicam non ſit tantum legalis, ſed etiam commutatiua, cuius ratio eſt, quia Reſpublica ipſa habet ius ad cuſtodiendam vitam hominis, etiam volentis ſe occidere, ergo homo qui ſe occidit facit contra iſtud ius, quod habet Reſpublica. Confirmatur doctrina hæc, Nam Prætor qui habet publicam authoritatem tenetur ex officio defendere vitam hominis, non ſolum ab alio aggreſſore, ſed etiam à ſeipſo, volente ſe occidere, ita quod, ſi illum non defendit peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ergo qui ſeipſum occidit facit contra hoc ius ſpeciale, quod habet Reſpublica ad cuſtodiendam vitam hominis iſtius,

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem inſurgit Argumentator dicendo, Homicida, ſiue alterius, ſiue ſui, nõ tenetur reſtituere Reipublicæ, ergo non peccat contra iuſtitiam commutatiuam per comparationem ad Rempublicam.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quia vita eſt irrecuperabilis, propterea qui non poteſt reſtituere hominem occiſum Reipublicæ, excuſatur à tali reſtitutione, non tamen à damno dato familiæ defuncti, ideo illi facienda eſt reſtitutio damni dati.

Concluſio tertia, qui ſeipſum occidit peccat peccato iniuſtitiæ per comparationem ad Deum, prout iniuſtitia opponitur iuſtitiæ commutatiuæ,

Qui occidit ſeipſum peccat peccato iniuſtitiæ cõmutatiuæ in ordine ad Deum.

Concluſio expreſſe habetur ex verbis D. Th. dicit enim Angelicus Doctor, qui ſeipſum occidit in Deum peccat, ſicut qui alienum ſeruum interficit, peccat in Deum cuius eſt ſeruus, & ſicut peccat ille qui ſibi vſurpat iudicium de re ſibi non commiſſa, at huiuſmodi peccata ſunt contra iuſtitiam commutatiuam, ergo qui ſe occidit peccat contra iuſtitiam commutatiuam in ordine ad Deum, ſicut, & ille qui occidit ſeruum alienum, in ordine ad Dominum ſuum, ex his dictis D. Thom. poſſumus ſumere nouam rationem pro ſecunda concluſione, ſcilicet, quod qui ſe occidit vſurpat ſibi iudicium Reipublicæ, ad quem pertinet ex officio iudicare, an homo ſit occidendus, vel non, quare ille qui ſe interficit vſurpat officium Reipublicæ occidendo ſeipſum propria authoritate. His concluſionibus ſic declaratis, ſoluendæ ſunt per ordinem inſtantiæ aduerſariorũ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. Alia ratione Reſpublicæ cuſtos vitæ hominũ, & alia rerũ illorum.

Theologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod homo eſt verè Dominus ſuorum bonorum temporalium, tamen non eſt Dominus vitæ ſuæ, ſed tantum, eſt cuſtos illius in ordine ad ſuam Rempublicam, Concedimus nihilominus, quod Reſpublica ſit cuſtos bonorum temporalium, fortunæ, & honoris ciuium, ſed alia eſt cuſtodia vitæ ciuium & alia bonorum externorum, vitæ taliter eſt cuſtos, vt modis omnibus poſſibilibus conſeruetur, Rerum autem, vt ne quis iniuſtus ſit contra proximum ſuum in auferendo huiuſmodi bona, nõ tamen Reſpublica habet ius ad impediendum verum Dominum ne diſcipet bona illa, & ſi aliquando impedit, hoc facit ſub alio titulo, ſcilicet, ne operetur contra iuſtitiam legalem, quæ obligat ciuem ad ponenda bona ſua, & vitam propriam pro neceſſitate ſuæ Reipublicæ.

Inſtant. ſolutio.

Ad ſecundam inſtantiam ſimiliter Theologus dicit, conſequentiam non currere, & hoc oſtendit dicendo, quod licet inter hominem, & Deum propriè non ſit iuſtitia commutatiua, reperitur tamen, aliquid aliud correſpondens iuſtitiæ illi commutatiuæ. Nam omnes creaturæ ſunt ſeruæ

Dei,

Occidens ſeipſum operatur contra iuſtitiam commutatiuã, & in ordine ad Deum qui eſt Dominus vitæ.

Dei. Deus autem ſibi ſeruauit dominium vitæ noſtræ, & mortis, ſimiliter (vt dictum eſt ſupra) propterea qui occidit hominem occidit ſeruum Dei, etiam quod occidat ſeipſum. In quo caſu ſibi vſurpat iudicium vitæ, & mortis. quod ſeruatum eſt Deo, & ſic peccat contra iuſtitiam commutatiuam per comparationem ad Deum, quamuis propter Dei excellentiam non inueniatur propriè, & formaliter iuſtitia commutatiua inter Deum, & hominem, reperitur tamen aliquid altius, quam ſit virtus iuſtitiæ commutatiuæ, quod abundè ſupplet (loco illius) Hac ratione motus Angelicus Doctor dicit, quod pœnitentia eſt ſpiritualis virtus iuſtitiæ, quæ reducitur ad commutatiuam, per quam homo nititur ſatisfacere Deo pro offenſa ſibi illata, modo quo poteſt, quo & filius facit erga Patrem ſuum, dum quærit ſatisfacere illi, pro offenſis ſibi illatis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat antecedens tertiæ inſtantiæ, & dicit, quod ſtuprum illud puellæ conſentientis, eſt vitium contra caſtitatem reſpectu puellæ, quæ permiſit, vel voluit deflorari, & amittere ſigillum ſuæ virginitatis, quod ſeruandum erat viro ſuo, pro tempore nuptiarum. Non tamen ex parte ſui eſt peccatum contra iuſtitiam ad ſe, eſt tamen peccatum contra iuſtitiam in ordine ad Patrem ſub cuius tutela poſita eſt filia, hoc idem dicimus de vxore peccante liberè, & de alijs quæ ſub tutela aliorum ſunt, ſimiliter ex ſententia Banenſis in doctrina D. Thom. non peccat contra iuſtitiam, qui occidit, vel mutilat alterum volentem occidi, vel mutilari, per comparationem ad ſeipſum, (bene autem per comparationem ad communitatem) & ad Deum. Ita qui voluntariè conſentit fornicationi, vel ſtupro, peccat contra iuſtitiam non in ordine ad ſe, bene autem per comparationem ad Patrem, vel ad tutorem, vel ad maritum, & per conſequens ad Deum, cuius lex eſt, vt non fornicetur, in ordine ad ſe non eſt peccatum contra iuſtitiam, quia volenti, & conſentienti non fit iniuria. Occidens tamen ſeipſum, peccat contra charitatem, qua diligere debet ſeipſum poſt Deum, Hæc dicta ſint pro dubio iſto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuæ caſus.

Stuprans volentẽ ſtuprari peccat cõtra iuſtitiã in ordine ad cuſtodem illius, & occidẽs, in ordine ad Deũ, & ad Republicã peccat.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Qui occidit ſeipſũ reſpectu ſui peccat contra charitatem reſpectu Reipublicæ, & Dei cõtra iuſtitiã.

THeologus cum D. Thom. ſatisfacit primo argumento dicendo, ad maiorem propoſitionem, quod homicidium eſt peccatum, non ſolum, quia contrariatur iuſtitiæ, ſed etiam, quia contrariatur charitati, quam habere debet quilibet ad ſeipſum, & addit, ex parte charitatis occiſio ſuipſius eſt peccatum contra ſeipſum, per comparationem autem ad communitatem, & ad Deum tale peccatum eſt contra iuſtitiam. Reſponſio iſta certiſſima eſt ex his quæ modo declarauimus in dubio.

Argumẽtum ſecundum.

Inſurgit Lector, & contra prædicta format ſecundum argumentum, intendens probare omnino, quod liceat alicui homini occidere ſeipſum. Argumentum eſt hoc, occidere malefactorem licet habentibus publicam poteſtatem (ex præcedenti caſu) ſed quandoque ille qui habet publicam poteſtatem eſt malefactor, ergo licet ei occidere ſeipſum, alias poteſtas eius non ſe extenderet ad omnes malefactores.

Argumenti ſolutio.

Iudex iniquus cũ non habeat poteſtatem ſupra ſeipſum, non poteſt occidere ſeipſum licet alios occidere poſſit.

Theologus concedit totum argumentum, & cum D. Thom. gloſſat maiorem propoſitionem dicendo, quod ille qui habet publicam poteſtatem poteſt licitè malefactorem occidere, inquantum poteſt de ipſo iudicare. Modo deſcendendo ad propoſitum noſtrum. Nullus poteſt eſſe iudex ſuiipſius, hac de cauſa non licet habenti publicam poteſtatem ſeipſum occidere propter quodcunque peccatum, quia poteſtas illa publica nõ ſe extendit ad ſe, ſed ad alios, licet tamen ei inquit Doctor Sãctus ſe committere iudicio aliorum, & rationem huius rei aſſignat dicendo, Nemo rectè de ſeipſo iudicare poteſt, quare ſicut ægroto medico non eſt committenda curatio ſui ipſius, Ita neque malefactori iudici eſt iudicium ſuiipſius relinquendum, propterea iudex non poteſt condemnare ſeipſum, ſed relinquendum eſt iudicium alteri iudici, qui illum condemnare poſſit, & vt clarius hoc percipiantur formamus quæſitum neceſſarium.

Quæſitum.

INterrogat in hoc quæſito Lector, An detur aliquis caſus in quo aliquis licitè poſſit occidere ſeipſum, & rationes adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratiocinatur ſic. Eodem præcepto prohibetur quis occidere alium, & occidere ſeipſum, vt habetur ex D. Auguſtino, primo de ciuitate Dei cap. 20. In fine tomi 2. ſed in multis caſibus licitum eſt alium occidere, ergo datur caſus in quo licitum eſt occidere ſeipſum.

Partis negatiuæ probatio.

Partis negatiuæ probatio. Si daretur caſus in quo liceret occidere ſeipſum, Eccleſia non priuaret ſepultura quemcunque interficit ſeipſum, ſed Eccleſia non dat ſepulturam ſeipſos interficientibus, ergo interficiendo ſe peccant mortaliter notoriè, ergo non datur caſus, in quo liceat alicui interficere ſeipſum.

Quæſiti deciſio pro parte negatiua, principaliter & per ſe.

LEctor Theologus vnà cum Magiſtro Dominico Banenſi, tria facit pro quæſiti terminatione, Primo ponit aliquas diſtinctiones, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, Quo ad primum ponuntur aliquæ diſtinctiones, Prima diſtinctio, occidere ſeipſum ſtat dupliciter, Primo per ſe ex intentione, Secundo per accidens, & extra intentionem, Secunda diſtinctio occidere ſeipſum ſimiliter ſtat dupliciter, proprio inſtinctu, ſcilicet, ex propria electione, Secundo motus inſtinctu Spiritus Sancti. His diſtinctionibus ſeruatis ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Digitized by Google

In ſignum, quod nullus poteſt interficere ſeipſum Eccleſia non dat ſepulturam ſeipſos occidentibus.

Concluſio prima. Per ſe loquendo, & ex propria intentione in nullo caſu homo poteſt occidere ſeipſum.

Concluſio iſta clare conſtat ex ratione adducta pro parte negatiua quæſiti, Eccleſia enim daret ſepulturam illi qui in caſu tali particulari poſſet ſe interficere, quod tamen non facit. Probatur etiam alia ratione intentum. Nunquam eſt licitum (vt patet ex ſupradictis) occidere hominem niſi publica authoritate, vel in ſui ipſius defenſionem, vt videbimus infra, ſed quando aliquis ſeipſum interficit nihil horum interuenit, ergo nunquam licitum erit alicui interficere ſeipſum ex intentione. Hoc confirmatur ex vſu vetuſtiſſimo Eccleſiæ, quæ ſepulturam denegat his, qui occidunt ſeipſos, in ſignum, quod talis occiſio eſt peccatum enorme, & finalis impœnitentia, ergo talis occiſio per ſe nullo pacto eſt licita.

Per accidens, & præter intentioné aliquis poteſt occidere ſeipſū, ſ. quando nō tenetur deſiſtere a bono opere propter timoré mortis.

Concluſio ſecunda, per accidens, & præter intentionem aliquis poteſt interficere ſeu occidere ſeipſum. Concluſio iſta ſic probatur. Homo in multis caſibus non debet deſiſtere à bono opere morali incepto, etiam ſi adeſt periculum mortis, ſed in ſimilibus caſibus, homo per accidens, & præter intentionem occidit ſeipſum, ergo per accidens & præter intentionem poteſt quis aliquando occidere ſeipſum. Minor propoſitio clara eſt de ſe, & nota ex experientia, Maior autem manifeſtat Magiſter Dominicus Binenſis, aſſignando tria documenta ad cognoſcendum, quando homo nó debet deſiſtere à bono opere incepto, etiam ſi adeſſet periculum mortis. primum eſt, quotieſcunque ex aliqua actione humana bona, aut omnino non illicita, ſiue illa ſit bona ex natura ſua, ſiue indifferens ordinata tamen ad bonum finem, homo ab illa deſiſtere non debet, quando hoc deportat magnum commodum, temporale, vel ſpirituale Reipublicæ, vel honori diuino, quia tenetur perſiſtere in tali actione non obſtante certo periculo mortis, puta ſi opus illud eſt inſignæ virtutis, neceſſarium ad bonum publicum. ſecundum documentum eſt, quotieſcúque ex eo, quod homo deſiſtit ab aliqua actione bona, ſequitur notabile incommodum Reipublicæ, vel honori diuino, tenetur homo perſiſtere in tali actione non obſtante periculum mortis. Tertium documentum, aliquando quis tenetur perſiſtere in actionibus ſupradictis propter aliquod pactum factum, vel propter officium, quandoque enim illi qui non fecerunt pactum, vel non ſumpſerunt officium non tenētur perſiſtere in opere incepto, ad quod tenētur illi qui pactum fecerunt, vel ex officio ſumpto, Epiſcopus enim, & Parochus, tenentur aliquando (non obſtante periculo mortis) miniſtrare ſacramenta, & docere populum, dato quod pro illo tunc alij non tenerentur, puta in tempore peſtis, & famis, & belli, &c. Hoc enim videtur confirmare ſacra ſcriptura, primo, Machab. 3. Melius eſt nobis mori in bello quam videre gentis noſtræ mala, & ſanctorum, & D. Ioan. Apoſtolus 3. Debemus ponere animas noſtras pro fratribus, ſicut Chriſtus poſuit animam ſuam pro nobis. Obſeruandum tamen eſt, ſtando in via virtutis fortitudinis tantum, quod non poteſt miles, vt hoſtem præcipitet, ſeipſum ſimul cum illo amplexus præcipitare, poterit tamen ſe conſtituere in periculo, vt ab alio præcipitaretur dum ipſe præcipitaret hoſtem, pro ſalute caſtri ab ipſo cuſtoditi, quia ſi velet primum faceret peccaret mortaliter, niſi ad hoc motus eſſet à Spiritu Sancto, quod de raro accidit faciendo ſecundum non peccaret.

Quando miles in præcipitando hoſtem ipſe præcipitatur ab hoſte, vel ab alio non occidit ſeipſum niſi per accidens.

Occidere ſeipſum in aliquo caſu ex inſtinctu Spiritus Sancti licet nec eſt peccatū, ſed virtus.

Concluſio tertia, Occidere ſeipſum inſtinctu Spiritus Sancti, in aliquo vrgenti caſu pro ædificatione fidei non eſt peccatum, ſed opus meritorium. Concluſio iſta eſt certa, & de fide, nam actiones ex inſtinctu Spiritus Sancti à Deo ſunt, ergo non ſunt peccata, ſed actus meritorij, & virtuoſi. Antecedens etiam non indiget probatione, conſequentia eſt certiſſima, Nam vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, ergo non peccata, ſed actiones virtuoſæ ſunt, quod aliqui moti inſtinctu Spiritus Sancti ſe occiderint, diuina ſcriptura, & legenda ſanctorum, hoc manifeſtant, prout habebimus in ſolutione vltimi argumenti, ſeu inſtantiæ extremæ. His igitur concluſionibus ſic ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Occidere aliū aliquando licet, at occidere ſeipſū ſine motu Spiritus Sancti nūquā licet.

THeologus primæ inſtantiæ reſpondet dicendo: concedo antecedens, & nego conſequentiam, & rationem negationis conſequentiæ aſſignat dicendo, quod dari poteſt caſus occidendi alium licitè, non poteſt tamen dari caſus in quo aliquis licitè occidat ſeipſum, & ratio diſcriminis eſt, inquit ipſe, quia materia immediata illius præcepti negatiui eſt occiſio hominis indebita, & contra rationem, vt alias declaratum fuit, ſed aliquando contingit, quod occidere alium non ſit contra rationem, & hoc quando occiditur malefactor authoritate publica, vel pro defenſione propriæ vitæ. Occidere autem ſeipſum, ſemper eſt contra rationem prout in litera caſus declaratum fuit abundè, igitur licet aliquando liceat occidere alium, nunquam licet occidere ſeipſum.

Inſtantia 2.

Inſurgit contra hanc reſponſionem Argumentator dicendo, eodem præcepto, tenetur homo conſeruare ſeipſum, & conſeruare vitam ſuam, ſed in multis caſibus licitum eſt homini (etiam Sancto) non conſeruare vitam neque defendere illam, immo poteſt ex ponere illam certo periculo mortis, ergo aliquando licitum erit homini ſe occidere, valet conſequentia. Nam ille moraliter ſe occidit, qui voluntariè vitam ſuam certo periculo mortis ſe exponit, quod licet, per ſecundam concluſionem quæſiti præſentis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ex diſtinctionibus poſitis in principio deciſionis quæſiti, ſoluit inſtantiam iſtam dicendo, Primo quod actio per quam homo vita priuatur, eſt duplex, prima per quam directè corrumpitur vita. v.g. ſi quis ſeipſum præcipitet, vel

gladio

Digitized by Google

Nullus per ſe poteſt occidere ſeipſū per accidens ſic exponēdo ſeipſum periculo mortis in aliquo opere virtuoſo.

gladio confodiat, ſecunda eſt per quam phyſicè loquendo mors ſequitur per accidens. v. g. dum miles fortiter pugnās occiditur, pugna enim non occidit militem, licet enim miles iſte fortiter pugnando, ſe conſtituat in periculo mortis, ſimiliter, quando medicus vult curare infirmum, peſte infectos, cum magno periculo vitæ ſuæ occidit ſeipſum, non per ſe, ſed per accidens, non per ſe, quia curatio illa non occidit medicum, occidit tamen per accidens, quoniam ad illam curationem ſequitur mors medici, ſimiliter, Prædicator dum prædicat Euangelium in partibus infidelium, vel hæreticorum, nouit, quod occidēdus eſt ab illis, nihilominus fungendo officio ſuo, non occidit ſeipſum per ſe, ideſt mediante ſua prædicatione, occidit tamen ſeipſum per accidens, quia ad talem prædicationem ſequitur mors, vt in caſu Sancti Petri martyris ordinis Sancti Dominici, & in caſu aliorum ſanctorum, qui eum ſunt ſequuti, vel eum præceſſerunt.

Duplex eſt voluntariū. ſ. directè volitum, & volitū indirectè.

Secunda diſtinctio ſe tenet ex parte voluntarij, ſuper quo voluntario peccatum fundatur, peccatum enim eſſe non poteſt, niſi ſit voluntarium, voluntarium igitur eſt duplex ex doctrina Angelici Doctoris. p. 2. q. 6. art. 3. ad primum, directè, vel indirectè, voluntarium, directè volitum, ſe tenet non ſolum ex parte finis intenti, ſed etiam ex parte medij per quod dirigitur homo, ad illum finem, voluntarium indirectè dicitur, quod aliquis poterat operari, & tenebatur operari, & non operatur, tunc damnum, quod ſequitur ex non operatione dicitur fuiſſe voluntarium homini, qui non operatur, indirectè tamen, ſimiliter erit inuoluntarium indirectè damnum, quod ſequitur ex aliqua operatione, à qua tenebatur homo ceſſare, vel abſtinere. His diſtinctionibus ſeruatis, dicimus ad inſtantiam factam, conſequentiam eſſe falſam, & ad probationem dicimus antecedens, ſimiliter obtenebatum eſſe errore abſolutè loquendo. Concedimus enim conſequentiam, quando homo, poteſt, & tenetur conſeruare vitam proximi. In quo ſenſu verum eſt antecedens, ſcilicet, quod ille homo moraliter occiditur à ſeipſo, qui non defendit, & conſeruat vitam propriam cum poſſit, & debeat illam ſeruare. Non autem ille ſe occidit moraliter, & phyſicè loquendo qui poteſt defendere, vel conſeruare vitam propriam quando non tenetur, ratio eſt, quia tunc occiſio illa directè neque indirectè eſt ſibi voluntaria, immo aliquando erit actus perfectę virtutis non defendere, & conſeruare propriam vitam, ſed exponere illam certo periculo mortis, dum homo exercet aliquem actum virtutis præcipuæ, æquidem aliquādo erit neceſſarium neceſſitate præcepti pati mortem, ſcilicet, ſi expediat ad ſalutem Reipublicæ. Aliquando erit in concilio propter exemplum, & ædificationem aliorum. Ad cognoſcendum autem, quando erit licitum, quando erit in præcepto, quando de conſilio, perſiſtere in aliqua bona operatione morali, etiam cum certo periculo mortis, non poteſt haberi certa regula, ſed ſtandum eſt in prudentia boni viri inquit Ariſt. 10. Ethic. c. 5. Illud eſſe bonum, quod à viro bono videtur, ſeruare tamen regulas illas quas aſſignauimus pro ſecunda concluſione præſentis quæſiti, optimum erit, per quas facilimè habebimus ſolutionem inſtantiæ factæ modo, in hoc ſecundo loco.

Ille qui ſe exponit periculo mortis, quādo non debet occidit ſeipſum. Non autem ille qui ad hoc ſe exponit. quādo debet ſe exponere.

Inſtantia 2.

Argumentatur impatiens exiſtens non vult acquieſcere huic ſanæ doctrinæ, conatur probare, quod in aliquibus caſibus liceat interficere ſeipſum. Multi inquit in diuina ſcriptura comendantur, qui occiderunt ſeipſos, ergo hoc in aliquibus caſibus eſt licitum. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur. In primis Sanſon, occidit ſeipſum frangendo columnam domus Philiſtinorum dicendo. Moriatur anima mea, & pereat philiſtim. Iudicum. 16. & tamen D. Paulus Hebræorum. 11. connumerat eum inter Sanctus, ergo licitum eſt alicui occidere ſeipſum, & 6. Machabæorum quid ſimile legitur de Elazaro, qui occidendo Elefantem onuſtum hoſtibus populi ſui interfecit ſeipſum manendo oppreſſum ſub Elefante à ſeipſo occiſo, & 2. Machabæorum 14. dicitur, quod Razias ſeipſum interfecit, eligens potius nobiliter mori, quam ſubditus fieri peccatoribus. Hoc idem narratur de Saule 1. Reg. cap. vltimo, & in Hiſtoria Eccleſiaſtica, hoc idem narratur de multis virginibus quæ pro Chriſto paſſæ ſunt, ergo in aliquibus caſibus licet interficere ſeipſum, aliter iſti omnes eſſent damnati, quod falſiſſimum eſt.

Inſtant. ſolutio.

Theologus concedit totum argumentum, & ad probationem, dicit cum D. Thom. ex ſententia D. Auguſtini, quod exempla ſanctorum aducta, & ſimilia reperta in diuina ſcriptura, & in hiſtoria Eccleſiaſtica, quod huiuſmodi facta ſunt admiranda, & non immitanda, quia Sancti ipſi iſta fecerunt non moti ex ſe, ſed inſtinctu Spiritus Sancti, & quod hoc verum ſit, ad ſingula deſcendamus, loquendo in ſenſu, tertiæ noſtræ concluſionis, Ad factum Sanſonis D. Thom. ex doctrina D. Auguſtini primo de ciuitate Dei, c. 21. dicit. Non aliter, quod ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi, quod latenter Spiritus Sanctus hoc inſerera t, qui per illum miracula faciebat, & eandem rationem aſſignat de quibuſdam Sanctis fœminis, quæ tempore perſequutionis ſeipſas occiderunt, quarum memoria in Eccleſia celebratur. Magiſter autem Dominicus Banenſis dicit, quod ad quædam exempla iſtorum reſponderi poteſt hūc in modum dicendo, ſcilicet, quod Sancti illi non inicierunt manus in ſeipſos directè, ſed dum operarentur actiones virtutum, per accidens interfecti ſunt & ipſi & excuſat Magiſter Victoria, Sanſonē, & Elazarum in relatione de homicidio. Intentio enim Sanſonis dum fregit columnam, & Eleazari dum occidit Elefantem, erat occidere inimicos populi Dei, qui populus Dei poſitus erat ſub illorum cuſtodia, & per accidens illi remanſerunt occiſi, neque Sancti iſti debebant deſiſtere ab illa operatione virtuoſa, etiam quod viderent periculum mortis ſibi imminere, quoniam ex officio ſibi commiſſo debebant occidere Idolatras ſibi inimicos. Reſponſio vtique, eſt bona, & ſatisfacit.

Facta ſanctorū præcipuè occidentium ſeipſos non ſunt ſequēda, ſed admirāda quia iſtinctu Spiritus Sancti facta ſunt

Reſponſio tamen tutior iſta eſt, quod vterque iſtorum occiderunt ſeipſos ſimul cum perſecutoribus populi Dei, moti internè à Spiritu Sancto tanquam figura Chriſti Domini. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit, vt canit Eccleſia.

Ad factum Ranziæ diuerſi diuerſa dicunt. Nicolaus de Lyra ipſum excuſat dicendo, quod hoc fecit motus motione diuina, quod elicit ex illo loco diuinæ ſcripturæ, quæ dicit, Razias eligens nobiliter mori, quam ſubditus fieri peccatoribus, & contra naturales ſuos iniurijs agi. D. Thom. ex oppoſito, non excuſat illum, immo dicit, quod in illo non fuit vera fortitudo, ſed molities, laudatur tamen in 2. Machabæorum propter fortitudinem apparentem, quoniam vera fortitudo in eo non erat. Non enim audebat ſubſtinere mala præparata ſibi ab hoſtibus ſuis, Nicolaos de Lyra, similiter excuſat Saulem, dicendo, quod occidit ſeipſum per ſe, & mediante Malechita illo, ne in ipſo illuderetur Deus Hebræorum à Philiſtæis Ac dictum iſtud minus poteſt approbari, quia Saul de hoc facto non comendatur, ſed vituperatur in diuina ſcriptura, &c.

Ab infidelibus mulieribus caſtis adiſcere debent Chriſtianæ defēdere ſuā caſtitatē aut virginitatem.

Ad inſtantiam de Virginibus dicimus, quod ipſę cooperatæ ſunt ad eorum martyrium ex motione Spiritus Sancti interius operantis, vt patet de B. Apollonia quæ exiliuit de manibus carnificum, & proiecit ſe in flamas ab illis præparatas, pro maiori confuſione infidelium, vt cognoſcerent & ipſi efficatiam Spiritus Sancti in illa operantis. Hoc idem legitur de B. Chriſtina, quæ amputata carne proprijs dentibus illam expuit in faciam Patris ſui Idolatræ, qui paratus erat ad carnificandam illam perſiſtentem in fide Chriſti, & idem de ſimilibus dicimus D. Hieronymus in Epiſtola ad Gerentiam laudat Lucretiam, & quaſdam alias nobiles fœmineas, quæ ſeipſas interfecerunt propter virtutem caſtitatis, immo in 3. cap. ſuper Ioannem dicit. In perſecutionibus non licet propria petite manu, abſque eo, vbi caſtitas periclitatur. Obſeruandum tamen eſt, quod D. Hieronymus facta iſta non commemorat quaſi immittanda à fęminis Chriſtianis, ſed pro confuſione illarum, quæ leniora incommoda pati nolunt, vt caſtè viuant, quod vitium in extremis repetitur temporibus iſtis.

Scrupulus.

Pro complemento diſputationis præſentis caſus. D. Antoninus ad placandam conſcientiam illarum quæ caſtè viuere deſiderant, quærit, An mulieri liceat occidere volentem eam opprimere, nō valenti aliter euadere manus viri libidinoſi?

Solutio. Dabilis eſt caſus quo mulier pro defenſione ſuæ pudicitiæ poſſet interficere oppreſſorē abſque peccato.

Theologus per diſtinctionem ſatisfacit quæſito dicendo. Aut mulier intendit occidere inuaſorem, aut defendere ſuam caſtitatem, ſi primum, ſcilicet, ſi intendit occidere inuaſorem ne polluatur ab illo, hoc illi non licet, ratio eſt, quia prout videbimus in vltimo caſu huius diſputationis, non licet occidere inuaſorem ad mortem, cum intentione occidendi illum. Si autem intendit defendere ſuam pudicitiam, & defendendo illam, illum occidit, in tali caſu, non peccat, quoniam tenetur ſuam pudicitiam modo poſſibili meliori ſeruare.

Contra inquit Lector, in tali caſu mulier occidit corpus, & animam inuaſoris, in mortali exiſtentis, ergo vllo modo hoc illi licet.

Reſpondet Theologus dicendo, quod oppreſſor eſt cauſa ſuæ damnationis mulier in tali caſu vtitur iure ſuo, ly enim vim vi reppellit, & magis tenetur ſaluti ſuæ prouidere, quam alterius. Si tamen ſufferret patienter ne illum occideret non peccaret, ſi faceret quod in ſe eſt, vt non pollueretur, ſi aliter poſſet euadere clamando, reſiſtendo, vel fugiendo, & ſi nō faceret non excuſaretur à peccato mortali. Hæc dicta ſint pro caſu, & dubijs anexis.

Caſus quartus.

LEctor proponit caſum cum dubijs anexis circa occiſionem innocentum, An pro illis exponenda ſit vita.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum liceat interficere innocentum, Seu vtrum teneamur ponere vitam pro defenſione innocentis?

In primo dubio inueſtigat quid nam ſit agendum, quando tyrannus quærit ab aliqua ciuitate, vt interficiatur innocens?

In ſecundo dubio interrogat Lector, An liceat vitam ponere pro defenſione amici innocentis, vel, pro quocunque alio innocente?

In præſenti caſu ergo quærit Lector, vtrum liceat interficere innocentem? Et pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. Diuinus timor non manifeſtatur per peccatum, enim timor Domini expellat peccatum inquit Eccleſiaſt. primo, ſed timor Domini in Abraham à diuina ſcriptura comendatur, quia voluit occidere filium ſuum innocentem Iſaac, ergo aliquis poteſt occidere innocentem abſque nota peccati.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Argumentatur ſic. Illud, non eſt licitum, quod à lege eſt prohibitum, ſed in lege Dei Exod. 23. ſcriptum eſt innocentem, & iuſtum non occides, ergo non licet interficere innocentem.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione, quatuor facit, Primo declarat aliqua pro fundamento doctrinæ, Secundo vnica concluſione bimēbri ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubia, illaque reſoluit, tandem ſatisfacit argumentis pro parte affirmatiua caſus.

Duplex innocens, primus quia reuera, & legitima eſt talis, ſecundus qui licet talis ſit in re legitimè tamen pro nocēte habetur.

Quoad primum dicit, quod diſtinguere debemus innocentem, & dicit, quod duplex eſt innocens, primus qui reuera eſt innocens, & legitimè pro tali habetur, ſecundus reuera eſt innocens, tamen legitimè probatus nocens. De primo innocente loquimur formaliter in caſu, de ſecundo tangitur aliquid incidenter, ſtante hac diſtinctione ponimus vnum fundamentum, quod tale

eſt,

eſt.homo duplicitet conſiderari poteſt,primo ſecundum ſe, ſecundo in ordine ad aliud (Conſiderato homine ſecundum ſe)nullus debet illum occidere inquit Doctor Sanctus, quia in quolibet homine etiam peccatore amare debemus naturam quam Deus fecit,quæ per occiſionem deſtruitur,in ordine ad aliud aliquando licet occidere hominem, ſcilicet, quando hoc exigit bonum commune, quod per peccatum turbatur. His ſtantibus pro fundamento doctrinæ, ponenda eſt concluſio reſponſiua.

Concluſio, puniens omnino non eſt occidendus neque ex parte ſui, neque in ordine ad aliud. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem.quo ad primam ſic, quia in illo reperitur natura,quam Deus creauit vt viueret, quo ad ſecundam partem. Innocens in ordine ad aliud non eſt occidẽdus, quia vita innocentis,eſt conſeruatiua, & promotiua boni communis. Vlterius innocens eſt pars principalior in Republica, ergo per ſe loquendo vllo modo occidendus eſt innocens, præcipuè cum hoc præcipiat Deus dicendo,innocentem, & iuſtum non occides.Exod.31. Aliud membrum concluſionis eſt,per accidens aliquando licet occidere innocentem.v.g.in bello iuſto,in quo directè à Principe intenditur occiſio nocentum,inter quos aliquando ſunt miſti innocentes, qui ſimul occiduntur cum nocentibus,& hoc accidit,quia non tenentur milites abſtinere ab expugnatione ciuitatis rebellis propter innocentes,qui in illa reperiuntur,

Per ſe loquẽdo vllo modo licet occidere innocentem per accidens autẽ aliquando licet.

Interrogatio prima.

QVis petit, An in ſingulati certamine liceat occidere innocentem.v.g.video militem in me ruẽrem quem ſcio innocentem eſſe, quoniam ipſe arbitratur ſe gerere iuſtum bellum contra me, videtur enim, quod talis non poteſt occidi à me, cum bellum iuſtum eſſe non poſſit ex vtraque parte,ſi ergo ille contra me iuſtè pugnat, non poſſum me iuſtè defendere ab illo illum offendendo?

Theologus huic interrogationi ſatisfacit dicendo,quod in tali caſu licet occidere militem hunc inuaſorem, etiam quod ſit innocens, pluribus de cauſis, Primo quia vterque iuſtè pugnare poteſt ex ignorantiã inuincibili,quando, ſcilicet, vterque putat ſe iuſtam defendere cauſam. Secundo licet tunc militi illi (etiam quod ſciret iuſtum bellum eſſe ex parte inuaſoris) ſe defendere,quia non tenetur pati mortem illam, non poſſet tamen occidere illum niſi in ſui defenſione (ſeruata debita cautella) vt manifeſtabimus in caſu ſequenti.

Reſponſio. Licet occidere inuaſorem quãdo bellũ eſt dubiũ at ſi bellũ eſt iniuſtum,nõ licet niſi ſe defendẽdo ſeruatis ſeruandis.

Interrogatio ſecunda.

DEnuo quis quærere poteſt,vtrum miles poſſit iuſtum aggredi ſciens ipſum eſſe innocentem.

Reſponſio.

MAgiſter Dominicus Banenſis dicit, quod ſi iſte (bona fide) credit ſe iuſtum gerere bellum,etiam ſi alium putat eſſe innocentem, & in tali conflictu reperitur coactè, vel quia aduerſarius credit,& ipſe iuſtum gerere bellum,poteſt illum aggredi,& probat hoc, quia tunc vnus Princeps habet ius aggrediendi alium iuſtè,tunc etiã, quia aggreſſio hæc in iſto bello eſt propriè defenſio,quando tamen miles nouit, vel credit bellum eſſe iniuſtum ex parte ſui, non poteſt aggredi illum,ſed bene ſe defendere modo debito,præterea etiam licitum erit occidere innocentem per accidens. v.g.quando aliquis ſeipſum defendit ab inuaſore iniquo,cum moderamine inculpatæ cautellæ, & fortè occidit aliquem innocentem, qui erat propè inuaſorem in quo caſu talis non eſt reus homicidij, Stantibus his pro caſu ponenda ſunt dubia.

Dubium primum.

DVbium enim in hoc conſiſtit, An ad inſtantiam tyranni licet occidere innocentem.An ſcilicet, licitum ſit occidere innocentem quando tyrannus petit à Republica, vt occidat illum, vel vt tradat eum ſibi occidendum, puta quia eſt eius inimicus,alioquin minatur velle deſtruere ciuitatem. Hiſtoria eſt de Demoſtene quem dum Athenienſis ciuitas obſidione opprimeretur,Dux ille ſolum hoſtem ſuum petebat, vt incolumen relinqueret ciuitatem. Tunc Demoſtenes in Senatu fabulam illam luporum retulit,qui ab ouibus canes depoſcebant, vt poſtea poſſent in inermen pauidumque gregem irruere,inſinuans quod Dux ille petebat innocentem hoſtem qui propugnator erat ciuitatis vt (mortuo illo) deſtruere faciliter poſſet ciuitatem, Dubium ergo eſt vtrum pro ſalute totius Reipublicæ licuiſſet innocentem in manus hoſtis prodendum dare. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua tale ratiocinium format.Reſpublica ius habet exponendi ciues patenti morti pro ſalute totius populi,vt pater in bello, Nam poteſt totum exponere partem pro ſalute totius,ergo licet Reipublicæ tradere innocentem in manus hoſtis ad occidendum, & confirmatur hoc, quoniam ciuis in tali caſu exponere tenetur vitam ſuam pro ſalute ſuæ Patriæ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt authoritas diuinæ ſcripturæ,innocentem,& iuſtum non occidas, & authoritas Angelici Doctoris dicentis, quod vlla de cauſa licet interficere innocentem, ſed quando Reſpublica daret tyrãno innocentem ad occidendum,vel ipſa occideret talem perſonam,pro pace Reipublicæ occideret innocentem, & faceret contra præceptum diuinum, ergo illo modo licet hoc facere.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii

Dubii deciſio pro parte negatiua.

Lector Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo ponit ſententias oppoſitas duorum Magiſtrorum, ſcilicet, Soti, & Banenſis, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantiã partis affirmatiuæ dubij. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod Magiſter Dominicus Banenſis tenet partem affirmatiuam, ſcilicet, quod Reſpublica in tali caſu (pro bono publico) debet tradere innocentem in manu tyranni, vt occidatur ab eo, Magiſter Dominicus à Soto, tenet partem negatiuã, ſcilicet, quod hoc facere ei non licet, & licet Banenſis conatur ſoluere rationes Magiſtri Dominici à Soto, nos cum Soto ſubſtinemus partem negatiuam, & ſoluemus argumenta Banenſis pro poſſe, Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. art. 7. oſtendit multis rationibus Rempublicam non poſſe tradere innocentem tyranno, vel illum occidere in gratia tyranni, pro ſalute Ciuitatis, vel Regni, & fundatur in verbis Apoſtoli dicentis. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Banenſis autem de iure, & iuſtit. q. 64. art. 6 dicit, quod datur caſus in quo Reſpublica poteſt tradere innocentem tyranno, & ſi non vult ad eum exire illum poteſt occidere, & declarat ſeipſum dicendo, dupliciter poteſt tyrannus petere innocentem, vno modo, vt ipſa Reſpublica proprijs manibus illum occidat, alio modo, vt tradatur ſibi innocens, vel egrediatur ad Principem, vt ipſum poſſit occidere, & ſubdit, quod quando tyrannus a Republica petit, vt ſuis manibus occidat innocentem, Reſpublica hoc facere non debet, quia tunc conueniret in ſententia tyranni, & illi miniſtraret in re turpi, quod eſſet maximè dedecus, & infamia ipſi Reipublicæ, qua propter debet potius tota Reſpublica pati deſtructionem ciuitatis, quam tanto ſcelen conſentire, Secundo tyranno petere poteſt, vt ei tradat innocentem hoſtem, ad occidendum, aliter deſtruet ciuitatem, & tunc Reſpublica, pro bono publico, debet illum tradere tyranno, etiam cum violentia. His notatis pergamus ad ſecundum.

Nõ licet Reipublicæ occidere innocentẽ pro quiete tyrãni, neque illũ tradere, vt ab illo occidatur.

Concluſio (contra Banenſem, & in gratia Soti ponitur quæ talis eſt) Non licet Reipublicæ tradere innocentem tyranno, vt occidatur ab illo, timore ſubuerſionis ciuitatis, nec alia de cauſa. Probatur concluſio iſta multis rationibus, Primo ſic, Reſpublica non poteſt exponere ciuem periculo mortis, niſi quando ille debet exercere aliquam operationẽ ſtudioſam, non obſtante, quod ex illa ſequatur mors ipſius, At in caſu noſtro, innocens nullam talem operationẽ debet exercere, neque exercet, ergo non poteſt Reſpublica illum tradere tyranno.

Impugnatio prima.

Contra inquit Banenſis. Actio illa eundi ad tyrannum eſt actus moralis bonus, quem poteſt, & debet exercere innocens, & mediante illo poteſt ſe exponere periculo vitæ pro ſalute Reipublicæ, quia debet exire ad pugnandum cum tyranno pro defenſione patriæ.

Reſponſio.

Miles inermis nõ tenetur ſe dare in manu tyranni arma tus competen ter poteſt contra illum ire.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod inſtantia iſta eſt nullius roboris. Concedo inquit, quod ciuis armatus, & committatus militibus ad iuſſum ipſius Reipublicæ, tenetur ire contra tyrannum, Non tamen tenetur ire inermis, & abſque militibus, eſſet enim tentare Deũ, immo ſi Reſpublica traderet ipſum tyranno eſſet cooperatrix in mortem illius, & ſi non eſſet carnifex tyranni, quia non occidit illum, eſſet tamen cohors eiuſdem tyranni in apræhendendo innocentem, & eſſet pars in homicidio hoc.

Secunda ratio pro noſtra concluſione. Dato, quod innocens teneretur exire ad tyrannum inquit Magiſter Sotus, teneretur ex charitate, non autem ex iuſtitia, ſed ad opera charitatis nemo à Republica poteſt cogi, ergo Reſpublica non poteſt tradere innocentem hunc tyranno illi.

Impugnatio ſecunda.

Contra inquit Banenſis, Innocens iſte ad hoc tenetur non ex charitate, ſed ex iuſtitia legali quæ eſt virtus, ordinans actiones particulares hominis ad bonum commune ſecundum legem, ſecundum quam legem Reſpublica ordinare poteſt, vt innocens pro bono publico tradatur ad mortem in manu tyranni. Probatur hoc, inquit Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 7. quod multi actus ſunt, qui ante legẽ latam, nihil refert ſi ſic, vel aliter fiant, at verò poſt latam legem, fiunt actus boni nec poſſunt aliter fieri, In caſu autem noſtro, actus ille eundi ad tyrannum erat bonum ante legem latam, immo neceſſarius ipſi innocenti ex præcepto charitatis, ergo multo magis poterit eſſe debitus ex iuſtitia legali ſuperueniente præcepto Reipublicæ, quam ſi fuiſſet indiferens, ergo ſi innocens non obedierit præcepto Reipublicæ poterit puniri, & in pœnam ſui delicti tradi tyranno ad occidendum.

Reſponſio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod ſi diſcurſus haberet bonum fundamentum concluderet, ſed quia fundatur ĩ falſo ruit, dicimus enim, quod lex Reipublicæ ligat, quando eſt iuſta. Modo negamus minorem ſubeundam in propoſito noſtro, ſcilicet, quod talis lex videlicet, quod innocens traderetur tyranno eſſet iuſta, immo eſſet iniquiſſima, contra legem Dei, ſcilicet, innocentem, & iuſtum non occidas, eſſet lex Chaiphaica, ſcilicet, expedit, vt vnus homo moriatur, ne tota gens pereat, propterea lex illa non obligaret innocentem ad tradendum ſe tyranno, lex ciuilis ad hoc quod ſit iuſta debet fundari in lege naturæ, & non eſſe contra legem diuinam, lex iſta non eſt fundata in lege naturæ, Natura docet abſcindere membrum putridum, & non ſanum, immo vult pro poſſe conſeruare illud, lex diuina prohibet interfectionem innocentis, vt modo diximus, ideo talis lex eſſet contra legem naturæ, & diuinam, ideo non ligaret. Nec dictum adductum Ariſt. facit ad propoſitum, quia Ariſt. ibi non loquitur de actibus in ſe malis, ſed de indifferentibus, ad actus indifferentes poteſt extendi lex ciuilis, non ad malos, qualis eſt occiſio innocentis, & quando Banenſis dicit, quod actus ille exeundi ad tyrannum erat bonus ante legem latam, facit tranſitus de genere in genus, talis actus erat bo-

Lex ciuilis obligare non poteſt ciuem, vt ſe tradat in manum tyrã ni, vt occidatur ab eo.

mus in genere charitatis, quia liberè pro ſalute patriæ poterat ſe exponere morti, in genere autem iuſtitiæ talis actus non erat bonus, quia opponebatur legi diuinæ de non interficiendo innocentem, & actus iſte in genere iuſtitiæ non eſſet liber, ſed coactus, & contra voluntatem talis innocentis, v.g. quis liberè eleemoſynam facit extra tempus maximę neceſſitatis, non tamen ad illam poteſt cogi per legem ciuilem, vnde apparet, quod vltima conſequentia Banenſis nihil concludit. Manere ergo debemus in noſtra concluſione negatiua, ſcilicet, quod non ſit licitum tradere innocentem in manu tyranni pro ſalute totius ciuitatis, rationibus adductis.

Addamus tertiam rationem pro concluſione negatiua. Idem videtur eſſe in illo caſu, quod Reſpublica occidat innocentem proprijs manibus, & quod tradat tyranno occidendum, ſed illud non eſt licitum, ergo neque iſtud. Minor patet. Maior probatur ſic. Non minus peccauerunt Iudæi, qui tradiderunt innocentem Chriſtũ Pilato, quam ipſe Pilatus, immo magis peccauerunt ex ſententia Chriſti paſſi. Pilatus tulit ſententiam mortis in Chriſtum, & milites eum crucifixerunt, ergo magis peccaret Reſpublica tradens innocentem ad mortem tyranno illum petenti, quam tyrannus, qui eum condemnaret ad mortem, & quam miniſtri iuſtitiæ, qui illum occiderent, ergo non debet innocentem tradere in manu tyranni.

Impugnatio tertia.

Contra hanc rationem inſurgit Banenſis, & dicit, quod poſtquam innocens ille voluit obedire Reipublicæ, iam factus fuit nocens, & poterit Reſpublica illum proprijs manibus occidere, vel tradere illum tyranno ad occidendum.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat aſſumptum, ſcilicet, quod innocens nolens in hoc obedire Reipublicæ ſit factus nocens, & dignus morte, decipitur ipſe Banenſis (alias vir doctiſſimus) Nam innocens in tali caſu non tenebatur obedire Reipublicæ, ratio, quia tale præceptum non ligat cum ſit iniuſtum. Non enim reperitur alius Dominus ſuper vitam, & mortis hominis niſi ſolus Deus, prout inquit Angelicus Doctor 2.2. q.64. art.6. ad primum, immo ratio adducta ex D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 4. ad ſecundum, nihil concludit. Dicit enim, quod poſſunt diuites compelli per legem ad faciendam eleemoſynam pauperibus cum neceſſitas viget, quia ex hoc non ſequitur, quod Reſpublica poſſit cogi ad mortem innocentem, Reſpublica habet dominium ciuium quo ad bona temporalia, propterea diſponere poteſt de bonis illis pro tempore neceſſitatis, Non tamen Reſpublica habet dominium ſuper vitam innocentis, ideo ratio Banenſis nihil concludit, ſtandum eſt, ergo in concluſione noſtra negatiua, ſcilicet, quod non licet occidere innocentem manibus proprijs, nec ei licet tradere illum tyranno, vt occidatur. His ſtantibus ſoluitur inſtantia partis affirmatiuæ dubij.

Reſpublica exponere poteſt mortis ciuem, quando eſt neceſſarius ad pugnã, nõ tamen quãdo hoc eſt neceſſarium ex malitia tyranni.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſt. ...

MAgiſter Dominicus à Soto ad plenum ſatiſfacit dubio dicendo, quod Reſpublica poteſt exponere ciuem, quando neceſſe eſt ad pugnandum, & ad reſiſtendum hoſti, ratio, quia tũc eſt per ſe medium neceſſarium, non tamen hoc facere poteſt Reſpublica, quando ciuis eſt neceſſarius ex malitia alterius. Cum ergo homicidium ex propria natura non ſit bonum non poteſt eſſe licitum niſi ex fine. Quare ſicut non licet (iubente tyranno) eruere ſibi ipſi vnum oculum, vt alterum ſerues. Ita neque tunc licet Reipublicæ innocentem morti tradere pro ſalute patriæ, quoniam ſicut tu non es Dominus membrorum tuorum, nec ego meorum, ita neque Reſpublica, eſt domina vitæ innocentis, vt eſt Deus. Addit tamẽ Magiſter Sotus, quod in caſu quo tyrannus contra innocentem vellet procedere, in tali caſu Reſpublica illum defendere non teneretur, & rationem aſſignat dicendo, quod Reſpublica cum ſui periculo non tenetur defendere priuatum ciuem, etiã, quod ſit innocens.

Quando tyrãnus iuridice ꝓcedere vult contra innocentẽ Reipublica poteſt illum dare in manu illius.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem tali medio. Si quis mihi mortem comminaretur, niſi manum aut linguam abſcindendam illi offerrem, poſſem tale membrum illi tradere ad ſeruandam vitam, licet medium illud non ſit neceſſarium (niſi ex malitia tyranni) ergo ſimiliter poſſet Reſpublica ciuem ſuum tradere, vt euaderet periculum patriæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, Membrum non habet eſſe diſtinctum ab eſſe totius, neque vllo modo eſt propter ſe, ſed propter totum, neque per ſe eſt capax iuris, vel iniuriæ. Homo autem (quamuis ſit pars Reipublicæ) eſt ſuppoſitum ſubſiſtens propter ſe ipſum per ſe etiam eſt capax iniuriæ, quam Reſpublica non poteſt illam illi irrogare, vnde dicitur ad inſtantiam quæ ferri poteſt, ſcilicet, quod in tali caſu innocens debet ſe tradere tyranno pro bono publico, & concedimus, quod ipſe tenetur ſe offerre periculo mortis pro vitando periculo publico, non tamen ad hoc tenetur ex iuſtitia, ſed ex charitate, ideo ad id iure cogi non poteſt, ſicut accidere poteſt me teneri in graui aliqua neceſſitate eleemoſynam facere, ad quam tamen cogi non poſſum. Hæc dicta ſint pro dubio iſto, accedamus ad aliud.

Innocens ex charitate patriæ poteſt exponere mẽbrũ, & vitam in manu tyranni, ex iuſtitia autem non tenetur.

Dubium ſecundum.

LEctor occaſione dictorum in dubio præcedenti in quo abundè oſtenſum fuit non eſſe licitum vllo pacto interficere innocentem quærit modo, ſi liceat vitam ponere pro defenſione amici innocentis, vel pro quocunque innocente. Rationes adducit pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Inquit Dominus Io. 14. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, ergo pro amico innocente, & pro quocunque viro virtute prædito, licet vitam exponere periculo mortis.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium, Exponere vitam periculo mortis eſt ferè occidere ſeip-

Partis negatiuæ probatio.

ſeipſum, ſed occidere ſeipſum non licet ex cauſis dictis, ergo non licet exponere vitã pro defenſione innocentis, etiam virtuoſi.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus tria facit circa hoc dubiũ, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo quinque concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ dubij. Diſtinctio ergo eſt iſta. Duplex eſt ille qui tenetur ponere vitam, pro defenſione innocentis. Ille, ſcilicet qui habet publicam authoritatem, & ille qui eſt priuata perſona. Stante hac diſtinctione ponuntur concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Concluſio prima, quilibet tenetur ponere vitam pro Deo in teſtimonio ſuæ fidei, hoc docet fides Catholica, & aſſerere oppoſitũ hæreticũ eſt.

Vita morti exponere debemus in Dei honorem pro defenſione virtutum, & pro tuenda patria.

Concluſio iſta probatur teſtimonio Eccleſiæ, quæ affirmat, quod per actum martyrij omnia nobis condonari peccata, vitam etiam debemus exponere morti, pro virtutum defenſione, hoc ſuadet nos vita præcurſoris Ioannis, qui poſitus fuit in cathalago martyrum, ex eo, quia arguebat Hærodem inceſtuoſum, propterea ab ipſo fuit coronatus corona martyrij, & à Deo accepit palmam victoriæ, etiam, pro defenſione fidei, & conſiliorum, vita eſt exponenda, ſuadendo infidelibus fidem, & fidelibus vota religionis, & obſeruantiam diuinorum præceptorum, immo pro patria licet exponere vitam (iuxta adagium illud) pugna pro patria. Reſpublica, vt dictum eſt, poteſt cogere ciuem, vt ſe exponat periculo mortis (tempore neceſſitatis) ergo, & hoc facere poteſt Deus, charitas, & virtutes reliquæ.

Non licet exponere vitam ſpiritualem pro ſalute ſpirituali totius mundi, id eſt non licet conſentire peccato etiam veniali, pro vita ſpirituali cuiuſcunque.

Concluſio ſecunda, Non licet vitam ſpiritualem, ſcilicet, gratiam, exponere periculo ſuæ mortis, vel amiſſionis pro ſalute ſpirituali totius mundi, neque pro defenſione gloriæ ſanctorum, id eſt non licet peccare pro quacunque re ſpirituali. Oppoſitum enim eſſet optare cadere à gratia Dei, vt alij ipſam acquirerent, vel ne à gratia recederent hoc implicat contradictionem. Optare odium Dei, à optare id quod de ſe eſt intrinſicè malum, immo ex ſententia Theologorum pro ſalute totius mundi non licet peccatum veniale admittere, quia & hoc implicat cõtradictionem, nam quo non licet optare minus diligi à Deo, vt alij magis diligantur, nam qui minus diligitur, minus diligit, optare enim minus diligere Deum, eſt optare contra naturam charitatis quæ requirit, vt Deum diligamus ex toto corde, ex tota mente, & ex totis viribus, implicat enim contradictionem appetere minus diligi à Deo, vt alij magis diligantur, vnde non licet optare peccare non ſolum mortaliter, ſed nec venialiter quacunque ex cauſa, quia eſſet exponere ſe periculo amittendi, vel perdendi vitam gratiæ.

Impugnatio.

Inſurgit Argumentator contra hanc concluſionem dicendo, ex hac doctrina ſequeretur, quod non eſſet licitum vitam ſpiritualem periculo obijcere pro ſalute animarum, ſed hoc eſt falſum. Nã feruor charitatis incitat hominem pium, vt pergat ad conuertendas impudicas mulierculas, licet loquendo cum illis (præcipuè de varijs) adſit aliquod periculum ſpirituale, ſimiliter feruor charitatis mouet exire de clauſtro, & ire ad concionandum populis, vbi maior iactura adeſt vitæ ſpiritualis, ergo pro ſalute ſpirituali animarũ licet pati iacturam in vita ſpirituali, ſcilicet, exponere ſe periculo peccandi ſaltem venialiter.

Impugnationis diſſolutio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod conſequentia non currit, quoniam per ſe loquendo fructus vitæ ſpiritualis augmentatur, & non minuitur in procuratione ſalutis animarum meretricum, ſimiliter in concionando ad populum, ſi autem aliquando minuatur hoc eſt per accidens, prouenit hoc ex tepiditate ſpiritus ipſius Patris ſpiritualis, qui ſpiritus, vt in pluribus perficitur in tali bono opere, & ſi aliquando deficit, maiori efficatia reſurget ad vitam ſpiritualem, niſi defectu adſit ex parte pœnitentis.

Aliquando licet exponere vitam corporalem pro ſalute corporali amici innocẽtis propinqui, vel benemeriti.

Concluſio tertia, reſpondens directè quæſito in dubio facto habetur apud Magiſtrum Dominicũ à Soto, lib. 5. de iuſtitia, & iure art. 6.

Concluſio, Licitum eſt, & ſepiſſimè officioſum vitam corporalem exponere, non ſolum pro vita ſpirituali amici, & proximi, immo, & temporali, immo pro tuenda fama, & honore illorum, ſcilicet, in caſu maximę neceſſitatis (ſeruatis ſeruandis, ſcilicet, debita cautela) quia his non poſitis non eſſet licitum ponere vitam pro amico. Probatur intentum noſtrum ſic, iure naturæ, omnes mortales ſumus eiuſdem corporis, & capitis membra, ergo ſicut licet exponere vnum membrum eiuſdem corporis, non ſolum pro capite, ſed pro alio mẽbro, præcipuè nobiliori, puta manum pro defenſione capitis, membrum infirmum pro conſeruatione totius corporis, ergo licitum erit ponere vitam vnius hominis pro altero præſtantiori, pro conſeruatione Reipublicæ, Salus enim Reipublicæ ex ſalute partium præcipuè præſtantiarum conſiſtit. Hac ratione dicimus, quod filius debet exponere vitam pro patre, & matre ſua, quoniam vitam ab illis, tanquam à cauſis ſecundis recepit. His ſic declaratis de facili quis cognoſcere poteſt, quod aliquando licet exponere vitam pro viro, pro vxore, pro filio, & pro multis alijs, pro rege omnes concedunt licere exponere vitam, ergo, & pro ſupranominatis, ſed cur in re non dubia moramur? vox populi, vox naturæ, ſeu Dei eſt. Nulla enim fuit natio, ſiue barbara, ſiue Sancta, etiam includendo Chriſtianam, in qua non ſummè laudatur homo ille qui videns proximum ſuum in periculo mortis, & ille ad liberandum eum à periculo eidem periculo mortis ſe exponit, ſi hoc prudenter facit ſummè commendatur, ſi imprudenter minimè, ſiue periculum ſit in aqua, in terra, in aere, vel in igne. v. g. adeſt pugnatio duorum, qui gladijs quærunt ſe interficere, & reperitur, qui poteſt litem terminare, ſi iſte non ſe medium inferat (etiam ſi non teneatur) cum aliquo ſuo periculo, profecto, vt ignarus, & infamis habetur. Idem profectò eſt de protegendo amicũ

hono-

Digitized by Google

honore,& fama,atque de alijs magnis bonis,quibus eius vita,& honor ſubſtentatur,in ſumma,qui hoc negat officium eſſe eximiæ amicitiæ, & viri famoſi,ornamentum, profectò præcipuum tollit de medio Reipublicæ, huic ſententiæ ſubſcribit D. Antoninus loco ſuperius citato,dicendo, quod ex debito charitatis quilibet tenetur repellere iniuriam à proximo ſuo ſi poteſt, quod confirmat D. Amb.23 q.3.cap.non inferrenda,dicendo,qui non reppellit iniuriam à proximo ſuo ſi poteſt, tã eſt in vitio, ſicut ille, qui facit, ecce quare licitè ſe exponere debet homo periculo mortis, pro vita proximi tuenda.

Perſona publica tenetur liberare oppreſſum etiã armis,& cum periculo vitę, priuata ad hoc tenetur ſine periculo vitæ.

Concluſio quarta,Ille qui habet publicam poteſtatem tenetur defendere oppreſſum,etiam armis ſi oportet,dum præſumat, quod operatio ſua ſit fructuoſa,perſona priuata ſi poteſt ſolo verbo, vel facto,ſine periculo ſuæ perſonæ tenetur cum moderamine inculpatæ tutelæ inquit Doctor Sanctus 2.2.q.79.ſed non tenetur ſe exponere periculo vitæ inquit D. Antoninus,dicit.n., homo tenetur,quãdo cognoſcit aliquẽ iniuſtè occidi, eum liberare meliori modo quo poteſt,& ſi alia via non poteſt,pecunijs proprijs ſalua ſua neceſſitate,ſi autem non conſtat de iniuſtitia, & vir eſt pauper ad hoc non tenetur, Prælatus autem magis tenetur ad hoc opus charitatis.

Non licet cõmittere homicidiũ propter quodcũque ſcandalũ euitandũ, vel occultandum malũ ꝓpriũ, vel alienum.

Concluſio quinta, Non licet committere homicidium propter quodcunque ſcandalum, vel malum euitandum ſui,vel alterius.Concluſio habetur ex Apoſtolo. Rom.13. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona, & D.Thom. inquit quod nec ad euitandum quodcunque malum hoc eſſe faciendum, ex qua concluſione apparet maxima iniquitas illarum mulierum, quæ vt abſcondant inceſtum,ſtuprum, vel adulterium commiſſum, vel quid ſimile,creaturam conceptam,in vtero occidunt diuerſis potionibus,vel alia via,ne ex vtero, nata manifeſtetur ſcelus illarum, ex qua ſequeretur infamia ſua, ſeu occiſio ſui, vel aliorum, vel occupatio hæreditatis alienæ. At horum nihil excuſat,inquit D. Antoninus,à grauitate peccati mortalis,præcipuè ſi occidunt prolem ante baptiſmũ, quia ſimul occidunt corpus,& animam. Non tamen reputatur homicidium abortu, ille, niſi fœtus ſit animatum anima rationali. Dicunt enim naturales informari maſculus anima rationali ſpacio quadraginta dierum in circa, & femina ſpacio octuaginta dierum. Vlterius,non licet matrem non valentem euadere mortem,ex aliqua magna, & perículoſa infirmitate occidere, vel accelerare eius mortem,vt proles in vtero non moriatur,nec prolem nondum natam occidere, vt mater ſaluetur,Nam omnes illi qui cooperantur ad huiuſmodi occiſionem,vt Medici, Aromatarij,alij quicunque, ſunt homicidæ, vt habetur 2.q.1. Diffusè enim de abortu diximus in diſputatione de abortu.De occiſione matris pro liberatione infantis in diſputatione de baptiſmo diximus abundanter, vide ibi,ſtantibus his concluſionibus ſic declaratis, modo ſoluendæ ſunt inſtantiæ pro parte negatiua dubij.

Omnes cooperantes ad procurandum abor. ſũ homicidæ d cũtur ab Eccleſia, & ſunt excõmunicati.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat maiorem propoſitionem primæ inſtantiæ, ſcilicet,quod exponere ſe periculo mortis ſit occidere ſeipſum, dictum fuit ſupra,quod occidere ſeipſum ſtat dupliciter, primo directè, & per ſe,hoc vllo pacto licet, ſecundo indirectè,& per accidens,primo modo non licet occidere ſeipſum neque pro amico innocente conſanguineo, vel non, neque pro quacunque virtute,in ſecundo ſenſu,licet occidere aliquando ſeipſum, ſcilicet, non deſiſtendo ab opere bono incepto,pertinenti ad officium,vel ad charitatem, & licet ex hoc ſequatur homicidium, non dicimus talem propriè occidere ſeipſum per ſe directè,ſed per accidens,occaſionaliter, & indirectè, ſi enim teneretur ſeruare vitam ſuam pro bono publico, tunc ſi non faceret, quod in ſe eſt, vt ſeruaretur pro homicidio ſibi imputaretur, verum eſt enim, quod homo non eſt Dominus ſuæ vitæ, ſed tantum cuſtos,ideo non omni tempore tenetur illam ſeruare, poteſt enim homo eam non ſolum pro virtute, ſed etiam pro bonis temporalibus exponere, eadem ratione, poteſt illam exponere pro amico,pro conſanguineis pro patria,& pro innocentibus, prout oſtendimus in concluſionibus. Peccaret tamen homo, ſi vitam ſuam prodigeret pro re parui momenti, cum vita optimi viri preciosior ſit auro.

Pro defenſione innocẽtis non licet occidere ſeipſum per ſe,per accidens autem ſic prudenter tamen exponendo vitam ſuã periculo.

Scrupulus.

Argumentator circa hanc concluſionem ſcrupulizat dicendo,poteſt accidere caſus,quo Pater, & filius in naufragio eodem rapiantur, vbi tantum vna tabula adeſt,quæ vtrumque ſeruare non poteſt,vtrum in tali caſu, liceat vni, alteri cedere, ex concluſione non videtur hoc eſſe licitum, ex ſolutione data modo videtur,quod ſic. Nam qui tabulam dereliquerit videretur ſe occidere,eſſet tanquam ſi voluntariè in mare ſe proieceret, quod vllo pacto licitum videtur. Res vtique dubia eſt, ſolubilis tamen.

Scrupuli ſolutio digna quidem in qua videtur modus quo vnus poſſit exponere vitã ſuam pro ſalute alterius.

Theologus reſpondet dicendo, quod antequã alter illorum ſiue Pater, ſiue filius, tabulã capiat, poteſt illam relinquere Patri ſuo, ſeu filio. Ratiõ eſt inquit, quia hoc non eſt poſitiuè ſe occidere, ſed permittere ſe mori,pro vita Patris ſui, vel filij ſeruanda. At poſtquam tabulam poſſidet,reuera non apparet licitum hoc facere, quia eſſet ſe ſummergi in mare abſque ſpe fugiendæ mortis,quod vtique non videtur licere, quia vt ſic non eſt ſe exponere periculo mortis pro tuenda vita proximi,ſed eſſet ſe occidere manifeſtè,quod non licet.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator contra caſum principalem dicendo,ex ordine charitatis vnuſquiſque tenetur ſe plus diligere, quam alterum, vel ſaltem non minus, qui autem vitam propriam pro vita amici exponit,plus alium quam ſeipſum oſtendit diligere, ex ſententia D. Auguſtini lib.de mendacio cap.6, ergo id non licet,ſcilicet, ponere vitam propriam pro vita amici, vt affirmat ibi ipſemet Pater Auguſtinus.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ex doctrina Angelici Doctoris 2.2.

q.26.

Exponere vitam periculo mortis pro tuenda vita innocētis, ex charitate q̄s poteſt.

q. 26. art. 5. ad 3. ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod licet non ſit de neceſſitate charitatis, quod homo proprium corpus exponat periculo mortis pro ſalute proximi ſui, niſi in caſu quo tenetur eius ſaluti prouidere, tamen quod ſua ſe ſponte ad hoc offerat pertinet ad perfectionem charitatis, ex quibus dicitur ad inſtantiam factam, quod licet ex neceſſitate præcepti, homo non teneatur exponere vitam pro bono proximi amici, vel innocentis, ſi hoc tamen facit erit dignus laude, & apparebit perfectio charitatis in illo, ſi bono fine ad hoc moueatur.

Inſtantia 3.

Tandem argumentator inſurgit contra reſponſum datam (tali medio) dicendo, Sicut ſe habet vita ſpiritualis ad ſpiritualem, ſic & temporalis ad temporalem, ſed nemini licet, vt in ſecunda concluſione dictum eſt, vitam ſpiritualem propriam pro vita ſpirituali totius mundi exponere, ergo non licebit exponere propriam vitam temporalem pro vita temporali, & multo minus pro quocunque temporali bono amici, etiam innocentiſſimi.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad maiorem propoſitionem dicit, quod non eſt eadem ratio ſimpliciter, de ſpirituali, & temporali ſalute propria, datur caſus in quo licet exponere vitam temporalem, non ſolum pro ſalute animæ proximi, ſed etiam pro ſalute corporis eius, honoris &c. Non tamen dabilis eſt caſus in quo liceat exponere vitam ſpiritualem pro ſalute quacunque proximi. His pro dubio iſto declaratis, ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Poteſt præcipere mortem innocētis Deus creatura hoc facere nō poteſt.

THeologus dicit ad argumentum adductum, quod Deus cum habeat dominium mortis, & vitæ, eius enim ordinatione moriuntur peccatores, & iuſti, vnde ille qui mandato Dei occidit innocentem non peccat, ſicut nec Deus peccat cuius imperij iſte eſt executor, immo in facto iſto oſtendit ſe timere Deum, & obedire mandatis eius, ex quo infert Magiſter Dominicus à Soto contra Scotum, quod Deus non tanquam legiſlator, ſed tanquam vniuerſalis vitæ Dominus, poteſt cuiuis poteſtatem dare occidendi alterum ſicut in propoſito noſtro fecit cum Abraham, cuius obedientia digna laude fuit, etiam ſi ſua clementia Deus non permiſit id executioni mādari. Nemo tamen mortalium abſolutè habet dominium vitæ.

Argumētum ſecundum

Inſurgit Lector, & abſolutè intendit probare, quod liceat interficere innocentem, & vtitur tali medio ad hoc probandum in genere peccatorum, quæ in proximum committuntur tanto magis quis peccat, quanto magis proximo nocumentum infert, ſed occiſio plus nocet peccatori quam innocenti, ergo cum liceat in aliquo caſu occidere peccatorem, licebit etiam aliquando occidere innocentem, Maior propoſitio eſt manifeſta ex ſe, Minor probatur, per mortem tranſit ab hac miſera vita ad vitam perpetuam beatam, & impius ad mortem æternam, ergo occiſio plus nocet impio, quam innocenti.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad minorem dicit, cum D. Thom. quod actiones conſiderantur ſecundum ea quæ ſunt per ſe, & non ſecundum ea quæ ſunt per accidens, quod autem iuſtus per mortem perueniat ad regnum Dei, hoc non prouenit per ſe ex occiſione, & ex intentione occidentis, ſed accidit tali actioni, per ſe hoc prouenit ex Dei bonitate, primario quidem, ſecundario prouenit ex bona diſpoſitione innocentis, hoc per ſe non prouenit ex intentione occidentis, per ſe enim grauius eſt occidere innocentem quam impium quadruplici de cauſa, Primo quia nocet illi quem magis debet diligere, ideo magis agit contra charitatem. Secundo quia iniuriam infert ei qui eſt minus dignus iniuria, propterea actio eſt contra iuſtitiam, quæ quærit, quod ſecundum menſuram delicti ſit plagarum modus, Tertio quia occidens innocentem priuat communitatem maiori bono, ideo ad maiorem reſtitutionem tenetur, Quarto quia talis occiſor magis Deum contemnit, prout affirmat Dominus dicendo, qui vos ſpernit me ſpernit, ex quibus apparet grauitas occidentis innocentem.

Occidens innocentē quadruplici de cauſa magis peccat, quam qui occidit impium.

Argumētum tertium.

Vltimum argumentum format ipſe Lector probans licitum eſſe occidere innocentem. Illud quod fit ſecundum ordinem iuſtitiæ non eſt peccatum, at quandoque cogitur quis ſecundum ordinem iuſtitiæ occidere innocentem. v. g. dum innocens eſt conuinctus per teſtes falſos, ſententiando ad mortem, vel exequendo ſententiam iudicis, cuius eſt miniſter, ergo abſque peccato poteſt quis occidere innocentem, ergo licet hoc facere aliquando.

Argumenti ſolutio.

Theologus vnà cum Angelico Doctore huic argumento ſatisfacit dicendo, quando iudex noſcit aliquem innocentem eſſe, qui falſis teſtibus conuincitur in iudicio, qualis fuit Naboth. 3. Regum 21. debet diligentiſſimè teſtes examinare, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, ſicut fecit Daniel. 13 circa Suſanam, & ſi hoc modo non poteſt conuincere teſtes, de falſitate, debet ad ſuperiorem remittere eum iudicandum, inquit D. Antoninus 3. p. tit. 7. c. 8. prope finem, vel ipſe ſi abſolutam poteſtatem habet, eum gratioſè liberare. At ſi eſt iudex delegatus, non peccat ferendo ſententiam mortis contra eum, quia in iudicio ſecundum allegata, & probata nocens apparet, ſecundum quæ, vt publica perſona, habet iudicare, prout declaratum fuit abundè, in diſputatione de iudice, & de accuſato. Ratio huius veritatis eſt, quia ipſe non eſt qui occidit innocentem, ideo ipſe non peccat, peccant autem accuſatores, & teſtes qui affirmant in iudicio, talem innocentem eſſe nocentem. Miniſter autem iudicis inquit D. Th. condemnans innocentem, ſi ſententia errorem intollerabilem contineat, nō debet obedire. Alias excuſarentur carnifices qui Chriſtum Dominum, & Martyres eius occiderunt, ſi ſententia non contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccant exequendo illam, Ratio eſt, quia ipſi non habent diſcutere ſui ſuperioris ſententiam, ſimiliter quia ipſi

Iudex debet diligēter q̄rere modū liberandi innocētē a falſis teſtibus premente probatū; ſi hoc cōprobare nō pōt non peccat iudicando eum ſecundum allegata, & probata.

Digitized by Google

ipſi non occidunt innocentem, ſed iudex cui miniſterium exhibent iſti, & hæc ſint pro caſu iſto, & dubijs anexis. Accedamus ad alium.

Caſus quintus

LEctor in caſu iſto proponit diſputanda illa quæ occurrunt circa illum qui defendendo ſeipſum occidit inuaſorem ſuum.

In caſu iſto ergo inquirit Lector, vtrum liceat alicui occidere ſuum inuaſorem ſe defendendo?

In primo dubio quærit, An licitum ſit occidere inuaſorem in defenſione ſui ipſius ſeruatis ſeruandis?

In ſecundo dubio inueſtigat, An ſit licitum repercutere eum, qui poſtquam percuſſit ſe ſeparauit à percuſſo?

In tertio dubio interrogat, An liceat præuenire percuſſorem. v.g. vxor quæ certa eſt, quod maritus vult illam nocte illa ſuffocare poſſit maritum præuenire eumque occidere, vel liceat occidere eum, qui contra ipſum vult in iudicium procedere, vt occidatur?

In dubio quarto poſtulat, An ſit licitum intendere occiſionem aggreſſoris ad liberandam vitam propriam, vel bona ſua?

In dubio quinto Lector inquirit ſi homo teneatur fugere aggreſſorem?

In caſu iſto quinto quærit Lector, vtrum liceat occidere ſuum inuaſorem ſe defendendo, & format argumenta quo ad vtramque partem.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentum. Illud quod approbatur in diuina ſcriptura licitum eſt, Sed occidere aliquem in ſui defenſione approbatur in diuina ſcriptura, ergo licitum eſt occidere inuaſorem in ſui defenſione, Prima propoſitio ab omnibus conceditur, Secunda elicitur à diuina ſcriptura Exodi 22. quo in loco dicitur, Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis, ſi ergo pro defenſione propriæ domus conceditur interfectio furis, multo magis licitum erit in defenſione vitæ propriæ occidere inuaſorem abſque eo, quod ſit reus homicidij.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua deſumit argumentum ex D. Auguſtino in Epiſtola 154. att. medio ad publicam, & habetur 23.q.5 cap. de occidendis hominibus, vbi dicit Pater iſte. Ne ab eis quiſquam occidatur, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro alijs, accepta legitima poteſtate ſi eius congruat perſonæ. At ille qui defendendo ſe occidit alium, ad hoc illum occidit ne ab eo occidatur, ergo videtur eſſe illicitum aliquem occidere ſe defendendo.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum quatuor facit, Primo obſeruat aliqua pro intellectu doctrinæ præſentis, Secundo ſex concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubia, & ſoluit, Quarto reſpondet argumentis partis negatiuæ caſus.

Vnus actus poteſt habere duos effectus vnus intentus aliũ non, art. 1.& nõ art. 2. actus ſumitur ſpecies actionis.

Quo ad primum; Doctor Sanctus ponit vnam diſtinctionem pro fundamento reſolutionis caſus. Fundamentum igitur eſt iſtud ſcilicet, poſſibile eſſe quod vnius actus ſint duo effectus, quorum vnum ſit in intentione, alter ſit præter intentionem, exempli gratia adeſt hic quiſque fodiens terram, vt in ea plantet vitem, & fodendo inuenit theſaurum. Intentio fodientis eſt plantare vineã, inuentio autem theſauri eſt præter intentionem: Vlterius eſt obſeruandum, quod morales actus ſpeciem ſuam ſortiuntur ex eo, quod eſt in intentione operantis, ex quo ad operandum mouetur. Ab eo autem, quod caſualiter, vel accidentaliter venit non ſumitur ſpecies, quia tale opus non eſt laude neque vituperio dignum, vt ſi venator intendit ſagitam in feram dirigere, tamen transfodit hominem, non eſt ex hoc cenſendus homicida, ita ad propoſitum noſtrum deſcendendo in actu defenſionis ſui ipſius, duo effectus conſiderandi ſunt, primus eſt conſeruatio vitæ propriæ, ſecundus eſt occiſio aggredientis, quorum primus, ſi recta eſt defenſio eſt intentus, ſecundus non, ſed eſt accidentarius. His ſtantibus ponuntur concluſiones.

Qui moderate ſe defendit ab inuaſore non peccat ſi occidit illum.

Concluſio prima. Si quis violentiam inuaſoris moderatè repellat, defenſio eius erit licita, etiam quod inuaſorem occidat. Concluſio iſta ſic probatur. Naturaliter quælibet res intelligit ſe ſeruare in eſſe, ſed iſte in hac ſua defenſione intendit ſeruare ſe in eſſe, ergo defenſio iſta eſt licita, ergo qui quærit ſe ſeruare in vita, etiam quod ex hoc ſequatur mors inuaſoris licitè operatur, inuaſor enim ſeipſum occidit dum indiſcretè ſe in armis oppreſſi ab eo ſe ponit, vnde aggreſſio eius fuit illicita, & non defenſio alterius.

Oſtenditur quando licitè defendens ſeipſum occidat inuaſorem, & quando non, quando peccat peccato homicidij, & quando non.

Concluſio ſecunda, Ille qui ad defendendam propriam vitam vtitur maiori violentia quam oportet, ſi in tali defenſione occidit inuaſorem, illicitè operatur, & reus eſt homicidij iſtius. Si vero moderatè violentiam repellit, erit licita defenſio, probatur concluſio quo ad vtramque partem. Actus proueniens ex bona intentione debet eſſe proportionatus fini ad hoc, vt ſit licitus. At actus primi operantis eſt proportionatus fini intento, non autem actus ſecundi, ergo defenſio primi erit licita, non autem defenſio ſecundi. Confirmatur hoc ſecundum iura, vim vi reppellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, defenſio primi eſt facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, non autem defenſio ſecundi, propterea primus licitè occidit inuaſorem, ſecundus non licitè, primus non peccat peccato homicidij, ſecundus ſic.

Qui vtitur moderata tutela ad ſui cõſeruationẽ, nõ peccat occidẽdo inuaſorẽ, ſi autẽ intenderet occidere inuaſorẽ talis occiſio eſſet homicidium.

Concluſio tertia, Non eſt neceſſarium ad ſalutem, vt hunc actum moderatæ tutelæ homo prætermittat ad occiſionem alterius euitandam, ſcilicet, inuaſoris.

Concluſio iſta ſic probatur. Plus tenetur ho-

Digitized by Google

mo prouidere vitæ propriæ, quam vitæ alienæ. At ſi inuaſus prætermittit hunc actum non prouidet vitæ propriæ, ſed tantum alienæ. At ſi non prætermittit illam, prouidet vitæ propriæ, licet non prouideat vitæ alienæ, ergo non tenetur illum actum defenſionis prætermittere.

Concluſio quarta. Illicitum eſt, quod homo priuatus intendat occidere inuaſorem, vt ſeipſum defendat, probatur concluſio iſta. Occidere hominem non licet, niſi publica authoritate, pro bono communi, iſte qui intendit occidere inuaſorem (cum ſit perſona priuata) non habet authoritatem publicam, nec hoc intendit facere pro bono publico, ſed pro bono priuato, pro commodo ſuo particulari, ergo illi non licet in tali defenſione intendere occiſionem inuaſoris, Dominus Illuſtriſſimus Caietanus obſeruat vnum circa has omnes concluſiones, dignum certè conſideratione, dicit, dupliciter poteſt referri occiſio alterius ad conſeruationem vitæ propriæ, Primo vt medium ad finem, Secundo vt conſequens ex neceſſitate finis. Medium, & finis cadunt ſub intentione, vt patet in medico qui intelligit ſanitatem infirmo dare per potionem, & dietam, id autem, quod conſequitur ex neceſſitate finis, non cadit ſub intentione, ſed venit præter intentionem, vt patet de debilitate ægroti, quæ ſequitur ex medicina ſanante, & iuxta hos duos modos inquit ipſe Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, diuerſimodè occidere poteſt licitè perſona publica, & priuata. Nam perſona publica, vt miles ordinat occiſionem hoſtis, vt medium ad finem ſubordinatum bono communi, vt dicemus in ſequentibus concluſionibus, propterea intendit occiſionem hoſtis per ſe, perſona priuata dum occidit inuaſorem non intendit occiſionem inimici, ſed intendit defendere, & ſaluare ſeipſum, vnde iſte occidit inuaſorem per accidens, & non per ſe, doctrina iſta clarior erit in dubio quarto in quo multa digna obſeruatione videbimus.

Occiſio inuaſoris dupliciter conſideratur, vel vt medium intentũ ad finẽ, vel vt conſequẽs ex defenſione ꝓpriæ vitæ, prima eſt licita, ſecunda autẽ non.

Concluſio quinta, Habentes publicam authoritatem ſi intendant occidere hominem, vt ſe defendant, non propter bonum publicum, ſed ex priuata libidine peccant, & illicitè agunt, probatur concluſio iſta ex oppoſito, Si occidens hominem excuſatur à peccato, quia hoc facit propter bonum publicum, & authoritate publica, ergo qui hoc agit ex libidine propter bonum priuatum etiam, quod agat authoritate publica peccat.

Iudex intẽdẽs occidere reũ ſe defendẽtẽ motus libidine vltionis peccat, ſi hoc intendit ex officio facere non peccat.

Concluſio ſexta, Habentes authoritatem publicam intendentes occidere inuaſorem pro bono publico, licitè operantur. In hoc ſenſu milites pugnant contra hoſtes inuaſores, & alios, & iudices, & miniſtri illorum pugnant contra latrones, illoſque occidunt.

Hæ omnes concluſiones, non ſolum ex rationibus adductis apparent veræ, ſed etiam ex diuina ſcriptura, Primo ex Exodi 22. prout in argumento pro parte affirmatiua, Secundo ex Deut. 19. vbi dicitur, innocens ille qui occidit alium neſciens, id eſt præter intentionem, & nullum contra eum odium habet, quin & huic ciuitates in refugium, nec occidatur pro tali facto aſſignentur, occidens enim inuaſorem defendens ſe ſeruata debita cautela, occidit neſciens, coactè, & non voluntariè, ideo talis non eſt dignus morte, ſed diuino ſuffragio, ergo talis occidendo inuaſorem ſeruatis ſeruandis, licitè operatus eſt.

Vt igitur magis appareat veritas concluſionum iſtarum, & doctrina caſus clarius percipiatur, mouenda ſunt dubia, illaque ſoluenda, & ſic ordinatè procedamus.

Dubium primum.

IN hoc dubio inquirit Lector, vtrum potius debeamus ſufferre mortem, quam occidere inuaſorem exiſtentem in mortali? An debeat ſe defendere prudenter, & illum occidere, ſi non poteſt fugere periculum. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua adducit concluſionem primam, & tertiam hic poſitas, & probat, quod inuaſor licitè poteſt ſe defendere, & quod non tenetur prætermittere actum moderatæ tutelæ, ergo licet ſe defendere etiam, quod inuaſor exiſtens in mortali maneat occiſus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium. Debemus magis diligere vitam ſpiritualem proximi, quam vitam corporalem noſtram ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 26. art. 5. Sed qui occidit inuaſorem (quacunque cautela ſeruata) pro ſui defenſione, occidit hominem exiſtentem in mortali, ergo ſimul occidit corpus, & animam illius, ergo qui aggreditur potius pati debet mortem corporalem, quam occidere inuaſorem ſuum, & mittere animam illius in gehenam.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor circa dubium hoc tria facit, Primo declarat aliquas opiniones diuerſas circa hoc dubium, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quoad primum, eſt obſeruandum, quod circa hanc materiam inuenio duas opiniones extremas, & vnam mediam, prima eſt Abulienſis q. 11. ſuper cap. 11. Ioſue, quo in loco dicit, quod homo tenetur ſe defendere etiam occidendo inuaſorem, Secunda ſententia eſt Gerſonis in tractatu de Euchareſtia, quam ſequitur Auaranus in lib. de authoritate Eccleſiæ q. 52. art. 3. cui adheret Accurſius in lege, vt vinc. ſententia iſtorum eſt, quod nemo poteſt in defenſione propriæ vitæ interficere aggreſſorem, Tertia ſententia media eſt Nauarræ in ſuo Manuali cap. 15. numero 7. deſumpta à D. Antonino dicit enim, quod licitum eſt ſe defendendo occidere inuaſorem, præterquam quando

is qui

is qui inuaditur, dedit culpabilem cauſam aggreſſori, qualem dat adulter depræhenſus in adulterio, marito illius mulieris, & ille qui alterum conuicijs lacerauit, vt ſe aggrediatur. Relictis duabus vltimis ſententijs in bono ſenſu, ſtabimus in prima, & declarabimus mentem noſtram cum Banenſi, pergamus ad concluſiones reſponſiuas.

Licitũ eſt homini non defendere propriam vitam, quando non poteſt ſe defendere niſi occidẽdo inuaſorem.

Concluſio prima, Licitum eſt non defendere propriam vitam, quando homo non poteſt aliter ſe defendere niſi occidendo inuaſorem. Concluſio iſta probamus cum D. Auguſtino primo de doctrina Chriſtiana. c. 27. Homo debet plus diligere proximum quam corpus proprium, quæ doctrina aliquando eſt de conſilio, aliquando de præcepto ex D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. ad 1. ergo licet homo poſſit ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ occidendo inuaſorem, licitum tamen erit illi ex perfecta charitate velle potius pati mortem temporalem, quam, quod ipſe inuaſor pereat in æternum, prout ſuadet ratio pro parte negatiua dubij: Probatur ſecundo concluſio iſta ab exemplo, Chriſtus Dominus, & multi martyres, poterant ſe defendere à tyrannis, nihilominus voluerunt magis pati mortem, quam tyrannos occidere, ergo non quotieſcunque homo poteſt ſe defendere ad hoc tenetur, præcipuè quando videtur ſalubrius pro ſalute ſpirituali proximi, non occidere talem inuaſorem. Hanc doctrinam docuit Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis dicendo, ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, ex quibus apparet, quod licet non ſit præceptum de non occidere inuaſorem, eſt tamen conſilium, quod per maximè vtile eſt ad fugiendum periculum iræ, & vindictæ, ad quod ſe exponit occidẽns inuaſorem.

In duobus caſibus inuaſus tenetur ſe defendere cum debita cautella, & cum periculo inuaſoris.

Obſeruandum eſt, quod concluſio iſta debet ſeruari, & poteſt, excluſis duobus caſibus, primus eſt quando vita eius qui inuaditur non ſit multum neceſſaria Reipublicæ, & quando ſibi non adeſt periculum circa ſalutem animæ propriæ. Si autem perſona aggreſſa eſſet multum neceſſaria Reipublicæ, vel ipſe eſſet in periculo vitæ ſpiritualis, ſi tunc remaneret occiſus, talis teneretur ſe defendere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & conſeruare ſe in vita etiam ſi occurrat occiſio inuaſoris, quia in his duobus caſibus, ſcilicet, Reipublicæ; & animæ propriæ, magis debet homo propriæ vitæ quam alienæ, cum charitas incipiat à ſeipſo, & bonum publicum anteponendum ſit bono priuato, ſimiliter, ſi eſſet caput familiæ, & familia multum pateretur ex morte illius, tunc teneretur ſe defendere ſeruata debita cautella, etiam cum periculo inuaſoris.

Licitũ eſt homini ſe defendere prudenter, etiam cũ detrimẽto vitę aggreſſoris

Concluſio ſecunda, Licitum eſt homini ſe defendendo cum moderamine inculpatę tutelæ occidere inuaſorem. Concluſio iſta probatiſſima manet ex demonſtratione facta à D. Thom. in probatione primæ concluſionis poſitæ in præſenti caſu, ſimiliter, veritas eius habetur ex iure naturali prima diſt. vbi dicitur licet vim vi repellere. Concluſio hæc, inquit Magiſter Dominicus Banenſis, intelligenda eſt cum hac exceptione, ſcilicet, quando ex morte aggreſſoris non ſequitur magnum damnum Reipublicæ, puta ſi talis eſſet Rex, Dux, vel miles ſtrenuus, vel Pater familias in ordine ad ſubditos ſuos. Tunc teneretur homo potius pati mortem, quam occidere inuaſorem cum tanto damno, & detrimento boni communis, Hoc enim natura docet, cum manus ſe exponat periculo amittendi proprium eſſe, ne caput detrimentum patiatur, quoniam in illo conſiſtit vita totius ſuppoſiti, immo quando cum caput dolet, cætera membra languent. Obſeruandum tamen eſt, quod ſi in tali caſu, inuaſus occideret inuaſorem, talis non peccaret contra iuſtitiam commutatiuam per comparationem ad Rempublicam, vel ad familiam, cui maximum nocumentum infert, peccaret tamen contra charitatem, anteponendo bonũ commune bono priuato.

Quando inuaſor eſt maximè neceſſarius cõmunitatis inuaſus nõ debet illũ occidere, ſed fugere, vel mortem pati.

Concluſio tertia, Licitum erit occidere inuaſorem etiam ſi ille qui inuaditur eſſet in culpa, vt alter aggreditur ipſum, ſeruatis ſeruandis. Concluſio iſta eſt contra Nauarum, ſed eſt certiſſima, cuius certitudo, & veritas, ratione modo oſtenditur. Adulter ex iniuria quam fecit, vel quam facit marito adulteræ, non perdit ius naturale defendendi vitam ſuam, ergo poteſt ſe defendere etiam cũ damno oppræſſoris ſi aliter defendere ſe non poteſt, præterea, inuaſor iniuriam & vim facit inuaſo ab ipſo, etiam ſi prius fuerat laceſſitus ab eo, factis, vel verbis, ergo licitum eſt vim, & iniuriam illam reppellere, in quo caſu, ſi inuaſor occiditur, ipſe eſt in culpa. Confirmatur hoc ſic, Si proximus meus (ſua culpa, & prodigalitate) deuenit in extrema neceſſitate, ego non teneor ex iuſtitia illum ſuccurrere, ergo etiam ſi illa alia perſona ſua culpa ſe proiecerit in illo periculo, poterit offenſus ab eo illum occidere, propterea ſi contra illum vadit, facit contra iuſtum, & aggreſſus poterit ſe defendendo (ſeruata debita cautella) illum occidere.

Ille qui occaſionem dedit alteri, vt ab eo occidatur poteſt pro ſui defenſionem occidere inuaſorẽ ſi aliter fugere periculſi nõ põt.

Pro maiori intelligentia dictorum eſt obſeruandum vnum dignum conſideratum à Magiſtro Dominico Banẽſi, ſcilicet, quod ſi adulter, vel laceſſitor præuidit pericula mortis futuræ inuaſoris, ex actione propria, quod ipſe peccat in corde ſuo peccato homicidij, quando præuidit homicidium, & ſtatuit ſe in illud periculum ponere. At verò poſitus in periculo non amittit ius defendendi ſe, immo tunc eſt illi maior ratio defendendi ſe donec doleat de peccato, & veniam petat ipſi offenſo, quod non eſt ita facile in illo conflictu, & in illa conturbatione animi. Adulter enim non confert ius marito, vt occidat illum, neque ille amittit ius, quod habet defendendi vitam ſuam, ex hoc, quia cõmiſit adulterium, quod dico ego de adultero, dic tu de illo, qui verbis, vel factis prouocauit ad iram proximum ſuum, ex qua prouocatione poſuit ſe in periculo mortis. Habet tamen ius offenſus contra ſuum offenſorem procedendi, coram iudice. His poſitis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Obſerua quĩ aliquãdo occidens inuaſorẽ (ſeruata debita cautella) peccat mortaliter.

Pp 2 Inſtan-

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod ratio deſumpta ex D.Thoma tenet, quando proximus eſt in maxima neceſſitate ex aliquo accidenti, ſed quando ipſe ex ſua malitia ſe exponit tanto periculo non teneor ego amittere vitam corporalem, ne ille damnetur, quoniam ex propria electione,& mala ſua voluntate, in tali ſtatu miſerabili ſe poſuit,& factus eſt indignus Dei,& hominum miſericordia.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator dicendo,Si inuaſor ex paſſione,vel ignorantia vult me occidere videtur, quod tunc ſaltem ſit tempus neceſſitatis proximi, vt ego ponam vitam corporalem pro vita ſpirituali illius, ergo in tali caſu non petero occidere illum pro mei defenſione.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad antecedens dicit, quod quamuis inuaſor ex paſſione, vel ignorantia etiam inuincibili illi aggrediatur, non propter hoc derogatur virtuti naturali, quam ego habeo, vt defendam propriam vitam, etiam ſi adſit periculum ſuæ, ſi autem motus ex charitate vellem ponus permittere, vt me occidat, quam illum occidere pro tuitione vitæ meæ, iuxta ſenſum primæ concluſionis facerem opus meritorium, ad quod tamen non teneor ex iuſtitia. Hæc ſint pro dubio iſto, ponamus aliud.

Dubium ſecundum.

IN dubio iſto interrogat Lector, An licitum ſit repercutere eum qui poſtquam me percuſſit ſe ſeparauit à me,quæro enim ſi ille qui recepit alapam ab aliquo, vel ſi percuſſus poſſit ſtatim, vel poſt repercutere percuſſorem. Rationes enim pro vtraque parte adſunt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua talis eſt ratio, Repercuſſio eſt recuperatio honoris eius,qui actuali percutione offenditur, quia honor, reparatione defenditur,& recuperatur,ergo hoc licitum eſt,cum honor tantum æſtimatur quantum vita, & forſitan pluſquam vita.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt doctrina Euangelica in qua dicitur de Chriſto,qui cum percuteretur,non comminabatur,immo Dominus dicebat diſcipulis ſuis,ſi quis percuſſerit in vnam maxilam præbe illi,& alteram. & D.Paulus 1.c.3. Nolite reddere malum pro malo, date locum iræ, ergo repercuſſio non eſt licita.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor circa dubium hoc, duo facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito,Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Concluſio, Non eſt licitum repercutere eum qui te percuſſit,niſi fortè adhuc perſeueret in pugna. Concluſio iſta probatur quo ad vtramque partem, Primo quo ad primam ſic,inquit Dominus Beati qui perſequutionem patiuntur, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, ergo ſufferendæ ſunt patienter percutiones, ergo non conceditur repercuſſio. Confirmatur authoritate D. Petri (loco citato pro parte negatiua dubij) dicit enim, Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. Hoc affirmat Eccleſiaſt.28. Quod vindicari vult à Domino inueniet vindictam, ſed qui vindicat ſe de percutione acceptam repercutit,ergo peccat mortaliter,ergo non licet repercutere percuſſorem, cum dicat Deus Mihi vindictam, & ego retribuam,quo ad ſecundam partem concluſionis,ſcilicet,(niſi perſeueret in pugna) probatur ſic,perſeuerantia illa habet rationem continuæ offenſæ, ſed poſſumus reſiſtere inuaſori prudenter, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo licet tunc repercutere, ſed tranſato actu percuſſionis hoc vnquam licet, vt oſtenſum eſt in prima parte concluſionis. His ſtantibus,& declaratis, contra ſententiam hominum qui caſu ducuntur,& non ratione, qui ſub lege mundi viuere volunt,& non ſub lege Chriſti,reſpondemus argumentis partis affirmatiuæ dubij.

Homo licet repercutere percutientem cum Deo dimittenda ſit vindicta Deo niſi perſeuerer in percutiendo.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat antecedens primæ inſtantiæ, & ad probationem dicit, quod honor poteſt recuperari dupliciter, Primo ſecundum legem mundi,& diaboli, Secundo ſecundum legem naturæ,& Dei,Lex Diaboli,& Mundi præcipit,vt ſi quis percuſſerit te pugno,vt percutias illum gladio, lex Chriſti eſt, ſi qui percuſſerit te in vnam maxilam præbe illi, & alteram, lex Dei eſt mihi vindictam,& ego retribuam,& nihilominus mundus iniquus ſeruare vult non legem Chriſti, & Dei, ſed mundi, & diaboli,qui ſuis falacijs homines decipiunt. Diabolus docet recuperandum eſſe honorem per repercutionem, quod non licet, Chriſtus vult dimittere iniurias, quod nobis prodeſt,Quod non ſit licita repercutio,ratio oſtendit. Honor tuus iam eſt læſus per percutionem illam priorem, ergo amplius locum non habet defenſio,ergo mera vindicta eſt illa repercutio,& dato, quod per illam recuperatur honor, apud homines huius ſeculi,talis recuperatio eſt indigna,quoniam viri huius mundi ſequuntur legem diaboli de duello, & de certamine, & relinquunt legem Chriſti de pace, de concordia, & de remiſſione iniuriarum.

Vẽdicare vos de iniuria recepta ab inimico non licet ſtando in doctrina Chriſti.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra reſponſionem hanc dicendo, licitum eſt perſequi latronem fugientem(capta præda) & eripere illam de manu eius, per vim, etiam cum periculo vitæ latronis, ſed repercutere pro recepta iniuria, eſt quaſi eripere prædam honoris, ſcilicet, de manibus iniqui aggreſſoris, ergo hoc licet.

Inſtant. ſolutio.

Theologus concedit antecedens,& negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, Latro adhuc eſt in exercitio capiendi aliena, quia nondum peruenit ad locum, vbi quietè retinere valeat res illas. At verò, qui ſemel percuſſit, aut contumeliam dixit iam læſit honorem

meum,

A perſona priuata licet accipere furtũ de manu furidũ illud manu tener, ſed dimiſſo furto at dimoſſo furto, iudex hoc facere debet.

meum, neque portat ſecum quicquam mei, quod ego poſſim illud de manu eius eripere, exempli gratia, ſi quis abſcindit manum meam, non poſſum ego abſcindere manum eius, vel ſi occidit æquum meum, non poſſum occidere æquum ſuum. Ratio eſt, quia talis actio non haberet rationem defenſionis, ſed offenſionis vindicatiuæ. Ita in propoſito, in conflictu percuſſionis, licet repercutere, ſed ceſſata percuſſione non pertinet ad percuſſum, ſed ad iudicem ſummere vindictam de percuſſione, ſi tamen fur, vel latro eſt in loco tuto, vel abſcondit furtum, non licet illi à quo furtum factum fuerat per vim recuperare rem ſuam, quia tunc fur non infert vim actualiter, ſed ceſſauit violentia, ſicut ceſſauit poſtquam percuſſor receſſit, ſolum enim poſſumus petere iuſtitiam de percutione, & non poſſumus repercutere.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator inſtat de nouo dicendo, ſi quis irritet alterum ad ſingulare certamen taliter, quod irritatus amittat honorem niſi acceptaret pugnam, aut ſtatim euaginauerit gladium. At omnes dicunt, quod iſti licet defendere honorem ſuum, & ſi ille qui eum inuitauerat taceat neque vltra progrediatur, ergo à fortiori licitum erit percutientem repercutere pro defenſione honoris læſi.

Inſtant. ſolutio.
Duellũ prohibitum eſt à Concil. Trid.
Alia tamẽ ſingularia certamina illicita ſunt.

Theologus cum Banenſi ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod admiſſo vno inconuenienti multa ſequuntur, negamus, quod acceptare duellum ſit licitum, prout abundè oſtendimus in diſputatione de duello. Duellum enim condemnatur in Concil. Trid. ſeſſione 25. c. 19. in decreto de reformatione, verum eſt inquit Magiſter Dominicus Banenſis, quod pœnæ illic aſſignatæ contra ſic pugnantes, & fauentes illos, intelliguntur ſimpliciter de ſolemni duello. Nihilominus, & alia ſingularia certamina ſunt illicita iure naturæ. Nam in vtraque pugna bellantes ſe exponunt periculo mortis, vel occiſionis vtriuſque, & ſui ipſius, & proximi, neque talis acceptio duelli, vel ſingularis certaminis poteſt habere rationem defenſionis, ſed bene, vindictæ, offenſæ acceptæ, vel prætenſæ, vt de ſe patet.

Datur modus quo inuitatus ad ſingulare certamen poteſt ſeruare ſuum honorẽ etiam nõ acceptando illud.

Vnde homo ille, qui irritatus fuerit ab altero poterit prudenter reſpondere pro defenſione ſui honoris dicendo, Non licet mihi acceptare duellum, ſeu certamen ſingulare, ſed eſto certus, quod vbicunque me fueris aggreſſus, talis ſum, quod me defendere poſſum, & forſitan cum incommodo tuo atque periculo, & ſic vim vi moderate reppellit quoadusque neceſſe fuerit armis vti, tũc enim poſtea armis ſe defendere poterit, ſine offenſa creatoris, & ſui honoris.

Impugnatio.

Argumentator nondum acquieſcit inquit adhuc remanet inſtantia. Iratus inquit quis me vocat, & dicit veni volo, dicere tibi duo verba à parte, quæro ſi mihi licet ire ſecum, etiam ſi ſuſpicem, quod vult vti armis contra me, & venire ad ſingulare certamen?

Theologus dicit, quod in ſimilibus caſibus neceſſaria eſt prudentia, Si vero ſimile eſt, quod ille vult verbis finem ponere differentiæ, licebit ire illuc. At ſi eſſet certus ille moraliter, quod iratus vult cum illo digladiari, debet verbis modeſtè defendere ſe, & non ire ſecum, ſed manere debet ad negotia ſua. Hæc ſint pro dubio iſto pergamus ad aliud,

Dubium tertium.

IN dubio iſto quærit Lector, An liceat præuenire percuſſorem. v.g. vxor eſt certa, quod maritus ſuus vult nocte illa eam ſuffocare, An poſſit illum præuenire, & occidere eum, vel liceat occidere qui procurat, vt iuſtitiam illum occidat. Rationes ſunt vndique.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, ex ſupradictis contra inuaſorem licet me defendere etiam occidendo illum (ſeruatis tamen ſeruandis.) Iſte eſt inuaſor meus, & nequeo ſugire mortem niſi occidendo illum, ergo licet, etiam præueniendo inuaſorem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, Non licet occidere hominem, ſed talis præuentio eſt vera occiſio, ergo non licet præuenire percuſorem.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Duplex præuentio in occiſione proximi, prima ſimpliciter, ſecũda ſecundum quid prima eſt illicita, ſecunda poteſt eſſe licita.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem breuem breuem, Secundo ſatisfacit quæſito duabus concluſionibus, Tertio ſoluit inſtantias, prout deuiant à terminatione noſtra. Quo ad primum dicit, quod duplex eſt præuentio, vel dupliciter quis poteſt præuenire alium ad mortem, ſimpliciter, & ſecundum quid. præuenire ad mortem ſimpliciter eſt, prout in dubio de vxore præueniente maritum paratum ad occidendum eam. De innocente occidente acuſatorem, vel teſtem falſum, Præuenire ſecundum quid eſt vno actu aggreſſoris poſito, alium præoccupare quem prudentem timet eſſe futurum. Stante hac diſtinctione ponuntur concluſiones reſponſiuæ.

Concluſio prima negatiua, Non eſt licitũ ſimpliciter præuenire eum, quem timeo me futurum eſſe aggreſſurum Concluſio iſta ſic probatur. Iſta præuentio non eſt defenſio per ſe, ſed occiſio directè hominis illius, ordinata ad conſeruationem propriæ vitæ. v.g. ſi adultera nouit, quod vir eius eſt cõſcius adulterij ab ea commiſſi, & timet, quod occidat illam, vt euitet periculũ illud præuenit, & occidit. In caſu iſto Adultera eſt aggreſſor, & vera homicida, ideo talis præuentio nullo modo eſt licita, immo eſt peccatum mortale. Confirmatur dictum hoc, quia in actione iſta non verificatur illud vniuerſale principium naturæ, vim vi reppellere licet, immo iſta in caſu noſtro addu initiam homicidij initiæ adulterij eſt maximus error, ſicut facit ille qui dignus eſt morte, & occidit illũ qui eum accuſare vult &c.

Concluſio ſecunda, Si aggreſſor fecit aliquam actionem, vt me occideret. v.g. parauit mihi inſidias quas ego effugere non poſſum niſi occidendo illum, tunc licitum erit hoc facere antequam

Digitized by Google

inſtet damnum, & magnum periculum, etiam ſi pro tunc quietus ſit inſidiator,

Poteſt quis occidere illũ qui inſidias paratas habet ad illũ occidendum, ſi de hoc eſt certiſſimus.

Concluſio iſta ſic probatur, quia tunc propriè loquendo, defendo vitam meam. Nam in rei veritate (moraliter loquendo) ille eſt actualis aggreſſor. v.g. in caſu propoſito, Mulier adultera poteſt occidere maritum, de quo certa eſt, quod habet venenum paratum, vel gladium, vel quid ſimile ad occidendum eam. Tunc mulier iſta vim vi repellit (moraliter loquendo) quamuis pro tunc ipſe maritus nihil agat, ſimiliter in ſecundo caſu, ſi ille qui vadit ad iudicem fuerit monitus, & noluit retrocedere, poterit inquit Banenſis defendendo ſe (ſi aliter non poteſt euadere periculum) immo Illuſtriſſimus Dominus Caietanus 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. & in ſumma verbo duellum prout in materia de duello notauimus, dicit, quod innocens poterit tunc prouocare accuſatorem ad duellum, & occidere eum. Rationem aſſignat dicendo, quod in caſu iſto accuſator inuadit innocentem occiſurum gladio iudicis, & addit Magiſter Dominicus Banenſis, quod ſecundum iſtam rationem, poſſet etiam occultè occidere aggreſſorem, (non prouocando ad duellum) ſiquidem actio illa habet rationem defenſionis cum moderamine inculpatæ tutelæ. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtan. ſolutio.

THeologus vtrique inſtantiæ ſatisfacit dicendo quod inſtantia pro parte affirmatiua bene concludit in ſenſu ſecundæ concluſionis. Inſtantia autem pro parte negatiua concludit pro concluſione prima, & ſic vtraque inſtantia bene concludit.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra prædicta dicendo, ſi ipſe accuſator bona fide, imponeret mihi crimen, non liceret mihi illum occidere, ergo ſi hoc facit mala fide non licet, ergo ſecunda concluſio non eſt vera, antecedens eſt clarum, conſequentia probatur, defenſio vitæ propriæ, vt iam diximus ſuperius, licita eſt, etiam contra ignorantem inuincibiliter, ergo, &c.

In aliquibus caſibus licet præualere inuaſorem pro ſalute vitæ propriæ.

In hac difficultate Magiſter Dominicus à Soto deuiat ab Illuſtriſſimo Domino Caietano, dicit enim, quando quis præuenit alium in occiſione, quod illicitè homo facit. Rationem aſſignat ſuæ ſententiæ dicendo, quod tunc vis vi repellitur, quando actualiter innocens aggreditur ab inuaſore, & non ante, Magiſter Dominicus Banenſis ſtat in ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani, illamque confirmat dicendo, quod non ſolum vim patior quando opprimor ab inuaſore, ſed etiam quando habet paratas inſidias ad me opprimendum, qua de cauſa, non ſolum licitum eſt mihi pro mea defenſione occidere inuaſorem, qui gladio euaginato quærit actualiter transfodere me, ſed etiam poſſum occidere hominem, qui vocat ſeruum ſuum, vt me occidat, ſi non habeo alium modum, vt vitam ſeruem incolumem, Item poſſum occidere eum, qui vadit, vt ſoluat canem ſeu leonem, vel irritet eum ad deuorandum me, antequam ſoluat canem, vel leonem, ergo & in caſu noſtro licitum mihi erit occidere accuſatorem, vel inuaſorem, ſi aliter effugere non valeo ex manibus eorum, tantum enim mihi nocet ſi occidat me gladio proprio, quam alieno, ſiue dentibus canis, ſiue leonis, dummodo alia via non poſſim effugere mortem, niſi occidendo qui quærit me interficere,

Inſtant. ſolutio.

Ad inſtantiam igitur deſcendendo nego conſequentiam, & ad probationem dico, ſicut non poſſum me defendere per vim ab ipſo iudice, & miniſtris, qui bona fide ſecundum allegata, & probata procedunt, etiam ſi ex ignorantia hoc faciant, ita neque inuaſorem poſſum occidere, qui bona fide, & iuridicè me accuſat. Ratio eſt inquit Banenſis, quia omnes iſti exequuntur officium ſuum, ſcilicet, officium legis iuſtitiæ, & per conſequens non faciunt mihi iniuriam, Confirmamus hoc. Nam innocens probatus nocens, tenetur pati mortem à miniſtris Reipublicæ, ergo accuſatus tenetur pati accuſationem ſecundum legalem iuſtitiam factam. Ratio vtriuſque eſt, quia ſic expedit communi bono Reipublica, ſed quando me inuadit, vel accuſat ex malitia, vel ex ignorantia, vel non ſecundum iuſtitiam legalem, licitum eſt mihi defendere me, non obſtante morte illius, ſed dicet Lector, quid agendum eſſet quando quis vadit accuſare me de crimine vero, ſed occulto ex qua accuſatione, mihi periculum certum mortis, vel infamiæ accidit? Reſpondet Theologus, & dicit, quod ſi ille non habet ius ad te accuſandum, neque iſte procedit ſecundum iuſtitiam legalem, ita defendere ab eo te potes, ſicut ab imponente falſum crimen.

Accuſatus poteſt iuridicè ſe defendere, quando accuſatur de falſo crimine, vel de crimine occulto.

Inſtantia 3.

Argumentator non acquieſcit, inſtat, Tertio loco dicendo, ex hac doctrina ſequeretur, quod ſi accuſator intenderet damnificare me, non tantum in cauſa ſanguinis, ſed in cauſa ciuili, quod eſſet licitum mihi illum occidere, valet conſequentia, quia ſi illa ratio habet rationem defenſionis, licita erit pro cõſeruatione rerum mearum tẽporalium, ſed hoc videtur incõueniens, quia tũc daretur occaſio litigantibus, vt occiderent homines quos falſos teſtes eſſe iudicarent, quod afferret maximam perturbationem in Republica, quod hoc ſit inconueniẽs apparet, quia iudex iuſtè puniret talem interfectorem, ergo ipſe occidit talem accuſatorem, vel teſtem.

Inſtant. ſolutio.

Licitũ eſt occidere eũ qui quærit contra iuſtitiã auferre bona alterius, ſi aliter impediri non poteſt perſecutio,

Theologus concedit ſequelam argumenti, & dicit ex doctrina Caietani, & Banenſis, licitum eſſe pro defenſione rerum temporalium occidere inuaſorem, quando aliter damnum effugere non poteſt, cum igitur ille accuſator per ſe, vel per tertiam perſonam, iniquè contendat accipere bona mea, nec vult deſiſtere, licitum erit mihi illa defendere, & ſi talis occidatur, in culpa eſt oppreſſor ipſe, qui ex ſua malitia poſuit me in tale litigium contra omnem iuſtitiam, quæ iuſtitia quærit, quod falſi accuſatores, & falſi teſtes occidantur, quando ſunt circa res maximi momenti, & ad id quod dicitur, quod in iſto caſu iudex puniret talem interfectorem

fectorem

fectorem, in ſignum delicti commiſſi, dicimus, quod in caſu iſto dupliciter poteſt procedere iudex, vel ex falſa præſumptione, ſcilicet, quod talis occidit hunc ſuum perturbatorē non legitimè pro defenſione rerum ſuarum, & ſic iuſtè illum puniret, vel procedit iuridicè iudex, & tunc ſi poſſet probari ratio iuſtę defenſionis, tunc iudex neceſſario deberet liberare talem interfectorem, & ſi eum puniret iniquè ageret, cum vnicuique liceat vim vi reppellere, &c.

Impugnatio prima.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Argumentator, argumentis Illuſtriſſimi Domini Caietani primo ſic, Homo tenetur plus prouidere alienæ vitæ quam proprijs rebus. Nam qui poteſt, & non pauit famæ morientem homicida eſt, ergo pro defenſione rerum ſuarum vllo modo licet occidere offenſorem in rebus illis.

Impugnatio ſecunda.

Confirmatur hoc ex Exodi 23. vbi dicitur, quod diurnum furem, etiam inſringentem domum, ſi quis occiderit reus erit homicidij, ergo non eſt licitum occidere talem furem, multo minus illum, qui via iudicis quærit furari bona tua.

Impugnationis dilutio. Homo in defenſione rerū ſuarum non peccat occidēdo inuaſorem ſi aliter illas defendere nō poteſt.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus (Relictis alijs opinionibus) ſoluit has inſtantias dicendo, quod quando quis non poteſt aliter, res ſuas defendere quin ſequatur ex defenſione occiſio inuaſoris, licitè poteſt defendēdo illas occidere illum, & ratio habetur ex litera D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 7. quia plus tenetur homo curam habere rerum ſuarum, quæ ſunt adminicula vitæ ſuæ, & virtutis, & felicitatis, quam alienæ vitæ, & probat hoc, quoniam cuilibet imminet curam rerum ſuarum in ordine præcipuè ad virtutem, de iſtis tenetur homo habere curam modo declarato, de vita autem proximi tantum in caſu neceſſitatis tenetur curam habere, & non de omnibus abſolutè, diligere ſingulos in particulari etiam non teneor ex 2. 2. q. 35. art. 8. cum igitur homo non tenetur in ſpeciali ſingulos proximos diligere ex charitate, neque ſecundum actum interiorem, neque ſecundum actum exteriorem, ergo neque inuaſorem in particulari teneor diligere, nulla enim mihi eſt commiſſa in particulari cura de vita illius, de adminiculis autem vitæ propriæ, & virtutum conſtat oportere me curam habere, inuaſor autem ſe exemit ab hoc caſu neceſſitatis, & affert vires ſuccurendi agreſſo ab illo, immo neceſſitat illum pro ſuæ vitæ, vel rerum defenſione illum occidere, cum opreſſus euadere non poſſit à periculo niſi occidendo oppreſſorem, in articulo enim iniquæ voluntatis, & mortis, inuaſor ſeipſum ponit in periculo, vt iniuriam faceret proximo ſuo. His ſic declaratis, & obſeruatis faciliter diſſoluuntur impugnationes adductæ.

Reſponſio ad primum. Defenſio rerū propriarū facta debito modo ſtare poteſt cū occiſione inuaſoris etiā ſine culpa.

Theologus impugnationi primæ dicit, quod cum maiori dilectione proximi quam rerum ſtat, quod ego poſſim actum huius tutelæ exercere, quoniam illa maior dilectio proximi non oportet quod ſit niſi in communi extra caſum neceſſitatis, hæc autem tutela prouenit ex cura particulari. Falſum igitur eſt, quod ego tenear plus prouidere alienæ vitæ, quam habere curam rerū mearum, vt adminicula ſunt vitæ, & virtutis, quamuis tenear plus diligere alienam vitam quam res meas, in communi plus teneor diligere vitam alienam quam res meas, in ſpeciali autē & ex cura mihi cōmiſſa, plus teneor ad res illas prout ſunt adminicula vitæ meæ, & virtutis, ſine quibus nec vitam ſubſtentare poſſum, neque virtutes acquirere, neque ad felicitatem naturalem peruenire.

Reſponſio ad ſecundam.

Ad ſecundam impugnationem dicit Theologus, quod cum præceptum illud Exodi ſit iudiciale, obſeruanda ſunt verba illa in foro iudiciali, in quo non deſcenditur ad inquirendum ſi defenſor intendat occidere pro ſaluandis rebus ſuis, vel pro ſaluanda vita, an ex conſequenti ſequatur occiſio. Modo loquimur in foro conſcientiæ, vbi intentio diſcernitur, & iudicatur, Secundo dicit, quod lex illa abſolutè loquitur, & non in caſu in quo non poteſt aliter vim vi reppellere, nos autem in hoc ſolo ſenſu loquimur. Non tamen excuſamus oppreſſum, quando poteſt reppellere vim quam patitur à raptore, vel fure capiendo ipſum, vel quocunque alio modo recuperando ſua bona ſi occidit, hac de cauſa dicitur ibi Exodi 23. Si quis occiderit furem diurnū, reus erit homicidij, quando, ſcilicet, illum capere potuit abſque occiſione, quando autem non potes defendere vitam ſuam, vel res ſuas abſque occiſione tunc occiſor non eſt reus homicidij, & hoc eſt, quod intendimus in caſu noſtro.

Nō excuſantur a peccato illi qui poſſunt bona ſua recuperare abſque occiſione inuaſoris, & illū occidunt.

Inſtantia 4.

Vltimo loco inſurgit Argumentator contra prædicta dicendo, Tunc vis propriè dicitur, quando aliquis actualiter aggreditur (& non alias) facto aliquo per ſe nociuo, ſed ille accuſator nondum ſic aggreditur oppreſſum, ergo tunc non verificatur, quod vim vi innocens reppellat.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ dicit moraliter loquendo, quod ille iam cepit facere vim, quando appoſuit cauſam certam periculi futuri, ſicut qui parat laqueum pedibus meis in loco per quem mihi neceſſe eſt tranſire, non enim debeo expectare ad reppellendam vim, quando iam nullum erit remedium, ſed tunc verè me defendam quando iam poſita eſt aliqua actio per quam ſequitur meum periculum, aliquando poſtea nullus eſt locus reliquus ſe defendendo, Hæc apud Banenſem, Hoc idem confirmat Magiſter Dominicus à Soto dicendo, quod toto illo tempore ſiangentis delicti, licet vim vi reppellere, etiam dum fugit, poſtquam verò captus eſt inſidiator relinquendus eſt iudicio iudicis. Hæc ſunt pro dubio iſto, adeſt aliud.

Declaratur quomodo intelligitur dictū illud vim vi licet repellere, & quādo hoc fieri poſſit.

Dubium quartum.

IN dubio iſto quærit Lector, An ſit licitum intendere occiſionem aggreſſoris ad liberādam vitam propriam, vel bona, Rationes pro parte vtraque ſunt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua videtur ius commune, ſcilicet, licet vim ui reppellere, ergo licet intendere occiſionem aggreſſoris, ad liberandum, & &cæt.

Pro

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, Si licitum eſſe intendere occiſionem inuaſoris ad liberandam vitam propriam, & bona ſua, ſuperfluè addita eſſent verba illa in iure, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo non licet intendere occiſionem aggreſſoris, ſed tantum tutelam vitæ propriæ, & bonorum ſuorũ.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

EX iam dictis in deciſione caſus & dubiorum veritas huius partis negatiuæ eſt manifeſta, præcipuè ex doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani in declaratione præſentis caſus, tamen ad abũdantiorem doctrinam ex Banenſi notabimus aliqua. primo ergo eſt notandum, quod occiſio quæ ſequitur ex iuſta, & moderata ſui defenſione non eſt effectus voluntarius, vel intentus, nec per ſe, neque per accidens. Non per ſe, quia defenſio, non eſſe: facta cum moderamine inculpatæ tutelæ. Non per accidens. quia intendebat tantum defendere ſe ipſum, non directè, quia hoc eſſet peccatum (ex concluſionibus ſuprapoſitis) non indirectè, quia non tenetur homo vitare illum effectũ, dum ſe moderatè defendit, ergo nullo modo occiſio inuaſoris eſt voluntaria, ſed venit per accidens, & præter intentionem aggreſſi, vt bene obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, exemplicans de debilitate infirmi liberati de recenti ab infirmitate. Medicus intendit ſanitatem infirmi per mediam potionem, ex qua ſequitur debilitas infirmi. Medicus non intendit directè, neque indirectè debilitatem infirmi, ſed ſolum permittit illam propter maius bonum. Ita & Deus cõcurrit ad aliquam actionem quatenus eſt bona, quæ operatio eſt peccatum prout venit ab homine qui libertate ſui arbitrij agit contra legem Dei, Deus autem vllo modo intendit peccatum, neque directè, neque indirectè, neque eſt cauſa ſimpliciter peccati, ſed tantum permittit peccatum propter maius bonum. eodem modo ſe habet qui ſe defendit ab inuaſore, cum moderamine inculpatæ tutelæ, Talis non intendit directè, neque indirectè occiſionem inuaſoris. ſed permittit illam propter maius bonum, quod eſt conſeruatio vitæ propriæ, quod non poteſt haberi niſi interueniat occiſio inuaſoris, doctrina iſta diligenter eſt obſeruanda ad euitandos errores.

Occiſio inuaſoris non eſt intẽta à ſe defendente prudenter, per ſe neque per accidẽs directè neque indirectè.

Item notandum eſt, quod idem actus moralis poteſt eſſe bonus reſpectu vnius voluntatis, malus autem reſpectu alterius. v. g. Paſſio Chriſti Domini fuit valde bona reſpectu voluntatis Chriſti, & valde male ex parte voluntatis Iudæorum, Pilati, & Carnificũ, eadem ratione dicimus, quod idem actus moraliter loquendo, eſt defenſio, & occiſio, prout eſt defenſio eſt bona, quia conſideratur ex parte defendentis tanquam medium proportionatũ fieri, quod eſt vitæ propriæ conſeruatio, occiſio eſt mala ex parte inuaſoris qui tenebatur ſubtrahere ſe ab illo periculo, & ideo occiſio iſta ex parte occiſi eſt voluntaria, indirectè tamen, cauſa efficiens huius occiſionis eſt duplex, phyſica, & moralis, cauſa phyſica huius occiſionis eſt defendens ſe, non tamen eſt cauſa moralis, niſi ex odio, vel vindicta occideret aggreſſorem dum ſe defendit, etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quia doctrina iſta valde vtilis eſt, immo pro maximè neceſſaria pro quacunque materia morali, Magiſter Dominicus Banenſis ponit duo exempla, vt magis intelligatur, exemplum primum, Infirmatur quis vehementer infirmitate ſtomaci, vel opilatione vẽtris, ad cuius remedium neceſſe eſt ſummere magnam quantitatem vini optimi, ex qua ſumptione neceſſario infirmus inebriatur, nihilominus ex communi ſententia Theologorum talis medicina eſt licita (non obſtante ebrietate) & ratio huius eſt, quoniam ebrietas in caſu iſto eſt effectus per accidens, & præter intentionem accipientis talem medicinam, per ſe ordinatam ad ſanitatem recuperandam. At ſi medicina illa per ſe ordinata fuiſſet ad inebriandum, ſumptio illa non eſſet licita, etiam ſi ex ebrietate ſequeretur recuperatio ſanitatis. Ratio huius doctrinæ eſt, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, inquit Apoſtolus, eadem ratione non ſunt relinquenda bona, quamuis propter intentionem operantis ſequantur mala, iuxta illud axioma Theologicum, potius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas ipſa deſeratur.

Defenſio, & occiſio eſt idẽ actus materialiter bonus ex parte defendentis ſe malus autem ex parte inuadentis.

Duo exẽpla ponuntur in actibus moralibus ad cognoſcendum, quãdo ceſſandum eſt ab operatione, & quando non propter malũ vitandum.

Exemplum ſecundum, Si ad conſeruandam vitam neceſſaria eſſet naturalis expulſio ſeminis ſuperflui, non propter hoc eſſet licitum, vti medicina, vel confricatione excitatiua pollutionis. Nam tunc ſummeretur medium, quod de ſe eſt illicitum. At ſi daretur medicina aliqua, quæ immediatè ordinaretur ad confortandas partes vegetatiuas, vel ad purgandum hominem, vnde ſequatur phyſicè effuſio ſeminis, licitum eſſet ſummere talem medicinam, quia effuſio illa eſſet effectus per accidens, & præter intentionem accipientis talem medicinam (niſi homo conſentiret, & deſideraret talem pollutionem) ſic poteſt etiam peccare defendendo ſe, ille qui gaudet de morte aggreſſoris, dijudicare autem quæ nam dicantur effectus per accidens, & in quo ſenſu homo teneatur relinquere actionem alias bonam, ne inde ſequatur malum, & in quo caſu licitum ſit proſequi bonam actionem, etiam quod ex hoc ſequatur malum, magna prudentia eſt neceſſaria. Hoc opus hic labor eſt.

Duo documenta ante oculos habere poſſumus in huiuſmodi caſibus dijudicandis, primum documentum, quando actio bona ſecundum ſe talis eſt, quam ex ea ſequitur illicitus effectus ſecundum ſe, & illicitus nociuus reſpectu alterius, actio tamen eſt mihi neceſſaria ad conſeruationem eius, ad quod habeo ius, erit mihi licitum, in illa bona actione perſeuerare, dummodo effectus ille conſequutus per accidens non ſit nociuus notabiliter bonis communibus, & multo magis licitum erit perſiſtere in actione illa, quando ipſa eſt promotiua bonis communis. Documentum hoc ſeruatur in actione defenſionis propriæ vitæ, ad quam ſequitur occiſio aggreſſoris. In ſumptione medicinæ ad quam ſequitur per accidens ebrietas,

Documenta ad cognoſcẽdum quando poſſimus perſiſtere i actione bona licet ex ea per accideos ſequatur effectus malus.

tas,

Digitized by Google

tas, vel effuſio ſeminis, verificatur per maximè in bello iuſto, ubi milites pugnantes contra hoſtes, & ciuitatem occidunt innocentes, per accidens tamen, & præter intentionẽ, expedit enim communi bono, ut milites non deſiſtant ab impugnatione ciuitatis rebellis (non obſtante periculo innocentum.)

Secundum documentum eſt, quando actio illa eſt bona, uel non mala ſecundum ſe, non tamen mihi neceſſaria, & parum utilis, & ceſſatio ab illa parum aut nullum nocumentum defert, & ex alia parte, ſequitur ex illa nocumentum notabile proximo, teneor ceſſare ab illa actione ex charitate, uel ex iuſtitia. u. g. Si quis gratia recreationis uellet iaculare ad ſcopum, ad quam actionem, ille ius habet, nihilominus dum iaculare uult uidit hominem tranſeuntem, & non ceſſat à iaculatione, & occidit hominem illum. Talis occiſio nõ poteſt dici effectus per accidens, & præter intentionem iaculantis, ſed occiſio illa eſt uolita, licet indirectè. Ratio eſt, quia ille tenebatur ceſſare ab illa actione, ex qua ceſſatione parum aut nihil damni patiebatur, quamuis haberet ius ad iaculandum alias ex his, & ex alijs caſibus ſimilibus philoſophandum eſt in hac materia, ex his etiam ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & rationem negationis aſſignata fuit in primo notando dubij, quia occiſio inuaſoris non debet eſſe intenta ab ipſo inuaſo, neque per ſe neque per accidens, neque directè, neque indirectè, licet ſequatur ex tali intentione, ſe defendentis licitè.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo, omne quod licitum eſt facere, licitum eſt intendere, & uelle, ſed licitum eſt occidere inuaſorem defendendo ſe, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo licitum erit uelle, & intendere occiſionem illius.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit inſtantiæ per diſtinctionem dicendo, Aut enim intentum argumentatoris eſt loqui de licito per ſe, uel de licito per accidens, ſi primum Maior propoſitio eſt uera, & minor falſa, ſi ſecundum. Minor eſt uera, & Maior falſa, unde non ualet conſequentia, ſcilicet, ergo licitum eſt uelle, & intendere occiſionem aggreſſoris, ſed ſolum ſequitur ex præmiſſis, ergo licitum eſt uelle, & intendere defenſionem propriæ uitæ, non obſtante occiſionem aggreſſoris.

Inſtantia 3.

Contra inquit Argumentator, Licitum eſt defendentis ſe, ferire aggreſſorem in corde, immo, & hoc ipſum intendere, ſed talis percuſſio ex natura ſua eſt mortifera, ergo licitum eſt intendere occiſionem inuaſoris.

Inſtant. ſolutio.

Defendẽs ſeipſum cũ moderata tutela non debet intelligere occiſionem inuaſoris licet ex illa ſequatur.

Theologus dicit concluſionem eſſe falſam, licet præmiſſæ ſint ueræ, ſignum eſt, quod non bene ſequitur concluſio ipſa ex talibus præmiſſis intellecta in bono ſenſu. Non enim ſequitur, quod ſi quis intendit unum cui aliud intrinſicè annectitur, quod intendat illud aliud. Nam, & medicus intendit dare medicinam propter ſalutem infirmi, cui medicamento anexa eſt debilitatio infirmi, tamen non ſequitur, quod medicus intendat debilitatem infirmi, neque quod uellit illam directè, uel indirectè. Ita in propoſito noſtro, qui defendit ſeipſum cum moderamine inculpatæ tutelæ, intendit conſeruationem ſui ipſius, cui anexa eſt occiſio aggredientis, tamen occiſio non eſt volita neque per ſe, neque per accidens, nec directè, neque indirectè à defendente ſe, debito modo, licet ex tali defenſione ſequatur modo declarato ſuperius. His declaratis pro dubio iſto. Ad ultimum eſt procedendum.

Dubium quintum.

IN hoc dubio inueſtigat Lector, An homo teneatur fugere aggreſſorem, pro utraque enim parte ponit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt dictum illud uulgatiſſimum, de duobus malis maius eſt fugiendum, uel minus eſt eligendum, ſed maius malum eſt exponere ſe, & proximum periculo mortis, quam fugere aggreſſorem, ergo fugiendum eſt illud periculum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Ad illam actionem non tenemur ex qua ſequitur infamia, ſed ex tali fuga ſequitur infamia fugientis, ergo aggreſſus ab inimico nõ tenetur nec debet fugere.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa dubium iſtud tria facit, Primo ponit unam diſtinctionem bimembrem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ex illis ſoluit inſtantias utriuſque partis. Diſtinctio eſt iſta, uel fuga iſta eſt ignominioſa, uel eſt ſine ignominia, ſi cum ignominia, ponitur concluſio negatiua, ſi ſine ignominia datur talis fuga, concluſio eſt affirmatiua.

Si fuga affert ignominiam non tenemus fugere aggreſſorem, quãdo non affert cõcluſionem.

Concluſio prima. Homo non tenetur fugere aggreſſorem, quando fuga ipſa eſt ignominioſa. Concluſio iſta ſic probatur, honor æquiparatur uitæ, At homo non tenetur ceſſare à defenſione ſuę uitę ex imminenti periculo inuaſoris, cum magis teneatur tueri uitam ſuam, quam alienam (ut patet ex ſupradictis) ita non tenemur fugere ab aggreſſore, ne admitteremus honorem, ſcriptum eſt enim honorem meum alteri non dabo, Si enim miles, uel nobilis doctus in armis fugeret ab inuaſore, fuga illius eſſet illi ignominioſa, & eſſet cauſa amiſſionis honoris apud uiros famoſos, & alios etiam, prout probat argumentum pro parte negatiua dubij præſentis.

Concluſio ſecunda, Quando fuga non eſt ignominioſa homo tenetur fugere aggreſſorem prout probat argumẽtum pro parte affirmatiua dubij, etiam declaratur ſic intentum. Clericus, uel Monacus tenetur fugere impetum aggreſſoris, ſi fuga defendere poteſt uitam, uel rem familiarem, non enim per talem fugam ammittit honorem. Ratio

eſt,

eſt q a ſtatus ſuus eſt, vt cedat minãti prout docet Dominicus dicendo, Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam, poteſt tamen Religioſus non fugere, ſed defendere ſe clamando, vel ſe defendere alia via competenti ſtatui ſuo, aliter ſi defendendo ſe occiderit inuaſorem, peccaret mortaliter, ſaltem contra charitatem, immo, & contra iuſtitiam. Ratio huius rei eſt, quia talis nõ ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia maiorem vim adhibet quam oporteat, ad exequutionem talis finis, hoc ratio ſuadet, quia quod reſpectu vnius eſt proportionatum mediũ, reſpectu alterius non eſt proportionatum. Nam ſi ſecularis armigerus fugeret aggreſſorem amitteret honorem, ſi autem hoc faceret religioſus, vel perſona debilis, vel pacifica, nihil de ſuo honore amitteret, ideo ſi aggreſſus fuerit fugere debet, aliter occidendo inuaſorem peccaret contra iuſtitiam, & charitatem. His concluſionibus ſic declaratis conſtat, quid ſit dicendum inſtantijs pro vtraque parte dubij,

Religioſi, & debiles ſemper teneutur fugere aggreſſorem, vel ſe defendere ſine armis.

Inſtantiarum ſolutio,

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantias factas dicendo, quod inſtantia pro parte affirmatiua conclu dit optimè, pro prima concluſione. Inſtantia autem pro parte negatiua, concludit pro ſecunda cõcluſione, & vtraque concludit pro religioſis, & debilibus, ſeu viris pacificis, qui fugere debent contentiones, & defendere ſe via iuridica ciuili, & non criminali defendere debent,

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra concluſionem primam dicendo ſic, Si perſonam primi generis eſſet inuitata ad duellum teneretur illud acceptaſe, aliter pateretur in honore ſuo, ſed acceptare duellum non licet, ergo tenetur fugere aggreſſorem, etiam quod ſit miles.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit negando aſſumptum, propriè conſequentia non concludit, & rationem aſſignat dicendo, quia quando ad duellum inuitatur nulla iis infertur, ſicut dum aggreditur ab hoſte patitur iniuriam, & ideo qui exit in duello non repellit vim vi, ſed cooperatur ad iniuſtitiam qua alter ipſum prouocauit, prçſertim, cum ſecundum rei veritatem, & iudicium ſapientum, non exire ad duellum non eſt dedecus. Nam vbi virtus non defenditur non eſt honor. Honor enim eſt præmium virtutis, cum igitur occidere hominem priuata authoritate (prout fit in duello) non ſit virtus, ſed vitium: ſequitur, quod duellantes non ſint homines honorati, licet homines magnanimi à vulgo dicantur. Hçc dicta ſint pro dubio iſto. Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuç caſus.

Nullo pacto eſt acceptandum duellũ, quia acceptatio eius eſt cõtra iuſtitiam, & terminationem Eccleſiæ,

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus cum D. Thom. ſatisfacit primo argumento dicendo, quod D. Auguſtinus loquitur de illo, qui intendit occidere inuaſorem, vt ſeipſum à morte liberet, quod non licet prout abundè oſtendimus in dubio quarto, diximus enim, quod licitum eſt ſe, & ſua defendere cum moderamine inculpatç tutelç, & quod non licet habere intentionem occidendi inuaſorem, nec directè, nec indirectè, nec per ſe, nec per accidens. Niſi hoc ageret publica authoritate, vt eſt miles, iudex, & ſimilis, vnde nulla eſt repugnantia cum D. Auguſtino,

Non licet intendere occiſionem inuaſoris, licet ex debita defenſione illa ſequatur.

Argumentum ſecundum.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector, & oſtendere intendit quod vllo modo licet occidere inuaſorem dicendo, Nicolaus Papa, vt habetur 50. de clericis, dicit, de clericis pro quibus conſuluiſtis, ſcilicet, qui ſe defendendo paganum occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati, poſſint ad priſtinum ſtatum reddire, aut ad altiorem aſcendere, Scito nos nullam occaſionem dare, nec nullam tribuere licentiam eis, quemlibet hominem, quolibet modo occidere. At ad prçcepta moralia ſeruanda tenentur communiter, clerici, & laici, ergo neque laicis eſt licitum occidere aliquem ſe defendendo.

Argumenti ſolutio.

Theologus cum D. Thom. huic argumento ſatisfacit dicendo, quod clericus omnimodè debet fugere homicidium, etiam in defenſione ſui ipſius, & rationem aſſignat dicendo, quod actus homicidij etiam pro ſui defenſione, cum moderamine inculpatç tutelç, facit cadere in irregularitaté, & oſtendit hoc dicendo, irregularitas conſequitur homicidium (etiam ſi ſit abſque peccato) vt patet in iudice, qui iuſtè aliquem condamnat ad mortem, hac de cauſa clericus etiam ſi cautè, & prudenter ſe defendendo interficiat aliquem irregularis efficitur, quamuis non intendat interficere, ſed ſeipſum defendere, veriſſima eſt D. Thom. ſententia, quando clericus euitare poteſt mortem aliter quam occidendo inuaſoré, puta, fugiendo, clamando, &c. vel dicimus cum Magiſtro Dominicus à Soto, quod Angelicus Doctor loquitur ſecundum ius, quod ſuo tempore erat in vſu, poſt D. Thom. in Clementina, vnico, de homicidio voluntario, vel caſuali, decretum eſt oppoſitum, ſcilicet, quod qui mortem aliter vitare non poteſt, ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem, immunis ſit ab irregularitate. Clementina enim ſic loquitur, ſi furioſus, vel infans, aut dormiens, hominem mutilat, vel occidit, nullã ex hoc irregularitatem incurrit, & idem de illo cẽſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuũ occidit inuaſorem, vel mutilat. Quo in loco, gloſſa ordinaria. Nota inquit, quod licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita quod non tenetur fugere, cum ſit honeſta perſona, cui non eſt honeſtum fugere, tamen ſi reſiſtendo occidit incurrit irregularitatem, licet nõ veniat puniendus in foro ſeculari; hçc ibi ex qua gloſſa elicitur intentio Papç Clementis, ſcilicet, quod loquitur de illo qui mortem aliter vitare non poteſt, non autem de illo qui fugiendo, vel clamando, vel alio modo mortem euadere valet, etiam cum verecundia, in cap. illo Nicolai Papç, vt in argumento. Nihil aliud habetur inquit Magiſter Dominicus à Soto, quam quod clericus ille, qui paganum defendendo ſe occidit, quod bene ſe-

Non licet clericis ſe defendendo etiam debita cautella adhibita, occidere inuaſorem aliter eſſent irregulares tẽpore D. Th. modo non.

Ille qui occidit inuaſorem defendẽdo ſe ſi non habet omnino aliũ modũ euitandi mortem, non efficitur irregularis.

ne ſe-

re fecit, ſi ab officio ſuo receſſit, ſed non erat neceſſarium, vel dicatur, quod Papa loquitur, vt in præſenti cap. Clericum de eo, qui in militia, nempe in obſidione incluſus pugna occiderat, debebat enim in obſidione non manere, propterea talis ex occiſione Pagani effectus fuit irregularis, & hoc, quia aliter à manu eius euadere poterat, ſcilicet, non manendo in conflicto, vnde in cap. interfeciſti de homicidio voluntario, dicitur, Presbyter qui ſe, & ſua defendendo inuaſorem occidit, non deponit, ſed ad pœnitentiam admonetur, & hoc forſitam ordinatur in cap. illo propter exemplum primum, aut propter aliquam præſumptam culpam, eadem ratione confeſſarij non ſint faciles ad reſoluendum quid agere debeatur cum illis, qui occiderunt inuaſorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ. In his enim cauſis cautè procedendum eſt, & non ſine conſilio peritorum, vel etiam Prælatorum ſi opus fuerit.

Confeſſarij cautè procedant in iudicando de qualitate homicidij, & ſine culpa.

Non acquieſcit Lector probare vult, quod vllo modo licitum ſit occidere inuaſorem, tali medio. Homicidium eſt grauius peccatum quam ſimplex fornicatio, vel adulterium, ſed nulli licet committere ſimplicem fornicationem, vel adulterium, vel quodcunque aliud peccatum mortale pro conſeruatione propriæ vitæ, ergo nulli licet defendendo ſeipſum alium occidere, vt propriam vitam defendat. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur, vita ſpiritualis præferenda eſt corporali, ergo vita animæ, vitæ corporis.

Argumẽtum tertium.

Theologus ſatisfacit huic argumento negando conſequentiam, & aſſignando rationem negationis dicendo, quod actus fornicationis, adulterij, vel cuiuſcunque alterius peccati, non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ, ex neceſſitate, ſicut actus defenſionis propriæ vitæ, ex quo quandoque ſequitur homicidium inuaſoris, vnde non ſequitur, ſi peccata illa non ſunt licita pro vitæ tuitione, quod non ſit licita occiſio inuaſoris, quia talis occiſio, aliquando eſt ſine peccato, licet homicidium de genere ſuo grauius ſit fornicatione, & adulterio.

Fornicatio, & adulteriũ nunquam ſunt licita, occiſio autem inuaſoris poteſt eſſe licita.

Lector format vltimum argumentum dicendo, Si arbor eſt mala, & fructus illius malus eſt, ex ſententia Domini Matth. 7. Arbor mala malos fructus facit, ſed defenſio ſui eſt mala, & illicita, per Apoſtolum Rom. 12. quo in loco dicit D. Paulus, Non vos defendentes chariſſimi, ergo defenſio ſui ipſius mala, & illicita eſt.

Argumẽtum quartum.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod Apoſtolus ibi prohibet defenſionem ſui, quæ eſt cum liuore vindictæ, prout habetur ex gloſſa illo in loco, in quo dicit gloſſa ipſa. Non vos defendentes, id eſt non ſitis referientes aduerſarios, vel ſecundum literam græcam. Non vos vindicantes, quia dicit Deus. Mihi vindictam, & ego retribuam, licet nihilominus vim dum infertur vi repellere, non tamen illatam iniuriam vindicare, niſi per publicam authoritatem. Hæc dicta ſufficiant pro caſu iſto, & dubijs anexis.

Argumenti ſolutio. Vĩdicare nos ipſos nõ licet, defẽdere nos prudenter licet.

Caſus ſextus.

Lector in hoc loco proponit diſputandum caſum de homicidio caſuali cum dubijs procedentibus ab illo.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum occidens caſualiter aliquem, incurrat homicidij reatum?

In primo dubio inueſtigat Lector ſi quis taliter incautè, & ex graui negligentia quempiam percuſſit, reus ſit homicidij, & quo ad irregularitatem, & quo ad peccatum mortale.

In ſecundo dubio quærit, ſi denuntians coram iudice in cauſa ſanguinis, ex qua ſequitur mors efficiatur irregularis?

In tertio dubio quæſitum format Lector de religioſis exiſtentibus in bello. An ſint irregulares?

In quarto dubio inueſtigat. An ſciens, & potens eruere à morte proximum ſuum, & non facit ſit irregularis?

In quinto dubio interrogat Lector. Si irregularitas aliquando contrahatur pro culpa veniali?

In ſexto dubio inueſtigat ſi per mutilationem homo efficiatur irregularis?

In ſeptimo dubio poſtulat. Si irregularitatis diſpenſatio, præcipuè propter homicidium, ſit ſeruata ſummo Pontifici?

In caſu ergo quærit Lector, vtrum occidens caſualiter aliquem, incurrat homicidij reatum? & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. In veteri teſtamento, & in decretis, Illi qui caſualiter occidunt pœnæ homicidiarij puniuntur, ergo incurrunt reatum homicidij. Conſequentia eſt certa, pœna enim non datur niſi pro culpa, & culpæ debet eſſe conformis prout dicit diuina ſcriptura, ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus. Antecedens autem probatur ſic. Lamech credens interficere beſtiam, interfecit hominem, & reputatum eſt ei ad homicidium Gen. 4. & Exodi 21. dicitur, Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit, ſi mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima, At percutiens hoc facere poteſt præter intentionem occiſionis, ergo homicidæ etiam caſuales pœnis homicidij puniuntur, vnde 50. d. inducuntur plures canones, quibus caſualia homicidia puniuntur.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format argumentum ab authoritate D. Auguſtini ad Publiculam, Epiſtola 154. quo in loco dicit Pater iſte, abſit, vt ea quæ propter bonum licitum facimus, ſi quid propter hoc præter noſtram voluntatem quicquam mali acciderit, nobis imputetur, ſed contigit quandoque, vt propter bonum aliquod facientibus homicidium caſuale conſequatur, ergo tale homicidium non imputabitur ad culpam ipſis operantibus.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hunc caſum quatuor facit, Primo ponit ſua fundamenta, Secundo tribus

Digitized by Google

tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, quibus probatis, & declaratis, proponit, & terminat dubia, vltimo loco ſoluit argumenta prout diſcrepãt à ſana doctrina. Quoad primum dicit cum Magiſtro Banenſi, quod duo ſunt declaranda in titulo quæſiti, primum eſt inueſtigandum quid ſit reatus, ſecundum, quid ſit homicidium caſuale, quibus declaratis pro fundamento noſtræ diſputationis ponendæ erunt concluſiones reſponſiuæ.

Reatus peccati idem eſt, quod obligatio ad penã propter culpam.

Nomine reatus ex doctrina D. Thomæ in ſecundo ſententiarum d. 30. q. 1. art. 1. intelligitur obligatio ad pœnam propter culpam, ex hoc procedit, quod Angelicus Doctor eodem lib. d. 42. q. 1. art. 2. qui dicit cum reatus ſit medium inter culpam, & pœnam accipitur aliquando pro culpa, & aliquando pro pœna, vnde multoties in doctrina, eiuſdem Sancti Doctoris, accipi poteſt reatus propriè pro ipſa obligatione ad pœnam, poteſt etiam accipi pro culpa à qua oritur pœnæ obligatio, vel etiam pro ipſa pœna quæ oritur ex culpa, hæc ſatis ſint pro termino iſto reatus.

Homicidium caſuale dicitur prout ab homicidio voluntario diſtinguitur ſecundum modum loquendi iuris.

Secundum conſiderandum, eſt homicidium caſuale. Homicidium caſuale ſecũdũ modum loquendi apud iuriſtas, dicitur prout diſtinguitur ab homicidio voluntario, ſecundum modũ loquendi iuris, vel iuriſtarum. Ita quod non dicitur homicidium caſuale illud, quod nulla ratione ſit volitum, ex hoc enim homicidio nulla prorſus contrahitur irregularitas, ſed caſuale dicitur prout ab homicidio voluntario diſtinguitur, vt igitur hæc magis percipiantur, obſeruandum eſt, quod homicidium ſequi poteſt ex aliqua actione, vel ex aliqua omiſſione, & hoc contingit dupliciter. Primo ita quod homicidium illud fuerit præuiſum fore ſequuturum ex aliqua actione, vel ex aliqua omiſſione, Secundo modo, ita quod neque fuerit promiſum, neque præuiſum, etiam ſi teneatur preuidere, & impedire, & culpabiliter non impedit. Homicidium caſuale ſecundum modum loquendi iuris, ſumitur in hoc ſecundo ſenſu, & non in primo.

Item notandum eſt, quod non omne homicidium præuiſum fore ſequuturum (ſuppoſita aliqua omiſſione) dicitur caſuale reſpectu illius, immo neque voluntarium. v. g. ſi quis tenetur ex charitate defendere proximum, & præuidit certo, quod ſi non defendit illum occidetur, tunc dicimus, quod homicidium illud reſpectu illius hominis, neque dicitur caſuale, neque voluntarium ſecundum modum communem loquendi iuris, vnde talis homo in caſu iſto irregularitatem non contrahit, vt infra, & in diſputatione de irregularitate patebit. His ſuppoſitis ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Homicidium quãtũ caſuale, vt caſuale eſt, poteſt eſſe peccatum, peccatũ eſſe poteſt quatenus habet anexũ aliquid de voluntario.

Concluſio prima, bimembris (baſis, & radix cæterarum) talis eſt. Nihil caſuale quatenus caſu accidit peccatum eſt, peccatum tamen eſſe poteſt quatenus habet anexum aliquid de voluntario. Concluſio ſic probatur D. Auguſtinus contra Fauſtum inquit, omne peccatum eſt voluntarium, ſed caſus eſt cauſa agens præter intentionem, ſecundo phyſicorum, & per conſequens præter voluntatem agentis, ergo caſualia, vt ſic inquantum huiuſmodi non poſſunt eſſe peccatum, ergo ſi ſunt peccata neceſſario oportet, quod habeant anexum aliquid de voluntario, peccatum ideo eſt peccatum, quia eſt voluntarium, ſi non eſſet voluntarium non eſſet peccatum, inquit Pater Auguſtinus. Tolle voluntarium, & non erit peccatum. ſtante iſta concluſione fundamentali, ponendæ ſunt aliæ duæ concluſiones reſponſiuæ quæſito.

Dans operam rei licitè recta intẽtione, non nocendi aliquem, ſi ex illa ſequatur homicidium non incurrit reatũ illius.

Concluſio ſecunda. Nemo dans operam rei licitè, adhibens debitam diligentiam ne necat alicui, neque ſiniſtram habens intentionem, quamuis ex actione iſta ſequatur homicidium non incurrit reatum illius. Concluſio iſta ſic probatur, Actus iſte homicidij iuxta ſenſum bene intellectum iſtius concluſionis, nihil habet de voluntario, ergo in ipſo non poteſt cadere culpa, neque per conſequens pœna ergo neque reatus, cum ex ſupradictis habemus, quod reatus eſt obligatio ad pœnam propter culpam: hic non accidit culpa, vt ſupponimus, & oſtenſum eſt, ergo neque pœna, ergo in actu iſto non reperitur reatus homicidij, procedendo per bonum argumentum de primo ad vltimum.

Dans operã rei illicitè nõ adhibens debitam diligẽtiã ſi accidit homicidium operans reus eſt homicidij illius.

Concluſio tertia, Si quis dat operam rei illicitę debitam non adhibens diligentiam, non eſt immunis à reatu homicidij, ſi homicidium ex huiuſmodi actione ſequatur. Concluſio iſta ſic probatur. Id quod per ſe non eſt volitum neque intentum, contingit, quod per accidens ſit volitum, & intentum, & hoc accidit quando non impedit id quod impedire debet, & impedire poteſt, hoc reperiri poteſt in homicidio caſuali, ſcilicet, in illo caſuali, quando, ſcilicet, agens operatur ex qua actione ſequitur homicidium, tenetur illud ex officio impedire, vel ex debito naturę, & poteſt illud impedire, & non impedit in tali caſu, iſte fit reus homicidij. Obſeruandum tamen eſt, quod hoc fieri poteſt dupliciter, Primo quando operam dabat rebus illicitis quas vitare debebat, Secundo quando vacabat rebus licitis non adhibitam tamen debitam diligentiam ex cuius negligentia ſequutum eſt homicidium, pro intelligentia dictorum obſeruandum eſt, id quod obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, inquit enim ipſe, cum dupliciter contingat homicidium caſuale imputari, ſcilicet, dando operam licitis rebus, & rei illicitę, aliquę conditiones ſunt communes vtrique homicidio, aliquę proprię ſingulis, communes quidem ſunt tres, prima eſt, quod non ſit intentio occidendi, aliter non eſſet homicidium caſuale, ſed voluntarium, Secunda eſt, quod mors ſequatur ex actione illa cui imputatur homicidiũ, quia ſi homicidium non ſequeretur, non adeſſet ratio quare illi imputaretur homicidium, ex hoc capite, inquit Caietanus Illuſtriſſimus excuſatur percuſſor ab homicidio, non intendens occidere, quando mors ex mala cura, vel regimine venit, vnde in caſibus particularibus iudicandis, oportet diligenter aduertere, an ex illius cui imputatur opere mors ſequuta ſit, vel aliunde, Tertia conditio eſt, quod ille cui imputandum eſt tale homicidium

Tres ſunt conditiones communes homicidij caſualis dantis operã rei licitè, & rei illicitè, & aliæ ſunt propriè vtrique.

cidium

cidium debuerit remouere id ex quo ſequitur homicidium. non ſolum enim ſequitur, quod potuerit remouere illud ex quo mors ſequitur, puta iactum lapidis, gladium inuadentis &c. ſed etiam, quod debuerit illud auferre, & quod talis obligatus fuerit iure, diuino, vel humano, vel naturali, ad remouendum illud poſitiuè, puta auferrendo gladium, de manu inuaſoris, negatiuè puta abſtinendo à iactu lapidis, & ratio huius eſt, quia ad hoc, quod imputetur homicidium alicui, oportet, quod ſit voluntarium directè, vel indirectè, & quia homicidium caſuale directè voluntarium eſſe non poteſt, oportet. quod ſit voluntarium indirectè. At quia ad voluntarium indirectè non ſufficit poſſe prohibere. ſed requiritur, quod debeat prohibere, alloquin, non ei imputaretur oportet enim in iudicando hos caſus quærere, ſi is cui imputatur homicidium, tenebatur ad abſtinendum à tali opere, ſeu ad remouendum illud, ex quo ſequuta eſt mors, & ex hoc cautè inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, excuſor ego ab homicidio, ſi petenti à me diuite, centum aureos alioquin cogetur ire ad occidendum aliquem, vel aliquos, vt tantum lucretur, & non do, quia licet poſſim dare, & prohibere homicidium non tamen teneor dare. Iſtę ſunt conditiones communes in quibus conueniunt homicidia caſualia ex actione licita, vel illicita, modo deſcendamus ad proprias vniuſcuiuſque illarum, vt facilius cognoſcere poſſimus in quibus veritas conſiſtit.

Homicidium caſuale debet eſſe volũtariè indirectã reſpectu illius, qui tenebatur illud prohibere, & euitare.

Quando datur opera rei licitæ vnica (opus eſt) conditione, ſcilicet, vt diligentem adhibeat diligentiam ne mors ſequatur, ad hoc ne ſibi homicidium imputetur, quoniam tale homicidium imputatur negligentiæ. Ratio autem fundatur in hoc, quia negligentia illa, quæ impedit hominem ab his ad quæ tenetur homo ex præcepto, peccatum mortale eſt. In quibuſdam negotijs diligens eſt, qui illud, vt conſueuerit fieri fecit, quod oſtendit caſus decretalis Ioannis, extra de homicidio, qui enim pulſat campanam iuxta ſolitum, nullius eſt reus negligentiæ, ſi inde alterius mors ſequatur, in remotis diligens eſt ille, qui ea ſic diſponit, & facit, vt ea circumſpiciat, quæ rationabiliter conſiderari debent, penſatis conditionibus perſonarum &c. Fortuita, ſiue caſualia, quæ viri prudentes communiter, non cogitant, ſi eueniunt, non ſunt nobis imputanda, quia homines ſumus, & humana ratione gubernamus nos ipſos, & noſtras. v.g. In his quæ in pauroribus de raroque veniunt, ex hac doctrina inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vna cum Magiſtro Dominico à Soto apparet, quod ſacerdotes, & religioſi poſſunt ſeruiendo infirmis, eos etiam in fine vitæ voluere in lecto, vt magis quietè iaceant, & reliqua ſeruitia exhibere cum prudentia, quæ in caſibus ſimilibus opportuna ſunt. Nec oportet inde ſcrupulum capere, ſi mors fortè inde accelaretur, niſi ipſi indiſcretè eſſent in culpa. Nam quicquid licitum eſt conuerſis in hoc opere pietatis, licitum eſt etiam ſacerdotibus, nec vllus eſt irregularitatis timor in hoc caſu, cum in eo nulla ſit culpa negligentiæ. Nam ſi adeſſet culpa ita reum faceret conuerſum ſicut, & clericum ſacerdotem. In quibuſdam actibus periculoſis, ex ſuo genere diligens eſt ille, qui vel conſilio proprio, vel alieno, vbi adhuc timor ſupereſſet operaretur hæc, exempli gratia, Tenere infantes tenelos, ſecum in lecto, offert periculum oppreſſionis, & propterea niſi adhibitis debitis circunſtantijs tale opus non eſt licitum, quia eſt contra curam debitam infantis, cum facili periculo mortis illius, dormientes quippe non ſumus Domini motuum noſtrorum, & eſt peccatum mortale exponere ſe tanto periculo, ſi tamen opus tale de honeſtatum fuerit debitis circunſtantijs, puta quia lectus eſt extenſus, & infans non eſt proppe, neque appropinquari poteſt, & nutrix conſueuit ſe ſemper inueniri in eodem loco, & ſitu quo ſe incipiendo dormire poſuit, & quo adusque implacabilitas infantis exigebat. In tali caſu excuſari videntur eos, qui infantes in lecto tenent, rationabile enim non eſt, quod his diligentijs concurrentibus poſſet adeſſe periculum ſuffocationis regulariter, propter periculum, ergo in cap. Conſuliſti. 2. quæſt 5. Non omnino præcipitur parentibus ne pueros tenant in lecto, ſed admonendi, & proteſtandi dicuntur, ne negligentia illorum mors ſubſequatur. Hoc idem dicendum eſt in caſibus ſimilibus, vt ſunt ruina domorum. Iactus lapidum & cætera. In omnibus caſibus ſimilibus, tanto maiori conſilio opus eſt, & ſolicitudine, quanto periculum propinquum timetur.

Clericus ſeruiens infirmis (ſi adhibita debita diligẽtia) voluat illũ in extremis ẽt, quod illi accelleretur mors nõ efficitur irregularis.

In ſacris canonibus præcipitur parẽtibus ne infantes teneant in lecto apud ſe dormientes, vnde oppoſitum facientes peccãt mortaliter, & regulariter.

Quando datur operam illicitæ rei homicidium cõſequens ex tali operatione imputatur opinione, dicebamus in tertia concluſione, hoc declarat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod imputari homicidium alicui poteſt dupliciter, vel quo ad pęnam, vel quo ad culpam, vel quo ad culpam mortalem, vel quo ad culpam venialem, & ſubdens, quod dans operam rei illicitæ ex qua ſequitur homicidium, ſiue in tali caſu peccet mortaliter, vel venialiter tenetur ad pœnam irregularitatis, id eſt talis efficitur irregularis, Quo ad culpã inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquendum eſt cum diſtinctione dicendo, quod quando operans dat operam rei illicitæ in qua eſt tantum culpa venialis, ſi eſt diligens ad cauendam ſequelam peccati, non eſt reus homicidij, niſi in ſua cauſa, quod nil aliud eſt quam eſſe reum illius rei illicitæ venialis, vnde ſi religioſo alicui, ex his quibus ſtatuto prohibetur æquitare, ſi æquitare accidiſſet, & caſu æquus eius occidit quempiam, licet daret operam rei ſibi illicitæ, ſcilicet, æquitando ſine licentia & neceſſitate, & propter hoc iudicatus fuiſſet irregularis, non tamen plus peccauit propter homicidium ſubſequutum (quod purè caſuale eſt) vnde patet, quod irregularitas non ſemper ſupponit culpam mortalem in eo cui attribuitur homicidium caſuale. Hoc etiam confirmatur ex ſententia Patris Auguſtini dicentis, quod Loth, non quantum fuit inceſtus, ſed quanta fuit ebrie-

Dãs operam rei illicitæ ex qua ſequitur homicidiũ efficitur irregularis licet aliquando tãtũ venialiter peccat.

Opus rei illicitæ, ſi de ſui natura eſt ordinatũ ad homicidiũ ſi ſequitur homicidiũ inducit irregularitatẽ ſi non eſt ordinatum ad homicidiũ non inducit illam.

tas præcedens demeruit, in culpa fuit, tale iudicium faciendum eſt in caſibus ſimilibus ex quibus cõcludit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod etiam quando dat operam rei illicitæ mortaliter adhibendo omnem diligentiam ne mors ſequatur, licet ſit reus gehenæ propter peccatum mortale, non tamẽ reus eſt homicidij propter eãdem rationem, quia ſi voluntarium indirectè in ſola cauſa, contra voluntatem, & diligentiam adhibitam non niſi in cauſa culpatur, cum homicidium caſuale à tali ſubſequutum, culpa tantum venialis eſt, quia peccatum mortale ex actione rei illicitæ mortalis, non eſt de genere ſuo via ad mortem ſubſequutam accidentaliter, percutiens aliquem quamuis non intendat illum occidere, non excuſatur ab homicidio, quia percuſſio eſt via ad mortem, ex his concludit Caietanus Illuſtriſſimus, eſt igitur caſuale homicidium ſemper imputandum danti operam rei illicitæ, neque ſemper quo ad culpam mortalem iſtius ſpeciei. Doctrinam iſtam cõfirmat Magiſter Dominicus à Soto lib 5. de iuſt. & iure art. vltimo, in primo dub. reſpectu dantis operam rei licitæ, & illicitæ, dummodo in operatione ſeruata ſit omnis diligentia debita, vt mors non ſequatur, vt igitur doctrina ſit clarior proponamus dubia per ordinem.

Dubium primum.

IN dubio iſto inueſtigat Lector, An ſi quis latenter incautè ex graui ſua negligentia quippiam percuſſit reus ſit homicidij, & quo ad peccatum mortale, & quo ad irregularitatem, & rationes more ſolito pro vtraque parte aſſignat.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, culpa, & pœna ſunt relatiua, ſed iſte qui percuſſit hunc hominem eſt in cauſa, quod moriatur, ergo in illo eſt culpa talis homicidij, ergo ſubiacet pœnis homicidij, & quo ad peccatum mortale, & quo ad irregularitatem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis diſcurſus. Dato caſu, quod iſte vulneratus ad mortem ſanaretur per egregium curatorem, vel per miraculum, tũc percuſſor ille non erit reus homicidij, neque quo ad irregularitatem, neque quo ad mortale peccatum, ergo percuſſor iſte non eſt reus homicidij, neque ſubiacet pœnis illius.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor pro cõcluſione iſta tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, diſtinctio eſt iſta, vel vulnus fuit lethale ex ſententia peritorum, vel non, ſi lethale, concluſio, eſt affirmatiua, ſi non eſt lethale, eſt negatiua.

Quãdo homicidiũ ſequens ex illicita actione nullo modo eſt volitũ ex illo homicida nõ fit irregularis.

Obſeruandum eſt etiam vnum tactum ſuperius, quod erit pro fundamento doctrinæ harum concluſionum, dictum fuit in vltima concluſione, quod omnis qui dat operam rei illicitæ quomodocunque ex illa actione ſequatur homicidium talis efficitur irregularis. Concluſio iſta modificanda eſt ſic, quando homicidium ſequens ex tali actione ſit volitum qualitercunque, ſi autem nullo modo eſt volitum non efficitur irregularis ille, licet ex actione illicita ſequutum ſit homicidium. In primis ſi clericus in adulterio depræhenſus quærit fugere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit inuaſorem, quamuis operam daret rei illicitæ non debet cenſeri irregularis, quia tale homicidium vllo modo eſt voluntarium, & licet adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per ſe cauſa homicidij, ſicut neque vulnerationis ipſius, quæ fuit cauſa mortis inuaſoris. Item in cap. ex literis excuſatur ab irregularitate monachus ille, qui cum campana de campanili deponeret, cadens lignum puerum oppreſſit, dato, quod opus illud eſſet ſeruile, factum etiam in die feſto, vel factum contra præceptum Prælati, quod poterat eſſe peccatum mortale, tamen occiſio pueri non fuit illi imputata, nec fecit illum irregularem, quoniam omnino fuit inuoluntaria. Ad hoc autem, quod ex homicidio caſuali oriatur irregularitas ex ſententia peritorum (dicant alij quicquid volunt) non ſufficit, quod res cui datur opera ſit illicita (vt alias diximus,) ſed oportet, quod actio illa ex genere ſuo ſoleat eſſe cauſa homicidij. v.g. ſi clericus daret operam rei illicitæ licet inaduertenter alium præter ſuam intentionem occideret, eſſet irregularis, ſimiliter ſi exerceat torneamenta, vel ſimilia, quæ clericis vetita ſunt, vt igitur homicidium caſuale ratione rei illicitæ ſit cauſa irregularitatis, requiritur, quod opus illud cui conſulto operam dabat ex genere ſuo ſit periculoſum, & ordinem habeat ad vulnerandum, mutilandum, & occidendum, quando autem opera illa non ſunt clericis adeo prohibita, neque adeo illicita, quia periculoſa, ſed alia de cauſa, tunc homicidium, quod eſt purè caſuale nullius irregularitatis eſt cauſa. v.g. Clerico prohibetur venatio in genere, ſi vadit ad venationem, vbi non adeſt periculum vitæ, puta Vulpium leporum, & ſimilium, & accidat occiſio alterius omnino præter intentionem puta in curſu percutitur aliquis caſu, qui ex tali percutione præcipitatur ex monte, vel loco eminenti, in foueam, & remaneat occiſus, tunc clericus ille, licet peccat contra præceptum venationis non tamen efficitur irregularis, quia homicidium vllo pacto eſt voluntarium, & venatio iſta non defert ſecum periculum mortis, ſi autem occiſio proximi eſſet in venatione Aprorum quæ armis, & telis, & ferocibus canibus fit, profecto clericus efficeretur irregularis, quod non accideret laico in caſu occiſionis fortuitæ omnino, præter intentionem, & ratio totius diſcurſus eſt, quoniam venatio illa prohibita eſt clericis, non quia venatio eſt, ſed quia periculoſa ex natura rei eſt, ad quod periculum non licet clerico ſe exponere, ex hac diſtinctione clarè percipere poſſumus in caſibus ſimilibus, quando quis propter homicidium purè caſuale, efficitur irregularis, quia operam dat rei illicitæ, & quando non, & ad hunc ſenſum reducenda eſt doctrina Caietani Illuſtriſſimi, Banenſis, & Theologorum, & ſummiſta-

Ad hoc, quod actione illicita ex qua ſequitur homicidium incurratur irregularitas oportet, quod actio illa eſſe ſoleat cauſa homicidij.

Nota.

Clericus occidens caſualiter aliquẽ in venatione nõ periculoſa nõ fit irregularis in periculoſa autem ſic.

tum

Digitized by Google

rum per hanc diſtinctionem inquit Magiſter Dominicus à Soto, arbitror cuncta capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ adduci poſſunt, & quod hoc ſit proponamus concluſiones pro dubio iſto, poſtea ſoluebimus difficultates.

Quando vulnus lethale eſt ſi ſequatur mors etiã ex negligẽtia medicorũ, vel infirmi, vulnerans eſt homicida, & irregularis.

Concluſio prima. Si vulnus ex ſententia peritorum inflictum, à clerico lethale erat, & mortuus eſt vulneratus etiam ſua negligentia, vel negligentia medicorum, clericus fuit reus homicidij, & irregularis. Ratio enim habetur ex argumento pro parte affirmatiua dubij facto, quia vulnerans fuit in cauſa, quod iſte mortuus eſt, cum vulnus fuit mortale, & cauſa mortis iſtius, conſequens, reus homicidij, & effectus irregularis, culpa enim eſt cauſa pœnæ, & reſpondet illi, vnde mors iudicatur proceſſiſſe, ex vulnere illo, per conſequens vulnerans eſt homicida.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator pœna peccati aſſignanda eſt peccato, & peccanti, ſed quando vulneratus moritur ex negligentia medicorum. v.g. quia non rectè curauit, vel quia non appoſuit medicamenta proportionata, vel ex negligentia, vulnerati, quia forſitan non acquiſiuit medicos peritos, vel quia voluit vti medicamentis &c. ergo ipſi ſunt homicidæ, ipſi efficiuntur irregulares, & non vulnerans.

Impugnationis dilutio.

Theologus dicit, quod ad eundem effectum, poſſunt concurrere plures cauſæ partiales, vt in propoſito, concurrit vulnerans infligendo vulnus mortale, concurrit etiam medicus, quia non ſcientificè medicauit, concurrit vulneratus, quia defecit ſibi ipſi, quo ad culpam omnes peccarunt mortaliter peccato homicidij, ſed principaliter vulnerans, quia tali vulnere lethali illum occidit.

Quando vulnus nõ eſt lethale, vulnerans nõ eſt homicida neque irregularis &t quod vulneratus moriatur.

Concluſio ſecunda, Si vulnus lethale non erat, mors non imputabatur vulneranti, etiam quod ſequatur, quia propriè non fuit cauſa homicidij; vnde talis non peccauit peccato homicidij, nec fuit irregularis, ſed peccatum, homicidij tribuendum eſt medico imperito, vel negligenti, ſi ipſe fuit in cauſa mortis illius, vel ipſi vulnerato, quia non fecit, quod debebat, vt ſanaretur.

Impugnatio.

Argumentator contra hanc concluſionem inſurgit dicendo, dato, quod vulnus non fuit lethale, & moriatur vulneratus, vel negligentia medici, vel ipſius vulnerati, vulnus fuit cauſa mortis illius, ergo vulnerans eſt homicida, & per conſequens irregularis.

Confirmatur hoc, quia nec infirmus tenetur adhibere tantam cautelam, neque optimum exquirere medicum, neque medicus tenetur ſolertem adhibere curationem, propterea licet ſimpliciter ex vulnere non ſequatur mors, nihilominus percuſſori imputatur, qui per iniuriam ad mortem traxit infirmum, & forſitan ſequuta eſt mors, quia neque chirugicorum, neque medicorum copia haberi potuit, neque aliquis qui ſanguinis exitum ſciret impedire, qua de cauſa mortuus eſt, ergo percuſſor iſte reus eſt homicidij, & irregularis.

Impugnationis reſponſio.

Theologus huic difficili impugnationi, & confirmationi deſiderat reſpondere, & ad plenum ſatisfacere, ideq; ordinatè procedens dicit ad impugnationem, quod eſſe cauſam homicidij ſtat dupliciter, ſcilicet, proxima, & remota, vtiq; vulnerãs in tali caſu, cauſa remota mortis iſtius eſt, & quaſi per accidens, cauſa proxima, & ferè per ſe huius mortis fuit negligentia, vel medici, vel infirmi, propterea homicidium directè, & per ſe non eſt attribuendum vulneranti, ſed negligentiæ medici, vel vulnerati, cum igitur per ſe vulnerans non ſit homicida licet peccauerat vulnerando, non tamen, peccato homicidij, & per conſequens non eſt effectus irregularis ex morte vulnerati.

Duplex eſt cauſa homicidij, per ſe, & per accidens proxima, & remota.

Quo ad confirmationem, negat antecedens, ſcilicet, quod infirmus non tenebatur adhibere omnem cautelam, & quærere bonum medicum, & quod medicus non tenebatur ponere omnem diligentiam, vt ſanaretur infirmus. Ad id autem, quod additur, ſcilicet, quod mors vulnerati imputatur vulneranti, quia vulnus traxit hunc ad mortem, diximus, quod imputatur mors vulneranti, tanquam cauſæ remotæ, & non proximæ, & ad id quod additur de inopia medicorum, & vnguentorum, dicimus, quod in tali caſu vulnerans fuit cauſa per accidens non per ſe, qui offendit proximum ſuum, in loco tali vbi deerant neceſſaria pro curatione vulneris fratris; & licet hoc aggrauat caſum vulnerationis, non facit, quod id quod ex natura ſua erat curabile nõ ſit curabile, verum, quod grauius peccauit contra proximum, & grauius debet puniri in vtroque foro, & ad maiorem reſtitutionem damni dati illum obligare, ex his ſoluta eſt inſtãtia affirmatiua dubij, ſoluamus negatiuã.

Ad confirmationem.

Ille qui eſt cã per ſe proxima homicidij eſt irregularis, non autem ille qui eſt cã per accidens, & remota.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit, quod quando vulneratus lethaliter ſanatur, vel per egregium curatorem, vel per miraculum, iſte non efficitur irregularis, quia reuera, non eſt ſequutum homicidium licet miraculosè conſeruatus ſit in vita vulnerantis ad mortem, quantum ad culpam qui percuſſit proximum ſuum, vt illum occideret, ſtatim quicquid ſequatur reus fuit mortis apud Deum, qui vero non ex intentione, ſed ex cautelæ defectu alium ſauciauit, non ſit reus maioris culpæ, quam illius qui fuit in cauſa.

Aſſignantur multa capitula quæ oſtendunt qui non ſunt illi, qui incurrunt irregularitatẽ ꝓ homicidiũ ſeu mortem vulnerati.

Nunc explicamus pro complemento dubij illa capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ poſſunt deſeruire pro caſus, & dubij impugnatione, in primis in cap. continebatur de homicidio, Diaconus ille irregularis cenſetur, non ob id quod dabat operam rei illicitæ: Nam iacere baculos gratia leuandi haberis, non erat clericis interdictum, neque erat periculoſum, ſed indicatus fuit irregularis, quia dum alter in eum inſiluit, debebat cauere, ne arma qua ipſe erat à vinctus ne vulneraretur. In ſignum cuius cap. Lator. Clericus qui alium in terram proiecit (quod opus de ſe magis videbatur illicitum) ſed quia non ex ſui negligentia cultellus eius in alium incidit; non fuit condemnatus irregularitatis pœna, caſu autem cap. Suſcepimus. Non fuit iudicatus monachus ille irregularis, quia latrones in defenſionem propriæ vitæ oc-

Clericus chirurgus nō efficitur irregularis ſi diligē ut gratia pietatis & non lucri ſuis medetur, aliter ſic.

cidit, ſed ob id quod pro rebus temporalibus (quarum Monachi non debent eſſe cupidi) eos ligauerat, ac perinde caſum dederat homicidio. In caſu autem cap. Tuæ nos, decernitur clericum illum non fuiſſe irregularem qui chirurgiæ (pietatis gratia) in curanda quadam muliere operam impenderat, & præter eius intentionem mortua eſt, vnde à contrario ſenſu (inquit Magiſter Dominicus à Soto) colligitur, quod ſi quæſtus cauſa id feciſſet, fuiſſet irregularis, eo quod clerici ab arte illa arcentur, quia de genere ſuo eſt periculoſa, dato igitur, quod exerceatur gratia pietatis, & non aliter, poteſt exerceri in caſu neceſſitatis. Hæc ſint pro dubio iſto accedamus ad aliud.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio quærit Lector, Si denuntians coram iudice in cauſa ſanguinis in qua ſequatur mors, efficiatur irregularis, pro vtraque parte ſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, denuntians in cauſa ſanguinis in qua ſequitur mors, cooperatur ad occiſionem iſtius, ergo eſt homicida, ſed per homicidium incurritur irregularitas ergo denuntians in cauſa ſanguinis coram iudice in qua ſequitur mors rei, efficitur irregularis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format ratiocinium, irregularitas eſt pena, pena debetur culpæ, denuntians in cauſa ſanguinis nullam culpam committit, ergo illi non debetur pœna, ergo non efficitur irregularis. Maior propoſitio eſt certa, minor probatur, quia ex præcepto correptionis fraternæ ad denuntiationem tenemur, per conſequens denuntians non peccat, ergo cum denuntiat quis pro zelo honoris Dei non efficitur irregularis.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

Irregularitas eſt impedimentum iure Pōtificio introductū ad ſuſcipiendos ordines, vel ad exercēdos ſuſceptos.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo pro fundamento declarat quid ſit irregularitas, & quibus modis reperiri poſſit in aliquibus, Secundo ponit vnam diſtinctionem, & ex illa elicit duas concluſiones reſponſiuas quæſito, Tertio ſoluit inſtantias oppoſitū concludētes.

Quo ad primum, pro fundamento totius doctrinæ ponitur diffinitio irregularitatis quæ eſt iſta, irregularitas eſt impedimentum (iure Pontificio) introductum ad ſuſcipiendos ordines, & in ſuſceptis miniſtrandum, In primis dicitur impedimentum iure Pontificio introductum, ad oſtendendum, quod non datur irregularitas, iure naturali, vel diuino introducta. In ſignum cuius Summi Pontifices diſpenſant ſuper irregularitatibus omnibus, quod facere non poſſent, ſi daretur aliqua irregularitas de iure naturæ, vel diuino, & licet Apoſtolus 1. Timot, cap. 3. faciat mentionem de bigamiæ irregularitate, non ſequitur, quod ſit de iure diuino, bene ſequitur, quod ſit de iure poſitiuo. Nam Apoſtoli (vt alias diximus) poteſtate ordinaria Eccleſiæ, multas leges poſitiuas condebant, loquitur etiam ipſemet Apoſtolus de irregularitate quæ contrahitur ex homicidio, propterea vnde non eſt expreſſum ius Eccleſiaſticum de irregularitate. Irregularitas non eſt admittenda, cum ipſa irregularitas ſit impedimentum odioſum, ergo eſt reſtringenda, puta ſi eſt contra ſodomitas, contra homicidas, & ſic de alijs.

Dubius de irregularitate in cōſcientia eſt declarandus irregularis in foro exteriori nō ex parte iuris ſic ex parte facti.

Dubius de irregularitate in foro conſcientiæ, debet iudicari irregularis, non tamen talis eſt iudicandus in foro contentioſo. Pro cuius maiori intelligentia obſeruandum eſt, quod eſſe dubius de irregularitate alicuius contingit dupliciter, vno modo, vt dubius de ipſo iure, alio modo vt ſi dubius de ipſo facto, poſſumus enim dubitare, an ſit lata aliqua lex de tali irregularitate, & poſſumus dubitare. An Petrus. v. g. fecerit illam actionem, per quam ab Eccleſia poſita eſt talis irregularitas, quando dubium eſt de ipſo iure, ſcilicet, ſi ſit poſitiuum, iudicandum eſt, quod Petrus non ſit irregularis, quia nulla datur irregularitas, quæ non ſit expreſſa in ipſo iure, vt habetur ex cap. Is qui. At ſi dubitatio eſſet de facto, tunc in vtroque foro inquit Barenſis debet Petrus cenſeri irregularis, quia ſic diſpoſuit ius Eccleſiaſticum, Ratio iuris eſt, quia in æquali dubio, ea pars eſt eligenda in qua minus periculi eſt, ſed in materia de qua loquimur minus periculi eſt ſi homo ſe gerat, vt irregularis, quia ex hoc nullum timetur periculum, vel incommodum. At vero ex oppoſito magnum incommodum timetur, ſcilicet, quod irregularis, & indignus miniſter celebret ſacramenta, ex qua ratione colligitur, quod ſi fuerit æquale dubium. An Petrus ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, debet ſe habere tanquam excommunicatus ſuſpenſus, & interdictus, maximè in foro conſcientiæ, & debet quærere abſolutionem antequam celebret.

In æquali dubio de irregularitate, vel excommunicatione pars illa eligenda eſt in qua minus eſt de periculo.

Obſeruandum eſt etiam, quod nulla irregularitas propter actum purè mentalem contrahitur, Ratio eſt, quia qualibet irregularitas eſt de iure poſitiuo, iura autem poſitiua Pontificia nihil decernunt de actibus purè interioribus, & ſi aliquando in bulla Iubilei conceditur facultas confeſſario abſoluendi ſuper irregularitatibus, etiam mentalibus. Intelligentia eſt bulla, nō de irregularitate mentali, ſed de irregularitate omnino occulta, contrata tamen per opus externum quia irregularitas omnino mentalis, non ſolum non datur, ſed neque eſt dabilis, poſſumus etiam dicere, quod particula illa, non ponitur in bulla illa ex ordinatione Summi Pontificis, ſed ex incuria impreſſorum, vel ſcriptorum, &c.

Nō datur neque eſt dabilis irregularitas purè mentalis.

Vlterius eſt obſeruandum, quod irregularitas bigamiæ habet ortum ex natura rei, ſcilicet, ex diuiſione carnis cum pluribus vxoribus, ſuum formale tamen habet à lege Eccleſiaſtica, quæ prohibet promoueri tales ad ordines ſacros propter indecentiam, quia miniſtri Eccleſiæ debent Chriſtum ſponſum vnius Eccleſiæ repræſentare, propterea tam bigami Chriſtiani, quam infideles qui veniunt ad fidem, non poſſunt promoueri ad ordines ſacros.

Vltra hoc obſeruare debemus, quod homicidium iniuſtum ante baptiſmum perpetratum, vel

non

Digitized by Google

Per baptiſmum tollitur irregularitas homicidij, nõ autem irregularitas bigamiæ.

non inducit irregularitatem, vel ſi inducit, tollitur per baptiſmum, hoc idem dicimus de homicidio iuſto propter horrorem ſanguinis. Nam effuſio ſanguinis facit hominem irregularem, & baptiſmus mundat ab hac immunditia. Sciendum tamen eſt, quod defectus homicidij non eſt defectus naturalis, vt eſt bigamia, ſed quia eſt contra legem quæ ordinat hominem ad Chriſtum manſuetum, & quia per baptiſmum homo ad Chriſtum ordinatur, propria tollitur irregularitas homicidij, & remanet irregularitas bigamiæ.

Occidens aliquem in ſuæ vitæ defenſione, non eſt irregularis, bene ſi occidit in defenſione vitæ alterius cuiuſcunque.

Occidens aliquem pro defenſione vitæ proximi, vel pro defenſione Reipublicæ manet irregularis, ſiue hoc faciat conſilio, ſiue præcepto Reipublicæ, ſiue ſit in ſacris, ſiue non etiam ſi hoc faciat pro defenſione Patris vel Patriæ. Ratio huius rei eſt, quia iſte eſt homicida voluntarius, & non in ſuæ vitæ defenſione, & quia ius Eccleſiaſticum nullum homicidium ab irregularitate excludit, niſi illud qui in defenſione propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, abſque intentione occidendi inuaſorem ſe defendit. Iſte autem qui pro defenſione Pattis, vel Patriæ intendit vim vi repellere etiam cum detrimento vitæ inuaſoris, licet in tali actione forſitan meretur apud Deum (cum actio de ſe ſit virtuoſa) tamen, quia occiſio eſt voluntaria, talis occidens efficitur irregularis ſecundum mentem Magiſtri Dominici Banenſis, quando ipſe occidiſſet inuaſotem Patris, vel Patriæ non cum intentione occidendi, ſed pro defenſione vitæ illius, cum moderamine inculpatæ tutelæ, forſitan non incurriſſet irregularitatem, quia defendit ſibi neceſſaria ad vitam, defendit ſua, quod licitè fit abſque macula irregularitatis, quia non ipſe occidit inuaſorem, ſed inuaſor occidit ſeipſum indiſcretè, ponendo ſe in periculo mortis, conſilium tamen erit, vt occiſor iſte ad cautelam quærat diſpenſationem irregularitatis, maximè, quia vt in pluribus qui ſe opponit inuaſori Patris, vel Patriæ, intendit illum defendere, etiam cum damno inuaſoris prout experientia docet. His ſtantibus pro primo puncto, veniendum eſt ad dictionem denuntiationis, & ad concluſiones.

Tripliciter denũtiare poteſt quis reum iudici ex qua denũtiatione ſequitur mors in duobus caſibus denuntians efficitur irregularis in alio non.

Denuntiatio coram iudice, in cauſa ſanguinis, tripliciter fieri poteſt. Primo abſolutè, non intendendo occiſionem denuntiati, etiam quod occiſio ſequatur. Secundo, intendens propriam vindictam, denuntians tamen abſolutè. Tertio intendens interius vindictam, & occiſionem denuntiati, exterius tamen proteſtans denuntians, ipſe ſe hoc non facere propter vindictam, vel propter intentionem quam habet, quod iſte occidatur, ſed vt ſatisfaciat ei, ad quod tenetur ex iuſtitia, & pro bono publico, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones reſponſiuæ, quæſito principali.

Concluſio prima, Denuntians reum iudici primo, & ſecundo modo, (ſcilicet, abſque proteſtatione) ſi ſequitur homicidium efficitur irregularis. Concluſio iſta ſic probatur. Nam iſte iure cenſetur homicida voluntarius, ergo irregularis. Conſequentia eſt clara, antecedens probatur. Nam iſte denuntians abſque proteſtatione quamuis non vult mortem proximi, vt finem, vult vt medium, in pœnam delicti, vult illam in effectu, ergo eſt irregularis.

Concluſio ſecunda, Denuntians reum coram iudice, Tertio modo, ſcilicet, cum proteſtatione, etiam quod occidatur non efficitur irregularis, Probatur concluſio iſta, ex cap. Prælatis, de homicidio in 6. vbi habetur, quod clericus denuntians coram iudice ex quo aliquis occiditur, ſi facit proteſtationem ſe non intendere alterius mortem, aut propriam vindictam, non debet illi imputari de irregularitate videlicet, ergo taliter denuntians ſiue ſit clericus, ſiue non eſt irregularis. His concluſionibus poſitis ſoluendæ ſunt inſtantiæ pro vtraque parte dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. Homo poteſt incurrere in irregularitatẽ cum foro Eccleſiæ ſine culpa prout eſt impedimẽtũ, &c.

THeologus primo ſatisfacit inſtantiæ adductæ pro parte negatiua, dicendo, concedo totum argumentum, & nego illationem concluſionis, & rationem aſſignat, dicendo, quod homo poteſt incidere in irregularitatem abſque culpa, vt patet de iudice iuridicè procedente in cauſa ſanguinis, irregularitas autem vtique habet veſtigium pœnæ, tamen de facto non eſt pœna niſi quando datur pro culpa, quando ponitur pro decentia miniſtrationis ſacramentorum, tunc eſt quoddam impedimentum ad hoc poſitum, ne polluti ſanguine, ſint miniſtri Agni immaculati Chriſti.

Inſtans. ſolutio. Denuntiãs in cauſa ſanguinis cũ debita proteſtatione non incurrit in irregularitate.

Ad inſtantiam, pro parte negatiua adductam, dicit Theologus, quod denuntians in cauſa ſanguinis, abſque proteſtatione, concurrit ad homicidium voluntarium (ſaltem in foro exteriori) propterea ab Eccleſia redditur inhabilis ad miniſterium ſacramentorum, etiam quod in denuntiatione obſeruet præceptum Chriſti de correctione fraterna. Nam & iudex obſeruat præceptum Dei, condemnando iuridicè reum ad mortem, & tamen Eccleſia illum irregularem declarat, quia concurrit ad homicidium voluntarium, quando denuntians facit ſuam proteſtationem, tunc non iudicatur irregularis ab Eccleſia, quia faciens talem denuntiationem, oſtendit ſe non habere partem in tali homicidio, vel mutilatione.

Inſtantia 2.

Contra inquit Argumentator, Iſta denuntians, licet proteſtationem faciat ſe non habere partem in tali homicidio. Animus, & cor, oppoſitum affirmant, & per conſequens in rei veritate voluntariè concurrit ad homicidium, ergo iſte eſt irregularis.

Inſtant. ſolutio. Cõtra animũ homicidã, tantum non eſt poſita pœna irregularitatis

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod ius canonicum cum externum ſit non reſpicit animum, neque intentionem internam, ſed tantum actiones externas, ſimiliter vt diximus ſupra non datur irregularitas purè mentalis, cum Eccleſia tantum de exteriori iudicet, vnde cum iſte proteſtatur exterius iuxta formam cap. Prælatis de homicidio, verè excipitur ab irregularitate.

Digitized by Google

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua, Si licitum eſſe intendere occiſionem inuaſoris ad liberandam vitam propriam, & bona ſua, ſuperfluè addita eſſent verba illa in iure, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo non licet intendere occiſionem aggreſſoris, ſed tantum tutelam vitæ propriæ, & bonorum ſuorũ.

Dubij deciſio pro parte negatiua.

EX iam dictis in deciſione caſus & dubiorum veritas huius partis negatiuæ eſt manifeſta, præcipuè ex doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani in declaratione præſentis caſus, tamen ad abũdantiorem doctrinam ex Banenſi notabimus aliqua, primo ergo eſt notandum, quod occiſio quæ ſequitur ex iuſta, & moderata ſui defenſione non eſt effectus voluntarius, vel intentus, nec per ſe, neque per accidens. Non pet ſe, quia defenſio, non eſſe: facta cum moderamine inculpatæ tutelæ. Non pet accidens, quia intendebat tantum defendere ſe ipſum, non directè, quia hoc eſſet peccatum (ex concluſionibus ſuprapoſitis) non indirectè, quia non tenetur homo vits re illum effectũ, dum ſe moderatè defendit, ergo nullo modo occiſio inuaſoris eſt voluntaria, ſed venit per accidens, & præter intentionem aggreſſi, vt bene obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, exemplicans de debilitate infirmi liberati de recenti ab infirmitate. Medicus intendit ſanitatem infirmi per mediam potionem, ex qua ſequitur debilitas infirmi. Medicus non intendit directè, neque indirectè debilitatem infirmi, ſed ſolum permittit illam propter maius bonum. Ita & Deus cõcurrit ad aliquam actionem quatenus eſt bona, quæ operatio eſt peccatum prout venit ab homine qui liberiate ſui arbitrij agit contra legem Dei, Deus autem vllo modo intendit peccatum, neque directè, neque indirectè, neque eſt cauſa ſimpliciter peccati, ſed tantum permittit peccatum propter maius bonum eodem modo ſe habet qui ſe defendit ab inuaſore, cum moderamine inculpatæ tutelæ, Talis non intendit directè, neque indirectè occiſionem inuaſoris, ſed permittit illam propter maius bonum, quod eſt conſeruatio vitæ propriæ, quod non poteſt haberi niſi interueniat occiſio inuaſoris, doctrina iſta diligenter eſt obſeruanda ad euitandos errores.

Occiſio inuaſoris non eſt intẽta à ſe defendente prudenter, per ſe neque per accidẽs directè neque indirectè.

Item notandum eſt, quod idem actus moralis poteſt eſſe bonus reſpectu vnius voluntatis, malus autem reſpectu alterius. v. g. Paſſio Chriſti Domini fuit valde bona reſpectu voluntatis Chriſti, & valde male ex parte voluntatis Iudæorum, Pilati, & Carnificũ, eadem ratione dicimus, quod idem actus moraliter loquendo, eſt defenſio, & occiſio, prout eſt defenſio eſt bona, quia conſideratur ex parte defendentis tanquam medium proportionatũ fieri, quod eſt vitæ propriæ conſeruatio, occiſio eſt mala ex parte inuaſoris qui tenebatur ſubtrahere ſe ab illo periculo, & ideo occiſio iſta ex parte occiſi eſt voluntaria, indirectè tamen, cauſa efficiens huius occiſionis eſt duplex, phyſica, & moralis, cauſa phyſica huius occiſionis eſt defendens ſe, non tamen eſt cauſa moralis niſi ex odio, vel vindicta occideret aggreſſorem dum ſe defendit, etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quia doctrina iſta valde vtilis eſt, immo pro maximè neceſſaria pro quacunque materia morali, Magiſter Dominicus Banenſis ponit duo exempla, vt magis intelligatur, exemplum primum, Infirmatur quis vehementer infirmitate ſtomaci, vel opilatione ventris, ad cuius remedium neceſſe eſt ſummere magnam quantitatem vini optimi, ex qua ſumptione neceſſario infirmus inebriatur, nihilominus ex communi ſententia Theologorum talis medicina eſt licita (non obſtante ebrietate) & ratio huius eſt, quoniam ebrietas in caſu iſto eſt effectus per accidens, & præter intentionem accipientis talem medicinam, per ſe ordinatam ad ſanitatem recuperandam. At ſi medicina illa per ſe ordinata fuiſſet ad inebriandum, ſumptio illa non eſſet licita, etiam ſi ex ebrietate ſequeretur recuperatio ſanitatis. Ratio huius doctrinæ eſt, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, inquit Apoſtolus, eadem ratione non ſunt relinquenda bona, quamuis propter intentionem operantis ſequantur mala, iuxta illud exioma Theologicum, potius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas ipſa deſeratur.

Defenſio, & occiſio eſt idẽ actus materialiter bonus ex parte defendentis ſe malus autem ex parte inuadentis.

Duo exẽpla ponuntur in actibus moralibus ad cognoſcendum, quãdo ceſſandum eſt ab operatione, & quando non propter malũ vitandum.

Exemplum ſecundum, Si ad conſeruandam vitam neceſſaria eſſet naturalis expulſio ſeminis ſuperflui, non propter hoc eſſet licitum, vti medicina, vel confricatione excitatiua pollutionis. Nam tunc ſummeretur medium, quod de ſe eſt illicitum. At ſi daretur medicina aliqua, quæ immediatè ordinaretur ad confortandas partes vegetatiuas, vel ad purgandum hominem, vnde ſequatur phyſicè effuſio ſeminis, licitum eſſet ſummere talem medicinam, quia effuſio illa eſſet effectus per accidens, & præter intentionem accipientis talem medicinam (niſi homo conſentiret, & deſideraret talem pollutionem) ſic poteſt etiam peccare defendendo ſe, ille qui gaudet de morte aggreſſoris, dijudicare autem quæ nam dicantur effectus per accidens, & in quo ſenſu homo teneatur relinquere actionem alias bonam, ne inde ſequatur malum, & in quo caſu licitum ſit proſequi bonam actionem, etiam quod ex hoc ſequatur malum, magna prudentia eſt neceſſaria. Hoc opus hic labor eſt.

Duo documenta ante oculos habere poſſumus in huiuſmodi caſibus dijudicandis, primum documentum, quando actio bona ſecundum ſe talis eſt, quam ex ea ſequitur illicitus effectus ſecundum ſe, & illicitus nociuus reſpectu alterius, actio tamen eſt mihi neceſſaria ad conſeruationem eius, ad quod habeo ius, erit mihi licitum, in illa bona actione perſeuerare, dummodo effectus ille conſequutus per accidens non ſit nociuus notabiliter bonis communibus, & multo magis licitum erit perſiſtere in actione illa, quando ipſa eſt promotiua bonis communis. Documentum hoc ſeruatur in actione defenſionis propriæ vitæ, ad quam ſequitur occiſio aggreſſoris. In ſumptione medicinæ ad quam ſequitur per accidens ebrietas,

Documenta ad cognoſcẽdum quando poſſimus perſiſtere ĩ actione bona licet ex ea per accidens ſequatur effectus malus.

tas,

Digitized by Google

tas, vel effuſio ſeminis, verificatur per maximè in bello iuſto, ubi milites pugnantes contra hoſtes, & ciuitatem occidunt innocentes, per accidens tamen, & præter intentionẽ, expedit enim communi bono, ut milites non deſiſtant ab impugnatione ciuitatis rebellis (non obſtante periculo innocentum.)

Secundum documentum eſt, quando actio illa eſt bona, uel non mala ſecundum ſe, non tamen mihi neceſſaria, & parum utilis, & ceſſatio ab illa parum aut nullum nocumentum defert, & ex alia parte, ſequitur ex illa nocumentum notabile proximo, teneor ceſſare ab illa actione ex charitate, uel ex iuſtitia. u.g. Si quis gratia recreationis uellet iaculare ad ſcopum, ad quam actionem, ille ius habet, nihilominus dum iaculare uult uidit hominem tranſeuntem, & non ceſſat à iaculatione, & occidit hominem illum. Talis occiſio nõ poteſt dici effectus per accidens, & præter intentionem iaculantis, ſed occiſio illa eſt uolita, licet indirectè. Ratio eſt, quia ille tenebatur ceſſare ab illa actione, ex qua ceſſatione parum aut nihil damni patiebatur, quamuis haberet ius ad iaculandum alias ex his, & ex alijs caſibus ſimilibus phyloſophandum eſt in hac materia, ex his etiam ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & rationem negationis aſſignata fuit in primo notando dubij, quia occiſio inuaſoris non debet eſſe intenta ab ipſo inuaſo, neque per ſe neque per accidens, neque directè, neque indirectè, licet ſequatur ex tali intentione, ſe defendentis licitè.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo, omne quod licitum eſt facere, licitum eſt intendere, & uelle, ſed licitum eſt occidere inuaſorem defendendo ſe, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ergo licitum erit uelle, & intendere occiſionem illius.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit inſtantiæ per diſtinctionem dicendo, Aut enim intentum argumentatoris eſt loqui de licito per ſe, uel de licito per accidens, ſi primum Maior propoſitio eſt uera, & minor falſa, ſi ſecundum. Minor eſt uera, & Maior falſa, unde non ualet conſequentia, ſcilicet, ergo licitum eſt uelle, & intendere occiſionem aggreſſoris, ſed ſolum ſequitur ex præmiſſis, ergo licitum eſt uelle, & intendere defenſionem propriæ uitæ, non obſtante occiſionem aggreſſoris.

Inſtantia 3.

Contra inquit Argumentator, Licitum eſt defendentis ſe, ferire aggreſſorem in corde, immo, & hoc ipſum intendere, ſed talis percuſſio ex natura ſua eſt mortifera, ergo licitum eſt intendere occiſionem inuaſoris.

Inſtant. ſolutio. Defendẽs ſeipſum cũ moderata tutela non debet intelligere occiſionem inuaſoris licet ex illa ſequatur.

Theologus dicit concluſionem eſſe falſam, licet præmiſſæ ſint ueræ, ſignum eſt, quod non bene ſequitur concluſio ipſa ex talibus præmiſſis intellecta in bono ſenſu. Non enim ſequitur, quod ſi quis intendit unum cui aliud intrinſicè annectitur, quod intendat illud aliud. Nam, & medicus intendit dare medicinam propter ſalutem infirmi, cui medicamento anexa eſt debilitatio infirmi, tamen non ſequitur, quod medicus intendat debilitatem infirmi, neque quod uellit illam directè, uel indirectè. Ita in propoſito noſtro, qui defendit ſeipſum cum moderamine inculpatæ tutelæ, intendit conſeruationem ſui ipſius, cui anexa eſt occiſio aggredientis, tamen occiſio non eſt volita neque per ſe, neque per accidens, nec directè, neque indirectè à defendente ſe, debito modo, licet ex tali defenſione ſequatur modo declarato ſuperius. His declaratis pro dubio iſto. Ad ultimum eſt procedendum.

Dubium quintum.

IN hoc dubio inueſtigat Lector, An homo teneatur fugere aggreſſorem, pro utraque enim parte ponit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt dictum illud uulgatiſſimum, de duobus malis maius eſt fugiendum, uel minus eſt eligendum, ſed maius malum eſt exponere ſe, & proximum periculo mortis, quam fugere aggreſſurem, ergo fugiendum eſt illud periculum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Ad illam actionem non tenemur ex qua ſequitur infamia, ſed ex tali fuga ſequitur infamia fugientis, ergo aggreſſus ab inimico nõ tenetur nec debet fugere.

Dubij deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa dubium iſtud tria facit, Primo ponit unam diſtinctionem bimembrem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ex illis ſoluit inſtantias utriuſque partis. Diſtinctio eſt iſta, uel fuga iſta eſt ignominioſa, uel eſt ſine ignominia, ſi cum ignominia, ponitur concluſio negatiua, ſi ſine ignominia datur talis fuga, concluſio eſt affirmatiua.

Si fuga afferet ignominiam non tenemus fugere aggreſſorem, quãdo non affert cõcluſionem.

Concluſio prima. Homo non tenetur fugere aggreſſorem, quando fuga ipſa eſt ignominioſa. Concluſio iſta ſic probatur, honor æquiparatur uitæ, At homo non tenetur ceſſare à defenſione ſuę uitę ex imminenti periculo inuaſoris, cum magis teneatur tueri uitam ſuam, quam alienam (ut patet ex ſupradictis) ita non tenemur fugere ab aggreſſore, ne admitteremus honorem, ſcriptum eſt enim honorem meum alteri non dabo, Si enim miles, uel nobilis doctus in armis fugeret ab inuaſore, fuga illius eſſet illi ignominioſa, & eſſet cauſa amiſſionis honoris apud uiros famoſos, & alios etiam, prout probat argumentum pro parte negatiua dubij præſentis.

Concluſio ſecunda, Quando fuga non eſt ignominioſa homo tenetur fugere aggreſſorem prout probat argumẽtum pro parte affirmatiua dubij, etiam declaratur ſic intentum. Clericus, uel Monacus tenetur fugere impetum aggreſſuris, ſi fuga defendere poteſt uitam, uel rem familiarem, non enim per talem fugam ammittit honorem. Ratio

eſt,

eſt qa ſtatus ſuus eſt, vt cedat mināti prout docet Dominicus dicendo, Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam, poteſt tamen Religioſus non fugere, ſed defendere ſe clamando, vel ſe defendere alia via competenti ſtatui ſuo, aliter ſi defendendo ſe occiderit inuaſorem, peccaret mortaliter, ſaltem contra charitatem, immo, & contra iuſtitiam. Ratio huius rei eſt, quia talis nõ ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia maiorem vim adhibet quam oporteat, ad exequutionem talis finis, hoc ratio ſuadet, quia quod reſpectu vnius eſt proportionatum mediũ, reſpectu alterius non eſt proportionatum. Nam ſi ſecularis armigerus fugeret aggreſſorem amitteret honorem, ſi autem hoc faceret religioſus, vel perſona debilis, vel pacifica, nihil de ſuo honore amitteret, ideo ſi aggreſſus fuerit fugere debet, aliter occidendo inuaſorem peccaret contra iuſtitiam, & charitatem. His concluſionibus ſic declaratis conſtat, quid ſit dicendum inſtantijs pro vtraque parte dubij.

Religioſi, & debiles ſemper tenentur fugere aggreſſorem, vel ſe defendere ſine armis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit inſtantias factas dicendo, quod inſtantia pro parte affirmatiua concludit optimè, pro prima concluſione. Inſtantia autem pro parte negatiua, concludit pro ſecunda cõcluſione, & vtraque concludit pro religioſis, & debilibus, ſeu viris pacificis, qui fugere debent contentiones, & defendere ſe via iuridica ciuili, & non criminali defendere debent.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra concluſionem primam dicendo ſic, Si perſonam primi generis eſſet inuitata ad duellum teneretur illud acceptare, aliter pateretur in honore ſuo, ſed acceptare duellum non licet, ergo tenetur fugere aggreſſorem, etiam quod ſit miles.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit negando aſſumptum, propriè conſequentia non concludit, & rationem aſſignat dicendo, quia quando ad duellum inuitatur nulla ius infertur, ſicut dum aggreditur ab hoſte patitur iniuriam, & ideo qui exit in duello non repellit vim vi, ſed cooperatur ad iniuſtitiam qua alter ipſum prouocauit, prꝗtertim, cum ſecundum rei veritatem, & iudicium ſapientum, non exire ad duellum non eſt dedecus. Nam vbi virtus non defenditur non eſt honor. Honor enim eſt præmium virtutis, cum igitur occidere hominem priuata authoritate (prout fit in duello) non ſit virtus, ſed vitium: ſequitur, quod duellantes non ſint homines honorati, licet homines magnanimi à vulgo dicantur. Hęc dicta ſint pro dubio iſto. Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuę caſus.

Nullo pacto eſt acceptandum duellũ, quia acceptatio eius eſt cõtra iuſtitiam, & terminationem Eccleſiæ,

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus cum D. Thom. ſatisfacit primo argumento dicendo, quod D. Auguſtinus loquitur de illo, qui intendit occidere inuaſorem, vt ſeipſum à morte liberet, quod non licet prout abundè oſtendimus in dubio quarto, diximus enim, quod licitum eſt ſe, & ſua defendere cum moderamine inculpatę tutelę, & quod non licet habere intentionem occidendi inuaſorem, nec directè, nec indirectè, nec per ſe, nec per accidens. Niſi hoc ageret publica authoritate, vt eſt miles, iudex, & ſimilis, vnde nulla eſt repugnantia cum D. Auguſtino.

Non licet intendere occiſionem inuaſoris, licet ex debita defenſione illa ſequatur.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Lector, & oſtendere intendit quod vllo modo licet occidere inuaſorem dicendo, Nicolaus Papa, vt habetur 50. de clericis, dicit, de clericis pro quibus conſuluiſtis, ſcilicet, qui ſe defendendo paganum occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati, poſſint ad priſtinum ſtatum reddire, aut ad altiorem aſcendere, Scito nos nullam occaſionem dare, nec nullam tribuere licentiam eis, quemlibet hominem, quolibet modo occidere. At ad pręcepta moralia ſeruanda tenentur communiter, clerici, & laici, ergo neque laicis eſt licitum occidere aliquem ſe defendendo.

Argumentum ſecundum.

Theologus cum D. Thom. huic argumento ſatisfacit dicendo, quod clericus omnimodè debet fugere homicidium, etiam in defenſione ſui ipſius, & rationem aſſignat dicendo, quod actus homicidij etiam pro ſui defenſione, cum moderamine inculpatę tutelę, facit cadere in irregularitatẽ, & oſtendit hoc dicendo, irregularitas conſequitur homicidium (etiam ſi ſit abſque peccato) vt patet in iudice, qui iuſtè aliquem condamnat ad mortem, hac de cauſa clericus etiam ſi cautè, & prudenter ſe defendendo interficiat aliquem irregularis efficitur, quamuis non intendat interficere, ſed ſeipſum defendere, veriſſima eſt D. Thom. ſententia, quando clericus euitare poteſt mortem aliter quam occidendo inuaſorẽ, puta, fugiendo, clamando, &c. vel dicimus cum Magiſtro Dominicus à Soto, quod Angelicus Doctor loquitur ſecundum ius, quod ſuo tempore erat in vſu, poſt D. Thom. in Clementina, vnico, de homicidio voluntario, vel caſuali, decretum eſt oppoſitum, ſcilicet, quod qui mortem aliter vitare non poteſt, ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem, immunis ſit ab irregularitate. Clementina enim ſic loquitur, ſi furioſus, vel infans, aut dormiens, hominem mutilat, vel occidit, nullã ex hoc irregularitatem incurrit, & idem de illo cẽſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuũ occidit inuaſorem, vel mutilat. Quo in loco, gloſſa ordinaria. Nota inquit, quod licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita quod non tenetur fugere, cum ſit honeſta perſona, cui non eſt honeſtum fugere, tamen ſi reſiſtendo occidit incurrit irregularitatem, ſ licet nõ veniat puniendus in foro ſeculari, hęc ibi ex qua gloſſa elicitur intentio Papę Clementis, ſcilicet, quod loquitur de illo qui mortem aliter vitare non poteſt, non autem de illo qui fugiendo, vel clamando, vel alio modo mortem euadere valet, etiam cum verecundia, in cap. illo Nicolai Papę, vt in argumento. Nihil aliud habetur inquit Magiſter Dominicus à Soto, quam quod clericus ille, qui paganum defendendo ſe occidit, quod bene ſe-

Argumenti ſolutio.

Non licet clericis ſe defendendo etiam debita cautella adhibita, occidere inuaſorem aliter eſſent irregulares tẽpore D. Th. modo non.

Ille qui occidit inuaſorem defendẽdo ſe ſi non habet omnino aliũ modũ euitandi mortem, non efficitur irregularis.

Digitized by Google

ne fecit, ſi ab officio ſuo receſſit, ſed non erat neceſſarium, vel dicatur, quod Papa loquitur, vt in præſenti cap. Clericum de eo, qui in militia, nempe in obſidione incluſus pugna occiderat, debebat enim in obſidione non manere, propterea talis ex occiſione Pagani effectus fuit irregularis, & hoc, quia aliter à manu eius euadere poterat, ſcilicet, non manendo in conflicto, vnde in cap. interfeciſti de homicidio voluntario, dicitur, Presbyter qui ſe, & ſua defendendo inuaſorem occidit, non deponit, ſed ad pœnitentiam admonetur, & hoc forſitam ordinatur in cap. illo propter exemplum primum, aut propter aliquam præſumptam culpam, eadem ratione confeſſarij non ſint faciles ad reſoluendum quid agere debeatur cum illis, qui occiderunt inuaſorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ. In his enim cauſis cautè procedendum eſt, & non ſine conſilio peritorum, vel etiam Prælatorum ſi opus fuerit.

Confeſſarij cautè procedant in iudicando de qualitate homicidij, & ſine culpa.

Non acquieſcit Lector probare vult, quod vllo modo licitum ſit occidere inuaſorem, tali medio. Homicidium eſt grauius peccatum quam ſimplex fornicatio, vel adulterium, ſed nulli licet committere ſimplicem fornicationem, vel adulterium, vel quodcunque aliud peccatum mortale pro conſeruatione propriæ vitæ, ergo nulli licet defendendo ſeipſum alium occidere, vt propriam vitam defendat. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor probatur, vita ſpiritualis præferenda eſt corporali, ergo vita animæ, vitæ corporis.

Argumentum tertium.

Theologus ſatisfacit huic argumento negando conſequentiam, & aſſignando rationem negationis dicendo, quod actus fornicationis, adulterij, vel cuiuſcunque alterius peccati, non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ, ex neceſſitate, ſicut actus defenſionis propriæ vitæ, ex quo quandoque ſequitur homicidium inuaſoris, vnde non ſequitur, ſi peccata illa non ſunt licita pro vitæ tuitione, quod non ſit licita occiſio inuaſoris, quia talis occiſio aliquando eſt ſine peccato, licet homicidium de genere ſuo grauius ſit fornicatione, & adulterio.

Fornicatio, & adulteriũ nunquam ſunt licita, occiſio autem inuaſoris poteſt eſſe licita.

Lector format vltimum argumentum dicendo, Si arbor eſt mala, & fructus illius malus eſt, ex ſententia Domini Matth. 7. Arbor mala malos fructus facit, ſed defenſio ſui eſt mala, & illicita, per Apoſtolum Rom. 12. quo in loco dicit D. Paulus, Non vos defendentes cariſſimi, ergo defenſio ſui ipſius mala, & illicita eſt.

Argumentum quartum.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod Apoſtolus ibi prohibet defenſionem ſui, quæ eſt cum liuore vindictæ, prout habetur ex gloſſa illo in loco, in quo dicit gloſſa ipſa. Non vos defendentes, id eſt non ſitis reſerientes aduerſarios, vel ſecundum literam græcam. Non vos vindicantes, quia dicit Deus. Mihi vindictam, & ego retribuam, licet nihilominus vim dum infertur vi repellere, non tamen illatam iniuriam vindicare, niſi per publicam authoritatem. Hæc dicta ſufficiant pro caſu iſto, & dubijs anexis.

Argumenti ſolutio. Vĩdicare nos ipſos nõ licet defẽdere nos prudenter licet.

Caſus ſextus.

Lector in hoc loco proponit diſputandum caſum de homicidio caſuali cum dubijs procedentibus ab illo.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum occidens caſualiter aliquem, incurrat homicidij reatum?

In primo dubio inueſtigat Lector ſi quis taliter incautè, & ex graui negligentia quempiam percuſſit, reus ſit homicidij, & quo ad irregularitatem, & quo ad peccatum mortale.

In ſecundo dubio quærit, ſi denuntians coram iudice in cauſa ſanguinis, ex qua ſequitur mors efficiatur irregularis?

In tertio dubio quæſitum format Lector de religioſis exiſtentibus in bello. An ſint irregulares?

In quarto dubio inueſtigat. An ſciens, & potens eruere à morte proximum ſuum, & non facit ſit irregularis?

In quinto dubio interrogat Lector, Si irregularitas aliquando contrahatur pro culpa veniali?

In ſexto dubio inueſtigat ſi per mutilationem homo efficiatur irregularis?

In ſeptimo dubio poſtulat. Si irregularitatis diſpenſatio, præcipuè propter homicidium, ſit ſeruata ſummo Pontifici?

In caſu ergo quærit Lector, vtrum occidens caſualiter aliquem, incurrat homicidij reatum? & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum. In veteri teſtamento, & in decretis, Illi qui caſualiter occidunt pœnæ homicidiarij puniuntur, ergo incurrunt reatum homicidij. Conſequentia eſt certa, pœna enim non datur niſi pro culpa, & culpę debet eſſe conformis prout dicit diuina ſcriptura, ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus. Antecedens autem probatur ſic. Lamech credens interficere beſtiam, interfecit hominem, & reputatum eſt ei ad homicidium Gen. 4. & Exodi 21. dicitur, Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit, ſi mors eius fuerit ſub ſequuta, reddet animam pro anima, At percutiens hoc facere poteſt præter intentionem occiſionis, ergo homicidę etiam caſuales pœnis homicidij puniuntur, vnde 50. d. inducuntur plures canones, quibus caſualia homicidia puniũtur.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format argumentum ab authoritate D. Auguſtini ad Publiculam, Epiſtola 154. quo in loco dicit Pater iſte, abſit, vt ea quæ propter bonum licitum facimus, ſi quid propter hoc præter noſtram voluntatem quicquam mali acciderit, nobis imputetur, ſed contigit quandoque, vt propter bonum aliquod facientibus homicidium caſuale conſequatur, ergo tale homicidium non imputabitur ad culpam ipſis operantibus.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

Lector Theologus circa hunc caſum quatuor facit, Primo ponit ſua fundamenta, Secundo

tribus

tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, quibus probatis, & declaratis, proponit, & terminat dubia, vltimo loco ſoluit argumenta prout diſcrepãt à ſana doctrina. Quoad primum dicit cum Magiſtro Banenſi, quod duo ſunt declaranda in titulo quæſiti, primum eſt inueſtigandum quid ſit reatus, ſecundum, quid ſit homicidium caſuale, quibus declaratis pro fundamento noſtræ diſputationis ponendæ erunt concluſiones reſponſiuæ.

Reatus peccati idem eſt, quod obligatio ad pœnã propter culpam.

Nomine reatus ex doctrina D. Thom. in ſecundo ſententiarum d. 30. q. 1. art. 1. intelligitur obligatio ad pœnam propter culpam, ex hoc procedit, quod Angelicus Doctor eodem lib. d. 42. q. 1. art. 2. qui dicit cum reatus ſit medium inter culpam, & pœnam accipitur aliquando pro culpa, & aliquando pro pœna, vnde multoties in doctrina; eiuſdem Sancti Doctoris, accipi poteſt reatus propriè pro ipſa obligatione ad pœnam, poteſt etiam accipi pro culpa à qua oritur pœnæ obligatio, vel etiam pro ipſa pœna quæ oritur ex culpa, hæc ſatis ſint pro termino iſto reatus.

Homicidium caſuale dicitur prout ab homicidio voluntario diſtinguitur ſecundum modum loquẽdi iuris.

Secundum conſiderandum, eſt homicidium caſuale. Homicidium caſuale ſecũdũ modum loquendi apud iuriſtas, dicitur prout diſtinguitur ab homicidio voluntario, ſecundum modũ loquendi iuris, vel iuriſtarum. Ita quod non dicitur homicidium caſuale illud, quod nulla ratione ſit volitum, ex hoc enim homicidio nulla prorſus contrahitur irregularitas, ſed caſuale dicitur prout ab homicidio voluntario diſtinguitur, vt igitur hæc magis percipiantur, obſeruandum eſt, quod homicidium ſequi poteſt ex aliqua actione, vel ex aliqua omiſſione, & hoc contingit dupliciter. Primo ita quod homicidium illud fuerit præuiſum fore ſequuturum ex aliqua actione, vel ex aliqua omiſſione. Secundo modo, ita quod neque fuerit prouiſum, neque præuiſum, etiam ſi teneatur pręuidere, & impedire, & culpabiliter non impedit. Homicidium caſuale ſecundum modum loquendi iuris, ſummitur in hoc ſecundo ſenſu, & non in primo.

Item notandum eſt, quod non omne homicidium præuiſum fore ſequuturum (ſuppoſita aliqua omiſſione) dicitur caſuale reſpectu illius, immo neque voluntarium. v. g. ſi quis tenetur ex charitate defendere proximum, & præuidit certo, quod ſi non defendit illum occidetur, tunc dicimus, quod homicidium illud reſpectu illius hominis, neque dicitur caſuale, neque voluntarium ſecundum modum communem loquendi iuris, vnde talis homo in caſu iſto irregularitatem non contrahit, vt infra, & in diſputatione de irregularitate patebit. His ſuppoſitis ponendæ ſunt concluſiones reſponſiue.

Homicidium nullũ caſuale, vt caſuale eſt, poteſt eſſe peccatum, peccatũ eſſe poteſt quatenus habet anexũ aliq.d de volũtario.

Concluſio prima, bimembris (baſis, & radix cæterarum) talis eſt. Nihil caſuale quatenus caſu accidit peccatum eſt, peccatum tamen eſſe poteſt quatenus habet anexum aliquid de voluntario. Concluſio ſic probatur D. Auguſtinus contra Fauſtum inquit, omne peccatum eſt voluntarium, ſed caſus eſt cauſa agens præter intentionem, ſecundo phyſicorum, & per conſequens præter voluntatem agentis, ergo caſualia; vt ſic inquantum huiuſmodi non poſſunt eſſe peccatum, ergo ſi ſunt peccata neceſſario oportet, quod habeant anexum aliquid de voluntario, peccatum ideo eſt peccatum, quia eſt voluntarium, ſi non eſſet voluntarium non eſſet peccatum, inquit Pater Auguſtinus. Tolle voluntarium, & non erit peccatum. ſtante iſta concluſione fundamentali, ponendæ ſunt alię duę concluſiones reſponſiuę quęſito.

Dans operam rei licitè recta intẽtione, non nocendi aliquem ſi ex illa ſequatur homicidium non incurrit reatũ illius.

Concluſio ſecunda. Nemo dans operam rei licitè, adhibens debitam diligentiam ne necearali cui, neque ſiniſtram habens intentionem, quamuis ex actione iſta ſequatur homicidium non incurrit reatum illius. Concluſio iſta ſic probatur, Actus iſte homicidij iuxta ſenſum bene intellectum iſtius concluſionis, nihil habet de voluntario, ergo in ipſo non poteſt cadere culpa, neque per conſequens pœna ergo neque reatus, cum ex ſupradictis habemus, quod reatus eſt obligatio ad pœnam propter culpam, hic non accidit culpa, vt ſupponimus, & oſtenſum eſt, ergo neque pœna, ergo in actu iſto non reperitur reatus homicidij, procedendo per bonum argumentum de primo ad vltimum.

Dans operã rei illicitè nõ adhibens debitam diligẽtiã ſi accidit homicidium operans reus eſt homicidij illius.

Concluſio tertia, Si quis dat operam rei illicitę debitam non adhibens diligentiam, non eſt immunis à reatu homicidij, ſi homicidium ex huiuſmodi actione ſequatur. Concluſio iſta ſic probatur. Id quod per ſe non eſt volitum neque intentum, contingit, qood per accidens ſit volitum, & intentum, & hoc accidit, quando non impedit id quod impedire debet, & impedire poteſt, hoc reperiri poteſt in homicidio caſuali, ſcilicet, in illo caſuali, quando, ſcilicet, agens operatur ex qua actione ſequitur homicidium, tenetur illud ex officio impedire, vel ex debito naturę, & poteſt illud impedire, & non impedit in tali caſu; iſte ſit reus homicidij. Obſeruandum tamen eſt, quod hoc fieri poteſt dupliciter, Primo quando operam dabat rebus illicitis quas vitare debebat, Secundo quando vacabat rebus licitis non adhibitam tamen debitam diligentiam ex cuius negligentia ſequutum eſt homicidium, pro intelligentia dictorum obſeruandum eſt, id quod obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, inquit enim ipſe,

Tres ſunt conditiones communes homicidij caſualis dantis operã rei licitè, & rei illicitè, & aliæ ſunt propriè vtrique.

cum dupliciter contingat homicidium caſuale imputari, ſcilicet, dando operam licitis rebus, & rei illicitę, aliquę conditiones ſunt communes vtrique homicidio, aliquę proprię ſingulis, communes quidem ſunt tres, prima eſt, quod non ſit intentio occidendi, aliter non eſſet homicidium caſuale, ſed voluntarium, Secunda eſt, quod mors ſequatur ex actione illa cui imputatur homicidiũ, quia ſi homicidium non ſequeretur, non adeſſet ratio quare illi imputaretur homicidium, ex hoc capite, inquit Caietanus Illuſtriſſimus excuſatur percuſſor ab homicidio, non intendens occidere, quando mors ex mala cura, vel regimine venit, vnde in caſibus particularibus iudicandis, oportet diligenter aduertere, an ex illius cui imputatur opere mors ſequuta ſit, vel aliunde, Tertia conditio eſt, quod ille cui imputandum eſt tale homi-

cidium

Digitized by Google

cidium debuerit remouere id ex quo ſequitur homicidium. non ſolum enim ſequitur, quod potuerit remouere illud ex quo mors ſequitur, puta iactum lapidis, gladium inuadentis &c. ſed etiam, quod debuerit illud auferre, & quod talis obligatus fuerit iure diuino, vel humano, vel naturali, ad remouendum illud poſitiuè, puta auferrendo gladium, de manu inuaſoris, negatiuè puta abſtinendo à iactu lapidis, & ratio huius eſt, quia ad hoc quod imputetur homicidium alicui, oportet, quod ſit voluntarium directè, vel indirectè, & quia homicidium caſuale directè voluntarium eſſe non poteſt, oportet, quod ſit voluntarium indirectè. At quia ad voluntarium indirectè non ſufficit poſſe prohibere, ſed requiritur, quod debeat prohibere, alioquin, non ei imputaretur oportet enim in iudicando hos caſus quærere, ſi is cui imputatur homicidium, tenebatur ad abſtinendum à tali opere, ſeu ad remouendum illud, ex quo ſequuta eſt mors, & ex hoc cautè inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, excuſor ego ab homicidio, ſi petenti à me diuite, centum aureos alioquin cogetur ire ad occidendum aliquem, vel aliquos, vt tantum lucretur, & non do, quia licet poſſim dare, & prohibere homicidium non tamen teneor dare. Illę ſunt conditiones communes in quibus conueniunt homicidia caſualia ex actione licita, vel illicita, modo deſcendamus ad proprias vniuſcuiuſque illarum, vt facilius cognoſcere poſſimus in quibus veritas conſiſtit.

Homicidium caſuale debet eſſe voluntariè indirectà reſpectu illius, qui tenebatur illud prohibere, & euitare.

Quando datur opera rei licitæ vnica (opus eſt) conditione, ſcilicet, vt diligentem adhibeat diligentiam ne mors ſequatur, ad hoc ne ſibi homicidium imputetur, quoniam tale homicidium imputatur negligentiæ. Ratio autem fundatur in hoc, quia negligentia illa, quæ impedit hominem ab his ad quæ tenetur homo ex præcepto, peccatum mortale eſt. In quibuſdam negotijs diligens eſt, qui illud, vt conſueuerit fieri fecit, quod oſtendit caſus decretalis Ioannis, extra de homicidio, qui enim pulſat campanam iuxta ſolitum, nullus eſt reus negligentiæ, ſi inde alterius mors ſequatur, in remotis diligens eſt ille, qui ea ſic diſponit, & facit, vt ea circumſpiciat, quæ rationabiliter conſiderari debent, penſatis conditionibus perſonarum &c. Fortuita, ſiue caſualia, quæ viri prudentes communiter, non cogitant, ſi eueniunt, non ſunt nobis imputanda, quia homines ſumus, & humana ratione gubernamus nos ipſos, & noſtras. v.g. In his quæ in pauciotibus de ratione veniunt, ex hac doctrina inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, vna cum Magiſtro Dominico à Soto apparet, quod ſacerdotes, & religioſi poſſunt ſeruiendo infirmis, eos etiam in fine vitæ voluere in lecto, vt magis quietè iaceant, & reliqua ſeruitia exhibere cum prudentia, quæ in caſibus ſimilibus opportuna ſunt, Nec oportet inde ſcrupulum capere, ſi mors fortè inde accelaretur, niſi ipſi indiſcretè eſſent in culpa. Nam quicquid licitum eſt conuerſis in hoc opere pietatis, licitum eſt etiam ſacerdotibus, nec vllus eſt irregularitatis timor in hoc caſu, cum in eo nulla ſit culpa negligentiæ. Nam ſi adeſſet culpa ita reum faceret conuerſum ſicut, & clericum ſacerdotem. In quibuſdam actibus periculoſis, ex ſuo genere diligens eſt ille, qui vel conſilio proprio, vel alieno, vbi adhuc timor ſupereſſet operaretur hæc, exempli gratia. Tenere infantes tenelos, ſecum in lecto, offert periculum oppreſſionis, & propterea niſi adhibitis debitis circunſtantijs tale opus non eſt licitum, quia eſt contra curam debitam infantis, cum facili periculo mortis illius. dormientes quippe non ſumus Domini motuum noſtrorum, & eſt peccatum mortale exponere ſe tanto periculo, ſi tamen opus tale de honeſtatum fuerit debitis circunſtantijs, puta quia lectus eſt extenſus, & infans non eſt proppe, neque appropinquari poteſt, & nutrix conſueuit ſe ſemper inueniri in eodem loco, & ſitu quo ſe incipiendo dormire poſuit, & quo adusque implacabilitas infantis exigebat. In tali caſu excuſari videntur eos, qui infantes in lecto tenent, rationabile enim non eſt, quod his diligentijs concurrentibus poſſet adeſſe periculum ſuffocationis regulariter, propter periculum, ergo in cap. Conſuliſti. 2. quæſt 5. Non omnino præcipitur parentibus ne pueros tenant in lecto, ſed admonendi, & proteſtandi dicuntur, ne negligentia illorum mors ſubſequatur. Hoc idem dicendum eſt in caſibus ſimilibus, vt ſunt ruina domorum. Iactus lapidum & cætera. In omnibus caſibus ſimilibus, tanto maiori conſilio opus eſt, & ſolicitudine, quanto periculum propinquum timetur.

Clericus ſeruiens infirmis (ſi adhibita debita diligẽtia) voluat illũ in extremis ét, quod illi accelleretur mors nõ efficitur irregularis.

In ſacris canonibus præcipitur parẽtibus ne infantes teneant in lecto apud ſe dormientes, vnde oppoſitum facientes peccãt mortaliter, regulariter.

Quando datur operam illicitæ rei homicidium cõſequens ex tali operatione imputatur opinione, dicebamus in tertia concluſione, hoc declarat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, quod imputari homicidium alicui poteſt dupliciter, vel quo ad pęnam, vel quo ad culpam, vel quo ad culpam mortalem, vel quo ad culpam venialem, & ſubdens, quod dans operam rei illicitæ ex qua ſequitur homicidium, ſiue in tali caſu peccet mortaliter, vel venialiter tenetur ad pœnam irregularitatis, id eſt talis efficitur irregularis. Quo ad culpã inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus loquendum ęſt cum diſtinctione dicendo, quod quando operans dat operam rei illicitæ in qua eſt tantum culpa venialis, ſi eſt diligens ad cauendam ſequelam peccati, non eſt reus homicidij, niſi in ſua cauſa, quod nil aliud eſt quam eſſe reum illius rei illicitæ venialis, vnde ſi religioſo alicui, ex his quibus ſtatuto prohibetur æquitare, ſi æquitare accidiſſet, & caſu æquus eius occidit quempiam, licet daret operam rei ſibi illicitæ, ſcilicet, æquitando ſine licentia, & neceſſitate, & propter hoc iudicatus fuiſſet irregularis, non tamen plus peccauit propter homicidium ſubſequutum (quod purè caſuale eſt) vnde patet, quod irregularitas non ſemper ſupponit culpam mortalem in eo cui attribuitur homicidium caſuale. Hoc etiam confirmatur ex ſententia Patris Auguſtini dicentis, quod Loth, non quantum fuit inceſtus, ſed quanta fuit ebrie-

Dãs operam rei illicitæ ex qua ſequitur homicidiũ efficitur irregularis licet aliquando tãtũ venialiter peccat.

Opus rei illicitæ, ſi de ſui natura eſt ordinatū ad homicidiū ſi ſequitur homicidiū inducit irregularitatē ſi non eſt ordinatum ad homicidiū non inducit illam.

tas præcedens demeruit, in culpa fuit, tale indicium faciendum eſt in caſibus ſimilibus ex quibus cócludit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod etiam quando dat operam rei illicitæ mortaliter adhibendo omnem diligentiam ne mors ſequatur, licet ſit reus gehenæ propter peccatum mortale, non tamē reus eſt homicidij propter eādem rationem, quia ſi voluntarium indirectè in ſola cauſa, contra voluntatem, & diligentiam adhibitam non niſi in cauſa culpatur, cum homicidium caſuale à tali ſubſequutum, culpa tantum venialis eſt, quia peccatum mortale ex actione rei illicitæ mortalis, non eſt de genere ſuo via ad mortem ſubſequutam accidentaliter, percutiens aliquem quamuis non intendat illum occidere, non excuſatur ab homicidio, quia percuſſio eſt via ad mortem, ex his concludit Caietanus Illuſtriſſimus, eſt igitur caſuale homicidium ſemper imputandum danti operam rei illicitæ, neque ſemper quo ad culpam mortalem iſtius ſpeciei, Doctrinam iſtam cōfirmat Magiſter Dominicus à Soto lib. 5. de iuſt. & iure art. vltimo, in primo dub. reſpectu dantis operam rei licitæ, & illicitæ, dummodu in operatione ſeruata ſit omnis diligentia debita, vt mors non ſequatur, vt igitur doctrina ſit clarior proponamus dubia per ordinem.

Dubium primum.

IN dubio iſto inueſtigat Lector, An ſi quis latenter incautè ex graui ſua negligentia quippiam percuſſit reus ſit homicidij, & quo ad peccatum mortale, & quo ad irregularitatem, & rationes more ſolito pro vtraque parte aſſignat.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, culpa, & pœna ſunt relatiua, ſed iſte qui percuſſit hunc hominem eſt in cauſa, quod moriatur, ergo in illo eſt culpa talis homicidij, ergo ſubiacet pœnis homicidij, & quo ad peccatum mortale, & quo ad irregularitatem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis diſcurſus. Dato caſu, quod iſte vulneratus ad mortem ſanaretur per egregium curatorem, vel per miraculum, tūc percuſſor ille non erit reus homicidij, neque quo ad irregularitatem, neque quo ad mortale peccatum, ergo percuſſor iſte non eſt reus homicidij, neque ſubiacet pœnis illius.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor pro cōcluſione iſta tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias, diſtinctio eſt iſta, vel vulnus fuit lethale ex ſententia peritorum, vel non, ſi lethale, concluſio eſt affirmatiua, ſi non eſt lethale, eſt negatiua.

Quādo homicidiū ſequens ex illicita actione nullo modo eſt volitū ex illo homicida nō fit irregularis.

Obſeruandum eſt etiam vnum tactum ſuperius, quod erit pro fundamento doctrinæ harum concluſionum, dictum fuit in vltima concluſione, quod omnis qui dat operam rei illicitæ quomodocumque ex illa actione ſequatur homicidium talis efficitur irregularis. Concluſio iſta modificanda eſt ſic, quando homicidium ſequens ex tali actione ſit volitum qualitercunque, ſi autem nullo modo eſt volitum non efficitur irregularis ille, licet ex actione illicita ſequutum ſit homicidium. In primis ſi clericus in adulterio depræhenſus quærit fugere, & cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit inuaſorem, quamuis operam daret rei illicitæ non debet cenſeri irregularis, quia tale homicidium vllo modo eſt voluntarium, & licet adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per ſe cauſa homicidij, ſicut neque vulnerationis ipſius, quæ fuit cauſa mortis inuaſoris. Item in cap. ex literis excuſatur ab irregularitate monachus ille, qui cum campana de campanili deponeret, cadens lignum puerum oppreſſit, dato, quod opus illud eſſet ſeruile, factum etiam in die feſto, vel factum contra præceptum Prælati, quod poterat eſſe peccatum mortale, tamen occiſio pueri non fuit illi imputata, nec fecit illum irregularem, quoniam omnino fuit inuoluntaria. Ad hoc autem, quod ex homicidio caſuali oriatur irregularitas ex ſententia peritorum (dicant alij quicquid volunt) non ſufficit, quod res cui datur opera ſit illicita (vt alias diximus,) ſed oportet, quod actio illa ex genere ſuo ſoleat eſſe cauſa homicidij. v.g. ſi clericus daret operam rei illicitæ licet inaduertenter alium præter ſuam intentionem occideret, eſſet irregularis, ſimiliter ſi exerceat torneamenta, vel ſimilia, quæ clericis vetita ſunt, vt igitur homicidium caſuale ratione rei illicitæ ſit cauſa irregularitatis, requiritur, quod opus illud cui conſulto operam dabat ex genere ſuo ſit periculoſum, & ordinem habeat ad vulnerandum, mutilandum, & occidendum, quando autem opera illa non ſunt clericis adeo prohibita, neque adeo illicita, quia periculoſa, ſed alia de cauſa, tunc homicidium, quod eſt purè caſuale nullius irregularitatis eſt cauſa. v.g. Clerico prohibetur venatio in genere, ſi vadit ad venationem, vbi non adeſt periculum vitæ, puta Vulpium leporum, & ſimilium, & accidat occiſio alterius omnino præter intentionem puta in curſu percutitur aliquis caſu, qui ex tali percutione præcipitatur ex monte, vel loco eminenti, in foueam, & remaneat occiſus, tunc clericus ille, licet peccat contra præceptum venationis non tamen efficitur irregularis, quia homicidium vllo pacto eſt voluntarium, & venatio iſta non defert ſecum periculum mortis, ſi autem occiſio proximi eſſet in venatione Aprorum quæ armis, & telis, & ferocibus canibus fit, profecto clericus efficeretur irregularis, quod non accideret laico in caſu occiſionis fortuitæ omnino, præter intentionem, & ratio totius diſcurſus eſt, quoniam venatio illa prohibita eſt clericis, non quia venatio eſt, ſed quia periculoſa ex natura rei eſt, ad quod periculum non licet clerico ſe exponere, ex hac diſtinctione clarè percipere poſſumus in caſibus ſimilibus, quando quis propter homicidium purè caſuale, efficitur irregularis, quia operam dat rei illicitæ, & quando non, & ad hunc ſenſum reducenda eſt doctrina Caietani Illuſtriſſimi, Banenſis, & Theologorum, & ſummiſta-

Ad hoc, quod actione illicita ex qua ſequitur homicidium inducatur irregularitas oportet, quod actio illa eſſe ſoleat cauſa homicidij.

Nota.

Clericus occidens caſualiter aliquē in venatione nō periculoſa nō fit irregularis in periculoſa autem ſic.

tum

Digitized by Google

rum per hanc diſtinctionem inquit Magiſter Dominicus à Soto, arbitror cuncta capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ adduci poſſunt, & quod hoc ſit proponamus concluſiones pro dubio iſto, poſtea ſoluebimus difficultates.

Quando vulnus lethale eſt ſi ſequatur mors etiã ex negligẽtia medicorũ, vel infirmi, vulnerans eſt homicida, & irregularis.

Concluſio prima. Si vulnus ex ſententia peritorum inflictum, à clerico lethale erat, & mortuus eſt vulneratus etiam ſua negligentia, vel negligentia medicorum, clericus fuit reus homicidij, & irregularis. Ratio enim habetur ex argumento pro parte affirmatiua dubij facto, quia vulnerans fuit in cauſa, quod iſte mortuus eſt, cum vulnus fuit mortale, & cauſa mortis iſtius, conſequens, reus homicidij, & effectus irregularis, culpa enim eſt cauſa pœnæ, & reſpondet illi, vnde mors iudicatur proceſſiſſe ex vulnere illo, per conſequens vulnerans eſt homicida.

Impugnatio.

Contra inquit Argumentator pœna peccati aſſignanda eſt peccato, & peccanti, ſed quando vulneratus moritur ex negligentia medicorum. v.g. quia non rectè curauit, vel quia non appoſuit medicamenta proportionata, vel ex negligentia, vulnerati, quia forſitan non acquiſiuit medicos peritos, vel quia voluit vti medicamentis &c. ergo ipſi ſunt homicidæ, ipſi efficiuntur irregulares, & non vulnerans.

Impugnationis dilutio.

Theologus dicit, quod ad eundem effectum, poſſunt concurrere plures cauſæ partiales, vt in propoſito, concurrit vulnerans infligendo vulnus mortale, concurrit etiam medicus, quia non ſcientificè medicauit, concurrit vulneratus, quia defecit ſibi ipſi, quo ad culpam omnes peccarunt mortaliter peccato homicidij, ſed principaliter vulnerans, quia tali vulnere lethali illum occidit.

Quando vulnus nõ eſt lethale, vulnerans nõ eſt homicida neque irregularis ẽt quod vulneratus moriatur.

Concluſio ſecunda, Si vulnus lethale non erat, mors non imputabatur vulneranti, etiam quod ſequatur, quia propriè non fuit cauſa homicidij; vnde talis non peccauit peccato homicidij, nec fuit irregularis, ſed peccatum, homicidij tribuendum eſt medico imperito, vel negligenti, ſi ipſe fuit in cauſa mortis illius, vel ipſi vulnerato, quia non fecit, quod debebat, vt ſanaretur.

Impugnatio.

Argumentator contra hanc concluſionem inſurgit dicendo, dato, quod vulnus non fuit lethale, & moriatur vulneratus, vel negligentia medici, vel ipſius vulnerati, vulnus fuit cauſa mortis illius, ergo vulnerans eſt homicida, & per conſequens irregularis.

Confirmatur hoc, quia nec infirmus tenetur adhibere tantam cautelam, neque optimum exquirere medicum, neque medicus tenetur ſolertem adhibere curationem, propterea licet ſimpliciter ex vulnere non ſequatur mors, nihilominus percuſſori imputatur, qui per iniuriam ad mortem traxit infirmum, & forſitan ſequuta eſt mors, quia neque cirugicorum, neque medicorum copia haberi potuit, neque aliquis qui ſanguinis exitum ſciret impedire, qua de cauſa mortuus eſt, ergo percuſſor iſte reus eſt homicidij, & irregularis.

Impugnationis reſponſio.

Theologus huic difficili impugnationi, & confirmationi deſiderat reſpondere, & ad plenum ſatiſfacere, ideo ordinatè procedens dicit ad impugnationem, quod eſſe cauſam homicidij ſtat dupliciter, ſcilicet, proxima, & remota, vtiq; vulnerãs in tali caſu, cauſa remota mortis iſtius eſt, & quaſi per accidens, cauſa proxima, & ferè per ſe huius mortis fuit negligentia, vel medici, vel infirmi, propterea homicidium directè, & per ſe non eſt attribuendum vulneranti, ſed negligentiæ medici, vel vulnerati, cum igitur per ſe vulnerans non ſit homicida licet peccauerat vulnerando, non tamen peccato homicidij, & per conſequens non eſt effectus irregularis ex morte vulnerati.

Duplex eſt cauſa homicidij, per ſe, & per accidens proxima, & remota.

Quo ad confirmationem, negat antecedens, ſcilicet, quod infirmus non tenebatur adhibere omnem cautelam, & quærere bonum medicum, & quod medicus non tenebatur ponere omnem diligentiam, vt ſanaretur infirmus. Ad id autem, quod additur, ſcilicet, quod mors vulnerati imputatur vulneranti, quia vulnus traxit hunc ad mortem, diximus, quod imputatur mors vulneranti, tanquam cauſæ remotæ, & non proximæ, & ad id quod additur de inopia medicorum, & vnguentorum, dicimus, quod in tali caſu vulnerans fuit cauſa per accidens non per ſe, qui offendit proximum ſuum, in loco tali vbi deerant neceſſaria pro curatione vulneris fratris; & licet hoc aggrauat eius vulnerationis, non facit, quod id quod ex natura ſua erat curabile nõ ſit curabile, verum, quod grauius peccauit contra proximum, & grauius debet puniri in vtroque foro, & ad maiorem reſtitutionem damni dati illum obligare, ex his ſoluta eſt inſtãtia affirmatiua dubij, ſoluamus negatiuã.

Ad confirmationem. Ille qui eſt cã per ſe proxima homicidij eſt irregularis, non autem ille qui eſt cã per accidens, & remota.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit, quod quando vulneratus lethaliter ſanatur, vel per egregium curatorem, vel per miraculum, iſte non efficitur irregularis, quia reuera, non eſt ſequutum homicidium licet miraculosè conſeruatus ſit in vita vulneratus ad mortem, quantum ad culpam qui percuſſit proximum ſuum, vt illum occideret, ſtatim quicquid ſequatur reus fuit mortis apud Deum, qui vero non ex intentione, ſed ex cautelæ defectu alium ſanciauit, non ſit reus maioris culpæ, quam illius qui fuit in cauſa.

Aſſignantur multa capitula quæ oſtendunt qui non ſunt illi, qui incurrunt irregularitatẽ pp homicidiũ ſeu mortem vulnerati.

Nunc explicamus pro complemento dubij illa capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ poſſunt deſeruire pro caſus, & dubij impugnatione, in primis in cap. continebatur de homicidio, Diaconus ille irregularis cenſetur, non ob id quod dabat operam rei illicitæ: Nam iacere baculos gratia leuandi haberis, non erat clericis interdictum, neque erat periculoſum, ſed ind catus fuit irregularis, quia dum alter in eum inſiluit, debebat cauere, ne arma qua ipſe erat à vinctus ne vulneraretur. In ſignum cuius cap. Lator. Clericus qui alium in terram proiecit (quod opus de ſe magis videbatur illicitum) ſed quia non ex ſui negligentia cultellus eius in alium incidit; non fuit condemnatus irregularitatis pœna, caſu autem cap. Suſcepimus. Non fuit iudicatus monachus ille irregularis, quia latrones in defenſionem propriæ vitæ occidit,

Per baptiſmum tollitur irregularitas homicidij, nõ autem irregularitas bigamiæ.

non inducit irregularitatem, vel ſi inducit, tollitur per baptiſmum, hoc idem dicimus de homicidio iuſto propter horrorem ſanguinis. Nam effuſio ſanguinis facit hominem irregularem, & baptiſmus mundat ab hac immunditia, Sciendom tamen eſt, quod defectus homicidij non eſt defectus naturalis, vt eſt bigamia, ſed quia eſt contra legem quæ ordinat hominem ad Chriſtum manſuetum, & quia per baptiſmum homo ad Chriſtum ordinatur, propria tollitur irregularitas homicidij, & remanet irregularitas bigamiæ.

Occidens aliquem in ſuæ vitæ defenſione, non eſt irregularis, bene ſi occidit in defenſione vitæ alterius cuiuſcunque.

Occidens aliquem pro defenſione vitæ proximi, vel pro defenſione Reipublicæ manet irregularis, ſiue hoc faciat conſilio, ſiue præcepto Reipublicæ, ſiue ſit in factis, ſiue non etiam ſi hoc faciat pro defenſione Patris vel Patriæ. Ratio huius rei eſt, quia iſte eſt homicida voluntarius, & non in ſuæ vitæ defenſione, & quia ius Eccleſiaſticum nullum homicidium ab irregularitate excludit, niſi illud qui in defenſione propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, abſque intentione occidendi inuaſorem ſe defendit. Iſte autem qui pro defenſione Patris, vel Patriæ intendit vim vi reppellere etiam cum detrimento vitæ inuaſoris, licet in tali actione forſitan meretur apud Deum (cum actio de ſe ſit virtuoſa) tamen, quia occiſio eſt voluntaria, talis occidens efficitur irregularis ſecundum mentem Magiſtri Dominici Banenſis, quando ipſe occidiſſet inuaſorem Patris, vel Patriæ non cum intentione occidendi, ſed pro defenſione vitæ illius, cum moderamine inculpatæ tutelæ, forſitan non incuriſſet irregularitatem, quia defendit ſibi neceſſaria ad vitam, defendit ſua, quod licitè fit abſque macula irregularitatis, quia non ipſe occidit inuaſorem, ſed inuaſor occidit ſeipſum indiſcretè, ponendo ſe in periculo mortis, conſilium tamen erit, vt occiſor iſte ad cautelam quærat diſpenſationem irregularitatis, maximè, quia vt in pluribus qui ſe opponit inuaſori Patris, vel Patriæ, intendit illum defendere, etiam cum damno inuaſoris prout experientia docet. His ſtantibus pro primo puncto, veniendum eſt ad dictionem denuntiationis, & ad concluſiones.

Tripliciter denũtiare poteſt quis reum iudici ex qua denũtiatione ſequitur mors in duobus caſibus denuntians efficitur irregularis in alio non.

Denuntiatio coram iudice, in cauſa ſanguinis, tripliciter fieri poteſt, Primo abſolutè, non intendendo occiſionem denuntiati, etiam quod occiſio ſequatur, Secundo, intendens propriam vindictam, denuntians tamen abſolutè, Tertio intendens interius vindictam, & occiſionem denuntiati, exterius tamen proteſtans denuntians, ipſe ſe hoc non facere propter vindictam, vel propter intentionem quam habet, quod iſte occidatur, ſed vt ſatisfaciat ei, ad quod tenetur ex iuſtitia, & pro bono publico, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones reſponſiuæ, quæſito principali.

Concluſio prima, Denuntians reum iudici primo, & ſecundo modo, (ſcilicet, abſque proteſtatione) ſi ſequitur homicidium efficitur irregularis. Concluſio iſta ſic probatur. Nam iſte iure cenſetur homicida voluntarius, ergo irregularis. Conſequentia eſt clara, antecedens probatur. Nam iſte denuntians abſque proteſtatione quamuis non vult mortem proximi, vt finem, vult vt medium, in pœnam delicti, vult illam in effectu, ergo eſt irregularis.

Concluſio ſecunda, Denuntians reum coram iudice, Tertio modo, ſcilicet, cum proteſtatione, etiam quod occidatur non efficitur irregularis, Probatur concluſio iſta, ex cap. Prælatis, de homicidio in 6. vbi habetur, quod clericus denontians coram iudice ex quo aliquis occiditur, ſi facit proteſtationem ſe non intendere alterius mortem, aut propriam vindictam, non debet illi imputari de irregularitate videlicet, ergo talis et denuntians ſiue ſit clericus, ſiue non eſt irregularis. His concluſionibus poſitis ſoluendæ ſunt inſtantiæ pro vtraque parte dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtanc. ſolutio.

Homo poteſt incurrere in irregularitatẽ cum foro Eccleſiæ ſine culpa prout eſt impedimentũ, &c.

THeologus primo ſatisfacit inſtantiæ adductæ pro parte negatiua, dicendo, concedo totum argumentum, & nego illationem concluſionis, & rationem aſſignat, dicendo, quod homo poteſt incidere in irregularitatem abſque culpa, vt patet de iudice iuridicè procedente in cauſa ſanguinis, irregularitas autem vtique habet veſtigium pœnæ, tamen de facto non eſt pœna niſi quando datur pro culpa, quando ponitur pro decentia miniſtrationis ſacramentorum, tunc eſt quoddam impedimentum ad hoc poſitum, ne polluti ſanguine, ſint miniſtri Agni immaculati Chriſti.

Inſtans. ſolutio.

Denuntiãs in cauſa ſanguinis cũ debita proteſtatione non incurrit in irregularitate.

Ad inſtantiam, pro parte negatiua adductam, dicit Theologus, quod denuntians in cauſa ſanguinis, abſque proteſtatione, concurrit ad homicidium voluntarium (ſaltem in foro exteriori) propterea ab Eccleſia redditur inhabilis ad miniſterium ſacramentorum, etiam quod in denuntiatione obſeruet præceptum Chriſti de correctione fraterna, Nam & iudex obſeruat præceptum Dei, condemnando iuridicè reum ad mortem, & tamen Eccleſia illum irregularem declarat, quia concurrit ad homicidium voluntarium, quando denuntians facit ſuam proteſtationem, tunc non iudicatur irregularis ab Eccleſia, quia faciens talem denuntiationem, oſtendit ſe non habere partem in tali homicidio, vel mutilatione.

Inſtantia 2.

Contra inquit Argumentator, iſte denuntians, licet proteſtationem faciat ſe non habere partem in tali homicidio. Animus, & cor, oppoſitum affirmant, & per conſequens in rei veritate voluntariè concurrit ad homicidium, ergo iſte eſt irregularis.

Inſtant. ſolutio.

Cõtra animũ homicidã, tantum non eſt poſita pœna irregularitatis

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod ius canonicum cum externum ſit non reſpicit animum, neque intentionem internam, ſed tantum actiones externas, ſimiliter vt diximus ſupra non datur irregularitas purè mentalis, cum Eccleſia tantum de exteriori iudicet, vnde cum iſte proteſtatus exterius iuxta formam cap. Prælatis de homicidio, verè excipitur ab irregularitate.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator de nouo inſtat, dicendo, Iſte eſt homicida voluntarius, & dans operam rei illicitè, ergo cenſetur irregularis, Conſequentia eſt clara, antecedens probatur, iſte in tali denuntiatione peccat non ſolum in corde, ſed etiã in opere, ergo ſicut hæreticus purè mentalis, quando manifeſtat ſuam hæreſim, ſignis, vel nutibus manet excommunicatus, vt diximus in diſputationibus de hæreticis, ergo & iſte manet irregularis dum exprimit nutibus iudici animum ſuum homicidam.

Inſtant. ſolutio.

Hæreticus mẽtalis dicens oppoſitũ, quod habet in mente non eſt excõmunicatus nec homicida intentionalis tantũ eſt irregularis.

Theologus negat aſſumptum, denuntians iſte non dat operam rei illicitæ, propriè loquendo, quamuis cum praua intentione denuntiat, ſicut qui celebrat in peccato mortali, non dat operam rei illicitæ, licet indignè celebrat, vnde etiã, quod iſte denuntians ſit homicida voluntarius quantum ad culpam, non tamen talis iudicatur in actu externo denuntiando, quoniam animus in actu iſto non exprimitur, immo externus oppoſitum proteſtatur, ſicut ſi hæreticus mentalis dicat exterius oppoſitum eius, quod habet in mente, tunc non incurrit pœnas iuris. Ita nec denuntians cum tali proteſtatione incurrit pœnam irregularitatis.

Inſtantia 4.

Contra inquit Argumentator, ſi clericus excipitur ab irregularitate, in iure, in caſu iſto, ita debet excipi laicus, ſed laicus non excipitur, ergo ille ſaltem manet irregularis, qui denuntiat reum iudici cum tali animo, etiamquod faciat proteſtationem illam.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod ius excipiens clericum, virtualiter excipit non clericum, prout habetur ex contextu loci illius, qui talis eſt. Ne metuentes irregularitatem non denuntient, & ſic iniqui homines multiplicantur in Republica. Ne igitur laici metuent denuntiare, & illi proteſtationem illam faciant, & ſic effugiant irregularitatem. In confirmatione huius rei addimus hæc,

Correllariũ.

denuntians in cauſa ſanguinis non ſolum in ſui vindictam, ſed etiam in vindictam Reipublicæ, vel proximorum, non eſt irregularis, (facta illa proteſtatione) ſententia eſt Illuſtriſſimi Domini Caietani 2.2.q.40.art.2. ſimiliter Magiſtri Dominici à Soto de ratione tegendi, & detegendi, membro 2.q.4. eſtque ſententia Banenſis 2.2. vt ſupra. Probatur etiam ratione, vbi eſt eadem ratio denuntiandi; eſt gratia eiuſdem priuilegij, ſed eadem eſt ratio quando denuntiatio fit contra proprios malefactores, & in vtilitate denuntiantis, ſicut dum fit contra malefactores Reipublicæ, & in vtilitate proximi, ergo non iudicabitur iſte irregularis, ſicut nec ille qui denuntiat malefactorem ſuum, ex quo ſequitur, inquit Magiſter Dominicus Banenſis, quod caput illud iuris fauet denuntiantibus pro proprio, & pro alieno intereſſe, licet in eo ſolum fiat mentio de denuntiare in fauore proprio, ergo non iudicabitur iſte irregularis dum iuſtè denuntiatio fiat.

Denuntiãs in cauſa ſanguinis cum debita proteſtatione per ſe, vel per alio non efficitur irregularis ſit clericus, vel laicus.

Nota.

Notandum tamen eſt, quod clericis in iure interdicitur, denuntiatio in cauſa ſanguinis cap. clericis, propterea ſi clericus denuntians non facit ſuam proteſtationem peccat mortaliter, & manet irregularis, laicus autem denuntians in cauſa ſanguinis ſi non facit talem proteſtationem licet maneat irregularis, non tamen peccat mortaliter, quia non eſt illi interdicta talis denuntiatio.

Quod conſulit præcipit, & docet in cauſa ſanguinis, ſi rectè procedit, non eſt irregularis (in bono ſenſu loquendo.) vt patebit ex concluſionibus infra ponendis, pro cuius fundamento, & clara noua ponitur talis diſtinctio, bene conſideranda, aliud, eſt ſpeculatiuè docere veritatem in cauſa ſanguinis, aliud præcipere, & aliud conſulere. Item aliud eſt docere veritatem in cauſam mortis tanquam miniſtri, & propriè cooperantes, vt Aduocati. Aliud eſt docere illa in communi, vbi, & quando non imminet periculum mortis, ſimiliter aliud eſt conſulere in communi, vt faciunt Prædicatores, & aliud conſulere in particulari. His ſtantibus ponuntur concluſiones.

Doctor docẽs ſpeculatiuè talem eſſe occidendum non eſt irregularis bene autẽ ſi practicè hoc facit.

Concluſio prima, Doctor non eſt irregularis quamuis efficaciter doceat, quod malefactores huius generis plectendi ſunt capite. Probatur concluſio iſta. Nam iſti non intendunt mortem, ſed tantum tradunt veritatem ſpeculatiuè, ergo cum non concurrant vt ſic, nec indirectè ad homicidium, non ſunt irregulares, valet conſequentia, quoniam ſi iſti eſſent irregulares omnes doctores iuris vtriuſque, & Theologi eſſent irregulares, quia & ipſi hæc docent ſpeculatiuè.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem inquit Argumentator, inſurgo dicendo, Poteſt accidere, quod Doctor concurrat per accidens ad homicidium, ergo in tali caſu erit irregularis. Conſequentia patet ex antedictis. Antecedens probatur ſic, poteſt occurrere caſus, quod iudex eſſet anceps. An Petrus ſit occidendus, vel ne, & exquirat iuriſconſultum, vel Theologum, & ab ipſis poſtulat quid agere debeat in iſto caſu, ſi talis doctor dicat iſtum eſſe occidendum erit cauſa indirecta talis occiſionis, ergo per talem occiſionem efficitur irregularis.

Impugnationis dilutio.

Theologus per diſtinctionem ſatisfacit huic impugnationi dicendo, vel Doctor conſultans in iſto caſu, intendit ſolum manifeſtare veritatem caſus ſecundum iura, vel conſulere mortem talis rei, ſi primum intendit ex hoc conſultu non efficitur irregularis, quia intelligit ſolum manifeſtare veritatem iuris in ſimili caſu, ſicut alias conſueuit ſcribere in caſibus requiſitis, nec intendit executionem talis conſulti in caſu particulari, ſi ſecundum intendit ipſe Doctor, efficitur irregularis, ratio eſt, quia iſte eſt ſciens, & auertit cauſam ſanguinis imminere, & format decretum ex quo iudex mouetur ad occidendum malefactorem hũc. Nam Doctor iſte non ſolum tradit veritatem, ſed virtualiter, vel formaliter conſulit mortem.

Doctor, & Prædicator requæſitus à iudice in cauſa ſanguinis debet tantũ manifeſtare veritatẽ iuris non tamẽ cõſulere mortẽ, aliter eſſet irregularis.

Concluſio ſecunda, Confeſſarius, vel Prædicator, vel alius ſimilis conſultans in communi cauſa mortis, non eſt irregularis, immo ſi præcipiat in vniuerſali, vt malefactores puniantur in Republica. Concluſio eſt de ſe clara, quoniam in caſu iſto quilibet illorum exercent munus ſuum, & non conſulat mortem determinatè, neque in particulari, ſi tamen conſuleret ad petitionem iudicis, vt

cis, vt

cis, vt occidet & hunc maleſactorem, maneret irregularis. Ratio eſt, quia moraliter loquendo, tale conſilium influit in mortem proximi, & iſte actus exterior ſubiectus eſt iuri canonico. ſi verò tale conſilium quæreret iudex in actu Confeſſionis, & Confeſſarius ſuadet, vt occidat talem reum, Confeſſor ipſe nō manet irregularis. Ratio, quia actus ille exercitus in confeſſione continetur ſub ſigillo, qui ſoli Deo reſeruatur, & confeſſarius tunc de iure diuino tenetur dicere veritatem, quam requirit iudex, & hortari eum ad iuſtitiam peragendā.

Confirmatur in actu cōfeſſionis cōſulere poteſt in cauſa mortis ſine eo, quod efficiatur irregularis.

Concluſio tertia, Inquiſitores non manent irregulares tradendo malefactores brachio ſeculari, Probatur ſic concluſio iſta, vſus Eccleſiæ oſtendit illos gaudere hoc priuilegio, & habetur in cap. Ad abolendam. de hæreticis, quo in loco conceditur inquiſitoribus facultas relaxandi hæreticos brachio ſeculari, oportet tamen, vt habemus cap. Nouimus, quod efficaciter intercedant pro illis ne occidantur, loquendo præcipuè de hæreticis non relapſis, nec pertinacibus, non negatiuè, non fictè, non diminutè confitentibus. Actus ille traditionis brachio ſeculari, à viribus excuſatur ab irregularitate dicendo, quod inquiſitores non occidunt immediatè, neque immediatè ferunt ſententiam ſanguinis, neque ſunt conſultores, ſed permittunt malefactores puniri à iudice ſeculari, ſecundum leges ciuiles communes. Hoc idem affirmatur de Epiſcopis, præcipuè, quia ipſi non aſſignant iudices, vt ſpecialiter occidant, ſed vt iudicent in quibuſcunque cauſis occurrentibus, & faciant iuſtitiam. Iſta pauca addimus, pro complemento eorum quæ in dubio continentur, & iſta ſufficiant pro dubio iſto. Accedamus ad aliud.

Inquiſitores non manent irregulares tradendo hæreticos brachio ſeculari.

Dubium tertium.

IN hoc dubio quærit Lector, An regulares exiſtentes in bello ſint irregulares, & pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Conſulere, & adiuuare in cauſa ſanguinis ex ſupradictis inducunt irregularitatem. Iſti (vt experientia docet) in bello vtrumque faciunt, ergo ſunt irregulares. Hoc confirmatur, quia ſi hoc non eſſet verum, ſequeretur, quod abſque irregularitate poſſent ſibi arma aſſumere ad debellandum hoſtes, ſed hoc facere non poſſunt, vt oſtenſum eſt in diſputatione de bello, ergo &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua experientia Magiſtra rerum oppoſitum docet, quærunt enim Principes, & Duces fideles, habere in bello Religioſos, & Clericos, qui celebrent, & miniſtrent illis ſacramēta, ergo non ſunt irregulares.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo obſeruat aliqua. Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ.

Quo ad primum, ponit hanc diſtinctionem dicit enim, quod duplex eſt bellum, ſcilicet, iuſtum, & iniuſtum, ſimiliter eſſe in bello ſtat dupliciter, vel in bello offenſiuo, vel defenſiuo, ſimiliter concurrere ad occiſionem, vel effuſionem ſanguinis, ſtat dupliciter, vel conſiliando, vel gerendo bellum proprijs manibus. His diſtinctionibus pro fundamento poſitis ponendæ ſunt concluſiones.

Clerici, vel Religioſi conſiliātes in bello iniuſto ſi adeſt occiſio hoſtium ſunt irregulares.

Concluſio prima, Clerici, vel Religioſi conſiliantes in bello iniuſto vbi ſequitur mors ſine dubio ſunt irregulares. Concluſio iſta ſic probatur, Clerici iſti, verè coadiuuāt tanquam conſulentes, in effuſionem ſanguinis, & mortem innocentum. Confirmatur hoc, quia ſi ex tali conſilio non eſſent irregulares, ſequeretur, quod poſſent arma capare contra hoſtes abſque nota irregularitatis, probatur etiam, quia magis fauent conſilio quam armis, & ſic poſſent conſulere, vt aduerſarij occidantur, quia vtrorumque eſt æqualis cauſa homicidij, immo ſi Religioſus Conſiliarius non eſſet irregularis, multo minus irregularis eſſet miniſtrando arma militibus, quoniam iſte eſt tantum coadiuuās, & indirectè, concurrunt multo minus miniſtri iſti, quam conſiliarij, primi ſecundum communem opinionem efficiuntur irregulares, ergo multo magis ſecundi.

Clericus, & Religioſus, conſilians in bello iuſto prudenter nō eſt irregularis

Concluſio ſecunda, Clericus, & Religioſus Conſilians in bello iuſto, non eſt irregularis. Circa veritatem huius concluſionis variæ ſunt ſententiæ, Nauarus dicit hoc verum eſſe, quia Clericus non eſt proxima cauſa mortis ſequutæ, & quia talis religioſus dat operam rei licitę, habet obiectum honeſtum, & officioſum, & interpretes Nauarri, dicunt hoc eſſe verum, quia occiſio iſta non eſt directè, neque indirectè volita. Rationem aſſignant dicendo, quod Clerici non tenentur eam euitare, vnde non cenſetur voluntaria in iure. Syl. In verbo bellum. 3. § 2. oppoſitum tenet, dicit, quod ſi hortantur milites in bello homicidio ſequuto, manēt religioſi iſti irregulares, quia iſte effectus eſt quaſi proximè ſequutus, ſi autem bellum ſit futurum Sacerdos conſulens non manet irregularis, quia effectus conſilij eius, ſcilicet, occiſio hoſtium remotè ſe habet. Alij dicunt, quod ſi bellum fuerit aggredientis Conſiliarij, Clerici manent irregulares, quia homicidium cenſetur intentum, ſi autem fuerit defendentis ſe abſque irregularitate, poterunt ij exhortari illos, Magiſter Dominicus Banenſis nullam iſtarum opinionum accepiat, & reprobat illas, vt eſt videre apud illum in lib. de iure, & iuſt. q. 64. art. 8. dubio 7. & concludit, quod tales Clerici, vel Monachi in bello iuſto nō manent irregulares, non rationibus adductis à Nauaro, vel ab alijs, ſed propter diſpenſationem iuris, vt patet in cap. Quicunque cum duobus ſequentibus. 23. q. 8. & in cap. penultimo de homicidio, & in cap. vltimo de Clerico percuſſore.

In bello iuſto offenſiuo, & defenſiuo clericus cōſuliās non eſt irregularis in offenſiuo iniuſto ſit, & quādo facta eſt occiſio manu propria Clerici extra caſum defenſionis vitæ ſuæ.

Concluſio tertia, In bello offenſiuo iniuſto Clericus conſilians eſt irregularis, ratione aſſignata pro prima cōcluſione. In bello autem iuſto nō, prout habuimus modo in hac ſecunda concluſione. In bello defenſiuo non occurrit irregularitas, dum-

dũmõ in defenſione ſeruata ſit debita cautela, vt defenſio facta ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt dictum eſt in dubio Primo caſus quinti huius diſputationis.

Concluſio quarta. Occiſio facta proprijs manibus in iuſto bello, niſi fiat pro defenſione propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, reddit religioſum irregularem, quoniam eſt occiſio voluntaria. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

EX dictis pro ſecunda concluſione manet ſoluta inſtantia partis affirmatiuæ, dicendo, quod ratio concludit ex natura rei, ex lege occidentium voluntariè, ſed non concludit in caſu noſtro, quia ex priuilegijs adductis. Religioſi exiſtentes in iuſto bello poſſunt conſulere, etiam quod ex illo ſequatur mors hoſtium, abſque eo quod efficiantur irregulares. Ad confirmationem dicimus, quod Clericus vtique poteſt aſſumere arma defenſiua, ſi autem aſſumat arma offenſiua, & de facto occidat, manet irregularis. Secus autem ſi aſſumat arma offenſiua, & de facto ipſe non occidat, quamuis alij milites adiumento illius occiderent, hoc colligitur ex cap. extra de homicidio, & cap. vltimo, de clerico percuſſore. Clericus tamen iſte inquit Banenſis peccaret mortaliter aſſumens arma offenſiua abſque magna neceſſitate, & eſſet deponendus, & hoc colligitur ex cap. quicunque 23. quæſt. 8.

Clericus etiã in iuſto bello non debet accipere arma offenſiua ſine magna neceſſitate.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo, Sequeretur ex illa, quod eadem ratione abſque irregularitate, poſſit Clericus, vel Monachus in bello iniuſto conſulere, vt occidantur aduerſarij, probatur ſequela, quia vterque eſt æqualis cauſa homicidij, neque quod bellum ſit iniuſtum auget voluntarium, ergo vtrobique eſt eadem ratio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat ſequelam, & aſſignat rationem negationis dicendo, quod in vtroque non eſt par ratio, quia, & pugnantes, & exhortantes in bello in iuſto, nõ gaudent priuilegio iuris, nec aliqua ratio fauet illis, vt eximantur ab irregularitate.

Inſtantia 3.

Sequerentur inquit Argumentator contra hanc reſponſionem, quod etiam clericus miniſtrans arma militibus verè occidentibus non maneret irregularis, conſequens eſt contra communem ſententiam, ergo reſponſio eſt nulla. Antecedens probatur, quia iſte eſt ſolum coadiuuans, & multo minus concurrens, quam conſulens, tantum indirectè concurrit ad homicidium hoſtium.

Inſtant. ſolutio.

Theologus relicta reſponſione Nauari, & Syl. qui ex oppoſito ſe habent, dicit cum Banẽſi, quod Clerici miniſtrantes arma, & maximè ſi hoc faciant (bona intentione) non maneant irregulares. Ratio eſt, quia nec iſti intendunt homicidium, ſed defenſionem Reipublicæ, & felicem exitum pugnæ, ſimiliter quia eadem ratio eſt de iſtis, & de conſultoribus, vnde merito in fauore illorum ampliantur iura, vnde & iſti gaudent benignitate iuris. His ſtantibus pro dubio iſto, aliud proponamus.

Dubium quartum.

IN hoc dubio quærit Lector, An ſciens, & potens eruere à morte proximum ſuum, & non liberat eum, ſit irregularis. Rationes adſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua Lector format Argumentum deſumptum ex cap. Quantæ, de ſententia excommunicationis, quo in loco excommunicatur videns, & ſciens, & non defendẽs clericum ab iniuria quæ ſibi infertur, ergo idem eſt dicendum de irregularitate, quando eadem eſt ratio in vtroque.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale ratiocinium irregularitas eſt de iure poſitiuo ex ſupradictis in dubijs præcedentibus. In iuribus non reperitur talis irregularitas contra ſcientem, & potentem eruere à morte proximum ſuum, ergo ſi non liberat illum non efficitur irregularis.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa dubium iſtud duo tantum facit, Primo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantiam partis affirmatiuæ.

Concluſio prima. Qui non defendit illud quẽ titulum iuſtitiæ propriæ dictæ tenetur defendere manet irregularis, ſi mors ſequuta fuerit. v. g. ſi Iudex, vel Princeps omittit defendere ſubditum, dum ſcit caſum ſeu periculum eius, & poteſt illum liberare, & non facit, irregularis eſt, probatur hoc, quia ex homicidio voluntario homo efficitur irregularis, in caſu autem noſter iſti non excuſantur ignorantia, ergo ſunt irregulares, ſimiliter ſi non expreſſè ſciunt caſum, & periculum ſubditi, & hoc quia non vigilanter exercent officium ſuum ex qua negligentia ſequitur mors, manet etiam irregularis ex homicidio caſuali ex ſententia Theologorum, & iuriſperitorum, ſi præuidebat periculum, & remedium non appoſuit, quia fuit voluntarium homicidium illud, ſaltem indirectè, probamus intẽtum, omiſſio huius defenſionis eſt iniurioſa directè proximo, reſpectu hominis, qui occiditur, quoniam ſciens, & potens eſt, & non vult illum defendere, licet ad hoc teneatur ex iuſtitia ratione officij quod tenet, ergo eſt cauſa ſaltem indirecta homicidij, ergo eſt irregularis.

Iudex, vel Prĩceps ſi occidatur quis ab illo non defenſus eſt irregularis.

Medicus ſimiliter, qui ex pacto tenetur curare aliquem infirmum, & ſciens, & prudens non curat ex qua in curia ſequitur mors infirmi, talis medicus ex homicidio voluntario manet irregularis. Manet irregularis ſimiliter ſi hoc prouenit ex negligentia medici (non homicidio voluntario) ſed caſuali. Idem proportionaliter eſſet dicendum, de eo, qui voluntariè ſuſcipit cuſtodiam infirmi, ſi ex negligentia illius moritur, ſi cuſtos non apponit remediũ neceſſarium, & moritur infirmus, cuſtos eſt irregularis ex homicidio voluntario, quia defecit

Medicus, & cuſtos infirmorũ, qui culpa, vel ſua negligentia permitit infirmum mori eſt irregularis

Digitized by Google

fecit in neceſſariis ſcienter, ſi hoc accidit ex negligentia, eſt irregularis ex homicidio caſuali.

Seruus non defendēs Dominum ſuum in caſu mortis eſt irregularis.

Seruus, & famulus efficitur irregularis non defendendo Dominum ſuum, ſi ſequuta eſt mors in vno, vel in alio ſenſu pro culpa diuerſa, prout dictum fuit de iudice. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam inter Dominum, & ſeruum eſt quoddam pactum ſaltem implicitum, & interpretatiuum, vt famulus, & ſeruus defendat pro poſſe Dominum ſuum, ſicut tenentur ad damnum rerum Dominorum ſi ex ſua culpa pereunt. Ita ſunt rei morte ſi Dominū ſuū in bello iuſto non defendunt. Tenent aliqui, quod ſub hac cenſura Patres teneantur defendere filios, & filij parentes, & ſimiliter conſanguineos ſuos, Magiſter Dominicus Banenſis oppoſitum tenet, & merito quidem, quia vinculum inter illos non eſt vinculum iuſtitiæ, ſed charitatis, propterea licet teneantur adinuicem iſti ſe defendere ex vinculo charitatis, non tamen ſub cenſura irregularitatis, quæ ex obligatione iuſtitiæ alterius ad alterum, eſt terminata ab Eccleſia, prout notant Thomiſtæ, & Iuriſtæ.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem inſurgo inquit Lector, Pater maiori vinculo tenetur defendere filium, & filius Patrem, & vnus conſanguineus alium conſanguineum, quam ſeruus Dominum ſuum, ergo à fortiori ſi ſeruus efficitur irregularis non defendendo Dominum, ergo & iſti erunt irregulares.

Impugnationis dilutio. Parentes, & conſanguinei non ſe defendentes ad inuicem in caſu mortis nō ſūt irregulares peccant tamē contra charitatem.

Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod irregularitas quæ ſequitur ex homicidio voluntario, magis attenditur ex parte iniuſtitiæ, quam ex parte cuiuſcunque alterius vitij, ex odio poterat quis non defendere proximum, quem commodè poterat defendere, & tamen iſte non manet irregularis ſecundum omniū ſententiam. Ita in propoſito non conſiſtit ratio incurrendi in irregularitatem, in eo quo, quis maiori vinculo defendere teneatur, vel in eo, quod maiori malitia non defendit, ſed in eo, quod eſt cauſa influens directè, vel indirectè in ipſum effectum occiſionis, quod quidem non contingit, quando aliquis tenetur ex alia virtute defendere qua propter ad hoc quod incurratur irregularitas ex ipſo homicidio requiritur, vel ratio iniuſtitiæ, vel influentia directè in ipſa occiſione.

Impediēs aliū ne defendat proximum ſi mors ſequuta fuerit irregulares manet.

Concluſio ſecunda, Quando aliquis impedit alium ne defendat proximum ſuum exiſtentem in periculo vitæ, manet irregularis, ſi mors fuerit ſequuta. Concluſio iſta eſt Nauarr, & Banenſis, & tali ratione probatur, per actionem iniurioſam impedit iſte proximum ſuum à neceſſaria defenſione, ergo fuit cauſa indirecta mortis illius, & voluntaria, niſi non primo, & per ſe, ergo eſt irregularis.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem ſe opponit Lector dicendo, impeditus non tenebatur ſuccurere proximo illi niſi ex charitate, ergo impediens non peccat contra iuſtitiam, ergo non poteſt fieri irregularis, cum irregularitas attenditur penes iuſtitiam, & nō penes charitatem, ex iam dictis modo.

Impugnationis diluto.

Theologus negat conſequentiam, Petrus v.g. non tenetur dare eleemoſynam, niſi ex charitate, & miſericordia, & tamen impediens peccat contra iuſtitiam reſpectu pauperis. Ita in propoſito talis ex charitate tenebatur defendere proximū, impediens tamen peccat contra iuſtitiam in ordine ad oppreſſum, unde non eſt mirum, ſi efficiatur irregularis, quando ex hoc impedimento ſequuta ſit mors, & occiſio proximi, ex quibus concludit Banenſis, quod ſi quis ſciens, & prudens, impedit aliquem ne defendat proximum, erit irregularis ex homicidio voluntario, ſi autē ex inconſideratione hoc faciat dummodo ſit culpabilis, erit irregularis ex homicidio caſuali.

Qui nouit aliquos tractare de occidendo inimicum ſi non impedit modo ſibi poſſibili irregularis eſt ſi mors ſequatur.

Concluſio tertia. Qui cognoſcit aut vidit, quod amici, aut conſanguinei tractant de occidendo inimico, & non impedit, modo ſibi poſſibili ne interficiatur inimicus, erit irregularis morte ſequuta. Ratio huius cōcluſionis eſt, quia ſilentium illud nil aliud eſt quam conſenſus in homicidio illo. In quo caſu verificatur regula illa qui tacet conſentire videtur. Magiſter Dominicus Banenſis nihilominus gloſſat hanc concluſionem dicendo, quod concluſio intelligitur de irregularitate, quantum ad iudicium in foro exteriori Eccleſiaſtico, in quo foro iſte merito iudicatur irregularis, quia præſumitur, quod ſuo ſilentio faueat conſiliationi amicorum de occiſione inimici, & moraliter loquendo, ita contingit de facto. Nam ſilentium illud in tali facto nocet inimico. In foro autem conſcientiæ aliter iudicandum eſt, ſi enim, reticeta ſilentium illud, non fuiſſet neque fuit incitatiuum ad occidendum inimicum, non manebit ipſe tacens irregularis, & multo magis, quia ſilentium illud eſt exprobatiuum, & impeditiuum homicidij inimici.

In aliquibus caſibus non defendēs proximum etiā ſubſequuta occiſione nō eſt irregularis licet peccat cōtra charitatē.

Concluſio quarta, præter caſus ſupradictos in præcedentibus tribus concluſionibus qui permittit occiſionem proximi, ſciens, & prudens non manet irregularis. Concluſio eſt Nauarræ, & probatur à Banenſi ſic, in caſibus extra nominatos, tenetur homo ex charitate non autem ex iuſtitia defendere proximum ſuum, ergo non incurrit irregularitatem ex homicidio, probatur hoc, Homicidium eſt contra iuſtitiam, iſte non tenetur ex iuſtitia defendere proximum hunc ergo tali homicidio non eſt irregularis, immo vero ſubdit Banenſis, ſi taceat, & complaceat ſibi, non manebit irregularis, ſi eius ſilentium non influat in effectum, id eſt in mortem proximi directè, vel indirectè, & ratio eſt, quia licet iſte in corde ſuo ſit homicida coram Deo, tamen non incurritur irregularitas niſi ex occaſione exteriori, cuius homo eſt cauſa. His ſtantibus, ſatisfaciendū eſt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Quiſque tenetur defendere clericū oppreſſum ſub pena excōmunicationis, & aliꝰ ſub pena irregularitatis.

THeologus negat conſequentiam inſtantiæ adductæ pro parte affirmatiuam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod excommunicatio attēdit iniuriam irrogatam clerico, & ſtatui Eccleſiaſtico, propterea ordinauit ius canonicum, vt ex non defenſione incurratur excommuni-

Digitized by Google

municatio, irregularitas autem, quia incurritur ex homicidio, attenditur ex quadam manſuetudine, vel humilitate ſignificata ea Chriſto Domino. & ideo voluit ius canonicum, vt non incurreretur irregularitas ex non defenſione, vt ſic. At vero, quod irregularitas ex homicidio voluntario, vel caſuali incurratur expreſſè habetur in iure, quod autem non defendens ſit irregularis, non colligitur caſualiter, ſed ſolum in tribus caſibus poſitis in tribus primis concluſionibus. Hæc ſatis ſint pro dubio iſto aliud proponatur.

Dubium quintum.

IN hoc dubio quærit Lector, ſi irregularitas aliquando contrahatur pro culpa veniali, & adducit ſuas rationes pro vtraque parte.

Iudex rectè procedens in ſententiando reum ad mortem, non peccat mortaliter, forſitan neque venialiter immo meretur, & tamen efficitur irregularis, ergo irregularitas aliquandu contrahitur pro culpa veniali, & ſine culpa.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, talis eſt ratio. Grauis pœna reſpondet graui culpæ, irregularitas eſt grauis pœna, ergo incurritur pro graui culpa, ergo non contrahitur pro culpa veniali.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit, Primo obſeruat vnum (dignum conſideratione in hac materia,) Secundo vnica concluſione trimembri ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod apud iuriſtas nomine culpæ non intelligitur peccatum aliquod contra Deum, veniale, vel mortale, ſed intelligitur priuatio prudentiæ, vel diligentiæ, quę humano more ſolet adhiberi ab homine diligenti in aliquo negotio, ſecundum qualitatem negotij. Ita quod priuatio diligentiæ, & prudentiæ quam ſolet adhibere, mediocriter diligens, dicitur culpa leuis. Priuatio vero diligentiæ, & prudentiæ, quæ ſolet haberi ab homine diligentiſſimo iuxta naturam negotij dicitur leuiſſima culpa. Priuatio denique diligentiæ, & prudentiæ quam adhibere ſolent homines vulgariter diligentes, dicitur culpa lata, & ampla, ſiue iſta ſint peccata coram Deo, ſiue non, ſtante hoc, pro primo puncto pergamus ad ſecundum.

Triplex culpa reperitur, apud iuriſtas leuis leuiſſima, & lata, & ampla.

Irregularitas quandoq; incurritur ex actu bono, & iuſto, quãdoque ex peccato veniali, & aliquando ex peccato mortali.

Concluſio, irregularitas quandoque incurritur ex actu bono, & iuſto, quandoque ex peccato veniali, quandoqne ex peccato mortali. Concluſio iſta declaratur, & probatur quo ad ſingulas ſuas partes, Primo quod irregularitas poſſit incurri ex actu bono, & iuſto, hoc enim habemus in iudice, rectè procedente. In defendente ſeipſum cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſeu in defenſione patriæ, & proximi, quando iudex procedens iuridicè condamnat ad mortem, quando innocens occidit inuaſorem Patriæ, vel Patris, & proximi, vel ſui ipſius etiam ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, incurritur irregularitas ſecundum aliquos, ſecū dum nos minime, niſi in apparentia, nullus iſtorum in hac actione peccat, immo quilibet illorum meretur, & tamen efficiuntur irregulares, ergo irregularitas contrahi poteſt etiam ſine peccato, ex opere meritorio, ſimiliter poteſt incurrere homo irregularitatem ex peccato veniali, vt patet de illo qui occidit hominem, dum venialiter peccat defendendo amicum ſuum cum aliquo motu iræ, & occidit inuaſorem, qui motus fuit peccatum veniale, ergo & pro culpa veniali incurritur irregularitas, incurritur per peccatum mortale, quando occiſio ſequuta, eſt volita directè, vel indirectè, ecce quod irregularitas incurritur pro mortali.

Obſeruandum tamen eſt, quod non incurritur irregularitas culpabalis coram Deo, ſi actio non eſt ſimpliciter deliberata. Irrègularitas enim quæ purè habet rationem pœnæ, quę eſt ſine peccato licet talis ſit in foro Eccleſię prout eſt impedimentum ſacrorum ordinum, non eſt irregularitas in foro Dei, quia non adeſt culpa, irregularitas ſimiliter quę purè habet rationem pœnę propter culpam non incurritur coram Deo propter ſolum peccatum veniale, vt clarè conſtat ex dubijs pręcedentibus.

Duplex eſt peccatum veniale indeliberatũ, & voluntariũ, non per primum, ſed per ſecundum quis incurrit irregularitas.

Obſeruandum etiam eſt, quod duplex eſt peccatum veniale ex quo dicitur incurrere quis irregularitatem, aliud quod non eſt ſimpliciter voluntarium, puta illud, quod venit ex indeliberatione actus. Aliud quod eſt ſimpliciter volũtarium, per primum peccatum veniale, non incurritur irregularitas, niſi actui bono ſit iunctum, vt in iudice, rectè procedente, per ſecundum peccatum veniale poteſt quis incurrere in irregularitatem. v. g. qnando homo poterat occidere inuaſorem, abſque omni culpa, exempli gratia, quando aliquis defendens amicum caſu occidit inuaſorem, tunc peccat venialiter, ex hoc homicidio efficitur irregularis.

Aliqui in foro Eccleſiæ iudicantur irregulares qui in foro conſcientiæ non ſunt tales.

Tandem eſt obſeruandum, quod ea quę diximus vſque modo, pro dubij deciſione loquuti ſumus Theologicè in foro conſcientię, & coram Deo, vt confeſſarij ſciant iudicare de irregularitate pro caſibus occurrentibus in conſcientia, ne errent in officio ſuo; dupliciter enim poteſt tractari iſta quęſtio, Theologicè, ſcilicet, in foro interiori conſcientię, & in foro exteriori Eccleſiaſtico, in quo ſępe numero proceditur ex præſumptione iuris, pręcipuè circa irregularitatem, declarando aliquos eſſe irregulares, qui in foro cõnſcientię tales non ſunt, nec in hoc errat Eccleſia, quia in tali foro debet procedere per allegata, & probata ex pręſumptione aliquando, vnde quando Eccleſia, ex Conſilio Canoniſtarum declarat aliquos eſſe irregulares etiam ſi non ſint tales in conſcientia, & coram Deo, debent ſe gerere in exteriori, tanquam irregulares, ſub pœna peccati mortalis, debent enim obedire Eccleſię ſic iudicanti, probatur hoc, quia excommunicatus iniuſtè in foro exteriori, debet ſe gerere tanquam excommunicatus in foro iſto exteriori, etiam ſi coram Deo non ſit excommunicatus. His ſtantibus ſoluenda eſt inſtantia partis negatiuę dubij.

Inſtan-

Digitized by Google

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

EX iam dictis (dicit Theologus) adeſt reſponſio impugnationi, quia concludit ſimpliciter, ſed non ſemper, verificatur in foro exteriori Eccleſiæ, quæ procedit iuridicè, & ex præſumptione, & in hoc reſpicit decentiam in ordine, ad ſacros ordines. Hæc ſint pro dubio iſto addatur aliud.

Dubium Sextum.

LEctor in hoc dubio quærit, An per mutilationem membrorum homo efficiatur irregularis, & ordine ſolito proponit rationes pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, quod habetur ex terminatione Eccleſiæ non eſt ponẽdum in difficultate ſed in clementina vnica de homicidio comparantur mutilatio, & homicidium inter ſe quantum ad irregularitatem, ergo mutilans ſicut occidens efficitur irregularis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale ratiocinium formatur, ex diuina ſcriptura dicente, ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus, ſed delictum homicidij eſt grauius incomparabiliter delicto mutilationis, ergo grauius eſt puniendum, ſed punitio homicidij in foro Eccleſiæ eſt irregularitas, ergo irregularitas, non erit punitio mutilationis, ſed aliqua pœna inferior, ergo homo per mutilationem, non efficitur irregularis.

Dubij deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro dubij deciſione, tria facit, Primo diſtinctionem ponit de membrorum mutilatione, Secundo iuxta membra diſtinctionis duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias prout opponuntur veritati. Quoad primum ſciendum eſt, quod ſecundum iura habemus, quod mutilans, ideſt ſcindens membrum corporis eſt irregularis. Inquirendum eſt igitur, quænam ſunt membra corporis humani pro quorum abſciſione, homo efficitur irregularis, hoc difficile eſt cognoſcere propter varietatem opinionum. Nihilominus, quia hic non eſt locus diſputandi hanc materiam, breuiter quæ ad propoſitum noſtrum faciunt adducemus.

Membrũ dicitur illa pars corporis qua exercetur ſpiritualis, & diſtincta operatio ad perfectionẽ totius ordinata.

Membrum corporis humani, dicitur pars illa corporis (ex Couaruuia apud Banẽſem) qua exercetur ſpecialis, & diſtincta operatio ad perfectionem totius ordinata. v. g. Pes ad ambulandum. Manus ad operandum. Oculus ad videndum &c. Quidam dicunt, quod virilia, ideſt genitalia non ſunt membra diſtincta, ſed iſti errant, quoniam genitalia ordinata ſunt à natura ad ſpecialem operationẽ, ſcilicet, ad generandum ſibi ſimile, quæ eſt maxima perfectio viuentis. Alij dicunt, quod mammillæ mulierum non ſunt membra, quia non habent ſpecialem operationem, ſed & iſti decipiuntur, quia propterea operatio mammillarum mulierum eſt decoquærere ſanguinem quouſque in lac neceſſarium ad nutrimentum infantis conuertatur, operatio vtique per multo neceſſaria ad perfectionem humanæ ſpeciei. Digitus, eadem ratione eſt membrum diſtinctus ab alijs dicat Banenſis quicquid ſibi placet, hoc in loco contra Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, & contra Magiſtrum Dominicum à Soto, & probamus intentum noſtrum, eodem modo, quo ipſe probat genitalia, & mammillas eſſe membra diſtincta. Nam digiti habent operationem diſtinctam ſpecificè ab operatione cuiuſcunque alterius membri corporis, ſcilicet, habent operationem palpandi, ſibilandi, ſcribendi, & regulandi operabilia omnia, vt patet ad ſenſum, ergo ſunt membra diſtincta ab omnibus alijs membris corporis humani, ex his enim ad concluſiones noſtras deſcendere poſſumus, vt doctrina iſta clarius percipiatur.

Mutilans ſeu ſindens perfectum mẽbrũ corporis humani efficitur irregularis.

Concluſio prima, Qui abſcindit alteri, vel ſibi membrum perfectum, puta manum pedem, membra genitalia, mammillas, eruit occulum, vel quid ſimile, eſt irregularis. Concluſio iſta habetur in genere ex clementina illa adducta pro parte affirmatiua dubij, vbi comparatur mutilatio ad homicidium quantum ad irregulasitatem, excepto quando mutilatio fit cauſa ſanitatis ex conſilio medicorum, vnde mutilans hac de cauſa nõ efficitur irregularis. Probatur etiam ratione concluſio iſta, irregularis dicitur ille, qui abſcindit mẽbrum quo exercetur ſpecialis operatio ad perfectionem totius, diſtincta, ordinata, ergo qui abſcindit ſibi, vel alio manũ, pedem, genitalia, eruit oculum, vel quid ſimile, eſt irregularis, valet conſequentia, quia quodlibet iſtorum membrorum habet propriam operationem diſtinctam ſpecificè, ab operatione cuiuſcunque alterius membri, prout oſtendit Apoſtolus. Rom. 12. quo in loco dicit, ſicut enim in vno corpore, multa membra habemus, non autem omnia membra eundem actum habent, ecce, quod per Apoſtolum quodlibet membrum habet ſuum proprium actũ, ergo qui abſcindit membrum habens diſtinctum actum ab alio membro, irregularis efficitur, vnde ſi quis abſcinderet genitalia ab homine, vel mammillas à muliere fieret irregularis, quoniam membra iſta habent proprium actum, ſimiliter, qui abſcindit digitos præcipuè principales, ſcilicet, policem, & acceſſorium illi, quia & ipſi habent proprias operationes diſtinctas ab actionibus aliorum membrorum, per maximè neceſſariorum.

Homo p amputationẽ mẽbrorũ nõ nulto neceſſariorũ ad vſũ humanũ nõ efficitur irregularis licet peccat etiã mortaliter.

Concluſio ſecunda, per amputationem membrorum imperfectorum non ita neceſſariorum vſui humano, licet homo peccat mortaliter, non efficitur irregularis. Concluſio iſta ex oppoſito comprobatur quo ad ſecundam partem, quia operationes ſuæ non ſunt omnino neceſſariæ vſui humani corporis, vnde qui abſcindit auriculam alteri, ſcilicet, cartilaginem extrinſecam, non manet irregularis, quia non abſcindit organum auditus, ſimiliter non efficitur irregularis qui abſcindit digitum pedis, vel auricularis manus, quia ſine his homo poteſt operationes ſuas exercere, ſimiliter

non

Digitized by Google

non efficitur irregularis ille, qui percuſſione, vel læſione atefecit in aliquod membrum non, valde neceſſarium, vel membrum alterius inutile redditque (licet aliqui oppoſitum dicant) nihilominus concluſio noſtra, ratione conſolidatur irregularitas eſt impedimentum iuris, ergo non incurritur niſi in caſibus expreſſis in iure. At iura non dicunt ſi quis membrum attrefecit, vel reddetit membrum inutile, manebit irregularis, ſed ſi quis mutilabit membrum erit irregularis. At mutilare propriè, ex gloſa ſuper Clementina cap. Si furioſus eſt membrum omnino ſeparare à corpore, & intelligitur de membro perfecto, vt declaratum eſt, ergo homo qui abſcindit membrum imperfectum non omnino neceſſarium vſui humano, vel attrefacit membrum perfectum, vel reddit illud inutile, non efficitur irregularis. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ vtriuſque partis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. THeologus ex iam dictis ſolnit inſtantias, pro vtraque parte dubij. Ad illam pro parte affirmatiua dicit, quod mutilans membrum perfectum corporis humani efficitur irregularis, & talis mutilatio comparatur homicidio in ordine ad irregularitatem. At mutilans membrum non multo neceſſarium ad vſum corporis humani licet peccat mortaliter, non efficitur irregularis, de iſto non loquuntur iura.

Ad inſtantiam pro parte negatiua idem Theologus dicit, quod licet mutilans, & homicida in ordine ad irregularitatem de pari iudicantur, tamen quo ad alias pœnas grauius punitur homicida, mutilante, & in hoc ſeruatur ordo legis diuinæ, ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus, & in foro Eccleſiaſtico, & in foro ſeculari. Hæc ſint pro dubio iſto, ad aliud procedamus.

Dubium vltimum.

LEctor in hoc dubio quærit, An irregularitatis diſpenſatio præcipuè propter homicidium ſeruata ſit Papæ. Rationes ſunt vndique.

Pro parte affirmatiua, eſt Conſilium Trident. Partis affirmatiuæ probatio. ſeſſione 24. art. 6. vbi dicitur, liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario) diſpēſare, ecce quod Epiſcopus diſpenſare non poteſt ab irregularitate homicidij voluntarij, ad quam reducitur manifeſtè irregularitas orta ex occiſione hominis iuſta, & licita.

Pro parte negatiua eſt Illuſtriſſimus Dominus Partis negatiuæ probatio. Caietanus in ſumma verbo irregularitas, quo in loco dicit hæc verba. Ille qui habet facultatem ad tollendam irregularitatem, quæ oritur ex homicidio caſuali, habet etiam facultatem ad tollendam irregularitatem prouenientem ex occiſione voluntaria (licita tamen) non obſtante, quod in tali conceſſione prohibeatur diſpenſatio ſupra irregularitatem prouenientem ex homicidio voluntario, & probat intentum ſuum tali ratione, limitatio iſta tantum habet locum in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario iniquo. Ratio eſt, quia huiuſmodi occiſio propriè, & ſimpliciter vocatur homicidium. Hanc partem tenet Armilla in verbo irregularitas. Couaſruuias ſimiliter in ſecunda parte, alia ratione tamen, ſcilicet, quia homicidium, quod committitur ſine culpa caſuale reputatur, ex ſententia iſtorum Doctorum concludendum eſt, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper omni irregularitate proueniente ex homicidio caſuali, ex conceſſione ſibi facta in decreto Concilij, & quod exemptio quam facit Concilium intelligitur tantum de homicidio voluntario, quod eſt peccatum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa dubium iſtud tria facit, Primo declarat aliqua ad maiorem intelligentiam dicendorum, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ, deſcendamus ad primum.

Vt igitur percipere poſſimus ad quem pertinet diſpenſare ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, videndum eſt ſi irregularitas contineatur ſub nomine cenſurarum, & ſi quando in bullis ſummorum Pontificum præcipuè in bulla cruciatæ conceditur authoritas abſoluendi à cenſuris, ſi intelligatur etiam ab irregularitate.

In primis dicimus, quod duplex eſt irregulari- Duplex irregularitas prima contracta ſine culpa, ſecunda contracta ex culpa, ſecunda eſt cenſura, prima autem non.
tas, vna quæ incurritur propter culpam, aliqua quæ incurritur ſine culpa, ſine culpa eſt illa, quæ incurritur propter bigamiam, propter effuſionem iuſtam ſanguinis, cum culpa, vt in homicidio voluntario, vt celebrare in excommunicatione, & in his caſibus incurritur quis in irregularitatem propter peccatum mortale, vel veniale. Nomine cenſuræ intelligimus tantum illa quæ incurritur propter culpam, vnde cenſura propriè loquendo eſt quædam notatio, & punitio propter aliquam culpam, ergo iſtę irregularitates ueniunt intelligendæ nomine cenſuræ, & non aliæ, quando igitur in quibuſdam bullis dicitur, quod confeſſarius abſoluere poſſit ab omni excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, & ab omnibus alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ſcilicet, irregularitatibus latis, uel contractis propter culpam. Non enim inuenitur alia cenſura ab illis tribus nominatis niſi irregularitas quæ incurritur propter culpam. Probatur hoc ratione. In quibuſdam bullis cruciatæ olim dum numerabantur caſus, qui concedebantur confeſſoribus, ponebatur talis exceptio, ſcilicet, excepto homicidio uoluntario, ergo omnes aliæ irregularitates propter culpam concedebantur confeſſoribus, quibus committebatur facultas abſoluendi ab ipſis culpis.

Obſeruandum eſt etiam, quod homicida, uel mutilans, non manet irregularis, quia iniquè, uel iniuſtè occidit, uel mutilat, ſed quia facit hoc uoluntariè, propterea tam homicida, & mutilans iniquè, quam iudex iuſtè procedens in morte impiorum eſt irregularis, quia eſt homicidium uolunta-

Vbi in bullis conceditur cõfeſſariis authoritas abſoluendi à cẽſuris, intelligitur cuã ab irregularitate cõtracta propter culpam.

limitarium, quando Innocentius tertius, in bulla cruciatæ loquitur de aliis cenſuris nihil dicit de irregularitate, & hoc facit duplici de cauſa. Primo, quia irregularitas non eſt cenſura, ſecundum totam ſuam latitudinem, vt patet de irregularitate bigami, & homicidij iuſti, vel caſualis. Secundo, quia ibi Pontifex ſolum intendebat numerare illas cenſuras quibus iudices Eccleſiaſtici ſolent compellere rebelles, irregularitas eſt cenſura non poſita ab aliquo iudice, vel lata, ſed ab ipſo iure, ideo non oportebat, quod Summus Pontifex de irregularitate mentionem faceret, quia ſub nomine cenſuræ intelligebatur, immo quotieſcunque conceditur in curia facultas abſoluendi ab omni cenſura, conceditur facultas abſoluendi etiam à quibuſcunque irregularitatibus, quæ nihil aliud ſunt quam cenſuræ propter aliqua peccata, & Confeſſarius abſoluendo ab his cenſuris, quæ ſunt pœnæ propter culpam, bene poteſt vti verbo abſolutionis dicendo, ego te abſoluo ab omni cenſura irregularitatis, immo inquit Magiſter Dominicus Banenſis modo licet dicere, ego diſpenſo tecum; ſuper irregularitate, niſi fortè ex ſpeciali mandato, ſeu commiſſione ſui Prælati ſibi fuerit commiſſa diſpenſatio. His pro fundamento poſitis, ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Summus Põtifex tantum poteſt diſpenſare ab irregularitate proueniente ex homicidio volũtario & iuſto.

Concluſio prima, Solus ſummus Pontifex poteſt diſpenſare ab irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, etiam iuſto. Concluſionem iſtam ponit Nauarus, & Banenſis, & habetur ex Sacro Concilio Trid. vt in argumento pro parte affirmatiua dubij, & probatur ſic.

Concluſio iſta, Nam vt ex ſupradictis patet, nomine homicidij voluntarij in iure canonico, quantum ad materiam irregularitatis comprehenditur occiſio hominis (etiam iuſta, & licita.) Ratio quia talis occiſio iuſta, & licita eſt voluntaria, procedit enim à recta voluntate, cum ergo ab irregularitate homicidij voluntarij nullus Epiſcopus diſpenſare poſſit, ergo nullus illorum diſpenſare debet ſuper hac irregularitate, ſicut neque ſuper irregularitate bigamiæ. Ratio huius rei eſt, quia exemptio illa facta in concilio intelligitur de omni irregularitate contracta ex omni homicidio voluntario occulto, & non occulto, vnde ſicut Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate Bigamiæ, ita non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate cuiuſcunque homicidij voluntarij iuſti, vel iniuſti. Cum quodcunque illorum ſit homicidium voluntarium, & non caſuale, Nec mirum ſi de homicidio iuſto oppoſitum dixerunt Caietanus Illuſtriſſimus, & Armilla, quoniam iſti fuerunt ante Concilium Tridentinum. Stare ergo debemus in noſtra concluſione, ſine detrimento honoris Illuſtriſſimi Domini Caietani, & Armillæ.

Nullus Epiſcopus habet authoritatẽ diſpenſandi ab irregularitate contracta ex homicidio occulto, quo ad ordine ſacros & bene fieri Eccleſiaſtici.

Concluſio ſecunda, Ante Concilium Tridentinum neque poſt conceſſa fuit Epiſcopis authoritas diſpenſandi ab irregularitate homicidij voluntarij occulti, licet oppoſitum teneat Alphonſus de Caſtro libro ſecundo, de lege pœnali, ſcilicet, ad ſuſcipiendos ordines ſacros, probabile tamen eſt inquit Banenſis, quod ante Concilium Tridentinum poterant Epiſcopi diſpenſare quo ad ordines minores ſuſcipiendos, & eſt ſententia Nauarri, & Couaruuiæ, etiam probabile eſt, quod ante Concilium Epiſcopus poſſet diſpenſare quantum ad beneficium ſimplex retinendum, & de nouo obtinendum, & forſitan quo ad officium curatum retinendum. Poſt Concilium tutius eſt tenendum, quod Epiſcopus diſpenſare non poſſit ab irregularitate homicidij voluntarij etiam occultiſſimi, neque quo ad ordines ſuſcipiendos, neque quo ad beneficium ſimplex, vel curatum retinendum, neque quo ad beneficium de nouo obtinendum. Obſeruandum tamen eſt, quod in Concil. Trid. declaratum fuit, id quod erat obſcurum de homicidio occulto, & vltra hoc conceſſum eſt facultas Epiſcopis diſpenſandi in multis irregularitatibus, in forro conſcientiæ, ſuper quibus antea facultatem non habebant, & vltra hoc conceſſa eſt illis facultas in multis caſibus ſeruatis Summo Pontifici, Confeſſarij autem quando abſoluunt pœnitentes virtute bullarum, vel priuilegiorum attendant præcipuè in irregularitatibus, ne mittant falcem in meſſem alienam, & niſi authoritas ſit ſibi manifeſtè conceſſa, non ſ. ingerant, ſed mittat illos ad ſuperiores, ne abſoluendo alios ab his, quæ abſoluere non poſſunt ligant ſe, & alios coram Deo. His ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Irregularitas põt diſpẽſari dupliciter in foro cõſcientiæ, & in foro exteriori.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ex iam dictis, inquit apparet ſolutio inſtantiæ partis negatiuæ negamus enim, quod idem ſit iudicium, de homicidio voluntario occulto, etiam iuſto, & de caſuali, homicidium etiam iuſtum voluntarium eſt propterea ſolus Papa diſpenſare poteſt ab irregularitate illius, nec in hoc eſt aliud dicendum, ſed ſupponere nos debemus terminationi Sacri Concilij, Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta caſus partis affirmatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Lamech occidendo Caim effectus fuit irregularis, q̃a non adhibuit diligentiã debitam.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo cum D. Thom quod Lamech, non euaſit reatum homicidij, quia non adhibuit ſufficientem diligentiam ad euitandum homicidium Homicidium vtique fuit caſuale, prout habetur 4. Geneſeos. Nam cum Lamech inter venandum occidit Caim latentem putans ſe feram occidere, ſed quia non ſatis circumſpexit, an eſſet fera, vel homo, vel caruit diligentia, quoniam cum eſſet cecus (vt dicunt quidam) debet præcipere puero ſuo, vt diligenter videret, ſi eſſet homo, vel ferra, quia hanc diligentiam non fecit, vel à ſeipſo, ſi poterat, vel mediante puero ſuo, quod

non fecit, reus fuit homicidij occidendo Caim caſualiter.

Inſurgit Lector, & format ſecundum argumentum dicendo; In 21. Exodi punitur homicidium caſuale, ergo homo per homicidium caſuale incurrit reatum homicidij. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur. Ibi enim dicitur, qui percuſſerit mulierem prægnantem, & abortum fecerit, ſi mors eius fuerit conſequuta, reddat animam pro anima, ſed hoc eſſe poteſt abſque intentione occiſionis, ergo homicida caſualis punitur pœna homicidij.

Argumenti ſolutio. Vir percutiēs mulierē prægnantē pugno ſi moriens eſt irregularis, & homicida.

Huic argumento ſatisfacit Theologus dicendo, quod ille, qui percutit mulierem prægnantem pugno, dat operam rei illicitæ, propterea ſi ſequatur mors mulieris, vel puerperij animati non effugit homicidij crimen, præcipuè cum ex tali percuſſione certum ſit, quod mors ſequatur, ſi hoc aduertit peccat mortaliter, ſi inaduertenter hoc facit, poteſt accuſari in parte, quo ad vtramque, vtroque modo tamen ſit irregularis.

Argumētum tertium.

Tandem argumentum ergit Lector dicendo, in decretis d. 50. inducuntur plures canones quibus caſualia homicidia puniuntur, ſed pœnæ non aſſignantur niſi propter culpam, ergo ille, qui caſualiter hominem occidit, incurrit homicidij reatum.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit huic argumento, quod ſecundum canones ponuntur variæ pœnæ, his qui caſualiter occidunt, vel quia dant operam rei illicitæ, vel quia non adhibent debitam diligentiam actionibus ſuis. Iſta enim homicidia per accidens voluntaria ſunt, & non caſualia. Sacri enim canones neminem irregularitatis ſententia condemnāt, niſi eum, qui operam rei illicitæ dederit, vel eum qui in re licita fuerit negligens. Hæc ſint pro caſu, & diſputatione iſta.

DISPVTATIO PRIMA in littera I.

De iudicio temerario.

LEctor in hac diſputatione proponit duos caſus diſputandos, cum nonnullis dubijs ab ipſis egredientibus.

In caſu ergo inquirit Lector, vtrum iudicium temerarium ex leui ſuſpitione ſumptum, ſit peccatum mortale.

In dubio autem inueſtigat ſi ſuſpitio non egrediens extra limites quo ad vtramque partem, dum cauſat iudicium temerarium, ſit peccatū mortale.

In primo caſu quærit Lector, vtrum iudicium temerarium ex leui ſuſpitione ſumptum, ſit peccatum mortale, & format argumentum pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumentū, Illud non eſt licitum, ſed eſt peccatum mortale, quod à Chriſto Domino prohibetur, & quod à Sanctis condemnatur, ſed iudicium temerarium procedens ex ſuſpitione eſt tale, ergo non eſt licitum, ergo eſt peccatum mortale, vel ſaltem veniale. Maior propoſitio eſt clara de ſe. Minor probatur, dicit Dominus Matth. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, & Apoſtolus 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, & D. Chriſoſt. De Clericis Domini ſententiam dicit, Dominus hoc mandauit, non prohibet Chriſtianis ex beneuolentia corripere, ſed ne per iactantiam corripere, ſed ne per iactantiam iuſtitiæ ſuæ Chriſtiani Chriſtianos deſpiciant, & ſolis plerumque ſuſpicandi dicentes cæteros, & condemnantes, ergo iudicium ex ſuſpitione, eſt peccatum iudicij temerarij.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua taliter argumentatur. Illud eſt licitum etiam ſine peccato, quod fit ſecundum quod exigit cauſa rei de qua tractatur, ſed iudicium ex ſuſpitione, quod ſolet vocari temerarium procedit ſecundum exigentiam naturæ rei de qua fit iudicium, ergo tale iudicium licitum eſt, & ſine peccato. Maior propoſitio clara eſt de ſe. Minor probatur, Suſpitio eſt opinio incerta de aliquo malo, prout docet Ariſt. 6. Ethic. cap. 3. tom. 5. quo in loco dicit, quod ſuſpitio ſe habet ad verum, & ad falſum, ſed de ſingularibus contingentibus non poteſt haberi opinio niſi incerta, ergo per iudicium humanum, quod eſt circa actus humanos, qui ſunt in ſingularibus contingentibus, non poteſt haberi opinio niſi incerta, ergo etiam, quod eſſet non erit peccatum, valet hoc, quia alioquin nullum iudicium humanum eſſet licitum, ſi ex ſuſpitione iudicare non liceret.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum quatuor facit. Primo ponit aliqua fundamenta valdè neceſſaria. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio proponit, & ſoluit dubium, Quarto, & vltimo reſpondet argumentis partis negatiuæ caſus.

Quo ad primum obſeruandum eſt, pro intelligentia difficultatis modò tactæ, licet difficilis, ſit valde neceſſaria ad humanum vſum, vt cognoſcere poſſimus naturam huius iudicij temerarij, & quando ſit peccatum mortale, & quando veniale, vt igitur doctrina ſit clara, ſupponenda ſunt aliqua fundamenta, & declaranda. In primis enim inueſtigandum eſt, quid eſt iudicium temerarium, vel ſuſpitio. Secundo loco inquirere eſt neceſſe vnde ortum habet quod homo ſæpiſſimè in iudicando erret. Quo ad primum D. Thom. 22. q. 60. dicendum eſt inquit, quod iudicium ſecundum ſuam primam impoſitionem, importat determinationem rectam iuſtorum, id eſt eorum, quæ iuſta ſunt, ampliato vocabulo extenditur ad ſignificandam omnem determinationem in quibuſcumque, ſiue in ſpeculatiuis ſiue in practicis, in quo ſenſu dicitur, quod cœcus non iudicat de colore, nec infirmus habens guſtū infectū iudicat de ſapore.

Iudicium importat determinationē rectā iuſtorū, & ſumitur largè & ſtrictè.

Item iudicium prout eſt actus iuſtitiæ tripliciter redditur vitioſum, Primo cum quis iudicat

de

Iudiciũ tripliciter redditur vitioſum, primo ex parte poteſtatis iudicis, ſecundo ex modo procedendi, tertio ex leuibus iudicando.

de his in quibus non habet poteſtatem, puta cum quis in iudicio examinat cauſam eius qui non eſt ſibi ſubditus, & condamnat, vel abſoluit per ſententiam. Puta cum Iudex laicus iudicat clericum (abſque authoritate delegata) vel condamnat eum, quod non eſt ſibi ſubditus, & hoc dicitur iudicium vſurpatum.

Secundo iudicium redditur vitioſum, quando Iudex non iuſtè iudicat, quando condamnat innocentem, & iuſtificat nocentem. Iudicium iſtud vocatur iudicium vitioſum, quia non reddit vnicuique quod ſuum eſt, & contra legem, & iuſticiam, iudicat amore ductus, odio vel cupiditate, ſeu negligentia culpabili, tale iudicium vocatur, iudicium peruerſum, & iniuſtum.

Tertio modo iudicium redditur vitioſum, cum quis procedit ad iudicandum de aliquo, ex leuibus ſignis, & cauſis non ſufficientibus ad cognitionem facti, & dicitur iudicium ſuſpicioſum, vel temerarium, & iudicium iſtud vitioſum eſt illud, quod quærimus in præſenti caſu, de quo loquitur Apoſtolus 1. Cor. 4. dicendo. Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus. Huius vitij penne inquit D. Chriſoſtomus nullus reperitur immunis, ſed clericus, & religioſus, & laicus. Rector, & ſubditus eo inuoluitur, & quia tale crimen eſt, illud prohibet Dominus dicendo, Lucæ. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare &c.

Secundum fundamentum, ſcilicet, ex quibus ortum habet error in iudicando, dicimus, quod hoc prouenit, quia ex ſimplici ſuſpitione quis procedit ad iudicium, vnde Angelicus Doctor. 22. quæſt. 60. art. 3. dicebat, quod Tullius loquens de ſuſpitione ſic dicebat, ſuſpitio importat opinionem mali, quando ex leuibus indicijs quis procedit, ex tribus dicit D. Thom. contingit ipſa ſuſpitio, primo, quia ille qui ſuſpicat, vel iudicat, malus eſt, & ex his, quaſi conſcius ſuæ malitiæ faciliter de alijs mala opinatur, quod confirmat Eccleſiaſticus 10. dicendo. In via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtimat. Auarus cum ſit aſſuetus fraudibus, & mendacijs in vendendo, & emendo, omnes vendentes, & ementes credit ſimilia facere. Luxurioſus qui ad luxuriam pronus eſt, & quærit occaſionem luxuriandi, iudicat omnes per hanc viam ambulare, & ſic de ſimilibus eſt dicendum. Attamen non ſequitur, quod ſi ille ſit malus, quod alij mali ſint, & dato, quod non eſſent boni, non ſemper tendunt ad malum, vel non ſemper operantur mala intentione. Secundo modo oritur ſuſpitio ex malo affectu, cum enim quis contemnit, vel odit alium, vel inuidet &c. ex leuibus ſignis opinatur malè de ipſo, quia vnuſquiſque faciliter credit, quod appetit. Cum igitur male affectus alteri appetat tale malum, promptus eſt ad cogitandum malum de illo, hoc affirmat D. Hieronymus loquendo de inuidia dicit. O inuidia primum ſui mordax, quid pro nephas, nomine Chriſti, relicta trabe in oculo proprio, in alieno feſtucam quærat: hac de cauſa inuidi de leuibus defectibus iudicant, & condamnant eos quibus inuident. Tertio modo prouenit ſuſpitio ex longa experientia, prout inſinuat Phyloſophus 2. Rhotoricorum cap. 13. parum à principio tom. 6. ubi dicit, quod ſenes ſunt maximè ſuſpitioſi, quia multoties experti ſunt aliorum defectus. Has tres ſpecies ſuſpitionis ponit Angelicus Doctor ibi. Magiſter Dominicus à Soto. lib. 3. de iuſt. & iure. q. 4. art. 3. vltra has ſpecies aſſignat quatuor gradus ſuſpitionis, & per optimè declarat illas.

Suſpitio importat opinionem mali ex leuibus iudicijs, & fit triplicitet

Quatuor ſunt gradus iudicii temerarii ſeu ſuſpitionis, à quibus elicitur iudiciũ temerariũ

Primus gradus ſuſpitionis, eſt dubietas, quando animus manet in ſua dubietate non præbens aſſenſum neutri parti contradictionis. v. g. ſi anceps hæreas, an proximus tuus aliquo ſordeſcat crimine, nullum tamen proferens aſſenſum affirmatiuum, vel negatiuum, huiuſmodi ſuſpitio iudicium temerarium eſſe non poteſt, quia in illa nullum adeſt iudicium. Secundus gradus ſuſpitionis, eſt per aſſenſum vnius partis cum formidine alterius, talis ſuſpitio apud Phyloſophos, vocatur opinio, & iſte eſt primus gradus ſuſpitionis apud D. Thom. Tertius gradus ſuſpitionis apud Magiſtrum Sotum, qui ſecundus eſt apud D. Th. eſt, quando quiſque pro certo, malitiam alterius exiſtimat ex leuibus iudicijs, iſte gradus licet à Doctore Sancto ſuſpitio vocetur, tamen habet neſcio quid plus, vt patebit modo. Quartus, & vltimus gradus ſuſpitionis, qui tertius eſt in via D. Thom. peculiariter pertinet ad publicum iudicium, qui dum ex talibus leuibus ſuſpitionibus, abſque legitimis teſtimonijs ſententiam condemnationis, vel abſolutionis in quempiam profert.

Nomen ſuſpitionis tria includit primũ aſſenſum cum formidine, ſecundum qualitatem obiecti, tertiũ quod naſcatur ex leuibus.

Tertium notandum eſt, quod nomen ſuſpitionis tria denotat, Primum vt dictum eſt aſſenſum cum formidine, ita quod taliter aſſentiat vni parti, vt non omnino firmus eſt, ſed vacilat circa alteram partem. Secundo denotat qualitatem obiecti, nam licet opinio ſit indifferens ad bonum, & ad malum, tamen, ſuſpitio latiuè malum ſonat, dicitur enim quis in ſuſpitionem venire, aut ſuſpitione laborare, quando ſiniſtra de illo concipitur, vel habetur opinio. Si ſuſpitio ſit in bona parte, non dicitur ſuſpitio, ſed bona exiſtimatio. Tertio conotat, quod talis ſuſpitio ex leuibus oriatur cauſis, puta cum de ſecretis cordium, aut de occultis tenuas coniecturas habemus, quæ ſuſpitiones de ſe generare nõ poſſunt, niſi ob noſtram leuitatem, vel animum infectum, quæ ſuſpitio ingreditur lineam temerarij iudicij, temerarium opponitur prudentiæ, vnde temerarium idem eſt, quod conceptum iudicium inconſultò, & ſine legitima cauſa. His pro primo puncto, ſcilicet, pro fundamento doctrinæ poſitis, veniendum eſt, ad ſecundum, ſcilicet, ad poſitionem concluſionum.

Iudiciũ temerariũ id eſt quod iudiciũ inconſultè cõceptum abſq; legitima cã. Suſpitio mali de proximo ſuo ex leuibus de genere ſuo veniale peccatum eſt non autẽ mortale.

Concluſio prima. Suſpitio vitium quoddam importat, & quanto magis procedit ſuſpitio, tantó magis eſt vitioſa. Concluſio iſta ſic probatur, quia vt habetur ex ſecundo fundamento, talis ſuſpitio prouenit, vel ex hoc quia ſuſpicans, in ſeipſo ma-

lus eſt, vel quia eſt malè affectus ad alterum, vel ex longa experientia, talis ſuſpitio apud Magiſtrum Dominicum à Soto loquendo de primo gradu ſuſpitionis, de genere ſuo eſt peccatum veniale, & leue, prout affirmat Angelicus Doctor dicendo, quod pertinet ad tentationem humanam, ſine qua vita iſta non ducitur, tale iudicium non eſt mortale niſi ex ſuis cauſis, vel aliunde procedat, quod autem ſit peccatum, oſtenditur ſic, ex iure naturali vnuſquiſque habet, vt bonam extimationem habeat de quocunque quoaduſque legitima teſtimonia ſua manifeſtent delicta, ſed qui ex leuibus malam ſuſpitionem habet violat ius iſtud commune, ergo peccat. Secundo, ſuſpitio iſta eſt nociua; quia eſt cauſa minoris exiſtimationis proximi, & affert periculum, vt deſpectui, & odio habeatur, & teneatur pro infami, ergo eſt peccatum talis ſuſpitio mala de proximo ſuo, quod autem non ſit peccatum mortale de genere ſuo, ſic probatur. In primis talis ſuſpitio non expellit charitatem, cum dicat D. Thom. quod talis ſuſpitio pertineat ad humanam tentationem ſine qua vita noſtra non ducitur, prout manifeſtat gloſa D. Auguſtini 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo in loco dicit, quod huiuſmodi ſuſpitiones vitare poſſumus quæ leuioris ſunt culpæ ſine adhæſione aſſiſtere quam per illam ſuſpicari,

Quod autem ſuſpicatio ex cauſa poſſit eſſe mortalis culpa, probat Magiſter Dominicus à Soto ſic, dicit enim triplici de cauſa huiuſmodi ſuſpitiones (quas legitimè congeturæ non generant) oriuntur in homine, Primo ex ſua prauitate, qualis enim quiſque eſt tale fert de alijs iudicium, vt diximus ſupra, ſecunda radix eſt odium, quod facit, vt minimum malum in proximum appareat magnum in oculis odientis, hæc enim ſuſpitio poteſt cauſare peccatum mortale, præcipuè ſi ſit de re graui, tertia cauſa ſic ſuſpicandi eſt experientia longa, quæ licet ex ſe excuſat à peccato mortali, aliquando tamen non excuſat, ex quibus apparet, quod licet ſuſpitio ex ſe non ſit peccatum mortale ex ſuo genere, poteſt tamen eſſe mortale propter grauitatem materiæ, peccaret enim mortaliter, qui ex leuibus indicijs inductus, ſuſpicaret aliquem eſſe hæreticum, aut crimen nefandum commiſiſſe, vel ſi quis videret aliquem virum (bonæ famæ, vel quem ignorat cuius conditionis ſit) loqui cum muliere, quam non cognoſcit, in loco honeſto, & modo honeſto, & modeſtè tractare, & firmiter æſtimat eos de turpibus loqui; vel praua intentione, vt inducat ad malum mulierem illam, Talis ſuſpitio peccatum mortale eſt, quia ſi agerent hoc modo quo ipſe ſuſpicat ex ſui natura, eſt mortale; ergo ſuſpitio eſt mortalis, quia venit ſine cauſa vigenti, & in re graui, contra honorem, & famam proximi,

Suſpitio ex ſui natura nõ eſt peccatum mortale, põt tamen eſſe mortaliter peccatum ex grauitate materiæ.

Vt igitur materia iſta magis percipiatur, Lector Theologus cum Magiſtro Dominico Banenſi declarat quid ſit materia grauis, & quæ nam dicantur iudicia leuia, inquit enim materia grauis cenſetur illa ex qua valdè contemnitur proximus. Peccatum circa hanc materiam, vt communis opinio eſt, regulariter eſt peccatum mortale, dantur tamen caſus in tali materia, in quibus non eſt peccatum mortale. Vlterius dicit, quod neque omne peccatum mortale ſuſpitionis, eſt in materia graui, hoc oſtenditur exemplariter. v.g. ſi quis conciperet de aliquo qui inter viros ingenuos haberi ſolet, ex leuibus indicijs eſſe natum ex vili ſanguine. Iſta ſuſpitio dicitur circa materiam grauem, tamen non eſt peccatum mortale, cum nullum mortale ſuſpicatur de proximo. Item ſi quis ex leuibus ſuſpicaretur aliquem virum probum in conſuetudinem duxiſſet mentiri in collocutionibus familiaribus, quamuis mendatio iſta non ſit peccatum mortale, erit tamen materia grauis reſpectu perſonæ circa quam habetur talis ſuſpicatio. Deinde ſi quis ſuſpicaretur de viro profano, quod inhoneſto amore proſequeretur fœminam, quamuis inhoneſtus amor ſit peccatum mortale, tamen reſpectu talis perſonæ hæc non cenſetur materia grauis, quia talis ſuſpitio non reputatur iniuria apud talem hominem, ecce quod datur materia grauis circa quam ſine peccato mortali, & peccatum mortale extra materiam grauem, vnde inquit Magiſter Dominicus Banenſis (& bene quidem) grauitas materiæ in hac parte, non eſt ſecundum ſeipſam expectanda ponderandaque, ſed per reſpectum ad perſonam cui applicatur per ſuſpitionẽ, aut iudicium, ratio eſt, quia quod graue reputatur reſpectu vnius perſonæ, leuiſſimum eſſe poterit reſpectu alterius.

Materia grauis in qua ſuſpitio mortale peccatum eſt dicitur illa in qua proximus valde cõtemnitur.

Circa inditia leuia lex generalis eſt. Illa reputari leuia moraliter loquendo, quæ non ſufficiunt ex ſeipſis mouere animum viri probi, & prudentis ad ſuſpicandum malum de proximo in particulari. In particulari leuitas, vel grauitas mediorum ex multis penſanda eſt, Primo ex proportione ipſorum ad illud malum, quod iudicant. Indicia reputantur ſigna, & malum ipſum (de quo eſt ſuſpitio) reputatur ſignatum, Secundo debet haberi reſpectu ad materiam circa quam, verſantur illa iudicia. Nam iudicia quæ in materia non multum graui cenſentur ſufficientia, in materia grauiſſima, vt in crimine hæreſis non ſunt habenda vt ſufficientia ad iudicandum, ſed viliſſima, Tertio habendus eſt reſpectus ad qualitatem perſonæ de qua eſt ſuſpitio, Nam aliqua indicia ſufficiunt ad dubitandum, quæ non ſufficiunt ad ſuſpicandum, & aliqua ſufficiunt ad ſuſpicandum, quæ non ſufficiunt ad iudicandum, quæ omnia conſideranda ſunt arbitrio prudentis, & timorati viri.

Indicia leuia, & grauia inducentia ad ſuſpiciõ mala de aliquo conſideranda ſunt in generali, & in particulari.

Concluſio ſecunda, ex leuibus iudicijs malitia alterius pro certo extimare, ſi eſt de re graui, peccatum mortale eſt. Concluſio iſta probatur ſic, Nam hoc fieri non poteſt ſine contemptu proximi. Confirmatur hoc, quia ille, qui hoc facit, temerariè iudicat proximum ſuum, & per conſequens mortaliter peccat, vnde D. Auguſtinus in gloſſa ſuperius nominata dicebat, & ſi ſuſpitiones vitare non poſſumus, (quia homines ſumus,)

Ex leuibus malitiã alterius pro certo extimare peccatum mortale eſt, & iudiciũ temerariũ

iudi-

iudicia tamen, ſcilicet, diffinitiuas ſententias continere debemus. Confirmatur etiam, quia tale iudicium ex ſui natura charitati proximi contrariatur, in quo ſimpliciter conſiſtit peccatum mortale. Deinde probatur concluſio iſta ex ſacris literis, præceptū Chriſti eſt, quod ad mortale obligat, Nolite iudicare, & non iudicabimini, & Apoſtolus Iacobus 4. dicit, qui detrahit fratri aut qui iudicat, fratrem ſuū legi detrahit, & iudicat legē, ſed iudiciū temerarium de genere ſuo eſt peccatū mortale, ergo iſte mortaliter peccat. Hac de cauſa Simon Phariſeus peccauit mortaliter contra Mariam Magdalenam Lucæ 7. iudicando illam perſeuerare in peccato, & phariſei conuincti fuerunt de ſua temeritate dum murmurarent de Chriſto Domino, quia manducabat cum publicanis, & peccatoribus, hac de cauſa dicebat Apoſtolus. Nolite ante tempus iudicare &c.

Circa verba præſentis concluſionis obſeruat aliqua Illuſtriſſimus Dominus Caietanus neceſſaria quidem pro intelligentia illorum. Dicebat enim Angelicus Doctor, quod ſecundus gradus ſuſpitionis erat, quando aliquis pro certo malitiam alterius extimabat ex leuibus iudicijs, & ſi hoc eſſet in aliquo graui, eſſet peccatum mortale, ratio, quia non eſt ſine cōtemptu proximi. Hoc dupliciter intelligi poteſt inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, primo pro credulitate vnius partis, cum aliqua tamen hexitatione adiuncta, Secundo pro aſſertiua determinatione, v.g. inquit ipſe, video iuuenem cum inhoneſta muliere euntem, & credo in mente mea illos ſimul velle peccare, & hoc tanquam verum exiſtimo, pertranſeo, vel amiror, ſumque ita in mente mea diſpoſitus, vt ſi egomet interrogarem meipſum. An iſta exiſtimatio, ſit apud me adeo vera, & certa quin etiam falſam eſſe credam. Reſponderem, quod exiſtimatio iſta forte falſa eſt, verumtamen mihi ſic videtur. Tunc credulitas iſta eſt firma, non ſimpliciter, ſed hexitationi adiuncta, ſi autem eſſem ſic diſpoſitus, quod reſponderem, quod mea exiſtimatio eſt vera, & certa, vt nullus dubitationis locus ſit, tunc eſt affirmatiua determinatio. Stante hac diſtinctione dicit, quod concluſio iſta ſecunda ſumit exiſtimationē in hoc ſecundo ſenſu, & non in primo, in quo ſenſu dicitur, quod ſuſpitio eſt peccatum mortale. In primo erat veniale, & hoc ex ſuo genere, quia ratione paruitatæ materiæ, vel qualitatis perſonæ, poteſt eſſe peccatum veniale.

Suſpicari de aliquo delicto proximi ſtat dupliciter, cum hexitatione, & ſic illa, primū eſt peccatum veniale. ſecūdū mortale.

Concluſio tertia, Iudex ex ſuſpitione procedens ad condemnandum aliquem, peccat mortaliter. Concluſio iſta ſic probatur, iudicem ex ſuſpitione procedere ad aliquem condemnandum eſt, contra iuſtitiam, & per conſequens eſt peccatum mortale, & tanto grauius, quanto iudex qui cuſtos eſt iuſtitiæ agit contra illam, iudex enim non poteſt condemnare quempiam, niſi ſit conuinctus legitimis teſtimonijs, vel propria confeſſione, quia tunc etiam, quod falſo iudicet, iudicium non eſt temerarium, quia procedere debet, vt perſona publica iuridicē, & non aliter.

Iudex procedens ex ſuſpetione ad condemnandum peccat mortaliter.

Apud Canoniſtas triplex ſuſpitio datur ex qua iudicium procedit, Prima ſuſpitio eſt temeraria, quæ oritur ex leuibus iudicijs, vt cum ex locatione aliquarum dicitur malum de aliquo, talis ſuſpitio (à iudicio,) reſpuenda eſt, quia non facit probationem, Secunda ſuſpitio eſt probabilis, vt cum oritur infamia de aliquo, apud etiam graues perſonas hæc ſuſpitio & ſi non faciat ſufficientem probationem, inducit tamen purgationem, quam poteſt Prælatus exigere, vt habetur 2. q. 5. c. Præſul. Tertia ſuſpitio eſt violenta, & eſt cum reperitur ſuſpectus cum ſuſpecta, nudus cum nuda in eodem loco. Hæc ſuſpitio, quia conuincit, inducit condemnationem, tanquam ſufficienter probatum, quod autem iudex iudicare non debeat per ſuſpitiones, ſuper ſufficientes probationes, oſtendit Euariſtus Papa 2. q. p. c. Deus omnipotens dicens. Si Deus omnium conditor. Sodomorum mala, quorum clamor, vſque ad cœlum peruenerat. Omnia ſciens, prius nec credere, nec iudicare voluit, quam ipſe ea, cum fidelibus teſtibus, diligenter inueſtigans, quæ audierat opere comprobaret. Nos qui ſumus homines, & peccatores, quibus incognita ſunt iudicia Dei, hæc præcauentes, nullum ante veram & iuridicā probationem iudicare, & damnare debemus, ecce quantam diligentiam adhibere debet iudex, antequam veniat ad ſententiam definitiuam.

Triplex ſuſpitio leuis, probabilis, & violenta.

Iudex nō pōt ad ſententiā diffinitiuā venire ante verā, & iuſtam probationem facti.

Obſeruandum eſt etiam, quod tria requiruntur ad hoc, vt iudicium temerarium ſit peccatum mortale inquit Magiſter Dominicus à Soto, Primum, vt iudicium ſit certum, Secundum, vt ex leuibus conjecturis colligatur, Tertium vt ſit de re graui. Ad certum iudicium in ſpeculatiuis requiritur, quod nihil prorſus habeat formidinis, aut ambiguitatis admixtum, quod ad ſcientiam ſpectat, & ad fidem, tam humanam, quam diuinam. In naturalibus autem parum pro nihilo reputatur, & ideo vnde ita firmus eſſe in ſententia, vt ferrè nihil dubites, quaſi certè iudicare cenſeris, ob idque mortaliter peccas. Addit Magiſter Dominicus à Soto, dum tamen tale iudicium non ſit repentinum, quod etiam in motibus eſt perpendendum. v.g. ſi cum vides iuuenem cum puella (abſque arbitris) colloquentes, ſubito ad iudicium raperis, tunc non eſt peccatum mortale, ſed quando ſedato animo, & facta reflexione, eandem ſententiam deliberando confirmas, tunc eſt mortale, etiam ſi per breue tempus duret talis ſuſpitio, in materia graui inquit Banenſis, vnde Salamon cōmendatur, quia non præcipitauit iudicium circa illas mulierculas, quæ coram eo altercabantur de filio viuo, & mortuo, ſed ſcooperta veritate dedit filium propriç matri, non tamen condemnauit alteram mulierem, quia non iuridicè conuincta fuit de fraude. In his tamen iudicijs priuatis, non eſt danda regula firma, ſcilicet, quando iudicium eſt temerarium, & quando non, ſtandum enim eſt, ad iudicium boni viri, quoniam vt habebimus in ſequenti caſu, dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. Nunc autem proponamus dubium.

Tria requirūtur ad hoc, vt iudiciū temerariū ſit peccatum mortale.

Dubium.

IN dubio iſto inquirit Lector, Si ſuſpitio quæ non exijt extra limites, neque ex ſufficienti cauſa, quando eſt certa ſit iudicium temerarium, & peccatum mortale de ſe, & pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, talis ſuſpitio cauſans iudicium temerarium, eſt contra charitatem proximi, quia eſt cauſa, & contemptus proximi, ergo ex propria, natura eſt peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format ratiocinium. Talis ſuſpitio nihil detrimenti affert proximo, neque in ſua perſona, neque in rebus ſuis, ergo non apparet vnde talis ſuſpitio poſſit eſſe peccatum mortale.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus faciliter ſatisfacit dubio iſto vnica concluſione affirmatiua, qua poſita ſoluit inſtantias partis negatiuæ, proponit opinioné.

Quoad primum obſeruandum eſt, quod huic dubio aliqui dicunt, quod huiuſmodi ſuſpitio mala de proximo ſuo, vtique eſt peccatum mortale, non ex propria natura, ſed quia prohibita eſt à Deo, Nolite iudicare, & non iudicabimini, & addunt, quod Deus prohibere poteſt, id quod ſibi non placet etiam, quod non ſit malum, taliter, quod ſecūdum iſtos ſuſpitio iſta non eſt prohibita quia mala, ſed eſt mala, quia prohibita.

Reſponſio iſta non tangit punctum veritatis, quia talis ſuſpitio, vel iſtud iudicium, non eſt malum quia prohibitum, ſed eſt prohibitum, quia malum, eſt enim ex his quæ ſunt contra ius naturæ, propterea eſt peccatum, & quia peccatum contra ius naturæ Dominus illud prohibuit in lege Euangelica. In lege Euangelica ſunt præcepta moralia, ſcilicet, naturalia, & illa quæ pertinent ad ſacramenta nouæ legis.

Impugnatio.

Argumentator ſe opponit dicendo, Impoſſibile eſt, quod talis ſuſpitio, vel tale iudicium ſit malum de ſe, & quod ſit prohibitum, quia malum, quoniam iudicium iſtud ſeu ſuſpitio, non ordinatur ad damnum proximi, eſt tantum ſpeculatiuè in mente ſuſpicantis, ergo de ſe non eſt malum.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat, quod iudicium iſtud, vel ſuſpitio, ſit tantum ſpeculatiuè in mente ſuſpicantis, ordinatur enim in damnum proximi ſi non in ordine ad alios, in ordine ad ſeipſum, inquantum ex hoc contemnit proximum ſuum, habendo malam opinionem de illo.

Iudiciū temerariū eſt peccatū mortale non quia prohibitū, ſed quia malum de ſe eſt, & cauſa multorū malorum.

Concluſio reſponſiua. Suſpitio, quæ inducit iudicium temerarium de ſe eſt peccatum mortale in materia graui, probatur hoc, talis ſuſpitio prohibita eſt in lege Euangelica. Nolite iudicare, & non iudicabimini, & dato, quod talis ſuſpitio, vel tale iudicium vnquam exiret foras extra mentem, ſed maneret in ſuis latebris, per ſe malum, & peccatum mortale eſt, Primo quia eſt cauſa contemptus, & odij, Secundo, quia per ipſum infamas proximum tuum apud teipſum, quia concipis malam opinionem de illo ſine ſufficienti cauſa, & confirmatur hoc. Si enim ſuſpitio ſiniſtra quam habeo de Petro peccatum mortale mihi nunquam eſſet, ſequeretur, quod diſpergere illam in aliorum aures non eſſet peccatum mortale, dummodo nullum aliud conſequatur damnum, & probo hoc, Nam ſi mihi mentalis ſuſpitio non eſt peccatum, neque illis talis mentalis ſuſpitio eſſet peccatum, ergo mihi nullum peccatum eueniret ex tali ſeminatione, ergo falſum eſt, quod talis ſuſpitio in ſe non ſit peccatum mortale, quod eſt falſiſſimum. Secundo probatur intentum, iudicare de occultis eſt vſurpare id quod eſt proprium Dei ex teſtimonio D. Pauli. Tu qui es, qui iudicas alium ſeruum? ergo talis mala ſuſpitio peccatum mortale eſt, ex his manet ſoluta inſtantia partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat aſſumptum, ſcilicet, quod ex tali mala ſuſpitione proximus non patiatur aliquod detrimentum, ſcilicet, in fama, & reputatione ſua, vt clarius patebit in ſolutione argumentorum partis negatiuæ caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento negat minorem, & ad probationem dicit, quod in actibus humanis inuenitur aliqua certitudo, non quidem ſicut in demonſtratiuis, ſed ſecundum, quod conuenit tali materiæ, puta cum aliquid per idoneos teſtes probatur. Scriptum eſt enim, in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum, poſſibile enim eſt, quod duo, vel tres teſtes conueniant in mendacium, eſt tamen difficile, immo ad hoc, vt teſtes à veritate non deuiant, lex inſtituit, vt teſtes diligentiſſimè examinentur, & grauiſſimè punientur teſtes mendaces, vnde prudens iudex faciliter cognoſcere poſſit, dum examinat teſtes, ſi à veritate recedunt, ad contradictionem eos reducere poteſt, & illos à iudicio expellere.

Teſtes cōuenire poſſunt in mendacio diffi[c]iliter tamē & iudex falſitatem illorū reperire pōt.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus pro maiori, & clariori notitia dictorum obſeruat aliqua. Primo dicit, quod certitudo in humanis actibus ſufficiens ad iudicium, non eſt certitudo euidentiæ. Ratio eſt, quia quantumcunque teſtes concurrāt, & propria confeſſio hominis de facto proprio; non propterea euidens ſit intellectui, ſcilicet, hoc eſſe ab illo perpetratum, poſſunt enim omnes mētiri, ſed eſt certitudo fidei, quoniam teſtes idonei, & propria confeſſio ſufficientes cauſæ ſunt, ad determinandum intellectum noſtrum, ad alteram partem contradictionis, non videndam, ſed indubiè tenendam in tali materia, ſcilicet, in his, quæ conſiſtunt in facto humanorum actuum.

Iudex per teſtes iuratos poteſt venire in cognitionem veritatis, & p aliqua ſigna etiam.

Obſeruandum eſt ſecundo, quod Doctor Sanctus certitudinem in humanis poſſibilem illam eſſe dicit, quæ eſt per idoneos teſtes. Non tamen arctat ſe ad ſolam certitudinem per teſtes idoneos.

Digitized by Google

reos, Contingit aliquando ſine tali certitudine rectè iudicare, vt patet de iudicio Salomonis ſuper ſubmiſſionem infantis mortui. 3. Regum. 3. vt tactum eſt ſupra, ſed aduerte, quod licet iudex in huiuſmodi indicijs poſſit prodeſſe aliquibus, vt in caſu de matre filij viui, non tamen poteſt damnare partem oppoſitam de crimine, quoniam in crimen puniendo omnia debent eſſe clara, vnde Salamon licet adiudicauit dari infantem mulieri piè quod profuit vtrique infanti, ſcilicet, & matri, non damnauit per hoc alteram mulierem de homicidio quæ oppreſſerat filium ſuum, ex quo enim aliam certitudinem habere non potuit, debuit ex illo iudicio iudex iudicare in meliorem partem, & ſimiliter inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus poteſt, & debet facere iudex in ſimilibus euētibus. In humanis ſiquidem oportet vti pro certo, id quod communiter creditur, quamuis verè certum non ſit,

Quādo iudex per indicia venit in cognitionē veritatis pōt præſtare beneficiū patienti, non poteſt tamen condemnare delinquentē.

Lector inſurgit contra prædicta, & format ſecundum argumentum dicendo, per iudicium illicitum fit aliqua iniuria proximo, ſed ſuſpitio mala in ſola opinione hominis conſiſtit, per conſequens nullam iniuriā facit proximo, ergo ſuſpitionis iudicium non eſt illicitum, ergo fit ſine peccato.

Argumētum ſecundum.

Theologus dicit, quod argumentum hoc manet ſolutum ex dictis in dubio præcedeno, nihilominus formaliter, ſatisfacit dicendo, nego conſequens, & ad probationem dicit, quod ex hoc ipſo, quod aliquis malam opinionem habet de alio (ſine ſufficienti cauſa in re dubia) contemnit proximum ſuum in corde proprio, & ideo iniuriatur ei, vnde venit obſeruandum, quod iniuriari aliquem cōtingit dupliciter, intrinſicè, & extrinſecè, vel iniuria interiori, vel exteriori, ſuſpitio mala ſine ſufficienti cauſa licet non faciat iniuriam proximo extrinſicè, in exteriori, facit nihilominus iniuriam proximo intrinſicè, in interiori, ideſt in corde illius, qui ſuſpitionem malam habet de proximo ſuo, ſine cauſa ſufficienti. Homo ille primo habebat nobilem locum in corde iſtius, inquantum iſte de illo habebat nobilem opinionem ſeu conceptum. Nunc autem, contemptibilem locum habet in corde eius, inquantum contemptibilem opinionem de illo concepit, per hanc enim opinionem deijcit illum de loco alto habito in corde proprio, & in opinione, & proijcit ad locum infimum, quod perfectò iniuriam dicit, vt patet, ſi abſque cauſa vera efficienti, ideſt talem deiectionem merente, hoc faciat, per hanc enim malam opinionem conceptam (ſine cauſa ſufficienti) proximus patitur multum reſpectu conceptus illius, qui talem malam opinionem abſque legitima cauſa habet.

Argumenti ſolutio.

Iniuriā facere proximo contingit dupliciter intrinſicè, vel extrinſicè ſuſpitio mala facit primum non ſecundum.

Contra inquit Lector, Si iudicium ex falſa ſuſpitione eſſet illicitum, oporteret, quod ad iniuſtitiam reduceretur, ſed iniuſtitia, ex ſuo genere ſemper eſt peccatum mortale, per D. Thom. 22. q. 19. art. 4. ergo ſuſpitionis iudicium eſſet ſemper peccatum mortale, & eſſet illicitum, ergo iudicium ſuſpitionis, ideſt iudicium temerarium non eſt illicitum, ergo licitum, Probatur primo maior propoſitio, & poſtea falſitatas minoris, Maior propoſitio ſic probatur, iudicium eſt actus iuſtitiæ ex primo, art. 22. q. 60. ergo ad iuſtitiam redducitur. Falſitas, Minoris probatur ſic. Id quod euitare nō poſſumus, non eſt peccatum mortale, ſuſpitiones vitare non poſſumus per D. Auguſtioum ſupra illud D. Pauli. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, ergo tale iudicium ſuſpitioſum, non eſt peccatum mortale,

Argumētum tertium.

Theologus huic argumento dicit, quod D. Th. ſoluit hoc argumentum dicendo, quod iuſtitia & iniuſtitia eſt circa operationes exteriores prout oſtenderat 2. 2. q. 59. art. 2. ad 3. & ſubdit, quod iudicium ſuſpitionis directè ad iuſtitiam pertinet, quādo ex ea procedit actus exterior, vel ipſa præcedit actum exteriorem, & tunc eſt peccatum mortale, per ſecundam concluſionem, iudicium autem interius pertinet ad iuſtitiam, ſecūdum, quod comparatur ad iudicium exterius, vt actus interior ad exteriorem, ſicut concupiſcentia ad fornicationem, & ira ad homicidium, quæ ſunt peccata cordis, & illa peccata operis. Hæc reſponſio inquit Banenſis manet obſcura, quia non clarè dicit, quod iudicium, quod non procedit ad extra eſſe peccatum mortale, Nihilominus inquit tenendum eſt, huiuſmodi iudicium (genere ſuo) eſſe peccatum mortale, & contra iuſtitiam, & hoc elicitur, ex D. Thom dicit enim, quod iudicium imperatiuum actus exterioris, ſcilicet, actus infamandi, aut iudicandi, directè eſt contra iuſtitiā, ſicut volitio efficax occidendi, redducitur ad homicidium, iudicium autem ſpeculatiuum, quo non imperatur opus exterius, non pertinet directè ad iuſtitiam, ſcilicet, exteriorem. Nihilominus eſt peccatum mortale, vt ira, & concupiſcentia vxoris alienæ, cum conſenſu in delectatione, licet non procedatur ad opus, etenim efficax volitio occidendi mortalis culpa eſt, immo, & deſiderium mortis proximi, vel deſiderium grauis damni illius, licet tu nolis dare illi damna.

Argumenti ſolutio.

Iudiciū ſuſpetionis exiens ad extra vtique peccatū mortale eſt, ſi manet ad intra ſi eſt de re graui etiā eſt mortale.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus oſtendit, quod talis mala ſuſpitio eſt mortalis aliquando, & aliquando non, tali medio, leuia indicia non ſunt nata cauſare malam opinionem de proximo, & bona opinio, inter præcipua bona computatur, rationem aſſignat dicendo, quia humana gloria cui diuitię non comparantur in hominum opinione conſiſtit, ideo accipiens ex leuibus indicijs malam opinionem, vel vltra malam opinionem iudicium malum apud ſe facit iniuriam illi, tribuens illi malum, quod non meruit, vel pluſquam meruit, hoc enim manifeſtè iniuſtum eſt, & ex hoc proximus indebitè deſpicitur, quod malum extimatur, verumtamen eſt (inquit Illuſtriſſimus Caietanus) quod quia opinio quid imperfectum eſt in genere cognitionis, & terminationis, propter hæſitationem admixtam, & iudicium temerariū de peccatis leuibus ratione materiæ imperfectum eſt, propterea nullum eorum eſt peccatum mortale, ſed ſolum temerarium iudicium de mortali ex leuibus indicijs, vt inquit in litera D. Th. Ita, quod

Suſpitio mala ſeu iudiciū temerarium de re minima culpa venialis eſt de re maxima mortalis.

quod ſuſpitio mala ex leuibus de re leui, quod non eſt niſi peccatum veniale, venialis eſt, ſi eſt de re gratui, in qua reperitur mortale, mortalis eſt.

Impugnatio.

Contra hanc ſolutionem inſto inquit Lector. Non enim videtur verum, quod iudicium interius reddecatur ad iudicium exterius. Nam ſæpe contingit exterius iudicium fieri ſine animo iudicandi exterius. Hoc probatur, frequenter priuatæ perſonæ iudicant tale malum, contra quod tamen non cogitant proferre ſententiam damnationis, & quandoque ſi poſſent non proferrent.

Impugnationis dilutio.

Theologus negat aſſumptum, & ad probationem dicit, quod quemadmodum ad homicidij vitium reducitur, non ſolum deſiderium occidendi aliquem, ſed etiam deſiderium, quod aliquis moriatur, quamuis nullo pacto vellet illum occidere. Ita ad exterioris iudicij vitium reducitur, non ſolum velle dare damnationis ſententiã, ſed qualitercunque iniuſtè iudicans ex leuibus cauſis, eiuſdem enim rationis eſt, iniuria temerarij iudicij intra, & extra quamuis non ſit æquale nocumentum. Hæc dicta ſint pro caſu, & dubio anexo.

DISPVTATIO PRIMA in littera L.

De Contractu Liuellario.

LEctor proponit aliquos caſus circa contractus liuellarios, cum dubijs egredientibus ab illis.

In primo caſu, ergo quærit Lector, vtrum indigens pecunia poſſit illam accipere ad liuellum, & ſi abundans pecunia dare ad liuellum illã poteſt.

In dubio interrogat Lector; An gener poſſit vti fructibus rei ſibi liuellatæ, quoadu[s]que in integrum fuerit ſatisfactus de dote.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum indigens pecunia pro aliqua ſua neceſſitate poſſit illam accipere ad liuellum, & ſi abundans pecunia dare illam ad liuellum poſſet. Pro vtraque parte enim format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale formatur argumentum; emptio cenſualis, prout habuimus in diſputatione de cenſibus, eſt licita, & à Sumis Pontificibus commẽdata (dum ſit facta debito modo,) ergo contractus liuellarius (debito modo factus) erit licitus, & per conſequens nullum erit peccatum dare, & accipere ad liuellum, ad quinque, vel ſex pro centenario. Conſequentia probatur, quia contractus cenſualis habet hoc, quod transfert dominium in recipientem tam vtile, quam directũ, ita quod nihil iuris manet ſuper re illa in recipiente ad cenſum, in contractu autem liuellario tranſit ſecundum dominium vtile, directo manente, apud Dominum rei hypothecatæ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, dare ad vſuram non licet (ex communi ſententia Doctorum) in contractu liuellario apparet manifeſta vſura, ergo contractus ille non eſt licitus. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor autem ſic probatur. Contractus ille eſt vſurarius in quo emptor non curat rem ſcire de qua tractat, tantum oculos habet ad lucrum, ergo emptio, vel datio iſta liuellaria, eſt vſuraria, ergo illicita, & damnata.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa præſentem caſum quatuor facit, Primo ponit aliqua pro doctrina fundamentali, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubium, illudque ſoluit, Quarto ſatisfacit argumentis partis negatiuæ.

Quo ad primum, eſt obſeruandum, quod multam conuenientiam habet liuellum cum cenſu, ſiue contractus liuellarius, & cenſualis, ex quorum conuenientia Bullæ ſummorum Pontificum pro cenſibus, deſeruiunt pro contractibus liuellariorum, vt in diſputatione de ſenſibus diximus.

Oſtẽditur in quibus conueniant, & differant contractus cenſus, & liuella.

Secundo obſeruandum eſt, quod hæc duo dare ad cenſum, & dare ad liuellum idem quaſi ſignificat, quia ambæ emptiones inuentæ ſunt pro meliorationibus eorum quæ dantur ad cenſum, vel ad liuellum, inuenti enim ſunt huiuſmodi contractus, vt agri ſteriles quos Dominus collere non poterat, alterius diligentia colleretur, vt affirmat Magiſter Dominicus à Soto lib. 6. de iuſt. & iure quæſt. 2. art. 1. differunt tamen in his hi duo contractus, Primo quia in contractu cenſuali transfertur dominium in recipientem dominium, ſcilicet, tam vtile, quam directum, ita quod nihil iuris remanet ſuper illis in concedentem, ſed in contractu Emphyteotico, ideſt liuellario, tantum tranſit dominium vtile, directum remanet apud Dominum. Nam cenſum ſoluimus de re noſtra, vt patet de cenſu debito imperatori. Penſionem enim ſoluimus de re aliena, qua de cauſa penſio in contractu liuellario non debet conſtitui, ſicut in alijs contractibus, ſed modica. Cum in liuellatione omne periculum, & omnis impenſa tranſeat in accipientem, vt notant ſummiſtæ, ſecunda differentia eſt iſta. Nam ſi liuellarius per triennium ceſſat ſoluere penſionem, res incidit in commiſſum, quod non accidit in contractu cenſuali, quia ſi nõ ſatisfacit cenſuarius per mille annos cenſus non ſoluitur, & ratio diuerſitatis eſt, quia in contractu liuellario, res non deſinit eſſe Domini, & videtur conceſſa ei, qui dat pecuniam ſuam ad liuellum, quaſi ſi penſionem ſolueret, ſed in contractu cenſuali, transfertur dominium in totum, ita quod accipiens obligatur ſolum ad ſoluendum cenſum, vnde ſi contractus liuellarius eſſet factus in perpetuum, cenſeretur contractus cenſualis re, licet nomine eſſet contractus liuellarius. In ſignum cuius, contractus liuellarij renouandi ſunt de triennio in trienniũ, quod non fit in contractu cenſuali. Alia differentia eſt, quod concedens rem ſuam pro ſecuratione pecuniæ acceptæ ad liuellum, tanquam Dominus directus poteſt reccipere aliquam partem illius rei pro mera facultate quam concedit vendendi rem illam, At cenſuarius, qui nullum

habet

habet rei dominium, pro mera facultate quam conceſſit vendendi nihil recipere poteſt. Has differentias, & alias aſſignat Abbas in d. cap. Conſtitutus numero 20. De differentia, & conuenientia inter cenſum, & liuellum ſatis diximus, deſcendamus ad concluſiones reſponſiuas quæſito.

Recipiens pecuniã ad liuellum remanet Dominus rei hypotecatæ, dans autẽ ad liuellũ manet Dominus fructuũ rei illius.

Concluſio prima. Recipiens pecuniam ad liuellum remanet Dominus rei hypotecatæ non autem fructuum, Dominus autem fructuum efficitur liuellarius. Concluſio iſta quo ad vtramque partem manifeſtatur, & probatur ſic. Locatio quæ eſt quædam fructuum venditio approbatur ab omnibus, ſed locatio domus, vel agrorum quandoque alteri obligatur, ergo & fructus obligari poſſunt per contractum liuellarium. Nam fructus cum non ſint rerum ſubſtantia, ſeorſum rebus fructiferis alienari poſſunt, ideſt fructus vendi, vel alienari poſſunt, retento directo dominio rei fructiferæ, immo contractus talis ſimilis eſt contractui venditionis, quod ſic oſtenditur, nam conditiones ſeruandæ in venditione iuſta, ſeruandæ ſunt in locatione fructuum rei fructiferæ. Cum enim quiſque poſſit rem ſuam alienare eo modo quo ſibi placuerit, & quibus conditionibus elegerit, etiam adiectis grauaminibus, vel grauijs quibus ipſe rem ſuam poſſidet (ſe moto omni dolo, & fraude) hoc idem facere poterit de fructibus, vel cum pacto retrouendendi, vel ſine tali pacto vendere ſimpliciter, vel ad cenſum, vel ad liuellum, imponendo cenſum, vel liuellum ſuper bonis meis, vendere cum pacto retrouendendi, vel ſine tali pacto, vendendo in perpetuum, vel ad tempus, dare cum pacto, vt recepta tali pecunia talium rerum, quoadusque eam ſibi illam reſtituam, iterum tenebis illam mihi locare, vel ad affictum, vel ad liuellum dare, ita tamen, quod libertas reperiatur ex vtraque parte, & totum hoc fiat iuſtis, & legitimis pactis. Ita quod ratione venditionis ſiue acceptionis pecuniarum, vel dilationis in ſoluendo, & ſimilium, aliquid non inducatur contra naturam iuſti contractus, in quo alter contrahentium plus debito grauetur. Iſta omnia ſeruantur in contractu liuellario iuſto facto, iuxta decreta Summorum Pontificum, ergo contractus liuellarius, iuſtus licitus eſt, præcipuè in quo, recipiens ad liuellum manet Dominus fundi rei hypotecatæ, & dans ad liuellum, recipit dominium fructuum rei illius.

Aſſignantur cõditiones requiſitæ ad perfectum contractum liuellarium.

Confirmatur hoc. Nam omnis obligatio relatiua eſt, & quilibet contractus bonæ fidei requirit extrema æquipolentia, vel ſaltem talia prout inſinuat Doctor Sanctus 22. q. 77. art. 1. ad 1. vbi iſta affirmat de venditione, & quod affirmat de venditione rerum, affirmatur etiam de locatione fructuum, conſiderata conditione fructuum, qui ex natura ſua ſubduntur caſibus fortuitis, & faciliter pereunt, vel ex nimia charitate, vel ex inundatione aquarum, vel ex ſimilibus accidentibus, quando enim huiuſmodi periclitatio fructuum, non procedit ex vitio coloni ſed aliunde, in talibus caſibus ad rectum debet fieri recompenſatio, ſeu remiſſio penſionum in vtroque foro, vt habetur in cap. propter ſterilitatem, computandum, tamen

Nota.

eſt, compenſatio annorum fertilium cum ſterilibus, ne altera pars grauetur.

Impugnatio

Lector contra hanc doctrinam inſurgit dicendo, qui accipit poſſeſſionem ad affictum, vel ad liuellum, debet ſtare ad bonum, & ad malum, lex enim in regula contrariorum dicit. Nemo enim debet petere id cuius contrarium non peteret in caſu contrario, ergo non poteſt qui dat ad liuellum recompenſationem petere in caſu infortuniorum.

Impugnationis dilutio.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod lex illa non deſeruit propoſito noſtro, nam in caſu ſterilitatis compenſatio congruè inducta eſt, cuius tamen contrarium in caſu contrario non eſt inductum, nec licet illud introducere, vt habetur in cap. propter ſterilitatem, vnde ad impugnationem de lege illa dicimus, quod lex ipſa poſita fuit in caſu repetitionis fundi, ſupra quo fuit aſſicurata, vel inueſtita pecunia numerata. Fundus autem ſi fuerit melioratus, ſtudio, & diligentia accipientis, ille qui illum recipere vult oportet, vt ſatisfaciat de melioramentis, ſicut ſi deterioratum eſſet culpa cuſtodis cuſtos de damno teneretur, qua de cauſa reſpondens Imperator cuidam qui volebat recuperare fundum melioratum, eadem pecunia qua vendiderat, iniuſtè eum repetere fundum huiuſmodi melioratum quem deterioratum non recepiſſet, eadem lege conuincitur de iniuſtitia, ille qui certã ſummam aureorum, vel alterius monetæ dat tempore quo ſunt minoris exiſtimationis, & vult eandem pecuniam pro eodem precio, tempore qua eſt plus valitura, ex penuria auri, vel argenti, & nihilominus, ſi minorata eſſet, vellet illam accipere pro precio quo valebat, quando illam aſſignauit, ideo iniuſtè petit melioratam, quia ſolutio fieri debet ſecundum curſum temporis quo ſoluitur contractus, iuxta ſententiam legiſtarum, & iuriſtarum, necnon canoniſtarum. At his relictis cum non deſeruiant propoſito noſtro, ponenda eſt alia concluſio pro maiori intelligentia quæſiti.

Qui vult re habere fundũ datũ liuello, ſi melioratũ eſt debet ſoluere etiã melioramenta.

Dans, vel recipiens ad liuellum ſi oculos haber ad lucrum, & non ad fructus rei hypotecatæ contractus eſt vſurarius.

Concluſio ſecunda. Dans, vel recipiens ad liuellum, ſi oculum habet ad lucrum, & non ad fructus emptos, vel venditos, contractus non eſt licitus, ſed vſurarius. Concluſio iſta probatur, quia non eſt realis emptio, vel venditio fructuum rei hypotecatæ, ſed mutuatio cum pacto lucri, puta quinque, vel ſex pro centenario. Sub huiuſmodi forma contractus, ſunt omnes obligationes pignoratitiæ ſub quocunque titulo ſint factæ, ſiue nomine liuelli, ſiue affictus, ſiue conditionis. Concluſio enim ex verbis Domini habetur, inquit enim mutuo date, nihil inde ſperantes. Ratione etiam probatur, quia in talibus contractis ſimulatis non realiter fit translatio dominij, & per conſequens non transfertur ius percipiendi fructus, rei impignoratæ. Clarum enim eſt, quod ius naturæ non permittit, vt ego percipiam fructus ex re non mea ſine iuſto titulo, præcipuè, quia grauamina rei illius non ſuſtineo, vnde eſt obſeruandum, quod pignoratio, & huiuſmodi contractus ſimulati, non ſunt ordinati ad transferendum dominium rei,

ſed

ſed tantum ad faciendum cautum creditorem ſuo credito, ergo qui ordinant fructus fundi ad vtilitatem illorum qui dederunt pecuniam ſuam Domino illius fundi contra iuſtitiam agunt, quia hoc vſurarium, & impium eſt, accipere enim rem fructiferam ratione habendæ cautionis, licitum vtique eſt, non tamen licet hac intentione, vt accipiat fructus rei impignoratæ quoadusque pecunia reſtituatur, & eſt contra præceptum Domini dicentis. Mutuo date nihil inde ſperantes. Ille enim qui accipit rei impignoratæ fructus, & non ponit in computum ſui crediti, fur eſt, & latro, & ad reſtitutionem tenetur (nõ ſolum rei ablatæ) ſed etiam ad damnum datum domini fundi illius, ergo tenetur talis computare fructus in ſortem ſicut ad hoc tenetur fur reſpectu furatæ rei, & vſurarius de re vſuraria. v.g Petrus mutuo accipit à Franciſco ſcuta mille, pro ſecuritatione illorum ei aſſignauit domus quam affitat ſcuta centum pro ſingulo anno, Franciſcus in ſpacium decem annorum accipit huiuſmodi affitum, ideo recipit totum ſuum creditum, nec amplius eſt creditor, & ſi aliquid aliud ex mutuo ipſe prætendit, intentio eius eſt vſuraria quia non emit domum illam, nec illam illi vendidit Petrus, ſed impignorauit ſub nomine liuelli, vel ſub quocunque alio nomine paliato, ex quo pignore nihil habere poteſt, ſine peccato, & obligatione ad reſtitutionem. His ſtantibus pro caſu, proponẽdum eſt dubium ortum ex hac doctrina.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector, Si gener poſſit accipere fructus rei ſibi impignoratæ pro dote (non computando fructus illos in compute ſui crediti) quoadusque receperit dotem ſuam. Pro vtraque parte adſunt rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt authoritas Summi Pontificis, in decretis cap. ſalubriter, vbi dicitur Gener cui in ſecuritate dotis aſſignata eſt res fructifera accipiat fructus illius, & non computat in ſortem, ergo hoc ei licet, & non peccat, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio aducta, in probatione ſecundæ concluſionis, vbi dictum eſt, quod ille qui pro pignore pecuniæ mutuatæ habet rem fructiferam, debet computare fructus illius in ſortem, ergo & gener hoc facere debet, vel ſi ad hoc non tenetur gener, neque ad illud tenetur qui mutuauit pecuniam ſuam ſupra fundo fructifero.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus occaſione huius dubij, tractat multa neceſſaria ſcitu, Primo obſeruat illa quæ requiruntur ad liuellum iuſtum, ponendo tres conditiones neceſſarias, ad hoc, vt contractus liuelli ſit licitus, Secundo aſſignat formam formandi liuellum, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod in affitatione, vel locatione liuellaria, ad hoc vt ſit iuſta oportet, quod in illa, hæc tria reperiantur, Primũ quod verè, & realiter vendantur fructus rei fructiferæ exiſtentis, Secundum quod in hac venditione reperiatur realiter, & non tantum in apparentia conſenſus huius realis venditionis, ſcilicet vendentis, & ementis, Tertium quod venditio ſit facta iuſto precio. His ſeruatis contractus liuellarius licitum erit, aliter non, Primum enim quod conſiderare debet pœnitẽs, vel Confeſſor, eſt cognoſcere ſi dans, vel accipiens liuellum intelligat realiter, & non ficte vendere, vel emere fructus rei liuellatæ, quia ſi alter illorum non intendit hoc, contractus eſt vſurarius, in quo genere continentur omnes obligationes pignoratitiæ quocunque titulo ſint factæ, vt in ſecunda concluſione talis modo ſupra oſtendimus. Nec ſimulata emptio, vel venditio in contractu liuellario ſaluat in conſcientia, ratio eſt, quia in contractibus potius rei veritas, quam ſcriptura eſt conſideranda, vt habetur in cap. Plus valet, propterea oportet, quod res quæ venditur ſit certa, ſupra qua poſſit aſſignari ratio fructuum recipiendorum, ex quibus apparet iniquitas cõtractus illius in quo emitur res, quæ in rerum natura non exiſtit, nam contractus talis vſurarius eſt, quia ordinatur ad lucrum, & non ad rem fructiferam, ſcilicet, ad lucrum vſurarium ex pecunia accommodata, vltra hoc oportet, quod res vendenda, non ſolum ſit in rerum natura, ſed quod non ſit hypoticata alicui, neque directè in contractu venditionis diſtracta, ſeu obligata alteri quo ad fructus, ratione affictus, vel liuelli, repugnat enim, quod res eadem habeat plures poſſeſſores in toto, & totaliter ſimpliciter plures Domini, vt quilibet illorum omnes fructus accipiat. v.g. ſi fructus domus ſunt decem ſcuta, vnus ſolus ex illa decem recipere poteſt, quia illis receptis, nullum illorum remanet, vt quilibet colligere poteſt, ex hoc etiam apparet cõtractum illorum eſſe vſurarium, qui fundat liuellum ſuum ſupra vaſa preācioſa, vel concalia, ſiue ſupra ſimilia infructuoſa, ſiue ſupra pecunias, & volunt accipere quinque, vel ſex pro centenario, igitur ſuper re fructifera tantum penſionis ratio poteſt poni, cum fructus à re fructuoſa, & non à re infructuoſa ſeparetur. Nulla enim eſt rei vtilitas niſi ex fructibus, à re non fructifera non eſt expectanda vtilitas aliqua, & quia pecunia ex ſeipſa ſterilis eſt, & infructuoſa, propterea ex ipſa, vt ſic expectanda non eſt aliqua vtilitas, vt habetur in vtroque iure, & in doctrina Theologorum, vnde apparet, quod omnes contractus in quibus ſolus vſus pecuniæ venit in conſideratione ſunt vſurarij, & abominabiles, iuxta Domini ſententiam, Mutuo date, nihil inde ſperantes.

Contractus liuellarius eſt vſurarius, ſi non adeſt realis intentio vendendi, vel emendi fructus rei hypotecatæ.

Omnes contractus in *quibus ſolus vſus* pecuniæ venit in conſideratione ſunt vſurarij.

Impugnatio.

INſurgit Lector contra hanc doctrinam dicendo, Eccleſia concedit accipere quinque pro centenario, ergo licet dare pecuniam ſuam ad quinque pro centenario, abſque ſcrupulo peccati, & tuta conſcientia.

Impu-

Impugnationis dilutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, Eccleſiam concedere quinque pro centenario, dupliciter intelligi poteſt, vel de re fructifera, vel de re infructifera, primum concedimus, & negamus ſecundum, concedit enim Eccleſia res fructuoſas ad liuellum, vel ad cenſum cum hac conditione, quod detracta vna parte pro infortuniis occurentibus. v.g. res apothecata fructificat ſex pro centenario, pecuniæ liuellariæ ſuper illa détur pro quinque pro centenario, ratione dicta, vt habetur c. de ſat. ſan. Eccl. d. 10. q. 2. ſed extra hunc caſum prohibentur contractus omnes pecuniarij, ſub pœna anathematis. c. de vſuris, vnde huiuſmodi contrahentes non ſunt abſoluendi, niſi reſtituant ſi poſſunt, vel de reſtituendo dent idoneam cautionem, & qui non poſſunt in præſentiarum reſtituere, verè permittant hoc facere, ſi Deus illis concesserit poſſibilitatem, & quam primum.

Nota. Eccleſia permittit accipere quinq; pro centenario de rebus hipotecatis fructiferis in ordine ad tales fructus, & non aliter.

Veniamus ad ſecundum requiſitum, ad hoc, vt liuellarius recipere poſſit vtilitatem de pecunia ſua dacta ad liuellum, hoc eſt, conſenſus realis emptionis, & venditionis. Ad hoc enim, quod contractus liuellarius non ſit vſurarius, oportet, vltra hoc quod res uenalis ſit certa, & alienabilis, quod concurrat conſenſus realis contrahentium, & quod precium ſit iuſtum, quia ſi aliter factum fuerit, vel non erit uenditio, uel ſi erit, erit iniuſta, & ideo omnis contractus in quo contrahentes non conſentiunt in idem, eſt illicitus, & nullus. u.g. Si uenditor non intendit uendere, & alienare rem ſuam, etiam ſi nomen uenditionis in inſtrumento ponatur, uel emptor non intendit uerè emere, ſed tantum habere penſionem ſtatutam nomine liuelli, uel aſſitus pro uſu pecuniarum ſunt contractus uſurarij, uel iniuſti, quia ſi emere accidit iniuſto precio intendunt emere, ſcilicet, non ſimiliter minus iuſto precio hoc facere intendunt. Non ſufficit etiam conſenſus realis unius in contractu, ſed requiritur conſenſus utriuſque. Nam ſicut uerum matrimonium eſſe non poteſt uno tantum conſentiente, idem accidit in emptione. In unoquoque contractu conſenſus contrahentium neceſſarius eſt tanquam ſubſtantia rei, & ideo qui mala fide, intentione, uel dolo, aut lata culpa contractum fecit, talis contractus damnat contrahentes, etiam ſi uenditio ſimulata uideretur iuſta, propter quod Deus cognitor occultorum eos punit, Neque ab hac culpa excuſantur illi, qui non curant ſcire hanc ueritatem (cum lex dicat) ignorans ignorabitur, de iſtis enim dicit propheta nolunt intelligere, ut bene agant, immo quærunt excuſationes in peccatis, & cum uidentur ſe excuſatos eſſe apud homines, ſatis eſſe ſibi putant.

Ad realitatē contractus liuellarij requiritur, quod ſit iuſtus, & voluntarius ex vtraque parte.

Multi enim contractus ex hac parte ſunt uſurarij. In primis omnes illi in quibus emptor non curat rem ſcire de qua ſit contractus, neque ſi ſit in rerum natura, ubi ſit, cuius ualoris ſit, ſi res ſit fructifera, uel non, ſi excedat ualorem pecuniæ, uel nō ſi iuſte poſſit imponi tanta penſio, uel non, in ratione fructuum illorum, immo multoties contractus ſit de re non exiſtente, uel de re aliis apothecata, & hoc eſt ſignum manifeſtum, quod liuellarij habent tantum oculos ad uſum pecuniarum, & non ad acquiſitionem rei fructiferæ, uel fructuum illarum. Clarum enim eſt, quod qui emere intendit aliquid, quærit ſcire diligenter ualorem, & perfectiones rerum quas emere intendit, & ſi hoc per ſeipſum facere non poteſt, hoc facit per perſonas peritas, ex quo manifeſtum eſt; quod tales ſunt uſurarij, & non liuellarij, digni morte, & non uita. Aliquando etiam aliqui liuellarij realiter emunt fructus fundi, nihilominus contractus illorum iniuſti ſunt. u.g. dum emunt fructus domorum, uel agrorum, ad computum ſex pro centenario, iure liuelli, ut aiunt. Manifeſtum eſt, quod domus communiter non reddunt neque quinque pro centenario, & forſitan neque quatuor deductis expenſis, emptio palliata eſt, quando fundatur liuellum, exempli gratia ſcutorum centum, ſuper domum ualoris mille, non enim eſt uerisimile; quod uenditor uellit partem domus uēdere, puta angulum, uel cameram, nec emptor illam emere, præcipuè, quando pars illa ſeparabilis à toto non eſt, de qua parte emptor poſſeſſionem non accipit. Cum ergo dominium rei ab emptore haberi non poteſt, ergo neque fructus illius, niſi dicatur, quod in caſu domus illa cuius partem emit, remanet pro indiuiſo, ut quilibet accipiat portionem ſuam, quod ſi ſit abſque fraude licitum eſſe poteſt, aliter non. Atquia, ut in pluribus in huiuſmodi contractibus emptor, non ad rem fructiferam, ſed ad fructum tendit propterea intentio eſt uſuraria, uel contractus eſt ſuſpectus, ideo fugiendus à conſcientiis timoratis. In dubijs enim, ubi tractatur de ſalute animæ tutior pars eſt eligenda. In ſignum autem, quod in contractibus ſimilibus potius ad pecuniam, quam ad fructus emptos in liuello ſit animus, dicitur in contractu liuellario, ad computum quinque aut ſex pro centenario expoſitæ pecuniæ, & non ad ualorem fructuum producendorum, ſimiliter contractus redditur ſuſpectus, quia non quæritur ab emptore precium rei uenalis, neque ſi tantum reddat, uel plus, uel minus, immo tenet pro firmo, quod non tantum fructificet. Nam domus (deductis expenſis) forſitan non reddit quatuor pro centenario. Cum igitur in ſimilibus contractibus, non appareat conſenſus realis mutuus ementis, & uendentis, igitur redditus ſuſpectus. Id etiam, quod reddit contractum ſic formatum ſuſpectum eſt, quia emptor non intendit ſubiacere grauaminibus, & infortunijs, quod eſt contra legem emptionis, per quam transfertur dominium rei emptæ, ſic grauatæ, uel grauandæ, ſubiectæ infortunijs diuerſis, ex modo igitur contrahendi apparet ſimulata, & nō uera emptio, ideo fugiendi ſunt huiuſmodi contractus fictitij, aliter peccant mortaliter iſti, & ad reſtitutionem tenentur.

Multi contractus liuellarii eſſe vſurarii oſtenditur, vel de diligenter.

Si quis autem rectè intendit dare pecuniam ſuam ad liuellum. In emptione debet acquirere

dire-

directum dominium fructuum emptorum iuſto precio, & ponere penſionem iuſtam in fructibus.

Modus procedendi in dādo pecuniā ſuam ad liuellū cū bona conſcientia.

Pro maiori intelligentia ponitur caſus iſte, vſurarius eſt hic, Philippus indigens pecunia, accedit, ad Iacobum, & ab eo petit pecuniam offerens ſibi rerum ſuarum obligationem (titulo liuelli pro inductu ſo) nulla facta mentione de quantitate, & qualitate bonorum, ſed tantum facta mentione de quinque, vel ſex pro centenario mutuatæ pecuniæ, cum pacto quod vendens maneat in poſſeſſione, omnium bonorum ſuorum, vt prius, & quod ipſe exburſat omnia grauamina realia, & perſonalia, ſubiaceatque caſibus fortuitis, &c. Contractus iſte ex multis apparet vſurarius, Primo, quia qui accipit ad liuellum in huiuſmodi contractu, in multis, & multis læditur, & grauatur contra iuſtitiam. In primis grauatur in precio, obligando, id quod valet mille pro cento. Nec excuſatur liuellarius dicendo, ille libere aggrauat ſe, ideo imputet ſibiipſi. Ratio noſtra eſt, quia iſte homo ſine coactione nō fecit. Nā Philippus inter duo mala poſitus erat, & magis patiebatur, ſi non haberet illa ſcuta centum, quam obligare poſſeſſionem valore mille ſcutorum, vel omnia bona ſua, & quia poſitus inter duo mala potius debet ſubiacere minori, & pro poſſe fugere debet maius, cum ambo fugere non poſſet Philippus, ergo vltra iuſtitiam, grauatus fuit. In ſignum cuius ſi pecuniam ſuam abſque tali obligatione habere poſſet, libentius eam accoptaſſet, quod enim magis formale eſt, ſemper attendendum eſt, quod iſte, & grauaminibus, & infortunijs occurrentibus ſupra modum eſt grauatus, quia accidere poteſt caſus in quo poſſeſſio pro magna parte periret, vel fructus illius ad perfectionem non venirent, vel ex ſterilitate, vel ex inundatione aequarum, vel ex grandine, vel ſiccitate, vel ex bello, &c. dictus Philippus tamen ſoluere tenetur penſionem, & dato caſu, quod poſſeſſio non produceret niſi decem, ex obligatione tenetur ea ſoluere Iacobo, & ita poſſeſſio, quæ ſupponitur valere mille obligata ſolum pro cento omnes fructus produceret ei cui eſt obligata, vnde Iacobus accipit omnes fructus, & Philippus admittit omnes labores, & expēſas factas, & quod peius eſt, ſoluere debet omnia grauamina poſſeſſionis, quod ſibi videtur eſſe vſurari, vti ſine miſericordia, & charitate. Pacta enim omnia iſta ſunt contra naturam contractus emptionis, & locationis, eſt enim contra ſubſtantiam verè venditionis, nec transfertur dominium in emptorem rei venditæ, immo Iacobus nullam habet notitiam iſtius fundi, quod eſt contra appetitum naturalem emptoris, naturali enim effectu rebus noſtris afficimur eaſque curamus, diligenterque obſeruamus, vt pro libito, rebus noſtris, & fructibus illarum vtamur. Ratio enim propria quare licet nobis lucrum, & fructum ex penſione huius accipere, vel alteri locare, eſt verum dominium, & actualis poſſeſſio proprietatis ſuæ, rei fructiferæ, quod non accidit in caſu iſto, cum fundus non aſſignetur emptori, quoniam emptor, de re illa cognitionem non habet, nec forſitan confuſam, liuellarius iſte non curat niſi noſcere illum cui dat pecuniam ſuam, ſibi obligatum ad ſoluendum annualiter talem penſionem iure liuelli, vel affictus, ad computum, quinque, vel ſex pro centenario iuxta numerum pecuniarum expoſitarum in contractu. Ad hoc tantum aſſertus emptor attendit, hoc exigit, ex quibus manifeſtè apparet, quod iſte tantum ad penſionem oculos habet, & non ad quantitatem fructus rei hipotecatæ, clarum eſt, quod intentio eſt vſuraria, & contractus factus impius.

Contractus liuellarius planus vſuris, & vſitatus temporibus noſtris.

Quando liuellarius minuit penſionē pro qualitate grauaminum fructuū emptorū licitus fit contractus.

Obſeruandum tamen eſt, quod ſi liuellarius iſte minueret penſionem, quia non vult ſentire grauamen, & pericula fructuum emptorum, ex hac parte contractus eſſet licitus, ſed quia hac de cauſa, nullus communiter loquendo relaxat de penſione, & ſi relaxat non tamen ad ſufficientiam, propterea contractus talis eſt vſurarius, ſimiliter tempore belli penſionem accipere non poteſt, quia penſio ratione fructuum ſoluenda eſt, fructus autem ſi non fructificat, nihil prodeſt, immo onerosus eſt, & ideo ſublatis fructibus penſio non eſt danda, immo ſubleuandus eſſet ille, qui habet fundum de expenſis inutiliter factis, & de multis alijs, vt ratio ſuadet timentibus Deum, contractus igitur, modo ſupradicto formatus manifeſtè ad ruinam animarum pertinet, & laqueus eſt damnationis, propterea fugiendus eſt toto poſſe, & qui habet pecuniam, & ex illa lucrum deſiderat accipere, emat ex illa rem fructiferam, vel ponat illam in negotiatione iuſta, quia tunc iuſtè habetur lucrum, de re fructifera, quia de ſe fructum facit. In negotiatione etiam iuſta lucrum haberi poteſt, non quia pecunia ex ſe faciat pecuniam, ſed lucrum venit ex induſtria, labore, & periculis, in quibus verſatur vtens pecunia illa, vt manifeſtat experientia ipſa, vnde non ſequitur, id quod dicit auarus, quod ſi quis ex pecunia, in negotiatione poſita poſſit lucrari, quod hoc poſſit haberi ex Mutuo ſimplici. Ratio eſt, quia in mutuo data pecunia eſt mortua, in negotiatione autem eſt viua, vnde ſi ille qui mutuo accipit pecuniam de mortua illam viuam facit vtile debet eſſe ſuum, & non eius qui dedit ei pecuniam, loquendo de rigore iuſtitiæ, ex gratitudine ſi datur aliquid, poteſt illud recipere.

Nota.

Contractus liuellarius debet eſſe iuſtus aliter eſt iniuſtus, vel vſurarius.

Conditio tertia, eſt quod emptio, & venditio liuellaria ſit iuſta, ita, quod pecunia proportionata ſit fructibus, & fructus pecuniæ deductis expenſis, & laboribus, & grauaminibus, hoc enim ſeruandum eſt in quacunque emptione, & venditione, caſus enim nimirum omnes, in quibus non dominatur, & præualet iuſtitia, quæ propria ſingulis ſecundum æqualitatem diſtribuit, nullo modo ſunt tollerandi, quia ſunt vſurarij, vel ſaltem iniuſti, & contra charitatem fraternæ ſocietatis, ſemper enim in omnibus contractibus hoc ſeruandum eſt, quod alter contrahentium plus altero non grauetur, ſiue in precio rerum venalium, ſiue in ſubſtantia rei, ſeu in pactis, & conditionibus, quæ ſint contra naturam iuſtorum contractuum, aut in grauaminibus rerum, vel fructuum, vel penſionis impoſitæ, & breuiter in contractibus, & ſimi-

ſimilibus ſocius, non faciat alteri, quod ſibi nollet fieri.

Contractus liuellarius iniquus efficitur ſi obligatur ad aliquas recognitiones vltra iuſtum precium.

Vltra notata in ſuperioribus, contractus liuellarius iniquus efficitur, ſi fiat obligatio penſionario de fructibus quos non producit res liuellata. v.g. ſi fiat obligatio de oleo ſoluendo ſuper aliqua domo, vel de alijs ſimilibus, domus enim non producit oleum, vel vinum, &c. ſed ex affitu illius habetur pecunia, qua emi poteſt oleum, vinum, &c. Si tamen iuſtitia ſeruatur poteſt poni penſio in vino, frumento, oleo, &c. pro affitu domus, vel alterius fundi pro quantitate pecuniarum, quæ ex domu habetur ad ratam, & ſine fraude, & dolo, & hoc idem ſeruari poteſt ſuper fructibus aliorum bonorum obligatorum, dum non ſit grauata altera pars plus iuſto, in quibus auriga eſſe debet conſcientia, & lex naturalis, ſcilicet, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, ſi enim conductor liuellarius ex hac obligatione, ſcilicet, dandi oleum, vinum, &c. loco pecuniarum multo aggrauetur omnino contractus eſſet reformandus, quia contractus non debet magis aggrauare vnam partem quam aliam, contractus ergo ad hoc, quod ſit iuſtus (coram Deo, & hominibus, ſic eſt formādus)

Oſtenduntur requiſita ad conſtitutionē contractus liuelli iuſti.

Primo fiat rei fructuoſæ legitima venditio, & venditori conſignetur poſſeſſio rei venditæ ſecundum iura, etiam cum pacto de retrouendendo dicto venditori iuxta decreta Summorum Pontificum, in quo tempore ipſe emens ſubſtinere debet grauamina rei emptæ, vt decet, nam qui ſentit vtile ſentire etiam debet incommodum. Secundo res venalis certa eſſe debet, non pro indiuiſo, ſed ſuis terminis limitata, ſitque ab eo cognita immediatè, vel mediante agente ſuo, Tertio debet eſſe empta iuſto precio, cum vera intentione contrahendi ex vtraque parte, & non fictè, quia tunc non eſſet realis venditio. Stante ergo bona mente, cum iuſtitia commutatiua in contrahentibus, & re venali, poteſt fieri, & conſtitui iuſta precia nomine liuelli, vel affitus, ſuper re realiter acquiſita ratione fructuum ex eadem re prouenientium cum pacto de ſubſtinendo damno, caſuum fortuitorum, vel ſi noluerit ſubſtinere grauamina, & ſimilia, fiat remiſſio alicuius conuenientis partis ſecundum iuſtitiam, vt venditor non aggrauatur plus iuſto. Ius enim contrahentium exigit, vt neuter grauetur plus altero, & ſic vnuſquiſque, ſecurus eſſe poterit in vtroque foro, ſcilicet, lucrari de ſua pecunia cum bona conſcientia.

Poteſt etiam formari cōtractus huic ſimilis, ſuper fructibus alicuius poſſeſſionis, obligando magnā poſſeſſionē pro ſolutione liuelli. v. g. ducatorum mille ad penſionem tamen fructuum, deductis expenſis grauaminibus, & caſibus fortuitis, dummodo intentio ſit emendi fructus realiter, & non aggrauare ſocium in aliquo, non eſt maior ratio, quod fructus realiter vendantur vni perſonæ, quam pluribus, pro vno anno, quam pro multis, ſeruatis his quæ ad veram venditionem requiruntur ſuperius declaratis, ſcilicet, intentione contrahentium, re vera venali, & iuſto precio. Hæc omnia intelligebant Martinus 5. & Caliſtus tertius, in extrauaganti illa, vt annotauimus in bulla illa ſuper cenſum, quando autem emptor vult ſecurus eſſe de fructibus in omni euentu, ſignum manifeſtum eſt, quod realiter non emit, quoniam ſi apud ſe retineret fundum fructiferum, non poſſet eum liberare ab infortunijs occurrentibus, vnde apparet, quod talis obligatio, ſit non ſolum contra charitatem proximi, ſed contra iuſtitiam. His pro dubio poſitis, ſoluenda eſt inſtantia dubij, pro parte negatiua.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantiam factam dicit conſequentiam non currere, alia enim eſt ratio de genero, & alia de alijs contractibus. Conceditur enim genero, vt poſſit frui fructibus fundi ſibi impignorati pro dote (non computando illos in dote) hoc non conceditur in alijs contractibus. Ratio eſt, qui hoc conceditur genero propter onera matrimonij. Pontifices enim ſupponunt, quod ſi gener haberet dotem ſuam ex illa emeret rem fructiferam, vel illam in negotiationem poneret, ex cuius fructibus ſubſtentaret vxorem, filios, & familiam ſuam. Hoc autem non accidit ei, qui mutuat, quia ſi gratis non intelligit dare, debet emere fructus rei fructiferæ, & ſubiacere grauaminibus, & periculis, prout abunde declarauimus in caſu, & dubio iſto. Nunc dicamus ad argumenta vtriuſque partis caſus.

Gener poteſt vti fructibus rei ſibi hipotecatæ nō cōputando fructus hec facere non poteſt liuellarius.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

EX iam dictis inquit Theologus manent ſoluta argumenta pro vtraque parte. Nam ſi in contractu liuellario, ſeruatæ ſunt regulæ ſuperius declaratæ, ſcilicet, quod ibi reperiatur intentio contrahentium conformis in emendo, & vendendo, quod res venalis de qua tractatur realiter exiſtat, & nulli alteri ſit obligata, & quod ſit empta iuſto precio. Contractus liuellarius licitus eſt, & approbatus, à Summis Pontificibus, ſi autem in eo non reperiuntur iſtæ omnes conditiones, contractus eſt vſurarius, & iniuſtus, vnde qui errare non vult in contractu liuellario, ſeruet regulas aſſignatas, & non errabit, hæc ſint pro caſu iſto, Accedamus modo ad alium.

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc caſu diſputare intendit ea, quæ occurrunt circa contractum emptionis iuſtæ, non ſoluto toto precio emptionis, in caſu ergo quærit Lector, vtrum illi, qui vendidit poſſeſſionem ſuam iuſto precio, illi qui non habet pecuniam ſufficientem ad ſolutionem totius precij, Si vendens poſſeſſionem illam poſſit conſtituere

penſionem annualem ſuper poſſeſſionem eadem ad rationem quinque, vel ſex pro centenario, ſecundum ſummam non ſoluti precij ex contractu venditionis, & quoadusque ſoluat precium penſionis, ipſe emptor ad omnia grauamina realia, & perſonalia, ordinaria, & ſtraſordinaria, teneatur ſimpliciter, Argumenta ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua Lector format tale argumentum, quilibet licitè poteſt vendere affiatæque ſuam domum, vel poſſeſſionem, ſed qui dedit ad liuellum pecuniam ſuam factus eſt Dominus fructus illius ſupra quo fundauit, vel aſſicurauit liuellum, ergo licitè conficere poteſt contractum cum illo, qui ei dedit pecuniam ad liuellum, vt ſoluat illi quinque, vel ſex pro centenario, quoadusque ſoluat totum precium liuelli.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Argumentatur ſic; lex eſt, qui ſtat ad lucrum ſtet, & ad damnum, ſed ſi iſte ex contractu facto, vult quinque, vel ſex pro centenario, quoadusque ſoluat liuellum, ſtat ad lucrum certum, non aũt ad damnum, ſcilicet, ignis, grandinis, belli ſterilitatis, & ſimilium, ergo contractus illicitus eſt.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

Lector Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem rerum, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit iuſtantias partis affirmatiuæ. Quo ad primum obſeruat ex doctrina D. Thom. 22. q. 78. art. 1. quod res ſunt in duplici differentia quędam quorum vſus eſt ipſa rerum conſumptio, vt pecunia, vinum, oleum tritieum, &c. In talibus nulla penſio poni poteſt ſuper vſu illorum, ſic ſeorſum à rebus ipſis, pecunia exiſtimabilis, ſuper vſu illarum, quoniam non datur vſus, talium rerum diſtinctus à talis rebus. Cum res tales ex ſui natura ordinantur ad vſum quo conſumuntur vtendo enim cibo conſumimus ſubſtantiam illorum ſimiliter vtendo pecunia diſtrahimus illam, vnde in rebus iſtis mutuatis quicquid accedit ſorti vſura eſt, vſura enim eſſet ſi vellet pro ſacco frumenti mutuato, vltra ſacum frumenti decem libras, pro vſu frumenti illius. Ita eſt vſura dum quæris pro ducatis centum quos mihi mutuaſti centum, & quinque, vel plus, nam pecunia ex ſe non facit pecuniam, & iſte res ſunt de genere illarum quorum vſus eſt conſumptio, aliæ res ſunt, quorum vſus non eſt illarum conſumptio, vt domus, poſſeſſiones, iumenta, & his ſimilia, in his ſicut vſus eſt aliquid ſeorſum à rebus. Itam ſeorſum extimari, & vendi poteſt, & ſieretento prædiorum fundo fructus diſtrahimus, vel in alios vſus noſtros fructus conſumimus, qua de cauſa in quibus de vſufructu l. 1. dicitur, vſus fructus eſt ius alienus rebus vtendi, fruendi, &c. (ſalua rerum ſubſtantia.) & ita dominum fructuum eſt ſeparatum à rebus, per conſequens, poteſt alienari vnum ſine alio (iuſto precio) vt fit in locationibus ex parte fructuum, in affictu ex parte domus locationis.

Res ſunt in duplici vſu, quędam quorum vſus eſt, ipſa conſumptio, quædã quarũ vſus diſtictus eſt à re ipſa.

Vſus fructus eſt ius alienũ rebus fruẽdi, fruẽdi ẽi e ſalua rerũ ſubſtantia.

Secundum in caſu noſtro conſiderandum eſt. An pecunia nondum ſoluta ſit relicta in manu emptoris mutuo, quoadusque illam ſoluat, vel vt precium, poſſeſſionis proportionaliter ſub contractu liuellario. His ſtantibus proprio puncto ponendæ ſunt concluſiones reſponſiuæ.

Concluſio prima, Si pars pecunię (empti fundi fructiferi) manet ſub ratione mutuij in manu emptoris, emptor manet ſubiectus grauaminibus omnibus, ſed venditor ex pacto, vel obligatione nihil recipere poteſt ex poſſeſſione, vel domu vendita, cuius pars precij non eſt ſoluta. Prima pars concluſionis eſt certa, quia in tali actione, & contractu transfertur dominium, per realẽ conſenſum contrahentium, in quo contractus eſt, re exiſtente libera empta iuſto precio, cum omnibus requiſitis neceſſarijs, vt ſicut ſubiacet vtili, & damno ſimiliter, quo ad ſecundam partem concluſionis, omnes doctores vnanimiter tenent, quod velle rationem mutui vtilitatem habere vſuratium eſt, iſte venditor ſupponitur relinquere mutuo in manu emptoris pecuniam non ſolutam. ergo ex illa, vt ſic fructum aliquem recipere non poteſt, licet, vt eſſet tutus de capitali aſſecuraſſet pecuniam non ſolutam, ſub bono fructifero vendito.

Pro pecunia non ſoluta in emptione ſi manet in manu emptoris, vt in mutuo nihil poteſt venditor accipere.

Concluſio ſecunda, Si precium non ſolutum relictum eſt in manu venditoris, vt precium poſſeſſionis proportionaliter, venditor poteſt recipere partem fructuum, ſed tenetur manere ſub grauaminibus proportionaliter. Concluſio quo ad primam parte probatur, inquiunt iuriſtæ ex precio non ſoluto licet in pactum ducere penſionem ſoluendum, quia poſſeſſio pro parte ſoluta fructificat emptori, pro parte, pro qua ſolutum nondum eſt, fructificat venditori, in ſignum cuius in ſimilibus caſibus lex dat ius venditori contra emptorem, ſi eſt in mora reſpectu ſolutionis debitæ, ex promiſſione in contractu facta. Non enim datur actio iuridica alicui, niſi quia non fecit, quod debuit, vel quia fecit, quod non debuit ſecundum iuſtitiam, quæ vnicuique ius ſuum tribuit, & quia vitium eſt emptoris non ſoluiſſe tempore ſuo, propterea contra illum ius dat creditori, quod autem venditor pro parte illa ad grauamina teñeatur, habetur ex Baldo in Regulis de vſuris, vbi dicitur, omnis obligatio relatiua, requirit extrema æquipolentia, vel quaſi æquipolentia, quod non requiritur in caſu vbi venditor vult recipere fructus ſuæ poſſeſſionis proportionaliter, & reliquere grauamina totius poſſeſſionis emptori, in omnibus caſibus, & diſpendijs, & expenſis in ſubſtinendis oneribus, &c. quod non licet apud legiſtas, canoniſtas, & Theologos, poteſt enim accipere tot pro centenario, puta quinque, vel ſex pro centenario, ſi tale vtile ex poſſeſſione habetur deductis expẽſis, vltra hoc nihil aliud petere poteſt, niſi vt ſoluatur debitum iuxta contractum factum inter eos, puta in termino octo, vel decem annorum, ſi trãſacto tempore hoc non ſoluit, tenetur emptor ad omne damnum, & intereſſe.

Si preciũ non ſolutũ relinquitur venditori pro parte fructuum fundi fructus illi debẽtur, ſed pro illis ſoluere debet grauamina.

Confirmatur hoc ratione. Omnis contractus bonæ fidei ſummam equitatem deſiderat. Contractus

tractus

tractus de quo agitur eſt huiuſmodi, ergo in eo ſumma æquitas reperiri debet, ſubſumamus minorem, ſed in hoc contractu uenditor nullo incommodo ſubiacere uult, cum liberè intendat accipere quinque, uel ſex pro centenario quoadusque emptor ſoluat totam pecuniam, ergo in contractu hoc non uidetur ſumma æquitas. His ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta partis affirmatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

LEctor Theologus dictis modo dicit quod argumentum pro parte affirmatiua adductum manet ſolutum, quia in tali caſu non reperitur ſumma æquitas, uenditor enim in omni euentu, uult eſſe de ſua annuali penſione ſecurus, & nihil ſentire de incommodo, quod eſt contra regulam illam, ſcilicet, incommoda ſentiat, qui uult commoda ſentire, unde emptor manet grauatus contra, & ultra debitum cum ipſe ſubiacet incommodis omnibus.

Argumentum ſecundum.

Inſurgit Lector (Amator rerum temporalium extra modum) dicendo. Contractus ex conuentione, legem accipit, ergo contractus iſte non eſt contra legem, cum in hoc conueniant contrahentes inter ſe liberè, abſque aliqua uiolentia.

Argumenti ſolutio.

Theologus ad antecedens dicit, quod dictum illud uerum eſt, quando contractus non eſt factus contra iuſtitiam: alioquin pacta, & conuentiones uſurariorum tenerent, quia facta ſunt, ex conuentione contrahentium, & abſque uiolentia. Tamen pacta, & conuentiones uſurariorum ab omni lege damnantur, & efficiuntur inualida, & nullius ualoris, & licet aliqua illorum permittantur à lege humana, non permittuntur tamen à lege diuina, qua de cauſa dicebat Angelicus Doctor 22. queſt. 77. art. 1. ad primum, quædam mala admittuntur ſecundum politicam æquitatem pro communi ſtatu ſeruando, ad tollenda mala maiora, quæ oriri poſſent in uita hominum, non tamen illa laudat, uel punit, ſed tollerat, ut ſunt uſuræ, meretrices, & peccatores communes, quæ mala iuſtitia diuina impunita non relinquet, quia apud Deum nullum malum impunitum, neque bonum irremuneratum. Omnis ergo contractus, omnis actio quæ à regula diuinæ iuſtitiæ exorbitat, iniuſta eſt, & peccatum dicitur, quod facit hominem ſeruum peccati, & diaboli, & ut ad propoſitum noſtrum deſcendamus, Contractus iſte, ubi tantum aggrauatur una pars deuiat à iuſtitia diuina, ergo eſt iniuſtus, & per conſequens ab homine Chriſtiano, qui animam ſuam ſeruare deſiderat, fugiendus eſt, & ſi in contractu eſſet appoſita iſta particula. Ad rationem quinque, uel ſex pro centenario ſecundum quantitatem pecuniæ numeratæ, eſſet etiam uſurarius, ratio eſt, quia talis contractus non habet reſpectū ad fructus emptos, ſed ad pecuniam numeratam, unde ex mutuo iſto, non ſolum ſperat, ſed uult lucrum contra uoluntatem Domini dicentis, Mutuo date, nihil inde ſperantes. In hoc etiam faciliter apparere

In lege humana multa mala impunita relinquūtur, in lege diuina minimè.

Liuellarius contractus factus ſub hac forma. Ad rationē, quinq. vel ſex pro centenario eſt vſurarius.

poteſt iniquitas. Si penſio eſſet maior ipſa locatione, ſi bonum illud locaretur, prout in pluribus exercet iniqua cupiditas hominum. Hoc enim faciliter percipi poteſt ex uenditione fructus, ex quibus non habetur tanta pecunia, quæ ſufficiat ad ſolutionem penſionis eiuſdem poſſeſſionis apothecatæ. Nihilominus uenditor uult illæſum remanere, & totum damnum ſuffert emptor, licet iuſtitia non permittat, quod ſors unius contrahentium notabiliter ſit peior, uel melior, ſorte alterius. Immo uult, quod faciamus alteri, quod nobis facere deſideramus, ſi enim uenditor ſemper uult eſſe tutus de penſionis cenſu, occurrere poteſt fructus omnes perire, in quo miſer emptor tenebitur ſoluere totam penſionem de fructibus non habitis, quod iniuſtitia manifeſta eſt. Ratio, quia uenditor in tali caſu, uult penſionem non pro fructibus, cum poſſeſſio illos non dederit, ſed pro pecunia non ſoluta, quod eſt uſura manifeſta, & ut magis percipiatur ueritas iſta, formo tale quæſitum. Aut uenditor petit penſionem ſibi exhiberi in ratione fundi, & hoc non, quia ratione fundi grauatur oneribus tributarum, & diuerſarum expenſarum, emptor, pro cōſeruatione fundi, unde emptor ex hac parte, debet non aggrauari, ſed ſubleuari aliquibus muneribus, Ad hoc, ut poſſeſſio in ſua bonitate ſeruetur. Vlterius ipſe emptor non emit fundum (cum dominium directum fundi maneat apud uendentem) Aut uenditor petit penſionem ratione fructuum, hoc non, quia in caſu noſtro fructus omnes perierunt, ex nihilo enim nihil fit, ergo petit hoc ratione expectatæ pecuniæ, quod multum minus facere debet, quia ut habemus ex D. Thom. & ex D. Antonino ex Scoto, & ex communi ſententia Theologorum, quilibet contractus uenditionis his duobus regulis fuit regulandi, Prima eſt, ut non uendatur tempus, nam quando ratione dilationis temporis res carius uenditur ad terminum, quam pecunia numerata, & per conſequens ſi in tali uenditione precium excedit, uenditur tempus, Secunda regula eſt, ut uenditor non ponat ſe in tuto de lucro, relinquendo emptorem in periculo de damno ſuſferendo, & quia in caſu noſtro, uenditor ſecurus eſſe uult in omni euentu, & quod emptor ſubiaceat omni periculo, ergo caſus iſte ex modo contrahendi, apparet iniuſtus, etiam ſi penſio quantitatem fructuum non uideatur excedere, ſi autem deficeret, ad ratam iuſtitiæ prout extimetur periculum, & iudicantur grauamina occurrentia, tunc contractus eſſet iuſtus, prout in regulis aſſignatis in caſu ſuperiori habetur, ſi autem hoc ſeruari uult ex tēpore ac dilactione uſurarius eſt contractus talis, ergo contractus reformandus eſt, uel quia melius, uel iniquus, uel uſurarius.

Quæſitū pro cognitione liuellorū quæ cōtinēt vſura palliatam, vel manifeſtam.

In contractu venditionis iuſto, nō poteſt vendi tempus, neque altera pars poni in tuto alia in periculo.

Nota.

Videant ergo, & aduertant Notarij, & alij omnes in conficiendo tales contractus, caueant conſcientijs ſuis, & ſi quos contraxerunt corrigant, & emendant, & hoc præcipuè agant principales, & in rebus conſcientiæ, non recedant à terminatione Theologorum.

Indubijs enim tutior pars eſt eligenda, & ut

Aſſignatur modus formādi contractus liuelli ſupra pecuniā non exburſatā pro ſolutione precij totius poſſeſsionis emptè, vel venditæ.

clarior percipiantur iam dicta, obſeruanda ſunt infraſcripta quantum ad ſubſtantiam contractus, Primo ipſa venditio, quæ eſt actus commutatiuæ iuſtitiæ, requirentis æqualitatem rei ad rem, precij ad precium, in eo omnino ſeruanda eſt æqualitas in vtroque, ſine dolo. Modica tamen iniuſtitia, in precio, vel in re, non vitiat contractum iuſtitiæ ex ſententia Theologorum, Secundo cum res vendita, & tradita, ſit emptoris, & non amplius venditoris, ad emptorem ſpectant fructus illius, propterea ſi res perijt, emptori perit, & quia in contractu propoſito, emptor emit fructus rei, ergo ſi fructus iſti pereunt, in toto, vel in magna parte, emptori, & non venditori perire debent, vt decreuerunt Summi Pontificis, ſupranominati in diſputatione de cenſibus, at quia in caſu noſtro emptor ſubiacere non vult periculis, contractus eſt illicitus, præcipuè, cum grauamina omnia quibus emptor ſubiacere tenetur vult ſubiacere venditorem, abſque eo, quod de penſione, minuat aliquid, ſi autem de penſione minueret. Ita tamen, quod penſio talis eſſet, vt conductor, ſeu emptor poſſit in aliquo competenti lucro, remunerate, prout iuſtitia quærit, Ne labores ſuos fruſtra videatur expendiſſe, poſſet tollerari. Iuſtificatio, ergo caſus requirit, quod venditio ſit iuſta, cum iuſta reſeruatione penſionis in fructibus, cum pacto ſoluendi illam (finito termino,) Facta ſolutione fiat relaxatio penſionis iuxta damnum receptum à venditore in fructibus, quia tunc venditio erit perfecta, & cum caſus accidit, quod terra non producat, aliqua ex cauſa naturali, vel ex malitia hominum, quod tamen ex culpa coloni non venit, fiat recompenſatio. Ratio huius noſtræ ſententiæ eſt, quia contractus iſte, eſt quaſi locatio fructuum, & per conſequens Dominus debet ſubiacere periculis, tanquam ſi poſſeſſio ſua non eſſet locata.

Pars poſſeſſionis cuius preciū eſt ſoluiſ libera eſſe debet alia manet ſub pēſione liuellaria iuſta.

Contractus ergo, vt iuſtus ſit, oportet, vt formetur ſic, quod in contractu appareat, quod pars cuius precium eſt ſolutum ita ſit liberè, & ſine penſione, in manu emptoris, reliqua autem cum penſione, & diſtinctè, vt appareat qualis pars ſit libera, & qualis obligata. Non tamen maneat grauata pars illa vltra iuſtum. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, cum ſuis annotationibus, nunc autem adducendus eſt in diſputatione caſus tertius.

Caſus tertius.

LEctor, vt in pratica ponatur doctrina iſta proponit vltimū caſum cum dubijs annexis circa notitiam fundi liuellari.

In caſu, ergo quærit Lector, vtrum liceat fundare liuellum. v.g. mille ſcutorum, ſupra fundum non limitatum ſuis terminis, puta, ad quinque, vel ad ſex pro centenario, libera ab omni grauamine.

In primo dubio interrogat, An quis abſque pecunia emere poſſit poſſeſſionem vnam, non exburſata pecunia, cum pacto ſoluendi quinque, vel ſex pro centenario loco liuelli, quoaduſque ſatisfaciat, & ſoluat totum capitale.

In ſecundo dubio inueſtigat, An abundans pecunijs, poſſit illam dare diuerſis ſub contractu liuellario, ad negotiandum, ad quinque, vel ſex pro centenario, iuxta morem patriæ, cum pacto retrouendendi, ſub forma ordinaria.

In caſu, ergo quærit Lector, vtrum liceat fundare liuellum. v.g. mille ſcutorū ſupra fundū non limitatum ſuis terminis puta ſupra poſſeſſionem vnam mille camporum, ad quinque, vel ſex pro cētenario, libera ab omni grauamine, & pro vtraque parte format ſua argumenta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum, ille dignus eſt laude, qui in ſuis actionibus confidenter procedit cum proximo ſuo, ſed ille, qui emit partem fundi poſſeſſionis alicuius de qua non habet notitiam certam, oſtendit magnam confidentiam in eo cum quo tractat, ergo eſt laudandus, & approbandus eius contractus emptionis liuellariæ, factæ ab eo ſub tali confidentia,

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Ille qui emit aliquam rem de qua nullam notitiam habet eamque affitat, pro rata pecuniæ datæ ad quinque vel ſex pro centenario, videtur habere oculum non ad rem emptam, ſed ad lucrum elicitum ex pecunia, ergo eſt emptio vſuraria, vel mutuatio vſuraria, ſub ſpecie emptionis rei datæ ad liuellum, ex qua habere intendit quinque, vel ſex pro centenario, ergo contractus eſt illicitus, & vſurarius,

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit dubia, Tertio reſpondet argumentis partis affirmatiuæ.

Non licet formare liuellariū contractū ſupra fundū non limitatū ſuis terminis.

Concluſio, Non licet formare liuellarios contractus ſupra fundum non limitatum ſuis terminis, quia talis liuellus eſſet vſurarius. Concluſio iſta patet ex ratione adducta pro parte negatiua caſus. Confirmatur de nouo. Nam fundi, & domus communiter non reddunt quatuor pro centenario, nihilominus in his contractibus liuellarijs cum pacto retrouendendi, & locando petitur ſex pro cento, ſiue ſit emptio domorum, ſiue agrorum quouis in loco poſitorum, quod eſt argumentum efficaciſſimum, ad corroborandum, quod intentio talium contrahentium non eſt emere, vel uendere, ſed uelle emptorem ſub prætextu reuenditionis lucrari ſex pro centenario, ſimiliter conſtant, quod contrahentes iſti non intelligūt transferre dominium, non dico fundi, ſed neque fructuum, quoniam aſſicurant, u.g. mille ſcuta ſuper poſſeſſionē non ualentē decem millia ſcuta, quod precium ita eſt modicum reſpectu rei, quod non eſt credendum uenditorem uoluiſſe uendere in rei ueritate poſſeſſionem illam, ſed potius deſeruire ſe de tali pecunia in aliqua neceſſitate, ſimiliter ex parte emptoris uidetur, ꝙ nō intellexit emere poſſeſſionē illā, ſed rapere il-

lam

Digitized by Google

Quandoq; cõtractus liuellarius eſt vſurarius ex parte emptoris quãdoque ex parte venditoris.

lum ſi poſſet, quia auarus ſemper ſitit, quando in contractu ponitur cum pacto de retrouendendo, hoc fictitiè fit, in ſignum cuius non fit mentio de diminutione precij, vt iuſtitia quærit, ex parte venditoris, ex parte ementis iniquitas apparet, quia id quod valet tria, vel quatuor millia, emit pro mille, quod eſt contra omnem iuſtitiam, vt iam dictum eſt pluries. Menſuratio precij proportionata eſſe debet valori rei, & præcipuè, quando fit ſub obligatione ſi in tanto ſpacio temporis non redimat, non poſſit poſtea, redimere illam. Confeſſor igitur in his contractibus diligenter inquirat de intentione, ſi ille qui dedit pecuniam ſuam ad liuellum, habuit intentionem realem emendi, vel locandi fructus talis poſſeſſionis, vel potius lucrandi illa ſex, vel quinque pro centenario ex ſuis pecunijs, in foro enim conſcientiæ animus præcipuè inſpicitur, ſi iſte non habuit animum emendi, contractus fuit, & eſt vſurarius, propterea pœnitens debet illum reſcindere, & reſtituere omnia illa, quæ pro tali contractu recepit. Ratio eſt, quia illa tot pro centenario non iuſtè accepit, ſi autem iſte dedit pecuniam ſuam ad liuellum cum intentione emendi fructus annales (iuſto precio) iſte tutus eſt in conſcientia, & ſi caſu in precio liuelli exceſſit, reformet contractum, & vt clarius hoc percipiatur dilucidamus dubia.

Confeſſarius ad realitatem contractus liuelli debet inſpicere, vt pœnitens reſipiſcat.

Dubium primum.

LEctor proponit hic difficultatem vnam ſimilẽ illi quæ tacta eſt in caſu. Adeſt hic Petrus qui emit à Paulo poſſeſſionem vnam precio ſcutorum mille, & quia non habet ad manum, vnde ſoluere, conuenit cum Paulo ſoluere illi annuatim quinquaginta ſcuta donec integrum precium eidem perſoluerit, quam conuentionem comparere fecit in contractu emptionis, quærimus ſi huiuſmodi contractus liuellarius ſit licitus. Rationes enim ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Poſſeſſio illa in rei veritate eſt Pauli, antequam Petrus pro illa ſolutionem faciat, ergo in hoc tempore Paulus poteſt vendere fructus illius ad quinque, vel ad ſex pro centenario, abſque vllo ſcrupulo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale format ratiocinium Lector. In venditione transfertur dominium directum, & vtile, ergo in tali contractu, Petrus acquiſiuit ius poſſeſſionis illius, ergo poſſeſſio non eſt amplius Pauli. Sed nullus de re non ſua, vel alteri aſſignata iuridicè fructus habere poteſt, ergo non licet Paulo, ex poſſeſſione vendita Petro etiam, quod non ſoluerit precium (ex pacto, pro ea) non poterit habere quinque, vel ſex pro centenario, quoaduſque perſoluat precium poſſeſſionis.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione bimembri ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit argumenta partis negatiuæ, diſtinctio ex qua ſumitur concluſio bimembris eſt iſta, in ordine ad animum Pauli, in accipiendo à Petro illa quinque, vel ſex pro centenario, vel ergo animus Pauli eſt accipere illa ſex pro centenario ratione precij non ſtatim ſoluti, vel ratione fructus poſſeſſionis quos ſibi reſeruauit, quoaduſque Petrus ſoluat pecuniam pro poſſeſſione.

Concluſio, Si animus Pauli eſt accipere illa ſex pro centenario, ratione precij non ſoluti, ſtatim animus vſurarius eſt, & contractus eſt illicitus, & reformandus, reſtituendo illa, quæ recepit. Si autem animus Pauli eſt habere illa ſex pro centenario ratione fructuum quos ſibi ſeruauit, nulla eſt vſura. Ratio eſt, quia quoaduſque non ſit facta ſolutio, Paulus non vendit poſſeſſionem ſuam Petro, ſed locat. Ratio adducta pro parte affirmatiua dubij confirmat hanc ſecundam particulam concluſionis, ſicut illa adducta pro parte negatiua corroborat primam. Obſeruandum tamen eſt, quod ad hoc, quod contractus iuſtus ſit, oportet quod in illo ſeruentur hæ conditiones, inter quas, prima eſt iſta, quod illa quinque, vel ſex pro centenario, quæ Paulus ſibi reſeruare intendit, non excedat valorem fructuum venditorum, vel locatorum, immo oportet, quod fructus ſuperabundent ad hoc, ne Petrus abſque vtilitate laboret, vel curam habeat illius poſſeſſionis, ſecunda conditio eſt, vt pactum hoc fiat in traditione rei, non autem poſt terminationem precij, quod non eſſet, ſi poſt traditionem rei tale pactum fieret, tertia conditio in hoc contractu requiſita eſt iſta, vt venditor ſubiaceat periculis euenientibus circa illos fructus, ſubiaceatque grauaminibus cæteris, quia cum ipſe maneat Dominus fructuum, oportet, quod ſi pereant, quod illi pereant, omnes iſtæ conditiones in contractu venditionis exprimi debent.

Accipere quinque, vel ſex pro centenario pro precio nõ ſoluto in ordine ad fructus licet non autem in ordine ad precium.

Nota.

His tribus conditionibus ſeruatis, contractus licitus erit, & ab vſuræ labe alienus, & ratione ſic probatur.

In contractu iſto venditur vtique res, ſeu proprietas, fructus autem non venduntur, ſed locantur, ergo cum realiter Paulus Dominus ſit fructuum, vendere poteſt fructus illos, poneteque ſupra illos penſionem. Cum fructus a poſſeſſione ſint diſtincti, per conſequens vendi poſſunt, & ſeparari à re fructifera, & multo magis locari poſſunt. Prædicti igitur fructus retenti à Paulo, poſſunt locari Petro pro tali, & tanta penſione, quoaduſque durauerit mora ſolutionis totius precij, quæ fuit conceſſa à principio. Nihilominus, vt ſuperius diximus, Dominus tenebitur ad exonerationem grauaminis, ſi res locata perirer, in toto, vel in parte, ne conductor grauatus ſit extra terminos iuſtitiæ, Iam de hoc in ſuperioribus abunde loquuti ſumus. Nunc autem accedamus ad ſolutionem inſtantiarum partis negatiuæ dubij, quam ſequi videtur, Gabriel in 4. d. 15. q. 11. & alij nonnulli.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantiam adductam in contrarium dicit, quod ſi Paulus, vendidiſſet fundum cum fructibus, vtique pro exacta ſolutione pecuniæ ei non liceret accipere illa quinque, vel ſex pro centenario, prout intelligunt Gabriel. Syl. & alij, dicendo, quod venditor iſte ex re iam non ſua fructus accipere vult in quo ſenſu veriſſima eſt ſententia illorum, ſed non eſt contra nos, ipſi loquuntur in caſu quo venditor vendidiſſet, rem & fructus ſuos ſimul, ita vt illa tot pro centenario haberet libera, ab omni grauamine, & periculo, in quo ſenſu, & non in illorum ſententia venimus. Concedimus tamen nos caſum quando venditor vendit rem ſeu poſſeſſionem ſuam, & ſeruat ſibi dominium fructuum proportionaliter, cum facultate vendendi illos quibus voluerit, & in hoc interim locat illos emptori, vnde apparet, quod non accipit penſionem illam, ad quinque, vel ſex pro centenario, ratione dilationis temporis ſolutionis precij, ſed ratione locationis fructuum, quorum periculo tanquam verus Dominus ſubiacet, Confeſſor igitur pro quiete timoratæ conſcientiæ pœnitentis, debet conſiderare, ſi Petrus exburſauit partem pecuniæ pro poſſeſſione empta, & quanta ſit, & præcipere Paulo, vt relinquat partem poſſeſſionis liberam Petro, pro rata pecuniæ exburſatæ, & quod Petrus ſoluat pro fructibus partis poſſeſſionis, cuius precium non eſt ſolutum, quia Paulus realiter manet Dominus fructuum portionis illius, non autem exiſtit Dominus omniũ fructuũ totius poſſeſſionis, quibus ſeruatis ad argumentum pro parte negatiua dicimus, quod in caſu noſtro, vtique transfertur dominium rectum, non autem vtile, cum tale dominium vtile, maneat in venditore, quoadusque ſolutum ſit precium ad plenum, oportet tamen, quod talis particula ſpecificata ſit in contractu, eo modo quo declarauimus in deciſione dubij. Hęc dicta ſint pro dubio iſto. Ad aliud pergamus.

Quando non eſt ſolutũ precíũ poſſeſſionis venditor poteſt ſibi reſeruare fructus proportionaliter, & pro illi accipere penſionem iuſtam.

Nota.

Dubium ſecundum.

LEctor in hoc vltimo dubio, pro intelligentia maiori huius contractus qui in vſu apperte reperitur apud multos, inueſtigat hoc, eſt in hac ciuitate diues quidam abundans pecunijs, & cum nollit eas occioſas manere, neque illas in poſſeſſiones ponere, neque in bonis ſtabilibus fructiferis inueſtire, eas dat varijs perſonis, ſecundum vſum patriæ ſub contractu liuelli ad affitum cum pacto retrouenditionis, ad rationem ſex pro centenario, habito reſpectu non ad fructus rei emptæ, ſed ad quantitatem illam pecuniæ, intellecto tamen, quod contractus eſt vſurarius pergit ad confeſſarium, vt illi oſtendat viam ſalutis, quid igitur facere debet confeſſarius cum illo? Huiuſmodi caſus tam vniuerſalis quam particularis, pro vtraque parte, affert rationes.

Pro parte affirmatiua ratio deſumitur ab vſu, qui videtur interpretatio legis, ergo cum ferè omnes abundantes pecunia dant illam ad cenſum, vel ad liuellum multis indigentibus, ergo ſignum eſt, quod hoc eſt licitum, & non eſt peccatum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Dominus ipſe, præcipiens diuitibus dicens, Mutuo date, nihil inde ſperantes, & illis, qui hoc facere nolunt dicit, væ vobis diuitibus, &c. & infra facilius eſt Camellum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum cœlorum, & alibi. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno, ergo diuites iſti debent à ſe remouere voluntatem, & opera vſuraria, reformare contractus liuellarios, vel cenſuales, & reſtituere, acquiſitum per vſuras, vt illis dicere poſſit Dominus ſicut dixit Zachæo. Hodie huic domui à Deo ſalus facta eſt, ergo confeſſarius poterit pœnitentem iſtum inducere, ad Dei miſericordiam recurrendum, ſuadere illi, vt reformat contractus, & intentionem, reſtituat malè acquiſita, & quærat eleemoſynis iram Dei placare, dicendo, ille Domino cum Zachæo, ecce Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſiquid defraudaui reddo quadruplum.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa huiuſmodi dubium duo facit. Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, ſimul declarat modum quo vti debet confeſſarius, cum huiuſmodi pœnitente, Secundo ſoluit inſtantiam partis affirmatiuæ, & ſic concludit totam hanc diſputationem de liuello.

Concluſio, Diues iſte pecunias ſuas ad liuellum date non poteſt, quia finis eius eſt lucrum, prout abundè oſtendit ratio modo adducta pro parte negatiua dubij, ideo relicta concluſione tanquam per ſe clara, deſcendendum eſt ad modum ſeruandum à confeſſario, vt talem pœnitentem reducat in viam Dei. At hoc opus hic labor eſt difficile eſt enim reducere huiuſmodi amatores mundi, & diuitiarum in via Dei, non tamen eſt impoſſibile dixit enim Angelus Gabriel, Beatæ M. V. Non erit impoſſibile apud Deum, omne verbum, vnde in caſu propoſito, confeſſor debet ſuadere (omni diligentia) diuiti illi, vt affitus, vel pecuniam ex liuello acceptam, reſtituat manifeſtando quomodo illas male acquiſiuit, & ſi non inueniat illum ita diſpoſitum, vt in omnibus, & quo ad omnia reſtituere ſit paratus, ſuadeat illi, vt affitus acceptos, & iam conſumptos, ſaltem quo ad partem illam in qua ditior factus eſt reſtituat, nihilominus melius faceret ſi ſequeretur Zachæum, ſi redderet non ſolum malè acquiſitum, ſed in quadruplum, ſecundum legem diuinam, & dimidium bonorum iuſtè poſſeſſorum date pauperibus deinde ſuadeat ei, vt mutata intentione contractus præteritos reuocet ad formam licitam, locationis liuelli, & retrouenditionis cum intentione remouendi fraudes, habere oculos non ad lucrum, ſed ad fructus emendos; ſi autem pœnites iſte promittit iſta omnia facere, recipiat eum ad pœnitentiam

Oſtẽditur modus quo confeſſarius ad reſtitutionẽ, & ſatisfactionem reducere debeat vſurarium faciẽdã.

tiam

tiam ſin autem relinquatur. Ratio enim hoc ſuadet, quoniam contractus iſti ſapiunt vſuram, quod ſic oſtendo, dictum eſt ſuperius, quod in foro conſcientiæ animus potiſſimè inſpicitur, vt habetur cap. Contulit de vſuris. At animus diuitis iſtius in ſuis contractibus non fuit emēdi bona illa, vel fructus illorum, ſed accipere bona illa ſub pignore, vt habere poſſet abſque difficultate, quinque vel ſex pro centenario, & plus ſi poſſet, quod eſt vſura manifeſta, ex ſententia Theologorum, immo quod magis eſt ipſius Domini dicentis, Mutuo dantes, cum autem diues iſte non ſolum ſperet, ſed declarat ſe velle tot pro centenario, & non intendat accipere fructus, ſed habere ſub pignore rem fructiferam, ergo non ſolum intentio, ſed opus eſt vſurarium, & per conſequens omnia ſubiecta ſunt reſtitutioni, quæ ex talibus contractibus lucratus fuit, vltra quod, i multa cecidit peccata mortalia, hac de cauſa, vnde Magiſter Dominicus à Soto, de iuſt. & iure. lib. 4. q. 7. art. 2. loquendo in propoſito iſto dicebat. Negotiatores qui multos faciunt contractus quos legitimos eſſe cenſebant, vbi compertum habent fuiſſe vſurarios, teneri ad reſtitutionem illius pecuniæ quam per vſuram lucrati ſunt, ſententia tutiſſima eſt in conſcientia, nec aliter facere poteſt confeſſarius, nec pœnitens ſi vult ſaluari, & vt clarius appareat veritas, confirmo hoc alijs rationibus, prima quarum eſt iſta, duobus tantum modis aliqua poſſidentur legitimè, ſcilicet, Domini voluntate, vel legis permiſſione, ſed diues iſte non obtinet huiuſmodi bona ex dono, vel libera voluntate Domini. Clarum eſt, quod ille cui pecunia accommodatur, hoc grauamen non ſubire vellet ſi poſſet, nam in ſignum veritatis non ſoluit vſuras, niſi ex obligatione facta per contractum, qui de ſe eſt vſurarius, cum ſit pignoratitius, & reſpectum habet ad lucrum, reſpectu quantitatis pecuniæ datæ ſub contractu ficto liuelli, cum non reſpiciat fructum rei liuellatæ, ſed lucrum. Nec dicas tu, illa ſex pro centenario licitè poſſideo, quoniam lex illa permittit ex antiqua conſuetudine.

Inſt. reſpōſio.

Solutio.

Reſpondemus dicendo, quod ſuaſio iſta diabolica eſt, lex vtique permittit hoc ad fugienda maiora mala, condamnat tamen vſuras. Illiciti etiam apparent contractus diuitis illius, quia ille nulli ſubiacet periculo, nec belli, nec grandinis, nec pluuiæ, neque ciuitatis, &c. ergo vſurarius eſt, prout in diſputationibus de vſuris clarius apparebit, pro nunc dicimus, quod diues iſte debet regulare intentionem ſuam, dirigere oculos ad fructus bonorum hypotecatorum pro pecunia liuellaria, & non ad lucrum quinque, vel ſex pro centenario, ſimiliter reformare contractus, iuxta Bullas Summorum Pontificum, quia ſi hoc fecerit, bonum illi erit, ſin autem, erit in ſtatu damnationis. His pro dubio ſtantibus, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Ex pecunia non licet aliquid recipere, niſi ratione dāni emergentis, vel lucri ceſſantis.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ad inſtantiam factam dicit, quod de diuite illo loqui poſſumus dupliciter, vel diues iſte eſt ſeruus diuitiarum, vel Dominus, ſi ſeruus, & non quærit liberari à ſeruitute hac, eſt in caſu damnationis, à quo eripi non poteſt, niſi Deus eius cor mutet, ſi eſt Dominus diuitiarum, nihil contra conſcientiam agere intendit, propterea non ſolum reformabit contractus ſub forma legitima, ſed reddet quadruplum, & dimidium bonorum ſuorum dabit pauperibus, audiens conſilium confeſſarij periti, & ſciet, quod lata eſt via quæ ducit ad perdictionem, & arcta quæ ducit ad vitam, vnde dimittet viam latam vſurarum, & ambulabit per arctam, ſcilicet, obſeruantiæ præceptorum, & conſiliorum Dei. Soluamus nunc argumentum partis affirmatiuæ.

Inſtant. ſolutio.

Cōtractus liuellarii vſurarii ſunt reformandi, & reſtituere male ablatum.

Argumentorum ſolutio.

Theologus ad minorem dicit, quod agere cōfidenter cum proximo ſuo in ſuis contractibus, ſtat dupliciter, vel cum animo contrahendi realiter, vel cum animo contrahendi fictè. Modo qui dat pecuniam ſuam ad liuellum ad quinque, vel ſex pro centenario, & non curat habere notitiā de fundo fructuum obligatorum, hoc non facit ex confidentia quam habet in eo cui dat pecuniam ſuam ad liuellum, ſed hoc facit, quia intentio ſua, non fuit emendi fructus, ſed habendi quinque, vel ſex pro centenario, quicquid ſit de fundo, & hoc facit contractum vſurarium, quod confirmat argumentum adductum pro parte negatiua caſus. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubiis ab illo egredientibus, & pro tota hac diſputatione.

Argumenti ſolutio.

Homo nō curans de notitia terminorum fundi hipotecati liuello ſignum vſuræ eſt.

DISPVTATIO PRIMA in littera M.

De Monte Pietatis.

In caſu iſto quærit Lector, vtrum Mons Pietatis ſit vſurarius, vel pius, & iuſtus, pro vtraque parte format argumentum, pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod ſit vſurarius, & pro parte negatiua, ſcilicet, quod ſit iuſtus, & pius.

Pro parte affirmatiua Lector format tale argumentum. Ille contractus vſurarius cenſetur, vbi vna pars vltra iuſtum grauatur, ſed in monte pietatis, ille qui impignorat ſuum, & accipit mutuum remanet grauatus vltra iuſtum, ergo mons ipſe pietatis vſurarius apparet. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor autem ſic probatur, pauperes coguntur reddere ſtipendium miniſtris illis montis pro ſubſtentatione miniſtrorum montis huius, ergo iniuriam patiuntur miſeri pauperes à miniſtris illis. Conſequentia probatur. Nemo tenetur dare precium alicui, pro eo quod reddundat in vtilitate illius cui datur precium, ſed pre-

Partis affirmatiuæ probatio.

cium

cium redundat in vtilitatē miniſtrorum, & non pauperum, ergo pauperes ad ſoluendum illud nō tenentur, ergo iniuriam patiuntur, dum tale precium coguntur ſoluere miniſtris pro mutuo, ab ipſo monte pietatis recipiendo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt determinatio Summorum Pontificum, approbantium montem pietatis, inter quos eſt Paulus. 2. Sixtus 4. Innocentius 8. & alij qui recitantur in Concilio Lateranenſi ſeſſione 10 ſub Leone 10. & præcipuè ipſe Leo, maximè montem pietatis laudat, & in Concil. Tridēt. ſeſſione 22. in decreto de reformatione. c. 8. & 9. annumeratur mons pietatis inter opera pietatis, ergo mons pietatis non eſt vſurarius, ſed iuſtus, & pius.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa deciſionem præſentis caſus quatuor facit, Primo obſeruat aliqua, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit duo dubia parua, Quarto ſatiſfacit argumentis factis, & adducendis pro parte affirmatiua ſatis ſcrupuloſis ad diſſoluendum.

Quo ad primum dicit, quod materia hæc difficilis eſt, & obſcura, circa quam non pauci ſcriptores egregij ſcripſerunt, non tamen concorditer, Nam alij tenuerunt partem affirmatiuam alij negatiuam, vt diſtinctè quiſque videre poteſt, apud Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, in opuſculo illo de monte pietatis, quo in loco Illuſtriſſimus ipſe tenet partem affirmatiuam, & in ſententiam illius venit, Magiſter Dominicus à Soto de iuſt. & iure. lib. 6. q. 1. art. 6. ambo enim iſti viri doctiſſimi tenent, quod talis mons non eſt immunis a labe vſuræ, pro alia parte, ſcilicet, negatiua eſt Magiſter Dominicus Banenſis de iure, & iuſt. q. 78. art. 4. in fine in ſua diſputatione de monte pietatis, cuius ſententiam ſequimur cum nobis, magis conformis rationibus appareat, ideo relicta ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani, & Magiſtri Dominici à Soto, pro doctrina Banenſi ponimus fundamenta iſta ex quibus poſtea deducemus concluſiones noſtras reſponſiuas quæſito.

In primis cū Domino Caietano, & alijs Theologis inueſtigandum erit, quid nam ſit mons pietatis, Secundo quales conditiones ſunt neceſſariæ ad iuſtificandum montem ipſum pietatis, Tertio quales operationes miniſtrorum huius montis dignæ ſint precio, & quales non, cum his quæ ſequuntur ex his, mons pietatis inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus erectus iam eſt in multis partibus Italiæ, ſcilicet, in Mediolano, in Verona, in Brixia, in Vincentia, in Patauio, in Taruiſio, & in alijs multis ciuitatibus, mons pietatis eſt quædam ſumma pecuniarum ad perpetuum vſum pauperum deputata, quæ quidem ſumma (inquit Magiſter Dominicus à Soto) multis poteſt modis congeri, Primo ſi quis haberet ſubſtantiam huius mundi, commiſeratione ductus, alicui vrbi, vel Reipublicæ, aurum pondus tribuit, non quidem ſimpliciter transferendo dominium in cauſa, ſed huic

Mōs pietatis quæ iā ſūma pecuniarū ad perpetuū vſū pauperū deputata, & fit multipliciter.

mutuationis vſui dicando, Secundo modo fieri poteſt huiuſmodi mons ſic, ſcilicet, quod reſpectu ex publico ærario, vel ea contributione ciuium congregat ſummam aliquam pecuniarum, puta centum millium ducatorum, applicando illos ad ſubſtentationem pauperum, iuxta ordinem montis pietatis, & in tali caſu, nihil refert an ſit pondus auri, vel argenti, ſeu ſit cumulus granarum, dummodo ſint applicata pro ſubſtentatione pauperum.

Quo ad ſecundum ponenda ſunt capitula montis pietatis, capitula autem ſunt iſta, Primum, quod qui montis curam gerunt, teneantur pauperi petenti dare certam ſummam pecuniæ, puta tres auros, tres modios tritici, vel quid ſimile, cum pacto illud ſoluendi infra annum, Secundum capitulum eſt, quod pauper mutuatarius tenetur dare pignus cuſtodiendum à miniſtris montis pietatis ſuo ipſorum periculo, ita quod ſi pauper ſoluerit mutuum infra præfixum tempus, tenetur reddere integrum pignus, ſi autem non ſoluerit infra tempus, vendeatur pignus ſubhaſta, & ſoluatur monti debitum, reliquum pauperi reddatur, Tertium cap. eſt vt teneatur mutuatarius, vt vltra capitale reddat aliquam penſionem pro ſingulis menſibus, puta vnum denarium pro libra (non quidem ratione expectatæ ſolutionis,) ſed pro ſtipendio miniſtrorum montis pietatis, hæc capitula rationabiliter poſita ſtant, quia ſi modo eſſet limitatum tempus, terminataque quantitas pecuniarum, vel grani mutuandi, id quod eſt congregatū in commodum pauperum reperiretur apud pauperes, ſeu paucos indigentes, non eſt etiam dandum mutuum abſque pignore, aliter cum mutuarij pauperes eſſe debent, ſepiſſimè contigeret, vt ſoluendum non eſſet, qua de cauſa, in breui tempore mons pietatis, in nihilum abiret, ſtipendium etiam miniſtrorum dari debet. Nam inquit Dominus, dignus eſt operarius cibo ſuo, vel mercede ſua.

Aſſignātur capitula mōtis pietatis ad q̄ tenentur gubernatores illius.

Quo ad tertium obſeruandum eſt, quod inter operationes miniſtrorum illius montis quædam ſunt dignæ precio, quædam vero non, dignæ precio ſunt illæ, quæ habent rationem dati, & accepti, ſcilicet, ſcribendo pignora, & pecuniam datam in libro, cuſtodire pignora præcipuè ſi ſint oneroſa, domus neceſſaria ad cuſtodiam pignorū, ad conſeruanda omnia illa, quæ ad hunc montem pertinent, & ſuper hæc omnia, obligatio montis ad mutuandum, æſtimabilis eſt precio. Aliæ ſunt operationes miniſtrorum, quæ ſunt gratis exhibendæ, vt actio mutuandi, vt redditio pignoris.

Opera miniſtrorū montis pietatis aliqua ſunt digna ſtipendio aliquo non.

Inter has operationes quædam ſunt manifeſtè in commodum pauperum, vt eſt obligatio ad mutuandum, & cuſtodia pignorum, quædam ſunt quæ videntur in commodum ipſius montis, vt cōſeruetur, & ad vtilitatem miniſtrorum, v. g. habere rationem dati, & recepti.

Iſtis pro fundamento poſitis, Notandum eſt, id quod venit in confeſſo apud omnes ſcribentes circa montem pietatis, omnes confitentur, & dicunt primam, & ſecundam conditionem pertinere ad primum, & ſecundum capitulum montis pietatis, & duo

Nota,

& duo illa eſſe iuſtiſſima, ſcilicet, quod qui curam gerit montis teneatur dare pauperi petenti pecuniam mutuo, ſub determinata illa quantitate. Secundo quod ille pauper mutuatarius teneatur dare pignus pro pecunia mutuata in manu miniſtrorum montis pietatis, ſimiliter omnes admittunt miniſtros montis iſtius poſſe recipere ſtipendium pro miniſterio ſuo, prout cedit in vtilitatem pauperum. Difficultas eſt. An pro alijs miniſterijs. v. g. pro habenda ratione dati, & accepti, pro expenſis librorum, pro cuſtodia pignorum (quæ non ſunt onerosa) licitum ſit aliquid precij accipere ab iſtis pauperibus mutuatarijs. Circa hoc quæſitum opinio Doctorum eſt diuerſa. Inter noſtros Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Magiſter Dominicus à Soto dicunt, quod non licet à pauperibus pro his aliquid accipere, & corroborant ſuam ſententiam rationibus adductis, & adducendis pro parte affirmatiua caſus; in quo videtur conſentire in bonum ſenſum Concil. Lateran. ſupracitatum in fine illius deciſionis. Oppoſitum tamen tenet Magiſter Dominicus Banenſis cum eodem Concilio, quam ſententiam tenemus, ideo cum illis, relictis his quæ ad primum punctum attinent, ponamus infraſcriptas concluſiones.

Mōs pietatis in quo ſeruantur conditiones neceſſariæ eſt pius, & iuſtus.

Concluſio prima, Mons pietatis, cum omnibus conditionibus ſuprapoſitis, verè pius, & iuſtus eſt. Concluſio iſta declaratur, & comprobatur, quia ad illas duas conditiones, nulla eſt controuerſia, vt conſtat ex iam dictis, Tertia conditio, declaratur licita, à Leone Papa X. de conſenſu, Concilij Latheranenſis, in quo commemoratis opinionibus diuerſis circa montem pietatis, & rationibus illorum apperte, & grauiſſimis verbis definiuit montem pietatis, licitum, & pium eſſe, & prædicandum populis propter eius pietatem, etiā cum indulgentijs à Sancta Sede conceſſis, & ibidem excommunicantur illi qui oppoſitum dicere preſumpſerint, vt habetur in ipſo cōcilio adducto pro parte negatiua caſus, in hac igitur terminatione ſtare debent abſque exitatione omnes Chriſti fideles.

Relicta hac ratione deſumpta ex Sacro Concilio. Nunc ipſamet concluſio probatur ratione naturali, ex regulis iuris in 6. habetur hoc dictum; qui ſentit commodum ſentire debet onus, ſed ſoli pauperes mutuatarij ſentiunt cōmodum montis pietatis, ergo illi ſoli debent ſentire onus expenſarum. Maior propoſitio probatione non indiget. Minor autem de ſe eſt clara, mons pietatis ordinatus eſt in ſubleuationem pauperum, & non in commodum aliorum, ſi mons enim ſentiret expenſas, non perſeueraret in perpetuum iuxta intentionem illius, qui montem ipſum erexit, ſed ſpacio pauci temporis deficeret, quod reſultaret in maximum detrimentum pauperum. Alia ratione probatur ſic concluſio, Miniſtri montis huius propter operas neceſſarias ad conſeruationem montis, merentur ſtipendium, ſed qui erexit montem non tenetur de bonis ſuis illud ſoluere in perpetuum. Satis enim piè egit relinquendo montem obligatum, ad mutuandum pauperibus, ergo pauperes ad expenſas miniſtrorum tenentur, probatur hoc. Nam ad hoc non tenetur, Reſpublica, non aliquis alius particularis, cum ex hoc monte nihil recipiant, ergo pauperes, qui vtilitatem ſentiunt, & onus ſubſtinere debent, valet conſequentia, quia conſeruatio montis, cedit tantum in vtilitatem pauperum. Confirmatur hoc, hac alia ratione, qui erexit montem abdicauit à ſe dominium illius, & tranſtulit illud in Rempublicam (vt videbimus in dubijs ſequentibus) vel in communitatem pauperum, vt ordinabilis eſt cum illis conditionibus, relinquendo miniſtrationem illius ſub cura Reipublicæ, vel cuſtodum montis, ergo illis debent prouidere de miniſtris, illiſque ſatisfacere, hi qui commodum ſentiunt.

Pauperes tenentur ſoluere expenſas miniſtrorum montis pietatis.

Erector mōtis pietatis optimè faceret ſi aſſignaret perpetuam penſionem pro ſubſtētatione miniſtrorum.

Concluſio ſecunda, pro ſecunda parte decreti ſupra nominati eſt iſta. Multo prudentius, & magis piè faceret erector ipſius montis pietatis, ſi relinqueret aliquam penſionem ſufficientem, pro ſubſtentatione miniſtrorum ipſius montis, etiam ſi mons non eſſet tam pinguis. v. g. ſi Dominus iſte reliquit centum millia ſcuta pro errigendo monte pietatis, melius faceret, relinquendo decem millia illorum ad fundandum cenſum pro ſubſtentatione miniſtrorum iſtius montis, & aſſignat rationem huius concluſionis dicendo, Melius eſt in miſericordia ſubleuare miſerias pauperum merè gratis, quam exigendo ab illis aliquod precium pro miniſtris, & hoc eſt, quod intelligit ſacrum Concilium Latheranenſe, dum dicit in fine illius decreti. Multo tamen perfectius, multo ſantius forè, ſi omnino huiuſmodi montium miniſtrorum ſomerentur expenſæ, vt ad leuiotis æris ſoluendi portionem medio hoc grauari contingat, ex quibus verbis elici poteſt, quod de rigore iuſtitiæ, pauperes ſumentes mutuum, tenentur ſoluere omnia grauamina montis (remoto tamen tali rigore) alij tamen ad partem illorum tenentur. Ratio huius eſt, quia multa pertinentia ad montem hunc, ſunt incommodum (non pauperum immediatè) licet tādem omnia in utilitatem pauperum reſultant, ſed incommodum montis, & cuſtodum illius. Nihilominus, quia commoditas montis, & cuſtodum eius, ſi non primo, & per ſe, ſecundario fert vtilitatem pauperibus, non autem monti, vel cuſtodibus, loquendo de rigore iuſtitiæ pauperes ſumentes mutuum tenentur ad omnia expenſas montis, Nec propter hoc mons ipſe eſt vſurarius, vt affirmant Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Sotus, quia quod exigitur etiam ex rigore iuſtitiæ non poteſt eſſe vſura. Mitius tamen eſſet, ſi inueniretur via qua pauperes poſſent recipere à monte gratis omnino mutuum ipſum, quoniam tale opus ad miſericordiam magis quam ad iuſtitiam pertinet. Ad quod opus tota doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, & Magiſtri Dominici à Soto tendit, quod clarius apparebit in deciſione dubiorum.

Dubium primum.

IN hoc dubio Lector poſtulat, An de facto dominium montis pietatis translatum ſit in Republi-

publicam, vel potius in communitatem paupe-tum, pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua experientia magiſtra rerum docet tale dominium eſſe translatum in Rẽpublicam, & communitatem pauperum. Nam in illis tran;latum eſt dominium ad quos pertinet vſus rei illius. At ad communitatem pauperum, pertinet vſus illius rei, ſcilicet, pecuniarum, ergo in illis translatum eſt dominium.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, ille dicitur Dominus, qui poteſt vti re illa in quos vult vſus, ſed neque Reſpublica, neque communitas pauperum poteſt vti hoc monte in quos vult vſus, ſed tantum pro mutuando pauperibus, ergo apud nullum illorum eſt dominium directum ipſius montis pietatis.

Dubii deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit concluſiones, Tertio ex his ſatisfacit inſtantijs dubij. Diſtinctio eſt iſta. Duplex eſt dominium directum alicuius rei, vnum eſt abſolutũ, & perfectum, aliud eſt limitatum, illi qui habent dominium rei, primo modo abſolutè, & perfectè, poſſint vti re illa ad quoſcunque vſus voluerint, hoc facere non poſſunt, qui habent dominium rei ſecundo modo. His ſtantibus ponendæ ſunt concluſiones reſponſiue quæſito.

Dominiũ mõtis pietatis limitatũ, & nõ abſolutũ manet in Republica, & communitate pauperum.

Concluſio prima, In Republica, & communitate pauperum, manet dominium montis pietatis conditione tamen, limitatum à voluntate antiqua Domini Erectoris ipſius montis, ad hoc, vt ſit in vtilitate pauperum talis communitatis (& non aliter) ſecundum leges, & ſtatuta montis confirmata à ſummis Pontificibus, idem etiam accidit in ſucceſſione Dominij Regis, vel Principatus. Ad filium primo genitum, de iure pertinet primogenitura maioratus, quia ipſe eſt Dominus ſtatus illius, & nihilominus non poteſt in quos velit vſus expendere bona illa, ſimiliter vxor eſt Domina dotis ſuæ, tamen non poteſt illam miniſtrare viuente viro ſuo, cum tale miniſterium apud virum ſuum maneat, probatio concluſionis concludit, & ratio pro parte negatiua dubij adducta.

Concluſio ſecunda, In communitate pauperum nec in Republica manet dominium abſolutum montis pietatis. Ratio eſt quia neque communitas pauperum, neque Reſpublica ipſa poteſt diſponere de illo ad placitum. Ratio aſſignatur, quia erectus eſt mons ille ad commoditatem pauperum. Adminiſtratio tamen illius pertinet ad Rempublicam. Ratio aſſignatur, nam tota montis vtilitas ad communitatem pauperum præciſè pertinet, propterea ad illam communitatem pauperum præciſè, & propriè pertinet dominium directum, in quo ſenſu rectè concludit ratio adducta pro parte affirmatiua dubij, ſed quia de facili pauperes opprimuntur, relictum eſt miniſterium illius in manu Reipublicæ, vt prouideat de miniſtris, qui fideliter mutuãt certã quantitatem pecuniæ pauperibus, ſub regulis, & conditionibus datis ab erectore montis, ſtantibus his pro dubio iſto aliud proponatur.

Dubium ſecundum.

Mons pietatis quo vtuntur ruſtici, vt ſic eſt vſurarius ſi non reforment.

IN hoc dubio inueſtigat Lector modum quo erigitur mons pietatis apud Ruſticanos, quod quidem abſque diſputatione oſtendere intendimus. Adeſt modus alius erigendi montem pietatis, apud ruſticanos. Iſti faciunt cumulum granorum tempore Meſſis ad mutuandum pauperibus, cum tali pacto, quod tempore meſſis futuræ reſtituant non ſolum quantum mutuo receperunt, ſed addendo duodecimam partem ſuper menſuram acceptam, huiuſmodi mons, vel modus procedendi ruſticorum non placet Magiſtro Dominico à Soto, & meritò quidem, quia appertè continet vſuram, immo deuorat pauperes. Nam ſub zello charitatis huius ruſticanæ, miſeri pauperes ſoluunt octo, & decem pro centenario, pro ſpacio quatuor, vel ſex menſium, licet enim, vt diximus ſupra accipere, precium exiguum pro miniſtris, & pro expenſis faciendis pro congregatione, conſeruatione, cuſtodia granorum, & ſimilibus, vt conſeruetur mons in perpetuum, abſque eo, quod precium veniat in augumentum montis, ſed in caſu iſto, vel mons augetur, vel miniſtri à pauperibus mutuatarijs recipiunt mercedem vltra iuſtum, & ſic mons eſt vſurarius, & miniſtri ſunt rapaces, ſi autem ad pietatem talis mutuatio reduceretur creari poſſet mons pietatis, ſicut modo dici poteſt mons impietatis, de hoc dubio ſatis dictum ſit.

Impugnationes.

INquit enim Ariſt. oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, vt doctrina magis clarè percipiatur, impugnanda venit prima concluſio. In probatione, & corroboratione primæ concluſionis diximus, quod Concilium Latheranenſe confirmat montem pietatis eſſe licitum, & pium, & ibidem excommunicantur qui oppoſitum dicere præſumpſerint, vt clarè conſtat in ipſo concilio, ideo in hac ſententia ſtare debet quilibet Chriſtianus.

Nihilominus Doctores oppoſitæ ſententiæ licet ſupponant ſe correctioni Eccleſiæ quærunt ſoluere rationes adductas pro noſtra cõcluſione, dant igitur triplicem reſponſionem demoſtrationi factæ à nobis, quæ reſponſiones attente ſunt obſeruandæ.

Impugnatio.

Prima reſponſio illorum eſt, quod non omnia acta Concilij Latheranenſis ſunt vſu, & more Eccleſiæ recepta, Secundo dicunt iſti, quod ibi non approbatur abſolutè mons pietatis quantum ad omnia capitula, ſed ſolum declarauit licitum eſſe pro mutuatione ad mutuandum aliquid precij accipere, Tertio dicunt, quod in prædicta decretali approbatur mons pietatis, cum omnibus ſuis

capi-

Digitized by Google

capitalis, & conſtitutionibus quatenus ſacris canonibus non contradicunt, Magiſter Dominicus à Soto confirmat ſuam ſententiam dicendo, quod Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, qui interfuit illi concilio optimè intellexit mentem illius decreti, & tamen ipſe adhibet iſtam ſolutionem in opuſculo de monte pietatis confecto ab ipſo, ergo bona eſt explicatio, & comprobatur hoc, nam Illuſtriſſimus Dominus Caietanus fuit tempore Leonis decimi, & nunquam fuit ab eo repræhenſus propter illud opuſculum, immo ab illo fuit creatus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ecce quam firmiter manet in ſua ſententia Magiſter Dominicus à Soto, nihilominus, quia veritas præualet, cum Magiſtro Dominico Banenſi ad omnia reſpondemus.

Impugnationum ſolutio.

Impugnationis ſolutio.

AD primam igitur rationem dicimus verum eſſe, quod non omnes conſtitutiones conciliorum eſſe executioni mandatæ, tamen declarationes iuris naturalis, vel diuini non eſſe connumerandæ inter conſtitutiones, ſed inter inſtitutiones fidei, & definitiones, cum ergo ex profeſſo in dicto concilio declaratur iuſtum eſſe montem pietatis, cum illis conditionibus, non pendet declaratio illa ab vſu, & more Eccleſiarum, ſed à determinatione illius, ideo in determinatione illa ſtandum eſt,

Secundum etiam dictum illorum non eſt admittendum, quia expreſſè ibi dicitur licitum eſſe ſtipendium accipere pro expenſis miniſtrorum neceſſarijs, ad conſeruationem ipſius montis, eo, vel maximè, quod precium pro obligatione ad mutuandum ſub pignore non ſufficeret ad ſoluendum miniſterium neceſſarium pro montis conſeruatione, ecce quam clarè loquatur concilium.

Tertia reſponſio ſimiliter non ſatisfacit, immo peccat in duobus (cum reuerentia tantorum doctorum loquendo), primo quia in illo decreto, non repeiiuntur talia verba, ſcilicet, quatenus ſacris canonibus, non contra dicunt, vel contrantantur, immo ibi ipſę conditiones expreſſè numerantur, approbantur, & declarantur, quod ſacris canonibus non contradicunt, Secundo iſta vltima reſponſio Magiſtri Dominici à Soto peccat ex ignorantia Hiſtoriæ. Nam Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in fine citati opuſculi, dicit ſe illud perfeciſſet anno 1498. die 13. Iulij multis annis ante Concilium Latheranenſe, Concilium enim hoc, indictum fuit à Iulio 2. anno Domini 1512. & ſeſſione illa decima citata habetur ſub Leone 10. anno 1515. ergo Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in illo ſuo opuſculo non explicauit decretum Concilij Latheranenſis, ſed referenda ſunt verba illa Domini Caietani ad aliam decretalem antiquorum Conciliorum, quæ non eſt in corpore iuris, in quo forſitan reperiebantur verba illa, ſcilicet, quod confirmabatur mons pietatis, cum omnibus ſuis capitulis, & conſtitutionibus, quatenus ſacris canonibus non contradicunt, in Concilio autem Latheranenſi declarata fuerunt capitula illa, & ordines montis pietatis non contradicere ſacris canonibus.

Vnde ad id quod addit Magiſter Dominicus à Soto, quod Illuſtriſſimus Caietanus fuit in Concilio illo, & quod veram intelligentiam illius decreti habuit, & quod à Papa non fuit repræhenſus de opuſculo hoc, & quod ab ipſo Leone 10. fuit creatus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſię, His omnibus ſatisfacit Theologus dicendo, cum Banenſi, quod Illuſtriſſimo Domino Caietano eſt compatiendum in hac ſua terminatione, quoniam tempore quo ſcripſit opuſculum illud, nondum erant declarata à ſacris Cōcilijs capitula illa, & conſtitutiones montis pietatis non contradicere ſacris canonibus, quod factum fuit in Concilio illo Latheranēſi, ſed mirandū eſt de Magiſtro Dominico à Soto, qui vidit Concilij terminationem, & ſtetit in ſua opinione, ipſe enim debebat reducere doctrinā Illuſtriſſ. Caietani ad bonū ſenſum Sacri Concilij, & non adducere illum in fauorem ſuæ ſententiæ.

Nota. Excuſatur Caietanus, & repræhenditur Magiſter Sotus quoad doctr nam montis pietatis.

Contra hoc, inquit Lector, me obijcio. Maior ſtupor oritur de Illuſtriſſimo Domino Caietano, qui adherat illi Concilio, tanquam Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum, & audiuit ordinationem Sacri Concilij, qui poſtea effectus fuit Cardinalis familiaris Summi Pontificis à quo poterat habere veram intelligentiam decretalis illius, & tamen non reformauit opuſculum illud, ſignum ergo eſt, quod Concilium illud non terminauit omnia capitula illa non contradicere ſacris canonibus, ſed aliqua tantum, reliqua autem, nec damnauit nec approbauit.

Impugnatio ſecunda.

Theologus hanc impugnationem deſtruit dicendo, primo quod ſi Illuſtriſſimus Dominus Caietanus non reformauit opuſculū illud, hoc nō fecit forſitan, quia defecit ei tempus: vel ſi illud reformauit, eius reformatio non venit ad lucem. Certum eſt enim, quod in expoliatione Romæ, multa paſſus eſt dictus Illuſtriſſimus, & captiuus remanſit in manibus inimicorum, in quo facto, faciliter multa ſcripta illius euanuerunt, quomodocunque igitur res ſe habeat, ſatis eſt, quod Illuſtriſſimus Dominus Caietanus retractauit ſuam ſententiam in dicto Concilio. Nam cum in Concilio illo ſeſſione illa citata interrogatus fuiſſet à toto Concilio. An ſibi placeret illud decretum Concilij reſpondit vt omnes alij fecerunt, vno excepto, Hyeronimo Archiepiſcopo Turonenſi, placet, vnde inquit Magiſter Dominicus Banenſis, etiam quod Illuſtriſſimus Caietanus tunc tacuiſſet, in illo ſilentio confirmauit decretum illud, & reuocauit ſententiam ſuam, qui tacet confirmat, præcipuè in loco illo, vbi quilibet dare debet votum ſuum, pro altera parte, immo augetur admiratio, contra Magiſtrum Dominicum à Soto, qui fuit in Concil. Trid. vbi damnatum fuit Matrimonium Clandeſtinum, & nihilominus ipſemet Sotus illud approbat, nec apparet eius reformatio. Non eſt dicendum ipſum ſcripſiſſe tractatum illum poſt Concilium Tridentinum,

Impugnationis diſſolutio. Illuſtriſſimus Dominus Caietanus reformauit opuſculum ſuū dehemente conformiter ad terminationē Sacri Concilij.

tinum,

nium, quoniam non fuiſſet approbatum, ſed dicendum eſt, quod ſcripſit ante, & quod illi defuit tempus reformandi illud, & ſi reformauit, eius reformatio euanuit, cum & ipſe vir fuit Catholicus, & filius obediens Sanctæ matris Eccleſiæ. His tamen relictis controuerſijs manendo in noſtra ſententia, ſcilicet, quod mons pietatis ſit iuſtus, & pius, & non vſurarius, ſoluenda ſunt argumenta pro parte affirmatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Omnes miniſtrorum operationes montis pietatis venire debẽt in commodum pauperum.

THeologus negat maiorem propoſitionem primi argumenti, ſimiliter, & minorem, & ad probationem dicit, quod omnes operationes miniſtrorum tandem veniunt in vtilitatem pauperum, vt patet ex iam dictis in dilucidatione caſus. Nam operationes illę neceſſariæ ſunt ad conſeruationem montis pietatis, qui totus manet obligatus ad mutuandum pauperibus gratis, tamen mons iſte deficeret ſi non eſſet conſeruatus induſtria, & diligentia miniſtrorum, qui digni ſunt cibo, & mercede ſua.

Argumẽtum ſecundum.

Argumentator inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, Si precium miniſtrorum eſſet ſoluendum à pauperibus, precium deberet eſſe proportionatum labori illorum. At non æqualis eſt labor in cuſtodia pignorum, ergo neque æquale precium quilibet pauper ſoluere debet, ſed in mõte pietatis ſolutio fit æqualiter ab omnibus, puta denarium pro qualibet parua libra mutuata, ergo exatio iſta eſt iniuſta, & vſuraria. Maior propoſitio probatione non indiget, precium enim reſpondere debet labori. Minor propoſitio probatur. Aliqua ſunt pignora oneroſa, aliqua non, pignora oneroſa ſunt veſtes, & ſimilia, quæ ad hoc ne à tineis corrodantur neceſſe eſt maximam diligentiam adhibere, eijciendo puluerem ab illis, &c. Alia non ſunt oneroſa, vt feramenta, Margaritæ aurum, argentum, & ſimilia, quæ ſatis eſt, vt in loco tuto conſeruentur, ergo non æquale precium recipere poſſunt miniſtri montis, pro pignore non oneroſo, ſicut pro pignore oneroſo.

Argumenti ſolutio.

Preciũ limitatum pro pignore cuſtodiendũ in mõte pietatis eſt legale nõ aũt naturale.

Theologus ſoluit argumentum hoc in quo Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Magiſter Sotus roborant ſuam ſententiam dicendo, duplex eſt precium, vnum naturale, aliud legitimum, argumentum factum rectè concludit de precio naturali, non autem de precio legitimo, precium aſſignatum in monte pietatis legitimum eſt, non autem naturale, ideo argumentum non concludit contra nos, precium naturale reſpicit opus particulare, & ſecundum illud menſuratur, vnde ſi opus eſt maximi momenti, precium eſſe debet magnum, ſi minimi momenti paruum. Sic qui cuſtodit rem difficilem cuſtodiendam, plus meretur quam qui cuſtodit rem non difficilem cuſtodiendam. Ratio eſt, quia prima requirit maiorem laborem, & per conſequens maius precium, hoc autem non accidit, quando precium eſt legale, vel legitimum, quoniam variari non poteſt propter conditiones indiuiduales mercium, v.g. ſi precium legale, vel legitimum tritici ſint tria ſcuta pro ſtario, vel modio, ſiue frumentum ſit optimum, ſiue mediocre, ſiue communiter bonum, nõ poteſt vendi niſi iuxta precium taxatum, quia iſtum precium frumenti, cuiuſcunque perfectionis ſit, vendendum eſt precio taxato à Republica. Statutum eſt etiam in directo montis pietatis, vt quis pauperum recipiens mutuum à monte illo, ſoluere menſibus ſingulis teneatur certam pecuniam limitatam, ſiue det pignum oneroſum, ſiue non oneroſum.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem, ſe opponunt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & Magiſter Dominicus à Soto dicendo, quod tale ſtatutum non eſt iuſtum, & rationem aſſignant, quia vnus pauper magis aggrauatur quam alius, & corroborãt ſic intentum dicendo, vel huiuſmodi precium datur ratione mutui, vel ratione expenſarum, non primum, quia eſſet vſura, ſi ſecundum, iuſtitia quærit, quod plus ſoluat ille pro quo plus expenſas facit mons, quam illa pro quo minores expenſas facit proportionabiliter, quando pignus eſt oneroſũ, mons plures expenſas facit in cuſtodiendum illud, quam quando non eſt oneroſum, ideo iſti non æqualiter ſoluere debent, ſed plus, & minus, iuxta onera pignoris diuerſa.

Impugnationis ſolutio.

Precium montis pietatis eſt legitimũ, & vſu naturale.

Theologus ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod inſtantia iſta nihil contra nos concludit in ordine ad precium legale, Si quid concludit contra precium naturale, diximus enim ſupra, quod precium montis pietatis eſt legitimum, & non naturale. Ad id autem, quod adunt aduerſarij dicendo, quod precium hoc non eſt iuſtum, ſeu ſtatutum hoc à iuſtitia recedit, negamus hoc, & ratio negationis eſt, quia ſtatutum, vel lex principaliter reſpicit bonũ publicum, Secundario priuatum bonum, lex enim eſt, quod homicida moriatur, quia non publica, ſed priuata authoritate quis occidit proximum ſuum, mons accipit precium illud pro expenſis in cuſtodiendo pignora, tamen quia non poteſt punctuatim videre expenſas factas pro quocunque qui mutuum accipit, terminat, vt quilibet ſoluat denarium pro libra, vel quid ſimile, ſi tamen mons ille poſſet ſigillatim cognoſcere quid pro quolibet expendatur ratione pignorum diuerſorum, iuſtius ageret, tamen hoc eſt infactibile, pro mala conditione hominum huius temporis.

Argumẽtum tertium.

Non acquieſcit Lector, contra has reſponſiones format, tertium argumentum ſic, vſura eſt accipere aliquid ex mutuo ratione temporis, ſed in monte pietatis accipiunt miniſtri precium ratione temporis, ergo acceptio eſt vſuraria. Maior propoſitio clara eſt ex ſe. Minor probatur, maius precium cogitur ſoluere pauper, qui maiori tempore retinet mutuum, quam qui retinet minori tempore, ergo recipiunt illud ratione temporis, ergo receptio vſuraria.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit maiorem propoſitionem, & negat minorem, ad probationem autem dicit, quod miniſtri montis, nihil aliud accipiunt pro temporis dilatione, ſed illud plus accipiunt pro-

ptet

pter ſuas operationes, quæ multiplicantur; prout tempus dilatatur in cuſtodienda pignora, in purganda illa, vnde talis acceptio pro temporis dilatione non eſt vſuraria, quia datur pro labore cuſtodiæ, & pro tempore ipſo.

Argumētum quartum.

Lector format vltimum argumentum in gratia Caietani, & Soti dicendo, ſi homo ſingularis ſegregaret aliqua bona ſua. v.g. pecunias, frumentum, vel alia grana ad mutuandum pauperibus, cum conditionibus quæ in monte pietatis ſeruantur, eſſet vtique vſurarius, ergo & ipſe mons pietatis eſt vſurarius, & nō iuſtus, impius, & nō pius.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat rationem dicendo, quod alia eſt ratio de homine particulari (in hoc caſu) & alia de monte pietatis. Nam ſi homo particularis conſtitueret montem, retineret apud ſe dominium montis, & poſſet (cū voluerit) in alium vſum illum conuertere, vnde ad ipſum pertineret montem conſeruare de bonis proprijs, hoc patet quoniam ratione mutuandi, nihil accipere poteſt, ille autem qui montem pietatis erexit de quo loquimur, abdicauit à ſe dominium montis, & tranſtulit illud in communitatem pauperum cum obligatione ad mutuandum ſingulis pauperibus, qua de cauſa miniſtratio montis digna eſt ſtipendio, dato à pauperibus mutuatarijs, Secundo reſpondemus, quod neque homo ille particularis eſſet vſurarius, ſi obligaret montem ad mutuandum pauperibus in perpetuum (retinendo ſibi dominium directum dum viueret) transferendo à ſe dominium vtile, in commodum pauperum, & tunc ipſe poſſet accipere moderatum precium pro labore ſuo ſicut dictum eſt de mōte pietatis, vt igitur clarior ſit doctrina, hic ponendum duximus decretum Concilij.

De mōte particulari poſſet accipi aliquid pro mutuis limitate. non autē pro mōte pietatis

Decretum Concilij Latheranenſis de Monte pietatis.

IN Concilio Latheranenſi ſeſſione 10. præſidente Leone Papa 10. Die 4. Maij 1515. in confirmatione montis pietatis dicuntur hæc verba, prout habemus in ſumma Conciliorum, cum inter nonnullos controuerſiam quandam, non ſine populorum ſcandalo olim exorta eſſe compeſimus, circa pauperum releuationē in mutuis, eis (publica authoritate faciendis) qui montes pietatis vulgo appellantur, quique à nonnullis prædeceſſoribus noſtris probati, & confirmati ſunt, nonnullis autem Magiſtris, & Doctoribus dicentibus eos montes non eſſe licitos, in quibus aliquid vltra ſortem per miniſterium huius montis, ab ipſis pauperibus, quibus mutuo datur exigitur, nos ſuper hoc oportunè prouidere volentes (ſacro approbante Concilio) declaramus, & definimus, montes pietatis antedictos tali reſpectu inſtitutos, & authoritate Sedis Apoſtolicæ hactenus probatos, in quibus pro eorum impenſis, & indemnitate aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorum impēſas, aliarum rerum, ad illarum conſeruationem (vt præfertur) pertinentium pro eorum indemnitate dumtaxat, vltra ſortem, abſque lucro eorundem montium recipitur, nec ſpeciem mali præferre, nec peccandi intentionem præſtare, nec vllo pacto improbari, quinimmo meritorium eſſe, ac laudari, & probari deberi tale mutuum, & minimè vſurarium putari, licitèque eorum pietatem, & miſericordiam, populis prædicare, etiam cum indulgentijs, à Sede Apoſtolica, eam ob cauſam conceſſis; & deinceps alios ſimiles montes gratuitè conſtituerentur, hoc ſi illos erigentes aliquos cenſus aſſignarent, quibus, ſi non omni, ſaltem, vel media ex parte, huiuſmodi montium miniſtrorum ſoluentur impenſæ, vt ad leuiorem æris ſoluendi portionem (medio hoc) pauperes grauari contingat, actenus de his, ex quibus manifeſtè habemus noſtram ſententiam non recedere à terminatione Sacri Concilij, immo commendatam eſſe in Concilio Tridentino ſeſſione 22. in decreto de reformatione cap. 8. & 9. in quo decreto, & in quibus capitibus mons pietatis inter opera pietatis annumeratur, ergo vllo modo eſt vſurarius, in ſenſu declarato, in concluſionibus præſentis diſputationis, igitur relicta opinione, Illuſtriſſimi Domini Caietani, ac Magiſtri Dominici à Soto, alias virorum doctiſſimorum, manendum eſt in ſententia Banenſis, de hac diſputatione ſatis dictum ſit, ſi quis plura videre cupit, legat Illuſtriſſimum Dominum Caietanum, Magiſtrum Dominicum à Soto, & Magiſtrum Dominicum Banenſem locis ſupracitatis, & nos agamus gratias Deo.

Nota.

DISPVTATIO PRIMA in littera O.

Erit de fugienda occaſione peccati.

IN hoc caſu quærit Lector, ſi homo debet remouere à ſe occaſionem peccandi, quo ad ſe, & quo ad alios, & ſi id facere noluerit pœnitens, an confeſſarius poſſit illum abſoluere. v.g ſi nolit concubinam dimittere, vel relinquere negotia, quæ ſunt illi occaſio peccati.

Lector format argumenta pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod debeat relinquere occaſionem peccandi, inquit ſapiens quaſi à facie colubri fuge peccatum, ſed vir prudens, fugit omnem occaſionem perueniendi ad orēm colubris, ergo & vir Chriſtianus debet (omni diligentia) fugere peccatum, ſed qui non vult dimittere occaſionem peccandi, non totis viribus fugit peccatum, ergo non obſeruat præceptum ſapientis, ergo confeſſarius non poteſt nec debet abſoluere illum niſi mutet propoſitum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua, ſcilicet, quod talis non teneatur fugere occaſiones peccati, ſed ſatis ſit relinquere peccatū. Ratione ſuadetur, ad hoc homo tenetur, ad quod illum obligat lex diuina, lex diuina obligat ad obſeruantiam diuinorum præceptorum, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata (inquit Dominus) ſed præcepta diuina obligant vtique ad relinquenda peccata, dicendo, pœnitentiam agite. Non tamen ad fugiendas occaſiones peccatorum, dum habeat firmum propoſitum vlterius non peccandi, ergo non tenetur ho-

Partis negatiuæ probatio.

mo remouere à ſe occaſionem peccandi, ergo confeſſor debet illum abſoluere.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

MAteriã caſus præſentis quotidie habemus præmanibus, propterea neceſſe eſt ſcire quid agendum circa illam ſit, non ſolum ex parte confeſſarij, ſed etiam ex parte penitentis. Ideo Lector Theologus circa illam tria facit. Primo ponit aliqua pro fundamento doctrinæ. Secundo per duas concluſiones ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta pro parte negatiua. Quo ad primum ponitur vna diſtinctio per maximè neceſſaria, quæ talis eſt, occaſio peccati, eſt duplex, per ſe, & per accidens per ſe, vt eſt retinere domi concubinam. per accidens, vt eſt negotiatio, habere ante oculos illam cum qua homo alias peccauit, occaſio proxima eſt reciduendi. Negotiatio, quia iuſtè poteſt exerceri, eſt occaſio remota peccati, quæ originem habet ex inſatiabili appetitu accumulandi bona temporalia, quæ eſt occaſio proxima peccati, duplex eſt occaſio peccati quo ad proximum, data & accepta, data, eſt quando quis ſuo malo exemplo, & mala vita mouet proximum ſuum ad peccatum, puta mater fornicaria dicitur occaſio peccati filiæ ſuæ, quia malo exemplo illius, & ipſã in inhoneſtã vitam duxit, Occaſio peccati accepta eſt, quando bono fine quis aliquid indifferens, quod poteſt eſſe factum bona, & mala intentione operatur. v.g. dum vxor ornat ſe, hoc poteſt facere vt placeat viro ſuo (& hoc bonum eſt) vel, vt placeat alijs (& hoc malum eſt) ſi quis autem iudicat, quod hoc faciat mala intentione, & ex hoc iudicio motus deſiderat illam carnaliter, occaſio iſta peccandi non eſt data, ſed recepta, non eſt data, quia mulier iſta non ornat ſe tali mala intentione, eſt accepta, quia temerariè hoc ipſe iudicat.

Occaſio peccati duplex per ſe, & per accidens, itē occaſio data, vel recepta.

Quo ad ſecundum Theologus circa hunc caſum ponit vnam opinionem (& illa reprobata ponit ſuas concluſiones) fuerunt aliqui Doctores, qui errauerunt circa hunc caſum, & doctrina ſua occaſionem dederunt puſillis peccandi contra ſeipſos, & contra proximum ſuum, dicunt iſti (loquendo de occaſione proxima peccati, puta de concubinario, & concubinaria cohabitantibus in eadem domo,) quod poſt relictum peccatum poſſunt ſimul cohabitare, ſi hæ quatuor conditiones concurrũt, Primo, quod peniteant de peccato commiſſo. Secundo, quod proponant non amplius peccare. Tertio, quod caueant occaſionem ne amplius relabantur, Quarto, quod non ſe abſtinendi ab hac occaſione habeant iuſtam cauſam. His quatuor conditionibus ſeruatis (inquiunt iſti) prædictæ perſonæ poſſunt ſimul cohabitare, & poſſunt abſolui ſine ſeparatione, etiam ſi plures reciderunt, quia non ſolum ſemel aut ſepties, ſed ſeptuagies ſepties eſt, parcendum peccatoribus, inquit Chriſtus Dominus, opinio iſta etiam fundatur in vſu communi. Nam paſſim inueniuntur, qui domi retinent, & cohabitãt ſimul tales cũ quibus turpiter, qui ſe permiſcuerunt, & tamen ſepe cõfitentur, abſoluũtur, & communicant prout notũ eſt, ergo videtur hic vſus eſſe aprobãdus, & quod dicitur de his, poteſt dici de ſimilibus, puta de vſurarijs, publicis, vel occultis, qui promittũt nõ amplius dare ad vſurã, volũt tamẽ exercere negotiũ inuitans illos ad dandum ad vſurã, põt ẽt hoc affirmari de his mulieribus, quæ ornãt ſe, vt cõcupiſcẽtur, &c. Doctrina iſta eſt peſſima, & cã, vt multi perſeuerẽt in peccato, & viuãt vita ſcãdeloſa, quia poteſt eſſe tanta fragilitas delinquentiũ, & talis occaſio ad delinquendũ, vt de nouo delinquãt, & occaſio tã impellens ad peccãdũ, quod nullus ſanæ mentis concipiat ſpẽ emendæ cũ appareat ſe exponere manifeſto periculo, tẽtare Deũ .n. eſſet manere fragilẽ cũ fragili, ſolũ cũ ſola, temporibus, & locis ſuſpectis, in conclaui anguſto, in his in quibus fuga, eſt victoria. Dato quod eſſet vitabilis cauſa ibi manendi, non propterea excuſantur ab occaſione accepta, vel data, licent ſint ſeruatæ quatuor conditiones ſupra ſignatæ.

Opinio improbanda, & fugienda.

Nota.

Cõcluſio prima, penitẽs nõ tenetur euitare ſub reatu mortalis peccati, occaſiones per accidẽs, & occaſiones ab alijs recceptas, dũmodo euitẽt occaſiones peccãdi per ſe, & quantũ ſit ex ſe nõ dãt occaſiones alicui peccãdi, licet aliqui ex ſua malitia, talẽ occaſionẽ accipiãt, & tales penitẽtes, debent abſoluere cõfeſſarij, licet illi tales occaſiones nolẽt dimittere, negotiator nõ tenetur relinquere ſuas negotiationes, ſed poteſt exercere illas iuſtè, tenetur tñ dimittere vſuras, & oĩa vitia, quæ in negotiationibus ſuis occurrere ſolent, & ſi in præteritis diebus dedit ad vſuras, vel aliquẽ defraudauit, facere dẽt, id quod fecit Zachæus, reddere quadruplũ, vel ſaltẽ ſemel, & dimidiũ bonorũ ſuorũ, vel partẽ bonorũ ſuorũ dare pauperibus, ſimiliter dĩ de alijs, & mulier illa modeſtè ornata poterit ad Eccleſiã ire, & ibi cũ oĩ modeſtia, & aĩo deuoto, (ẽt quod homo impudicus illã videndo) cadat in cõcupiſcẽtiã illius, quoniam hæc eſt occaſio accepta, & nõ data, & ipſe ſenſualis homo, licet cum Dauid dicere poſſit Deo. Delectaſti me Domine in factura tua, debet dicere Deo. Auerte oculos meos, ne videam vanitatem, in via tua viuifica me.

Non tenetur penitens euitare ſub reatu mortali occaſiones peccati per accidẽs vel ab alijs accepta.

Concluſio ſecunda. Non tenetur euitare occaſiones proximas peccati, & non dare alteri occaſionem proximã peccandi, & illi, qui nolunt tales occaſiones proximè peccandi remouere à ſe, vel nolunt ſemouere occaſiones peccandi alijs, vt in ſe eſt, ſunt in ſtatu damnationis, nec iſtos poteſt abſoluere confeſſarius, appoſitis quibuſcunque conditionibus, vnde in ſtatu damnationis ſunt illi, qui cohabitant ſimul cum periculo reciduendi, ille, ſcilicet, qui domi retinet illam cum qua tem turpem habuerat, cum periculo reciduandi, quibus vllo pacto confeſſarius eis abſolutio impendi debet, antequam eam expellat, vel ſi eam expellere nequeat ipſe ab ea recedat (etiam ex propria domo,) Ratio eſt, quia qui amat periculum, peribit in illo inquit Eccleſiaſt. 3. ſimiliter vſurarius, qui tendit ad vſuras, eſt in ſtatus damnationis, nec poteſt abſolui, niſi relicta profeſſione illa, & facta reſtitutione, ſimiliter Mulier illa vana, quæ ornat ſe impudicè, vt capiat cor amantis, eſt in ſtatu damnationis, nec poteſt abſolui (niſi relicto vano ornatu ſimul cum verbis, vel motis impudicis,) præcipuè hoc faciendum eſt, ſi alias confeſſi promiſerant abſtinere, & non fecerunt, id quod dicitur de concubina,

Homo tenetur euitare occaſiones proximas peccati, & nõ dare alteri occaſionẽ proximam peccandi.

cubina, vel de ancilla, dicitur etiam de quacunque perſona, cognata, ſorore, &c. Idem etiam iudicium eſſet, quando ex tali cohabitatione oritur ſcandalum apud notos, etiam quod non adeſſet ſcandalum, tamen quando adeſt periculum recidiuandi manifeſtum, ſi autem non eſt tam manifeſtum periculum quoad illas, quæ ſunt de corpore familiæ ſtandum eſt iudicio prudentis confeſſoris, etiam quod ſemel, vel bis non ſeruaſſet promiſſum. Magna enim prudentia in hac re eſt adhibenda, pro cuius maiori intelligentia diſtinguendum eſſe mihi videtur, de perſonarum qualitate in eadem domo manentium, quædam ſunt ſui iuris, quædam non, quæ ſunt ſui iuris (ſi adeſt periculum iam dictum) expellere debent perſonam, vel perſonas cũ qua, vel cum quibus habuit rem, videntes ſe continere non poſſe vt teſte experientia, ſi perſonæ iſtæ ex domo expelli non poſſunt, vt Mater, vxor, ſoror, filia, &c. quia non ſunt ſui iuris, ipſi pœnitentes abeant, & ſi ex hoc infamia ſui, vel aliorum ſequatur, & aliter fieri nequit, potius famam, honorem, opes, ipſamque vitam perire permitti debẽt, quam Deum offendere, inquit Doctor Sanctus quolib. 11. art. 12. iuxta ordinem charitatis, vnde confeſſarius tales abſoluere non poteſt niſi obſeruent ſupradicta.

Naeatur quid facere debẽt illę, quæ a proprijs o primũtur, vel impudicè obſidũtur.

Quæ verò non ſunt ſui iuris non tenentur ex domo abire, vt ſunt puellæ, vxores, & ſimiles, debent tamen totis viribus reſiſtere, tollere quaſcũque occaſiones, & ſi opus fuerit clamoribus ſe iuuare, & nullo pacto (quocunque metu) incuſſe conſentire in rem nefariam, vt fecit Suſana, & Ioſeph, & ſi hoc nõ fecerint abſolutione dignæ non ſunt. Vlterius, quia ſeparatio omnino non eſt impoſſibilis, ſi aliud ſuffragium non detur fugã accipiant, ſicut cum incẽditur, & comburitur domus, tunc Dominus eijcitur ex domo, & Dominus fugit ne comburatur, ita & mulieres iſtæ facere debent pro ſua conſeruanda pudicitia, in Dei honorem, & in ipſarum propriam ſalutem.

Idem dicendum eſt de his qui in facie Eccleſiæ ſunt coniuncti, tamen propter aliquod impedimẽtum occultum inter eos nullum eſt matrimoniũ, ſi eorum cohabitatio eſt cauſa peccati, neceſſè eſt ſeparatio (prout declaratum fuit loco ſuo) alias abſoluendi non ſunt, quodcunque ſcandalum datur. Idem eſt dicendum de Choreis ex Caietano, & Syl. contra Nauarum, ſi ex fragilitate propria ſciunt ſe ruere, cauare tenentur. Nauarus (inquit Ludouicus Lopez apud Corradũ) nimis licentioſè eſt locutus, in vniuerſum attenta multorum maxima fragilitate, quibus de ſe bonum in malum conuertunt, præcipuè in his, quæ carnem corruptam, & deprauatã allicere ſolent, fugienda eſt occaſio.

Occaſio rerũ venerearũ faciliter inducit ad peccatũ, per maximè igitur eſt fugienda.

Idem dicendum eſt de viſu, cum dicat propheta, oculus meus deprædatus eſt animam meã, quia oculus magis quam lingua loquitur, immo quod lingua non poteſt, efficit oculus, hac de cauſa dicebat Dominus, Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum, id eſt auerte oculos tuos ne videant vanitatẽ. Nec mulier excuſatur à peccato cum defigit oculos in eum, quem credit amantem ſui, licet illa bono proficiat animo, ſed quia neſcit animum eius, licet eam laudaret, daret munuſcula, &c. quia poteſt eſſe (vt in pluribus accidit) quod hoc malo animo faciat, & multoties ex his datur occaſio peccãdi alijs tranſeuntibus, curioſitas etiam videndi res inhoneſtas (vt in pluribus eſt peccatum mortale) ratione periculi cui ſe exponit curioſus. v.g. videre homines, vel beſtias coeuntes, aut genitalia mẽbra, maximè ſexus alterius, audire, vel videre mulieres in loco obſcuro, & periculoſo loquendo de rebus impudicis, vnde hæc occaſio, fragili, & inexperto inducit hominem ad peccatum, occaſio igitur iſta vitanda eſt, vt effugiat peccatum alias non eſt abſoluẽdus, dicat quicquid ſibi videtur Nauarus.

Idem dicẽdum de his, qui clyſteres mulieribus infundunt, & de chyrugicis, & medicis, qui ex eo quod medendo pulchris fœminis in locis ſecretioribus peccauerunt ſæpè (ſaltem moroſis delectationibus, & deprauatis voluptatibus) tenentur. n. ſecundum D. Th. exponere noſtra bona temporalia periculo, propter bona ſpiritualia proximi, & apud eundem, res vituperabilis eſt, ſi quis bonum animæ, periculo exponat pro bono corporali, aut pro ſalute temporali alterius.

Et Medina loquendo de blaſphemo dicit, ſi talis fuerit aſſuetus blaſphemare, & venerit ad confeſſionem, neque per pręmiſſas antea confeſſiones reſipiſcit, non eſt abſoluendus à confeſſario (etiã ſi polliceatur emendam) relinquendus eſt per aliquos dies, vt cõtra ſe nitatur, ſibique reſiſtat, quod ſi iam emendatus acceſſerit abſoluatur, alias non eſt abſoluendus, & vt omnia iſta vno verbo concludamus, quicquid ſit illud, quod quis videt pro ſua fragilitate ſibi eſſe proximam occaſionem ad lapſum, vitare tenetur, alias non eſt abſoluendus ex ſententia Illuſtriſſimi Domini Caietani, & peritorum. His igitur declaratis deſcendamus ad tertiũ, ſcilicet, ad ſolutionem argumenti partis negatiuę.

Solutio argumentorum.

Theologus ſatisfacit argumento pro parte negatiua dicendo, quod propoſitio minor eſt falſa, & ad probationem dicit, quod nullus poteſt habere firmum propoſitum non peccandi, niſi intendat fugere occaſiones peccati. Hac de cauſa dicebat Lopez, quod omnino eſt remouenda proxima occaſio peccati, etiam ſi ſit Pater reſpectu filiæ, vel vxor reſpectu mariti, ſi filia Patri non poteſt reſiſtere, vel ſi vxor non poteſt effugere ne vir rem nefandam cum ipſa faciat, fugere tenetur, ecce quam neceſſarium ſit fugere occaſionem peccati. Ad quod aduertens Concil. Trid. ſeſſione 24. c. 8. decreuit, quod concubinarij, ſiue ſoluti, ſiue vxorati, cuiuſuis conditionis, & ſtatus ſint, ſi poſt trinam monitionem, ex officio ab Epiſcopo factam concubinas non eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſe iunxerint excommunicationis ſententia feriendi ſunt, & non abſoluendo, niſi monitioni præuenerint.

Argumenti ſolutio.

Nullus habere poteſt firmũ propoſitũ non peccãdi ſi nollit fugere occaſiones peccati.

Concil. Trid. vult, vt adulteri contumaces, ſint excõmunicati.

Nihilominus confeſſariorum (noſtri temporis) imperitia, inaduertentia atque negligentia abuſus iſte taliter creuit, vt totus mundus plenus ſit ex

Tt 2 quo

quo mundus perit, ignorantia Mater cunctorum errorum e.t. Hæc pro caſu iſto ſint ſatis dicta.

DISPVTATIO SECVNDA in littera O.

Erit de operibus factis in peccato mortali.

IN hoc dubio duo caſus proponũtur diſputãdi. Primus vtrum opera in peccato mortali facta, aliquid apud Deum mereantur. Secundus caſus an ſuffragia per peccatores facta mortuis proſint.

Caſus primus.

Partis affirmatiuæ probatio.

LEctor in primo caſu quærit vtrum opera in peccato mortali facta aliquid apud Deum mereantur, & format argumenta pro vtraque parte concluſionis. Primo pro parte affirmatiua ſic, ex cõmuniſſima illa ſententia nullum bonum irremuneratum, & nullum malũ impunitum apud Deum, ergo etiam bona opera facta in peccato mortali à Deo erunt remunerata, ergo meritoria ſunt apud Deum. Confirmatur argumentum hoc, inquit D. Auguſtinus Deum Romanis Imperium diuturnum tradidiſſe propter eorum iuſtitiam. nihilominus illi erant in peccato infidelitatis, & quod operabantur propter vanãgloriã etiã prout dicit idem Pater Auguſtinus, ergo confirmatur ſecundo, D. Hieronymus dicit, quod Deus iuſtus, operum bonorum peccatoris non obliuiſcitur in remuneratione, Hoc idem dicit D. Gregorius, & nonnulli alij affirmant.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua validiſſima eſt ratio, meritum præſupponit gratiam, ergo qui non eſt in gratia mereri apud Deum non poteſt, ergo opera bona facta in peccato mortali non poſſunt eſſe meritoria apud Deum.

Caſus deciſio pro parte negatiua.

THeologus Lector pro terminatione præſentis caſus tria facit, Primo diſtinguit opera noſtra. Secundo per duas concluſiones ſatisfacit queſito, Tertio ſoluit argumenta pro parte affirmatiua adducta. Quo ad primum dicit, quod quatruplex eſt genus operum noſtrorum, quædam appellantur opera viua, & iſta ſunt opera illa, quæ facta ſunt in gratia, & charitate, quorum qualibet (licet parua) vitam æternam merentur, quædam opera dicuntur mortua, & ſunt illa, quæ fiunt in ſtatu mortalis peccati. Hæc opera vnquam reuiuiſcunt (licet peccator per pœnitentiam in gratiã reddatur) ratio eſt, quia iſta vnquam habuerunt vitam prout docet Doctor Sanctus in ſupplementũ ad 3. p. q. 30. ergo nunquam reuiuiſcere poſſunt, ideo cauendum eſt totis viribus in peccato manere, quia omnia opera bona facta in mortali ſunt ſine merito, & fructu, quædam opera vocantur mortificata, & ſunt illa, quæ in gratia facta fuerunt, ſed per ſubſequens peccatum mortificata

Operum noſtrorum quatuor ſunt genera, & ſolum mortificata p pœnitentiam reuiuiſcunt.

ſunt, dum quis in peccato moratur, opera illa non iuuant ad vitam æternam. ſed ſi peccator ad cor reddat, tunc illa reuiuiſcunt, & ſunt meritoria. Quartum genus operũ eſt illorum, quæ mortifera appellantur, quia ſecum mortem ferunt, & iſta ſunt mortalia peccata, quod autem opera mortificata per peccatum, reuiuiſcant per pœnitentiam oſtendit Sanctus Doctor contra opinionẽ aliquorum dicendo, opera iſta facta in gratia, ſed mortificata per peccatum ſequens, ſemper Deus acceptabit, quia licet ante pœnitentiam non habeant vim ducendi ad vitam æternam, hunc enim effectum impedit peccatum mortale, remoto peccato per pœnitentiam, recuperat efficatiam perducendi hominem ad vitam æternam, & hoc eſt reuiuiſcere, & ſic opera mortificata per pœnitentiã, reuiuiſcunt, vel ad maiorem, vel ad minorem gradum charitatis, ſecundum quod quis per pœnitentiam reſurgit.

Opera autem mortua vtroq; modo, ſiue, quia ſunt mortifera, vt peccata mortalia, ſiue quia ſunt extra vitam, quia non fuerunt facta in gratia, per pœnitentiam non acquirunt vitam, prima non reſurgunt, immo per pœnitentiam deſtruuntur peccata ipſa, prout dicit Apoſtolus Heb. 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis. Opera autẽ mortua priuatiua, ideſt ſecundo modo ſumpta, quia carent vita ſpirituali (cum non ſint facta in charitate per quam anima Deo coniungitur) ex quo viuit, ſicut corpus per animam, iſta etiam dicuntur mortua, fides ſine operibus mortua eſt, inquit Apoſtolus Iacobus, nec viuificantur per pœnitentiam, quia nec iſta procedunt ex principio vitæ. Hæc proprio.

Opera facta in peccato mortali nullatenus poſſunt mereri gratiam, etiã adueniente charitate.

Quo ad ſecundum ponitur prima concluſio, opera in peccato mortali facta nullatenus poſſunt mereri vitam æternam. Concluſio iſta eſt communis ſententia Theologorum, & remanet probata ex dictis in doctrina hac fundamentali, quod oſtẽdit abundè Magiſter Sotus 4. d. 19. q. 5. art. 1. contra Caietanum loquendo de ſatisfactione facta in peccato mortali dicendo, quod non ſatisfacit (nec etiam adueniente charitate) quia nunquam fuit viua cum nõ habuerint in ſe principium vitæ, vt oſtẽſum eſt, probatur etiam, quia (præter baptiſmum) nulli ſacramento conuenit, vt ſi in peccato recipiatur, ſuum poſtmodum per gratiam ſortiatur effectus. Repugnat enim peccato, vel operi facto in peccato eſſe meritorium, vel ſatisfactorium corã diuina bonitate, quia meritum præſupponit Dei amicitiam, immo in confirmatione huius veritatis dicit S. Auguſtinus, quod peccator non eſt dignus pane quo neſcitur, & Doctor Sanctus (loco ſupracitato) dicit peccatorem neque etiam temporalia à Deo mereri poſſe, & vtitur his verbis formalibus in explananda hac re, cum in omnibus illis, quæ gratis dantur, prima ratio dandi ſit amor, impoſſibile eſt, quod aliquis propriè ſibi debitum faciat, quia amicitia caret, & ideo cum omnia temporalia, & æterna, ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere poteſt debitum recipiendi aliquid illorum niſi per charitatẽ ad Deũ,

& ideo

& ideo opera extra charitatem facta, neque æterni, neque temporalis alicui boni apud Deum meritoria ſunt, & ſubiungit, quod dicitur ex merito congrui peccatorem quandoque mereri temporalia, quia tamen hoc meritum propriè non dicitur meritum, ideo magis concedendum eſt, quod huiuſmodi opera non ſint boni alicuius meritoria, quam quod ſint, ex his dictis D. Thomæ cõcludit Magiſter Dominicus à Soto hominem nec catorem, neque ex condigno, neque ex congruo aliquod à Deo mereri, & quando Sanctus Doctor dicit opera peccatoris eſſe diſpoſitiones ad gratiam, non intendit proximè, ſed remotè, ſcilicet, ex decentia Dei dantis, non ex opere hominis merentis, ex bonitate ſua Deus quandoque mouetur, vt opem peccatori afferat ſingularem qua ſe ad Deum conuertat. Ex his ſequitur ſecunda concluſio, quæ talis eſt.

Homo peccator neque ex condigno neque ex congruo pôt aliquid a Deo mereri, licet ad vtrumque diſponatur.

Concluſio ſecunda. Suadendum eſt peccatoribus benefacere, cum ex ipſis operibus bonis plurimæ vtilitates illis oriantur, etiam quod nihil per ſe ipſa mereantur. In primis hoc peccator per opera bona, quæ facit aſſueſcit bene facere, & ad conſequendam gratiam minus ineptus efficitur. Hæc opera etiam conducunt ad euitandam trangreſſionem præceptorum, quantum ad ſubſtantiam operum, qui enim ieiunat diebus ex præcepto, & miſſam audit in die feſto, (etiam, quod ſit in peccato mortali) non ſit reus illius transgreſſionis, & conſequenter pœnam euitat, eleemoſynæ etiam plurimum conferunt, quia recipientes ſuis orationibus, interdum merentur, vt Deus ſua miſericordia moueat eorum corda, vt ad ipſum Deum ſe conuertant, & multa alia emolumenta, & commoda ſuccedunt ex bonis operibus (extra charitatem factis.) Hæc pro ſecundo puncto. Nũc pergamus ad ſolutionem argumentorum partis affirmatiuæ.

Opera bona facta à peccatore plures vtilitates illi afferunt.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus reſpondet argumento dicendo, quod dictum illud veriſſimum eſt, ſcilicet, quod nullum bonum ſit irremuneratum, dicitamen, quod malus non poteſt facere aliquod bonum, prout docet Dominus noſter dicendo. Mala arbor non poteſt bonos fructus facere, eleemoſyna licet in ſe ſit bona, non tamen eſt bona inquãtum à malo procedit, neque eſt meritoria, quia ſublata amicitia Dei, vt dictum eſt, totum fetet, totum malè olet, quod videtur oſtendere Deus dicendo Iudæis. Feſtiuitates veſtræ, & ſolemnitates veſtræ abhominabiles mihi ſunt.

Deus abundãter tribuit peccatoribus ſupra, id q̃ merẽtur ex operibus illorũ.

Secundo reſpondetur dicendo, quod nullum bonum eſt irremuneratum apud Deum, quia Deus peccatoribus abundantius retribuit, quam ipſi merentur, peccatores poſt peccatum merentur, vt ipſa terra eos ſtatim degluttiat, & abſorbeat ſic viuentes, eoſque ad profundũ inferni Diaboli ducãt, tamẽ benigniſſimus Dominus patienter expectat eorum conuerſionem, immo, iſto interim, ſolem ſuum oriri facit ſuper eos, vt campi germinent fruges ad eos nutriendos. Auxilium vniuerſale ab illis non ſubtrahit, ac ſi opérum peccatoris Deus non recorderetur, ſinitque virtutes naturales, naturaliter operari, conſeruat Reſpublicas, Regna, Ciuitates, & loca vniuerſa mundi huius.

Inſtantia.

Reſponſio iſta inquit Argumentator bona eſt, ſed non ſoluit argumentum, quæcunque opera extra charitatem facta videtur eſſe alicuius boni meritoria, ſaltem temporalis, probatur hoc. Nam ſicut ſe habet pœna ad malum actum, ita ſe habet præmium ad bonum, ſed nullum malum factum apud Deum (iuſtum iudicem) eſt impunitum, vt docet D. Auguſtinus in Pſalmum Miſerere dicendo, Nullum malum impunitum, aut bonum irremuneratum. Aut homo punit ſe per pœnitentiam, aut Deus punit per flagella, ergo ſicut nullum malum apud Deum eſt impunitum, ergo neque aliquod bonum irremuneratum, ergo peccator per quodcunque bonum meretur apud Deum.

Inſtant. ſolutio.

Reſponſio deſumitur ex Phyloſopho 8. Ethicorum, inquit Angelicus Doctor pro ſolutione huius argumenti, quia filius per omnia, quæ facere poteſt nihil æquale reddere Patri poteſt pro his, quæ à Patre recepit, ideo nunquam Pater debitor eſſe poteſt filio ſuo, & multo minus homo poteſt propter æquiualentiã operis. Dominum ſibi conſtituere debitorem, ideo nullũ opus, ex quantitate ſuæ bonitatis habet, quod aliquid mereatur, ſed ex vi charitatis, quæ facit ea, quæ ſunt amicorum eſſe communia, vnde quantumcunque opus ſit bonum, ſi factum eſt extra charitatem, non facit (propriè loquendo) nobis debitorem Deum, ſed opus malum ex quantitate ſuæ malitiæ ſecundum æquiualentiam pœnam meretur, & ratio eſt, quia ex parte Dei, non ſunt nobis aliqua mala facta, ſicut bona, & ideo quamuis opus malum meretur pœnam ex condigno, non tamen opus bonum, ſiue meritum noſtrum meretur ex condigno præmium apud Deum, niſi proueniat ex gratia. His ſtantibus, Theologus ſatisfacit primæ confirmationi dicendo, quod cum Deus ex ſua bonitate non priuat peccatores virtutibus naturalibus, propter hoc Romani infideles, quia iuſti fuerunt, tot annis in ſua Republica perſeuerauerunt, non quidem, quod Deus per ſpeciale, ſed per vniuerſale auxilium contulit illis bona illa, ait enim Auguſtinus, Quis autem dicat Deum bonorum temporalium præmio, remunerare peccata? ſed ait iuxta verba Chriſti Domini, quod quia illa faciebant propter vanagloriam, receperunt à mundo mercedem ſuam (Deo permittente) victorias eorum, quas Romani per naturales virtutes, & cauſas obtinuerunt, & iuxta hanc ſententiam loquitur D. Hieronymus in ſecunda confirmatione, & hæc ſint pro caſu iſto.

Filius nõ pôt reddere æquiualens Patri, nec creatura Deo, ergo nec Pater eſt debitor filio, nec Deus creaturæ.

Caſus ſecundus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Occaſione doctrinæ primi caſus Lector diſputat ſecundum, in quo quærit. An ſuffragia per peccatores facta, mortuis illis proſint, &

more ſolito format argumenta pro vtraque parte, primo pro parte affirmatiua ſic. Ferrè omnia ſuffragia facta à fidelibus in Eccleſia pro mortuis, facta ſunt per peccatores, ergo ſuffragia facta pro mortuis per peccatores, illis proſunt, aliter fruſtatoriè eſſent facta.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua tale format argumentum, inquit cæcus à Chriſto Domino illuminatus Ioan. 9. Scimus, quod Deus peccatores non audit, ergo ſuffragia illorum pro mortuis apud Deum non iuuant illis.

Deciſio caſus pro utraque parte.

Tria ſunt quę faciunt opera viuorum præuenire ad animas defunctorum velut per quaſdam cannas.

LEctor Theologus pro caſus terminatione tria facit, Primo declarat vnum pro fundamento doctrinæ, Secundo reſpondet quæſito per tres concluſiones, Tertio ſatisfacit argumentis proni in oppoſitum concludunt. Quo ad primum dicit, ex doctrina D. Thom. quod tria ſunt, quæ faciunt opera viuorum (velut cannæ quædam) ad animas defunctorum peruenire, Primum eſt charitatis vnio, Secundum, eſt intentio ſatisfacientis, Tertium obſecrantis oratio, primum eſt clarum, quia charitas, quæ eſt vinculum vniens membra Eccleſię, non ſolum ſe extendit ad viuos, ſed etiam ad defunctos, qui in charitate deceſſerunt, charitas enim eſt vita, quæ per mortem corporis non finitur (prout docet Apoſtolus dicendo, 1. Cor. 13. Charitas vnquam excidit) immo amicitia, & ſocietas diuina inter bonos (in charitate fundata, & firmata) per mortem non definit, ſed manet inter viuos, & mortuos in Domino, & ſimiliter inter mortuos in Domino inter ſe, hæc charitatis vnio facit quodammodo omnia communia inter habentes eius ſocietatem. Itaque in patria, quilibet de bonis alterius ſingulis verè bonis proximi gaudet, & in Purgatorio quælibet anima de bonis alterius gaudet, immo plus habens de charitate (de bonis alteri factis) ſummè gaudet, & gratoletur, ſecundum interiorem conſolationem, & delectationem, quam gaudeat alius, qui minorem habet charitatem, & cui illud certum bonum ineſt. Quoà ſecundum, ſcilicet, de intentione ſatisfacientis patet, quia mortui in memorijs hominum viuunt, vnde ſicut vnus pro alio (in ſocietate ciuili) ſatisfacere poteſt, vt patet in debitoribus, ſic in ſocietate charitatis apud Deum, vnus per intentionem, alteri poteſt dare bona ſua ſatisfactoria, inquantum talia, ſiue ſit viuus, ſiue ſit mortuus, De tertio autem, ſcilicet, de obſecrantis affectione, ſeu oratione patet, quia per viam orationis alteri aliquis interdum impetrat primam gratiam (licet non mereatur illam) Hæc pro primo. Quantum ad ſecundum, Angelicus Doctor ponit vnam diſtinctionem, & ex illa elicit ſuas concluſiones, diſtinctio eſt iſta, in ſuffragijs, quæ per malos fiunt duo poſſunt conſiderari, primum ipſum opus operatum, ſicut ſacrificium altaris, ſecundum, opus operans, & quoad hoc multipliciter conſideratur, Primo prout eſt opus peccatoris, Secundo prout eſt opus alterius, & hoc dupliciter, primo inquantum peccator ſuffragia faciens, gerit perſonam totius Eccleſiæ, ſecundo modo, quando agit, vt inſtrumentum alterius. His diſtinctionibus ſuppoſitis, ponitur prima concluſio, pro primo mēbro.

Suffragia defunctorū facta per peccatores quo ad opus operatū i. ex parte ſacramēti proſunt defūctis.

Suffragia conſiderata (quantum ad opus operatum) in ſacramentis nouæ legis per malos facta, proſunt defunctis. Probatur concluſio iſta, quia ſacramenta nouæ legis (ex ſeipſis abſque opere operantis) habent ſuam efficatiam, quam æqualiter explet, per quoſcunque fiant, dicit abſque opere operantis, ideſt abſque deuotione ſacramenta ipſa miniſtrantis, ex qua concluſione elicitur vnū correllarium, ergo ſacramenta habere efficatiam ex opere operante eſt habere illam ex ſeipſis ex propria natura illorū, habere enim illam abſque opere operantis, eſt habere ipſam, etiam quod deuotio in miniſtrante ſacramenta non inueniatur, quapropter tantum boni, quantum mali ſacrificium miſſæ, vel baptiſmi collatio, & abſolutio peccatorum, valet, ex parte ſacramentorum (cum ſacramentum ex immundita miniſtri non admittat ſuam efficatiam) & hoc fuit confirmatum in Concilio Tridentino ſeſſione 7. de ſacramentis Can. 8. Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramēta (ex opere operato) non conferri gratia (ideſt ex natura ſua) Anathema ſit.

Suffragia peccatoris prout eſt à peccatore nō proſūt nec ſibi, nec alij, nec viuis nec defunctis

Concluſio ſecunda, Suffragia peccatoris ſi conſideretur prout ſunt ſuffragia peccatoris, nullo modo meritoria eſſe poſſunt, nec ſibi, nec alijs. Ratio huius concluſionis eſt. Nam quis prius debet eſſe acceptus Deo, quam opera ſua, prout habetur ex 4. Geneſis, quo in loco dicitur, reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, Primo ad Abel, & poſtea ad munera eius, in ſignum quod munera fuerunt grata Deo, propter Abel, Deo gratum, & non Abel fuit gratus Deo propter munera, ita in propoſito, ad hoc, vt ſuffragia pro defunctis (ſi oculos habemus ad offerentem) ſint Deo grata, oportet, quod offerens illa gratus ſit Deo, peccator non eſt gratus Deo, ergo eius ſuffragia non proſunt, nec ſibi, nec alijs. Ad Cayn, & ad munera eius, non reſpexit Deus, quando peccator per ſeipſum operatur, nec ſibi, nec alijs mereri poteſt, licet quandoque Deus, ex ſua bonitate, & liberalitate, etiam peccatores audiat (non ex eorum meritis,) ſed ex meritis aliorum, vt in propoſito noſtro, quia gerit perſonam Eccleſiæ, vel quia orat pro illo, qui eſt in gratia.

Suffragia ſacerdotis gerētis perſonā totius Eccleſiæ proſunt defūctis, & q; ſacerdos ſit peccator.

Concluſio tertia, Suffragia ſacerdotis gerentis perſonam totius Eccleſiæ, quamuis ſit peccator proſunt defunctis. Notanda eſt particula illa in diffinitione poſita, ſcilicet, ſacerdotis (gerentis perſonam totius Eccleſiæ,) Hoc dicitur ad differentiam ſuffragiorum illorum, quæ facit quandoque aliquis ſacerdos tanquam priuata perſona, puta quando in camera ſua exoluit ſeptem Pſalmos pęnitentiales, tanquam quoddam priuatum, quia intelligit facere aliquid eius nomine, vel vice, prout habetur de regulis iuris in 6. regula 72. quod facit per alium eſt, ac ſi faciat per ſeipſum, & quia Eccleſia ſemper eſt Deo grata. Hinc fit, quod oblatum Deo nomine Eccleſiæ ſemper eſt illi ac-

ceptum

ceptum, vnde ſuffragia facta pro defunctis à miniſtro Eccleſiæ ſunt Deo accepta, & defunctis proficiunt.

Correllarium. Si aliquis in charitate decidens præcipiat ſibi ſuffragia fieri, vel alius charitatem habens hoc præcipiat, illa ſuffragia valent defuncto, quamuis illi per quos hæc fiunt in peccato exiſtãt, magis tamen valerent ſi eſſent in charitate, quod magis valerent, ſi omnes eſſent in charitate coniuncti, probatur, quia quando aliquis agit, vt inſtrumentum alterius, opus eius eſt magis principalis agentis quam ſuum. v.g. quando ſeruus quodcunque opus miſericordiæ facit ex præcepto Domini in charitate exiſtentis, prodeſt pro Domino, pro illo ẽt pro quo fit, & prodeſſet ſeruo, ſi eſſet in gratia Dei, immo dicit D. Thom. quod eſſent magis meritoria, quia aſcẽderent huiuſmodi ſuffragia ex pluribus exiſtentibus in gratia Dei.

Si miniſtri, & offerentes eſſet in gratia ſuffragia magis iuuarent defunctis.

Ex hoc correllario, & ex ſecunda concluſione, Magiſter Seraphinus à Porcta notat vnum dignũ conſideratione, ſcilicet, quod peccator ſi ex ſeipſo dat eleemoſynam pro Antonio exiſtente in purgatorio, non iuuat Antonio. Si autem peccator ille, ex teſtamento, vel ex ordinatione ipſius Antonij dat illam eleemoſynam, iuuamen affert eidem Antonio. Ratio huius veritatis eſt, quia vt per ſe agit ipſe peccator non iuuat, peccator, vt inſtrumentum, vel miniſter iuuat, & ideo quia nemo ſit (pro certo ſe eſſe in gratia Dei) bonum eſt, quando facit aliquod ſuffragium pro defunctis, facere illud, tanquam inſtrumentum, vel ipſius defuncti, olim aliquo modo ad hoc inuitatus (ſiue per legatum) ſiue aliter ſuam voluntatem exprimendo, vel tanquam Eccleſiæ miniſter.

Peccator dãs eleemoſynã ſponte pro illo defuncto illi non prodeſt ſi hoc facit, vt executor teſtamenti iuuat.

Ex his concluſionibus aliud dignum obſeruatione habemus, quod, ſcilicet, peccator orando pro ſe, minus proficit ad vitam æternam, quam orando pro alio iniungente ſibi hoc, & exiſtente in charitate. Ratio eſt, eadem, quia orando pro ſe, vt principale agens orat, & cum non ſit in charitate eius oratio non valet ad vitam æternam, orando autem pro alio (vt prædictum eſt) orat vt miniſter eius, & vt ſic coniungens orationem ſuam in charitate illius pro quo orat, oratio eius, vt inſtrumentum proficit ad vitam æternam, eius pro quo fit oratio. Hæc debent conſiderare legatarij, & executores, ſiue qui celebrare faciunt, pro beneficio proprio, & aliorum, quia prout dictum eſt magis iuuat, quando oratio fit per miniſtrum bonum, ideo qui magis iuuare intendit diligenter conſideret cui committat tale opus, vt credat quã probabiliter fieri poteſt, eligere meliorem, verumtamen etiam requiritur ex parte eius pro quo fit ſuffragium, capacitas huius valoris, & hanc homo acquiſiuit per opera propria, q̃ geſſit, in vita, vt docet D. Auguſtinus, vnde iſta tria requiruntur ad hoc, vt iuuetur anima defuncti, Bonum opus, operator bonus, & receptor dignus, quæ ſcire non poſſumus niſi ſpecialiter ipſe Deus reuelet, vt aliquibus conceſſit defunctis, vt apparerent viuis, & peterent ab eis præcibus adiuuari, quibus poſtea adiuncti, à pœnis illis liberati

Nota.

Ad hoc, vt ſuffragia iuuant defunctis requiritur capacitas ex parte defunctorum.

fuere. Hæc pro ſecundo.

Solutio Argumentorum.

QVo ad tertiũ remanent argumenta ſoluenda, illud pro parte affirmatiua, ex concluſionibus. & declarationibus remanet ſolutum.

Argumenti ſolutio.

Argumentator tamen non acquieſcit, inſurgit dicendo. Nullus poteſt ſcire de altero (pro certo) vtrum ſit in actu culpæ, vel gratiæ.

Argumẽtum ſecundum.

Si ergo tantum illa ſuffragia prodeſſent, quæ fiunt per eos, qui ſunt in gratia, non poſſet homo ſcire per quæ ſuffragia ſubueniret ſuis defunctis, & in multis ſuffragijs procurandis tetra hæreret.

Angelicus Doctor huic argumento reſpondet dicendo, quod quamuis aliquis pro certo ſcire non poſſit de altero, an ſit in ſtatu ſalutis, poteſt tamen probabiliter extimare ex his, quę exterius de homine videt, ex fructu enim ſuo arbor cognoſcitur, dicit Dominus Matth. 7.

Argumenti ſolutio.

Contra hoc inſtat argumentator dicendo, D. Auguſtinus, in Encheridion. c. 109. & inſra, dicit, ſecundum hoc iuuatur aliquis mortuus ex ſuffragijs, ſecundum, quod dum viueret meruit, vt iuuaretur poſt mortem, ergo valor ſuffragiorum menſuratur ſecundum ordinem eius pro quo fiũt, ergo non differt vtrum per bonos, vel per malos fiant.

Argumẽtum tertium.

Huic argumento ex doctrina Angelici Doctoris, reſpondet Theologus dicendo, quod ad hoc, quod ſuffragium alteri valeat requiritur ex parte eius pro quo fit, capacitas iſtius valoris, prout declaratum eſt ſuperius, & hoc acquirit homo per opera propria, quæ geſſit in vita prout docet D. Auguſtinus loco ſupracitato. Requiritur etiam nihilominus qualitas operis, quæ prodeeſſe debet, & hoc non pendet ex vno pro quo fit, ſed magis ex eo qui facit, vel exequendo, vel imperando.

Argumenti ſolutio.

Oſtenduntur illa quæ requiruntur ad hoc vt ſuffragia mortuorũ illis proſint.

Solutio argumentorum.

THeologus ſatisfacit primo argumento pro parte negatiua dicendo, quod oratio per peccatorem facta, quandoque non ẽſt peccatoris, ſed alterius, puta Eccleſiæ, in perſona cuius orat, vel in perſona defuncti, qui eſt in gratia, & ideo ſecũdũ hoc digna eſt, vt exaudiatur à Deo, Secundo dicit, quod etiam Deus peccatores audit, ſcilicet, quando peccatores petunt à Deo, quod gratum eſt Deo, Non enim ſolis iuſtis, ſed etiam peccatoribus Deus bonà ſua prouidet, non ex eorum meritis, ſed ex ſua clementia, & hoc poſtulat Eccleſia à Deo dicendo, & vt petentibus deſiderata cõcedas fac eos, quæ ſibi placita ſunt poſtulare, Tertio reſpondet ex gloſſa in Io. 9. dicendo, quod quando cæcus dixit verba illa, ſcilicet, Deus peccatores non audit, loquitur, vt imperfectus, non ſicut plenè videns.

Argumenti ſolutio.

Oſtenditur modus quo Deus aliquando exaudit peccatores.

Argumentator impugnat hanc reſponſionem dicendo, D. Gregorius in Paſtorali, dicit, quod cum is, qui diſplicet ad interpellandum mittitur

Argumẽtum ſecundum.

natt

Digitized by Google

itati animus ad deteriora prouocatur, ſed quilibet peccator Deo diſplicet, ergo per peccatoris ſuffragia, Deus ad miſericordiam non flectitur, ergo talia ſuffragia non proſunt defunctis.

Argumenti ſolutio. Ex iam dictis inquit Theologus patet reſponſio. Nam quamuis ex parte eius cui diſplicet, oratio peccatoris non ſit accepta, tamen nomine alterius, ſcilicet, mittẽtis cuius vt, vel imperio agitur, poteſt eſſe Deo accepta, vt patet ex concluſionibus.

Argumẽtum tertium. Non acquieſcit argumentator de nouo inſtat dicendo, opus alicuius videtur magis fructuoſum facienti, quam alteri, ſed peccator per opera ſua nihil meretur ſibi, ergo multo minus poteſt alteri mereri.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod argumentum concludit, quando omnia ſunt paria, quod nõ reperitur in propoſito, Tunc enim ſuffragia nullum reportant commodum, quando ille pro quo fiunt non eſt capax talis effectus, propter propriam indiſpoſitionem, proſunt tamen illi, qui eſt diſpoſitus ad illa ſuſcipienda, prout declaratum eſt in concluſionibus.

Argumẽtum quartum. Vltimo loco inſtat argumentator dicendo, omne opus meritorium oportet eſſe viuificatum, id eſt charitate informatum, ſed opera facta per peccatores ſunt mortua, ergo non poſſunt per ea mortuis iuuari pro quibus fiunt.

Argumenti ſolutio. Reſponſio dicendo, quod quamuis opus peccatoris non ſit viuum inquantum eſt eius, poteſt tamen eſſe viuum inquantum eſt alterius, ſcilicet, Eccleſiæ, in cuius perſona peccator ille celebrat, pro cuius maiori intelligentia eſt obſeruandum, quod quatuor ſunt gradus valoris ſuffragiorum, & operum bonorum, Primus eſt, quod maximè valet ſuffragium boni, factum pro bono, quia omnibus modis tribus prædictis poteſt valere, Secundus minus valet, licet valeat, boni pro malo viuo, quia per modum frequentis interprætationis, Tertius mali pro bono, id eſt miniſtri peccatoris pro iuſto in purgatorio, quartus modus eſt, quando opus mali valet pro malo, prout petit conformia voluntati Dei, & hæc ſint dicta pro caſu iſto, & pro tota diſputatione hac.

(Margin: Quatuor ſunt gradus valoris ſuffragiorum.)

DISPVTATIO PRIMA in littera P.

De Pace.

IN hac prima diſputatione quærit Lector, vtrũ offenſus, teneatur facere pacem in ſcriptis ſi ab offenſore ad hoc ſit rogatus, & format argumenta pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Angelicus Doctor 3. d. 30. art. 2. ad 5. Negare homini ſigna familiaritatis, quando neceſſitas expecteret eſſet vindicta, vel etiam, quando veniam peteret, vel quando ſe ille, qui hoſtis habetur ad familiaritatem ſe ingereret, ſi habeatur præſumptio, quod non ſimulatè, vel irriſoriè faciat, quia tunc diligit, & inter amicos deputandus eſt, ſed quod aliquis vltrò ſe ad familiaritatem inimico ingerat, hoc perfectionis eſt, hæc D. Thom. ſed iſte veniam petit, & quærit venire ad ſigna particularia familiaritatis, ergo offenſus ex charitate Chriſtiana tenetur illi pacem facere, non ſolum corde, ſed ore, etiam in ſcriptis, quia ſic pax facta erit corde, ore, & opere.

(Margin: Partis affirmatiuæ probatio.)

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua format Lector tale argumentum D. Thom. 22. q. 25. art. 9. dicit, nos non teneri ad ſpecialia ſigna demoſtranda inimicis, ſed tantum communia ſufficiunt prout oſtendemus in caſu de oratione, & in illo de odio, ſigna communia ſunt, admittere inimicos ad orationes communes, ad communes eleemoſynas, & ad quodcunque commune beneficium, quod omnibus datur. Specialia autem ſigna charitatis erga inimicum, ſunt ei loqui, illum ſalutare, cum illo comedere, & conuerſari, & ſimilia ſigna illi oſtendere tempore neceſſitatis, ſed facere pacem in ſcriptis inimico, eſt ſignum particulare charitatis, & non eſt caſu neceſſitatis, ergo offenſus etiam, quod petatur non tenetur ex neceſſitate charitatis inimico facere pacem in ſcriptis.

Deciſio caſus pro utraque parte.

LEctor Theologus pro deciſione caſus iſtius ponit vnam diſtinctionem, & duabus concluſionibus iuxta membra diſtinctionis ſatisfacit quæſito, poſt ex ſatisfacit argumentis oppoſitum concludentibus. Quo ad primũ, diſtinctio eſt iſta, aut offendens, eſt homo, ex ſui natura pacificus, & quietus. Aut peſſimus, & inſolentiſſimus, ſi eſt homo pacificus, & quietus, ex ſui natura, Concluſio eſt affirmatiua, ſcilicet, offenſus rogatus, vt pacem in ſcriptis exhibeat tenetur in conſcientia illam exhibere, & ſi non vult peccat mortaliter. Concluſio iſta ex argumento pro parte affirmatiua caſus eſt certa, quia iſte veniam petit, humiliter pacem quærit, Secundo probatur, ex his, quæ dicenda ſunt in caſu de oratione, ſcilicet, ſi tenemur orare pro alijs, & pro inimicis, vbi Angelicus Doctor dicit, quod homo tenetur diligere inimicum in ſpeciali, quod prius oſtenderat in 2. 2. q. 25. &c. quando inimicus petijt veniam, dicendo in q. 25. vt ſupra, quod tempore neceſſitatis exhibenda ſunt ſigna particularia dilectionis inimico, ſub reatu mortali, & Illuſtriſſimus Dominus Caietanus illis in locis dicit, quod inter tempora neceſſitatis computatur tẽpus in quo inimicus petit veniam, & maximè erit tempus neceſſitatis, quando quærit pacem in ſcriptis, quod videtur confirmare Corradus dicendo, quod prædicta omnia verè obſeruari poſſunt, immo debent, addam ego dummodo, qui fuit inimicus verè pœniteat deliquiſſe, & offendiſſe, & verè paratus ſit in omnibus, & per omnia offenſo ſatisfacere, & de inimico amicum fieri exoptat, Dico igitur, quod huic offenſus rogatus ex neceſſitate præcepti charitatis tenetur non tantum exhibere ſigna communia dilectionis, ſed ſpecialia, & dare pacem in ſcriptis. Alias in tali offenſo amor Dei, & proximi non appare-

(Margin: Offenſus rogatus ad exhibendam pacẽ in ſcriptis, ſi offenſor eſt alias dignus, tenetur ſub reatu mortali, illam exhibere.)

ret,

ret, neque exhiberetur vbi, & quando exhibendus eſſet, immo ex ipſa negatione pacis directè actiuè ſcandalizaret proximum ſuum, non ſolum offenſorem, quem non vult acceptare ad veniam, ſed quilibet alium in quo manet charitas Dei, & proximi, & dicet illi, qui non diligit proximum nec Deum diligit, qui non dimittit offenſam offenſori ſe humilianti, nec ei dimitteret. Nonne oportuit te comiſereri con ſeruo tuo, ſicut, & ego miſertus tui ſum.

Exhibere pacem offenſus in conſciētia non tenetur niſi de dãno recepto ſit ſatiſfactus.

Obſeruandum tamen eſt, quod offenſus non tenetur in foro exteriori condonare receptam iniuriam (niſi qui offenderit ſatisfactionē exhibeat) bono iuſtoque fine (ſecluſis maliuolentia, & odio ab actione) benè tamen pro pecunia remittere poteſt læſus damna ſibi illata, in perſona, fama, & fortuna, & ſine tali recompenſatione in rigore iuſtitiæ non tenetur, & ſi hoc faciet erit ex ſuperambundante charitate, tenetur tamen deponere omnino appetitum odij, & vindictæ, dicit enim Dominus niſi remiſeritis de corde veſtro, nec Pater veſter cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra.

Si inimicus eſt male qualitatis etiam, quod requirat in ſcriptis pacem, offenſus non tenetur illã cõcedere

Concluſio ſecunda negatiua. Si offendēs eſt homo peſſimus, & inſolentiſſimus ad facinora aſſuetus cui pluries ſit indultus, & ſemper ad deteriora abierit, & qui magis punitione, quam indulgentia egent, tunc ad reprimendam eius temeritatem, impudentiam, & audaciam, zelo iuſtitiæ, & ſuæ emendationis expedit illi pacem non exhibere, vt iuſtitiæ rigorem ſeuerius iudex in eum explere poſſit, immo ſi ſecus fieret potius ei obeſſe quam prodeſſe dummodo ab offenſo id animo purgato, & non appetitu vindictæ fiat, vt aliquando ille reſipiſcat, in quo caſu offenſus licitè poteſt abſtinere ſe ad oſtendenda ſigna ſingularia dilectionis, videlicet, illi non loqui, non ſalutare eum, eum vitare, nolle eum videre, (hoc fine tamen, & non aliter) vt his viſis ad cor reddat, & emendetur, & hoc eſt, quod intendit docere Angelicus Doctor in ſupracitatis locis.

Impugnatio.

Contra hanc concluſionem inſtat ſcropuloſus dicendo, quod ſi offenſus in tali caſu nollet acceptare pacem, & dare illam in ſcriptis petenti, ſcandalum daret, non ſolum puſillis, ſed magnis, & illis occaſio erit credendi non pepercille offenſorem, & in odio perſeuerare, & vindictam appetere, & propterea offenſorem vehementius incitaret ad deteriora.

Obiectionis ſolutio.

Reſponſio. Scãdalũ actiuum omnino vitandum eſt paſſium, receptum, & non datũ hoc aliquando non occurrit.

Reſpondet Theologus dicendo, quod ſcandalum ipſum non eſſet ſcandalum prudentum, ſed puſillorum, eſſet ſcandalum paſſiuum, & non actiuum, ſcandalum acceptum, ſed non datum, quia ille qui non vult facere pacem in ſcriptis cum iſto homine impertinente, poteſt pacem cum illo inire, vel confirmare, dandò fidem alicui magno viro, iuxta conditionem perſonarum offenſæ, & offendetis ſi ſic oportere videatur, & iuramento firmare (ſi eſſet neceſſe) nunquam ſe illum offenſurum, quo facto ſcandalum ceſſat, & offenſori tollitur occaſio malè opinandi, & operandi, & vt terminemus caſum (ne dubium propoſitum occaſionem errandi præbeat) reſpondetur formaliter ad obietionem dicendo, quod remittere offenſori iniuriam ex corde tenemur principaliter, & vltra hoc etiam ad alia tenemur, vt declaratum eſt, ſed quod hoc facere teneatur cum tali proteruo hoc non eſt neceſſe, poteſt tamen accidere caſus, vt ſigna particularia dilectionis, & charitatis teneamur oſtendere inimico, ad euitandum ſcandalum, præcipuè apud illos, qui non norunt talia ſingularia, hoc enim remittendum eſt arbitrio boni viri. Replico tamen, & dico, quod ſi ille qui offendit eſt homo inſolentiſſimus, ſolit' quotidie vni, vel alteri nocere, in honorem, famam, & vitã nec vnquam ſigna emendationis demonſtrauit, immo quoties alias, ei fuit indultus, toties peior euaſit, quia membrũ peſtiferum, & valdè contagioſum eſt communi bono, & Reipublicę perniciosum, expedit, vt procul. & longè à ciuitate exiſtat, quod ſi offenſus pacem in ſcriptis exhibeat, hoc eueniret in detrimentum communitatis, propterea huiuſmodi hominibus opus charitatis eſt, non dare talem pacem in ſcriptis, non liuore vindictæ moti, ſed zelo iuſtitiæ, vnde ad argumentum in forma dicitur, ſignum an offenſus dimiſerit odium, contra iſtum eſt, quando gaudet in corde tuo, quod aduerſario ſimili iniuria inferatur, vt læſus animum ſuum ſatiet, tunc odit inimicum, ſi autem non habet tale gaudium, ſed omnia reliquit in manu iuſtitiæ, ibi non eſt ſignum odij, ſed zeli.

Ex zelo iuſtitiæ aliquãdo eſt opus charitatis nõ cõcedere alicui inſolẽtiſſimo pacẽ in ſcriptis.

Si autem loquamur de remiſſione ſpeciali, & ex corde qua Deus iubet nos remittere offenſas, prout dicimus in oratione Dominica, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, dico, quod pro tali remiſſione offenſus nihil poteſt accipere à proximo offenſore, quia eſſet Simonia accipere aliquam pecuniam pro tali remiſſione iniuriæ, & pro reconciliatione pro proximo offenſore, Nihil propter hoc eſt accipiendum, quia ſicut Deus, cum ſit à nobis peccatoribus per maximè offenſus, gratis nos ſibi reconciliat. Ita & nos ſic debemus exhibere nos fratribus offenſoribus, poſſumus tamen, vt dictum eſt, pro damnis receptis ab offenſoribus aliquid accipere, ſtando in terminis iuſtitiæ, & hæc ſint pro caſu quo ad omnia, nunc ad dubium deſcendamus, etiam pro ſolutione argumentorum dictum eſt.

Offenſus vtique pro damnis receptis poteſt accipere pecuniã ab offenſore nõ tamen pro pace ipſa.

Dubium.

Quia in prima concluſione terminatus fuit, quod offenſus tenetur concedere pacem in ſcriptis offenſori (alias pacificus) ſi petatur, modo quærit Lector, An iudex pœnam reo debitam relaxare poſſit, vel debeat, & format argumenta pro vtraque parte, primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Dominus dimittite, & dimittemini, & alibi niſi dimiſeritis, nec Pater veſter dimittet vobis, ergo ſicut offenſus dimittere debet, multo magis debet

Partis affirmatiuæ probatio.

debet dimittere iudex, quia pœna eſt, propter culpam, & non econuerſo, ſed offenſus dimittit culpam ex qua orta eſt iſta pœna, ergo & iudex iſti debet dimittere pœnam, quia remota cauſa remouetur effectus.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, iuxta menſuram delicti erit plagarum modus, inquit Deus, iudex autem iuſtè per leges iudicare debet, ergo ad illum non pertinet relaxare pœnam à lege taxatam, etiam quod offenſus dimittat iniuriam, præbeat pacem in ſcriptis, quoniam dicit Deus, Mihi vindicta, & ego retribuam, &c.

Deciſio dubij pro vtraque parte.

LEctor Theologus pro hoc dubio tria facit. Primo diſtinguit de iudice. Secundo per duas concluſiones ſatisfacit quæſito. Tertio ſatisfacit inſtantijs prout concludunt contra concluſiones. Diſtinctio igitur eſt, quod duplex eſt iudex, inferior, & ſupremus, inferior eſt dependens ab alio, ſuperior eſt qui à nullo dependet niſi à Deo iudice ſupremo) vt eſt Summus Pontifex, Imperator, Reges, Duces, Principes, Reſpublicæ, & omnes qui dominium non habent niſi à Deo, inferiores ſunt quorum authoritas dependet ab iſtis.

Iudex inferior non põt omnino relaxare pœnã rei [illegible] lęſi poſſit illam diminuere.

Concluſio prima, iudex inferior non poteſt omnem pœnam relaxare reo (etiam reconciliato cum offenſo ab illo,) ſed debet illum punire ſecundum legum decreta. Ratio huius concluſionis eſt, quia licet a ſuperioribus, & legum conditore impoſitum eſſet, ſed ſi quandoque pœna fuerit arbitraria, tunc minuere poterit ſi pars non inſtat, vel petit relaxationem pœnæ, vel poterit augere pœnam ſi offenſor eſt contumax, vel prout ad commune bonum ſibi videbitur expedire, præcipuè ſi pars lęſa inſtaret vt reus puniretur, & ſibi faceret iuſtitiam.

Iudex ſupremus poteſt relaxare pęnã reo etiã totã ex inſtãtia offenſi ſi bono communi videtur expedire.

Concluſio ſecunda, Si iudex eſt ſupremus, puta Papa, Imperator, Rex, Dux, vel Princeps abſolutus, poterit relaxare hanc pœnam prout ad commune bonum ſibi videbitur expedire (etiam inſtante parte) vt iuſtitia fiat, & puniatur reus. Ratio huius concluſionis eſt, quoniam bonum commune particulari bono proponi debet. v.g. præexcelentiſſimus medicus, vel ſtrenuus miles, vel ſapientiſſimus orator, vel concionator, pro crimine commiſſo, ſecundum leges mori debet, & pars offenſa quærit, vt moriatur. Nihilominus ſupremus iudex, videns vtilitatem quam recipit, & recipere poteſt in die Reſpublica, ſi talis manet inuita, poteſt ei vitam donare, ſententia iſta eſt Petri de Aragona ſupra. 22. q. 67. art. 4. quo loco dicit, ſi pęnæ relaxatio fuerit multum expediens bono communi, adhuc (ipſo accuſatore tenente) poterit iudex ſupremus pœnam relaxare propter commune bonum.

Regulariter tamen loquendo, vt Salon dicit (inquit Corradus) parte læſa perſiſtente, & poſtulante punitionem. Nullus iudex, neque ſupremus poteſt reo remittere pœnam tuta conſcientia, quia de iure diuino eſt, vt iudex iuſtitiam faciat, iuſte iudicate vos, qui iudicatis terram, dicit Dominus, vnde talis iudex etiam tenetur facere iuſtitiam, & parti læſæ ſatisfacere, aliter iniquè illum ſuo iure expoliaret, & ciues putarent ſe à tyranno gubernari, & non à iudice iuſto, & improbi homines anxam acciperent ad maiora ſcelera perpetranda, videntes per amicos, vel pecunias ſibi parci, & læſi quærerent per ſe ipſos vindictam facere, quod fieri non debent, immo parte læſa non remittente, ſupremus iudex (ſi eſt contra bonum commune) parcere non poteſt tuta conſcientia, præcipuè ſi crimen eſt atrox, aut delinquens eſt aſſuetus, & nociuus, ſi autem res in oppoſitum ſe habet, poterit iudex tuta conſcientia rationabiliter condonare, maximè ſi pars læſa non proclamat. Hæc ſint quantum ad primum, nunc autem deſcendamus ad inſtantiarum ſolutionem.

Regulariter iudex ſupremus non põt relaxare omnino pęnam debitam reo, etiam parte læſa petente.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantiam pro parte affirmatiua dicit, quod non poſſumus in omnibus ſequi Patrem cæleſtem, præcipuè in relaxandam pœnam Deus enim habet ſupremam poteſtatem in iudicando, ad ipſum pertinet punire delicta contra Deum, & proximum, dicit enim ipſe, Mihi vindictam, & ego retribuam, propterea poteſt, & relaxare, & non relaxare pœnam, tamen nec ipſe Deus delicta relaxat reo omnino gratis, niſi pœnitenti, quæ quidem pœnitudo, & dolor de Dei offenſa, eſt quædam pœna qua ex gratia diuina alia relaxatur pœna, immo quandoque pœnitudo cordis eſt tanta, vt mortem inducat, quæadmodum legitur de quadam meretrice, quæ de commiſſis peccatis talem dolorem habuit, vt eius cor in duas ſciſſum fuerit partes, & ſtatim ad cęlum anima eius euolauit, de his ſimilibus multa narrat Diſcipulus in ſuo promptuario, de exemplis de contritione.

Deus relaxare põt omnẽ pęnã tamen nõ dimittit illã ſine pęnitentia, quæ ſupplet loco pœnæ.

Non ſatisfacit ad plenum reſponſio iſta argumentatori, nam Dominus docuit nos ſic orare Dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris, ergo iudex etiam debet relaxare pęnam, ſi vult quod Deus illi peccata dimittat.

Inſtantia 2.

Dupliciter Theologus huic argumento ſatisfacit, Primo dicendo, quod non eſt in arbitrio iudicis inferioris pęnam relaxare, niſi quando pęna arbitraria eſt illi taxanda, vt dictum eſt, in quo facto debet etiam ſeruare legem Dei, ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus, Secundo reſpondetur huic argumento dicẽdo, quod dictum illud Domini, & ſimilia intelliguntur de perſona priuata in propria offenſa, ipſe enim pro Dei amore parcere debet inimicis, non enim ſententiæ illæ ſunt circa commune bonum, neque circa perſonam publicam qualis eſt iudex, qui iuſtitiam adminiſtrare tenetur, prout oſtendit ratio pro parte negatiua dubij adducta, & hæc ſint pro dubio iſto, & pro tota hac diſputatione.

Argumenti ſolutio. Homo vt iudex nõ poteſt dimittere omnẽ pęnam, vt perſona priuata hæc multoties facere poteſt.

DISPVTATIO SECVNDA in littera P.

De Sacramento penitentiæ.

IN hac diſputatione quinque caſus cum ſuis dubijs anexis proponuntur. In primo quærit Lector, vtrum pœnitentia ſit ſacramentum. Dubium an habeat propriam materiam. In ſecundo caſu inueſtigat, quæ nam ſit forma iſtius ſacramenti. Dubium ſi impoſitio manus requiratur ad hoc ſacramentum. In tertio caſu interrogat Lector, vtrum hoc ſacramentum ſit de neceſſitate ſalutis. Dubium. An habeat ordinem ad alia ſacramenta. In quarto caſu petit Lector, ſi conuenienter fuerit inſtitutum in noua lege. Dubium. An pœnitentia debeat durare vſque ad finem vitæ. In vltimo caſu Lector deſiderat cognoſcere, An pœnitentia poſſit eſſe continua. Dubium ſi ſacramentum penitentiæ poſſit itirari.

Caſus primus.

IN primo caſu quærit Lector, vtrum pœnitentia ſit ſacramentum, & more ſolito formas argumenta pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic, Sicut baptiſmus adhibetur ad purificandum hominem à peccato, ita & penitentia, ſed baptiſmus eſt ſacramentum, ergo & penitentia eſt ſacramentum. Minor eſt certa ex fide. Maior probatur, inquit D. Petrus Actuum Apoſtolorum 8. Penitentiam age ab hac iniquitate tua, ergo penitentia purificat à peccato.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt Diuus Gregorius prout habetur in decr. p. q. p. Sacramenta ſunt Baptiſmus, Chriſma, Corpus & Sanguis Chriſti, quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum diuina virtus ſecretius operatur ſalutem. Sed hoc non contingit in penitentia, quia non adhibentur aliquæ corporales res, ſub quibus diuina virtus operetur ſalutem, ergo penitentia non eſt ſacramentum.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum, relictis pro nunc opinionibus, non ſolum hæreticorum negantium ſacramentum hoc, ſcilicet, penitentiæ, ſed etiam Scoti, & Durandi, qui in hoc errauerunt, Scotus dicendo, quod hoc ſacramentum eſt abſolutio, & Durandus, affirmando ſolam confeſſionem eſſe penitentiam, prout eſt videre apud Magiſtrũ Dominicum à Soto in 4. d. 14. q. 2. a. 1. Cum à Concilio Florentino in decreto ſeu conſtitutione, ſuper vnionem Armenorum, cui ſubſcribit Concil. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis Can. 1. dictum ſit, quartum ſacramentum (inquit Sacra Synodus Flor.) eſt penitentia, cuius quaſi materia eſt cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, vnde cum ex Sacris Concilijs habeamus tres eſſe partes integrantes ſacramentũ penitentiæ ſuperfluum apparet diſputare contra Scotum dicentem ſolam abſolutionem ſacerdotis eſſe ſacramentum penitentiæ, & contra Durandum, qui dicit confeſſionem cum abiectu eſſe ſacramentum. Relictis igitur his, Tria circa deciſionem huius caſus ſunt obſeruanda. Primo ſunt aliqua prænotanda pro fundamento doctrinæ, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfaciendum eſt quæſito, Tertio ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum, eſt obſeruandum, quod penitentia inter reliqua ſacramenta hoc habet ſingulare, quod non ſolum Eccleſiæ ſacramentum eſt, ſed & virtus mentis. Baptiſmus, & confirmatio, & reliqua ſacramenta, niſi diuinitus ſuper naturam inſtituta eſſent, non haberent aliquem virtutem, præter matrimonium, quod datum fuit à Deo in officium naturæ, penitentia antequam eſſet ſacramentum, virtus erat.

Penitẽtia eſt quartũ ſacramentũ Eccleſiæ cuius quaſi materia eſt cordis cõtritio oris cõfeſſio, & operis ſatisfactio.

Secundo eſt obſeruandum, quod penitentia, cum ſit ſacramentum, non eſt res naturalis, ſed artificialis, propterea non ſupponit pro materia, & forma, vt homo, ſed pro materia conotando, vt tali ſubiacet formæ, quemadmodum ſtatua, non ſupponit pro aggregato ex ligno, & forma accidentali, ſed pro ligno, aut pro lapide, vnde vt baptiſmus, non pro aggregato, ex ablutione, & forma, ſed vt nomen ſonat, pro ablutione ſupponit conotando, vt fiat ſub tali forma. Ita ſacramentum penitentiæ ſupponit pro actibus penitentis, qui ſunt materia ſacramenti, qui ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio, conotando, vt ſubduntur formæ eiuſdem ſacramenti, quæ eſt abſolutio, & ſic ſaluatur, vt ſint tres partes penitentiæ, qua ratione eſt ſacramentum, ſed dices, cum tres ſint actus penitentis, pro quo illorum ſupponatur, apparet enim, quod ſi penitentia eſt penę tenentia pro ſola ſatisfactione ſupponat, & Scotus tenet, quod ſupponat pro abſolutione, Durandus vero ait ſupponere pro ſola confeſſione, & abſolutione, veritas tamen eſt, quod ſupponit pro tribus actibus penitentis, ſicut domus pro compoſito ex lapidibus, & lignis, vt expreſſe Sancta Synodus Florentina docet alioquin minime eſſent tres partes penitentiæ, & per omnes has tres partes, penitens penam tenet, vnde contritio licet ſit actus internus quo dicitur dolor pro peccatis aſſumptus, eandemque penam per verecundiam confeſſionis ſubſtinet, & tandem per opera ſibi in ſatisfactionem iniuncta.

Peniteotia dicitur penã tenens in ordine ad oẽs tres partes. ſ. penitentiæ ſacramentalis.

Tertio notandum eſt, diſcrimen inter materiam aliorum ſacramentorum, & materiam huius ſacramenti, quia aliorum materiæ excepto matrimonio, res eſt, aut naturalis, aut artificialis, vt aqua criſma, & panis, quæ ſpecialiter à Deo hoc tantum habet quod ſit tanquam pars ſacramenti inſtituta, materia huius ſacramenti, nempe contritio, ſi ſit perfecta, res ſuper naturalis eſt, per auxilium ſpeciale diuinitus inſpirata, prout inquit Dominus Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum, vnde Auguſtinus de fide ad Petrum cap. 33. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, neminem hic poſſe hominem penitentiam

Digitized by Google

tiam agere, niſi quem Deus illuminauerit.

Triplex eſt pęnitens excelenter perfectè, & ĩ ſufficiens pro remiſſionẽ peccatorũ ſuorũ.

Vltimo loco eſt notandum, quod triplex eſt pęnitens inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, Primus ita attritus, quod eius attritio cum ſacramento pęnitentiæ in voto ſufficit ad remiſſionem peccatorum, ita quod attritio ſua eſt tanta, quod ex ſacramento in voto fit contritio, prout inſinuat Dauid dicendo, Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Dño, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, Secuodus attritus vtique eſt cuius attritio eſt tam modica, vt cum ſacramento in voto non fiat contritio, ſed tamen eſt tanta attritio ipſa quæ cum ſacramento in re fit contritio (plus enim operatur ſacramentum in re quam in voto.) Tertius pęnitens eſt in quo eſt tam exigua attritio, vt nec etiam cum ſacramento in re fit contritio, & talis non ſuſcipit remiſſionem peccatorum ex ſacramento pęnitentiæ, vnde apparet inquit Caietanus contra aliquos Theologos, nullo eſſet opus ornatu ad hoc, vt ex vi ſacramenti attritus fiat contritus, modus autem quo hoc fit, eſt, quod Deus vtrumque operatur, concurrit ſiquidem ex parte pęnitentis ad interiorem pęnitentiam inſpirandam, vt docet hic Doctor Sanctus, non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam in ordine ad ſacramentum, quod ex eo patet, quod ex anteriori motu pęnitens ſubijcit ſe clauibus, & rurſus concurrit Deus ex parte ſacramenti, ordinando ſacramentales actus exteriores ad interiorem pęnitentiam, dum vtitur ſacramento ipſo ad exitandum, & perficiendum interiorem actum pęnitentis ad remiſſionem peccatorum, per hoc enim fit interior pęnitentis actus, res, & ſacramentum. His pro primo puncto notatis ad ſecundum deſcendendum eſt, ſcilicet, ad poſitionem conclusionis.

Oſtenditur quando pęnitens ex attrito fit cõtritus virtute clauiũ, & quando non.

Pęnitentia, q̃ ĩ Eccleſia agitur eſt vnum de ſeptẽ ſacramentis Eccleſiæ.

Concluſio reſponſiua quæſito eſt iſta, pęnitentia, quæ in Eccleſia agitur eſt ſacramentum, hoc certiſſimum eſt ex Concilio Florentino ſupracitato, & etiam Tridentino, Quartum ſacramentum Eccleſiæ eſt pęnitentia, immo in eodem loco Concilium enumerat ſacramenta dicendo, Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura, vel pauciora quam ſeptem, videlicet, Baptiſmum, confirmationem, Euchariſtiam, pęnitentiam, extremam vnctionem, ordinem ſacrum, & matrimonium. Aut etiam aliquid horum ſeptem non eſſe verè, & propriè ſacramẽtũ, Anathema ſit.

Concluſio iſta probata eſt etiam argumento pro parte affirmatiua caſus, Secundo etiam probatur, ſacramentum (ſecundum Gregorium 1.q.1. cap. Multi) in aliqua celebratione conſiſtit, cum res geſta ita fit, vt aliqua ſignificatiuè Sanctè accipimus, quod Sanctè accipiendum eſt, manifeſtè eſt autem, quod in pęnitẽtia ita res geſta fit, quod aliquid Sanctum ſignificatur, tam ex parte peccatoris pęnitentis, quam ex parte ſacerdotis abſoluentis. Nam peccator pęnitens, per ea quæ facit, & dicit, oſtendit cor ſuum à peccato receſſiſſe, ſimiliter ſacerdos per ea quæ agit, & dicit circa pęnitentem, ſignificat opus Dei remittentis peccatum. vnde ex his Angelicus Doctor doctiſſimè probat non ſolum ſacramentum eſſe pęnitentiam ipſam, ſed id habere ab vtraque parte, ſcilicet, ex parte pęnitentis, & abſoluentis. Nam vtrũque eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, quæ eſt diffinitio ſacramenti data à D. Auguſtino, Caietanus Illuſtriſſimus ex occaſione Scoti quærit, ſi hoc ſacramentum habeat materiã, ex qua conſtituatur, inquit enim Scotus in 4.d.16.q.1. quòd nulla pars huius ſacramenti eſſe poteſt actus pęnitentis, ſed ſacramentum hoc eſſentialiter conſiſtere in abſolutione, ita quod, ſecundum illum, ſacramentum pęnitentiæ non conſtituitur ex materia, & forma; quod eſt contra communem doctrinam Theologorum in 4. ſententiarum, immo contra doctrinam Sacri Concilij Florentini ſub Eugenio 4. vbi dicitur, quod omnia ſacramenta conſtant ex rebus tanquam ex materia, & verbis tanquam ex forma, & ſpecialiter de ſacramento pęnitentiæ dicit, cuius quaſi materia ſunt actus pęnitentis, nec aliquid valet dictum Scoti, ſcilicet, quia nullus actus pęnitentis eſt aliquid ſententiæ ſacerdotis, quoniam ſupponit ratio iſta, quod ſacramentum hoc conſiſtat eſſentialiter in abſolutione ſola, quod eſt falſiſſimum. Quocirca ſequendo communem, & ſacram doctrinam Concilij, dicendum eſt, ſacramentum pęnitentiæ conſtare ex verbis abſolutionis, vt forma, & actibus pęnitentis, vt materia proxima. Nec alia quærenda eſt de hoc ratio niſi authoritas Eccleſiæ, & conſonantia, quia, ſcilicet, conſonant ordinationes ſacramenti, huic toti conſtituto ex actu pęnitentiæ, & abſolutione, & in ſignificando, & in cauſando, & in paſſiua inſtitutione diuina, iquit Illuſtriſſimus Dominus Caietan.

Sacramẽtum pęnitẽtiæ cõſtat ex verbis vt ex forma, ex actibus pęnitentis, vt ex materia proxima.

Vnum vltra iſta pro complemento huius ſecundi puncti eſt animaduertendum, quod diſpoſitio ad gratiam, tripliciter diſtat ab ornatu, Primò ex parte gratiæ, quoniam gratia non eſt talis forma in anima, vt egeat alia forma prædiſponente ad ipſam. Fallax enim inquit Caietanus eſt imaginatio, prout are eſt ſicut lignum ſi debet igniri, debet prius calefieri, vt calor diſponat ad formam ignis, ita anima ſi debet per gratiam fieri dei formis, debeat prius ornari, gratia enim nulla talis diſpoſitio indiget, vt patet in infantibus baptizatis quibus infunditur gratia abſque aliqua alia forma prædiſponente; nec id quod adducunt aduerſarij de charactere aliquid concludit, quia character non ponitur, vt diſponat ad gratiam, vt de ſe patet, cum ſubiectum characteris ſit intellectus, diſpoſitio ad gratiã debet eſſe in eſſentia animæ, vbi eſt gratia ipſa. Secundo probatur ex parte adulterorum quibus tantùm confertur ſacramentum pęnitentiæ. Nam in adultis diſpoſitio ad gratiam eſt proprius actus ipſius adulti, prout inſinuat Pater Auguſtinus dicendo, Qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, Tertio probatur ex parte pęnitentis, pęnitens autem inquantum pęnitens non diſponitur niſi per actus pęnitentiæ, omnis enim alia diſpoſitio per accidens ſe habet ad pęnitentem, propterea inquit Dominus Caietanus, ſi ornatus poneretur diſponere, non niſi per accidens concurreret ad diſpoſitionem

Tripliciter diſpoſitio ad gratiã differt ab ornatu.

pęni-

pęnitẽntis, quod autem eſt per accidens, non eſt tribuendum per ſe ſacramento pęnitentiæ, ſed de his ſatis pro nunc, veniamus ad ſolutionem argumentorum, partis negatiuæ.

Dubium.

Partis affirmatiuæ probatio.

LEctor in hoc dubio quærit, An peccata ſint propria materia huius ſacramenti, & format rationes pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Apoſtolus 2. Cor. 12. Nec egerunt pęnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt, ſed iſta ſunt peccata, ergo peccata ſunt propria materia huius ſacramenti pęnitentiæ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic argumentatur Lector, Materia in alijs ſacramentis per aliqua verba prolata ſanctificantur, & ſanctificata effectum ſacramenti operantur, ſed peccata non poſſunt ſanctificari, cum ſint contraria effectui ſacramenti, qui eſt gratia remittens peccata, ergo peccata non ſunt materia propria huius ſacramẽti.

Dubÿ ſolutio pro parte affirmatiua.

Duplex eſt materia ſacramenti pęnitẽtiæ proxima, ſcilicet, & remota.

LEctor Theologus pro dubij deciſione ponit vnam diſtinctionem, & iuxta membra illius ponit duas concluſiones, quibus declaratis ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Diſtinctio eſt iſta. Duplax eſt materia pęnitentiæ, proxima, ſeu propinqua, & remota. Materia proxima pęnitentiæ ſunt actus pęnitentis quibus homo conteritur, confitetur, & ſatisfacit. Materia verò remota, ſunt ipſa peccata, ſtante hac diſtinctione, prima concluſio ponitur. Actus pęnitentis, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, ſunt materia proxima ſacramenti pęnitentiæ, probatur hoc, quia per huiuſmodi actus pęnitens obtinet remiſſionem peccatorum, ſicut enim materia proxima ſtatuæ eſt metallum, remota verò aqua, vel terra ex quibus conficitur, ita in ſacramento pęnitentiæ materia proxima ſunt actus pęnitentis quibus integratur pęnitentia, & materia remota ſunt peccata purganda, & delenda per pęnitentiam, ex quo appareret error Scoti, qui non aſſignabat materiam huic ſacramento, dicebat enim, quod actus pęnitentis non erant materia ex qua, ſed diſpoſitio. In quo non ſolum contradicit D.Thom. verò communi opinioni Theologorum, ſcilicet, Alexandri Alenſis, quarta parte. q.60. numero 2.Ricardi.d.16. q.p.art.1. & Marſilij. q.10. & aliorum, immo quod peius eſt opponitur Concilio Florentino, & D. Auguſtino dicentibus, ſacramenta conſtare ex materia, & forma, immo opinio Scoti eſt contraria rationi. Nam forma dicitur relactiuè ad materiam, quam informat, ſecundum autem Scotum abſolutio non eſt ſic forma cum nullum informat materiam, ſed expellat materiam, ſcilicet, peccata. Peccator etiam dicitur materia pęnitentiæ à D.Thom.opuſc.22.cap.4. alia tamen ratione, quia, ſcilicet, eſt ſubiectum recipiens ſacramentum, cuius gratia iuſtificatur, & purificatur.

Materia proxima ſacramẽti pęnitentiæ ſunt actus pęnitentis contritio, confeſſio, & ſatisfactio.

Peccata pœnitentis ſunt materia remota ſacramẽti pęnitentiæ.

Conclusio ſecunda. Peccata ſunt materia remota ſacramenti pęnitentiæ, pro cuius intelligentia eſt obſeruandum, quod eſt maxima differentia inter hanc materiam remotam, & materiam remotam in alijs generibus. Non enim dicuntur materia remota peccata, quia ex illis directè conficiantur actus pęnitentis, ſicut ex aqua, & terra congellatur metallum, quæ eſt materia ſtatuæ, aut ſicut ex tritico fit maſſa, quæ eſt materia proxima panis, ſed dicuntur materia, quia ſunt obiecta eorundem actuum, non facienda, vt obiecta virtutum, ſed eſt materia expulſanda, & reprobanda, ſicut ſtupa eſt materia ignis, & hac de cauſa actus pęnitentis dicuntur materia proxima, quia ſunt partes pęnitentiæ, & ſacramenti ſimpliciter, & propriè, ſunt materia ex qua. Peccata autem potius dicuntur obiecta, quæ per pęnitentiam expelluntur, & materia circa quam, & iſta ſint pro primo puncto. Nunc pergamus ad ſolutionem argumentorũ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Materia remota pœnitẽtiæ non ſanctificatur proxima autẽ ſic.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod licet materia remota ſacramenti pęnitentiæ non ſanctificetur, ſanctificatur tamen materia proxima, ſcilicet, actus pęnitentis mediante abſolutione (reſponſio iſta eſt ratio validiſſima contra Scotum) Actus iſti ſanctificantur, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, ita quod per ſanctificationem ſacerdotalem, habent vim delendi peccata, & pęnitens acquirit gratiam.

Inſtantia 2.

Argumentator format ſecundam inſtantiam dicendo, D.Auguſtinus in lib. de medicina pęnitentiæ cap.2. non longe a principio tom.9 dicit, Nullus poteſt inchoare nouam vitam, niſi eum veterem vitæ pęniteat, ſed ad vetuſtatem vitæ pertinent non ſolum peccata, ſed etiam pęnalitates præſentis vitæ, ergo peccata non ſunt propria materia pęnitentiæ.

Inſtant. ſolutio.

Ratione pœnitẽtiæ remittũtur pœnæ aliquæ purgatorij.

Reſpondet huic inſtantiæ Theologus dicendo ad minorem, quod vetus vita non eſt obiectum pęnitentiæ, niſi ratione culpæ, quam deteſtatur, non enim hominem morborum corporalium, aut mortalitatis pęnitet, ſed culpæ peccati. Remittuntur nihilominus ratione pęnitentiæ pęna aliqua purgatorij, & hoc eſt, quod intendebat D. Auguſtinus in loco citato in argumento dicendo. Nullus poteſt inchoare nouam vitam niſi eum veteræ vitæ pęniteat, Ac ſi apertè dicat, nullus poteſt inchoare nouam vitam niſi eum pęniteat præteritorum peccatorum, & ſic argumentum nihil concludit. Nam licet ad vetuſtatem vitæ pertineant etiam pęnalitates, tamen illę, vt ſic non ſunt obiectum pęnitentiæ, ſed ſolum, vt habent peccata anexa.

Inſtantia 3.

Argumentator non acquieſcit inſtat, tertio loco dicendo, peccatorum, quoddam eſt originale, quoddam mortale, & quoddam veniale, ſed pęni-

tentiæ ſacramentum non ordinatur contra originale peccatum, quod tollitur per baptiſmum, neque contra peccatum mortale, quod tollitur per confeſſionem peccatoris, nec etiam contra veniale, quod tollitur per percuſſionem pectoris, & per aquam benedictam, & per alia huiuſmodi, ergo peccata non ſunt propria materia pęnitentiæ.

Inſtant. ſolutio.

Pęnitẽtia propriè, & principaliter eſt cõtra peccatum mortale actuale propriè, ſed non principaliter cõtra venialia.

Theologus negat minorem propoſitionem dicendo, quod pęnitentia quodammodo eſt de quolibet peccatorum genere, non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali eſt pęnitentia propriè, & principaliter, propriè quidem, quia propriè dicimus pęnitere de his, quæ noſtra voluntate commiſimus, principaliter autem quia ad delectionem peccati mortalis hoc ſacramentum eſt principaliter inſtitutum, venialibus peccatis, ſunt aſſignata alia remedia, ſacramentalia, & nonnulla alia, de peccatis venialibus eſt quidem pęnitentia propriè, inquantum ſunt noſtra voluntate facta, vnde & ipſa ſunt materia pęnitentiæ ſacramenti propriè, non autem principaliter, quia hoc ſacramentum propter illa principaliter non eſt inſtitutum, ex quo etiam patet quoſdam, qui videtur ſibi nõ nihil ſcrupuli habere, ſi abſolutionem ſuper peccata venialia ſine mortalibus proferant. Conſtat enim, quod tales irrationabiliter mouentur circa hoc, quoniam cum ſacramentum pęnitentiæ propriè ſit contra peccata venialia, ille qui abſoluit pęnitentem ſolum de venialibus confitentem facit actum conuenientem rectę rationi, & ſacramento, quia facit actum cadere ſuper materiam propriam. Iſta eſt quoque ratio quare confiteatur quis laudabiliter ac fructuosè ſolum de venialibus (ſi non adſunt mortalia) dummodo vltra dolorem de illis intendat etiam vitare illa, prout venialia, id eſt quatenus ad vitationem venialium obligatur. Ratio huius eſt tunc, quia ille proponit confeſſario materiam debitam, ſcilicet, propriam ſacramenti pęnitentiæ, licet non principalem, & hoc faciendo deſtruitur hæreſis Lutheri dicentis (vt refertur in bulla Papæ Leonis decimi, contra errores Lutheri) nullo modo inquit Lutherus præſumas confiteri peccata venialia. D. Th. illum confundit hic dicendo, quod peccata venialia ſunt propriè materia ſacramenti pęnitentiæ (licet non principalis) ergo licitè ſunt confitenda. Addebat autem idem Lutherus pro fundamento ſui erroris, alium errorem dicendo, quod dum volumus confiteri ſingula peccata, & etiam venialia nil aliud facimus, quam quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum, vnde meritò damnatur error ille ſimul cum ſuo fundamento in eadem Bulla à Papa Leone X. Item à Concil. Trident. ſeſſione 14. cap. 5. venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam rectè, & vtiliter citraque omnem præſumptionem in confeſſionem dicantur, quod piorum vſus hominum demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque alijs remedijs expiari poſſunt, ex quibus patet, quod etiam piorum hominum vſus quotidiè errorem illum, facto ſuo condemnat, id quod eſt etiam valde perdetandum, cum ij, qui filij Dei ſunt ſpiritu Dei aguntur. Rom. 8. Item in eodem Concilio ſeſſ. eadem Can. 7 Si quis dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle, diuinæ miſericordiæ ignoſcendum, aut non licere confiteri peccata venialia Anathema ſit, de hac materia contra Lutherum, Epiſcopum Rofenſem quiſque videre poteſt, quoniam optimè ſcribit, per rationem etiam oſtendere poſſumus quam prudenter, & Sanctè dixerit Concil. Florent. loco ſupracitato dicendo, Quartum ſacramentum eſt pęnitentia cuius quaſi materia ſunt actus pęnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes, quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinet, vt peccator peccata, omnia quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis, ſecundum arbitrium confeſſoris, quæ quidem præcipuè ſit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam, & à Concil. Trid. ſeſſione 14. cap. 3. ſunt autem quaſi materia huius ſacramenti ipſius pęnitentis actus, nempè contritio, confeſſio, & ſatisfactio, qui quatenus in pęnitente ad integritatem ſacramenti, ad plenam perfectamque remiſſionem peccatorum ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione pęnitentię partes dicuntur, & Canone 4. Si quis negauerit ad integram, & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pęnitente quaſi materia ſacramenti pęnitentię, videlicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, quę tres pęnitentię partes dicuntur, Anathema ſit.

Laudabiliter & fructuosè cõfitetur quis de venialibus & confeſſor debet ab illis abſoluere, quoniã ſunt materia propria pęnitentiæ.

Nota.

Tandem pro vltima ſolutione argumẽti inquit Doctor Sanctus, de peccato verò originali pęnitẽtia nec principaliter eſt, quia contra ipſum non ordinatur hoc ſacramentũ, ſed magis baptiſmus, qui ad hoc eſt ſufficiens, nec etiã propriè, quia peccatũ originale non eſt noſtra volũtate peractũ, niſi fortè, inquantũ voluntas Adę reputatur noſtra, ſecundũ modũ loquendi quo Apoſtolus dicit Ro. 5. in quo oẽs peccauerunt, ſi verò pęnitentia largè accipiatur, ꝙ cuiuſcunque mali deteſtatione, & diſplicentia rei prętcritę, ſic poſſumus pęnitere de peccato originali, vt inquit Aug. q̃a illud deteſtamur, & abominamur, in l. de vera, & falſa pęnit. c. 8. to. 4. & in to. 9. lib. de pęn. medicina. c. 2.

De peccato originali non eſt pęnitẽtia propriè, et principaliter large tamen accepta poteſt eſſe.

Ex his oĩbus inquit Soto colligere poſſumus, ꝙ qui nullius eſt conſcius actualis culpę, nullatenus cõfiteri poteſt, quare cũ B. V. M. certa ſemper fuerit nullã talẽ culpã cõmiſiſſe, ridiculũ eſt, ꝙ dicitur ſolitã fuiſſe cõfiteri Io. Euangeliſtę. Nec peccata actualia cõmiſſa ante baptiſmũ ſunt materia pęnitentię, loquendo de materia exteriori, ſi tamen loquimur de pęnitentia interiori illa eſt neceſſaria iuxta verbũ Petri Actuũ 2. pęnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. ſacramenti pęnitẽtię illa peccata non poſſunt eſſe materia confeſſionis, ſcilicet, quia ante baptiſmum nullum datur ſacramentum, & poſt baptiſmum iniuriam ei faceret, qui peccata prętcrita confiteretur, & hęc ſint pro dubio iſto, & caſu.

Carens omni culpa actuali, nõ poteſt cõfiteri, nec B. V. M. confitebatur Euãgeliſtæ Io. vt dicunt aliqui.

Argu-

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus negat minorem propoſitionem primi argumenti, & eius probationem, & ratio negationis eſt, quia in ſacramento penitentiæ adhibentur res corporales, ſcilicet, actus exteriores humani; ſub quibus diuina virtus operatur ſalutem; nomine enim rerum corporalium intelliguntur (largè loquendo) etiam ipſi actus ſenſibiles exteriores, ſcilicet, penitentis; & abſoluentis, quia iſti in hoc ſacramento ita ſe habent, ſicut aqua in baptiſmo, vel chriſma in confirmatione, & declarat hoc Doctor Sanctus dicendo, eſt autem attendendum, quod in illis ſacramentis in quibus confertur excellens gratia, quæ ſuperabundat omnis humani actus facultatem, adhibetur aliqua corporalis materia exterius, ſicut in baptiſmo, vbi fit plena remiſſio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam; & in confirmatione, vbi datur plenitudo Spiritus Sancti, & in extrema vnctione, vbi confertur perfecta ſanitas ſpiritualis, quæ proueniunt ex virtute Chriſti quaſi ex quodam extrinſico principio, vnde inquit D. Thom. ſi qui actus humani ſunt in talibus ſacramentis, non ſunt de eſſentia ſacramentorum, ſed diſpoſitiuè ſe habent ad illa, ſunt tamen alia ſacramenta, ſcilicet, penitentiæ, & matrimonij quæ habent effectum actibus humanis correſpondentem, non quod non ſit ſupranaturalis, ſed quod datur per actus humanos actiuè concurrentes tanquam inſtrumenta Dei, huiuſmodi actus humani ſenſibiles, ſe habent (loco materiæ) vt accidit in penitentia, & matrimonio, ſicut in medicinis corporalibus, quædam ſunt res exterius exhibitæ, ſicut emplauſtra, & electuaria, quædam ſunt actus ſanandorum puta executiones quædam, in hac reſponſione Doctor Sanctus non fecit mentionem de ſacramento Euchareſtiæ, quod per conſecrationem perficitur, ex cuius vſu, applicatur, & ſuſcipitur, nec de ſacramento ordinis, vbi poteſtas Eccleſiaſtica ſuſcipitur, vt inſinuaret, quod in ſacramento penitentiæ, & matrimonij, minus gratiæ ſacramentalis conferri (virtute ſacramenti) quam in reliquis ſacramentis, niſi deuotio, & feruor contributionis illam augeat.

Actus penitentis ſunt loco rerum ſenſibilium in ſacramento penitentiæ.

Argumẽtum ſecundum.

Lector de nouo inſtat dicendo, Sacramenta Chriſti à miniſtris Chriſti exhibentur, ſed penitentia non exhibetur à miniſtris Chriſti, ergo pœnitentia non eſt ſacramentum, probat vtramque propoſitionem, Maiorem ſic, inquit Apoſtolus 1.Cor.4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei, ergo ſacramenta à miniſtris Chriſti exhibentur. Minor enim probatur, quia penitentia à Deo interius operatur. Hierem.31. Poſtquam conuertiſti me egi penitentiam, ergo penitentia non exhibetur à miniſtris Chriſti.

Argumenti ſolutio. Aliqua ſacramenta habẽt naturam ſacramentũ aliqua non.

Theologus huic argumento dicit, quod ſacramenta ſunt in duplici differentia, aliqua habent materiam extrinſecam, aliqua non, illa ſacramenta, quæ habent corporalem materiam propriè loquendo oportet, quod illa materia exhibeatur à miniſtris Eccleſiæ gerentes perſonam Chriſti, in ſignum excellentiæ talium ſacramentorum, & virtutis Chriſti in illa operantis, in ſacramento autem penitentiæ (vt dictum eſt in præcedenti ſolutione) ſunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inſpiratione interna, vnde materia non exhibetur à miniſtro, ſed à Deo interius operante, complementum ſacramenti autem exhibet miniſter, dum penitentem abſoluit.

Inſtantia.

Contra hoc inſtat Lector dicendo, Actus penitentis, non eſt ſacramentum, neque partes ſacramenti eſſe poſſunt, probatur hoc, quia ante abſolutionem, nec contritio, ne confeſſio rationem habent ſacramenti.

Inſt. reſpõſio

Theologus reſpondet dicendo, quod licet hæ prius non ſint partes ſacramenti; efficiuntur tamen tales, quando adueniens abſolutio complet rationem ſacramenti, tunc enim licet præceſſerint, informantur, ex quo fit (inquit Soto) vt in hoc ſacramento non requiratur, vt materia, & forma eodem temporis momento concurrant.

Argumẽtum tertium.

Lector contra prædicta format tertium argumentum dicendo, in ſacramentis de quibus tractantur, eſt aliquid, quod eſt ſacramentum tantum, & aliquid, quod eſt res, & ſacramentum, & aliquid, quod eſt res tantum, in hoc autem ſacramento non ſunt hæc tria, ergo non eſt ſacramentum.

Argumenti ſolutio. Declaratur, quid ſit ſacramentũ tãtũ, quid res, & ſacramentũ, & quid res tantum.

Theologus negat minorem dicendo, quod etiam in penitentia eſt aliquid, quod eſt ſacramentum tantum, ſcilicet, actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitentem, quam etiam per ſacerdotem abſoluentem. Res autem & ſacramentum, eſt penitentia interior peccatoris. Res autem tantum, & non ſacramentum, eſt remiſſio peccati, quorum primum totum ſimul ſumptum, eſt cauſa ſecundi, ſcilicet, confeſſio, & abſolutio eſt cauſa contritionis, ſecundum verò, nempè contritio, eſt cauſa tertij, ſcilicet, gratiæ, vna tamen cum primo, ſcilicet, confeſſione, & abſolutione.

Ex his deducunt Caietanus, & Soto, quod ornatus non ſit diſpoſitio ad gratiam, licet alias D. Thom. in 4. diſtinct. 1. art. 4. cum antiquis, oppoſitum dicebat, hic tamen dicit, quod nulla alia diſpoſitio, eſt neceſſaria ad gratiam in adultis quam actus ipſius penitentis, & p. 2. q. 112. artic. 2. dicit, quod gratia gratum faciens nunquam producitur ſine præuia diſpoſitione, quare in paruulis nulla requiritur diſpoſitio, de his ſatis. Nunc ad dubium pergamus.

Digitized by Google

Caſus ſecundus.

LEctor in hoc caſu quærit vtrum hæc ſit forma ſacramenti pœnitentiæ, ſcilicet, Ego te abſoluo, &cæt, & format argumenta pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua, ſicut enim Chriſtus Dominus Matthæi vltimo dixit diſcipulis ſuis, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. In nomine Patris, &cæt. Ita Matth. 16. dixit Petro, Quodcunque ſolueris ſuper terram, &cæt. ſed ſacerdos dum baptizat authoritate Chriſti dicit, Ego te baptizo. Ergo eadem authoritate dicere debet dum abſoluit, Ego te abſoluo, ergo hæc eſt forma huius ſacramenti, Ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis.

Partis affirmatiuæ probatio.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua tale format argumentum. Formæ ſacramentorum ex inſtitutione Chriſti, & Eccleſiæ vſu habentur, ſed Chriſtus non legitur hanc formam inſtituiſſe, ſcilicet, Ego abſoluo te, neque in communi vſu Eccleſiæ habetur, quinimmo in quibuſdam abſolutionibus, quæ in Eccleſia publicè fiunt, ſicut in prima, & completorio, in cœna Domini abſoluens, non vtitur forma indicatiua, Ego te abſoluo, ſed deprecatiua Miſereatur veſtri, &cæt. vel abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum veſtrorum &cæt. Ergo illa non eſt forma huius ſacramenti.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione huius caſus tria facit, Primo recitat opiniones aliquorum circa hanc materiam, Secundo ponit concluſionem affirmatiuam, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod de hac forma, lis oritur. Primo inter nos, & hæreticos, & poſtea cum aliquibus catholicis. Illi verò, quia clauium poteſtatem negant eſſe in Eccleſia, dicunt, in Eccleſia non eſſe facultatem abſoluendi, Vuiteleff. apud valdenſem tomo ſecundo de ſacramentis 135. Infra, etiam illi, qui negant neceſſitatem confeſſionis hanc execrantur abſoluendi formam, vnde capit. 149. Luciferinam inquit eſſe præſumptionem dicere, quod homo habeat poteſtate abſoluendi hunc, vel illum à peccatis, & Lutherus prout eſt videre artic. 11. & 12. à Leone condemnatis, blaſphemiam arbitratur, quod ſacerdotes hanc ſibi arogent abſoluendi facultatem, dicendo, quod ſola fides ſufficit ad ſalutem, ſed de hac hæretica impietate in diſputatione de confeſſione dictum eſt ſatis, deſcendamus ad Catholicos, Catholici verò ſunt tripartiti. Abulenſis namque in p. p. ſui deſenſorij capit. 6. Adeo vtitur abſolutionis nomine, quod difficile eſt cognoſcere eius intentionem. Contendit namque, quod nemo poteſt à culpa, vel à pœna abſolui. Non quod nullo pacto indubium reuocet poteſtatem remittendi peccata eſſe in Eccleſia, imo hoc, vt Orthodoxus fatetur, ſed propter verbi improprietatem aſſerat nec Deum abſoluere à culpa, vel à pœna. Nam culpa eſt priuatio rectitudinis rationis, & legis æternæ, quæ eſt in actu dum quis peccat, aut in omiſſione, quæ quidem culpa tranſit, tranſeunte actu, vnde dum poſtea homo, vel conteritur, vel confitetur, iam culpa illa non eſt, ſicut nec actus qui tranſiuit, ab eo autem, quod non eſt, nemo abſoluitur. Vlterius priuatio cum non ſit res poſitiua non eſt vinculum, propterea nemo ab illo abſoluitur, eadem ratione neque vllus abſoluitur à macula peccati, quæ non eſt niſi priuatio gratiæ, quæ per eius infuſionem tollitur, quia nec macula eſt vinculum. Pariter arguitur de pœna, cum illa nondum, tempore contritionis, & confeſſionis ſit, ſed ſit futura, non ſit abſolutio ab illa. Ac de cauſa inquit Abulenſis in Clement. 1. de priuileg. prohibens Papa religioſos abſoluere, ait, ne à culpa, & pœna (vt eorum verbis vtamur) abſoluant. Id quod clem. Abuſionibus de pœnitentia, & remiſſione repetit, quaſi illa parenteſi inſinuauerit Pontifex, non eſſe proprium dicere abſoluo te à culpa, & à pœna, ſed dicendum inquit eſt. Rimittitur culpa, tollitur, deletur, &c. & dum dimittitur (inquit) culpa, abſoluitur homo à reatu pœnæ æternæ, nam reatus non eſt pœna, ſed obligatio ad illam, & vinculum, quare ſi dicatur abſoluo à peccatis, intelligitur propter reatum pœnæ, qui naſcitur ex peccatis.

Opinio hæreticorum circa formã ſacramenti pœnitentiæ.

Abuliẽſis opinio de forma ſacramenti pœnitentiæ.

Improbatio opinionis Abulenſis.

ABulenſis multum laborauit ſine cauſa in hac re, potuiſſet rigorem iſtum loquendi diſſimulare inquit Magiſter Soto. Nam cum Eccleſia vbique hac vtatur forma, & in Concil. Florent. eandem eſſe formam huius ſacramenti decretum ſit, non licet de eius proprietate hæſitare, præcipuè cum ſit ex Euangelio deſumpta, vnde ad primum eius argumentum ſatisfacit Magiſter Dominicus à Soto dicendo, quod non ſolum obligatio ad pœnam vinculum eſt, verum, & reatum culpæ. Nam licet culpa tranſeat actu, manet reatus, culpæ, & pœnæ, immo quamuis nulla eſſet pœna, aut purgatorij, aut inferni, ipſa inimicitia Dei, eſt reatus, cum maneat homo ligatus bono commutabili, ad quod ſe per culpam conuertit, qua vtique ratione peccata illa dicuntur vinculum quibus voluntas hominis ligatur,

Obligatio peccatorũ ad pœnã merito dici poteſt vinculum in ordine ad reatũ

iuxta

Digitized by Google

iuxta illud Eſaiæ 58. Diſſolue colligationes impietatis. Item Abulenſis fatetur, quod peccata dicuntur remitti, & relaxati, iuxta illud Relaxa facinora plebis tuæ Iſdrael; Sed hæc nomina pariter ad vincula referuntur. Nemo enim relaxatur niſi à vinculis. Dicimus igitur peccata dimitti, condonari, relaxari, &c. & pariter, quia homo abſoluitur ab obligatione pœnæ, dicitur abſolui à pœna, ſicut in iudicio abſoluitur reus, verbum ergo Pontificis in capitulis citatis, non inſinuat improprietatem abſoluendi à culpa, & à pęna, ſed retundit arrogantiam illorum qui abſque legitima facultate id attentant facere.

Opinio modernorum.

SEcunda opinio circa huiuſmodi formam, fuit cuiuſdam authoris tempore D. Thom. contra quem ſcripſit opuſculum. 22. qui quidem dicebat, vt ex eius argumentis colligitur, formam non debere eſſe indicatiuam, ſed deprecatoriam, quã opinionem Angelicus Doctor ibi vocat temerariam, & praeſumtuoſam, ideo vt talis relinquenda eſt, & in ſolutione argumentorum excludebimus eius obiectiones quas Doctor Sanctus, proponit in argumentis p.2. & 4.

Opinio Magiſtri.

TErtia opinio fuit Magiſtri ſententiarum diſtinct. 18. qui dicit, quod ſolus Deus eſt, qui abſoluit à peccato, & probat intentum ſuum ſic, Idem eſt abſoluere à peccato, quod peccatum remittere, ſed ſolus Deus peccata remittit, ergo non ſacerdos, ſolus Deus interius hominem à peccato mundat, ergo ſolus Deus videtur à peccato abſoluere, quare cum ſacerdos non dicat peccata tibi remitto, ita nec dicere debet, Ego te abſoluo, & cõfirmat hoc Magiſter dicẽdo, quod hoc habetur Eſaiæ 43. vbi dicit Deus, ego ſolus deleo iniquitates, & peccata populi, & Amb. in lib. de Spiritu Sancto, & refertur de pœnitentia diſtinct. 1, can. verbum. verbum inquit Dei peccata dimittit, ſacerdos eſt iudex, ſacerdos quidem ſuum officiũ exhibet, & nullius poteſtatis iura exercet, & D. Auguſtinus ſuper illud Ioannis, Ecce Agnus Dei, &c. Nemo inquit ſoluit peccata, niſi Deus, qui eſt Agnus tollens peccata mundi. Adducit prætetea Magiſter illud Matth. 8. quod cum Chriſtus leproſus prius ſanaſſet iuſſit, vt ſe oſtenderet ſacerdotibus, & illud Ioan. 11. vbi poſtquam Lazarum ipſe à monumento ſuſcitauit, diſcipulis tradidit diſſoluendum, ex quibus colligit Magiſter tantum Euangelicos ſacerdotes poſſe, quod olim legales, illi autem à lepra non emundabant, ſed mundos eſſe indicabant, ex quo demum infert, quod in vniuerſum nemo abſoluitur à ſacerdote, niſi quem Deus prius abſoluerit, & tandem infert ſenſum illius, Ego te abſoluo, eſſe, oſtendo te abſolutum.

Reprobatur opinio Magiſtri.

LIcet opinio iſta ſapiat hæreſim, tamen, pro reuerentia Magiſtri eam ſequuntur, Abulenſis, vt ſupra. Alexand 4. p. quæſt. 80. membro 1. D. Bonauentura in 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. Diſputatio iſta licet pertineat ad materiam de clauibus, non tamen hic relinquenda eſt intacta. Opinio iſta in Eccleſia non tenetur, nec ſubſtineri poteſt. Nihil enim differre videtur ab hæreſi clauium poteſtatem abnegantium, cum potiſſimum poteſtas clauium in peccatorum remiſſione vim obtineat, qui verò negat ſacerdotem abſoluere verè ſubinde claues negat, Secundo qui dicit ſacerdotem non abſoluere, pari ratione dicere poteſt nec verè baptizare, ſed cum ait ſacerdos, Ego te baptizo ſenſus eſſet, oſtendo te baptizatum, ex quo ſequeretur, quod virtus ſacramentorum conferendi gratiam, ablata eſſet ab Eccleſia. Nam ſi ſacramenta gratiam conferunt, etiam modo ſuo, ſacerdotes ea adminiſtrantes ad id concurrunt, Magiſter igitur ſui ipſius oblitus fuit. In prima diſtinct. 4. dicebat ſacramenta nouæ legis gratiam conferre, ergo & modo dicere debebat, quod hoc faciebant ſacerdotes miniſterialiter, ſed compatiendum eſt, quoniam aliquando Bonus dormitat Homerus, immo in Concilio Conſtantienſi ex hoc, quod ſacramenta conferunt gratiam, collatum eſt ſacerdotem ad id concurrere. Quare Martinus Quintus in confirmatione in calce eiuſdem Concilij, hæreticum cenſet eum, qui negat ſacerdotem verè abſoluere, Tertio cum Eccleſia iſta forma vtatur, Ego te abſoluo, genus blaſphemiæ eſt, negare verum efficere ſenſum, quin vero non ſolum blaſphemia eſt contra Eccleſiam, ſed impietas contra ſacrã ſcripturã, cum enim Matth. 16. Chriſtus dixerit Petro, quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis, & ſententia illa eſt, de his quæ pertinet ad neceſſitatem ſalutis, propterea in ſenſu proprio ſecundum regulam D. Auguſtini ſunt verba intelligenda, & locus ille Matth. 20. rem noſtram vrgentiſſimè concludit, poſtquam Dominus ibi dixiſſet Apoſtolis ſuis, Data eſt mihi oĩs poteſtas in cęlo, & in terra, ſtatim ſufflans ſubiunxit, Accipite Spiritum Sanctum, Quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. Clariſſimè conſtat, quod eandem poteſtatem quam ipſe pollebat ſacerdotibus tribuiſſe, vt alias oſtenſum eſt, D. Thom. ad quintum argumentum huius caſus, excludit dictum Magiſtri, inquit enim Doctor Angelicus hæc expoſitio, Ego te abſoluo, ideſt abſolutum oſtendo, prout docet Magiſter, partim quidem vera eſt, non tamen perfecta, ſacramenta quippè nouæ legis non ſolum ſignificant, ſed efficiunt quod ſignificant, vnde ſicut ſacerdos dicens, Ego te baptizo, re ipſa, & verbo oſtendit eſſe mundum, non ſolum ſignificatiuè, ſed efficiendo, quod ſignificat. Ita cum ait, Ego te abſoluo, oſtendit abſolutum, verè tamen abſoluendo.

Hæreſis eſt dicere ſacerdotis miniſterialiter non abſoluere à peccatis.

Verè, & proprij ſacerdos abſoluit à peccatis pęnitẽtem efficiẽter tamen inſtrumentaliter.

Digitized by Google

Inſtantia.

Contra hoc inſtat Lector loco Magiſtri dicendo, vſu venire poteſt, vt pœnitens non ſit corde diſpoſitus, vt beneficium abſolutionis ſuſcipiat, ergo tunc forma illa prolata à ſacerdote erit falſa.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit dicendo, quod ad veritatem propoſitionis ſufficit, quod quantum ad vim formæ abſolutio ſequatur, ſi autem non ſequatur ex indiſpoſitione recipientis, hoc eſt per accidens, & non ex natura rei, ſicut omnia reliqua ſacramenta virtute paſſionis Chriſti ſuum effectum habent, quæ tamen virtus ex parte ſubiecti recipientis impediri poteſt, & ideo ſacerdos cum dicit, Ego te abſoluo, non loquitur quaſi de re incerta, vnde D. Auguſtinus lib. de adulter. coniug. Non eſt inquit turpis, & difficilis, poſt patrata, & purgata adulteria reconciliatio coniugij, vbi per claues Regni Cœlorum, non dubitatur fieri remiſſio peccatorum. Quo circa ſacerdos non indiget peculiari reuelatione an pœnitens ſit legitime paratus, ſed ſufficit illa generalis reuelatio facta Petro, ſcilicet, quod virtute clauium fit remiſſio, ex his Doctor Sanctus colligit ſenſum huius formæ eſſe, Ego te abſoluo, ideſt ſacramentum abſolutionis impendo, ex quibus ſoluuntur argumenta Magiſtri.

Abſolutio quātū ſit ex ſe liberat à peccatis pœnitentē, niſi pœnitens ſit indiſpoſitus.

Inſtantia 2.

Inquit Magiſter pœnitens ante abſolutionem ſacerdotis eſt diuinitus abſolutus, ergo falſum eſt per ſacerdotem abſolui.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet dicendo, fallaciam in argumento latere, quod putant hæretici, pariter Catholicus Magiſter, quod nemo dignè accedit ad ſacramentum pœnitentiæ niſi verè contritus, cum tamen accedere poſſit attritus, & tunc reuera abſoluitur, vbi per abſolutionem ſuſcipit primam gratiam, vt alia occaſione videbitur, immo ex hac ſententia Magiſtri, ſequeretur nunquam per confeſſionem ex attrito fieri contritus, ſi verò accedet verè cōtritus, vera etiam eſſet forma abſolutionis.

Dicendo igitur ſacerdos ſuper verum contritum, Ego abſoluo te, dicere intendit quantum ſit ex me, & per ſe attinet ad virtutem ſacramenti, Ego te abſoluo, ideſt ſacramentum abſolutionis impendo, vt dicit hic D. Thom. cuius virtute ſi in peccatis exiſteres, abſolutus fieres, quod autem ille ſit in gratia, eſt res per accidens ſicut accidere poteſt, vt non eſſet legitimè diſpoſitus.

Contritus verè abſoluitur à peccatis à ſacerdote quantum ſit ex ſe, & ex parte ſacramenti.

Inſtantia 3.

Contra de nouo inſtat Lector dicendo, Pari ratione dum confirmatio, vel Euchareſtia, vel aliud ſacramentum confertur, illa collatio ſacramenti dici poſſet abſolutio, quia illa gratia per ſe condonandæ culpæ eſſet ſufficiens.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, eſt enim latum diſcrimen, quod ſacramentum pœnitentiæ peculiariter inſtitutum eſt, ad remiſſionem peccatorum poſt baptiſmum commiſſorum, Ob idque legitima contritio votum confeſſionis pro ſuo tempore debet includere, vnde contritio in virtute ſacramenti futuri peccata dimittit, quapropter dum quis abſoluitur applicatur ſacramentum cuius virtute eſt abſolutus in quo vero ſenſu vera eſt forma, Ego abſoluo te, quia tunc ſacerdos complet, quod pœnitens in voto gerebat, veluti dum Cornelius in gratia exiſtens, baptizatus fuit, vera erat baptizantis forma, Ego te baptizo, quia tunc ſacerdos complebat illud, cuius virtute, & voto fuerat ab originali ablutus.

Nota.

Ad illud, quod Magiſter adducit de leproſo reſpondetur, quod in hoc fuit ſeductus Magiſter putans non eſſe maiorem virtutem in ſacerdotibus noſtris quam in legalibus, immo ſicut inter ſacramenta veteris legis, & noſtra, ita & inter ſacerdotes, hoc eſt diſcrimen, vt docet eleganter D. Chryſoſtomus lib. 3. de ſacerdotio, dicendo, quod ſacerdotes illi nullam virtutem habebant ſpiritualem conferendi gratiam, noſtri verò illam à Chriſto pleniſſimè ſuſceperunt, vt apertiſſimè conſtat Io. 20. Accipite ſpiritū ſanctū. Quorū remiſeritis peccata, &c. Ad illud autē de Lazaro dicit Magiſter Sotus non eſſe omnimodam comparationem, vt propter hoc, quod Lazarus à Domino ſuſcitatus erat, quod ſacerdos non verè abſoluat, immo in illo diſcipulorum officio ſignificata eſt poteſtas ſacerdotum, vere à peccatis abſoluendi, vnde in lib. de vera, & falſa pœnitentia cap. 9. dicit D. Auguſtinus, ipſi ſacerdotes pluſiam poſſunt proficere plus confitentibus parcere, quibus crimen remittit Dominus, Lazarum quem de monumento ſuſcitauit, obtulit diſcipulis ſoluendum, per hoc oſtendens poteſtatem ſoluendi conceſſam ſacerdoti, & D. Thom. hic ad tertium dicit, quod ſolus Deus per authoritatem, à peccato abſoluit, & peccatum remittit, ſacerdotes tamen vtrumque faciunt per miniſterium, inquantum, ſcilicet, verba ſacerdotis in hoc ſacramento inſtrumentaliter operantur virtute diuina, ſicut etiam in alijs ſacramentis, præſertim, quod Eſaiæ 42 Non legitur ſolus Deus, ſed ipſe Deus, ſed dato, quod diceret ſolus, non ex hoc excluderetur miniſterium, ſicut ſolus Rex dicitur gubernare, licet hoc faciat per prætorem, & ſolus faber, fabrifacere, licet faciat hoc per inſtrumenta, vnde Dominus vtrumque expreſſit. Nam Matth. 16. dixit Petro, quodcunque ſolueris ſuper terram, &c. & Io. 20. dixit diſcipulis, Quorum remiſeritis peccata remittūtur eis, cui videtur ſubſcribere Apoſtolus Paulus 2. Cor. 2. dicendo, Nam, & ego, quod donaui (ſi quid donaui) propter vos in perſonam Chriſti donaui, donare enim peccatum, eſt abſoluere ab ipſo, in ſignum cuius Eccleſia in ſolemnitate D. Petri canit, & peccati vincula reſolue, tibi poteſtate tradita, tamen Eccleſia vtitur illa forma, Ego abſoluo te, qua talis data fuit Petro, Ad authoritates D. Ambroſij, & Auguſtini dicit Theologus, quod intelligūt, quod ſoli Deo competit dimittere peccata per natiuam authoritatem. Nihilominus idem ſacerdotibus communicatur, per ſuſceptam ab illo poteſtatem, immo D. Amb. eodem canone exponit ſe dicendo, quod Eccleſiæ vtrumque ius, ſcilicet, ligandi, & ſoluendi Dominus conceſſit, ſubiungit tertio D. Thom. quod conuenienter ſacerdos apponit aliquid, quod pertinet ad primam authoritatem Dei, cui innititur, vt, ſcilicet, dicat, Ego te abſoluo in nomine Patris, &c. vel per virtutē paſſionis Chriſti, vel authoritate Dei, ſicut ait D. Dionyſ. 3. de cœle-

Magiſter fuit ſeductus putās nō eſſe maiorē virtutē in ſacerdotibus noſtris quam in legalibus in abſoluendo à peccatis.

cœleſti Hierarchia. Hæc ſint pro primo puncto.

Forma conuenientiſſima ſacramenti pœnitentiæ eſt, ego te abſoluo.

Quo ad ſecundam concluſio reſponſiua ad caſum eſt iſta. Hæc eſt conuenientiſſima forma huius ſacramenti, Ego abſoluo te. concluſio ex argumento pro parte affirmatiua caſus eſt certa, tamen rationibus & authoritatibus comprobatur, Primo ratione ſic. Forma hæc ſignificat remotionem materiæ pœnitentiæ, ſcilicet, peccati, in cuius remotione conſiſtit ſacramentum pœnitentiæ (vt patet) ſed forma cuiuslibet ſacramenti tunc dicitur, & eſt conuenientiſſima, quando ſignificat id quod in illo ſacramento agitur proportionaliter ad materiam illius ſacramenti: vnde forma baptiſmi eſt, ego te baptizo, & forma confirmationis. Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, eo quod huiuſmodi ſacramenta perficiuntur in vſu materiæ. In ſacramento autem Eucharestiæ, quod conſiſtit in ipſa conſecratione materiæ, exprimitur veritas conſecrationis cum dicitur. Hoc eſt corpus meum. Sacramentum autem pœnitentiæ non conſiſtit in conſecratione alicuius materiæ, nec in vſu alicuius materiæ ſanctificatæ, ſed magis in remotione eiuſdem materiæ, ſcilicet, peccati, prout peccata dicuntur eſſe materia pœnitentiæ, talis autem remotio ſignificatur à ſacerdote cum dicitur, Ego te abſoluo, peccata enim ſunt quædam vincula prout habetur prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur, vnde patet, inquit Angelicus Doctor, quod hæc eſt conuenientiſſima forma huius ſacramenti, ſcilicet, Ego te abſoluo.

Secundo probatur concluſio iſta, dictum eſt in primo caſu, ſacramentum perfici, & compleri per ea, quæ ſunt ex parte ſacerdotis, oportet, ergo, vt ea, quæ ſunt ex parte pœnitentis, ſeu verba, ſeu facta, nempè, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſe habeant, vt materia, ea vero, quæ ſunt ex parte ſacerdotis, ſe habeant vt forma, cum ergo ſacramenta efficiant, quod figurant, neceſſe eſt, ꝙ forma ſignificat effectum ſacramenti proportionabiliter ad materiam illã, ergo expulſio peccatorum congruentiſſimè ſignificatur illis verbis, Ego te abſoluo cum peccata ſint vincula peccatorum, ergo ſequitur, quod perfecta forma huius ſacramenti, ſcilicet, ſit, Ego abſoluo te.

Probatur concluſio iſta authoritate Concilij Florentini in decreto ſuper vnionem Armenorum vbi dicitur forma huius ſacramenti, (ſcilicet, pœnitentiæ) eſt, Ego te abſoluo, & in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 6. quamuis abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolummodo miniſterium, vel anunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronuntietur, & Canone 9. Si quis dixerit abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti, Anathema ſit. Item confirmatur hoc à Cathechiſmo ædito ex decreto Concilij Tridentini, & Pij Quinti Pontificis Maximi, inde ſacramento pœnitentiæ. Huius ſacramenti forma eſt, Ego te abſoluo, quam non ſolum ex illis verbis licet colligere, quoſcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluti, & in cœlis, ſed ex eadem Chriſti Domini doctrina ab Apoſtolis tradita accepimus, illa verba, Ego te abſoluo, oſtendunt peccatorum remiſſionem huius ſacramenti adminiſtratione effici, ex quibus appertè concludendum eſt hanc eſſe formam perfectam pœnitentiæ. Hæc pro ſecundo puncto, Nunc autem ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Abſolutio ſacramentalis à peccatis eſt actus iudicialis Eccleſiæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus negat minorem primi argumenti quo ad vtramque partem, loquendo, ſcilicet, vtrobique de vſu, & forma ſacramentali, dicit enim, quod licet Chriſtus formaliter non expreſſit hanc formam (ſicut illam, Hoc eſt corpus meũ) tamen ex illo verbo ad Petrum, Quodcunque ſolueris, &c. apertiſſimè colligitur prout inſinuat Eccleſia, in verbis illis, in hymno Apoſtoli, & peccati vinculi, reſolue tibi poteſtate tradita, & tali forma Eccleſia vtitur in ſacramentali abſolutione. Nec mirum, quod talem formam pœnitentiæ ſacramento dederit Chriſtus Dominus, quoniam, Dominus, qui tantam promiſſionem Petro fecerat, vult per hoc ſilentium denotare, quod ſicut ligamen ſimpliciter dictum, ſeruitus eſt peccati, quoniam in comparatione ad tale ligamen omne aliud ligamen eſt nihil. Ita eadem ratione, ſolutio ſimpliciter dicta eſt ſolutio à peccatis. Hinc motus fuiſſet D. Tho. inquit (prout eſt credibile,) ad ponendam articuli concluſionem ſine aliqua additione, ſcilicet, Ego abſoluo te, quod & fecit Concil. Flor. ad dicendũ ſine additione. Forma huius ſacramenti eſt, Ego abſoluo te, Reliquæ autem abſolutiones in publico factæ ab Eccleſia non ſunt ſacramentales, ſeu de eſſentia ſacramenti, neque per ſe ſufficerent ad collationem gratiæ, ſed ſunt orationes quædam ad remiſſionem venialium peccatorum, vnde in ſacramentali abſolutione non ſufficeret dicere, Miſereatur tui omnipotens Deus, vel abſolutionem, & remiſſionem tribuat tibi Deus. Ratio eſt, quia per hæc verba ſacerdos abſolutionem non ſignificat fieri, ſed petit, vt fiat. Permittitur tamen in ſacramentali abſolutione talis oratio, ne impediatur effectus ſacramenti ex parte pœnitentis, cuius actus materialiter quodammodo ſe habet in hoc ſacramento, quod non accidit in baptiſmo, vel in confirmatione, quia in baptiſmo, & confirmatione actus ſuſcipientis minimè ſunt materia ſacramenti, vt de ſe patet.

Chriſtus Dominus explicite nõ dedit formã ſacramenti pœnitẽtiæ dedit tamẽ virtualiter illam qua vtitur Eccleſia.

Argumẽtum ſecundum.

Contra hoc format ſecundum argumentum Lector dicendo, Leo Papa, prout refertur de pœnit. diſt. 1. cap. Multiplex, dicit, quod indulgentia Dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum, poteſt obtineri, ergo forma huius ſacramenti eſt per modum deprecationis.

Argumenti ſolutio.

Reſpondet Theologus dicendo, quod Leo Papa ibi loquitur de deprecatione, quæ abſolutioni

ante

ante ponitur, vnde argumentum nihil concludit.

Argumẽtum tertium.

Lector de nouo tangit argumentum, quod erat in fauorem Magiſtri, ſcilicet, quod ſolus Deus peccata dimittit, ergò ſolus ipſe abſoluit, ergo non debet ſacerdos dicere, Ego te abſoluo, ſicut non dicit, ego tibi remitto peccata.

Argumenti ſolutio. Deus abſoluit peccatorẽ authoritate innata propria ſacerdos illum abſoluit authoritate Chriſti Domini.

Theologus reſpondet dicendo, quod iam dictum eſt, quod, authoritate inata abſoluit Deus ſacerdos abſoluit authoritate Dei, ſeu Chriſti, inquantum verba ſacerdotis inſtrumentaliter operantur in virtute Chriſti, in quo ſenſu ſacerdos miniſterialiter abſoluit, ſacerdos etiam magis dicit, Ego te abſoluo, quam ego tibi peccata remitto, quia prout inquit Angelicus Doctor, hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clauium oſtendens, per quas ſacerdotes abſoluunt, ex quibus elijcit Dominus Caietanus, quod cum Dominus aſſignauit duas formas huic ſacramento, per duo verba abſoluere, & remittere dicendo Petro, quodcunque ſolueris, &c. & dicendo Apoſtolis omnibus, quorum remiſeritis peccata, &c. D. Thom. comparat illas ad inuicem, & dicit, quod ſacerdos magis dicit, Ego te abſoluo, quam ego tibi peccata remitto, quia hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clauium oſtendens, per quas ſacerdotes abſoluunt.

Ex quibus concludit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod ambæ ſunt formæ huius ſacramenti, ratio eſt, quia differentia ſecundum magis, & minus congrui, non tollit virtutem ſacramenti, & Scotus in 4. d. 14. q. 4. addit, quod ſufficit, quod exprimatur actus ſententiæ abſolutionis; ſed valdè latè locutus eſt inquit Caietanus, quoniam forma ſacramenti debet eſſe à Chriſto.

Impugnatio.

Circa hanc doctrinam quærit Magiſter Dominicus à Soto, vtrum hæc forma, ſcilicet, Ego te abſoluo, adeo ſit neceſſaria, vt non liceat loco illius alteram æquiualentem ſubſtituere, Scotus tenet partem affirmatiuam, D. autem Thomas partem negatiuam.

Impugnationis reſponſio. Vti in ſacramento pœnitentiæ verbo remitto, vel impendo peccatũ eſſet ſacramentũ tamen eſſet validũ.

Reſpondet Theologus vna cum Soto dicendo, quod pronomen, ego, cum in verbo abſoluo, vel remitto, ſubintelligitur, non eſt neceſſarium vt exprimatur, Secundo dicit, quod ſi pro abſoluo dicat ſacerdos remitto tibi peccata, validum eſſet ſacramentum prout dicit hic Caietanus Illuſtriſſimus, nam in Euangelio nõ ſolum habetur quodcunque ſolueris, ſed etiam quorum remiſeritis, & D. Thom. hic aliud non dicit niſi, quod forma per abſoluo eſt congruentior, eſſet tamen peccatum illa forma vti, licet ex genere ſuo non mortale (niſi fortè propter ſcandalum) quia vulgus non haberet abſolutionem illam, pro legitima, ſimiliter, inquit Soto ex D. Thom. In ſolutione ad quintum ſufficiens eſſet forma ſacramentum abſolutionis tibi impendo, nam perinde eſſet (prout hic docet Caietanus) ac ſic diceret, ego ſacramentaliter te abſoluo, ſed etiam iſta mutatio eſſet peccatum rurſus cum Græci per tertiam perſonam dicant baptizetur ſeruus Chriſti. Ita ſimiliter ſi quis diceret. Abſoluens, vel abſoluans à me, ſufficeret, Nam hæc non eſt oratio dépræcatiua, vt illa Deus te abſoluat, vel tribuat tibi abſolutionem, quæ ſupra reprobata eſt, ſed eſt aſſertoria, vt illa græcorum. Pariter ſi diceretur remittuntur tibi peccata tua, ſolidum eſſet ſacramentum, & de his omnibus reddit rationem Magiſter Dominicus à Soto dicendo. Nam vt habetur in Concil. Flor. ſufficit verbum per quod exprimatur ſacramẽtalis actio, vt à ſacerdote exercita. Tamen, ſi (inquit Sotus) tanta mutatio per tertiam perſonam, ſcropulum inijceret, an actio illa eſſet peccatum mortale, Scotus verò dicit ſufficere, vt quomodocunque exprimatur actus per ſententiam abſolutionis, ſicut in foro exteriori, laxatio hæc, tamen licentia nimia eſt, & non placet mihi, S. Thomas (opuſculo citato. 5. 22.) abſolutionem ſacramentalem ab abſolutione excommunicationis diſcriminat dicendo, quod ad abſoluendum ab excommunicatione (quia fit in foro exteriori) nulla eſt præſcripta forma, ſed quomodocunque fit tenet abſolutio, ſecus vero in ſacramento, cuius forma habetur à iure diuino. Vlterius inquit Sotus, neque eſt neceſſarium addere, Abſoluo te à peccatis tuis, licet ſit congruum. Addere autem ab omnibus peccatis de quibus, & contritus, & quorum, oblitus, & neſcio quas alias ineptas inculcationes, non eſt prudentia, neque prudentibus ſacerdotibus eſt in vſu, ſed vulgaribus, & ruralibus.

Abſolutio ſacramẽtalis fit ſub determinata forma, hoc nõ habet abſolutio ab excommunicatione.

Nota.

Argumẽtum quartum.

Argumentator inſurgit, & format quartum argumentum ſub tali forma, ſicut Dominus dedit poteſtatem diſcipulis abſoluendi à peccatis, ita dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, dæmonia eijciendi, ſanandi ægrotos, vt habetur Matth. 10. & Lucæ 9. Sed ſanando infirmos Apoſtoli non vtebantur his verbis, ego te ſano, Sed ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus, ſicut Petrus dixit Paralytico, vt habetur Act. 9. ergo videtur, quod ſacerdotes habentes poteſtatem traditam à Chriſto Apoſtolis, non debent vti hac forma verborum, Ego te abſoluo, ſed abſolutionem tribuat tibi Chriſtus.

Argumenti ſolutio. Non eodem modo data é poteſtas Apoſtolis inſanãdos infirmos, & in liberando peccatores, à peccatis

Theologus dicit, quod licet vtraque poteſtas tradita ſit à Chriſto, non tamen eodem modo, ſimilitudo de abſoluere à peccatis, & de ſanare infirmos tenet in hoc, quod vtraque poteſtas fuit data Apoſtolis, ſed non tenet in hoc alio, quod vti deberet poteſtate vtraque. Nam Apoſtolis non eſt data poteſtas vt ipſi ſanarent infirmos, ſed vt ad eorum orationem ſanarentur, Sed poteſtas operandi miniſterialiter, ſiue inſtrumentaliter, in ſacramentis collata eſt eis, & ideo magis poſſunt in formis ſacramentalibus exprimere actum ſuum, quam in ſanationibus infirmitatum, Secundo dicit, quod etiam in ſanatione infirmitatum quandoque vſi ſunt modo indicatiuo, & imperatiuo, ſicut habetur Actuum Apoſtolorum 3. quod Petrus dixit Claudo, quod habeo hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge, & ambula. Nam hoc tibi do, dicit modum indicatiuum & ly ſurge, & ly ambula, dicit modum imperatiuum Caietanus in hac reſponſione obſeruat vnum dictum à D. Thom. 5. quod Apoſtolis non eſt data poteſtas, vt ſanaret infirmos, intelligitur regulariter

Digitized by Google

ter non enim datum eſt Apoſtolis, vt regulariter ſanarent infirmos, quamuis aliquando hoc illis fuerit conceſſum, tamen illis eſt data poteſtas, vt regulariter abſoluere poſſent, & remittere peccata, prout Spiritus Sanctus illos incitauerit.

Pro maiori intelligentia ſupradictorum, obſeruanda ſunt aliqua ex doctrina Illuſtriſſimi Domini Caietani, in primis circa illam interpretationem D.Thom. quo ad formam ſacramenti pœnitentiæ, ſcilicet, Ego te abſoluo, ideſt ſacramentum abſolutionis tibi impendo, dicit, quod huiuſmodi expoſitio ex forma verborum non importat formam abſolutionis in actu exercito, ſicut ſignificat illa, Ego te abſoluo. Hac enim ſacerdos ipſe exercet ipſam abſolutionem faciendo, quod ſignificat, ſacramentum enim efficit, quod ſignificat, dicendo, ſacramentum abſolutionis tibi impendo, non ſignificat ſe abſolutionis actus exercere, ſicut ſi diceretur, Ego ſacramentum baptiſmi tibi impendo, non ſignificatur ex forma verborum, quod ego exercerem actum baptizandi, ſed vtrobique ſignificatur ex forma verborum actus, vt materia ſacramẽti impendendi, ſi autem conſiderantur verba illa ſecundum ſenſum, ſic conueniens ac perfectè inuenitur expoſitio, quoniam æquipollet huic ſacramentaliter abſoluo te. Idem enim eſt impendere ſacramentum abſolutionis, & ſacramentaliter abſoluere, & per hanc expoſitionem (inquit Caietanus) excluditur ex parte miniſtri praſumptio, ſeu vſurpatio diuinæ poteſtatis, & ex parte effectus ambiguitas. Nam ly ſacramentaliter diſtinguitur à duobus, ſcilicet, à principaliter, & à purè ſpecialiter, ſolus enim Deus eſt, qui abſoluit principaliter à peccatis, ſimiliter ſolus Deus, qui purè ſpiritualiter abſoluit à peccatis, in ſacramento verò homo abſoluit inſtrumentaliter, & ſigno ſenſibili, & hinc fit, vt effectus ſacramenti, ſcilicet, abſolutio interior à peccatis, qui ex parte ſacramenti eſt certiſſimus, non ſignificatur in ambiguo, etiam ſi ex parte pœnitentis mali diſpoſiti impediatur, non enim ſignificatur abſolutio, vt recipitur interius in pœnitente, ſed vt exit exterius à miniſtro ſacramenti, ex qua parte conſtat abſolutionem eſſe certiſſimam, & vt faciliùs capere poſſis hanc doctrinam finge, quod Deus dicat Petro, Ego abſoluo te, & confeſſarius dicat Ioanni, Ego abſoluo te, & cognoſces, quod abſolutio Patri eſt vtrinque certa, quia Deus non diceret Abſoluo te, niſi verè etiam interius abſolueretur. Abſolutio verò Ioannis eſt, & ſignificatur certa ex parte confeſſoris tantum, qui ſacramentum abſolutionis impendit, quia ſacramentaliter abſoluit, & intus poteſt impedimentum inuenire, ex fictione pœnitentis. Hæc ſint pro caſu iſto, nunc ad dubium accedamus.

Exponitur du pliciter, ego impendo tibi ſacramentum abſolutionis loco, ego te abſoluo.

Abſolutio poteſt eſſe certa dupliciter interius, & exterius, quæ à Deo eſt certa vtroque modo, quæ ab homine tantum exterius certa eſt.

Dubium.

LEctor quærit in hoc dubio, An impoſitio manus ſacerdotis requiratur ad ſacramentum pœnitentiæ, & pro vtraque parte format rationes, Primo pro parte affirmatiua ſic, dicitur enim Matth. vltimo, Super ægros manus imponent, & benè habebunt, ſed ægri ſpirituales ſunt peccatores, qui recipiunt bonam valitudinem per hoc ſacramentum, ergo in hoc ſacramento eſt manus impoſitio facienda.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua ſic ratiocinatur, cum Dominus dicit Petro, Quodcunque ſolueris ſuper terram, &c. nullam mentionem facit de manus impoſitione, neque etiam cum omnibus Apoſtolis dixit ſimul, Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, ergo ad hoc ſacramentum non requiritur impoſitio manuum.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo declarat aliqua, pro intelligentia doctrinæ, Secundo ſatisfacit quæſtio vnica concluſione negatiua, Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ, quo ad primũ, aduertẽdum eſt, quod hic non quæritur, An impoſitio manuum ſit de eſſentia ſacramenti, quoniam neque in ſacramento confirmationis, neque in ſacramento ordinis manuum impoſitio eſt de eſſentia, cum non ſignificentur per formam, ſed ſolum quæritur ſi ſit de congruentia hic, ſicut in illis ſacramentis.

Secundo eſt obſeruandum, quod de hac cærimonia eſt duplex opinio, ille namque contra quẽ Angelicus Doctor compoſuit opuſculum 22. aiebat, eſſe de neceſſitate ſalutis, quod reprobat ibi D.Thom. Vuiteleff, apud Valdenſem tom. 2. de ſacramentis c. 147. omnium manuum impoſitionem deridebat. Nec mirum, quia vt miniſter Diaboli ſpernebat cæremonias Eccleſiæ, verum eſt, prout infra videbimus, quod talis impoſitio non eſt neceſſaria, nihilominus non eſt deſpicienda, fuit enim in vſu in primitiua Eccleſia, non ſolum in confirmatione, quæ ex hoc dicitur manuum impoſitio, vt patet Can. Manus de conſecratione, diſt. 5. verum etiam in ſacramento pœnitentiæ, vt patet in Concilio Niceno c. 9. & in Carthaginenſi. c. 32. vnde, & qui erant in pœnitentia publica per manuum impoſitionem reconciliabantur, vt habetur diſt. 50, Can. pœnitentes, & 26. q. 6. Can. quod recedunt, & Can. Is qui, Ac de cauſa D. Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo, quod refertur c. 9. 1. Can. Manus, ſacramentum hoc pœnitentiæ appellat manus impoſitionem, vbi ait manus impoſitio non ſicut in baptiſmo repeti non poteſt, & cærimonia hæc, vt ibi dicit Valdenſis ex veteri lege conſuetudinem traxit, ſacerdos enim, vt legitur Leuitico 16. dum peccata populi confitebantur manus capiti hirci emiſſarij imponebat, qui quidem hircus pœnitentis figura erat, & quoniam manus ſunt inſtrumentum operandi, cærimonia illa ſignificabat gratiam ſuo miniſterio conferri, Item quia Chriſtus corporeos membros manuum impoſitione curare docuit, dicens, Marci vltimo, Super ægros manus imponent, & bene habebunt, ægritudines etiam animæ eodem manuum tactu curabant. At verò cærimonia illa non eſt neceſſaria (vſus ille abolitus eſt) propterea de illa nulla

Impoſitio manuum in ſacramento pœnitentiæ erat in vſu in primitiua Eccleſia.

fit

Digitized by Google

fit mentio in Concil. Flor. & licet Paludanus. in 4. d. 22. q. 3. dicát, etiam nunc congruum eſſet manus imponere inter abſoluendum pęnitentem non tamen habetur in vſu, neque verò eſt congruum, niſi vbi in tota prouintia eſſet in more, vnde relicto hoc puncto, veniendum eſt ad concluſionem pro parte negatiua, quæ ſic ſe habet. Ad ſacramentum pęnitentiæ non requiritur manus impoſitio, declaratur, nam inquit Angelicus Doctor, impoſitio manuum in ſacramentis Eccleſiæ fit ad deſignandum aliquem copioſum gratiæ effectum, quo illi quibus manus imponuntur, quodammodo per quandam ſimilitudinem continuantur miniſtris, in quibus copia gratia eſſe debet. Hac de cauſa manus impoſitio fit in ſacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti, & in ſacramento ordinis in quo confertur quædam excelentia poteſtatis in diuinis miniſterijs, prout inſinuat Apoſtolus 2. ad Timo. 1. dicendo, Reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum, ſed ſacramentum pęnitentiæ non ordinatur ad conſequendam aliquam excellentiam gratiæ, ſed ad remotionem peccatorum, ergo ad hoc ſacramentum non requiritur manuum impoſitio, ſicut etiam nec ad baptiſmum in quo fit tantum remiſſio peccatorum. In his ſacramentis etiam gratia acquiritur, & obtinetur, non tamen excellentia gratiæ, prout in confirmatione, & ordine ſacro.

Impoſitio manus non eſt neceſſaria in ſacramēto pęnitentiæ.

Secundo confirmatur concluſio iſta, ratione adducta in argumento pro parte negatiua dubij, in quo oſtenditur, quod in conſtituendo miniſtros huius ſacramenti, non fuit facta mentio de manu impoſitione, pro cuius efficatiæ captu, nota inquit Porera, quod licet locus ab anthoritate negatiua ſimpliciter, (ideſt nullo alio addito) nihil efficatiæ habeat (vt patet in logicalibus) tamen idem locus ſi cum aliquo alio addito ſit affirmatum, præcipuè cum addito importante authoritatem validam efficaciam, habet. v. g. in propoſito noſtro, Dominus ibi intendebat aſſignare omnia aſſignanda in remiſſione peccatorum ex parte ſacerdotis (vt patet) ne, ſcilicet, eſſet diminutus in ſua doctrina, quando dixit Petro, Quodcunque ligaueris, quodcunque ſolueris, Matth. 16. & omnibus Apoſtolis Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, &c. At nullam alicubi mentionem, de manuum impoſitione fecit, vt patet legenti loca Euangelij citata, ergo ad ſacramentum pęnitentiæ non requiritur manuum impoſitio ecce argumentum ab authoritate negatiuè ſumptum, tamen cum aliquo addito affirmationem importantem, quod eſt validum, & efficax, vt de ſe patet, & in hoc ſenſu intellexit hoc argumentum, hic Angelicus Doctor, nec obſtat, quod non expreſſerit illā maiorem, quoniam ipſa propoſitio, vt communis animi conceptio, ſubintelligenda de neceſſitate præſuponebatur ibi, Quis enim non concipiat, quod Chriſtus Dei ſapientia, quando tractat ex profeſſo aliquid, & intendit tractare, & tractat ſufficienter, ideſt ſine diminutione, ſufficienter, ergo ſecundum etiam communis animi conceptionem tractauit Chriſtus de requiſitis ex parte abſoluentis ad confeſſionem peccatorum (ſtante hoc addito) affirmatiuam circa illam authoritatem importante, & ideo faciente, quod ille non eſt locus ab authoritate purè negatiua (in quo ſenſu loquebantur Logici) ſed eſt ab anthoritate æquiualenter affirmatiuè conſtat omnibus manifeſtè, quod ſi Chriſtus in locis præmiſſis Euangelij, nullam de impoſitione manuum fecit mentionem, non requiritur hic ipſa impoſitio. Hoc etiam confirmatur à Concilijs, per hoc, quod cum tractant de requiſitis ad remiſſionem peccatorum ex parte abſoluentis, non faciunt mentionem, de manuum impoſitione. Hoc patet legenti Concilium Florentinum, & Tridentinum, vt ſupra in caſu, & in dubio præcedenti. Conſtat enim Florentinum Concil. intendiſſe de requiſitis ad ſacramenta pleniter. ibi inſtruere Armenos ipſos, & idem intendiſſe ibi Concilium Tridentinum reſpectu quorumcunque, cum certum ſit neutrum ipſorum notam inſufficientiæ, vel diminutionis (quam, & natura fugere docet) intendere voluiſſe, quod ſi de loco ab authoritate negatiuæ quæſtio moueatur pro infirmanda inſinuatione prædicta, quam à Concilijs accepimus, tunc videantur præmiſſa circa ſcripturas de ſimili quæſtione, & loquentia, & diffinientia, & maximè ad propoſitum ipſa applicando per locum à ſimili, plenè ſatisfactum erit. Hæc pro ſecundo puncto. Nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Locus ab authoritate negatiuæ ſimpliciter ſine aliquo addito nihil valet, cum addito valere poteſt.

Locus ab authoritate negatiuæ, ſi non æquiualeat loco ab authoritate affirmatiuæ nō tenet ſi æquipolet ſic

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod non ſequitur illatio concluſionis ex præmiſſis, procedit enim ex hoc, quod malè intelligit præmiſſas. Nam illa manus impoſitio ſuper infirmos non eſt ſacramentalis, ſed ordinatur ad miracula proficienda, vt, ſcilicet, per contactum manus hominis ſanctificati, etiam corporalis infirmitas tollatur, ſicut etiam legitur de Domino Matth. 6. quod infirmos manibus impoſitis curauit, & Matth. 8. legitur, quod leproſum mundauit per contactum, ſed ex hoc non ſequitur, quod neceſſarius ſit talis contactus in ſacramento pęnitentiæ, quia non eſt par ratio.

Inſtant. ſolutio.

Impoſitio manus ſacerdotis ſanare pôt infirmos, non tamen liberare à peccatis.

Contra hoc inſtat Argumentator dicendo, in ſacramento pęnitentiæ recuperat homo Spiritum Sanctum amiſſum, quod inſinuat Dauid Pſal. 50. loquens in perſona pęnitentis dicendo, Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me, ſed Spiritus Sanctus datur per impoſitionem manuum prout habetur Actuū Apoſtolorum 8. vbi dicitur, quod Apoſtoli imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum, & Matth. 19. dicitur, quod oblati ſunt Domino paruuli, vt eis manus imponeret, ergo in hoc ſacramento, facienda eſt manus impoſitio.

Inſtantia 2.

Reſpondet Theologus dicendo, quod non quælibet acceptio Spiritus Sancti requirit manus impoſitionem, quia etiam in baptiſmo homo accipit

Inſtant. ſolutio.

cipit

cipit Spiritum Sanctum nec tamen fit illi manus impoſitio. Sed hoc fit, quando acceptio Spiritus Sancti cum plenitudine accipitur, prout fit in confirmatione, & in ſacrorum ordinum receptione, vt dictum eſt.

Inſtantia 3. Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo, verba ſacerdotis in hoc ſacramento non ſunt maioris efficatiæ quam in alijs ſacramentis, ſed in alijs ſacramentis non ſufficiunt verba miniſtri, niſi aliquem actum exerceat, ſicut in baptiſmo ſimul cum hoc, quod ſacerdos dicit, Ego te baptizo requiritur corporalis ablutio, ego etiam ſimul cũ hoc, quod ſacerdos dicit, Ego te abſoluo, oportet, quod aliquem actum exerceat circa pœnitentem imponendo ei manum.

Inſtant. ſolutio. Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, Primo quod in argumento laboramus per fallaciam ſecundum non cauſam, vt cauſam, non enim ex hoc, quod ſacerdotis verba ſunt maioris, vel minoris efficaciæ, procedit quod verba ſufficiunt in hoc ſacramento, ſed aliundè procedit.

In ſacramẽto pœnitẽtiæ actus pœnitentis tenet locũ materiæ. Nam in ſacramentis, quæ perficiuntur in vſu materiæ requiritur actus corporeus circa ſuſcipientem, exercendus à miniſtro, ſicut in baptiſmo, & confirmatione, & extrema vnctione, ſed hoc ſacramentum non conſiſtit in vſu materiæ exterius appoſitæ, ſed loco materiæ habet actus pœnitentis, vnde ſicut in Euchareſtia ſacerdos ſola prolatione verborum ſuper materiam perficit ſacramẽtum, ita etiam ſola verba ſacerdotis abſoluentis ſuper pœnitentem perficiunt abſolutionis ſacramentum, & addit Doctor Sanctus, quod ſi aliquis actus corporeus eſſet neceſſarius ex parte ſacerdotis, non minus competet crucis ſignatio, quæ adhibetur in Euchareſtia ſuper materiam quam manus impoſitio, in ſignum, quod per ſanguinem crucis Chriſti remittuntur peccata, & tamen non eſt de neceſſitate huius ſacramenti, ſicut neque de neceſſitate Euchareſtiæ. Hæc ſint pro dubio iſto.

Caſus tertius.

IN hoc caſu quærit Lector, verum hoc ſacramentum ſit de neceſſitate ſalutis, & more ſolito format argumenta pro vtraque parte caſus,

Partis affirmatiuæ probatio. Primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Dominus Lucæ 8. Si pœnitentiam non habueritis omnes ſimul peribitis, ergo pœnitentia eſt, de neceſſitate ſalutis.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte autem negatiua format tale argumentum habetur in Pſal. 125. Qui ſeminat in lachrymis in exultatione metet, quo in loco dicit D. Auguſtinus. Noli eſſe triſtis, ſi adſit tibi bona voluntas, vnde meretur pax, ſed triſtitia eſt de ratione pœnitentiæ, ex ſententia Apoſtoli 2. Cor. 7. Quæ ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentia in ſalutem ſtabilem operatur, ergo bona voluntas ſine pœnitentia ſufficit ad ſalutem.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro caſus deciſione tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum, diſtinctio eſt iſta. Aliquod eſſe neceſſarium ad ſalutem poteſt eſſe dupliciter, vno modo abſolutè alio modo ex ſuppoſitione. Abſolutè enim neceſſarium eſt ad ſalutem illud ſine quo nullus ſalutem conſequetur, ſicut gratia Chriſti, & ſacramentum baptiſmi per quod aliquis in Chriſto renaſcitur, ex ſuppoſitione autem eſt neceſſarium illud ſine quo ſtante illa ſuppoſitione, non poteſt ſaluari, & hoc non eſt neceſſarium omnibus, ſed illis tãtum, qui in tali ſtatu reperiuntur, vt pœnitentia eſt neceſſaria non omnibus, ſed exiſtentibus in mortali, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Sacramentũ pœnitẽtiæ abſolutè nõ eſt neceſſariũ ad ſalutem. Concluſio prima, Sacramentum pœnitentiæ non eſt abſolutè neceſſarium ad ſalutem, probatur concluſio iſta. Nam ſine illo poteſt quis per baptiſmum, gratiam Chriſti obtinere in qua conſiſtit ſalus, vel ante baptiſmum per circumciſionem, vel per legem naturæ, prout habetur Paralypomenon vltimo, vbi dicitur, & tu Deus iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis. Abraham, Iſaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt, ergo ſacramentum pœnitentiæ abſolutè non eſt neceſſarium.

Sacramẽtum pœnitentiæ neceſſarium eſt his, qui exiſtunt in peccato mortali. Concluſio ſecũda, Hoc ſacramentũ eſt neceſſarium ex ſuppoſitione, eſt neceſſarium non quidem vniuerſis hominibus, ſed exiſtentibus in peccato mortali. Concluſio iſta ratione probatur, inquit Apoſtolus Iacobus 1. Peccatum cum conſumatum fuerit generat mortem, ergo ad ſalutem peccatoris neceſſe eſt, vt peccatum remoueatur ab eo, ſed hoc ſine pœnitentia fieri non poteſt, probatur hoc, quia in ſacramento pœnitentiæ eſt virtus paſſionis Chriſti, per abſolutionem ſacerdotis ſimul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad deſtructionem peccati, & hoc oſtendit D. Auguſtinus ſuper Io. dicendo, Qui creauit te, ſine te, non iuſtificabit te, ſine te. Mortale enim peccatum non poteſt remoueri à peccatore poſt baptiſmum ſine ſacramento pœnitentiæ, in voto ſaltem prout oſtenſum eſt diffuſè, in præcedenti caſu, & primo etiam, ex his duabus concluſionibus correlariè colligitur. Tertia reſponſiua ad caſum, ſcilicet, ſacramentum pœnitentiæ eſt neceſſarium ad ſalutem poſt peccatum, ſicut medicatio corporalis eſt neceſſaria ægroto, poſtquam in periculoſum morbum inciderit.

Hæretici quærũt impugnare neceſſitatẽ ſacramẽti pœnitentiæ, ſed remanent confuſi. Circa veritatem huius concluſionis hæretici ſe opponunt, vt Vuiteleff, & Luterani Satanico ſpiritu neceſſitatem huius ſacramenti negant differenter tamen. Nam Vuiteleff apud Valdenſem tom. 2 de ſacramento, cap. 155. & tomo 5. de ſacramentalibus. c. 68. non negat internam contritionem qua Deo confitemur, ſed externam confeſſionem auricularem. Lutherus autem, vt omnia funditus euellat, neque internam contritionem iudicat eſſe neceſſariam, vnde in art. 7. à Leone Papa condemnato dixit. Nulli opus eſt pœnitentiæ, ſed optima pœnitentia eſt noua vita. Itaque nullum eſt opus dolore præteritorum criminum,

num,

num, ſed ſola reſipiſcentia propoſito mutandæ vitæ, cum fide qua credimus Deum nobis peccata dimittere.

Quatruplex eſt neceſſitas ſacramẽti pœnitentiæ.

Pro confirmatione iſtorum, & notitia veritatis Theologus ponit aliqua fundamenta, dicit primo, quod neceſſitas huius ſacramenti eſt multiplex, prima eſt quo ad penitentiam virtutis, ſecunda quo ad penitentiam ſacramenti, & de vtraque poteſt eſt duplex neceſſitas, prima ex parte finis, ſecunda ex parte præcepti. His ſtantibus dicit. Auxilium Dei eſt neceſſarium ad remiſſionem peccatorum, tamen de illo non eſt aliquod præceptum, & viceuerſa, Euchareſtia in re ſuſcepta, non eſt de neceſſitate ſalutis, vt patet in pueris, eſt tamen de neceſſitate præcepti ſuo tempore, baptiſmus autem vtroque modo eſt neceſſarius, ſi eius adſit copia, penitentiam virtutem internam, omnium peccatorum eſſe ſufficiens remedium quo ad delectionem peccatorum prout alias dictum fuit, & habetur 4. d. 14. q. 1. art. 5. ſed his omnibus relictis explicanda eſt concluſio D. Thom. quod enim q. 68. art. 2. de neceſſitate baptiſmi omnibus vniuerſim mortalibus enunciauit, id modo Chriſtianis manifeſtat, qui poſt baptiſmum mortaliter deliquerunt, pronunciauit de ſacramento hoc, ſcilicet, quod eſt illis neceſſarium neceſſitate finis. Itaque ſine illo ſalutem, quæ per gratiam fit nullus obtinere valet, poteſt tamen hoc ſacramentum homini lapſo, dupliciter deeſſe, primo in re, & voto, ſecundo in re, licet non in voto, qui nec confitetur nec tempore debito confiteri proponit ſi in peccatis eſt, in ipſis morietur: At quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, votum ſacramenti quod in contritione includitur, ſufficit dixerim omnibus Chriſtianis, quoniam qui ſacro fonte loti non fuit, nullo præcepto ſacramenti Eccleſiaſtici tenentur, dictum eſt, qui mortaliter peccauerit, quoniam D. Thom. loquitur de peccatis generantibus mortem, peccata enim venialia, vt abolantur nullo indigent ſacramento, & peccata omnia ante baptiſmum perpetrata, per ipſum baptiſmum ſatis purgantur.

Sacramẽtum pœnitẽtiæ poteſt deeſſe dupliciter in re tantum, & in voto, & in re.

Obiectio.

Interrogat Lector quid opus erat huius ſacramenti neceſſitate Chriſtianos ligari? cum interior contritio in lege naturæ, & ſcripta ſufficiens fuerit remedium?

Obiectionis diſſolutio.

Reſpondet ad hanc obiectionem Theologus dicendo, quod cum nemini, niſi proximum mediatorem, & per eius paſſionem exhibitam ſalus pateat, decentiſſimum eſt, & nobis maximè congruum, vt hæc nobis ſacramentorum ſubſidia inſtituerentur, quibus Chriſtus nobis virtutem eiuſdem paſſionis impertiret, & nos viciſſim profiteremur ab ipſo ſolo beneficium ſalutis ſuſcipere, vnde ſicut in remedium originalis inſtituit baptiſmum quo regeneremur, ita in remedium actualium, inſtitueret ſacramentum pœnitentiæ quo ſanemur. Quo circa ſicut Chriſtus dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei, ita dixit, ſi pœnitentiam non habueritis omnes ſimul peribitis quapropter neceſſitas huius ſacramenti poſt lapſum, tanquam Euangelica Orthodoxaque veritas eſt, abſcultanda, Eccleſiæ ſanctionibus receptiſſima, vt habetur de pœnitentia diſt. 1. quam pluribus canonibus, & vtroque Canone, non poteſt, & Canone, Neminem, & Canone agite pœnitentiam, & Canone Multiplex, ait Leo Papa per pœnitentiæ medicinam ſpem vitæ æternæ lapſis patere, quapropter Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 14. & Can. 29. inſaniam illam Lutheri (nullibi vſque ad ipſum) auditam, condemnat pronuncians anathema eſſe, qui ſola fide abſque ſacramento pœnitentiæ in re, vel in voto, dixerit lapſum recuperare ſalutem, ſed antea, fuerunt damnatæ multæ hæreſes, prima erat Catharorum, de quo mentionem facit Turrecremata (apud Poretam) de Eccleſia lib 4. c. 35. dicentium, quod non eſt pœnitendum de peccatis. Item Petri de Oſma, (vt refertur in extrauaganti Sixti 4.) dicentis, quod peccata mortalia, quo ad culpam, & pœnam alterius ſæculi debentur, ſola cordis contritione abſque ordine ad claues, id eſt abſque confeſſione, etiam in voto habita. Item Albanenſium dicentium, quod homo non poteſt neque debet confiteri, poſt cõmiſſum peccatum. Omnes iſtæ hæreſes, ſunt damnatæ, quoniam damnata vna hæreſi, omnes aliæ ſimiles (abſque noua, & ſpeciali damnatione) intelliguntur eſſe damnatæ, meritò condemnari ab illa extrauaganti, Papæ Sixti 4. & in Concil. Trident. cap. 2. ſeſſione 14. eſt autem hoc ſacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum ad ſalutem neceſſarium.

Neceſſitas pœnitẽtiæ lapſi habet tanquã de fide ex diuina ſcriptura, et ſacris concilijs.

Interrogatio.

Quærit aliquis vtrum ad ſalutem neceſſarium ſit votum confeſſionis expreſſum, & particulare. An verò ſatis ſit commiſſorum criminum pœnitere, & proponere in futurum vniuerſa mandata ſeruare? abſque tali voto explicito, ſicut dicitur de baptiſmo.

Interrogationis reſponſio.

Breuiter ſoluitur huiuſmodi difficultas dicendo, quod vtique vtrumque ſacramentum eſt neceſſarium, tamen baptiſmus non habet præfixum tempus, vnde ſtatim eſt ſuſcipiendus habita copia, & oportunitate, tempus autem confeſſionis licet perpetuum ſit, tamen ab Eccleſia eſt definitum. Quare cathecumeno neceſſe eſt, vt baptiſmum petat, & quod eius habeat expreſſum votum, hoc tamen non ſic rigoroſè eſt neceſſarium in peccatore in ordine ad confeſſionem. Satis eſt enim ad contritionem, vt homo proponat ſeruare omnia mandata quamuis fortè pro tunc, non ſit memor confeſſionis, quia ſi propoſitum confitendi non habet in actu, habet in virtute, dum pœniret futurorum criminum, & proponit vniuerſa mandata ſeruare. Satis ergo eſt, vt aduenienti tẽpore præcepti confiteatur, tamen ſi votum illud explicitè, & actuale ſalubre ſit cum primum, quis conteritur, nam per illud vehementius excitatur deuotio. Hinc fit, quod quando aliquis rapitur ad martyrium, non opus habet voto confeſſionis, primum ſi non adſit copia confeſſoris, quia tunc vanum eſſet, & quamuis adeſſet copia confeſſoris, poſſet tamen ſubito rapi ad amorem Dei, & inflamari ad martyrium, vt memoriæ non occurreret

Ad ſalutẽ votũ expreſſum cõfeſſionis nõ eſt neceſſariũ ſi adeſt tẽpore præcepti, tamen ſi haberetur ſaluberrimum eſſet.

ret

tione huius Methaphoræ addit ſecundaria, quæ eſt Doctoris Angelici, per mare intelligitur mundus poſt peccatum Adæ, quem omnes intraret ſacramentalis confeſſio, & nihilominus per martyrium optineret veniam. Nam martyrium non tanquam pœnitentia, ſed tanquam actus hæroicus charitatis, remittit peccata, verū eſt enim, quod ſi meminit ſacramenti, & confiteri poteſt tenetur. His declaratis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Voluntas nō poteſt eſſe bona in pœnitentes, niſi pœniteat de peccato ſuo.

THeologus negat illationem argumenti, & ratio negationis eſt, quia argumentum procedit ex præmiſſis male intellectis gloſſa enim, quæ adducitur in argumento non loquitur de bona voluntate poſt peccatum actuale, vt Argumentator putat, quia neque voluntas illa poteſt eſſe bona niſi pœniteat de peccato, niſi ſit triſtis illa triſtitia de qua loquitur Apoſtolus ibi. 2.Cor.7. Hac de cauſa dicit D.Thomas, quod gloſſa, illa videtur eſſe intelligenda, de eo cui adeſt bona voluntas, ſine interpellatione, quæ fit per peccatum, talis enim bona voluntas non habet triſtitiæ cauſam, ſed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum non poteſt reſtitui ſine triſtitia qua quis dolet de peccato prætento, quod pertinet ad pœnitentiam, vnde nihil penitus ad propoſitum eſt adductum ab Argumentatore.

Argumētum ſecundum.

Inſurgit de nouo Lector dicendo, Prouerbiorum 10. dicitur, vniuerſa delicta operit charitas, & infra.15. Per miſericordiam, & fidem purgantur peccata, ſed hoc ſacramentum non eſt niſi ad purganda peccata, ergo habendo charitatem, fidem, & miſericordiam poteſt quiſque ſalutem conſequi etiam ſine pœnitentiæ ſacramento.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo, quod dum quis in peccatum labitur prædictæ virtutes ſine pœnitentia, nequeunt liberare lapſum eſt notanda ſolutionis huius energia. Non enim Doctor Sanctus negat virtutes illas concurrere ad reconciliationem peccatoris dicit tamen, quod hoc faciunt per pœnitentiam, Requirit enim charitas, quod amicus erat de offenſa doleat (in amicum) commiſſa, & vt ei ſatisfaciat pro poſſe, Requirit, & fides Chriſti, vt per virtutem paſſionis eius (quæ in ſacramentis Eccleſiæ operatur) à peccato iuſtificari ſtudeat, Requiritur demum ordinata miſericordia, vt homo ſuæ miſeriæ pœnitendo ſubueniat quam per peccatum incurrit, prout oſtendit ſapiens Prouerb.14. Miſeros facit populos peccatum, vnde Eccleſiaſtici 30. dicitur Miſerere animæ tuæ placens Deo, Mandanda eſt hæc reſponſio memoriæ, quia eſt valde neceſſaria.

Oſtenditur quo modo ad pœnitentiā requiritur charitas fides, & miſericordia, & optimē gdem.

Argumētum tertium.

Vltimum argumentum format Lector dicendo, Sacramenta Eccleſiæ initium habent ab inſtitutione Chriſti, ſed Chriſtus abſoluit mulierem adulteram abſque pœnitentia Ioan.8. ergo videtur, quod pœnitentia non ſit de neceſſitate ſalutis.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, quia poteſtas excellentiæ Chriſti non dependebat ex ſacramentis propterea ſine illis remittebat peccata non tamen ſine cordis concuſſione, quæ eſt de lege naturæ, & quam ipſe per gratiam operatus eſt, illam autem poteſtatem excellentiæ non contulit Eccleſiæ Chriſtus, ſed alias ſacramentis alligatam, vnde argumentum nihil concludit. Hæc ſint pro caſu iſto, Nunc proponamus dubium.

Dubium.

Partis affirmatiuæ probatio.

LEctor quærit in hoc dubio, An pœnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium, & pro vtraque parte ratiocinatur, Primo pro parte affirmatiua ſic, D.Hieronymus ſuper illud Eſaiæ 3. Peccatum ſuum quaſi Sodoma tom.5. dicit, quod ſecunda tabula poſt naufragium eſt pœnitentia, ergo verè pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic, gloſſa D. Hieronymus loco ſupracitato, Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt; dicit, ſecunda tabula poſt naufragium eſt peccata abſcondere. pœnitentia autem non abſcondit peccata, ſed magis reuelat, ergo pœnitentia non eſt ſecunda tabula poſt naufragium.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit, Primo declarat à quo originem traxit huiuſmodi terminus ſecunda tabula, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod Methaphora hæc, qua dicitur, pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium originem traxit à D.Hieronymo, vt eſt videre de pœnitentia, diſtinct.1. Can. ſecunda tabula, & eſt apud ipſum in Epiſtola ad Demetriadem, & in alia ad Sabinianum, & libro 2. ſuper Eſaiam in 3. cap. eſt obſeruandum tamen, quod Tertullianus, qui fuit ante Hieronymum in lib. de pœnitentia eandem poſuit methaphoram, & dupliciter accipitur a doctoribus diſtinct.14. vno modo, vt Nauis integra fuerit ſtatus innocentiæ, à quo per Adam præuaricationem cecidimus, quare prima tabula poſt naufragium (fracta naui) eſt baptiſmus, ſecunda eſt ſacramentum pœnitentiæ, ſed interpretatio iſta non placet Magiſtro Dominico à Soto triplici de cauſa, Primo quia ſtatus innocentiæ, qui ſumma erat trāquillitate pacatiſſimus, nequaquam poterat mari comparari, neque illa innocentia Naui, ſiquidem Nauis inter fluctus, & ſcrupulos nauigat, Secundo quia ſi baptiſmus eſt prima tabula, fracta naui, perit ſimilitudo, vt pœnitentia dicatur ſecunda. nam ſecunda tabula eſt, quæ fractione nauis reſultat, quare ſi baptiſmus non eſt nauis, ſed prima tabula, non frangitur, vt pœnitentia dicatur ſecunda, Tertio, quia iſta ſubſidia tranſeundi mare, non ſunt niſi Eccleſiaſtica ſacramenta in ſtatu verò innocentiæ nulla erant ſacramenta. Relicta hac expoſi-

Pœnitētia vocata fuit ſecūda tabula à D. Hieronymo, ſed prius à Tertulliano

Prima tabula poſt naufragiũ eſt ſtatus baptiſmalis, q dicitur nauis ſecunda eſt, pęnitentia, q̃ propriè ſecunda tabula dicitur.

tes, nauim baptiſmi aſcendunt, quæ ob id integra dicitur, quod per ipſum omnia peccata quo ad culpam, & pęnam ſimpliciter condonantur, & omnes baptizati per ipſum in ſumma innocentia nauigant, qua vtique naui per peccatum mortale (quod naufragium eſt) effracta, reſtat pęnitentia. Quare pęnitentia non dicitur ſecunda tabula reſpectu primæ tabulæ, ſed reſpectu ſaluæ nauis. Nec debet comparari ſcaphæ, vt nonnullis placet, quæ ex naui iactatur in vndas in naufragio, ſed ſimplici ſolutæ tabulæ ex qua nauis erat compacta, ideo meditatè penſandum eſt pęnitentia periculum, eorum præſertim, qui cum paſſionibus colluctantur, vt enim diruta naui homines tabulis affixos, adeò fluctuum inſania iactari hinc indè, & nunc vndarum magnis ſubmergi, nunc verò emergi, vt calamitatem hanc proſpicientes, qui miſeros clamoribus animant aliquando ſpem illorum ſalutem concipiunt, & protinus amittunt, in hunc modum profectò huiuſmodi pęnitentes timere maximè debent, niſi Deo manum porrigenti per firmiſſimum emendationis propoſitum ſe ſe liberare ſummopere conantur. Hæc pro primo puncto, Nunc ad concluſionem.

Aegregiũ ſimile pęnitentium.

Sacramẽtum pęnitẽtiæ methaphoricè dicitur ſecunda tabula poſt naufragium.

Concluſio reſponſiua ponitur à Lectore Theologo, quæ ſic ſe habet, Methaphoricè ſacramentum pęnitentiæ dicitur ſecunda tabula poſt naufragium, & probatur concluſio iſta ſic, id quod eſt per ſe, naturaliter eſt prius eo, quod eſt per accidens, ſacramenta autem, quędam per ſe ordinantur ad ſalutem hominis, quamuis nulla eſſet actualis peccati infirmitas, hæc ſunt baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio, & confirmatio, quæ eſt ſpirituale augmentũ, & Euchareſtia, quæ eſt ſpirituale nutrimentum, pęnitentia autem ordinatur ad ſalutem hominis per accidens oppoſito, ſcilicet, peccato mortali, ſicut in vita corporali (inquit Doctor Sanctus) non indiget homo medicatione niſi infirmatur. Hac ergo ratione pęnitentia tenet ſecundum locum reſpectu ſtatus integritatis, qui per prædicta tria ſacramenta conſeruatur, & ideo per methaphoram dicitur ſecunda tabula, quæ quidem metaphora ſumitur ex mari elementari, primum enim præſidium ipſum tranſeundi, eſt integra nauis, ſecundum autem illa effracta, eſt vna quælibet tabula, cui naufragus inſidens enatare conatur, vt effugiat periculum, ſimiliter etiam in vita ſpirituali admiſſa baptiſmi gratia, per pęnitentiam liberamur. Concluſio iſta confirmatur à Concil. Florent. per hoc, quod dicit in Decreto Armenis dato per baptiſmum ſpecialiter renaſcimur, per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, Renati autem roborati nutrimur diuinæ Euchareſtiæ alimonia, quod ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pęnitentiam ſpiritualiter ſanamur, ex quibus habemus, quod pęnitentia dicitur ſecunda tabula poſt naufragium, quia etiam per concilium ſaluamus, per ipſam poſt lapſum. Confirmatur etiam hoc à Concil. Trid. ſeſſione 6. cap. 14. dicenti, qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum excitante Deo per pęnitentiæ ſacramentum, meritò, Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint, hic etiam iuſtificationis modus eſt lapſis reparatis, quam ſecundum poſt naufragium deperditæ gratiæ tabula Sancti Patres aptè nuncupauerunt, & ſeſſione 14. Can. 1. Si quis ſacramenta confunderant ipſum baptiſmum ſacramentum pęnitentiæ eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque adeo pęnitentiam non rectè, ſecundam poſt naufragium tabulam appellari, anathema ſit, iſtis poſitis pro ſecundo puncto, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod abſcõdere peccata ſtat dupliciter, vno modo dum ipſa peccata fiunt (& hoc non eſt malum) Nam peius eſt peccare publicè quam occultè, tunc quia peccator publicus (dicit Doctor Sanctus) videtur ex maiori contemptu peccare, tum etiam, quia peccat cum ſcandolo aliorum, & ideo quoddam remedium eſt, quod aliquis in occulto peccat, & ſecundum hoc dicit gloſſa, prout dictum eſt in argumento, quod ſecunda tabula poſt naufragium eſt, peccata abſcondere. Abſcondere enim peccata non tollit ipſa (vt facit pęnitentia) dicitur tamen abſcondere peccata eſt ſecunda tabula, quia peccatum ſit minus, ideſt non eſt tam graue.

Peccare publicè grauius eſt quã in occulto tamen, & in occulto peccare eſt peccatũ delẽdum per pęnitentiam.

Obſeruanda ſunt verba ly dum fiunt, ſcilicet, actu exteriori, poſtquam actu interioris voluntatis, ideſt conſenſu facta ſunt, hoc dicitur ad ſaluandum ly poſt naufragium, ſi enim abſcondit, quis peccata dum facit illa, quodammodo ipſum abſcondere eſt poſt naufragium, immo eſt in tempore concomitante ipſum naufragium, cum nil aliud ſit naufragium quam ipſum peccatum, naufragium, & abſcondere ſunt ſimul, quãdo aliquis facit peccatum abſconditè, quia verum dum hoc peccatum actu exteriori facit abſconditè, ſubintelligitur ſemper prius ſaltem (prioritate naturæ, licet non ſemper prioritate temporis) feciſſe illud peccatum actu interiori, quod eſt naufragium feciſſe interius, ideo iſtud abſcondere peccata dum fiunt, dicitur non tantum ſecunda tabula, ſed etiã dicitur poſt naufragium, concomitanter igitur abſconditè peccare ſe habet ad naufragium exterius, & in hoc ſenſu textus cum gloſſa non ſummit ly naufragium, & nihilominus taliter, ideſt abſconditè peccare. ſe habet ſubſequenter ad naufragium interius, in quo ſenſu textus, & gloſſa accipit ly naufragium, Obſeruanda etiam eſt particula illa ly in occulto peccat, ſcilicet, itaquod peccatum ipſum, quantum eſt ex parte peccantis remaneat dempta ſalutifera confeſſione occultum. Alioquin peccare in occulto non eſſet quoddam remedium in peccatis, vt dicit D. Thom. ſed rediret in naturam peccati publicè facti, Si enim quis

Declaratur quomodo peccatũ occultũ ſit poſt naufragiũ, & quo modo ſit ſecũda tabula.

poſt.

poſtquam occultè peccauit, publicaret (quaſi ſe iactando, vel alia illegitima cauſa motus) ſe taliter peccaſſe, neque contemptum euaderet, neque actiuum ſcandalum aliorum, quod autem ſic ſumendum ſit ly in occulto peccat, demonſtrat textus D. Thom. per hoc, quod intendit ſatisfacere ab oppoſitis authoritati Iſa. 3. Ac ſi diceret. Sodomitæ peccatum ſuum prædicauerunt duobus modis, vel quia in occulto actum peccati ſui non fecerunt, vel quia ipſum in occulto factum quaſi per iactantiam propalarunt, ſimiles illis de quibus dicitur prouerbiorum 8. Lætantur cum malè fecerint, & exultent in rebus peſſimis, conſtat autem, quod his peccantibus, altero duorum modorum publicè peccarunt, quod eſt oppoſitum ad peccare occultè, quod minuit grauitatem peccati.

Alio modo inquit Doctor Sanctus aliquis abſcondit peccatum prius factum, per negligentiam confeſſionis, & hoc contrariatur pęnitentiæ, in quo ſenſu, abſcondere peccata non eſt ſecunda tabula, ſed magis eſt contrarium tabulæ, ideſt pęnitentiæ, prout docet ſapiens Prouerbiorum 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.

Inſtantia 2.

Lector de nouo inſtat contra intentum principale dicendo, Fundamentum in ædificium non tenet ſecundum, ſed primum locum, pęnitentia autem in ſpirituali ædificio eſt fundamentum, prout docet Apoſtolus Hæbreorum 6. dicendo, Non rurſus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, vnde & præcedit ipſum baptiſmum prout habemus in Actis Apoſtolorum cap. 2. pęnitentiam agitæ, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, ergo pęnitentia non debet dici ſecunda tabula.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet formaliter huic inſtantiæ, & dicit, quod concluſio non ſequitur ex præmiſſis, propterea negat illationē concluſionis, putat enim Lector, quod fundamentum primum in ſpirituali ædificio ſit pœnitentia, cum tamen ſit ſecundum fundamentum, vnde ad minorem propoſitionē dicit, quod pęnitētia non poteſt eſſe primum fundamentum ſimpliciter in prima ædificatione ſpirituali. Nam illud eſt fides, quæ recipitur in baptiſmo, iuxta illud Apoſtoli, fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter illud, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Actuum 4. In reædificatione autem huius ædificij deſtructi per peccatum, fundamentum eſt pœnitentia. Redeuntibus enim ad Deum, Primo occurrit pœnitentia, Authoritas Apoſtoli adducta loquitur de fundamento ſpiritualis doctrinæ, quamuis forſan eandem fidem vocat fundamentum pœnitentiæ, nam baptiſmus fidei non fit ſine vlla pęnitentia, de quo modo loquuti ſumus, Actuum 2. admonebat illic Apoſtolus Paulus Hæbreos, vt ſupra fundamentum ſuſceptum ædificarent bona opera, ne retro labentes indigerent fundamento pœnitentiæ, ab operibus mortuis, & fidei in Deū ſic tu habes literam pœnitentia verò, quæ baptiſmum præcedit non eſt ſacramentum, ſed eſt virtus, ſermo autem hic eſt, de pœnitentiæ ſacramento, quod illa non ſit ſacramentum, habetur ex Concilio Tridentino ſeſſione 14. cap. primo, vbi dicitur, Princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus baptiſmo initiandis pœnitentiam commendans dicebat, pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Porò nec ante aduentum Chriſti pœnitentia erat ſacramentum nec eſt poſt aduentum illius, cuiquam ante baptiſmum, & ſeſſione 6. capit. 14. Dicendum eſt Chriſtianis, hominis pœnitentiam poſt lapſum aliam eſſe à baptiſmali, eamque continere, non modo ceſſatione à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorundem ſacramentalem confeſſionem ſaltem in voto, ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem. Itemque ſanctificationem per ieionium, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia.

Duplex eſt fundamentū ſpiritualis ædificij, fides, & pęnitentia fides eſt primum pęnitē tia ſecundā.

Inſtantia 3.

Argumentator inſtat tertio loco dicendo, Omnia ſacramenta ſunt quædam tabulæ, ideſt remedia contra peccatum, ſed pœnitentia non tenet ſecundum locum inter ſacramenta, ſed magis quartum, vt in diſputationibus præcedentibus oſtenſum eſt, ergo pœnitentia non debet dici ſecunda tabula poſt naufragium.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ dicendo, quod tria præcedentia ſacramenta pertinent ad nauem integram, quæ per baptiſmum ſtruitur, & per confirmationem roboratur, & per Euchariſtiam ſubſtentatur, iſta tria ſacramenta pertinent ad ſtatum integritatis reſpectu eius, pęnitentia dicitur ſecunda tabula, ſtat ergo ſimul, quod pęnitentia abſolutè teneat quartum locum, & reſpectiuè ad ſtatum integritatis, teneat ſecundum locum, Hæc ſint pro dubio iſto.

Caſus quartus.

Lector in hoc caſu quærit, vtrum hoc ſacramentum fuerit conuenienter in noua lege inſtitutum, & pro vtraque parte format ſua argumenta, Primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Dominus noſter, Lucæ vltimo, oportebat Chriſtum pati, & reſurgere, à mortuis die tertia, & prędicari in nomine eius pęnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, ergo conuenienter hoc ſacramentum inſtitutum eſt in noua lege, valet conſequentia, quia facta à Magiſtro, omnium qui eſt Chriſtus Ieſus, conuenientiſſimè ſunt facta.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua format tale argumentum, ea quę ſunt de iure naturali (inſtitutione non indigent) ſed pęnitere de malis, quæ quis geſſit eſt de iure naturali, probatur hoc, Nam non poteſt quis bonum diligere, quin de contrario doleat, ergo pęnitentia non fuit conuenienter inſtituta in noua lege.

Partis negatiuæ probatio.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

Lector Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo declarat aliqua pro intelligentia

Digitized by Google

quæſiti, Secundo vnica concluſione affirmatiua reſpondet ad caſum, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, quod meritò hic inueſtigatur, ſi conuenienter hoc ſacramentum in noua lege ſit inſtitutum, ex eo, quod dictum eſt, ſacramentum hoc eſſe neceſſarium apparet, quod fuiſſet inſtituendum ſtatim poſt peccatum, eo maximè, quia delictorum pęnitere naturale ſemper fuit, meritò ergo quærit, vtrum conuenienter fuerit in lege noua inſtitutum ſacramentum hoc, qui quidem titulus duplicem poteſt habere ſenſum, Prior eſt, vtrum hoc ſacramentum non in lege naturæ aut ſcripta, ſed in lege Euangelica primum debuerit inſtitui, & de hoc tam Doctor Sanctus terminauit in 3. p. q. 61. vbi generaliter omnia ſacramenta, quæ gratiam conferunt, monſtratum eſt eſſe à Chriſto inſtituta tanquam inſtrumenta exhibitæ paſſionis ſuæ. Nam ante aduentum Meſſiæ per ſolam fidem Chriſti venturi ſaluabantur credentes. Poſterior verò ſenſus eſt, vtrum inſtitutio ſacramenti huius in Euangelio congruentibus locis, & verbis habeatur. Hęc pro primo puncto, nunc ad ſecundum deſcendamus.

Conuenięter ſacramētum pęnitentiæ in noua lege inſtitutum eſt.

Concluſio, Conuenienter hoc ſacramentum pęnitentiæ in noua lege inſtitutum eſt, declaratur, & probatur concluſio iſta. Tria enim in hoc ſacramento conſiderare debemus, materiam, ſcilicet, & formam, & effectum, materia enim, vt dictum eſt, in dubio primi caſus ſunt actus pęnitentis. Abſolutio autem, quæ ſe tenet ex parte ſacerdotis, qui operatur, vt miniſter huius ſacramenti eſt forma, quę tribuit ſacramento complemētum, ſed materia in reliquis ſacramentis, vt in primo caſu dictum fuit, eſt res naturalis, aut artificialis, vt aqua, & panis, at quod talis materia ad ſacramentum aſſumatur, illud habet ex inſtitutione Dei, forma verò, & virtus ſacramenti totaliter eſt ex inſtitutione Chriſti, ex cuius paſſione procedit. Attamen materia huius ſacramenti, nempè dolor peccatorum, partim quidem naturalis eſt. Nam homo naturali ratione mouetur ad pęnitendum de malis quæ fecit, quia malum naturaliter diſplicet, ſicut bonum placet, ſed tamen, quod hoc, vel illo modo, homo pęnitentiam agat, hoc habet ex inſtitutione diuina, & quantum ad hanc partem Chriſtus Dominus inſtituit ſacramentum in initio ſuæ prædicationis, cuius pro tema fuit, non ſolum, quod homines pœniterent, ſed quod pęnitentiam agerent, vbi certos definitoſque modos ad ſacramētum requiſitos inſinuabat, ſed id quod pertinet ad officium miniſtrorū deffiniuit Matth. 16. dicens Petro. Tibi dabo claues Regni Cęlorum, quodcunque ſolueris ſuper terram, &c. Illic enim inſinuata eſt poteſtas, & forma, tertium nempè, ſcilicet, efficaciam, & effectum ſacramenti, atque originem virtutis eius, manifeſtauit poſt reſurrectionem, Lucæ vltimo, vbi dixit, oportet prædicare in nomine eius (ſcilicet Chriſti) pęnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, præmiſſo ſermone de paſſione, & reſurrectione, ex virtute enim nominis Ieſu Chriſti patientis, & reſurgentis ſacramentum hoc efficaciam habet ad remiſſionem peccatorum, & ſic concludendum eſt, hoc ſacramentum conuenienter eſſe inſtitutum in noua lege.

Obſeruanda ſunt duo pro hac concluſione: primum, quomodo intelligantur verba illa ex naturali ratione homo mouetur ad pęnitendum de malis quæ fecit, ſcilicet, ſi apprehendat, ſecundum quod oportet, illa quæ fecit eſſe mala, alioquin de ipſis à ſe factis etiam ſi ſecundum rei veritatem eſſent mala, non moueretur ad pęnitendum. Hinc ſecundum regulam illam Phyloſophi, ſcilicet, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maximè ad maximè, vult dicere hic D. Thom. quod ſicut ex naturali ratione homo apprehendens mala, quę fecit eſſe mala, mouetur ad pęnitendum de illis, ita proportione apprehenſionis illorum malorum ſeruata, mouetur proportionaliter ad pęnitendum, hoc eſt, ſi apprehendit illa mala eſſe magna, tunc mouebitur (ex naturali ratione) ad magnopere pęnitendum de illis, ſi autem apprehendit mala illa eſſe maiora, tunc ad magis pęnitendum, ſi verò illa pro maximis malis apprehendit, tunc ad maximè pęnitendum de illis mouebitur, ſimiliter, & contra intelligit virtualiter D. Sanctus, Si mala ſecundum rei veritatem maxima, homo apprehendat pro paruis, tunc parum ad pęnitendum de illis mouebitur, ſi autem apprehendat eadem pro nullis, tunc nihil mouebitur ad pęnitendum de illis, ſi verò eadem pro bonis plus, vel minus apprehenderit, tunc mouebitur ad gaudendū de illis plus, vel minus. Porò totum hoc, quod hactenus textus dixit virtualiter de homine reſpectu malorum à ſeipſo factorum, intelligitur etiam de homine reſpectu malorum alias contingentium, ſeu à quibuſcunque alijs factorum, hoc tamen ſeruato loco differentiæ tunc pro ly pęnitendum, dicetur de ly dolendum, vt ſummatim, quod à te poſt longius ad inſtar ſupradictorum extēdatur, ex textu dicamus, ex naturali ratione homo mouetur ad dolendum de malis, quæ videt fieri, ſi apprehendat illa pro malis, & ſecundum proportionem apprehenſionis de qualitate malorum illorum, ſequitur proportionaliter dolor in ipſo, ſimiliter econtra, ergo non dolere, ſiue non pęnitere de malis ab alijs, ſiue à ſe factis, infert neceſſario non apprehenſionem illorum malorum debitam, & hoc (ſeruata ſemper debita proportione adinuicem) ſecundum plus, & minus, vt dictum eſt, quantæ, ergo damnationis digna ſit illa hæreſis Catharorum, quæ dicebat naturalem pęnitentiam non eſſe, nec poſſe eſſe de peccatis (ex modo dictis) iudicari poteſt.

Homo debet moueri ad pęnitendū plus, & maius pę, rectè apprehendit qualitatē mali a ſe perpetrati.

Secundo eſt obſeruandum, quod circa inſtitutionem huius materiæ ſacramenti, eſſe diſcernendum, quod aliud eſt illam Deum inſtituiſſe aliud verò hominem ad eam habendam mouere: inſtituit enim illam Deus inſtituendo finem, & modum, naturaliter enim homo rei malæ factæ pęnitet, vel propter ſupplicium, vel infamiam quam timet (vel alia de cauſa) idque non ſemper ſpe veniæ,

In bonis pęnitentia eſt occaſio ſpei veniæ in malis occaſio deſperationis.

niæ,

niæ, ſed forſitan pęnitentia eſt ei diſperationis occaſio, vt accidit proditori Iudæ, quo circa de Eſau ait Apoſtolus ad Hæbreos 12. quod non inuenit pęnitentiæ locum; quamuis cum lachrymis quæſiuiſſet, & de Antiocho 2. Machabæorum 9. legitur, quod orabat ſceleſtus Deum à quo non eſſet imploraturus miſericordiam, Chriſtus autem inſtituit pęnitentiam; vt eſſet dolor offenſæ Dei, qui ad charitatem attinet, nempè, vt tanquã filius pęniteret nos, Patrem noſtrum offendiſſe. Idque ſpe paternæ clementiæ, vt eundem quem læſimus clementem in nos ſperaremus, ſed rurſus materiam ſic inſtitutam, hoc eſt perfectam contritionem nequimus ex noſtris viribus, niſi diuina ope ſpecialiter ſuffulti habere.

Scrupulus.

POteſt aliquis dicere, nullibi in Euangelium fuiſſe ſacramentum hoc inſtitutum, nam vbi ait Chriſtus pęnitentiam agite, non alium explicat modum quam eodem themate Ioannis, qui tamen nullum ſacramentum inſtituit, & ideo fortaſſe inquit illam pęnitentiam prædicauit, quæ præuia eſt, ad baptiſmum per quem appropinquat regnum cælorum iuxta verbum Petri. Actuum 2. pęnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, & in Matth. 16. tantom fuit facta promiſſio, vt verbum futuri temporis, tibi dabo claues regni cęlorum indicat, & quamuis Matth. 18. de præſenti dicatur quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta, & in cęlo, tunc non erant ſacerdotes Apoſtoli ipſi, quia poſtmodum in cęna fuerunt ad illam fractionem inſtituti, neque Lucæ vltimo habetur forma illa expreſſa, vt patet.

Scrupuli ſolutio.

Materia ſacramenti pęnitẽtiæ inſtituit Chriſtus ante ſuã paſſionẽ poſt reſurreſſionem dedit præceptum illius.

HVic difficultati reſpondet Theologus dicendo, quod intentio D. Thom. cum non eſt nitendere hanc eſſe formam expreſſam in Euangelio ſicut eſt illa. Hoc eſt corpus meum, non intentio ſua eſt manifeſtare, quod ſacramentum hoc habetur in Eccleſia ex verbis Chriſti, & Chriſtiani inſtituiſſe illud, & ordinaſſet Apoſtolos miniſtros eius, quare dum dixit pęnitentia agite, materiam huius ſacramenti explicauit dicendum, quis baptizaretur, ſiue dum lapſi, reconciliarentur Deo, & claues viuens promiſit quibus poſt paſſionem ſacerdotes functuri erant, ſed præceptum pęnitentiæ ſicut, & baptiſmi, non niſi poſt reſurrectionem poſuit, ſicut enim dixit, Ita docete omnes gentes baptizantes eos. In nomine Patris, &c. Ita dicit, oportet prædicare pęnitentiam in remiſſionem peccatorum in omnes gentes, quapropter nuperime Synodus Tridentina ſeſſione quinta cap. 14. ait Chriſtus inſtituiſſe hoc ſacramentum poſt reſurrectionem Ioan. 20. vbi ſufflando in Apoſtolos Spiritum Sanctum dedit eis poteſtatem dicens, Quorum remiſeritis peccata, & in ſeſſione 7. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Chriſto inſtituta, Anathema ſit, & ſeſſione 6. cap. 14. pro his, qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus ſacramentum inſtituit pęnitentiæ, cum dixit. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, & ſeſſione 14. cap. 1. Dominus ſacramentum pęnitentiæ tunc præcipuè inſtituit, cum à mortuis excitatus inſflauit in diſcipulos dicens. Accipite ſpiritũ ſãctũ quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata ad reconciliandos fideles poſt baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum patrum conſenſus ſemper intellexit, & nouatianos remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos expulſit, atque condemnauit, quare veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum, Sancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentatias interpretationes, qui verba illa, ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium anunciandi, contra huiuſmodi ſacramenti inſtitutionem falſo detorquens, & Can. 3. Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in ſacramento pęnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem, contra inſtitutionem huius ſacramenti ad authoritatem prædicandi Euangelium Anathema ſit, ecce ſacramentum pęnitentiæ haberi clarè in Euangelio.

Sacramẽtum pęnitẽtiæ inſtitutione eſt à Chriſto, & diuulgatũ, & prædicatum per Apoſtolos poſt reſurrectionẽ eius.

Cæterum de conuenientia inſtitutionis eius patet ex hoc, quod Chriſtum inſtituiſſe ſacramentum iſtud affirmat. Nam Chriſtus cum ſit Dei ſapientia 1. cap. 1. & non poſſit negare ſeipſum 2. Tim. 2. non poteſt non conuenienter, immo non conuenientiſſimè facere quæcunque fecit, ita quod idem ſunt conuertibiliter, Chriſtus fecit hoc, vel illud, & Chriſtus conuenientiſſimè fecit hoc, vel illud. Hæc pro ſecundo puncto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Solutio Argumentorum.

Argumenti ſolutio.

Pęnitẽtia eſt de iure naturæ determinata tamen à iure diuino & quo ad modũ.

THeologus primo argumento concedit, quod pęnitentia eſt de iure naturæ, tamen indiget aliqua determinatione, quam accepit à lege diuina, indiget determinato modo, & Chriſtus in Euãgelio inſtituit modum illum determinatum quo debeat ſaluberrimè fieri, verum eſt enim, quod de iure naturali eſt, quod homo pęniteat de malis quæ fecit, & ſigna doloris foris oſtendat, ſicut Niniuitæ fecerunt apud Ionam 3. tamen ſi non nihil fidei pęnitens adiunxerit ſub ſpe veniæ à Deo conſequendæ, Aiebant enim Niniuitæ quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus à furore iræ ſuæ, & non peribimus?

Scrupulus.

IN hac reſponſione tria dicuntur, ſcilicet, quod penitentia eſt de iure naturali quo ad tria, quo ad dolorem, quo ad remedium doloris, & quo ad aliquod ſignum externum doloris, circa quæ dicta Caietanus Illuſtriſſimus dicit, quod hæc poſſunt intelligi dupliciter. Primo ſimpliciter, vt ſonant, Secundo ſuppoſita cognitione fidei, ſi intelligantur ſimpliciter, & abſolutè, magnam habent difficultatem (ſi non ſunt falſa) tum quia ſi peccatum non fuit ſcandaloſum, ſeu manifeſtum aliis, nulla apparet ratio naturalis, vt oſtendantur ſigna doloris, tum quia abſtrahendo à documentis fidei, dolor, ſeu triſtitia de præterito peccato, nullam videtur habere rationem remedii, & propterea ſuperfluũ videtur dolere de malis præteritis, Vlterius difficile eſt noſſe quid homo (infra iura naturæ ſolum ſtandum) cognoſcere de abſolutione peccati per aliud quam per ceſſationem à peccando.

Scrupuli dilutio.

Penitẽtia eſt de iure naturali quo ad dolorem, quo ad remediũ quo ad ſignũ ſuppoſita fide.

IN ſecundo igitur ſenſu litera eſt plana. Nam ſuppoſita in homine cognitione fidei, ſuppoſita fide, non ex fide, ſed ex ratione naturali prouenit inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod homo doleat de peccatis cõmiſſis, & quod dolorem in remedium aſſumat, & quod aliquod ſignum doloris oſtendat, quamuis hoc tertium intelligendum ſit ſicut de exteriori religionis cultu, vt ſcilicet fiat in communi, de iure naturæ. Dictat enim naturalis ratio homini fideli, vt doleat de offenſa creatoris, & quia nullum aliud ex nobis eſt remedium niſi cor humiliatum, ideo huiuſmodi humiliationem in remedium doloris, hoc eſt peccati, dolendi quærat.

Penitentiam eſſe remediũ peccatorũ cõtingit tripliciter.

Magiſter Soto pro maiori intelligentia dictorum Caietani, dicit, penitentiam eſſe in remediũ peccatorum, intelligitur tripliciter, vno modo, quod ſit ſacramentum conferens gratiam, & hoc pacto notiſſimum eſt, non eſſe cognitum ante fidem Euangelicam, quia nondum erat inſtitutum, ſecundo modo, per aliud extremum, quod lumen ipſum naturæ, qua ratione docet recedere à malo, & facere bonum, ſubinde admonet, vt errata diſpliceant, diſplicẽtia autem dolor naturaliter ſubſequitur, atque adeo nonnulla diligentia malo medendi. Nam ſi in morbis naturalibus natura ſolicita eſt ſalutis, ſit vt (niſi ſit omnino corrupta) magis ſolicita ſit in ſpiritualibus. Ad hoc enim munere prouida natura, vt in terra ſtimulis nos inſtigat ad procedendum contra morbum, ſic facit, vt noſtra nos conſcientia compungeret, vt noſtras corruptas affectiones, amicis panderemus, ſalutariaque concilia peteremus, ea procuraremus medelam, vt reſipiſcentes colleremus virtutes quas in nos natura ipſa ſeminauit, & hoc S. Thom. docet, ſed medio modo contingit penitentiam eſſe remedium, ſcilicet, obtinendæ veniæ à Deo, & hoc S. Thomas in exemplo Niniuitarum docet à fide prouenire, loquitur tamen de fide ſupranaturali, quæ erat in lege naturæ, tamen ſi, & naturalis ipſa Dei cognitio qua cognoſcitur eſſe viſus, & res humanas adminiſtrare, & mundum gubernare Deũ noſtris malis offendi quare Reſpublicæ, habent in viſu ſi ſunt bene inſtitutæ Deum ſuis ſacrificijs placare, credentes, quod poſt hanc vitam maneant tam iuſtis, quam iniuſtis retributiones ſuorum operum. Ob id nonnulla in illis vigebat imago ſpei veniæ, attamen verè rationem tum offenſæ Dei, tum ſempiternæ felicitatis (quæ in Dei viſione conſiſtit) ſola Euangelica fides explicitè docuit ob idque dicitur fides explicita, vnde D. Paulus Rom. 3. Chriſtum inquit propoſuit propitiatorem in ſanguinem ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſubſtentatione Dei, quaſi iuſtitia ſua, hoc eſt iuſtificatio omnium delictorum, quæ fuerunt à principio mundi non antea ſatis, ſed proximum fuerit perfectè oſtenſa.

Argumentum ſecundum.

Lector format ſecundum argumentum, quod eſt tale. Illud, quod fuit in veteri lege inſtituendum non erat in noua, ſed etiam in veteri lege fuit pœnitentia, ergo penitentia non debuit inſtitui in noua lege. Maior eſt clara ad fugiendam ſuperfluitatem. Minor probatur Hiere. 18. inquit Deus nullus eſt, qui agat penitentiam ſuper peccatum ſuum, dicens quid feci, ergo penitentia, fuit in veteri lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo ad maiorem, quod id quod fuit in veteri lege non erat inſtituendum in noua eodem modo præciſè, quo erat inſtitutum in veteri lege, bene tamen debebat inſtitui ſub alia ratione, ea enim, quæ ſunt naturalis iuris diuerſimodè in veteri, & noua lege acceperunt, ſecundum quod congruebat perfectioni legis illius, & maiori perfectioni legis noſtræ, vnde, & penitentia ſub illa lege determinationem accepit, Primo vt eſſet magis in corde quam in exterioribus ſignis, iuxta illud Ioelis 2. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Nam licet ratio naturalis docuerit etiam penitentiam in corde, illam tamen homines illorum ſeculorum inordinatã oſtendebant foris, proprias in ſeipſos manus iniiciendo, quod ad rem nihil referebat, Secundo, determinationem accepit quantum ad aliquam confeſſionis effigiem in generali prout habetur Leuitici. 5. quo in loco dicit Dominus. Anima quæ peccauerit per ignorantiam offeret Arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram exiſtimationis peccati, & orabit pro eo, & dimittetur ei. Illa enim oblatio erat quoddam penitentiæ genus, ob quod dicitur Prouerb. 18. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit ea miſericordiam conſequetur, nulla tamen erat tunc poteſtas ſpiritualis clauium, quæ ex paſſione Chriſti deriuatur, propterea nullum erat ſacramentum, vt quis ſubiiciendo ſe clauibus per confeſſionem, & ſatisfactionem doleret ſub ſpe obtinendæ veniæ ſacramenti, virtute paſſionis Chriſti, ex his

Penitentia q in veteri lege erat in noua fuit declarata, & ordinata ad cõfeſſionẽ.

vlti-

Declaratur quid ſit ſuſcipere ſacramentum pœnitentiæ in noua lege.

vltimis verbis Angelici Doctoris, habetur deſcriptio quædam ſumendi ſacramentum pœnitentiæ, v.g. ſi dicatur, quid eſt ſuſcipere ſacramentum pœnitentiæ? Reſpondetur, eſt dolere de peccatis cum propoſito ſubijciendi ſe per confeſſionem, & ſatisfactionem clauibus Eccleſiæ ſubſpe conſequendæ veniæ ex virtute paſſionis Chriſti iam actualiter peractæ, patet autem, quod hoc in veteri lege non reperiebatur, nec poterat eſſe inſtitutum.

Argumentum tertium.

Argumentator format tertium argumentum dicendo. Pœnitentia conſequenter ſe habet ad baptiſmum, cum ſit ſecunda tabula prout in dubio præcedenti dictum fuit, ſed pœnitentia videtur à Domino inſtituta ante baptiſmum, cum in principio prædicationis ſuæ dixiſſet prout habetur Matth. 4. Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum, ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod ſi hiſtoriæ ſeriè cōſideretur videt quis, quod prius meminit Chriſtus de neceſſitate baptiſmi dicens Nicodemo. Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. quam de neceſſitate pœnitentiæ Matth. 4. Nam id quod dixit Nicodemo fuit ante Ioannis incarcerationem de quo poſtea ſubditur, & baptizabat, Illud autem de pœnitentia ſucceſſit poſtquam Ioannes fuit in carcere coniectus, & ſi dicatur prius prædicaſſe pœnitentiā, quam baptiſmum non fuiſſet incongruum, cum & hoc fecit Ioannes. Nam & ante baptiſmum requiritur aliqua pœnitentia iuxta illud Actuum 2. pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, inquiebat Petrus Apoſtolus, ſed illa non eſſet pœnitentia ſacramentalis.

Argumētum quartum.

Vltimo loco Argumentator format ſuum argumentum dicendo, Sacramenta nouæ legis inſtitutionem habent à Chriſto, ex cuius virtute operantur, ſed Chriſtus non videtur inſtituiſſe hoc ſacramentum, cum ipſe non ſit vſus eo, ſicut alijs ſacramentis, quæ ipſe inſtituit, ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus reſpondet ad minorem dicendo, quod Chriſtus non eſt vſus baptiſmo, quem ipſe inſtituit, ſed baptizatus fuit baptiſmate Ioannis, nec etiam actiuè vſus eſt ſacramento ſuo baptiſmi, baptizando, quia ipſe non baptizabat communiter, ſed diſcipuli eius, vt dicitur Ioan. 4. quamuis ſecundum Auguſtinum ad Seleucianam diſcipulos baptizauerit, ſacramento verò pœnitentiæ non potuit vti eadem ratione in recipiendo, quia in eo nullum fuit inuentum peccatum, neque fuit decens, vt conferret illud. Nam ad oſtendendam ſuam miſericordiam, & poteſtatis excellentiam debebat peccata ſine ſacramento dimittere, Sacramentum autem Euchariſtiæ, & ipſe ſumpſit, & alijs dedit, vtroque modo illo eſt vſus, actiuè, & paſſiuè, recipiendo, & dando, tunc ad commendandam eius ſacramenti excellentiam, tum quia memoriale eſt paſſionis eius, in qua ipſe fuit ſacerdos, & hoſtia, Apoſtolos verò per Spiritum Sanctum quem miſit confirmauit, eoſque ſacerdotes

Chriſtus vſus eſt aliquibus ſacramentis actiuè, alijs paſſiuè, alijs nullo modo.

ordinauit. Hæc ſunt pro caſu iſto. Nunc ad dubiū.

Dubium.

LEctor quærit in hoc dubio. An pœnitentia debeat durare vſque ad finem vitæ, & reſpōdens adducit pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic, D. Auguſtinus in lib. de vera & falſa penitentia. c. 13. circa medium, to. 4. dicit, quod reſtat nobis niſi dolere in vita, vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia, ſi verò pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia, ergo, &c.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua talem adducit rationem, pœnitentia ordinatur ad deſtructionem peccati, ſed pœnitens ſtatim conſequitur remiſſionem peccatorum, ex oraculo Dei, Ezech. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, ergo non oportet vlterius penitentia protendi.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii terminatio pro parte affirmatiua primo, ſecundario pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa iſtud dubium duo facit, Primo diſtinguit penitentiam, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, vnam affirmatiuam, aliam negatiuam, Secundo ſoluit argumenta partis negatiuæ. Diſtinctio eſt iſta, Duplex eſt penitentia, ſcilicet, interior, & exterior, interior eſt penitentia qua quis dolet de peccato commiſſo, penitentia exterior, eſt qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit, & verbatenus peccata ſua confitetur ſacerdoti abſoluenti, & iuxta eius arbitrium ſatisfacit. Stante hac diſtinctione, ponitur prima concluſio, penitentia interior debet durare vſque ad finem vitæ.

Probatur concluſio iſta, quia ſemper homini debet diſplicere, quod peccauit, ſi enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Diſplicentia autem in eo, qui eſt doloris capax, qualis eſt homo in hac vita, dolorem parit, poſt hanc vitam, Sancti non ſunt ſuſceptiui doloris, vnde diſplicebunt eis peccata præterita ſine omni triſtitia, prout affirmat Eſaias. 65. dicendo, obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, ex his clarè patet quam ſtulta ſit hæreſis Bergardorum dicentium, quod perfectionis gradum tantum poteſt homo in hac vita acquirere, vt nec peccare amplius, nec in gratia proficere poſſe, & ita ſpiritui ſenſum ſublimet, vt amplius, nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ, neque Eccleſiæ ſe ſubijcere oporteat, ſed liberè corpori, quicquid placet, concedere poteſt, & addunt iſti, quod perfecta anima licentiat à ſe virtutes, quia imperfecti hominis eſt, exercere ſe in actibus virtutum, cum enim agere penitentiam contraponatur his hæreſibus, & per hæc dicta pro concluſione iſta, penitentiam noſtram per totum tempus vitæ noſtræ durare debere oſtendit impugnatur ex diametro hæreſes illæ, inquantum penitentiam, & dolorem cordis reijciunt, cordis inquam, quoniam ſi deteſtarentur (vt facit peni-

Penitētia interior durare debet, vſque ad finē vitæ, quod non capiunt Hæretici Bergardi.

tentia

Scrupulus.

IN hac reſponſione tria dicuntur, ſcilicet, quod pœnitentia eſt de iure naturali quo ad tria, quo ad dolorem, quo ad remedium doloris, & quo ad aliquod ſignum externum doloris, circa quæ dicta Caietanus Illuſtriſſimus dicit, quod hæc poſſunt intelligi dupliciter. Primo, ſimpliciter, vt ſonant, Secundo ſuppoſita cognitione fidei, ſi intelligantur ſimpliciter, & abſolute, magnam habent difficultatem (ſi non ſunt falſa) tum quia ſi peccatum non fuit ſcandaloſum, ſeu manifeſtum aliis, nulla apparet ratio naturalis, vt oſtendantur ſigna doloris, tum quia abſtrahendo à documentis fidei, dolor, ſeu triſtitia de præterito peccato, nullam videtur habere rationem remedii, & propterea ſuperfluũ videtur dolere de malis præteritis, Vlterius difficile eſt noſſe quid homo (infra ius naturæ ſolum ſtandum) cognoſcere de abſolutione peccati per aliud quam per ceſſationem à peccando.

Scrupuli dilutio.

Penitẽtia eſt de iure naturali quo ad dolorem, quo ad remediũ quo ad ſignũ ſuppoſita fide.

IN ſecundo igitur ſenſu litera eſt plana. Nam ſuppoſita in homine cognitione fidei, (ſuppoſita fide, non ex fide, ſed ex ratione naturali prouenit inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus) quod homo doleat de peccatis cõmiſſis, & quod dolorem in remedium aſſumat, & quod aliquod ſignum doloris oſtendat, quamuis hoc tertium intelligendum ſit ſicut de exteriori religionis cultu, vt ſcilicet fiat in communi, de iure naturæ. Dictat enim naturalis ratio homini fideli, vt doleat de offenſa creatoris, & quia nullum aliud ex nobis eſt remedium niſi cor humiliatum, ideo huiuſmodi humiliationem in remedium doloris, hoc eſt peccati, dolendi quærat.

Penitentiam eſſe remediũ peccatorũ cõtingit tripliciter.

Magiſter Soto pro maiori intelligentia dictorum Caietani, dicit, penitentiam eſſe in remediũ peccatorum, intelligitur tripliciter, vno modo, quod ſit ſacramentum conferens gratiam, & hoc pacto notiſſimum eſt, non eſſe cognitum ante fidem Euangelicam, quia nondum erat inſtitutum, ſecundo modo, per aliud extremum, quod lumen ipſum naturæ, qua ratione docet recedere à malo, & facere bonum, ſubinde admonet, vt errata diſpliceant, diſplicẽtia autem dolor naturaliter ſubſequitur, atque adeo nonnulla diligentia mali medendi, Nam ſi in morbis naturalibus natura ſolicita eſt ſalutis, ſit vt (niſi ſit omnino corrupta) magis ſolicita ſit in ſpiritualibus. Ad hoc enim munere prouida natura, vt in terra itinibus nos inſtigat ad procedendum contra morbum, ſic facit, vt noſtra nos conſcientia compungeret, vt noſtras corruptas affectiones, amicis panderemus, ſalutariaque concilia peteremus, ea procuraremus medelam, vt reſipiſcentes colleremus virtutes quas in nos natura ipſa ſeminauit, & hoc S. Thom. docet, ſed medio modo contingit penitentia eſſe remedium, ſcilicet, obtinendæ veniæ à Deo, & hoc S. Thomas in exemplo Niniuitarum docet à fide prouenire, loquitur tamen de fide ſupranaturali, quæ erat in lege naturæ, tamen ſi, & naturalis ipſa Dei cognitio qua cognoſcitur eſſe viſus, & res humanas adminiſtrare, & mundum gubernare Deũ noſtris malis offendi quare Reſpublicæ habent in viſu ſi ſunt bene inſtitutæ Deum ſuis ſacrificijs placare, credentes; quod poſt hanc vitam maneant tam iuſtis, quam iniuſtis retributiones ſuorum operum. Ob id nonnulla in illis vigebat imago ſpei veniæ, attamen verè rationem tum offenſæ Dei, tum ſempiternæ felicitatis (quæ in Dei viſione conſiſtit) ſola Euangelica fides explicitè docuit ob idque dicitur fides explicita, vnde D. Paulus Rom. 3. Chriſtum inquit propoſuit propitiatorem in ſanguinem ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſubſtentatione Dei, quaſi iuſtitia ſua, hoc eſt iuſtificatio omnium delictorum, quæ fuerunt à principio mundi non antea ſatis, ſed proximum fuerit perfectè oſtenſa.

Argumentum ſecundum.

Lector format ſecundum argumentum, quod eſt tale. Illud, quod fuit in veteri lege inſtituendum non erat in noua, ſed etiam in veteri lege fuit pœnitentia, ergo penitentia non debuit inſtitui in noua lege. Maior eſt clara ad fugiendam ſuperfluitatem. Minor probatur Hiere. 28. inquit Deus nullus eſt, qui agat penitentiam ſuper peccatum ſuum, dicens quid feci, ergo penitentia, fuit in veteri lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo ad maiorem, quod id quod fuit in veteri lege, non erat inſtituendum in noua eodem modo præciſè, quo erat inſtitutum in veteri lege, bene tamen debebat inſtitui ſub alia ratione, ea enim, quæ ſunt naturalis iuris diuerſimodè in veteri, & noua lege acceperunt, ſecundum quod congruebat perfectioni legis illius, & maiori perfectioni legis noſtræ, vnde, & penitentia ſub illa lege determinationem accepit, Primo vt eſſet magis in corde quam in exterioribus ſignis, iuxta illud Ioelis 2. Sciondite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Nam licet ratio naturalis doceret etiam penitentiam in corde, illam tamen homines illorum ſeculorum inordinatã oſtendebant foris, proprias in ſeipſos manus iniiciendo, quod ad rem nihil referebat, Secundo, determinationem accepit quantum ad aliquam confeſſionis effigiem in generali prout habetur Leuitici. 5. quo in loco dicit Dominus. Anima quæ peccauerit per ignorantiam offeret Arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſuram exiſtimationis peccati, & orabit pro eo, & dimittetur ei. Illa enim oblatio erat quoddam penitentiæ genus, ob quod dicitur Prouerb. 18. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit ea miſericordiam conſequetur, nulla tamen erat tunc poteſtas ſpiritualis clauium, quæ ex paſſione Chriſti deriuatur, propterea nullum erat ſacramentum, vt quis ſubiiciendo ſe clauibus per confeſſionem, & ſatisfactionem doleret ſub ſpe obtinendæ veniæ ſacramenti, virtute paſſionis Chriſti, ex his

Penitentia & in veteri lege erat in noua fuit declarata, & ordinata ad cõfeſſionẽ.

vlti-

Declaratur quid ſit ſuſcipere ſacramentum pœnitentiæ in noua lege.

vltimis verbis Angelici Doctoris, habetur deſcriptio quædam, tamen diſſacramenti pœnitentiæ, vt ſi dicamus, quid eſt ſuſcipere ſacramentum pœnitentiæ? Reſpondetur, eſt dolere de peccato, cum propoſito ſubijciendi ſe per confeſſionem, & ſatisfactionem clauibus Eccleſiæ ſub ſpe conſequendæ veniæ ex virtute paſſionis Christi, iam actualiter peractæ, patet autem, quod hoc in veteri lege non reperiebatur, nec poterat eſſe inſtitutum.

Argumentum tertium.

Argumentator format tertium argumentum dicendo, Pœnitentia conuenienter ſe habet ad baptiſmum, cum ſit ſecunda tabula poſt naufragium, ſicut præcedenti dictum fuit, ſed pœnitentia videtur à Domino inſtituta ante baptiſmum, cum in principio prædicationis ſuæ dixiſſet, prout habetur Matth. 4. Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum, ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod ſi hiſtoria bene cōſideretur videt quis, quod prius meminit Christus de neceſſitate baptiſmi dicens Nicodemo. Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. quam de neceſſitate pœnitentiæ Matth. 4. Nam id quod dixit Nicodemo fuit ante Ioannis incarcerationem de quo poſtea ſubditur, & baptizabat, Illud autem de pœnitentia ſucceſſit poſtquam Ioannes fuit in carcere coniectus, & ſi dicatur prius prædicaſſe pœnitentiā, quam baptiſmum non fuiſſet incongruum, cum & hoc fecit Ioannes, Nam & ante baptiſmum requiritur aliqua pœnitentia iuxta illud Actuum 2. pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, inquiebat Petrus Apoſtolus, ſed illa non eſſet pœnitentia ſacramentalis.

Argumētum quartum.

Vltimo loco Argumentator format ſuum argumentum dicendo, Sacramenta nouæ legis inſtitutionem habent à Christo, ex cuius virtute operantur, ſed Christus non videtur inſtituiſſe hoc ſacramentum, cum ipſe non ſit vſus eo, ſicut alijs ſacramentis, quæ ipſe inſtituit, ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum in noua lege.

Argumenti ſolutio.

Theologus reſpondet ad minorem dicendo, quod Christus non eſt vſus baptiſmo, quem ipſe inſtituit, ſed baptizatus fuit baptiſmate Ioannis, nec etiam actiuè vſus eſt ſacramento ſuo baptiſmi, baptizando, quia ipſe non baptizabat communiter, ſed diſcipuli eius, vt dicitur Ioan. 4. quamuis ſecundum Auguſtinum ad Seleucianam diſcipulos baptizauerit, ſacramento verò pœnitentiæ non potuit vti eadem ratione in recipiendo, quia in eo nullum fuit inuentum peccatum, neque fuit decens, vt conferret illud. Nam ad oſtendendam ſuam miſericordiam, & poteſtatis excellentiam debebat peccata ſine ſacramento dimittere. Sacramentum autem Euchariſtiæ, & ipſe ſumpſit, & alijs dedit, vtroque modo illo eſt vſus, actiuè, & paſſiuè, recipiendo, & dando, tunc ad commendandam eius ſacramenti excellentiam, tum quia memoriale eſt paſſionis eius, in qua ipſe fuit ſacerdos, & hoſtia; Apoſtolos verò per Spiritum Sanctum quem miſit confirmauit, eoſque ſacerdotes

Christus vſus eſt aliquibus ſacramentis actiuè, alijs paſſiuè, alijs nullo modo.

ordinauit. Hæc ſunt pro caſu iſto. Nunc ad dubium.

Dubium.

LEctor quærit in hoc dubio. An pœnitentia debeat durare vſque ad finem vitæ, & reſpondens adducit pro vtraque parte. Primo pro parte affirmatiua ſic. D. Auguſtinus in lib. de vera & falſa pœnitentia. c. 13. circa medium. to. 4. dicit, quod reſtat nobis niſi dolere in vita, vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia, ſi verò pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia, ergo, &c.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua talem adducit rationem, pœnitentia ordinatur ad deſtructionem peccati, ſed pœnitens ſtatim conſequitur remiſſionem peccatorum, ex oraculo Dei, Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, ergo non oportet vlterius pœnitentia protendi.

Partis negatiuæ probatio.

Dubij terminatio pro parte affirmatiua primo, ſecundario pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa iſtud dubium duo facit, Primo diſtinguit pœnitentiam, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones, vnam affirmatiuam, aliam negatiuam, Secundo ſoluit argumenta partis negatiuæ. Diſtinctio eſt iſta. Duplex eſt pœnitentia, ſcilicet, interior, & exterior, interior eſt pœnitentia qua quis dolet de peccato commiſſo, pœnitentia exterior, eſt qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit, & verbatenus peccata ſua confitetur ſacerdoti abſoluenti, & iuxta eius arbitrium ſatisfacit. Stante hac diſtinctione, ponitur prima concluſio, pœnitentia interior debet durare vſque ad finem vitæ.

Probatur concluſio iſta, quia ſemper homini debet diſplicere, quod peccauit, ſi enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Diſplicentia autem in eo, qui eſt doloris capax, qualis eſt homo in hac vita, dolorem parit, poſt hanc vitam, Sancti non ſunt ſuſceptiui doloris, vnde diſplicebunt eis peccata præterita ſine omni triſtitia, prout affirmat Eſaias. 65. dicendo, obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, ex his clarè patet quam ſtulta ſit, hæreſis Bergardorum dicentium, quod perfectionis gradum tantum poteſt homo in hac vita acquirere, vt nec peccare amplius, nec in gratia proficere poſſe, & ita ſpiritum ſenſum ſublimet, vt amplius, nec ieiunare, nec orare, nec alicuius obedientiæ, neque Eccleſiæ ſe ſubijcere oporteat, ſed liberè corpori, quicquid placet, concedere poteſt, & addunt iſti, quod perfecta anima licentiat à ſe virtutes, quia imperfecti hominis eſt, exercere ſe in actibus virtutum, cum enim agere pœnitentiam contraponatur his hæreſibus, & per hæc dicta pro concluſione iſta, pœnitentiam noſtram per totum tempus vitæ noſtræ durare debere oſtendit impugnatur ex diametro hæreſes illę, inquantum pœnitentiam, & dolorem cordis reijciunt, cordis inquam, quoniam ſi deteſtarentur (vt facit pœni-

Pœnitētia interior durare debet, vſque ad finē vitæ, quod non capiunt Hæretici Berigardi.

tentia

tentia interior) peccata non fugerent obedientiam, præſertim Eccleſiæ, nec quæcunque placentia corporis concederent. Nam reijcere à ſe obedientiam, & ſpeciatim Eccleſiæ, eſt aperire viam ſpacioſam, & portam latam vitijs, tantum abeſt, vt is, qui facit illud deteſtetur vitia, ſimiliter concedere corpori quicquid placet, non deteſtationem, ſed complacentiam vitiorum ſecundum cuiuſque verè ſapientis iudicium importat, doloris etiam dixi, quoniam ſi dolorem ſenſus (vt facit pęnitentia interior) amplecterentur, non repudiarent ipſum orare, ieiunare, exercere ſe in actibus virtutum, ex his igitur omnibus conſtat, quod & ille pro quanto ſufficit ad propoſitum, breuiter, & ſummatim dicunt, pęnitentia interior non debet durare vſque ad finem vitæ, cui ex directo opponitur concluſio noſtra, dicimus igitur contra iſtos, quod pęnitentia interior debet durare vſque ad finem vitæ, & quod homo vſque ad finem vitæ debet ſe ſubijcere obedientiæ, præſertim Eccleſiæ Sanctæ, & corpori ſuo non debet concedere quæcunque placent, & iuxta menſuram rationabilem orare, ieiunare, in actibuſque virtutum ſeipſum exercere, damnatur etiam huiuſmodi error non ſolum argumento pro parte affirmatiua dubij, ſed etiam authoritate Concilij Trid. ſeſſ. 14. in doctrina de ſacramento extremæ vnctionis, quod (ſcilicet, ſacramentum extremæ vnctionis) non modo pœnitentiæ, ſed totius Chriſtianę vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à patribus, damnatur etiam huiuſmodi hæreſes à diuina ſcriptura Eccleſ. 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Hoc eſt, ad propitiatum peccatorum habendum, vel etiam conſeruandum, niteris ſemper per pœnitentiam interiorem, puta, & deteſtando peccata, & aſſumendo dolorem ſenſitiuum, ſcilicet, ſatisfactiones ſponte faciendo, ad quod videtur annuere Eccleſ. 18. dicendo. Non impediaris ſemper orare, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, & Prouerb. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, ſcilicet, de peccatis ſuis, ad quærendam à Deo miſericordiam, hoc autem totum eſt pœnitentia interior, quo ad illum pauorem, quo ad illud non eſſe ſine metu, quod oſtendit Concil. Trident. ſeſſ. 6. c. 9. 11. & Can. 13. 15. 16 23.

De propitiato peccato homo nõ debet eſſe ſine metu, ſed ſẽper de illo pęnitere.

Concluſio ſecunda, Non oportet, quod pœnitentia exterior duret vſque ad finem vitæ, ſed ad arbitrium confeſſarij, pœnitentia exterior duo dicit confeſſionem ſacramentalem, & ſatisfactionem à confeſſario taxatam ipſi pœnitenti ſecundum menſuram peccati. In hac pœnitentia non fit mentio de contritione, neque vt dicit dolorem interiorem, prout dictum eſt in prima concluſione, neque, vt dicit dolorem ſenſitiuæ partis, de his ſatis loquutus fuit in diſputatione de contritione. His igitur concluſionibus ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Pęnitẽtia exterior non oportet, q duret vſque ad finẽ vitæ, ſed ſecũdũ arbitrii confeſſarii.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

PRimæ inſtantiæ ſatisfacit Theologus dicendo, quod vera pęnitentia non ſolum remouet peccata præterita, ſed etiam præſeruat hominem à peccatis futuris, quamuis igitur homo in primo inſtanti veræ pœnitentiæ, remiſſionem conſequatur præteritorum peccatorum, oportet tamen in homine perſeuerare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

Vera pęnitẽtia nõ ſolũ remouet peccata præterita, ſed perſeuerat à futuris.

Inſtantia 2.

Argumentator inſtat ſecundo loco dicendo, pęnitentiam agere, pertinet ad ſtatum incipientium, ſed homo de hoc ſtatu debet procedere ad ſtatum proficientium, & vlterius ad ſtatum perfectorum, ergo non debet homo pęnitentiam agere vſque ad finem vitæ.

Inſtant. ſolutio.

Duplex pęnitentia exterior, & interior in prima veniũt oẽs pęnitentes, In ſecunda ſoli perfecti.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod agere pęnitentiam interiorem, & exteriorem ſimul, pertinet ad ſtatum incipientium, qui, ſcilicet, de nouo reddeunt ad peccata, ſed pęnitentia interior, habet locum etiam in proficientibus, & perfectis, prout inſinuat Dauid Pſal. 38. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum, ad quod inuebat Apoſtolus 1. Cor. 15. dicendo, Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei, ex hac reſponſione, Poteta elijcit, quod per pęnitentiam interiorem (de qua fuit prima concluſio) intelligebatur, & diſplicentia cordis, & dolor ſenſus, ſequens naturaliter ex tali diſplicentia interna, vnde ſi talis diſplicentia, ideſt animi deteſtatio contra peccatum, debet ſemper durare, conſtat, quod & dolor ſenſibilis, qui eſt illud acceſſorium debet ſemper durare. In ſignum cuius, ſcilicet, quod hæc duo intelligantur pro pęnitentia interiori ibi dicta, Apoſtolus non ſolum deteſtabatur ſe fuiſſe perſequutorem Eccleſiæ Dei, ſed lachrymabatur, propter hoc orabat, & ieiunabat, & multa alia faciebat. Reſtat ergo, quod per pęnitentiam exteriorem poſitam in ſecunda concluſione intelligatur aliqua alia præter duo prædicta, & hæc alia ſunt confeſſio cum ſatisfactione in foro illo taxata, vt ibi dictum eſt.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo, ſicut in alijs ſacramentis homo debet ſeruare ſtatuta Eccleſiæ, ita & in hoc ſacramento, ſed ſecundum Canones determinata ſunt tempora pęnitendi, vt, ſcilicet, ille qui hoc, vel illud peccatum commiſerit tot annis pœniteat, ergo videtur, quod non ſit pœnitentia exercẽda vſque ad finem vitæ.

Inſtant. ſolutio.

Ab Eccleſia terminatur tẽpus pęnitentiæ exteriori. Nõ aũt pęnitentiæ interiori.

Theologus huic inſtantiæ dicit, quod illa tempora præſignantur pœnitentibus quantum ad actiones exterioris pœnitentiæ, non autem quo ad pœnitentiam interiorem, quam diximus debere durare vſque ad finem vitæ, vnde argumentum, nihil concludit contra nos, non enim dictum eſt, quod exterior pœnitentia debeat ſemper durare, ſed ſtandum eſt arbitrio confeſſoris, vel ſoluenda eſt pœnitentia ſecundum pœnam taxatam ab Eccleſia pro aliquibus peccatis. de hoc dubio ſatis ſit dictum, & de caſu ſimul.

Caſus quintus.

LEctor quærit in hoc caſu, vtrum pęnitentia poſſit eſſe continua, & more ſolito format argumen-

Partis affirmatiuæ probatio.

gumenta quo ad vtramque partem. Primo pro parte affirmatiua ſic, D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa penitentia cap. 13. circa finem tomi 4. dicit, dolor in penitentia continuè cuſtodiatur, ergo penitentia debet eſſe continua.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, inquit Deus, Hieremię 31. Quieſcat vox tua à prolatione, & oculis tuis à lachrymis, ſed hoc eſſe non poſſet ſi penitentia continuaretur, quę conſiſtit in ploratu, & lachrymis, ergo penitentia non poteſt continuari.

Caſus deciſio pro utraque parte.

Impoſſibile eſt, quod homo actualiter continuè peniteat abſque interpollatione aliqua.

LEctor Theologus circa hunc caſum ponit vnam diſtinctionem, & iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones reſponſiuas, Secundo ſoluit argumenta partis negatiuę. Diſtinctio igitur eſt, quod penitere dicitur dupliciter ſecundum actum, & ſecundum habitum, (ſtante hac dictione) ponitur prima concluſio, impoſſibile eſt, quod homo actualiter continuè peniteat. Probatur concluſio iſta, quia neceſſe eſt, quod actus penitentis ſiue interior, ſiue exterior, interpollatus ad minus in ſomno, & alijs, quę ad neceſſitatem corporis pertinent. Obſeruandum tamen eſt, quod quando dicitur, quod homo non tenetur actualiter continuare penitere, & quod hoc eſt impoſſibile, ſermo eſt, de lege ordinaria. Nam quando vehemens tentatio, & procella irruit, quę preſentaneum periculum offert conſentiendi in malum, ratione periculi tunc tenemur propoſitum actu confirmare ad pulſandum, rapidum Torentia incurſum, ſed rogas verum, extra huiuſmodi periculum, quando nulla eſt obligatio penitendi actualiter, laudabile ſit ei cui ſunt peccata remiſſa illa ſedulo in memoriam reuocare? Aiebat enim Dauid Pſal. 50. Peccatum meum contra me eſt ſemper, ideſt in conſpectu meo eſt ſemper cuius cauſa ſtratum ſuum lachrymis continuatè rigabat?

Reuocare ſedulo ad memoriā peccata remiſſa, vt peniteat magis periculoſum eſt, incipientibus vtile autem perfectis.

Reſpondet Theologus dicendo, quod de hoc non habetur certa regula, ſed prudentiam adhibere opus eſt, ſecundum ingenium hominum, & ſcelerum qualitatem, incipientibus namque, & continentibus, qui conflictum carnis patiuntur, nonnunquam pręteritorum peccatorum memoria periculoſa eſt, & ideo quando periculum adeſt reſcindi debet talis cogitatio, quando autem huiuſmodi periculum non cauſat, ſalutare Conſilium eſt, eadem peccata ſedulo ad memoriam reuocare, quoniam talis memorię penſatis peccatorum incommodis, & detrimentis, cor humiliat, & in bono confirmat, & fructibus penitentię ante actam vitam vleiſcatur, & hoc potiſſimum, cum dicat Eccleſiaſt. de propitiato peccato, noli eſſe ſine metu, debet enim in huiuſmodi hominibus ſic metus ex vna parte, & fiducia, & miſericordia ex alia vicarias habere operas, vt nec metus deſperationem mentis, nec fiducia ſecuritatem generet illis verò, qui peccata ſatis luxerunt, & ſunt virtute progreſſi, quamuis crebra peccatorum memoria, quaſi humilitatis frenum ad conterendam elationem mentis vtilis ſit, tamen ſępe altior diuinorum contemplatio accommodatior eſt, prout accidit Marię Magdalenę, quę multis annis in deſerto penitentiam geſſit, non eſt dubiũ, quod altiſſima contemplatione, vſque ad Angelorum colloquium fuerit elleuata.

Habitualiter homo tenetur continue penitere de peccatis ſuis, ita vt diſpliciat ei peccata ſaltē negatiuè.

Concluſio ſecunda, Habitu oportet hominem continuò penitere, ideſt nunquam homo debet aliquid agere, quod ſit contrarium penitentię, per quod habitus penitentię tollatur, & quantum ad hoc homo debet ſemper in propoſito habere agere, id quod faciat ſibi commiſſa peccata odire, ſemper homo debet ſecundum habitum penitere, nō quod ſemper debeat habere actuale propoſitum non peccandi, quia ſicut non tenetur habere memoriam pręteritorum, ita neque pręſentem cogitationem futurorum, ſed ſecundum habitum oportet, vt ſit diſpoſitus ſeruare mandata Dei, & quod peccata pręterita ſemper illi diſpliceant, pro cuius intelligentia dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod diſplicere dupliciter ſumitur, ſcilicet, contrariè, vel negatiuè, quando ſumitur contraria ſignificat actum contrarium ad placere, quando verò ſumitur negatiuè non ſignificat aliquem actum, ſed ſolummodo non placere, cum ergo in litera dicitur, quod ſemper debet homini diſplicere quod peccauit, vel quid ſimile, ſufficit, quod intelligatur negatiuè, ideſt non placere, & quod hoc intendat Doctor Sanctus patet, quia contra diſplicere diſtinguit placere, prout in dubio antecedenti, dum ſubdit, ſi ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & ex his habemus, quod ſufficit ad neceſſariam penitentiam poſt habitam contritionem, quod non placeat peccaſſe, nec eſt opus exire in actũ diſplicentiæ nouæ, quare licet nunquam amplius homo poſtquam ſemel abſolutus eſt, de ſuis culpis cogitaſſet, nunquam incurreret nouum peccatum, in ſenſu igitur declarato, penitentia debet eſſe continua prout aſſumat D. Auguſtinus in argumento partis affirmatiuæ, prout habetur ex multis locis diuinæ ſcripturæ, in primis Prouerb. 23. In timore Domini eſto tota die, & Eccleſ. 22. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua, & Eccleſ. 7. Qui timet Deum nihil negligit, & 21. Qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum, ſcilicet, agendo penitentiã de peccato ſuo dicens quid feci, & per locum ab oppoſitis Hieremias 8. dicitur, nullus eſt, qui agat penitentiam ſuper peccato ſuo dicens, quid feci? ex his ergo collectis in vnum patet intentum ſic, ſi ſcriptura Sacra nos monet ad permanendum tota die, & ad continendum inſtanter noſmetipſos in timore Dei, & timor Dei facit nos nihil negligere, ideſt expellere per diſplicentiam peccatum conuertique ad cor agendo penitentiam de peccato cordialem, dicentes ſigillatim quid feci? vtique ſcriptura ipſa per hoc demonſtrat, quod penitentia noſtra debet eſſe continua. Nam ly tota die, & ly inſtanter importat manifeſtè continuitatem, & eam non negligenter, ſed diligenter factam, Ec-

clesia

çleſia etiam oſtendit hoc ipſum per hoc, quod in collecta Dominicæ poſt octauam ſanctiſſimę Trinitatis dicit. Sancti nominis tui Domine timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuum, ideſt pęnitentiam Domine ex amore tuo prouenientem fac nos habere perpetuam, & in Concil. Trident. ſeſſione 14. dicitur, quod pęnitentia debet eſſe perpetua, nam ly perpetuam non tantum dicit durationem vſque ad finem vitæ, ſed etiam dicit continuitatem, vt patet, Secundo ex his deſtruitur error Bagardorum in ſuis erroribus contentus, ſcilicet, quòd pęnitentia non debet eſſe continua, quod eſt oppoſitum eius quod hic oſtenſum eſt, ratione, & authoritate ſcripturæ, Sanctorum Conciliorũ, &c. His igitur declaratis pro primo puncto, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Solutio argumentorum.

Argumenti ſolutio.
Pęnitẽtia interior debet eſſe continua, exterior autem non.

THeologus reſpondet dicendo, quod pęnitentia exterior non debet eſſe continua, bene autem interior, ploratus, & lachrymæ ad actum exteriorem pertinent, qui non ſolum non debet eſſe continuus, ſed neque oportet, prout habetur ibi à propheta, & ratio ibi aſſignatur ſubdens, quia eſt merces operis tui, eſt merces operis pęnitentia plena remiſſio peccati, & quantum ad culpam, & quantum ad pęnam, poſt cuius conſecutionem, non eſt neceſſe, quod homo vlterius pęnitentiam exteriorem agat, per hoc tamen non excluditur continuitas pęnitentiæ interioris, de qua locuti ſumus.

Argumẽtum ſecundum.

Lector de nouo argumentatur dicendo, de quolibet bono opere debet homo gaudere prout ſuadet Dauid Rex dicendo, Pſal. 99. Seruite Domino in lætitia, ſed agere pęnitentiam eſt opus bonum, ergo de illo debet homo gaudere, ſed nõ poteſt homo ſimul gaudere, & contriſtari, vt patet per Phyloſophum 9. Ethicorum, ergo non poteſt eſſe, quod pęnitens continuè triſtetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem pęnitentiæ, ergo pęnitentia non poteſt eſſe continua.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſoluit hoc argumentum dicendo, quod de dolore, & gaudio dupliciter loqui poſſumus, vno modo ſecundum, quod ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui, & ſic nullo modo poſſunt eſſe ſimul, eo quod ſunt omnino contrariæ, vel de illis loqui poſſumus in ordine ad obiectum. v. g. cum ſunt de eodem, vel ſaltem ex parte motus cordis, nam gaudium eſt cum dilatatione cordis, triſtitia verò cum conſtrictione, in quo ſenſu loquitur Ariſt. 9. Ethicorum, ſic etiam non poſſunt eſſe ſimul, alio modo poſſumus loqui de gaudio, & triſtitia ſecundum, quod conſiſtunt in ſimplici actu voluntatis, cui aliquid placet, vel diſplicet, & ſecundum hoc non, poſſunt habere contrarietatem niſi ex parte obiecti, puta cum ſunt de eodem ſecundum idem, & ſic non poſſunt eſſe ſimul gaudium, & triſtitia, ratio eſt, quia non poteſt ſimul idem placere, & diſplicere, ſi verò gaudium, & triſtitia ſic accepta non ſunt de eodem ſecundum idem, ſed vel de diuerſis, vel de eodem ſecundum diuerſa, ſic non eſt contrarietas gaudij, & triſtitiæ, vnde nihil probibet hominem ſimul gaudere, & triſtari, puta ſi videamus iuſtum affligi, ſimul placet nobis eius iuſtitia, & diſplicet eius afflictio, & hoc modo ſimul poteſt alicui diſplicere, quod peccauit, & placere, quod ei diſplicet, cum ſpe veniæ, ita quod ipſa triſtitia ſit materia gaudij, vnde D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pęnitentia cap. 13. in fine tomi 4. dicit, ſemper dolet pęnitẽs, & de dolore gaudet, ſi tamen triſtitia nullo modo compateretur ſibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis continuitas pęnitentiæ, ſed actualis tantum.

Aliquis de pęnitẽtia poteſt triſtari, & gaudere ratione diuerſorũ nõ tamen ratione eiuſdem.

Argumẽtum tertium.

Vltimum argumentum format Lector dicendo, Apoſtolus 1. Cor. 2. dicit, Conſolamini, ſcilicet, pęnitentem, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui huiuſmodi eſt, ſed conſolatio depellit triſtitiam, quæ pertinet ad rationem pęnitentiæ, ergo pęnitentia non debet eſſe continua.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo, quod ſecundum Phyloſophum lib. 2. Ethicorum. Ad virtutem pertinet tenere medium. Triſtitia autem quæ in appetitu ſenſitiuo pęnitentis conſequitur ex diſplicentia voluntatis paſſio quædam eſt, vnde moderanda eſt, cum virtute, & eius ſuperfluitas eſt vitioſa, quia inducit in deſperationem, prout ibi ſignificat Apoſtolus dicendo, Ne maiori triſtitia abſorbeatur, qui huiuſmodi eſt, & ſic conſolatio de qua ibi Apoſtolus loquitur, eſt moderatiua triſtitiæ, non autem totaliter ablatiua nam ad hoc, quod pęnitentia ſit continua ſufficit, quod ſemper ſit cum triſtitia moderata, etiam quod non ſit cum triſtitia abundantiori, immo abundantior triſtitia tolleret continuitatem ſaluṡiferæ pęnitentiæ, & faceret ipſam vitioſam, vel ſaltem inlaudabilem. Nam per phyloſophum in 2. Ethicorum ad virtutem pertinet tenere medium, ipſe igitur dolor ſenſitiuus eſt triſtitia, quæ in appetitu ſenſitiuo pęnitentis conſequitur ex diſplicentia voluntatis de peccato, orare igitur ieiunare, & cętera ſatisfactiones prout propriè aſſumptæ non ſunt formaliter ille dolor, ſed larga quædam extenſiua locutione ſub ipſo comprehendi poſſunt, inquantum ſunt communiter effectus conſequentes ad illum dolorem, ſeu triſtitiam moderatam, & hoc modo extenſo loquebamur, & ſic volumus intelligi, quando ibi annumerabamus tales effectus in pęnitentia interiori, cum effectus virtualiter contineantur in cauſa ſua. Hæc ſint pro caſu. Nunc ad dubium.

Ad hoc, q pęnitentia ſit cõtinua ſatis eſt q ſit cũ medicinam moderata.

Dubium.

LEctor quærit in hoc dubio, vtrum ſacramentum pęnitentiæ debeat iterari, & pro vtraque parte ponit rationes, Primo pro parte affirmatiua ſic, Homo in actionibus ſuis debet ſequi Chriſtum pro poſſe, ſecundum dictum illud Domini. Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, ſed Dominus hanc miſericordiam ſuis diſcipulis imponit, vt ſæpius remittant fratribus

Partis affirmatiuæ probatio.

contra

contra ſe peccantibus prout habetur Matth. 18. vbi dicebat Petrus, Quoties peccabit in me frater meus,& dimittam ei? vſque ſepties? Reſpondit Ieſus, Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties,igitur etiam Deus ſepius per penitentiam veniam peccantibus præbet, præcipuè cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut,& nos dimittimus,&c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua ponit tale argumentum, Apoſtolus Hebræorum 6. dicit, impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt cæleſte donum,& participes ſunt Sancti Spiritus, & prolapſi ſunt, renouari rurſus ad penitentiam, ſed quicunque penituerunt ſunt illuminati, & acceperunt donum Spiritus Sancti,ergo quicunque peccat poſt penitentiam non poteſt iterato penitere.

Dubij terminatio, pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro ſolutione dubij præſentis tria facit,Primo manifeſtat errores aliquorum circa hanc veritatem,Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio reſpondet inſtantijs partis negatiuæ. Quo ad primum,inquit Doctor Sanctus,quod circa penitentiam quidam errauerunt dicentes, non poſſe homines per penitentiam Secūdo conſequi veniam peccatorum,& ſunt bipartiti huiuſmodi hæretici. Nouitiani namque poſt baptiſmum lapſis, omnino regreſſum per penitentiam occludebant, & dicebant poſt primam penitentiam,quæ agitur in baptiſmo,peccantem non poſſe per penitentiam iterato reſtitui. Alij hæretici fuerunt (prout dicit D.Auguſtinus de vera, & falſa penitentia cap. 5. tom.4.) qui poſt baptiſmum dicebant quidem eſſe vtilem penitentiam, non tamen pluries, ſed ſemel tantum, ex bino enim capite in hunc errorem inciderunt, Primo quidem ex eo,quod errabant circa rationem veræ penitentiæ, Cum enim ad veram penitentiam charitas requiratur, ſine qua non delentur peccata, credebāt autem,quod charitas ſemel habita non poſſet amitti, & per conſequēs penitentia ſi ſit vera, nunquam per peccatum tollatur,vt ſic ſit neceſſe eam iterari,tamen fundamentum illorum eſt falſum, prout oſtendit D.Thom.22. q.24.art.11. Nam licet charitas ex natura ſua perpetua ſit,tamen ex natura voluntatis in qua eſt, quæ ſecundum libertatem eſt vertibilis,poteſt amitti,atque adeo poſt veram penitē-tiam poteſt homo peccare, vt reconciliatione indigeat, Secundo verò errabant circa exiſtimationem grauitatis peccati, arbitrantes adeo eſſe grauem ingratitudinem poſt impetratam veniam relabi, vt relapſus ille non ſit remiſſibilis, in quo facto dupliciter errabāt,primo, quod licet relapſus ratione ingratitudinis ingraueſcat nihilominus poſt aliud peccatum, ante impetratam veniam fuiſſe grauius, quare ſi omnis primus lapſus remiſſibilis eſt,& relapſus quoque remitti poteſt, Secundo errabant aduerſus infinitam Dei miſericordiam,quæ omnem ſuperat errorem,& magnitudinem peccatorum, ſecundum illud Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam, vnde reprobatur verbum Cain dicentis Geneſ.4. Maior eſt iniquitas mea,quam, vt veniam merear. Miſericordiæ,ergo Dei,in remittendis culpis (impietas eſt) terminū præſcribere, iuxta illud Paralipomenon vltimo, immenſa, & inueſtigabilis eſt miſericordia promiſſionis tuæ, ſuper malitiam hominum.

Excluduntur hæreſes circa iterabilitatē ſacramēti penitentiæ in ordine ad relapſos.

Author huius peſtilentiſſimè hæreſis, quod lapſis nō detur locus penitentiæ,fuit Hæreſiarca ille vetuſtiſſimus Montanus,& poſtea illam dilatauit Nouatius Romanus Presbyter, vt refert Euſebius lib.6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap.34. deinde ſequuti ſunt Cathari, vt lib. de hæreſibus cap.38. obſeruat D.Auguſtinus, & lib.2. tomi 1. hæreſis 59. Epiphanius, vnde iſti hæretici ſuperbiſſimum, & odioſiſſimum nomen ſibi arrogauerunt, vt propter munditiā, quia nunquam peccabant cathari, ideſt mondi dicerentur, licet eſſent immundiſſimi, & pleni peccatis, huiuſmodi error adeò fuit exoſus apud Sanctos Patres, vt ferrè omnes contra illum incitaret ad ſcribendum, Chryſoſt. Cyprianus, Hieronymus, Amb. Auguſtinus,&alij ſcripſerunt, prout teſtificatur Soto.4. d.14. q.1. art.10. Fuit error iſte condemnatus in Concilio Romano, & Concilio Niceno, cap.8. & eſt determinatio in Concil. Lateranenſi,vbi habetur,quod lapſus poſt ſuſceptionem baptiſmi per penitentiam poteſt ſemper reparari, & in Concilio Florentino, in decreto ſuper vnionem Armenorum, ſacramēta tria baptiſmus,cōfirmatio,& ordo characterem imprimunt, vnde in eadem perſona non reitirantur. Reliqua verò quattuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt, ex quibus apparet, quod ex characteris impreſſione, vel non impreſſione judicatur reitiratio, & in Concil. Drid. ſeſſione 13. Canone 9. Si quis negauerit omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus,cum ad annum diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis,ſaltem in Paſcate ad communicandum iuxta præceptum Sanctæ matris Eccleſiæ, anathema ſit, & Canone 11. Ne tantum ſacramentum indignè,atque ideo in mortem,& condemnationem ſumantur, Sancta Synodus ſtatuit atque declarat,illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam ſe contrictos exiſtiment (habita copia confeſſoris) neceſſario permittendam eſſe confeſſionem ſacramentalem, ſi quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, ex his ſimul iunctis, patet, quod non tantum poteſt, ſed etiam debet iterari penitentiæ ſacramentum, & quòd excommunicatus eſt dicens contrarium, licet multi temerarij hoc non aduertant. Hæc pro primo. Nunc ad ſecundum.

Nullus poteſt accedere ad ſanctiſſimū ſacramentū Eucharestiæ exiſtens in mortali ſine confeſſione habita copia confeſſoris.

Nota.

Concluſio, ergo eſt affirmatiua, ſcilicet, Manifeſtum eſt, quod penitentiæ ſacramentum eſt pluries iterabile. Concluſionem iſtam appertiſſimè probat ratio pro parte affirmatiua dubij adducta,

Manifeſtū eſt quod penitentiæ ſacramentū eſt pluries iterabile.

Secun-

Secundo probatur, Deus ſuauiter omnia diſponit, ergo pro qualitate illorum, quæ ad finem ſunt ordinata, Deus enim in hunc vnum finem, & homines, & Angelos condidit, vt eos bearet prout dicit Apoſtolus ad Tim. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, niſi per ipſos ſteterit, Quo circa vtrique dedit media perueniendi ad illum finem, cum ergo Angelus verè eſſet intellectualis, nullas (ſuaptè natura) vtens diſcurſu aut voluntatis variabilitate, primo ſtatim peccato obſtinatus eſt, Homini verò, quia natura rationalis eſt ac diſcurſiuus, ad vtrumque mutari poteſt, ideo illi Deus pęnitentiam remedium donauit, quo poſſe (mutata mente à malo) in bonum conuerti. Quare non ſolum ſacramentum baptiſmi ei contulit, quo ſublato peccato originali, in vitam ſpirituali regeneraretur, verum, & ſacramentum pęnitentiæ illi dedit, vt medicinam qua quoties infirmaretur ſanari poſſet, vnde ſicut in ſeculari vita corporis, generatio non eſt niſi vnà, ſanatio verò à frequentibus morbis multiplex, ſic & in vita ſpirituali baptiſmus natura ſua non iteratur, pęnitentia verò ſic toties quoties lethalis morbus expoſtulat, Secundo ſuadetur hæc veritas, nam, & fragilitas humani generis id exigit, admiſſa enim iuſtitia originali ſic manſit vulneratus homo, vt de facili decidere poſſet, quod videns Deus dixit Genes. 8. Nequaquam maledicam terræ propter homines, ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, non igitur percutiam omnem animam viuentem, &c. Naturalis enim pronitas ad malum frequentationem pęnitentiæ requirit, & Dauid in Pſal. 50 id in cauſam deprecandæ veniæ allegabat, quod fuiſſet conceptus in iniquitatibus, quare impulſus eum ſæpè proſternebat.

Tertio ex natura ipſa ſacramenti pęnitentiæ colligitur eius repetitio, qui enim negat poſt baptiſmum pęnitentiam omnino negat ſacramentum pęnitentiæ, nam illa, quæ ante baptiſmum fit non eſt ſacramentum, igitur ſi poſt baptiſmum ſemel lapſo pęnitentia non negatur, eadem ratione nec ſi ſeptuagies ſepties labatur, deneganda eſt pęnitentia, nam ingratitudo eadem eſt in omnibus, & licet in poſterioribus creſcat, tamen alia ratione priora poſſunt eſſe peiora, vt dictum eſt ſuperius.

Quarto, qui negat pęnitentiam toties iterandam quoties adeſt peccatum ius naturæ radicitus conuellit. Nam enim admonet, vt quoties homo deliquerit redire ſtudeat in viam, fides autem nos docet redire in viam neminem poſſe niſi per Dei auxilium in eius gratia reconcilietur, ſublata verò pęnitentia, cum nulla ſit reliqua ſpes veniæ, nemo reſipiſcere curraret, ſed in hac vita homo Diabolus fieret, quod, & confirmatur alia ratione. In hoc infernorum miſeria, ab hac miſeria noſtri ſæculi differt, quod quamdiu hic viuimus pacientia Dei, prout dicit Apoſtolus Rom. 2. ad pęnitentiam nos adducit, iterum atque iterum nobis parcendo, ſed eos impęnitentes, qui diuitias bonitatis eius, & patientiæ longanimitatis contemnunt, confirmata ira in infernum obtrudit, vbi fructuoſæ pęnitentiæ omnis occluditur via, eandem catholicam veritatem Deus impreſſit in mentibus noſtris Ezechielis 13. vbi ait ſi impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, vita viuet, & non morietur. Non enim dicit Deus ſi hic, vel ille impius, vel ſemel aut bis, in ſignum, quod Deus paratus eſt ſemper recipere peccatorem ad pęnitentiam, & ſubdit Deus, nunquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit Dominus, & non, vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat? Hoc autem iuramento confirmauit Deus cap. 33. dicendo, viuo ego dicit Dominus. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius, à via ſua, & viuat, illo enim iureiurando ſpem pęnitentiæ altiſſimè corroborat, ſi autem lapſis, prout dicunt hæretici, non daretur locus pęnitentię certè falſum eſſet iuramentum Dei dicentis nolle mortem illorum, quem errorem ipſemet Deus manifeſtat dicendo peccatoribus. Conuertimini, conuertimini à vijs veſtris peſſimis, ideſt relinquite iniquitates veſtras peſſimas, vnde ſubiungit, impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua, in quacunque inquit die (licet millies id fecerit) & Hier. 18. Sine aliquo preſcripto termino ſi pęnitentiam inquit egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus illam, agam, & ego pęnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei, Ad hęc tandem quemadmodum nobis baptiſmus eſt quo originale remittitur. Hebręis erat fides per circumciſionem applicata, ſed poſt illam primam iuſtificationem. Deus relapſo ad pęnitentiam, vt viſum eſt acceptabat veniam illis polliciendo, ergo baptizatis nobis per pęnitentię ſacramentum conceditur reconciliatio.

Doctrina per conuerſione peccatoris a concionatoribus obſeruanda, & prędicanda.

Sunt, & rei huius exempla quam plura, Deus, vt legitur 4. Geneſ. Caim inuitauit ad pęnitentiam fratricidij, quod poſt remiſſionem originalis commiſerat; & in noua lege Petrus, qui vt ait D. Auguſtinus baptizatus tunc erat poſt trinam negationem Chriſti, pęnitentiam egit de peccato ſuo, & 1. Cor. 5. Paulus fornicarium baptizatum Satanę traddidit, vt pęnitentiam ageret, de quo ait Epiſtola 2. cap. 2 ego, quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti donaui, concedunt Nouitiani, Sacerdotes (vt ait D. Amb.) ſuper baptizatos ſemper habere poteſtatem ligandi, ergo cum Deus, qui ad miſerandum promptior eſt, quam ad vlciſcendum ſimul commiſerit, Quodcunque ligaueris, erit ligatum, & quodcunque ſolueris erit ſolutum, vnde ſi ſacerdotes habent poteſtates (ſuper his) ligandi, ergo, & ſoluendi, quæ authoritas per ſacramentum pęnitentię exercetur. Accedit, & parabola de filio Prodigo. Luc. 15. qui peregre proficiſcens, totam paternam ſubſtantiam diſsipauerat, & tamē conuerſus ad cor, reuerſuſque ad Patrem, patentiſſimis eius viſceribus ſuſceptus eſt, cum magno gaudio ad pęnitentiam.

Nouitianorū ignorātia oſtēditur.

Super hęc omnia eſt locus illę Matth. 12. vbi ait Chriſtus Dominus, Omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus ſpiritus autem

bla-

blaſphemia non remittetur, quid autem ſit ſpiritus blaſphemiæ, ſtatim manifeſtat dicens, Quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur, omne ergo peccatum quotieſcunque committatur remitti poteſt, præter peccatum in Spiritum Sanctum, quod inter alia ſignificata, eſt deſperatio, quam iſti negantes pœnitentiam hominibus perſuadere contendunt.

D. Hieronymus in prima Canonica Ioannis. cap. 2. rem clarius explicat aduerſus Iouinianum, quod refertur de pœnitentia diſtinct. 2. Can. ſi enim Filioli (inquit) mei ſi ſcribo vobis, vt non peccatis, ſed ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum, & ipſe pro peccatis noſtris propitiatio, non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi. Multi ſunt alij Canones de pœnitentia diſtinct. 3. vt regula colligenda eſt, quod nunquam ex parte Dei eſt, vt quicunque peccator non valeat reconciliari cum ipſo. Nemini enim Deus auxilium ſpeciale negat, quod ad reconciliationem ſufficit, iuxta illud Apoc. 3. Ego quos amo corrigo, & caſtigo Aemulare, ergo & pœnitentiam age, ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & apperuerit mihi ianuam, cœnabo cum illo, & ipſe mecum, ex quo colligitur, dictum illud Oſeæ 2. perditio tua ex te Iſdrael, ideſt tu es cauſa illius, ex me autem auxilium tuum.

Ex parte Dei quilibet peccator poteſt recõciliari cũ Deo, ſi hoc non ſit peccator eſt in culpa.

Hoc autem pro complemento ſecundi puncti (memoriæ tamen ſummopere mandandum eſt) quod cum ſacramentum pœnitentiæ dedit nobis Deus, vt liberetemur à peccatis, nos autem illo abutimur. Nam tam certa ſpes veniæ ſecuriores nos reddit, vt in peccatorum ſpurcitijs diutius reſoluamur. Caue Chriſtiane, & memento, quod ſero pœnitentes incertũ exitum habent, & vt in pluribus pereunt. Nunc ad inſtantias partis negatiuæ pergamus.

Malitia hominis abutitur miſericordia Dei circa ſacramentũ pęnitẽtiæ in ſui ruina.

Inſtantiarum ſolutio.

Theologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod concluſio non ſequitur ex præmiſſis, quia procedit ex premiſſis malè intellectis. Nam apud Iudæos erat ſecundum legem quædam lauachra inſtituta in quibus Iudæi pluries ab immunditijs purgabantur, & credebant aliqui Iudæorum quod etiam per lauachrum baptiſmi aliquis pluries purificari poſſint, ad quod excludendum Apoſtolus ſcribit Hebræis dicendo, quod qui ſemel ſunt illuminati per baptiſmum impoſſibile eſt rurſum renouari ad pœnitentiam, ſcilicet, per baptiſmum, qui eſt lauacrum regenerationis, & renouationes Spiritus Sancti, vt dicitur ad Titum 3. & rationem aſſignat, ex hoc, quod per baptiſmum homo commoritur Chriſto, propterea ſubdit rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei. Ac ſi diceret, Baptizatos, qui poſtea in peccato lapſi ſunt, impoſſibile eſt renouari ad pęnitentiam, ideſt tales per pœnitentiam, etiam ſi haberent quantumlibet magnum dolorem de peccato ſuo, non poſſunt iterum baptizari. Conſtat enim, quod Apoſtolus ſcribebat ad Hebræos, qui noſtro baptiſmo quantum ad rei rationem exiſtimabant idem, quod de ſuis lauachris, & illos ab illa opinione per illam ſententiam, vult reuocare, vt in poſterum, ne quis poſtquam baptizatus eſt (vbi fidei lumine illuminatur) exiſtimat ſi decidat poſſe renouari in nouam vitam, reſumendum iterum baptiſmum, qui eſt lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, ſed quia ante baptiſmum requiritur nonnulla pœnitentia, dixit, iterum renouari ad pœnitentiam, & quia per baptiſmum, vt ait Apoſtolus Rom. 6. commorimur & conſepelimur Chriſto, quaſi cum ipſo crucifixi, vel ipſum nobis crucifigentes, propterea ſubdit rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, quod autem huiuſmodi relapſi non ſint remedio deſtituti, oſtendit Apoſtolus ſubdens, confidimus autem de vobis dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti, tamen ſi & ita loquimur. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, &c. Hoc eſt ſi vos meditamini per pœnitentiam ſalutem recuperare, iuſtus eſt Deus, qui vos ſuſcipit.

Inſtans. ſolutio.

Licet baptiſmus non ſit iterabilis, pœnitentiæ ſacramentum iterabile.

Argumentator non contentatur hac reſponſione, contra eam de nouo inſtat dicendo, D. Amb. lib. 2. de pęnitentia. c. 10. poſt medium. tomi 2. dicit, reperiuntur, qui ſæpius agendo pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Chriſto. Nam ſi veram pœnitentiam agerent iterandam poſtea non putarent, quia ſicut vnus eſt baptiſmus, vna eſt pœnitentia, ſed baptiſmus non reiteratur, ergo nec pœnitentia.

Inſtantia 2.

Theologus per diſtinctionem ſoluit inſtantiam hanc dicendo, quod duplex eſt pœnitentia ſolemnis, & priuata. D. Amb. loquitur ibi de pœnitentia ſolemni, nos de priuata, ſcilicet, de pœnitentia, quæ eſt ſacramentum, iſta eſt iterabilis, illa autem non.

Inſtant. ſolutio.

Contra hanc reſponſionem inquit Argumentator. Miracula quibus Dominus infirmitates corporales ſanauit, ſignificãt ſanationes ſpiritualium infirmitatum, quibus, ſcilicet, homines liberantur à peccatis, ſed non legitur, quod Dominus aliquem cęcum bis illuminaſſet, vel aliquem leproſum bis mundaſſet, aut aliquem mortuum bis ſuſcitaſſet. ergo videtur, quod neque alicui peccatori bis per pęnitentiam venia eſt largienda, vel eadem peccata ſunt bis condonanda.

Inſtantia 3.

Ex doctrina D. Auguſtini lib. de vera, & falſa pœnitentia. c. 5. tom. 4. reſpondet Theologus dicendo, quod licet bis non ſanauerit eundẽ ab eadem infirmitate Dominus, tamen ſanauit multos, & varios infirmos, & multos debiles confortauit in diuerſis, oſtendit eidem ſæpè peccata dimitti, vt qui prius ſanauit leproſum, alio tempore illumi net cæcum, ideo enim tot ſanauit cæcos, aridos, infirmos ne deſperaret de ſe peccator, ſed ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanaſſe ſicut nec legitur, vt bis remiſiſſe peccata eidem perſonę vt quilibet timeat iungi peccato. Medicum tamen ſe vocat non ſanis, ſed male habentibus, ſed qualis eſſet medicus iſte, ſi neſciret, vel non poſſet ſanare malum iteratum. Medicorum eſt ſentiens infirmum ſentiens curare, ergo multo magis hoc facere ſcit

Inſtant. ſolutio.

Neceſſe eſt pęnitere de eodẽ peccato pluries. ſi pluries in illo homo cadit.

poteſt, & vult medicus Chriſtus cū peccatoribus.

Inſtantia 4.

D. Gregorius in homilia 34. Quadrageſimæ penitentia eſt ante acta peccata deflere, & flenda iterum non committere, & D. Iſidorus de ſummo bono lib. 2. cap. 16. Irriſor eſt, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet, ſi ergo aliquis verè peniteat, non iterum peccabit, ergo non poteſt eſſe, quod penitentia iteretur, inquit Argumentator hic.

Inſtant. ſolutio.

Penitens ſi dum actu peniteat peccat, eſt deriſor, ſi tamen poſtea peccat penitere dēt.

Reſpondet Theologus dicendo, quod penitentia eſt ante acta flere, & tunc dum flet, neque actu peccare, neque propoſitum habere peccandi, ille enim eſſet irriſor, & non penitens, qui dum actu conteritur id agit, quod penitet, aut ſe facturum proponit, quod geſſit, vel peccatum aliud, quod autem poſtquam eum penituit relabatur, non excludit quin penitentia præterita fuerit vera, veritas enim prioris actus non excluditur per ſubſequentem contrarium. At licet hoc verum ſit, tamen illi Sancti Patres intendebant docere genus quoddam irriſionis eſſe quotidiè penitere, quotidiè ad vomitum reuerti, frequens enim relapſus indicium eſt (licet non omnino euidens) propoſitum non fuiſſe firmum.

Inſtantia 5.

De nouo contra ſupradicta inſtat Argumentator dicendo, ſicut baptiſmus habet efficatiam à paſſione Chriſti, ita penitentia, ſed baptiſmus, quia vnica fuit mors Chriſti, & paſſio, non iteratur, ergo neque penitentia erit iterabilis.

Inſtant. ſolutio.

Sacramētum baptiſmi eſt ireiterabile, ſacramentū penitentiæ reiterabile eſt.

Theologus negat conſequentiam, & ratio negationis eſt, propter diſcrimen. Nam baptiſmus habet virtutem à paſſione Chriſti ſicut quædam ſpiritualis regeneratio, quia per illum cōmoritur Chriſto, vnde ſicut ſtatutum eſt hominibus, ita, & ſimul regenerari per baptiſmum vult Deum ſemel mori, ita ſemel naſci, penitentia verò habet virtutem à paſſione Chriſti, tanquā ſpiritualis medicatio, quæ iterari poteſt pro neceſſitate infirmitatis, ſimilitudo igitur in argumento tenet in hoc, quia ambo iſta ſacramenta ex paſſione Chriſti procedunt, differunt tamen, quia baptiſmus ſe habet per modum generationis, quod ſemel fit, & penitentia per modum medicinæ, quæ ſumitur pro occaſione infirmitatis variæ.

Inſtantia 6.

Contra hoc inſtat de nouo Argumentator dicendo, Facilitas ueniæ incentiuum præbet delinquendi, ſi ergo Deus ueniam frequenter præbet per penitētiam, ipſum incentiuū præbet peccādi.

Inſtant. ſolutio.

Reſpondit Theologus dicendo, quod Deus non præbet incentiuum peccandi, ſed nos per noſtram malitiam ex miſericordia Dei, quæ vt ait Apoſtolus ad penitentiam nos adducit, anſam accipimus liberius peccandi, atque theſaurizandi iram in die iræ, vnde Auguſtinus in lib. de penitentia dicit, conſtat Deo multum diſplicere peccata, qui tamen ſemper præſto eſt ea deſtruere, ne ſoluatur quod creauit, nec corrumpatur, quod amauit, videlicet per deſperationem, His ſtantibus formaliter reſpondetur ad argumentum dicendo, quod quādo D. Amb. dicit Facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi, ſcilicet, ſi iniuſtè iudex præbet veniam, quando non debet videlicet, ſic enim ſe intelligere declarat Amb. in lib. de officijs, ex circunſtantia literæ, quæ recitatur in decretis 23. q. 4. cap. eſt iniuſta. Nam poſt multa contra iniuſtitiam veniæ conceſſionem, dicta, ibi ſubiungit, non eſt, etiam cum vni indulget indigno, ad prolaptionis contagium prouocet vniuerſos? Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi, ex hoc enim non ſequitur aliquid contra concluſionem noſtram, nam facilitas illius, qui dat veniam in ſacramento penitentiæ, faciens nos de indignis (ſua magna miſericordia) dignos non poteſt eſſe iniuſta, prout habetur. p. 2. q. 21. art. 44. ad primum, talis enim eſt Deus, ex litera. D. Thom. hic dicentis. Conſtat Deo multum diſplicere peccata, qui ſemper præſto eſt ea deſtruere, in quo cadere nullam, vel minimam iniuſtitiam omnino eſt impoſſibile. Nam cum ipſemet ſit ſua iuſtitia, quicquid enim eſt in Deo, eſt Deus. p. p. q. 3. art. 4. & q. 4. art. 2. Deus poſſet non eſſe Deus, ſi poſſet non eſſe iuſtus, Deus enim non poteſt negare ſe ipſum, dicit Apoſtolus. 2. Tim. 2. & conſequenter cum in ipſo ſit iuſtitia, prout habetur. p. p. q. 21. art. 1. non poteſt negare ſuam iuſtitiam, id eſt non poteſt facere, quod miſericordia ſua ſit iniuſta, vel minimè iuſta. p. p. q. 21. art. 3. Angelicus Doctor, vult dicere formaliter ad argumentum, quod illa D. Amb. authoritas adducta eſt hic extra propoſitum, & conſequenter, quod argumentum, nihil omnino concludit, huiuſmodi verò formalis reſpōſionis ipſe tetigit radicem (more grauiſſimorum doctorum qualis eſt D. Thom.) quod, ſcilicet, dans veniam faciliter peccatoribus in penitentiæ ſacramento eſt Deus, Faciliter inquam, immo facillimè, quandoque ad deſtruendum peccatum in ipſis, non ſolum eſt præſto, ſed etiam ſemper eſt præſto, nec tamen iſta facilitas præbet (quantum eſt de ſe) incentiuum delinquendi. Quare? quia non eſt iniuſta & quare non eſt iniuſta? quia eſt Dei cuius vniuerſæ viæ miſericordia, & veritas, ecce miſericordia facilitas, & veritas, ecce iuſtitia, hac de cauſa D. Anſelmus dicebat Deo, cum punis malum iuſtum eſt, quia illorum meritis conuenit, cum uerò parcis malis, iuſtum eſt, quia bonitati tuæ condecens eſt, dictum autem illud D. Amb. quod facilitas ueniæ incentiuum eſt delinquendi, ly incentiuum præbet, quantum eſt de ſe, ſi facilitas illa ueniæ eſt iniuſta, unum ſiquidem peccatum trahit ad aliud, ſecundum dictum Gregorii, & uno inconuenienti dato multa ſequuntur, inquantum pendent ex cauſa inconuenientis, & ideo facilitas ueniæ iniuſtè præbet quantum ex ſe pendet incentiuum delinquendi, non ſolum ei, cui datur talis uenia, ſed etiam alijs omnibus hoc ſcientibus. Hinc ergo cum facilitas ueniæ exiſtens in Deo non ſit iniuſta, patet etiam, quod quantum ſit de ſe non præbet incentiuum peccandi, neque ei cui uenia datur, neque alicui alio. Dixi quantum ſit de ſe, quia quantum ſit ex parte ingratorum, uenia tali abutentium, aliter dicendum eſt, uidelicet, quod ipſi ingrati uidentes Deum pronum ad miſericordiam, inde accipiunt occaſionem plures, & magis peccandi, ſed ex hoc illorum abuſu ullo modo redditur iniuſta,

nec

Facilitas veniæ incētiuū eſt delinquendi, quando eſt iniuſta, nō autem, quando eſt iuſta, vt in ſacramēto penitentiæ.

Facilitas veniæ iniuſta, quantū ſit ex ſe præbet incentiuū delinquendi, quia vnū peccatū trahit ad aliud.

nec minus commendabilis prædicta Dei facilitas ad ueniam. Alioquin nec bene feciſſet Deus dando legem ueterem Iudæis, quoniam occaſione inde accepta Iudæi excuſarentur à peccato (ut dicitur ibi) tanquam uitentes in uetitum, & ſibi negata per legem cupientes, hoc autem eſt falſiſſimum, quoniam lex eſt Sancta, iuſta, & bona prout affirmat Apoſtolus Rom 7. ſimiliter non benè feciſſet Chriſtus, prædicando ſuam Sanctam doctrinam Iudæis, eorumque uitia arguendo, quoniam occaſionem inde Iudæi acceperunt, & turbationis propriæ, & malignandi contra Chriſtum, immo crucifigendi illum. Item incarnatio Chriſti fuit bona, & Sancta, & ſummè conueniens, tamen ex ea Arius ſumpſit occaſionem ſuæ hæreſis, dicendo, quod Chriſtus etiam, ut Deus eſt minor Patre, ſimiliter, & ſcripturę canonicę omnes bonę ſunt, à Spiritu Sancto dictatę, prout habetur ſecunda Petri primo, ac multipliciter ſunt utiles 2.Tim.3. licet occaſionem inde accipiant indocti, & inſtabiles deprauandi eas, 2. Petri 3. ideſt diſſeminãdi ſuos errores, & hęreſes ſub pręteſtu illarum ſcripturarum ſuis falcis expoſitionibus (immo, ut uerius dicam) extorſionibus deprauatarum. Non enim mentitus eſt ille, qui dixit Machabęorum 3. quod, & de libris legis Dei ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum. Id quod faciunt hominiculi prędicti, quando ſtudio grandi pretendunt trahere ſcripturam diuinam ad exprimendam ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum, ideſt phantaſmatum ſuorum hoc eſt, ad dicendum illud, quod ipſi in ſuis phantaſijs fantaſiati ante fuerunt, ſicut igitur abuſus iſtorum hominum, uel ex ſacris literis, uel ex Sancta incarnatione Chriſti, uel ex eiuſdem ſalutiffera prędicatione, uel ex bona lege ueteri, occaſionaliter acceptus, non reddunt hęc uel minos ſacra, aut Sancta, aut ſalutifera, aut bona, ita nec abuſus ille hominum ex facilitate uenię à Deo pendentis, reddit ipſam facilitatem minus iuſtum, quin etiam ſicut ex abuſu illo pręuiſo redditur nobis plus commendabilis Deus, eo quod uoluit uinci à malo illo, negando hominibus pręmiſſa, ſed uicit in bono malum, dando, ſcilicet, ipſis illa bona. Ita ex abuſu pręuiſo iſtum redditur nobis Deus magis laudabilis, eo quod non uictus eſt à malo iſto, negando, ſcilicet, peccatoribus ueniam, ſed uincit in bono malum, donando illis ſuam gratiam poſt remiſſam culpam. Hęc ſint pro dubio iſto pro caſu, & pro complemento diſputationis pręſentis.

Commendatur Deus, & Chriſtus filius eius in ordine ad facilitatẽ tribuendæ veniam peccatoribus.

DISPVTATIO TERTIA

in littera P.

De ſacramento pœnitentiæ ſecundum, quod eſt virtus.

IN hac diſputatione proponuntur tres caſus diſcutiendi cum ſuis dubijs anexis. In primo caſu quærit Lector, utrum pęnitentia ſit uirtus. Dubium. An ſit uirtus ſpecialis. In ſecundo caſu inueſtigat, ſub qua ſpecie uirtutis contineatur pęnitentia ipſa. Dubium quærit, quale ſit ſubiectum huius uirtutis. In tertio caſu diſputat de cauſa iſtius uirtutis pęnitentiæ. Dubium tractat de ordine eius ad alias uirtutes.

Caſus primus.

IN primo caſu quærit Lector, utrum pęnitentia ſit uirtus, & ſequens ueſtigia aliorum diſputantium format argumenta pro utraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic, Præcepta legis dantur de actibus uirtutum, cum intentio legiſlatoris tertij, facere ciues uirtuoſos, prout habetur 2. Ethicorum c.1. à medio tomi.5. ſed præceptum diuinæ legis eſt de pęnitentia, ſecundum illud Matth.4. Pęnitentiam agite, &c. ergo pęnitentia eſt uirtus.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, pęnitentia eſt unum de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, ſcilicet, quartum, ut oſtenſum eſt ſupra, ſed nullum aliud ſacramentum eſt uirtus, ergo neque pęnitentia,

Partis negatiuæ probatio.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hũc caſum tria facit, Primo ponit aliqua pro fundamento doctrinæ ſeu pro faciliori intelligentia illius, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, Quo ad primum. Iutherani dicunt, quod peccatorum dolores non eſſe virtutis officia, ſed actiones vituperabiles, & Lutherus dicit, quod dolor de peccatis hominum facit hominem hypochritam, & magis peccantem, vnde Lutherus, & lutherani inferunt pœnitentiam non eſſe virtutem, ſed vitium, contra hos hæreticos pro fundamento doctrinæ prænoſſe oportet, quid nomine pœnitentiæ intelligamus, quinque pro huius nominis intelligentia conſideramus, primum in quo eius ſubſtantia, & definitio conſiſtat, & hæc eſt deteſtatio, & odium, & abominatio commiſſi peccati, cum firmo propoſito emendandi vitam, ſpe veniæ diuinitus obtinendæ. Hæc namque pro pœnitentiæ virtutis diffinitione habenda eſt, Secundo ex huiuſmodi deteſtatione ſubſequitur paſſio triſtitiæ, quæ licet non ſit de eſſentia virtutis, concomitatur tamen naturaliter eandem deteſtationem, vnde D. Auguſtinus de vera, & falſa pœnitentia, & Latini omnes dicunt, pœnitere eſt pœnam tenere, prout habetur de pœnitentia diſtinct.3. Can. Pœnitentia 2. Tertio ſubſequuntur opera ſatisfactionis quibus ſe homo caſtigat, licet homo vulgaris, hæc vocat pœnitentiam, huiuſmodi tamen opera verius ſunt fructus pœnitentiæ, iuxta verbum Ioannis Matth 3. Agite fructus dignos pœnitentiæ, Quarto ex actibus illius virtutis generatur habitus, Nam vt 2. Ethicorum author eſt Phyloſophus, actus generant habitus

Oſtẽditur q̃d intelligatur ꝑ hoc nomen pęnitentiæ, & declaratur, q̃ nã ſequũtur ex illa.

ſibi ſimiles, Quintum eſt finis effectuſque ſupremus pœnitentiæ, nempè reconciliatio amicitiæ Dei, ſuperinde acceptatio ad vitam æternam primum enim, ſcilicet, deteſtatio peccatorum, quæ ſubſtantia pœnitentiæ eſt, & contritio dicitur, inquit D.Thom. eſſe virtutem ſeu actum virtutis. Alexander autem art.4. quæſt 54. q.1. membro primo, & D.Bonauentura in quarto. diſtinct.14. quæſt.1. dicunt falſum eſſe pœnitentiam non eſſe virtutem, ſed actum virtutis, & ſuadunt hoc dicendo, quod virtus eſt circa difficile, & difficile eſt pœnitere, & habitum virtutis exigere ergo eſt dicendum, quod pœnitentia ſit virtus. D.Thom. non negat pœnitentiam eſſe virtutem, ſed quoniam pœnitere non habitum, ſed actum dicit, propterea non affirmat, neque negat eſſe virtutem, ſed dicit non habitum, ſed actum virtutis eſſe, hoc tamen habitur in dubio ſequēti. Hæc ſint pro fundamento doctrinæ, & pro primo puncto. Nunc accedamus ad concluſiones.

Pęnitentia ſecundū, quod eſt triſtitia appetitus ſenſitiui, vt ſic pręciſe nō eſt virtus, ſed paſſio

Concluſio prima, Pœnitentia ſecundum, quod eſt triſtitia appetitus ſenſitiui, vt ſic præciſè non eſt virtus, ſed paſſio. Declaratur concluſio, & poſtea probatur. Declaratur ſic, dictum eſt in primo dubio diſputationis præcedentis, quod dolor, vel triſtitia dupliciter ſumitur, Primo ſecundum, quod eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui, & prout exiſtit in voluntate, & quod primo modo ſumpta non eſt virtus, ſed paſſio, Secundo, quod eſt virtus, & probat intentum quo ad vtramque partem, ſed primo prout deſeruit poſitæ concluſioni, pœnitentia præciſè ſumpta prout eſt paſſio, non eſt habitus electiuus ſecundum rationem rectam, ergo non eſt virtus. Conſequentia eſt clara Antecedens probatur, pœnitentia ſic ſumpta, non fit cum electione recta, cum ſenſus, vt ſic, non pertingat ad rationem, ideſt ad faciendum officium rationis, ſed virtus eſt habitus electiuus ſecundum rationem rectam, propterea neceſſe eſt, vt ſit actus virtutis, prout habetur 2. Ethicorum cap.2. & 6. tom.5. vbi dicitur, quod virtus eſt habitus electiuus ſecundum rationem rectam, pertinet autem ad rationem rectam, quod aliquis doleat de quo dolendum eſt, & eo modo, & fine quo dolendum eſt, quod reperiri non poteſt in pœnitentia ſecundum, quod eſt triſtitia appetitus ſenſitiui præciſè.

Pęnitentia ſecundū, quod eſt triſtitia de peccato cōſiſtens in volūtate, intēdente remouere illud, eſt virtus vel actus virtutis.

Concluſio ſecunda, Pœnitentia ſecundū, quod eſt triſtitia de peccato conſiſtens in voluntate intendente remouere illud, eſt virtus, & actus virtutis. Probatur concluſio iſta. Nam pœnitentia taliter ſumpta fit cum electione (vt patet) ſecundum rationem rectam, cum dolore de quo dolendum eſt, prout oſtendit Ariſt. 2. Ethicorum cap. 2. & 6. tom 5. vbi dicitur, quod virtus eſt habitus electiuus ſecundum rationem rectam, vt aliquis doleat de quo dolendum eſt, & eo modo, & fine quo dolendum eſt, hoc autem ſeruatur in pœnitentia ſacramentali, nam pœnitens aſſumit moderatum dolorem de peccatis præteritis, cum intentione remouendi ea, ex quibus infert Doctor Sanctus, vnde manifeſtum eſt, quod pœnitentia de qua nunc loquimur, vel eſt virtus, vel actus virtutis. Concluſio iſta confirmatur ratione pro parte affirmatiua adducta, & authoritate Concilij Trident. ſeſſione 6. cap.6. Diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odiū aliquod, & deteſtationem, hoc eſt per eam pœnitentiam quam ante baptiſmum agi oportet, de hac diſpoſitione ſcriptum eſt, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, denique præparate corda veſtra Domino, ſed Domino præparatur cor medijs virtutibus, ſeu virtutum actibus, vnde ad hoc deſignandum D. Auguſtinus in ſermone dedicationis Eccleſiæ dicit. Habitaculum cordis veſtri, euacuetur vitijs, & virtutibus repleatur, claudatur Diabolo, & aperiatur Chriſto, & in eodem Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.1. pœnitentia vniuerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tempore ad gratiam, & iuſtitiam aſſequendam neceſſaria illis etiam, qui baptiſmi ſacramento ablui petiuiſſent, vt peruerſitatem reiectam, & eliminatam, tantam Dei offenſam cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtaretur, vnde propheta ait. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas, ex quibus patet, quod concilium pœnitentiam dicit eſſe virtutem, dum dicit ipſam eſſe peccati odium, animique pium dolorem deteſtantem offenſam Dei, atque facientem, quod iniquitas non ſit nobis in ruinam, vniuerſa enim hæc, quæ ſunt quædam deſcriptio pœnitentiæ important electionem quandam, & actionem, ſecundum rectam rationem, vt patet conſideranti, & hoc eſt virtus ſeu actus virtutis, prout habitum eſt ex litera D.Thom. tertio probatur concluſio iſta naturali ratione, actus virtutis eſt ille per Ariſtotelem, qui electiuus eſt in mediocritate, inter duo extrema conſiſtens prout ſapiens determinauerit ille, ſcilicet, qui de bono eſt obiecto, debitis circunſtantijs veſtitus, obiectum autem legitimum voluntatis, ſicut reſpectu amoris eſt bonum, ita, & reſpectu odij eſt malum, vnde ſicut bonum, quando, & vbi oportet amare bonum eſt, ita, & malum, quando & vbi oportet odiſſe (quod fit per actum pœnitentiæ) eſt bonum, & virtus. Contingit quandoque de peccatis gaudere prout dicit, Sapiens, Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, nōnumquā, vſque ad deſperationem ducit pœnitere, prout habetur de Cain, qui aiebat, Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear, & Iudas (pęnitentia ductus) ſe ſuſpendit, dum ergo prudentia debitum finem, & modum pęnitentiæ præſcribit, vt, ſcilicet, ſpe veniæ cum moderamine pęniteat delictorum, actus ille erit virtutis officium, quo peccatum, non ſolum quatenus rationi diſſonum immo quatenus Dei offenſa repellitur ad placandum Deum.

Prouida enim natura, primū noſtrorum erratorum accuſatorem, nobis conſtituit conſcientiam noſtram, ex teſtimonio D.Pauli Rom.9. quo in loco dicit, teſtimonium reddente conſcientia veſtra, & probatur, de nouo, zelus ille quo quis pec-

cata

Digitized by Google

cata aliena exercetur, & officium iudicis quo in malefactorem exercet, uirtus eſt, multo, ergo magis actus ille erit uirtus quo quis ſua propria peccata abominatur, & ulciſcitur, ut conſequatur ſalutem iuxta dictum Apoſtoli. 1. Cor. 11. Si noſmetipſos dijndicaremus, non utique iudicaremur, itaque pœnitentia quatenus eſt deteſtatio peccati uirtus eſt naturalis, ſed quatenus eſt deteſtatio offenſæ Dei, ad eius reparandam amicitiam, eſt ſupranaturalis, quamquam, & in lege naturæ fuerit fides aliqua ſupranaturalis inconfuſo reuelata, quæ oſtendebat Deum eſſe in aliquibus ſacrificijs colendum, amonebat tamen humanis ſceleribus offendi, & adeo de eius offenſis dolendum, & pœnitendum, in Euangelio autem, quia fides eſt explicatior alia ratio pœnitentiæ cognoſcitur, & præcipuè, quia in lege naturæ non includebat uotum confeſſionis ſacramentalis, ſicut in lege Euangelica. Vlterius probatur intentum, uirtus prout dicit Ariſt eſt quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum reddit, per pœnitentiam homo ex iniuſto fit iuſtus apud Deum, & opera eius grata fiunt Deo, prout dicitur Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam uita uiuet, ergo eſt uirtus. Inſuper, dare operã, ut qui amicus erat, amicitiam amiſſam reficiat, eſt opus uirtutis, ergo multum excellentius in Deum conuerti, amicumque eius, & filium fieri, quod fit per pœnitentiam, in ſumma cum uirtus ſit bona qualitas (prout dicit D. Auguſtinus) mẽtis, qua rectè uiuitur, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur, ideſt ſine noſtro merito, & hæc omnia conueniunt pœnitentiæ, ergo pœnitentia eſt uirtus, & uirtus infuſa pront in dubio uidebimus.

Pęnitẽtia eſt virtus naturalis, et eſt virtus ſupranaturalis in ordine ad peccata eſt naturalis, in ordine ad Deum eſt ſupranaturalis.

Addit Magiſter Dominicus à Soto, tertiam conclusionem, ſcilicet, quod pœnitentia Euangelica non ſolum eſt de iure naturæ, prout abundanter oſtenſum eſt, ſed eſt de iure diuino, ac ſubinde de iure Eccleſiaſtico, & non ſolum eſt de Conſilio, ſed eſt neceſſaria, & de præcepto, & quod hoc uerum ſit habemus ex uerbis Domini, pœnitentia agite, uerba hæc oſtendunt neceſſitatem finis, nempè, quod abſque pœnitentia nemo poteſt in gratiam Dei reddire.

Pęnitẽtia eſt de iure naturæ, de iure diuino, et Eccleſiaſtico, et eſt neceſſaria ad obtinẽdã gratiã, et remiſſionem peccatorum.

Extant ſeptem diſtinctiones, inter decreta de pœnitentia, & inter decretales, titulo de pœnitentijs, & remiſſione, ubi innumeris teſtimonijs Eccleſia decernit pęnitentiam eſſe uirtutem, eãdemque eis, qui in mortali crimine tenentur neceſſariam, quapropter concluſio hæc non ſolum eſt uera, ſed catholica, fides eſt, cuius negatio eſt hæretica, prout oſtenſum eſt ſuperius. Hinc fit paſſionem moderatam triſtitiæ, quæ ex eadem deteſtatione naſcitur actum quodque eſſe uirtutis. Nam & ſi paſſio, ut hicait D. Thom. per ſe non dicat uirtutem, quia nec dicit electionem, tamen quando à recta ratione proficiſcitur, & eſt uirtus, unde Ariſt. laudat paſſiones, quę rationem ſequuntur, ut ergo naturale eſt de bono poſſeſſo gaudere, ita & de malo commiſſo triſtari, quare ſicut gaudium eſt in appetitu ſenſitiuo, ita & triſtitia, eſt enim triſtitia conſcientiæ carnifex, mala acta ulciſcens, & quia purus homo (niſi per ſingulare Dei priuilegium, ut B. V.) quantumcunque ſapiens inculpatè uiuere nequit, laudabile eſt, ſapientibus de peccatis, quæ omnium malorum peſſima ſunt triſtari, quod quidem fides noſtra docet. Cor contritum, & humiliatum, ait Dauid, Deus non deſpiciet, immo propheta ipſe lachrymis ſtratum ſuum per ſingulas noctes rigabat, & Ioel. 2. Conuertimini ad me, &c. In fletu, & planctu, & Niniuitæ Cilicio, & cinere ſuum errorem prodebant, & Baruch 2. Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudinem mali, & incedit curua, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat ſibi gloriam & iuſtitiam Domine, & Lucæ 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, & 2. Cor. 7. Gaudeo non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati eſtis ſecundum Deum, quę enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pęnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur, & ſubdit huiuſmodi triſtitia ſecũdum Deum, operari ſolicitudinem, atque defenſionem, indignationem, timorem, &c. ex his, ergo teſtimonijs D. Amb. & D. Gregorius, eliciuerunt diffinitionem dicendo, pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda, iterum non cõmittere, & D. Auguſtinus lib. de pœnitentia diſt. 3. Can. pœnitentia primo, & ſecundo, quod enim legitur Eccleſiaſt. 3. Triſtitia longè expelle à te, multos enim occidit, potiſſimum enim de quo hominibus triſtandum eſt, non eſt niſi de offenſa Dei, & de ea quoque cum rationis moderamine.

Triſtitia carnifex conſcientiæ, eſt male acta ulciſcẽs.

Pari modo tertio, quod eſt in pœnitentia, ſcilicet, opera ſatisfactoria officia ſunt uirtutis, nempè pœnitentiæ fructus, ut dictum eſt, unde habitus ex huiuſmodi actibus cauſatus ponitur in genere uirtutum. Nam habitus per actus cognoſcitur, Supremus autem finis, & effectus pœnitentiæ, non quidem uirtus eſt, ſed premium, uirtutem conſequens, nempè ſalus animæ, quæ eſt effectus proximus per gratiã, & uita æterna, quæ eſt ſummum premium per gloriam, & ex hoc habetur ſupremum argumentum, quod pœnitentia ſit uirtus, non quæcunque, ſed diuina, uirtus enim ſimpliciter eſt apud Deum, & apud ipſum poſitum eſt premium. Pollicetur enim Deus pœnitentibus Regnum Cœlorum, Matth. 3. Pęnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cœlorum, & Ezechielis 18. Si impius egerit pęnitentiam uita uiuet, & 33. cap. Viuo ego (inquit, Dicit Dominus Deus) nolo mortem peccatorum, ſed ut magis conuertatur, & uiuat, ſcilicet, uita perpetua, ſuper quibus uerbis Antiquiſſimus Tertullianus in lib. de pęnitentia dicit. Admodum exiſtimo de præcepto, diuina diſputare. Bonum eſt pęnitere an non? Quid reuoluis, Deus præcipit, neque præcipit tantum, ſed ortatur, inuitat, premiat ad ſalutem, iurans ait, Viuo ego, beatos quorũ cauſa Deus iurat, o miſerimos, ſi nec iuranti Domino credimus. Hæc pro ſecundo, reſtat, ut ſoluamus argumenta partis negatiuę.

Pęnitẽtia eſt virtus, non quæcũque uirtus, ſed virtus diuina.

Solutio Argumentorum.

Argumenti ſolutio.

THeologos ſatisfacit primo argomento dicendo, quod antecedens eſt verum, conſequentia tamen eſt falſa, materia aliorum ſacramentorum non ſunt actus ſuſcipientis, ſed illa, quæ à miniſtro applicãtur, vt patet in baptiſmo, & confirmatione. Materia autem ſacramenti pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis, actus vtiqoe virtuoſi, vnde pœoitentia non ſolum eſt ſacramentum, ſed etiã virtus, ex hac reſponſione colligere poſſumus diſcrimen pœnitentiæ, vt eſt virtus, & vt eſt ſacramentum, virtus enim eſt pars, & materia ſacramenti, vt contritio, confeſſio, & ſatisfactio pro quibus ſupponit nomen pœnitentiæ connotandum, ſacramentum ipſum pœnitentiæ, quod informatur forma abſolutionis, quæ non eſt virtus pœnitentis, ſed actio ſacerdotis, ob id non ait S. Thom. ſimpliciter, quod pœnitentia hoc eſt ſacramentum pœnitentiæ ſit virtus, ſed dicit, quod eſt virtus, vel cum virtute, quia virtus non dicit omnes partes ſacramenti, ſed materialem tantum.

Oſtenditur in quibus differt pęnitentia, vt virtus, & vt ſacramentum.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem Lector ſe opponit dicendo, Sequeretur ex hoc, quod actus pœnitentis, quatenus ſunt materia ſacramenti non pertinere ad virtutem ſacramenti pœnitentiæ, virtus enim pœnitentiæ, vt dictum eſt in iure naturæ fundatur, Confiteri autem ſacerdoti in autem, intentione obtinendi abſolutionem, atque ad eius arbitrium ſatisfacere, ius naturæ non præcipit, ſed diuino, ergo non pertinet ad virtutem pęnitentiæ,

Impugnationis ſolutio.

Opera virtutũ præcepta pertinent ad eandẽ virtutẽ ac ſi eſſent præcepta.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, opera virtutis, quæ ſunt bona, quia præcepta ad eandem virtutem pertinere, ac ſi eſſet pręcepta, quia bona, vt ieiunare in quadrageſima, quod eſt de iure poſitiuo, ad virtutem naturalem temperantiæ attinet, quia ius poſitiuum conſtituit illud in ea virtutis ſpecie, Pari modo, licet illi modi pœnitendi ſint de iure diuino, Nihilominus ad idem genus pœnitentiæ attinent quamquam ſit pęnitentia infuſa præter acqoiſitam (vt infra videbimus.)

Argumẽtum ſecundum.

Lector fortioat ſecundum argumentum ſic, per Phyloſophum 4. Ethicorum c. vltimo, to. 5. verecundia non eſt virtus, tum qnia eſt paſſio immutationem corporalem habens anexam, tum quia non ſit diſpoſitio perfecti, cum ſit de turpi facta, quod in viro ſtudioſo locum non habet, ſed pęnitentia ſimili modo eſt, quædam paſſio habens corporalem immutationem, vt plãtus, prout dictum eſt, ſecundum Gregorium, quia eſt præterita plangere, & eſt de turpibus factis, quæ ſtudioſo viro noo competunt, ergo pęnitentia non eſt virtus.

Argumenti ſoluno.

Per pęnitẽtia eſt homo ex vitioſo ſit virtuoſus gratus Deo.

Theologus ſoluit argumentum hoc dicendo, quod pęnitentia ſecũdum quod eſt paſſio non eſt virtus, quia vt ſic, habet corporalem tranſmotationem adiunctam, eſt tamen virtus ſecundum, quod habet (ex parte voluotatis electionem rectam) & quamuis ſit de turpibus factis, vt verecundia differt tamen ab illa, quia verecundia reſpicit turpefactum, vt præſens pro quo timet confundi homo, quæ quidem virum probum non decet, neque ad perfectionem attinet virtutis, pęnitentia verò eſt de præterito malo, & non repugnat perfectioni virtutis, vt eum peccatorum ſuorum pęniteat, quod antea commiſſerat, per hanc enim pęnitentiam homo ex vitioſo ſit virtuoſus.

Argumẽtum tertium.

De nouo inſurgit argumentator dicendo, Nullus ſecundum ea, quæ ad virtutem attinent ſtultus eſt, ſed ſapiens per Ariſt, 4. Ethic. ſed ſtultus videtor dolere de commiſſo præterito, quod non poteſt non eſſe, talis autem eſt pęnitentiæ dolor, ergo pęnitentia non eſt virtus.

Argumenti ſolutio.

Doleri de preterito ſtat dupliciter cũ prudentia, & ſine prudentia.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, quod dolere de præterito ſtat dupliciter, Primo cum intentione conandi ad hoc, vt non ſit factum, & hoc eſt ſtultum, Secundo cum intentione remouendi ipſius ſequelam, & hoc eſt prudens, & ſic eſt in propoſito, Nam pęnitens dolet de præterito non (vt non ſit factum) ſed cum intentione remouendi ipſius ſequelam, ſcilicet, offenſam Dei, & reatum pęnæ non, quod iſta non fuerint prius ſecuta, ſed ne iſta de cætero permaneãt non intentione non recidoandi.

Interrogatio.

Scrupulus quærit quis, vtrum illa deteſtatio peccati ſit abſoluta nolitio, ſcilicet, nollo peccaſſe, An ſolum nollem peccaſſe, quam ſcolaſtici, nolleitatem appellant pro vtraque parte eſt opinio.

Interrogationis reſponſio.

Pęnitẽtia ipſa eſt de ſiderare non peccaſſe ſi poſſibile etiam, & dolere de peccato cõmiſſo.

Dupliciter igitur reſpondetur, Primo iuxta opinionem aliorum, Secundo iuxta ſententiam propriam Thomiſtarum, prima reſponſio deſumpta ex nominalibus dicunt duplicem eſſe abſolutam nolitionem, vel volitio, alteram efficacem, quæ eſt ad operandum, alteram quæ dicitur ſimplex deſiderium, (hac diſtinctione ſtante) dicunt, quod peccator licet non poſſit habere priorem nolitionem, quia quod factum eſt, in factum eſſe nequit poteſt tamen habere alteram nolitionem, ſcilicet, deſiderium non peccaſſe, & hanc auuot requiri, vt generet dolor, & triſtitia peccati, Secunda reſponſio eſt, quod volitio, quæ cauſat dolorem, & triſtitiam præteriti peccati non eſt abſoluta, ſed conditionata, ideſt nollem peccaſſe, ſi eſſet poſſibile. Hæc enim ſola volitio eſt, quæ dicit deſiderium ſimplex, quam homo habere poteſt de impoſſibili ex Ariſt. 3. Ethic. cap. 2. Nam de impoſſibilitate abſoluta inqnit Ar. 4. de cęlo 33. quod ad impoſſibile nemo mouetur. Hæc ſufficiunt ad pariendum dolorem, & triſtitiam, quæ explicatur per verbum pęnitere, quod eſt de re facta pęnam tenere. His pro caſu terminatis, ponendum eſt dubium.

Nota

Pęnitere eſt de re facta pęnam tenere.

Dubium.

QVærit Lector in hoc dubio ſi pęoitentia eſt ſpiritualis virtus, & format rationes pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatina ſic, De pęnitentia datur præceptum ſpeciale, vt habitum eſt, in diſputatiooe præcedenti caſu, Tertio, & Quarto, ergo eſt dicendum, quod ſit ſpiritualis virtus probatur aotecedens, dicitur Matth. 4. pęniten-

Partis affirmatiuæ probatio.

nitentiam agite, ergo datur mandatum ſpeciale, ſed correſpondere ſolent mandata virtutibus, ita vt ad virtutes generales ſufficit dare mandata generalia, ad exercendum ſpirituales requiritur ſpeciale mandatum, probatur hoc Leuitici 5. dicitur Agat pœnitentiam pro peccato, & offerat agnum, ſiue capram, & ſimiliter per multa capita ibi imponitur ſpeciale, quid, quod pœnitentia diuerſorum ſpecialium peccatorum correſpondent.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua tale format rationem, eiuſdem rationis videtur eſſe gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis, ſed gaudium de bono prius facto, non eſt ſpecialis virtus, ſed quidam affectus laudabilis ex charitate proueniens prout habetur à D. Auguſtino 14. de ciuitate Dei cap. 7. ab idem tomi. 5. quod videtur dicere Apoſtolus Paulus 1. Cor. 13. quo in loco dicit, Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, ergo pari ratione nec pœnitentia, quæ eſt dolor de peccatis præteritis eſt ſpecialis virtus, ſed eſt quidam effectus ex charitate proueniens.

Dubij terminatio, pro parte affirmatiua.

Pœnitētia eſt ſpiritualis virtus licet non via regia, ſed ex trauerſo inter virtutes ponatur.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſoluit quæſitum, Secundo reſpondet obiectionibus partis negatiuæ. Concluſio igitur eſt, neceſſe eſt ponere, quod pœnitentia ſit ſpiritualis virtus, & probatur. Concluſio iſta non ſolum ratione adducta pro parte affirmatiua dubij, ſed etiam ratione D. Thom. inquit enim ſpecies habituum (prout habitum eſt, p. 2. q. 54. art. 1. ad 1. & à 2.) diſtinguuntur ſecundum ſpecies actuum, ergo vbi occurrit ſpecialis actus laudabilis ibi neceſſe eſt, ponere ſpecialem habitum virtutis, ſed in pœnitentia inuenitur ſpecialis ratio, actus laudabilis, ideſt operari, ſcilicet, ad deſtructionem peccati præteriti, inquantum eſt Dei offenſa (vt manifeſte patet) Hoc non pertinet ad rationem alterius virtutis, ergo neceſſe eſt dicere, quod pœnitentia ſit ſpiritualis virtus. Manifeſtatur ex his aliqua, quæ ex hac concluſione habentur, primum ex ſuperioribus colligendum eſt, quod pœnitentia non eſt via regia inter virtutum lineam ingreſſa, ſed ex trauerſo. Charitas enim Iuſtitia, & reliquæ virtutes, quia directè tendunt in bonum, quamuis nullum eſſet in mundo peccatum, ſunt per ſe ad rectè viuendum neceſſariæ quare, & in ſtatu naturæ integræ fuerunt in Adam, & multo excellentius in Chriſto, pœnitentia autem niſi homo peccaſſet non fuiſſet neceſſaria, quare non niſi occaſione de hominis peccato ſumpta, Deus, & nam fecerunt illam virtutem, Deus enim non creauit nos, vt pœniteremus, ſed illa ſinceritate ei iugiter ſeruiremus, vt nulla ægeremus pœnitentia. Noſtra peruerſitas à via virtutum leuauit, nec in illam ingredi poſſumus niſi per virtutem pœnitentiæ. Ad hoc enim videtur tendere verba Hieremiæ 2. Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum, Ecce dolor ſeu diſplicentia de peccato præterito, & Apoc. 2. Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, ecce intentio operandi ad deſtructionem peccati commiſſi. Hoc totum habetur Lucæ 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, quod clarius habetur in Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſuram, & Pſal. 36. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, ecce, quod manifeſtè concludendum eſt, pœnitentiam eſſe virtutem ſpecialem, ſed vt ad rem ſcolaſticam redeamus, omnes antiqui Theologi cum Doctore Angelico tenent pœnitentiam eſſe ſpecialem virtutem. Subſtantia enim virtutis pœnitentiæ eſt nolle peccaſſe, vnde naturaliter ſubſequitur dolor, & propoſitum emendandi vitam, & ſatisfaciendi per quam vtique ſatisfactionem vindictam, & ſupplicium ſumitur de peccatis, vnico enim actu hæc omnia fiunt, & quod hoc verum ſit, primum enim ſupponendum nomine pœnitentiæ intelligi virtutem illam per quam fit conuerſio in Deum, qui nobis reconciliatur, vbicunque enim in Sacra ſcriptura fit mentio de pœnitentia attribuitur ei conuerſio ad Deum, vt 2. Paralip. 30. Pius eſt Deus veſter, & non auertet faciam ſuam à vobis ſi reuerſi fueritis ad eum, & Eccleſiaſtici 5. Ne tardas reuerti ad Dominum, & 2. Ioelis. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, verum eſt, quod Angelicus Doctor, p. 3. q. 113. art. 4 docet, quod ad conuerſionem requiritur motus in Deum per fidem, & ſpē, tamen motus ille eſt ipſa deteſtatio peccati formalis, quo ab illo recedimus conuertens nos ad creaturas. Hinc fit actum pœnitentiæ habere pro obiecto non hanc, vel illam rationem peccati, in materia temperantiæ, vel in alia materia, ſed in communi, neque verò ſolum quatenus eſt contra rationem, ſed qua ratione eſt offenſa Dei, vnde finis pœnitentiæ eſt reducere pœnitentem in amicitiam Dei, ad hoc, vt homo ſit gratus Deo, acceptuſque ad vitam æternam, quod fieri poteſt vnico actu. Hinc ergo colligitur pœnitentiam eſſe ſpecialem virtutem. Nam cum actus per obiecta diſtinguantur, vbicunque eſt vna ratio formalis obiecti, quę nulli alię virtuti conuenit, requiritur ſpiritualis uirtus. Declaratur minor. Ad pœnitendum de peccato quatenus eſt contra rationem in aliqua ſingulari materia, ſufficit virtus particularis, ſed quia pœnitentia reſpicit generalem rationem peccati quatenus eſt offenſa Dei, & ſub ratione euitabilis propter Dei amicitiam, ad hoc non ſufficiunt reliquę morales uirtutes, tum quia ille non attingunt Deum pro immediato fine, tum etiam, quia alijs uirtutibus, licet competát, habent relinquere aliquod particulare malum, ut faciant aliquod particulare bonum, sui obiecti, nó tamen remouere malum in uniuerſum, emendando uitam in omni genere uirtutum, quod eſt proprium pœnitere, non ſolum temperate, fortiter, & iuſtè agere, ſed ſimpliciter, bene uiuere, & hoc eſt punctum (iudicio meo, inquit Magiſter Dominicus à Soto) in quo ratio conſiſtit, ut pœnitentia, ſit ſpiritualis uirtus, cui accedit alia ratio ſingularis,

Nota.

Nomine pœnitentiæ intelligitur virtus illa per quā fit conuerſio in Deū qui nobis reconciliatur.

Pœnitētia ordinatur ad deteſtationem omniū peccatorū in generali prout veniunt in offenſam Dei.

ſcili-

ſcilicet, quod nolle pęnitere eſt ſingulare peccatum, quod non apparet cui nam virtuti ſit contrarium, niſi ſpeciali virtuti pęnitentiæ.

D. Bonauentura Durandus, & Scotus defecerunt in aſsignatione virtutis pęnitentiæ.

Ex his facile eſt cognoſcere inſufficientiam rationis D. Bonauenturæ, Scoti, & Durandi, in ordinem ad virtutem pęnitentiæ. In primis D. Bonauentura in 4. d. 14. q. 1. recitatiuè dicit, quod aliqui videntes rationem penitentiæ eſſe conuerſionem in Deum, quæ fit per gratiam, dixerunt gratiam eſſe habitum virtutis pęnitentiæ, & ſicut baptiſmus eſt gratia innocentiæ, ita pęnitentiam eſſe gratiam reconciliationis poſt lapſum, ſed hæc opinio, longè eſt à veritate, nam gratia non eſt propriè virtus, quæ ſit in pęnitentia ad operandum, ſed eſt id quo nominãtur homines chari gratique Deo, quare ſicut anima operatur per potentias, ſic gratia, quæ eſt in eſſentia animæ non per ſe, ſed per virtutes operatur, quæ ſunt in potentijs animæ. Alij dixerunt prout Alexander 4. parte. q. 54. & D. Thom. 4. d. 14. q. 1. pœnitentiam non eſſe virtutem ſpecialem, ſed generalem vniuſcuiuſque conditionis, ſed ex iam dictis, patet, quod & iſti non tangunt punctum, quia eadem eſt virtutis ratio, in proſequendo bonum, & in fugiendo malum. Ad vnamquamque virtutem pertinet, ſuum proprium bonum proſequi, & ſuum malum contrarium deteſtari, vt ad iuſtitiam pęnitere de commiſſa iniuſtitia, & ad temperantiam de contraria intemperantia, &c. Scotus ſimiliter non exactè manifeſtat virtutem pęnitentiæ in 4. d. 14. q. 2. dicit enim in pęnitentia reperiri quatuor actus, ſcilicet, velle punire peccatum, & nolle peccaſſe, quæ eſt proxima cauſa punitionis, & velle accipere punitionem, ac demum illam patienter ferre, & primus inquit actus, ſcilicet, velle punire, eſt imperatorium ſubſequentium, qui quidem inquit eſt ſpecialis virtutis, non quidem à reliquis diſtinctæ, ſed iuſtitiæ vindicatiuæ, eſt enim actus quo homo tanquam Dei miniſter vindicare ſe ſatagit, iuxta illud. 1. Cor. 11. Si noſmetipſos dijudicaremus non vtique iudicaremur, ſecũdus verò actus, ſcilicet, nolle peccaſſe, non eſt ſpecialis virtus, ſed vniuſcuiuslibet in propria materia, vt temperantiæ, nolle fornicatum fuiſſe, & ſic de ſingulis. Atque idem affirmat de tertio, ſcilicet, acceptare pęnam gratulanter. Nã ſi id fiat propoſito reconciliandi Deum, pertinet ad charitatem, ſi verò ſpe cõſequẽdæ vitæ æternæ pertinet ad ſpeciem, ſi verò metu inferni, attinet ad timorem ſeruilem, patienter enim ferre pęnam eſt ſpecialis virtus pęnitentiæ inquit ipſe.

Doctrina hæc Scoti prolixa ſatis eſt, quia omnia illa fiunt vnico actu pęnitentiæ, prout declaratum eſt ſupra.

Durandus ibidem in 4. d. 14. q. 2. dicit, pęnitentiam eſſe ſpecialem virtutem nempè iuſtitiam, ſed quia circa hanc opinionem tractandum eſt in ſequenti caſu propterea dimittenda eſt, pro nunc, & ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Actus pęnitẽtiæ à virtute charitatis dupliciter poteſt deriuare elicitiuè, & imperatiuè.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, actum pęnitentiæ à virtute charitatis bifariam poſſe deriuari, vno modo elicitiuè, alio modo imperatiuè. v.g. dum quis fornicatur, vt bona mulieris depradatur. Actus iſte elicitur ab intemperantia, & imperatur à vitio furandi, pariter, cũ quis ieiunat propter Deum, actus elicitur à temperantia, & imperatur à charitate, charitas enim eſt, quæ omnes virtutes refert in Deum, ideo omnibus imperat, & vtitur ad Dei amorem, ita in propoſito noſtro, Si in actu pęnitentiæ ſola diſplicentia peccati præteriti ſimpliciter, conſideretur nulla ſpeciali virtute pęnitentiæ eſſet opus. Nam odiũ offenſæ Dei actus eſt elicitus charitatis, ſicut eius amor, vnde ſimplex ille dolor eſt, proprius eius actus, ſicut gaudium de bono eſt virtus, actus autem pęnitentiæ non ſolum dicit dolorem quemlibet, ſed peculiarem ad delendum peccatum, & ad emendandam totam vitam, quod non eſt proprium officium charitatis, & ideo ad eliciendum actum illum requiritur ſpecialis virtus pęnitentiæ, Nihilominus charitas omnium virtutum imperatrix imperat pęnitentiæ ad pęnitendum, quin verò, & fides, & ſpes, & timor, & humilitas, & patientia, & multæ virtutes eidem imperant pęnitentiæ, vt timor ſeruilis, qui excitat virtutem pęnitentiæ, ſicut viceuerſa, virtus pęnitentiæ imperat alijs, quæ ſibi ſunt adminicula ad acquirendum illum dolorem, veluti humilitati, verecundiæ, patientiæ, exemplum eſt de Cithareda, qui conſonantibus fidibus lyræ ad eandem muſicam vtitur, ſic pęnitens vtitur virtutum choro, ad pęnitentiam perficiendam, ex quibus formaliter ad inſtantiam dicitur, quod vtique dolor de peccatis præteritis non eſt ſpecialis virtus, ſi ipſa eſſet ſolum talis dolor, ſic enim ſequitur concluſio ex præmiſſis. Nam eiuſdem rationis eſt (ut dicit maior) gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis, & gaudere de bonis ipſis, non eſt ſpecialis virtus (ut dicit minor) Modo dicimus, quod pęnitentia eſt non ſolum diſplicentia peccati præteriti, ſed ſimul eſt cum intentione operandi ad delectionem eiuſdem peccati, & ſic habetur completa deſcriptio ipſius pęnitentiæ, ſcilicet, pęnitentia virtus, eſt diſplicentia peccati præteriti, prout eſt offenſa Dei intendens operari ad delectionem peccati illius cum ſpe veniæ, prout dictum eſt in vltimo caſu diſputationis præcedentis ad ſecundum, & habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4.

Pęnitẽtiæ virtus eſt diſplicẽtia peccati præteriti prout eſt offenſa Dei, intẽdens operari ad delectionẽ peccati illius cum ſpe veniæ.

Ex hac doctrina elicitur vnum correllarium, ſcilicet, ergo non omnes, qui dicunt ſe agere pęnitentiam agunt pęnitentiam, ſed illi ſoli, qui vltra diſplicentiam peccati præteriti prout eſt offenſa Dei operantur ad delectionem peccati illius cum ſpe veniæ, ſicut ille ſolus eſt homo de quo hominis diffinitio, non qualitercunque, ſed complectè verificatur, ergo nunquam agunt pęnitentiam hæretici negantes opera, eo quod de ipſis non verificatur Secunda particula diffinitionis pęniten-

tiæ,

Non omnes qui dicunt ſe agere pęnitẽtiã agunt pęnitentiã, ſed illi qui ꝗrunt Deo ſatisface re interius, & exterius.

riæ, quia in illis non eſt intentio operandi ad delectionem peccati præteriti, ergo neque illi agunt veram pęnitentiam, qui quamuis in intellectu ſoo non negant neceſſitatem operum, tamen de facto nollunt, vel diſſimulant ad delectionem peccatorum ſuorum operari (etiam, quod in illis ſit facultas operandi.) Hoc addunt, quia ſi verè deeſt talis facultas, tunc operari in voto ſufficit ad veram pęnitentiam, ergo quodcunque bonum opus (ſiue interius) vt meditatio paſſionis Chriſti mortis propriç, vniuerſalis iudicij, vel particularis, &c. ſiue exterius, vt eleemoſyna corporalis, vel ſpiritualis, ieiunium, oratio vocalis, &c. factum ad hunc finem, ſcilicet, ad delectionem peccati præteriti quatenus eſt offenſa Dei, tale inquam opus computari poteſt pro pęnitentia, quoniam in deſcriptione dicitur abſolutè, cum intentione operandi (nullo addito) ergo neque dolentes de peccato preterito, & ad eius delectionem operantes prout eſt obrobrioſum, apud homines, vel eſt impedimentum alicuius dignitatis conſequendæ, vel propter alius reſponſionem, & non propter hoc, quod eſt offenſa Dei, non ſunt verè pęnitentes, ergo neque dolentes de peccato præterito prout eſt offenſa Dei, eiuſque deſtructionem ſedulo operantes ſine ſpe veniæ, &c. vt Iuda Iſcarioth fecit, non ſunt verè pęnitentes, quia in deſperatione operabantur, & non cum ſpe veniæ, ergo ex eadem diffinitione eſt dicendum, quod pęnitentia non ſolum eſt de cætero non peccare, neque ſolum eſt, noua vita (contra Lutherum) ideo in Bulla Papæ Leonis fuit damnatus error eius.

Inſtantia 2.

Lector de nouo inſtat dicendo, quælibet virtus ſpecialis habet materiam ſpecialem, cum habitus diſtinguantur per actus, & actus per obiecta, ſed pęnitentia non habet materiam ſpecialem, ergo pęnitentia non eſt ſpecialis virtus. Maior eſt clara, Minor probatur, Nam materia pęnitentiæ ſunt peccata præterita circa quamcunque materiam, ergo non habet materiam ſpecialem.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad maiorem dicit, quod virtus ſpecialis habet materiam ſpecialem, vel materiam generalem ſub ratione ſpeciali, vt in propoſito adeo, quod materia illa realiter eſt generalis, formaliter autem eſt ſpecialis, verum eſt, quod obiectum materiale, pęnitentiæ eſt omne peccatum habet tamen ſpecialem rationẽ obiecti, inquãtũ, ſcilicet, peccata ſunt emendabilia per actum hominis, cooperante Deo ad iuſtificationem, & hoc maximè facit ad probationem maioris, quoniam diſtinctio habitus per actus, & obiecta, magis attenditur penes facultatem actuum, & obiectorum, quam penes realitatem ipſorum, vt patet exercitatis in Phyloſophia. Nam diuerſæ rationes formales eiuſdem obiecti ſufficiunt ad diſtinguendas virtutes, dare enim procedere poteſt, & à iuſtitia ſub ratione debiti, & à liberalitate ſub ratione donationis, & à miſericordia ad leuandam miſeriam proximi, ex quibus patet inſufficientia rationis Scoti dicentis, quod deteſtari peccata non eſt actus vnius virtutis, ſed generalis conditio ſomnium. Non enim perciperit ille, quod nulla alia-

Obiectũ ſpeciale pęnitentiæ ſunt peccata emendabilia per actum hominis.

rum virtutum per ſe habet emendare totam vitam operaris diuina ope ad iuſtificationem, prout ſignificauit Dominus (vt credibile eſt) Matth. 11. dicendo, A tempore Io. Baptiſtæ Regnum Cęlorum vim patitur, id enim propter pęnitentiam dixit, quam Ioannes cępit prædicare. Nam reliquæ virtutes via regia, cum auxilio Dei per adimpletionem mandatorum Regnum Cęlorum aperiũt, ſed pęnitentia quaſi vi quadam, quia repentè facit ex hoſte filium, & hæredem.

Impugnatio prima.

Contra hoc inſtat argumentator dicendo, Phyloſophi cognouerunt omnes virtutes, ſaltem illas, quæ ex iure naturæ promanant iuxta verbum Apoſtoli ad Romanos Qui cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, at Phyloſophi nullam mentionem de pęnitentia fecerunt, tanquam de ſpeciali virtute, vt eſt videre apud Ciceronem de officijs, & ad Hærennium, & apud Senecam, & Ariſtotilem, ergo pęnitentia non eſt virtus.

Impugnationis reſpõſio.

Huic impugnationi reſpondet Theologus dicendo, ad minorem, quod Phyloſophi non fecerunt mentionem de virtute pęnitentiæ, quia non agnouerunt in pęnitentiam gradum alium, quam deteſtari malum, quod eſt contra rationem, ad quod ſufficit quæcunque virtus in ſua propria materia, pęnitentiam legitimam ignorauerunt, cuius eſt facere Dei amicos.

Impugnatio ſecunda.

Contra hoc argumentator inſurgit dicendo, quod oppoſitum dicit Ouidium in libro de Ponto, Elegia prima, vbi de Dijs ait, Sæpe leuant pęnas ereptaque numina reddunt, cum bene peccati pæniuiſſe vident, quibus in verbis inſinuat Deum per pęnitentiam placari, quamobrem Romani, & alij Ethnici, peſtibus, & bellis alijſque calamitatibus ingruentibus, intelligentes ob ſua delicta à Dijs affligi, procurabant per ſacrificia eos placare, ergo, &c.

Impugnationis reſpõſio. Phyloſophi nõ habuerũt notitiam de virtute pęnitentiæ.

Reſpondet Theologus dicendo, quod licet infideles ipſi cognouiſſent Deorum irã per pęnitentiam ſedari, ignorabant tamen veram iuſtificationis rationem, quæ eſt in pęnitentia, nempè per eam homines fieri Dei filios, atque adeo iuſtos, & Dei gratos, vnde Lactantius loco ſupracitato lib. 6. cap. 24. dum ait, per pęnitentiam hominem à peccato liberari, & in Deum reduci, ait, quod Cicero hoc fieri poſſe non putauit, cuius verba in lib. 3. Accademicarum quæſtionum ſunt, quod ſi liceret ijs, qui in itinere erraſſent, ſic viam deuiam ſecutos errorẽ corrigere, in puniendo facilior eſſet emendatio, temeritatis cenſebant, ergo illi Phyloſophi pęnitentiam initium eſſe emẽdandę vitæ, non tamen eſſe omnino iuſtificatricem apud Deum, quia vniuerſalem iuſtitiam non niſi moralibus virtutibus, quæ à natura proficiſcãtur conſtituebant.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat Lector dicendo, Nihil expellitur niſi à ſuo contrario, ſed pęnitentia expellit omnia peccata, ergo non eſt ſpecialis virtus.

Inſtant. ſolutio.

Huic inſtantiæ dicit Theologus, quod maior propoſitio eſt vera formaliter, ſic enim quælibet virtus ſpecialis, puta humilitas expellit habi-

tunt

Pęniťetia expellit peccatum prout eſt remiſsib le Dei gratia.

tum vitij oppoſiti, puta ſuperbiam, & ad minorem dicit, quod pęnitentia expellit omne peccatum, non formaliter, ſed effectiuè inquantum operatur ad deſtructionem peccati, prout eſt remiſſibile ex diuina gratia, homine cooperante. Ob idque pęnitentia non eſt generalis virtus formaliter contraria cuicunque peccato, vt temperantia intemperantiæ, ſed ſpecialis omnium expulſiua actiuè.

Impugnatio prima.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Argumentator dicendo, Angelicus Doctor p. 2. & 2 2. longam protraxit diſputationem de omni virtute, & tamen mentionem non fecit de pęnitentia, ergo pęnitentia non eſt ſpecialis virtus.

Impugnationis reſpõſio.

Theologus huic impugnationi dicit, quod Doctor Sanctus ibi non inſtituit tractare niſi de virtutibus Theologicis, & moralibus, quæ per ſe ſunt virtutes ordinatæ ad operandum bonum, pęnitentia autem quia non eſt virtus, niſi ad expellendum peccatum, meritò D. Thom. vſque ad materiam ſacramentorum, diſtulit de ipſa pęnitentia tractare.

Impugnatio ſecunda.

Caietanus contra hanc reſponſionem ſe opponit, concedit pęnitentiam eſſe vnam virtutem, non tamen ab omnibus alijs diſtinctam, ſed à virtute religionis, & probat hoc argumento, quod conuincit intellectum dicti Caietani, inquit enim ſi daretur vna ſpecialis virtus in hoc ſenſu, quod nullum haberet actum ſingularem circa bonum, ſed tantum circa peccatum, ſequeretur, quod illa neceſſario exigeret in habente iſtum contrarium per actum vitioſum, quod poſſet in actum exire, hoc eſt abſurdum, ergo non eſt virtus ſpecialis pęnitentia ipſa inquit Caietanus, cui Caietano adhæret Durandus dicendo, quod pęnitere non poteſt eſſe primus, & principalis actus virtutis, & concludit, quod pęnitentia non eſt niſi virtus iuſtitiæ cuius præcipuus actus eſt bonum, ſecundarius eſt ad expellendum malum. At quia inter nos, & Deum, vt inquit Ariſt. non eſt æqualitas iuſtitiæ, minus inconueniens eſt dicere, quod eſſet religio, cum religionis actus ſit, vt ſe homo Deo ſubijciat debitum illum honorem reddendo tanquam Deo parenti, & ſummo noſtro benefactori. Item per eandem virtutem poſſumus illi dum à à nobis offenſus eſt honorem deferre pęnitendo, & vindicando offenſam in eum commiſſam.

Impugnationis reſpõſio.

Huic magno apparatui, reſpondet Thomiſta dicendo, quod licet hæc opinio ſit noua, non tamen omnibus diſplicet, & eſt probabilis, & D. Caietanus arbitratur illam non eſſe contrariã ſententiæ D. Thom. ſed decipitur in hoc (ni fallor) Nam vbique Doctor Sanctus dicit pęnitentiam eſſe ſpecialem virtutem diſtinctam ab omnibus alijs, cum ergo hoc in loco dicat pęnitentiam eſſe ſpecialem virtutem, cui attribuit ſpecialem actum deſtruendi peccatum præteritum, manifeſtè intelligit ita eſſe ſpecialem, vt in nulla alia contineatur, ſi enim pęnitentia eſſet religio explicuiſſet hoc, vel in concluſionibus, vel in reſponſionibus argumentorum, quia data fuit occiſio hoc faciendi, vel faceret in ſubſequentibus, vbi aliud non dicit niſi, quod eſt ſpecies iuſtitiæ, immo in 4. d. 14. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 4 & d. 15. q. 4. art. 7. ad 2. expreſſè dicit pęnitentiam diſtingui à latria, quæ eſt actus religionis, enim verò religio, vt ait idem D. Thom 22. q. 81. art. 3. eſt virtus qua propriè, exhibemus reuerentiam Deo inquantum eſt primum creationis, & gubernationis rerum principium, quod eſt exhibere reuerentiam, ſed Deum offenſum placare eiuſque caſtigare offenſam corrigendo vitam, quod à ratione religionis multum differt, quamquam, & hoc ſit debitum honorem Deo deferre, ſed hoc fit per vſum cuiuſcunque virtutis. His conſideratis dicimus.

Pęnitẽtia nõ eſt ſpecies virtutis religionis, quia non eſt actus latrię per D. Th.

Ad argumentum Caietani Illuſtriſſimi reſpondetur mirandum eſſe tam excellentem intellectum conuinci illo argumento, cum miraculum non ſit ſi detur aliqua virtus cuius totum negotium morbos animæ depelleret, quæ non poſſet habere vſum niſi ſuppoſito morbo, neque ex hoc à perfecta virtutis ratione deficeret. Herba enim medicamen, licet non habeat virtutem niſi pellendi morbos præſentes, nihilominus tam propriè ſunt virtuoſi, quæ bonam valitudinem conſeruant, ſicut, & ars medica, quæ ſolum haberet vim contra morbos præſentes eſſet optima ars. Vlterius verecundia virtus eſt, aut ſaltem laudabilis paſſio, & tamen non eſt niſi de turpi facto, & iuſtitia vindicatiua locum non habet niſi in ſceleribus corrigendis, & vlciſcendi, quare in ſtatu innocentiæ exerceri non poterat. Ob id dixerat Magiſter Dominicus à Soto pęnitentiam non connumerari virtutibus niſi ex tranſuerſo (ſcilicet, ſuppoſita culpa) tamen ſi culpam tollere, ſit ratio ſui obiecti, præſertim cum anexum habeat propoſitum emendandi vitam, qui eſt actus directè intentus in bonum.

Inſtantia.

Non acquieſcit Argumentator, ſed cum Caietano ipſo dicit virtutum ſpecialium ſunt ſemina in nobis inſerta, vt poſſimus à nobis illas acquirere (auxilio diuino mediante) ita, vt nullum ſit neceſſarium peccatum ad illas acquirendas, quod dici non poteſt de pęnitentia ergo.

Inſtant. ſolutio.

Pęnitẽtia in ſui ratione ſupponit mala, & peccata, quæ ipſam expellenda.

Theologus dicit, quod dictum hoc verificatur de illis virtutibus, quæ per ſe habent negotiari circa bonum, vt temperantia, & ſimiles virtutes, pęnitentia verò, non eſt niſi ad tollendum malum, ideo ſupponit illud. Quare pęnitentia non fuit in Chriſto, tamen Chriſtus non fuit minus exornatus virtutibus, quam Petrus, qui pęnitentiam habuit, immo fuit magis ornatus, quia innocentia præſtantior res eſt quam pęnitentia, ſimiliter Chriſtus non habuit fidem, quæ eſt virtus Theologica, quæ obſcuram dicit viſionem, quia habebat euidentem viſionem eorum de quibus nos habemus fidem. Nec ex hoc ſequitur, id quod infert Durandus, ſcilicet, quod quanto quis pluries pęniteret ſtudioſior eſſet. Ratio eſt, quia habitus pęnitentiæ non intenditur per frequentationem actuum, quando per frequentia peccata mortalia interumpuntur, ſed quando pęnitentia perſeuerat, & non reccidit, vt in Magdalena, quæ intenſiſſimum habuit pęnitentiæ habitum, & in

mul-

Digitized by Google

multis innocentibus, qui nunquam mortaliter peccauerunt ſanctior fuit vita.

Interrogatio. Vltimo loco Argumentator in fauorem Caietani format tale argumentum, inquit D. Auguſtinus 10. de ciuitate Dei, prout dicit Doctor Sanctus 22. q. 81. art. 1. Religio à religando dicitur quam negligenter amiſeramus, amittimus autem eam per peccatum, ergo relegamus per pœnitentiam, & confirmatur hoc, Sacramentorum vſus quibus iuſtificamur pertinet ad religionem, ergo pœnitentiæ ſacramentum ad cultum religionis, vt dictum eſt. 4. d. 1. ſubijcere enim nos clauibus, religio eſt.

Impugnationis reſpõſio. Theologus ſoluit hanc difficultatem dicendo, quod ſunt nonnullæ virtutes adeo ſimiles, vt ſæpè vnius nomen transfertur ad aliam, vt miſericordia per quam maximè charitas lucet, ſæpè ſolet charitas appellari, & ideo licet per quamcunque virtutem Deum colamus, tamen quia pœnitentia ſimilima eſt religioni, per quam honorem exhibemus Deo, & nos ipſos macerantes ſacrificamus, pœnitentia dicitur quandoque religio, & ſacrificium, prout inſinuat Dauid Pſal. 50. dicendo, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, præſertim dum pœnitentiæ virtuti, addimus ſacramentum ſubijciendo nos clauibus, tunc enim pœnitentia imperat virtuti religionis, eamque ad ſuum opus mouet, vt ait Doctor S. in 4. d. 15. q. 4. art. 7. Pariter etiam imperat latriæ ad orandum, quæ eſt vna pars ſatisfactionis. Hæc ſint pro dubio iſto.

Pœnitentia quandoq; dicitur religionis, & ſacrificiũ Deo oblatum.

Caſus ſecundus.

IN hoc caſu quærit Lector, Si virtus pœnitentiæ ſit pars iuſtitiæ, & format argumenta pro vtraque parte, pro parte affirmatiua, primo ſic, inquit D. Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pœnitentia, cap. 7. à medio tomi 4. Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe, ſed vindictam facere pertinet ad iuſtitiam, prout docet Tullius in ſua rethorica lib. 2. de inuentione, vbi ponit vnam ſpeciem iuſtitiam vindicatiuam, ergo pœnitentia eſt ſpecies iuſtitiæ.

Partis affirmatiuæ probatio.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte autem negatiua argumentatur ſic. Iuſtitia non eſt virtus theologica, ſed moralis, vt habetur p. 2. q. 65. art. 2. & 3. ſed pœnitentia videtur eſſe virtus theologica, cum habeat Deũ pro obiecto, ergo videtur, quod pœnitentia non ſit ſpecies iuſtitię, probatur minor, pœnitentia ſatisfacit Deo cui etiam reconciliat peccatorem, ergo videtur quod ſit virtus theologica.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Pœnitentia ſecundũ, quod eſt virtus ſpecialis eſt pars iuſtitiæ licet oppoſitũ dicat implicitè Lutherus.

LEctor Theologus duplici concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, quibus declaratis, Secundo loco ſoluit argumenta partis negatiuæ, eſt igitur concluſio prima, pœnitentia ſecundum quod eſt virtus, eſt pars iuſtitiæ. Concluſio iſta probatur ſic. Pœnitentia prout eſt virtus ſpecialis (vt in dubio præcedenti dictum eſt) non habet tantum dolere de malo, perpetrato, (Cum ad hoc ſufficiat charitas) ſed habet inſuper, vt doleat de illo quatenus eſt offenſa Dei cum emendationis propoſito, emendatio autem offenſæ contra aliquem commiſſæ, non fit per ſolam ceſſationem offenſionis, ſed exigitur vlterius, quædam recompenſatio, quæ locum habeat in offenſis in alterum commiſſis, quæ eſt quædam retributio, retributio autem tenet ſe ex parte eius in quem eſt offenſa commiſſa, qui quidem vindicat ſe de illo, qui iniuriam intullit, ſicuti, qui obſequium ſuſcepit retribuit premium, virumque namque, & ſatisfacere, & retribuere pertinet ad virtutem iuſtitiæ, quia vtraque eſt commutatio quædam, ergo ſequitur ex his, pœnitentiam eſſe partem iuſtitiæ, hoc totum confirmat argumentum partis affirmatiuæ caſus huius ex hoc textu Magiſter Poreta elicit vnum correllarium, ſcilicet, quod Diabolus per Lutherum voluit tollere de mundo virtutem pœnitentiæ, & conſequenter trahere totum mundum ad infernum damnatorum, quando diſſeminauit falſam illam doctrinam, ſcilicet, pęnitentia ſumma eſt, de cætero non peccare, optima pęnitentia eſt noua vita, oppoſitum enim habemus hic à D. Thom. pęnitentia enim habet, quod ſit virtus ſpecialis ex duobus ſimul, ſcilicet, ex hoc, quod dolet de peccato præterito, & ex hoc, quod eſt cum emendationis propoſito, quæ inquit, emendatio non fit per ſolam ceſſationem offenſæ, ſed vlterius exigitur quædam recompenſatio, quæ habet locum in offenſis in alterum commiſſis. Lutherus verò per ſuam poſitionem ſtatuit pœnitentiam conſiſtere in ſola ceſſatione ab offenſa, vnde per Lutherum in pœnitentia non inuenitur dolor, qui tamen eſt prima pars pœnitentiæ, neque emendatio, quæ eſt ſecunda pars pœnitentiæ D. Thom. enim non negat, quod de cætero non peccare, non ſit finis pęnitentiæ, ſimiliter noua vita, ſed negat, quod aliquid illorum ſit formalis, & realis pœnitentia, im poſſibile namque eſt, quod aliquid ſit diffinitum tale, puta homo, cui non competat diffinitio talis, puta hominis, quia verò ei, quod vocatur pœnitentia à Luthero, non competit (vt dictum eſt) diffinitio veræ pœnitentiæ, i[illegible]ſibile eſt, quod id quod pœnitentia à Luthero [illegible] ſit vera pęnitẽtia, & quia Lutherus ſub tali phraſi loquendi venenum hoc contegere intendebat, ſcilicet, quod contritio, & ſatisfatio non ſunt neceſſariæ pœnitentibus, propterea hoc dictum Lutheri pro hæreſi ab Eccleſia meritò iudicatum eſt, atque damnatum, prout oſtendit Poreta hic, & multis in locis alijs, in quibus omnibus locis quo ad hæc damnatur dictum Lutheri.

Pœnitentia vltra, quod eſt ceſſatio à peccato eſt Dei ſatisfactio pro peccatis commiſſis.

Concluſio enim Doctoris Sancti, ſcilicet, habetur ex D. Auguſtino, prout in argumento pro parte affirmatiua caſus, & ſimiliter ab Apoſtolo Paulo 1. Cor. 11. Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur, videlicet, ſi nos pœnitentiam ſpontaneam de nobis, ſcilicet, ſatisfactorias pœnas ſumendo ageremus, non vtique à Domino in vindictam peccatorum noſtrorum caſtigaremur. Id quod literaliter ab oppoſito dictum fuit Eccleſ. 2. Si pęnitentiam non egerimus incidimus

opus ad miſericordiam Dei accedentem.

Inſtans ſolutio.

Ad primam difficultatem dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod licet pœnitentiam quo ad actum ſecundarium, qui eſt ſolutio pœnæ, ſit fortè actus iuſtitiæ vindicatiuæ, quia tamen vindicta ſit ſecundum æquale iuſtitiæ commutatiuæ ea hoc ipſo non excluditur iuſtitia commutatiua, ſed includitur ſicut genus includitur in ſpecie, nec aliter diſtinguitur vindicatiua contra commutatiua, niſi ſicut ſpecies diſtinguitur à ſuo genere.

Inſtans. ſolutio.

Ad ſecundum, quæ eſt durandi dicitur, quod cum inter Deum, & hominem non ſit iuſtum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, non bene dicit, quod coincidat cum iuſtitia abſolute. Nec ratio hæc concludit, quia oportet addere, quod reddit debitum æquale, quod in propoſito non ſaluatur.

Inſtans. ſolutio.

Ad vltimum dictum Scoti Caietanus dicit, quod in æquiuoco laboramus, quia ſermo noſter deeſt æquali ad totum, quod debetur ex peccati ratione, & dicimus non poſſe reddi æquale Deo, Scotus autem loquitur de ſola pœna temporali, quæ poſt reconciliationem ſeruanda reſtat quam æqualitatem (inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus) non eſt negandum poſſe fieri, cum Iob dicat, vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris, hæc grauior appareret. His pro concluſionibus declaratis, nunc ſoluenda ſunt argumenta partia negatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti reſponſio.

THeologus negat minorem argumenti adducti pro parte negatiua, & ad probationem dicit, quod pœnitentia non habet Deum pro obiecto, vel pro materia Ariſt. enim in quinto Ethic c. 5. non longe à fine tomi. 5. dicit iuſtitiam eſſe virtutem ad alterum. Illud autem ad quod eſt iuſtitia non dicitur eſſe materiam iuſtitiæ, ſed magis res, quæ diſtribuuntur dicuntur materia iuſtitiæ, vel res, quæ commutantur, vnde materia pęnitentiæ non eſt Deus, ſed actus humani quibus Deus offenditur, vel placatur, Deus ſe habet ſicut ille ad quem eſt iuſtitia, materia enim iuſtitiæ emptoris non eſt venditor, ſed nummi, quos ſoluit in precium rei emptæ, quæ fuit materia iuſtitiæ venditoris, eadem ratione cum pœnitens ſatisfacit Deo, Deus non eſt materia peccantis, ſed actus humani quibus Deus offenditur ſunt materia peccantis, ſimiliter actus humani quibus Deus placantur ſunt materia pœnitentis, quare pœnitentia non, eſt virtus Theologica, ſed virtus moralis.

Materia pęnitentiæ nō eſt Deus, ſed actus humani quibus Deus placatur.

Virtutes ſunt in triplici differentia Theologales, morales, vt mediæ.

Pro maior intelligentia huius doctrinæ obſeruandum eſt ex D. Tho. in 4. d. 14. q. 1. art. 1. quod virtutes ſunt in triplici differentia quædam enim habent Deum, pro obiecto, & fine, & iſte ſunt Theologicæ, obiectum enim diſtinguitur per caſum accuſatiuum in quem fertur actio. Credo enim ſpero, & amo Deum, & credo, & ſpero in Deum propter ipſum. Aliæ virtutes ſunt, quæ nec habent Deum pro obiecto, nec pro fine intrinſico ipſius virtutis, vt virtutes purè morales, obiectum enim fortitudinis ſunt periculla belli, obiectum temperantiæ delectabilia tactus. Finis autem omnium eſt moderatio, & quies animi, quando enim officium harum virtutum fertur in Deum, id ſit per extrinſecam virtutem nempè pro charitatem, cum enim quis Rempublicam defendit, aut ieiunat propter Deum, actus illi eliciuntur à fortitudine, & temperantia, ſed relatio in Deum ſit per charitatem, ſunt autem aliæ mediæ virtutes, quæ licet non habeant Deum pro obiecto, habent tamen ipſum pro fine proximo intrinſico ipſius virtutis, vt Religio qua debitos honores deferimus Deo, vbi honores ſunt materia, & Deus finis proximus quem religio ipſa attingit, & in iſto ordine collocatur virtus pœnitentiæ, qua peccata execramur propter Deum, itaque licet materia eius ſint peccata, tamen finis intrinſecus eſt amicitiam reficere inter ipſum Deum, & homines, quam doctrinam non capientes Scotus, Durandus, & Marſilius, & multi alij, fuit in cauſa, quod non rectè de pœnitentia ſunt locuti, opinabantur enim actum pœnitentiæ ſolum eſſe dolorem de peccatis, & vindictam de illis amare, quod pertinet ad iuſtitiam, ſed hoc facere propter Deum eſſe relactionem charitatis, & ideo ſuperfluum exiſtimant ſingularem ſpeciem virtutis adhibere, veritas tamen eſt, quod pœnitentia ea ratione, qua eſt conuerſio in Deum intrinſicè habeat dolorem propter ipſum, immo verò quemadmodum Deus eſt obiectum eius in obliquo, eſt enim actus pœnitentiæ dolere de offenſa Dei ea ratione qua eſt Dei, qua propter licet pœnitentia qua ratione eſt vindicta ſit pars iuſtitiæ, tamen qua ratione eſt dolor offenſæ eſt quædam ſpecies charitatis, ac perinde genere ſuo eſt virtus infuſa prout habebimus in caſu ſequenti, & hoc eſt per maximè obſeruandum pro materia de contritione, per hoc enim differt contritio ab attritione, quæ eſt propter pœnam inferni, hic enim actus elicitur à pœnitentia virtute, & à timore ſeruili.

Pęnitentia prout eſt dolor offenſæ eſt ſpecies charitatis, & virtus infuſa.

Argumentum ſecundum.

Argumentator inſurgit, & format ſecundum argumentum dicendo, quod pœnitentia non poteſt dici ſpecies iuſtitiæ. Ratio enim iuſtitiæ conſiſtit in medio, ſed pęnitentia non conſiſtit in medio, ſed in quoddam exceſſu prout dicit Hieremias 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarū, ergo pęnitentia non eſt ſpecies iuſtitiæ.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat minorem huius argumenti, & ad probationem dicit, quod medium iuſtitiæ non accipitur ſicut in reliquis virtutibus, ſcilicet, in ordine ad duo extrema, vt temperantia eſt comedere, nec multum, nec parum, ſed per æqualitatem ad aliud, vt tantum reddas quantum accepiſti, vt inquit Ariſt. 5. Ethic. in quibus autem non poteſt eſſe iuſtitia quoad perfectam æqualitatem ſicut inter Patrem, & filium, inter Deum, & hominem propter excellentiam Dei, iuſtitia inter iſtos conſiſtit, vt perſona deficiens faciat quantum poteſt, ex hoc enim pęnitentia ſolet vocari exceſſus non quidem, quia excedat rationes normam alias eſſet vitium, vt ſi quis tantum ſe plangit, aut media macerare, vt ſe occideret, ſed cum non poſſit fa-

Digitized by Google

cere ęquale facit rationabiliter quantum poteſt, quod quidem nunquam per ſe erit ſufficiens ſimpliciter, ſed tantum ex acceptatione ſuperioris, ſcilicet, Dei, & iſte exceſſus eſt tanquam medium in pœnitentia exceſſus enim talis eſt illud iuſtum ſecundum quid, quod poſitum eſt in ſecunda concluſione preſentis caſus, & ipſum iuſtum ſecundum quid eſt ęqualitas imperfecta, quę reperitur inter inęquales ſimpliciter, medium ergo in quo conſiſtit ęqualitas in pœnitentia eſt quicquid poteſt facere pęnitens pro emendatione offenſę Dei, verum quia totum, quod facit pœnitens non pertingit ad ęqualitatem ſimpliciter, ideſt non eſt ſufficiens quantum ſit pręciſe de ſe ad ſatisfaciendū tam altę maieſtati diuinę, pro offenſa ei facta, ſed ſolum per acceptationem ſuperexcedentis, & infinitę bonitatis ſit ſufficiens ad ſatisfaciendum illi ideo prędictę pœnitentię medium, dicitur includere quendam exceſſum quia, ſcilicet, ipſum ab excedenti bonitate diuina ſit medium ſufficiens, ex his colligitur falſitas opinionis Durandi tenentis pœnitentiam non eſſe ſpecialem virtutem, ſed ipſamet virtutem iuſtitię prout tactum eſt in dubio proximo pręcedenti, clarum eſt, quod iuſtitia dicit ęqualitatem, & quod inter nos, & Deum non eſt ęqualitas vnde ſequitur, quod pęnitentia non habet totam quidditatem iuſtitię, corroboratur hoc, iuſtitia non habet niſi reddere ęquale, non autem emendare vitam, aut reconciliare amicum, qui enim iniuriam quempiam affecerit ſolum per virtutem iuſtitię tenetur recompenſare, quod abſtulit, vel in bonis, vel in honore, ſiue amicitia reſarciatur ſiue non, ſimiliter quando iudex peccata reorum vindicat, non emendam hominis (quem ſuſpendio occidit) intendit, ſed tantum ſupplicium ſummere, vindicta verò pœnitentię ſumitur ex amore filiali ad emendandam vitam, quare non eſt omnino iuſtitia, ſed quędam ęgregia eius pars charitate admixta.

Pęnitēs licet nō ſatisfaciat Deo pro offenſa, ſimpliciter ſatisfacit pro poſſe, & eſt ſufficiens ex acceptatione Dei.

Impugnatio.

Contra hoc eſt inſtantia Gaietani in dubio pręcedenti, quę talis eſt, Ad reſarciendam amicitiam inter homines non requiritur ſpecialis virtus, ſed ſufficit iuſtitia, quę reddat ęquale, & charitas, quę faciat amicitiam, ergo pœnitentia non eſt virtus ſpecialis, ſed eſt iuſtitia.

Impugnationis ſolutio.

Theologus dupliciter ſoluit hanc impugnationem, Primo dicit, quod requiritur ſaltem virtus ſpecialis ſimilis pœnitentię ad reſarcendam amicitiam inter homines. Nam charitas ſolum facit pęnitere de offenſa amici, ſed tollere peccatum contra amicum commiſſum dicit nouam rationem, Secundo dicit, quod quicquid ſit inter homines, negatur conſequentia inter nos, & Deum. Nam pęnitentiam dicit ſingularem modum placandi Deum, concurrendo ſimul cum ipſius ſpeciali auxilio ad abolendū peccatū, & emendandā totā vitā.

Argumētum tertium.

Lector contra ſupradicta format tertium argumentum, quod eſt tale, ſuper illud Lucę 6. Beati, qui nunc fletis dicit gloſa ordinaria, ecce prudentia qua oſtenditur, quam hęc terrena ſint miſera, & q̄ beata cęleſtia, ſed flere eſt, actus pęnitētię, ergo pęnitētia magis eſt ſpecies prudētię, q̄ iuſtitię.

Argumenti ſolutio.

Theologus negat illationem argumenti, quia pręcedit ex pręmiſſis malę intellectis, non enim gloſa ex qua illatio iſta dependet loquitur comparatiuè, ſed abſolutè, ideſt ſine comparatione. Rectificatur, ergo ſic iſta concluſio, pęnitentia eſt prudentię, quamuis ſit iuſtitię tunc conceduntur omnia, ſed nihil eſt contra nos. Nam pęnitentia licet ſit directè ſpecies iuſtitię comprendit tamen quodammodo ea, quę pertinent ad omnes virtutes, inquit Doctor Sanctu, & per ęgregia ſolutio, videlicet, quod quamquam pęnitentia ſit directè ſpecies iuſtitię non quidem ſic directè, vt ſit ſpecies continens totam ęqualitatem iuſtitię, ſed quod per ſe ſpectat ad iuſtitiam, nihilominus quodammodum comprehendit virtutes omnes quarum commitata ſtipatur. Nam inquantum eſt iuſtitia quędam hominis ad Deum oportet, quod participet ea, quę ſunt virtutum theologarum, quę habent Deum pro obiecto, vnde primus motus conuertendi ſe in Deum eſt fidei paſſionis Chriſti per quam iuſtificatur à peccatis per Apoſtolum Rom. 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti deinde eſt motus ſpei, iuxta illud Apoſtoli Rom. 8. Spe ſalui eſtis, Tertius eſt odium vitiorum, quod pertinet ad charitatem prout manifeſtat Petrus Apoſtolus 1. c. 4. charitas operit multitudinem peccatorum, ſed ex parte iuſtitię non ſolum habet id quod iuſtitię eſt, ſed etiam ea, quę ſunt temperantię, & fortitudinis inquantum, ſcilicet, ea, quę delectationem cauſant ad temperantiam pertinētem, vel terrorem incutiunt quem fortitudo moderatur, in commutationem iuſtitię veniunt, & ſecundū hoc ad iuſtitiam pertinet, & abſtinere à delectabilibus quod pertinet ad temperantiam, & ſubſtinere dura, quod pertinet ad fortitudinem, & hoc facit pęnitens, vt puniat in ſe, quod dolet commiſiſſe, & omnibus per prudentiam modum conſtituit.

Licet pęnitētia ſit ſpecies iuſtitiæ concomitatur tamē omnibus aliis Virtutibus.

Argumētum quartum.

Nondum acquieſcit Lector de nouo inſurgit dicēdo, duæ ſunt ſpecies iuſtitię, vt dicitur i 6. Ethic, c. 4. to. 3. 5. diſtributiua, & commutatiua, ſed ſub neutra videtur, pęnitentia contineri, ergo videtur, quod pęnitentia non ſit ſpecies iuſtitiæ.

Argumenti ſolutio.

Lector ſatisfacit huic argumēto dicēdo, minorē eſſe falsā, ex parte iuſtitię cōmutatiuæ. Nā ſicut eſt cōmutatio quædā in beneficijs. ſ. cū aliquis pro beneficio recepto gratiā impēdit, ita ēt eſt cōmutatio in offenſis, cū aliquis pro offenſa in alterū cōmiſſa vel inuictus punitur, ꝙ pertinet ad vindicatiuā iuſtitiā, vel volūtariè recōpenſat emendam, ꝙ pertinet ad pęnitentiam, quæ reſpicit perſonam peccatoris, ſicut iuſtitia vindicatiua perſonam iudicis, vnde manifeſtum eſt, quod vtraque ſub iuſtitia commutatiua continetur.

Pęnitētia ſub iuſtitia cōmutatiua continetur per ſe.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem inſurgit argumentator dicendo, diſtributiua, & vendicatiua iuſtitia potius pertinent ad diſtributiuam, quam ad commutatiuam iuſtitiam, ergo falſa eſt reſponſio probatur aſſumptum, iuſtitia enim diſtributiua eſt, quæ proportionem Geometricam ſeruat, inter premia, & merita, vt qualis proportio eſt inter duorum merita, talis ſit inter honores, qui authoritate publica viribus diſtribuuntur, commutatiua con-

ua conſiſtit in æqualitate , vt quantum accepiſti, tantum reddas, iuſtitia ergo retributiua ſiue in bonis, ſiue in malis videtur eſſe diſtributiua , vt qua proportione quis eſt melior plus habeat in honoribus & qua peior plus in ſupplicijs.

Impugnationis ſolutio.

Theologus negat aſſumptum dicit, quod aliter res ſe habet, natura diſtributiua, non habet rationem alicuius ſuſcepti beneficij, ſed ſolum Ciuium meritorum, & dignitatum. Retributio autem habet rationem accepti . v. g. beneficium ab alio accepiſti gratiam ei reddas æqualem, hanc virtutem Cicero lib. 2. de inuentione, in iuſtitia commutatiua ponit, quam gratiam vocat, quæ in memoria, & remuneratione officiorum, & honorum, & amicitiarum obſeruantiam tenet. Pariter, ergo iuſtitia vindicatiua eſt commutatio in offenſis, cum quis propter offenſam in alterum commiſſam, vel inuictus punitur à iudice, vt, ſcilicet, quantum offenſæ intulit tantum ſupplicij accipiat , aut cum ſua ſpontè, quis corripit, punit, & hæc eſt pœnitentia, quare quo ad vtramque partem pertinet ad commutatiuam iuſtitiam.

Pęnitentia in ordine ad punitionē, & ad ſatisfactionē pertinet ad iuſtitiā commutatiuam.

Impugnatio ſecunda.

Contra hoc argumentator Lector dicendo , Cum quis iniuriam intulit tres ſunt perſonæ, quæ illam poſſunt recompenſare, Prima eſt perſona publica iudicis , quæ obſeruat peccatorem , & hæc non eſt ſpecialis virtus diſtincta à iuſtitia , ſed eſt iuſtitia commutatiua legalis, Secunda eſt perſona læſa priuatim, & hæc non poteſt ſummere vindictam Nemo enim ſe authoritate propria vindicare poteſt , teſte Apoſtolo ad Rom. 12. Non vos defendentes, ideſt vindicantes Chariſſimi ſcriptū eſt enim Mihi vindictam, & ego (vel per me, vel per meos iudices) retribuam , quare vindicta in priuata perſona , non videtur eſſe virtus, Tertia perſona eſt illa , quæ læſit iniuriam quam intulit vlciſci, quod pertinet ad pęnitentiam , hoc ſtante argumentatur ſic, vel hoc facit pœnitens tanquam perſona publica, & ſic non eſt ſpecialis virtus, ſed ipſa iuſtitia legalis, ſi autem tanquam perſona priuata, non videtur eſſe virtus, ſed vitium.

Impugnationis reſpōſio. Vindicta facta per iudicē pertinet ad iuſtitiā legalem facta pro læſum eſt vitiū facta in ſeipſo in ordine à Deo eſt pęnitentia.

Theologus cum D. Thom. 2. 2. q. 80. art. 1. ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod vindicta facta per iudicem pertinet ad iuſtitiam legalem commutatiuam, ſi autem ille, qui iniuriam paſſus eſt, vindicaret ſe, non eſſet virtus, ſed vitium, poteſt tamen vindictam petere à perſona publica in iudicio , & hæc non eſt omnino obligatio iuſtitiæ ratione debiti, quoniam qui læſus eſt, non tenetur recompenſationem petere, vt ipſe de iuſtitia facere debeat, cum poſſit iniuriam remittere , & ideo illa eſt ſpecialis virtus vindictæ , quæ redducitur ad iuſtitiam, tanquam pars eius potentialis, vnde ſubdit illic Cicero, vindicationem eſſe, per quam vim, aut contumeliam defendendo, aut vlciſcendo propulſamus à nobis . Ad propoſitum autem de pœnitentia (reſpondemus) neque omnino eſt ſicut iuſtitia legalis , neque ſicut dum perſona læſa vindictam petit , ex quibus habetur diſcrimen inter Scotum , & D. Thom. Scotus enim conſiderat pœnitentiam tanquam perſonam publicam , nomine Dei caſtigantem ſeipſum, vt reum, Itemque comperat ipſum ad eundem, vt dictum eſt ſupra, & ideo pœnitentiam exiſtimat eſſe iuſtitiam commutatiuam, ſicut ſi fieret à iudice, At Sanctus Thom. competat pęnitentem tanquam perſonam priuatam in ordine ad Deum cui per pœnitentiam ſatisfacit , reddendo ei ius ſuum , quantum humana facultas permittit, ſcilicet deteſtando peccatum, ſubmittendo ſe Deo offenſo , & eſt maius diſcrimen inter hæc, Primo quia iuſtitia legalis nō eſt niſi in perſona publica, Secundo quod eſt maximè notandum, quod cum in peccato , ſint duo, ſcilicet, culpa, & pœna. vindicatiua legalis non intendit niſi pœna pro culpa exigere ſiue offendens reſtituatur in amicitia offenſi, ſiue non . At pœnitentia intendit delere culpam, & recuperare amicitiam Dei, ob idque ait pœnitentiam eſſe ſpecialem virtutem, qua pœnitens ſua ſpontè Deo ſubijcit dolorem, & ſatisfactionem ei priuata authoritate reddendo pro ſculpa, & ideo ratione excellentiæ perſonæ Dei non poteſt ei reddere æquiualēs in quo defecit ab integra quidditate iuſtitiæ , ob idque eſt ſpecialis virtus habens Deum pro intrinſico fine, in quo ſenſu intelligendus eſt Apoſtolus Paulus, Si noſmetipſos dijudicaramus, non vtique iudicaremus . Hæc ſint pro caſu iſto nunc ad dubium pergamus.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector , An voluntas ſit proprium ſubiectum pœnitentiæ , & pro vtraque parte adducit rationes, Primo pro parte affirmatiua ſic , pęnitentia eſt ſacrificium quoddam , ſecundum dictum illud Pſalmi 50. Sacrificium Deo ſpecies contribulatus, &c. ſed offerre ſacrificium eſt actus voluntatis ex Pſal. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi, ergo pœnitentia eſt in voluntate.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiuæ firmat talem rationem, pęnitentia eſt ſpecies triſtitiæ, ſed triſtitia eſt in concupiſcibili ſicut, & gaudium, ergo pęnitentia eſt in concupiſcibili, ergo eius ſubiectū non eſt volūtas.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua vtraque.

LEctor Theologus pro notitia quæſiti dicit , quod meritò hic quæritur, ſi pęnitentia eſt, in voluntate (tanquam in proprio ſubiecto) nam in caſu iſto declaratum fuit illam eſſe ſpeciem iuſtitiæ, neceſſitate autem quale ſit eius ſubiecto quærit, & quia dupliciter poteſt conſiderari pęnitentia ipſa, Primo prout eſt paſſio, Secundo prout eſt virtus, propterea Lector Theologus duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito (quibus declaratis) ſoluit argumenta partis negatiuæ .

Concluſio prima , Si accipiatur pęnitentia pro paſſione, pęnitentia non eſt in voluntate, ſed in cōcupiſcibili probatur hoc, quia pęnitentia ſecundū, quod eſt paſſio eſt ſpecies triſtitiæ ex primo caſu huius diſputationis , ſed triſtitia eſt in concupiſcibili (tanquam in ſubiecto) vt patet. p. 2. q. 25. a. 4. & q. 35. art. 2. ergo, & pęnitentia (vt paſſio) ſubiectiuè eſt in concupiſcibili, non autē in voluntate.

Pęnitētia, vt eſt paſſio nō eſt in volūtate ſubiectiuè ſed in concupiſcibili.

Zz 2 Con-

Digitized by Google

Pœnitentia, vt virtus eſt, in voluntate, vt in ſubiecto eius effectus eſt propoſitū emendandi.

Concluſio ſecunda, Pœnitentia, vt virtus (eſt in voluntate) vt in ſubiecto probatur, concluſio iſta, pœnitentia, vt virtus eſt ſpecies iuſtitiæ (ex casu præſenti) ſed iuſtitia eſt in voluntate ſicut in ſubiecto, ex 1.2. quæſt. 56. art. 6. & 2.2. quæſt. 58. art. 4. ergo, & pœnitentia virtus eſt in voluntate (vt in ſubiecto) & proprius eius actus (inquit Doctor Sanctus) eſt propoſitum emendandi illud, quod contra Deum commiſſum eſt. Nota ly proprius actus eius, ſcilicet, pœnitentiæ virtutis, eſt propoſitum emendandi illud, quod contra Deum commiſſum eſt. Tale propoſitum eſt neceſſarium in pœnitentia, quia agens pœnitentiam ſine tali propoſito, licet poſſit eſſe pœnitens, non eſt pœnitens virtuoſus, pœnitentia eius, qui non habet tale propoſitum, eſt realis pœnitentia materialiter, non autem eſt realis formaliter, quia charitas, quæ eſt forma virtutum in illa non reperitur charitas enim habet Deum pro obiecto ex 2.2. quæſt. 23. art. 8. & pœnitentia, quæ eſt ſine propoſito emendandi, non habet Deum pro obiecto, & per conſequens in illa non eſt charitas, vnde iſte in quo reperitur talis pœnitentia fruſtra laborat in pœnitentiæ actibus prout oſtendit Apoſtolus 1. Cor. 13. dicendo in perſona illorum, Si charitatem non habuero nihil ſum, nihil mihi prodeſt, quod, & manifeſtat Deus per Zachariam cap 7. dicendo, Cum ieiunatis cum plangetis per hos ſeptuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunatis mihi, quod confirmauit Dominus Matth. 25. dicendo, virginibus fatuis neſcio vos, hoc enim manifeſtum eſt in multis alijs locis diuinæ ſcripturæ, vt patet diſcurrentibus.

Aliquid eſſe à volūtate cō tingit duplici ter, elicitiuè, & imperatiuè.

Perfectè enim probatur hæc ſecunda concluſio per argumentum adductum pro parte affirmatiua dubij, per verba illa, Sacrificium Deo, &c. & voluntariè ſacrificabo tibi, vnde obſeruandum eſt, quod ibi propheta loquitur de voluntate, vt elicit ipſum ſacrificium, non de ea, vt ſolum imperat actum, ſcilicet, vt illud fiat, his enim duobus modis aliquid eſt à voluntate, ſcilicet, elicitiuè, vel imperatiuè, vt patet ex p. 2. quæſt. 11. & 17. Cum enim loquatur ibi de interiori ſacrificio, & poſtea nil aliud aſſignat ad offerendum illud ſignum eſt, quod ipſam tanquam elicientem actum hunc introducat, non tanquam imperantem, Nam ſi eam, vt imperantem adduceret aſſignandum erat primum principium ſacrificium talis elicitiuum, cui poſtea voluntas ipſa imperaret, vt eliceret actum hunc, quod etiam pœnitentia virtus ſit in voluntate, vt inſinuatur Ioel 2. dicendo Dominus.

Voluntas in qua eſt pœnitentia ſubiectiuè, in diuina ſcriptura, dicitur cor.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, & ſcindite corda veſtra, ibi enim nomine cordis intelligitur voluntas, quoniam ſicut cor eſt principium mouens omnes partes corporis. Ita voluntas eſt principium mouens actiuè omnes vires animæ. p 2. quæſt. 8. art. 4. Hoc etiam oſtendit Deus Hierem. 3. dicendo, Noluiſti erubeſcere, quod inſinuat Apoſtolus Rom. 2. attribuens impœnitentiam cordi dicendo, ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ. Cum ergo contraria habeant fieri circa idem ſubiectum per phyloſophum, conſequens eſt, quod per illa verba Apoſtoli ponatur pœnitentia in corde, tanquam in ſubiecto, pœnitentia reddit Deo ius ſuum pro offenſa confitendo deteſtando ac ſubmittendo ſe peccatorem Deo offenſo, omnes iſti ſunt actus voluntatis, ergo pœnitentia eſt in voluntate, non tamen æqualiter operatur in omnibus in aliquo operatur ex maiori, & in aliquo ex minori affectu ſecundum diſpoſitionem variam pœnitentium propterea diuerſimode colligunt fructum diuinæ gratiæ.

Triplex tātū reperitur ſubiectū virtutis intellectus appetitus ſenſitiuus, et voluntas.

Vlterius probatur concluſio, cum triplex tantum ſit ſubiectum virtutis, ſcilicet, intellectus, appetitus, ſenſitiuus, & voluntas clarum eſt pœnitentiam non eſſe ſubiectiuè in intellectu, quia non eſt habitus cognoſcitiuus, quod autem non ſit in appetitu ſenſitiuo, vel concupiſcibili, vel iraſcibili, præter rationes adductas in deciſione dubij probatur ſic, pœnitentia eſt virtus ad alterum, virtus autem appetitus ſenſitiui non ordinat hominem ad alterum, ſed ad ſeipſum ſedando paſſiones rationem conturbantes, ergo vlterius probatur ſic, pœnitentia attingit Deum tanquam intrinſecum finem, vt dictum eſt. Appetitus autem ſenſitiuus, vt qui cognitionem ſequitur ſenſitiuam, nequaquam Deum attingit igitur ſicut iuſtitia inter homines eſt, in voluntate qua homo reddit alterum ius ſuum, ita, & pœnitentia eſt in voluntate, quippè, qua reddit Deo ius ſuum, quantum ei facultas ſuppetit, vt pluries dictum fuit.

Inquiſitio.

Quærit Lector hic vtrum (dato, quod pœnitentia ſit in voluntate) habeat paſſionem neceſſariam in ſenſu. A parte affirmatiua eſt ratio. In ipſa eſt deteſtatio peccatorum quam facit voluntas ex qua exurgit dolor, & triſtitia, qua de re D. Amb. Auguſtinus, & alij dicunt, quod pœnitentia eſt præterita mala flere, triſtitia autem, & dolor eſt, in appetitu concupiſcibili, vbi ſunt effectus exurgentes circa delectabilia, ergo virtus pœnitentia habet paſſionem neceſſariam in ſenſu.

Pro parte negatiua, oppoſitum autem concluſum eſt, Theologus huic interrogationi per tres propoſitiones reſpondit prima propoſitio eſt iſta.

Deciſio quæſiti.

De eſſentia virtutis pœnitentiæ nulla eſt ſenſualis paſſio, vel affectio probatur hoc, quia tota eſſentia virtutis in deteſtatione mali conſumatur, nec inſtantia, quæ fieri poteſt aliquid concludit, ſcilicet, pœnitentiam debere eſſe opus ſatiſfactorium, & per conſequens pœnale. Cui dicitur, quod ipſamet deteſtatio eſt pœnalis pręſertim, quia pœnitentes virtutibus iam prompti cum ſatiſfactionem perfecerint non tenentur alijs pœnalibus operibus inſudare.

Secun-

Digitized by Google

Secunda propoſitio, Triſtitia, & dolor quantũ ſit ex natura rei plurimum pullulat ex deteſtatione, nihilominus aliunde quandoque impeditur, vt ſi homo ſit dun ſenſus, vel per vehementem lætitiam de alia re, & maximè de Dei contemplatione. Quo circa carentia doloris, & triſtitiæ non eſt ſignum impenitentis cordis, præſertim in viris perfectis. Non enim tantum in patria abſtergit Deus lachrymas ab oculis Sanctorum verum, & in hac vita, per ſui contemplationem. Non enim M. Magd. crebris triſtitijs in ſpelunca illa cruciebatur immò diuina dulcedine contemplationis conſolabatur, & idem affirmandum eſt de alijs.

Carentia doloris non eſt ſignum impenitẽtis cordis præcipuè in viris perfectis

Tertia propoſitio pœnitentibus (nondum perfectis) ſalubre concilium eſt dolorem, & triſtitiam excitare, & lachrymas procurare, vt fecerunt Dauid, & Niniuitæ. Nam per hoc deteſtatio ipſa perficitur, & cautela præcauendi peccata roboratur.

Inſtantia.

Pœnitẽtes imperfecti procurare debẽt dolorẽ, & lachrymas contritionis.

CONtra hoc dicit argumentator non poteſt homo triſtitiam, & dolorem procurare per voluntatem probatur hoc, quia triſtitia eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt, repugnantia eſt, quod triſtitia ſit volita.

Reſponſio.

Triſtitia de malè, vt elicitur ſecundũ recta ratione eſt virtus.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ (relicta multiplicitate verborum Scoti) dicendo. Ad triſtitiam requiritur aliquid nolentibus nobis accidiſſe, attamen non exigitur nolitio eiuſdem triſtitiæ, ſed rei de qua triſtamur, vnde licet quiſque volens deliquerit tamen poſtea nolet deliquiſſe, per illam conditionalem nolitionem, quam manifeſtauimus in primo caſu diſputationis præcedentis, ex qua deteſtatione naſcitur triſtitia, licet deteſtatio ipſa voluntariè fuerit aſſumpta. Non enim ad punitionem neceſſarium eſt, vt homo inuitus puniatur. Clarum eſt, quod quis poteſt (ſua ſponte) flagellis cedere ſe, ita & conſiderare peccati abſurditatem, & Dei Maieſtatem, vt pœnitudinem eliciat, & triſtitia iſta eſt virtus, & ſi non per ſe, eſt talis, quia naſcitur ex recta voluntatis electione.

Inſtantia.

Contra hoc dicit Argumentator adeſt inſtantia, illa triſtitia eſt in appetitu ſenſitiuo, puta in concupiſcibilem ſicut gaudium, qui quidem appetitus non poteſt Deum attingere (vt declaratum eſt ſupra) & per conſequens nec dolere de peccato quatenus eſt Dei offenſa.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod ad hoc ſatis eſt, quod voluntas cuius electione paſſio illa exurgit, Deum attingat, nam, & virtus temperantiæ, & fortitudinis ſunt in appetitu ſenſitiuo, quarum actus per charitatem, quæ eſt in voluntate referuntur in Deum, immo actus executiuarum potentiarum, vt orare, & docere ſunt virtutes, licet non ſint cognitiuæ nec appetitiuæ, ſatis, nam quod fiant ex electione, quare, & gemitus, & lachrymæ pœnitentis, actus ſunt etiam virtutis.

Dubiumculum.

QVærit Lector breuiter, An dolor idem in eodem appetitu ſenſitiuo habitum generet ſicut deteſtatio illum generat in voluntate?

Reſpondet Theologus affirmatiuæ dicendo, quod in voluntate eſt difficultas ad pœnitendum, & in appetitu ad moderate dolendum, quare vtrobique requiritur habitus, quemadmodum liberalitas, quamuis quia eſt pars iuſtitiæ principaliter ſit in voluntate, prout dicit D. Thom. p. 1. q. 21. art. 1. eſt nihilominus ſimilis habitus in appetitu, vt habetur. p. 2. quæſt. 60. art. 5. & 22. quæſt. 104. art. 4. Poſſet tamen ſecundo reſponderi ſatis eſſe prudentiam, & fortitudinem in appetitu reperiri ad moderandas paſſiones, & ideo pœnitentiam ſufficere in voluntatem ad generandam triſtitiam, & dolorem in appetitu ſuo impetio. Hæc pro dubio, Nunc ad inſtantias partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus dicit, quod inſtantia pro parte negatiua, concludit de pœnitentia prout eſt paſſio iuxta ſenſum primæ concluſionis, quæ gratis conceditur.

Inſtantia 2.

Lector contra hanc reſponſionem inſtat dicendo, pœnitentia eſt vindicta quædam per D. Auguſtinum de vera, & falſa pœnitentia cap. 8. à medio tom 4. ſed vindicta videtur ad iraſcibilem pertinere, quia ita eſt appetitus vindictæ, ergo pęnitentia eſt in iraſcibili.

Inſtant. ſolutio.

Appetitus vindicte pertinet ad iraſcibilẽ, & ad volũtatẽ diuerſa ratione tamen.

Reſpondit Theologus ad minorem dicendo, quod laboramus in æquiuoco, quia argumentator facit tranſitum à vindicta prout eſt in voluntate, ad eam prout eſt in iraſcibili. Nam appetere vindictam ex paſſione pertinet ad iraſcibilem, ſed appetere, vel facere vindictam ex ratione, de ſe, vel de alio pertinet ad voluntatem, in primo ſenſu eſt, prima concluſio, & pro ſecundo, ſecunda concluſio, in primo ſenſu appettere vindictam, pertinet ad iraſcibilem quatenus præuenit rationem, & ſic non eſt virtus, in ſecundo ſenſu, eſt virtus, & eſt in voluntate.

Inſtantia 3.

Tertio loco inſtat argumentator dicendo, præteritum eſt proprium obiectum memoriæ per Ariſt. in lib. de memoria. cap. 10. ſed, pœnitentia eſt de præterito, vt dictum eſt, ergo pęnitentia eſt in memoria ſicut in ſubiecto.

Inſtant. ſolutio.

Pęnitẽtia eſt in voluntate præſupponit tamen memoriam delictorum cõmiſſã.

Dicit Theologus ad minorem, quod pœnitentia vtique eſt de præterito per memoriam tamen oblatum voluntati, ſed ex hoc non ſequitur, quod pœnitentia, quæ eſt de præterito ſit in memoria, ſed quod præſupponat memoriam. Memoria eſt vis apprehenſiua præteriti, pœnitentia autem nõ pertinet ad vim apprehenſiuam, ſed ad appetitiuam, quæ præſupponit apprehenſiuam, & ſic pęnitentia præſupponit memoriam.

Inſtantia 4.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo, Nihil agit, vbi non eſt, ſed pœnitentia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ, ergo pœnitentia eſt in qualibet vi animæ, & nõ in volũtate tãtũ.

Digitized by Google

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat illationem concluſionis. Nã cum voluntas omnes alias potentias moueat conſequitur, vt pœnitentia in voluntate exiſtens in ſingulis animæ viribus operetur (etiam, quod non exiſtat in illis ſubiectiue) bene eſt in illis per imperium ſicut Rex in toto Regno, non enim requiritur, quod Rex ſit per eſſentiam ſuam in toto regno ad hoc, vt agat effectiua aliquid, ſed ad faciendum hoc ſufficit, quod In toto regno ſit per imperium, ſcilicet, per motionem imperatiuam, ſed ex hoc nihil concluditur contra nos, non enim ex hoc, quod pœnitentia agit aliquid in omnibus viribus animæ excludendo effectiuè peccatum ab eis, non ſequitur, quod pœnitentia ſit in omnibus tribus illis (tanquam in ſubiecto) ſed ſufficit, quod ſit in illis tanquam in motis per imperium ſuum, hoc autem imperium participat à ſubiecto in quo eſt, ſcilicet, à voluntate, voluntas enim de ſe habet, quod moueat omnes alias potentias animæ prout habemus. p. p q 84. art 4. vnde non eſt inconueniens, quod communicat hoc ipſum pœnitentiæ modo ſuo exemplum habemus de B. M. Magd. cuius pœnitentia prout narrat Euangeliſta Lucas 7. excluſis peccatum à ſingulis potentijs animæ etiam exterioribus puta ab oculis, auribus, tactibus, &c. prout optimè oſtendit D. Gregorius in homilia ibi.

Pœnitentia in voluntate exiſtẽs excludit peccatũ a ſingulis potẽtijs animæ, etiam exterioribus.

Obſeruandum eſt dictum illud in maiori propoſitione argumenti, ſcilicet, Nihil agit, vbi non eſt, hoc nihil agit formaliter, vbi non eſt per eſſentiam, propoſitio veriſſima, eſt in ſenſu declarato. Albedo enim nunquam facit album parietem formaliter, niſi, in pariete ſit per eſſentiam tanquam in ſubiecto ſic formato, ideſt dealbato. Falſum tamen eſt dicere, quod nihil agit effectiuè, vbi non eſt per eſſentiam, quia ad hoc ſatis eſt, quod ſit per virtutem, vel per imperium, vt dictum eſt de Rege, & quia in minore propoſitione ſermo erat de agere effectiuè, ſcilicet, quod pœnitentia agit effectiuè, in omnes potentias expellendo peccatum ab omnibus, ideo illa propoſitio quo ad eſſe per eſſentiam non fuit admiſſa, ſed fuit gloſſata dicendo, ſaltem per imperium. Hæc ſint pro dubio, & caſu iſto.

Caſus tertius.

LEctor quærit in hoc caſu, vtrum principium pœnitentiæ ſit ex timore, & more ſolito format argumenta pro vtraque parte, primo pro parte affirmatiua ſic, inquit Iſaias 26. Sicut quæ concepit cum appropinquarit ad partum dolens clamans in doloribus ſuis ſic facti ſumus, ſcilicet, per pœnitentiam, & poſtea ſubdit ſecundum aliam literam. A timore tuo Domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis, ideſt pœnitentiæ ſalutaris, ergo pœnitentia procedit ex timore.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, pœnitentia incipit in diſplicentia peccatorum, ſed hoc pertinet ad charitatem, vt dictum eſt in caſu præcedenti, ergo pęnitentia magis oritur ex amore, quam ex timore.

Partis negatiuæ probatio.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

ORdinatè perfectò proceſſit Lector in proponendo huiuſmodi caſum, in dubio præcedenti tractauit de ſubiecto pęnitentiæ nunc inueſtigat eius cauſam, ſcilicet, vnde ex timore ſeruili, qui eſt timor inferni, vel aliorum ſuppliciorum oriatur, quæ quæſtio inſtitui poteſt, aut de habitu, aut de actu pęnitentiæ, vnde Lector Theologus cum D. Thom. quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, quibus declaratis, & excluſis erroribus Lutheri, & aliorum ſatisfacit argumentis partis negatiuæ, & terminat caſum.

Concluſio prima, Habitus pęnitentiæ immediatè à Deo infunditur ſine nobis principaliter operantibus, non tamen ſine nobis diſpoſitiuè cooperantibus per aliquos actus. Hoc enim habetur ex D. Thom. hic, vbi dicit de pęnitentia dupliciter loqui poſſumus vno modo quantum ad habitum, & ſic immediatè à Deo infunditur ſine nobis principaliter operantibus (non tamen ſine nobis diſpoſitiuè cooperantibus) alio modo poſſumus loqui de pęnitentiæ (inquit Doctor Sanctus) quantum ad actus quibus (Deo operanti in pęnitentia) cooperamur & ſic ponitur ſecunda concluſio, quę eſt iſta, pęnitentia quantum ad actus quibus Deo operanti cooperamur conſiſtit in ſex motibus, & Dei, & intellectus, & voluntatis noſtræ. Primum enim principium eſt opero Dei præuenientis, & conuertentis cor noſtrum iuxta illud Theren. vltimum, Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur, ſecundus actus eſt motus fidei noſtræ per auxilium Dei iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia remunerator eſt, Tertius eſt motus timoris ſeruilis quo quis ſuppliciorum timore à peccatis retrahitur, iuxta illud Iſaiæ Sicut qui concipit cum appropinquat ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus, &c. & ſermo eſt de illis, qui per pęnitentiam ad mentem reddeunt, vnde ſubdit, A timore tuo concepimus, &c. Quartus actus eſt motus ſpei quo qui ſub ſpe veniæ obtinendæ aſſumit propoſitum emendandi vitam ſuã. Nam fides inquit ibi Apoſtolus eſt ſperandarum rerum, fides gingit ſpem qua ſalui facti ſumus, vt dicit Apoſtolus Rom. 8. Quintus actus eſt motus charitatis quo alicui peccatum diſplicet ſecundum ſeipſum, & non iam propter ſupplicia, quæ oſtendit Petrus Apoſtolus dicendo, à charitas operit multitudinem peccatorum, Sextus actus eſt motus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert, & in hoc conſiſtit ratio ſpiritualis pęnitentiæ, ex his referuntur duæ aliæ correllariæ concluſiones quibus ad quæſtionem propoſitam reſpondetur.

Habitus pęnitentiæ immediatè à Deo infunditur non bis tamen diſpoſitiuè cooperantibus.

Pęnitẽtia quãtum ad actus quibus Deo operanti cooperamur ſunt in ſex motibus diuiſa.

Actus timoris filialis quo q; pęnitet voluntaria eſt ĩ quo conſiſtit ratio ſpecialis pęnitentiæ.

Concluſio tertia, Actus pęnitentiæ à timore ſeruili procedit, ſicut à primo motu noſtri affectus ad hoc ordinato, & oſtenditur ſic concluſio iſta. Nam primus motus ſimpliciter non fuit videtur, ſed

Digitized by Google

ſed Dei, Secundus verò, ſcilicet, fidei licet fuerit noſter, non tamen fuit noſtri affectus, ſed intellectus per voluntatem captiuati in obſequium Chriſti, Primus ergo motus noſtri affectus eſt timor ſeruilis, qui dicitur ordinatus ad pęnitētiam, ratio, eſt, quia de ſe non eſt ſufficiens ad hanc virtutem quoniam non eſt vera contritio.

Actus pęnitētiæ à timore ſeruili procedit, & terminatur in timorem filialem.

Concluſio quarta, Actus legitimus pęnitentiæ procedit à timore filiali ſicut ab immediato, & proximo principio, ecce quod ex parte hominis Deo cooperantis (præſuppoſito fundamento totius vitæ ſpiritualis, ſcilicet, fide) timor ſeruilis eſt, primus actus, & timor filialis eſt vltimus actus.

Quæſtio iſta eſt egregia vbi, S. Dhom. conſideratiſſimè ordinem iuſtificationis impij ante oculos ponit, quam concluſionem exactiſſimam idē Doctor Sanctus. p. 2 q. 113. doctiſſimè dilucidauit, quod ſi aſpexiſſet Lutherus non ſic erraſſet, vt errauit in hac materia dicens, quod pęnitentia, quæ ex timore gehennæ oritur eſt non ſolum inanis, ſed etiam noxia, & peſtifera, & tanquam ad principium viæ ſe, viam totam impediturus ponens, ideſt principium pęnitentiæ, ſcilicet, diſplicentiam, ſeu dolorem, ſeu contritionem (quæ tria in idem reddeunt) præcludere nolens, dicendo, quod contritio, quæ paratur per diſcutionem collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis cogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem fęditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, acquiſitio æternæ damnationis, facit hominem hypochritam, immo magis peccatorem. Quam concluſionem Caſſianus inquit docet, ſenſus communis omnium ita experitur, ita ſolet impudentiſſimus ille Lutherus communem omnium ſenſum pro ſe allegare, in his etiam quorum contraria vniuerſi homines in ſe experiuntur.

Timor inferni eſt bonus, & incipientibus plurimū confert ad obtinendā remiſſionem peccatorum.

Contra ipſum, ergo ſtatuitur prima concluſio, Timor inferni eſt bonus, & incipientibus plurimum confert, prout experientia docet omnibus, qui ratione vigent, & hoc primo colligitur ex diuina ſcriptura, ab Eccleſ. 1. Timor Domini expellit peccatum, nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari, & Dominus Lucæ 12. Timete eum, qui poſtquam occiderit corpus, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete, & Matth. 3. Progenies viperarum quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira, & Prouerb. 1. per timorem Domini declinat omnis homo à malo, & rurſus. Initium ſapientiæ timor Domini, & D. Io. Apoc. 14. Timete Deum, & date illi honorē, quia venit hora iudicij eius, vbi ex ipſa literali ſeriè conſtat, quod timere Deum (etiam timore ſeruili) quē manifeſtè importat, ly quia venit hora iudicij eius, eſt dare ipſi Deo honorem, per quem timorem homines à peccatis abſtraenitur id autem, quod homo à peccatis accertur, quis negat eſſe bonum, & vtile? Experientia enim docet hanc vtilitatem. Nam Sanctus Vicentius magnus Prędicator ordinis Prędicatorum, cui ideo pro inſigni ſuo aſcribitur iudicium, quia, ſcilicet, prędicabat ſpecialiter de hora ventura iudicij Dei, profecit in tantum animarum fructum ſic enim eis timorem Domini incutiendo, vt Eccleſia Sancta de hoc in feſti eius collecta dicat Deus, qui gentium multitudinem B. Vincentij confeſſoris tui prędicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti, & benè dicit gentium multitudinem, quoniam vt legitur in vita eius ab Eccleſia recepta, Iudęorum ſupra viginti quinque millia, Sarracenorum octo millia, aliorumque flagitioſorum hominum innumerabilem multitudinem ad Deum conuertit, Sicut ergo timere Deum (etiam timore ſeruili) eſt dare illi honorem (ſecundum Scripturam Sacram) ita ab oppoſito peccatores non ſic timere Deum eſt illum non dare honore ſeu ſubtrahere illi honorem, id quod Lutherus illis ſuis hęreſibus, in tot millibus hominum ſibi credentibus (experientia teſte fecit) Meritò igitur damnatur error Lutheri à Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. vbi dicitur, diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quę diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt, atque illud in primis à Deo iuſtificari impium per gratiam eius per redemptionem, quę eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes à diuinę iuſtitię timore quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertentem in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tanquam omnis iuſtitię fontem diligere incipiunt, & propterea mouentur aduerſus peccata per odium, & deteſtationem, hoc eſt per pęnitentiam denique dum proponunt inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata, &c. ex quibus patet timorem ſeruilem, qui eſt timor diuinę iuſtitię vtiliter nos concutiens eſſe viam ad ſpem ad charitatem, admoueri per deteſtationem aduerſus peccata, ad propoſitum bonum, ſcilicet, inchoandi nouam vitam, & ſeruandi mandata diuina, hęc ergo omnia, & tanta bona aufert Lutherus per hoc, quod timorem ſeruilem diſuadet hominibus, ſed ex oppoſito illa tot bona inferre cupit Apoſtolus per hunc timorem ſeruilē, ſcilicet, diuini iudicij inſerere conatur in hominum cordibus dicens 2. Cor. 5. Scientes ergo, ſcilicet, quod omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, &c. timorem Domini hominibus ſuadentes, & Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. Illam contritionem imperfectam, quę attritio dicitur, quoniam, vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennę, & pęnarum metu communiter concipitur (ſi voluntatem peccandi excludat, & ſit cum ſpe venię) declarat non ſolum non facere hominem hypochritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum, quo pęnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Hoc enim timore concuſſi vtiliter Niniuitę viam ad Ionę prędicationem, plenam erroribus relictam pęnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrauerunt, & ſeſſ. 6. Cano. 8. Si quis dixerit gehennę metum per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus peccatum eſſe,

Timor iudicij conuertit ad Chriſtū innumerā multitudinem Iudæorum ſaracinorum, & peccatorum in prædicatione D. Vincentii.

Timor ſeruilis vtilis eſt, à remouendos peccatores à peccatis ad viam ſalutis.

aut

aut peccatores peiores facere anathema ſit, & ſeſſione 14. Can. 5. Si quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem multitudinis fœditatem amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum cum propoſito melioris vitæ non eſſe verum, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypochritam, & magis peccatorem, demum illum eſſe dolorem coactum, & non liberum aut voluntarium, anathema ſit.

Impugnatur hæreſis Lutheri de ſacramẽto pœnitẽtiæ authoritatibus, & rationibus.

Confutata igitur hæreſis Lutheri, nunc proponenda ſunt ſua ſophiſma, & ſoluenda, duplex eſt Lutheri cauillum primum dicit, quod iſte authoritates diuinæ ſcripturæ intelliguntur de timore filiali, qui procedit ex charitate.

Cauillus Lutheri.

Theologus negat aſſumptum hoc Lutheri, quia metus gehennæ non poteſt eſſe filialis, neque ſapiens vocaret timorem filialem initium ſapientiæ, quia timor filialis ſupponit charitatem, quæ illic ſapientiæ nomine vocatur.

Solutio Cauilli.

Cauillus ſecũdus Lutheri.

Secundo ait, Lutherus bonum eſſe deterrere homines ſceleratos per pœnas inferni, non quia in ſe bonum eſt, ſed propter bonum publicum, vt deſiſtant alijs nocere.

Cauilli ſolutio.

Dictum etiam iſtud inquit Theologus eſt falſiſſimum, quia ſi eſſet malum homini timere infernum, iniuſtum eſſet talem metum ei incutere pro quocunque bono, cum non ſint facienda mala (per Apoſtolum) vt inde eueniant bona, & ſi bonum eſſet homines ſceleratos deterrere per pęnas inferni, etiam hanc bonitatem habet rationem ſui præterium, quia Dauid Pſal. 17. tanquam bonum ſuum proprium enarrabat dicens, Circundederunt me timores mortis, & dolores inferni circundederunt me, & in tribulatione mea inuocaui Dominum, Prætetea doctrina ſathanica Lutheri Eccleſiæ vſum peruertit, cuius concionatores homines ad pœnitentiam per timorem inferni exhortant, in quo non errant (vt dicunt hæretici) ſed imitantur ſanctiſſimos Patres, vnde D. Auguſtinus tractatu 3. ſuper Canonicam Ioannis exponens illud Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, &c. & diſcedite maledicti, ecce inquit quid promittit Deus, vitam æternam, ecce quid minatur, Ignem æternum, & ſubdit, illum nondum amas, vel hoc time, & tractatu 9. dictum illud. Initium ſapientiæ timor Domini, interpretatur de timore ſeruili, qui ſtat cum charitate imperfecta, cum Ioannes non dicat, quod omnis charitas foras mittat timorem, ſed perfecta charitas. Timor ſeruilis inquit ibi D. Auguſtinus per ſe non ſufficit amicitiam inter nos, & Deum conglutinare, ſeruit autem charitati inducendæ, & D. Hieronymus ſuper hunc locum Eſaiæ 26. & D. Chriſoſt. lib. de compunctione cordis, & vetuſtiſſimus Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem, dicunt timorem ſeruilem eſſe rem bonam, & multo cõmendabilem pro obtinenda remiſſione peccatorum.

Non omnis charitas mittit foras timorẽ, ſed charitas facta hoc facit.

Sed quia Lutherus inuerecundè Caſſianum pro ſe adducit videat quiſque Caſſianum, collatione 3. cap. 4. vbi dicit vnum modum vocationis peccatoris deſcendere ex neceſſitate dum per metum reſipiſcit, & collatione 11. cap. 6. expreſſe meminit metus gehennæ tanquam rei vtilis, & iterum lib. 4. capit. 39. Late monſtrat per timorem ſeruilem nos incipere conuerti in Deum, ecce Caſſianum contrarium Luthero.

Vltra hęc teſtimonia, ratio pro nobis contra Lutherum eſt manifeſta. Nam timere malum ſuaptè natura laudabile eſt, ſicut, & ſperare bonum quilibet enim hoc naturaliter facit, & tamen Deus, & natura nihil agunt fruſtra neque inclinant ad malum. Hoc enim ex Propheta habemus, cum enim Propheta Deum pręcabatur dicebat, Domine ne in ira tua corripias me, bonum ipſe cenſebat iram Dei timere, ſed timere malum, vt mortem, quando eſt, impedimentum fortitudinis, vel alterius virtutis illud eſt vitium, ergo timor ſeruilis eſt laudabilis, & Lutherus eſt dignus omni infamia, ſicut declarauit illum Concilium Tridentinum locis ſupracitatis.

Adde, & obſerua, quod non ſolum, timore pęnę inferni, verum, & timore mortis, de honorationis, & ſimilium, quę omnia ſub timore ſeruili comprehenduntur, beneagere, & legem ſeruare bonum eſt, vnde Deus ſtatim Adę pręcipiens ne de ligno ſcientię boni, & mali ederet pœnam ſi ſecus faceret ſubiecit mortis, & Leuitici 29. & in tota lege veteri cominabatur populo bella, & alias calamitates, quę quidem cum cauſa eſſent, vt emendaretur populus, bona erant, vnde in Pſal. 77. Cum occideret eos quęrebãt eum, & reuertebãtur, &c. qua vtique de cauſa Principes, vt ſpe premij fic, & metu ſuppliciorum ciues bonos faciunt propterea Apoſtolus Rom. 13. de Principe loquendo dicebat Dei miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem malum feceris time, non enim ſine cauſa gladium portat.

Bene agerere (timore mortis, vel cuiuſcũque mali) & ſeruare legẽ bonũ eſt.

Contra hanc doctrinam Catholicam Lutherus iniquiſſimus adducit argumenta falaciſſima arguit enim primo dicendo, omnia, quę fiunt extra charitatem ſunt peccata, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam factus ſum velut Aes ſonons, timor ſeruilis, eſt extra charitatem, ergo eſt malus.

Impugnatio

Theologus negat maiorem propoſitionem. Nam actus facti extra charitatem poſſunt eſſe moraliter boni, licet non ſufficiant ad gratiam cõperandam, & hoc eſt, quod dicit Apoſtolus dicendo, quod homo extra charitatem eſt velut ęs ſonans, quaſi nihil valens apud Deum, non tamen ex hoc peccat.

Impugnationis ſolutio.

Contra inquit D Ioan. 1. cap. 3. qui non diligit manet in morte, vnde D. Auguſtinus de pœnitentia diſt. 7. Can. nullus, quem pœnitet inquit oportet non ſolum timere iudicem, ſed diligere, quia ſine charitate non poteſt eſſe ſalus, ergo omne opus extra charitatem factum eſt peccatum.

Impugnatio ſecunda.

Theologus negat conſequentiam, quia ex his authoritatibus non ſequitur, quod omnia opera

Impugnationis ſolutio.

eius

eius ſint peccata, ſi homo odit vtique manet in morte, ſi non diligit vtique non ſaluabitur tamen poteſt aliqua operari, quæ non erunt peccata. v. g. honorate Deos, & parentes. &c. Hoc quidem confirmat Concil. Trid. ſeſſione 6. Can. 7. aduerſus Lutherum, & illum damnauit. His igitur ſic declaratis, ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Non omnes diſplicentia peccatorum pertinet ad charitatem.

THeologus ſatisfacit primo argumento dicendo peccatum, Primo homini peccatori incipit diſplicere propter ſupplicium, quod pertinet ad timorem ſeruilem, quam propter Dei offenſam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem, & timorem filialem. Non enim verum eſt minor propoſitio argumenti ſemper, ſcilicet, quod diſplicentia peccatorum pertineat ad charitatem ſola enim illa diſplicentia pertinet ad charitatem, quæ eſt propter offenſam Dei, vel propter turpitudinem peccati ſtat enim ſimul, quod diſplicentia ſit à qua incipit pœnitentia, & quod incipiat à timore ſeruili, non quocunque, ſed illo, qui eſt à Spiritu Sancto, qui eſt bonus, non autem incipit à ſeruilitate, quæ eſt mala, & quæ non eſt à Spiritu Sancto, vt docet Doctor Sanctus 2. 2. q. 19. art. 4.

Argumentum ſecundum.

Lector contra iſta format ſecundum argumentum dicendo, Homines vocantur ad pœnitentiam ſpe Regni Cœlorum, ſecundum illud Matthæi 5 Pœnitentiam agite appropinquauit Regnum Cœlorum ſed Regnum Cœlorum eſt obiectum ſpei, ergo pœnitentia magis procedit ex ſpe, quam ex timore.

Argumenti ſolutio.

Huic argumento reſpondit Theologus dicendo, quod ibi nomine Regni Cœlorum intelligitur Regis aduentus non ſolum præmiantis, ſed etiam punientis, iuxta verbum illud Ioannis, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira. Quare timor ſeruilis etiam inducit ad regnum licet non ſufficiat introducere. Horum autem duorum, ſcilicet, premij, & ſuplicij quid prius altero moueat affectum peccatoris ad pœnitentiam poteſt cognoſci ex dictis in reſponſione ad primum, quibus poſſumus addere, quod tanto magis ſupplicium viſum, mouebit prius peccatorem ſi ſapiat quam premium, quanto ſupplicium magis debetur peccatori, quam premium. Nam ſupplicium debetur ei per ſe, & abſolute, ideſt ex proprijs, ſcilicet, ex peccatis, quæ iam actualiter ipſe fecit, premium autem eidem non debetur, niſi per aliud, & conditionaliter, ſcilicet, ex Dei bonitate, & ſi veram pœnitentiam ægerit propterea dicitur ibi, ſi ſapiat, quoniam ſecundum tritiſſimam ſententiam phyloſophorum iudicium de rebus dandum eſt magis ſecundum illa, quæ conueniunt eis per ſe, quam ſecundum illa, quæ cõueniunt eis per aliud, patet verò, quod verè ſapiens ab eo, quod abſolutè actualiter magis mouetur ad aliquid, puta ad timendum, quam ab eo, quod ſibi proponitur tantum conditionaliter, ideſt ſi hoc erit. Peccator ergo ſi ſapiat, timebit magis duplici de cauſa ſupplicium, quam ſperet premium maximè in principio ſuæ pœnitentiæ, & ſic eius pœnitentia inciperet primo à timore ſeruili (vt declaratum à ſupra) Primo, qui eſt certus de pœna, Secundo, quia eſt incertus de premio.

Timor nõ ſolũ filialis, ſed etiam ſeruilis perducit ad Regnũ Cęlorum diuerſimode.

Impugnatio.

Occaſione huius reſponſionis Lutheranus quiſque in fauorem ſui Magiſtri poſſet argumentari ſic, qui peccata propter pœnas inferni deteſtatur plus illas odit quam peccatum, cum dicat phyloſophus, propter quod vnum quodque, & illud magis, ſi enim odio habeo filium propter Patrem plus odi Patrem odiſſe autem pœnas pluſquam peccatum iniquum eſt, & peruerſum, ergo timor ſeruilis eſt malus.

Impugnationis ſolutio.

Theologus ſoluit hanc impugnationem (ſuppoſita doctrina Angelici Doctoris 22. q. 19. art. 4. quo in loco inueſtigans Doctor Sanctus, An timor ſeruilis ſit bonus) & reſpondens dicit, quod timor ſeruilis dicit duo, ſcilicet, obiectum, quod eſt pœna, et ſeruilitatem ſeruitas inquit eſt mala conditio, quia repugnant charitati, qui enim ſolum tanquam ſeruus operatur mouetur ab extrinſico (non conſentiente propria voluntate) qui autem ex charitate, mouetur ſua ſponte à principio intrinſico, obſeruandum tamen eſt, quod ſeruilitas non eſt de intrinſica ratione timoris ſeruilis propterea poteſt quis (timore pœnæ) mouerint verè conſentiat pœnitere, quare ille non magis odit pœnas quam peccatum appreciatiuè, & oſtéditur exemplariter doctrina iſta, ſi quis doleret de peccatis propter pœnam inferni, hoc adiecta negatione, Si mihi non imminerent illæ pœnæ non me pœniteret profecto, iſta conditionalis eſſet mala, & iſte pœniteret ad ſeruilitatem, quia ille pluris faceret pœnas illas euitare, quam Dei offenſam, & ille actus eſt, qui repugnat charitati qua Deus ſuper omnia diligitur. At verò ſi quis ex metu inferni mouetur ad deteſtanda peccata, ſine hac negatione (ſcilicet, alias non me pœniteret) non inde colligitur, quod appreciatiuè plus habeat odio, pęnas, quam peccatum, nam tunc timor non eſt proprius finis pœnitentiæ, ſed cauſa motiua charitatem, & legitimam pœnitentiam introducens, vt ſupra dictum eſt, immo ſi quis ex charitate existens ob timorem ſeruilem aut peccata ſibi dimiſſa deteſtatur, aut futura cauet, metus ille, quia fit ex gratia eſt meritorius de cõgruo.

Si quis nõ pęniteret, niſi pęnæ inferni eſſent inutilis eſſet, & vana eius pęnitentia.

Argumentum tertium.

Vltimum argumentum format Lector contra primum intentum dicendo, Timor eſt quidam actus interior hominis, ſed pœnitentia non eſſe ex opere hominis, ſed ex opere Dei (ſecundum illud Hier. 31. Poſtquam conuertiſti me egi pœnitentiam) ergo pœnitentia non procedit ex timore.

Argumenti ſolutio. Pęnitẽtia procedit à timore, & à motione Dei.

Theologus ad minorem dicit, quod timor vtique eſt actus interior hominis procedens ex actu Dei conuertentis cor hominis ad pœnitentiam, prout habetur Deut. 5. vbi dicitur, quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? & ideo licet pęnitentia à timore procedat, non excluditur quin procedat ex actu Dei conuertentis cor, ex quibus patet, quod timor ſeruilis procedit à Deo, & pęnitentia à timore ſeruili.

Contra

Impugnatio.

Contra ex hac reſponſione (poſſet dicere Lutherus) elici poteſt, quod homines craſſi, & ſordidi poſſent timore pęnæ tanquam ſerui, vt in veteri lege moueri, quod non eſt dicendum de Chriſtianis peccatoribus, qui non mouentur niſi per timorem filialem teſte D. Paulo, Rom. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum.

Impugnationis reſpōſio.

Gloſa in verbis iſtis Pauli ſatisfacit huic difficultati inquit Theologus dicendo, Spiritus eſt, qui facit duos timores ſeruilem, & caſtum, Paulus autem non condemnauit ſpiritum timoris, ſed dixit non eſſe ſufficientem niſi accedat filialis propterea hoc totum. eſt operatio filialis, vt facilius acquirant vitam æternam.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector, An pęnitentia ſit prima virtutum, & format rationes pro vtraque parte, Primo pro parte affirmatiua ſic. Gloſa ſuper illud Matth. 3. Pęnitentiam agite, dicit. Prima virtus eſt, per pęnitentiam punire veterem hominem, & vitia odiſſe, ergo pęnitentia eſt prima virtutum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua talem rationem format, pęnitentia procedit ex fide, ſpe, & charitate, prout declaratum eſt, in præſenti caſu, ergo pęnitentia non eſt prima virtutum ſupponit aliqua.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii ſolutio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa hoc dubiū tria facit, Primo ponit vnū fundamētū, Secūdo ſatisfacit quęſito tribus concluſionib. Tertio ſoluit inſtātias partis affirmatiuæ. Quo ad primum aliqua ſunt ſupponenda, In primis ex diuina ſcriptura habere poſſumus, quod pęnitentia eſt, & non eſt, prima virtutum, A ſcripturis, quod ſit inſinuatur per hoc, quod tam Chriſti præcurſor Matth. 3. quam Chriſtus Matth 4. in primæ ſuæ prædicationis ingreſſu dicunt pęnitentiam agite. Prædicatio autem ordinatur (vt patet) ad inſerendas virtutes, pectoribus auditorum, & vterque illorum maximè Chriſtus ad faciendos homines virtuoſos venerat, ergo pęnitentia per diuinam ſcripturam eſt prima virtus, quod autem ex eadem ſcriptura nō ſit prima inſinuatur per hoc, quod ponit fidem eſſe primum fundamentum totius boni, & propterea priorem alijs virtutibus, inter quas eſt pęnitentia, prout docet Apoſtolus, Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, & accedentem ad Deum oportet credere, Hoc etiam affirmat Concil. Trid. ſeſſ 6. cap. 6. Patet enim ibi ex ordine literæ Concilij, quod fides, ſpes, charitas, ſeu fidei, ſpei, charitatis actus, præcedunt pęnitentiam formaliter dictam, id eſt perfectum odium, ſeu meritoriam deteſtationem peccati, & firmum propoſitum inchoandi nouam vitam per obſeruantiam mandatorum Dei. Secundum ſupponendum eſt, quod inter virtutes non attenditur ordo temporis, quantum ad habitus, ſed dicitur vna earum eſſe altera prior ordine naturæ, quia conſiderantur ex ordine actuum, & loquimur non ſolum de virtutibus infuſis, ſed de acquiſitis etiam, quia cum virtutes ſint conexæ, nullus habitus habet integram rationem virtutis, niſi aſſotiatus ſit omnibus alijs, quare, & infuſæ omnes ſimul dātur cum gratia. Actus tamen vnius virtutis (ſua natura) præſupponitur ab alijs, ſed quia prudentia in omnibus medium, ſtatuit illa prior eſt alijs ordine naturæ. Actus ſimiliter laudabiles, & moraliter boni præcedere poſſunt etiam tempore habitum pęnitentiæ, ſicut actus fidei ſpei informatus, & actus timoris ſeruilis, tamen actus, & habitus charitatis, ſimul ſunt tempore, cum actuet habitu pęnitentiæ, & cum habitibus aliarum virtutum moralium, loquimur de habitibus infuſis, qui indiuidui comites ſunt gratiæ hoc enim oſtenſum eſt. p. 2. q. 113. art. 6. Nam in iuſtificatione impij ſimul eſt motus lib. arb. in Deum, qui eſt actus fidei per charitatem formatus, & motus lib. arb. qui eſt actus pęnitentiæ. Horum duorum motuum primus, ſcilicet, motus charitatis præcedit ſecundum nempè actum pęnitentiæ. Nam actus virtutis pęnitentiæ eſt contra peccatum ex amore Dei, vnde primus actus eſt ratio, & cauſa ſecundi hæc pro primo.

Quo ad ſecundum ponit Theologus tres concluſiones reſponſiuas, quarum prima eſt iſta. Pęnitentia ſimpliciter non eſt prima virtus, neque ordine temporis, neque ordine naturæ, non ordine temporis, quia omnes ſimul infunduntur, neque ordine naturæ, quia actus Theologicarum virtutum, ſcilicet, fidei, ſpei, & charitatis præſupponuntur actus enim fidei, & ſpei informatum poſſunt tempore præcedere tam habitum pęnitentiæ quam actum, vt ex præſenti caſu haberi poteſt. Non eſt prima virtutum ſecundum ordinem naturæ, quia actus charitatis intelligitur eſſe ante actum, inquantum in iuſtificatione impij, motus liberi arbitrij in Deum charitate formatus, præcedit naturaliter motum lib. arb. in peccatum, p. 2. q. 113. art. 8.

Pęnitētia nō eſt ſimpliciter prima virtutum, neque ordine tēporis, neque ordine naturæ.

Concluſio ſecunda, Pęnitentia quantum ad aliquid eſt prima inter cæteras virtutes ſecundum ordinem temporis probatur, concluſio iſta, quia actus pęnitentiæ prius occurrit in iuſtificatione impij, quam aliquis actus aliarum moralium virtutum. Nam niſi peccator ægerit pęnitentiam non poteſt opera aliarum virtutum exercere, quæ ſint Deo grata.

Pęnitētia quātū ad aliquid eſt prima inter cæteras virtutes ſecūdū ordinem temporis.

Concluſio tertia, ordine naturæ virtutes morales videntur eſſe priores pęnitentia, probatur concluſio iſta, Aliæ virtutes ad bonum hominis faciunt per ſe, pęnitentia autem concurrit per accidens, ergo aliæ virtutes priores ſunt pęnitentia ordine naturæ, valet conſequentia, quia id quod eſt per ſe eſt prius eo, quod eſt per accidens. Nam aliæ virtutes per ſe ſunt neceſſariæ ad bonum hominis licet nullum eſſet peccatum, quia datæ ſunt ad bonum faciendum, pęnitentia autem, vt dictum eſt pluries, non eſt virtus, niſi præſiſtente malo ad depellendum illud, prout dicitur de ſacramentis. Nam ſuppoſita natura corrupta, baptiſmus,

Ordine naturæ virtutes morales vidētur eſſe priores pęnitentia.

priſmus, confirmatio, & Euchareſtia pertinent per ſe ad vitam ſpiritualem, pœnitenti autem non competit niſi per accidens ad depellendum morbum, tolle enim morbum, & vulnera, non eſt neceſſaria medicina. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt aliquę obiectiones.

Obiectiones.

Obiectio prima.

LEctor format aliquas obiectiones contra prędicta, Prima eſt iſta. Actus pœnitentiæ eſt diſpoſitio ad gratiam, ac ſubinde ad charitatem, ergo eſt prior quam gratia, & charitas, probatur hoc, nam impoſſibile eſt idem eſſe prius, & poſterius alio.

Obiectionis ſolutio. Cauſæ in diuerſis generibus cauſarum poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ.

Theologus dicit, quod hanc obiectionem faciliter ſoluit Scola Thomiſtica per diſtinctionem minoris. Ariſt. 2. phyſicorum docet duo poſſe eſſe ſibi mutuo cauſam, in diuerſis generibus cauſarū, & ſic vnum poſſe eſſe prius altero, & econuerſo, Sanitas enim eſt cauſa finalis moderati exercitij, quæ quidem prius mouet hominem ad ambulandum, ſed tamen deambulatio eſt prior ſanitate in genere cauſæ efficientis, & ventus eſt prior in aperiendo feneſtras in genere cauſæ efficientis, ſed tamen apertio eſt prior, in genere cauſæ materialis, quia niſi prius natura aperta eſſet, aer non ingrederetur, eodem, ergo pacto Deus per auxilium ſpeciale mouens lib. arb. vt homo conuertatur in ipſum ſimul infundit gratias atque ſubinde virtutes, inter quas pœnitentiam, cuius quidem actus in genere cauſæ efficientis poſterior eſt infuſione gratiæ, & actu fidei, ſpei, & charitatis, ſed in genere cauſæ materialis, motus ipſius pœnitentiæ eſt prior, quia niſi homo pœniteret non fieret gratus, reſponſio eſt Sācti Thom. 1. 2. q. 1 1 3. art. 8. ad 2. exemplum eſt in generatione ignis tenendo cum Ariſt. & D. Thom. accidentia inhærere non materiæ, ſed ton compoſito, dum enim lignum vſque ad inflamationem calefit, calor, vt octo qui (exempli gratia ſit ſummus) in genere quidem cauſæ materialis prior eſt in ligno quam forma ſubſtantialis ignis, cum ſit eius diſpoſitio, tamen in genere cauſæ efficientis forma ſubſtantialis eſt prior, nam calor, vt octo non eſt niſi in ligno, quare forma ignis ingrediens materiam affert ſecum illum calorem, ſicut ad productionem animæ comproducuntur eius potentiæ, ita in propoſitio de pœnitentia, & ordine ad alias virtutes.

In genere cauſæ materialis motus pœnitentiæ præcedit alios motus in ordine ad remiſſionē peccatorum.

Obiectio ſecunda.

Non acquieſcit Lector quamuis exemplum naturale aptiſſimum ſit, tamen non videtur animus ſatis quieſcere. Arguitur enim ſic, Aut motus illæ pœnitentiæ, qui eſt diſpoſitio ad gratiam, elicitur à ſolo lib. arb. cum auxilio ſpeciali, vel ab illo, & à gratia ſimul iuſtificante, ſi à ſolo lib. arb. falſum eſt, id quod dicit Doctor Sanctus p. 3. loco citato, ſcilicet, quod gratiæ infuſio ſit prior, rurſus ſequitur motus ille non eſſe formatus, & non eſſe legitimæ pœnitentiæ (quæ vt dictum eſt) genere ſuo eſt infuſa virtus, neque Deum attingit, neque eſt dolor de offenſa, qui præſupponit charitatem infuſam, ſi autem dicas, quod elicitur à gratia ſimul cum lib. arb. alia ſubſequuntur incommoda, primum quia tunc non opus eſſet ponere auxilium ſpeciale præter gratiæ infuſionem, quæ eſt contra D. Thom. p. 2. q. 109. & contra id quod in caſu præſenti dictum eſt, nam cum illa gratia ſit donum ſupranaturale, illa ſufficeret ad infuſionem ſupranaturalium virtutum, ſine alio ſpeciali auxilio. Item ſequeretur, quod actus pœnitentiæ eſſet prior ſuo ipſius habitu, quod neque in genere cauſæ materialis eſt ſatis intelligibile, & quod hoc ſequatur patet, nam eſt diſpoſitio ad infuſionem gratię, & charitatis, & per conſequens ad infuſionem ſuiipſius habitus, & eſt difficillimum intellectu, vt cum nulla alia pręceſſerit diſpoſitio per ſolum actum elicitum ab habitu diſponatur ſubiectum ad eundem habitum ſuſcipiendum. In naturalibus enim forma propria ignis non producit calorem in igne, ſed comproducitur calor ab agente introducente formam, ſed quod actus elicitur ab habitu, & diſponat ad eundem habitum ſuſcipiendum, non eſt mirum ſi multi non intelligant, cum inintelligibile appareat, & pręcipuè, quia tunc vix poteſt diſtingui quomodo actus ille quem gratia nam pręcedit non ſit meritorius.

Obiectionis ſolutio.

Theologus ad hoc magnum apparatum perſoluendum duo facit, Primo adducit reſponſionē communem, Secundo efficaciter ſatisfacit, Primo dicit ad argumentum factum, quod actus pœnitentię elicitur à ſolo lib. arb. & illa ratione qua antecedit gratiam non eſt meritorius, ſed poſtea continuatur à gratia, & ab habitu infuſo, & illa ratione, per ipſum remittitur peccatum.

Impugnatio.

Contra hanc reſponſionem ſe opponit Lector dicendo, reſponſum hoc non apparet legitimum, nam cum non prius tempore moueatur lib. arb. quam gratia infundatur, quia eodem momento fit vtrumque non eſt ſatis intelligibile quomodo actus à lib. arb. elicitur, & poſtea ab habitu infuſo continetur.

Solutio.

Dicendum eſt inquit Theologus (& notanda eſt ſolutio) quod licet eodem puncto temporis, Deus per auxilium ſpeciale moueat lib. arb. & infundat gratiam, nihilominus motio illa eſt diſpoſitio, & via ad infuſionem gratię, Nam quia conuertimur in Deum, efficimur grati, & non quia efficimur ei grati conuertimur in Deum, quare in genere cauſę materialis prius nam ſit motio in Deum, vnde licet idem actus omnino eliciatur à lib. arb. & ſimul à gratia, & habitu pœnitentię nihilominus qua ratione procedit à lib. arb. eſt prior quam gratia, & quam habitus pœnitentię, & quā diſpoſitio ad vtrumque, ſed qua ratione elicitur à gratia, & ab habitu pœnitentię eſt Deo gratus, Actus igitur qua ratione procedit à potentia eſt prior in genere cauſę materialis quam gratia, & quam habitus ſuus, ſed habitus eſt prior quam actus, ſi eſt vera contritio formata, & idem dicendum eſt, de actu, & habitu charitatis ſcilicet, quod actus quatenus procedit à lib. arb. eſt in genere cauſę materialis prior quam ipſe habitus, ſed quatenus procedit à gratia eſt poſterior.

Habitus pœnitentiæ qua ratione procedit à lib. arb. eſt prior quam gratia, & eſt poſterior quatenus eſt formatus gratia.

Nequaquam vult acquieſcere Lector vltimo loco

loco impugnat hanc doctrinam dicendo, ex hac doctrina ſequeretur actum illum pœnitentiæ eſſe verè meritorum poſtquam eſt informatum gratia, conſeqoens apparet falſum. Nam vel eſſet meritorius gratiæ, vel ſolius gloriæ, & non gratiæ, quia ſi eſſet meritorius gratiæ, eſſet illius meritorius, quæ in illo inſtanti datur, quod eſt falſum, tum quia illa præcedit, vt dictum eſt, tum præſertim, quia pellaginum eſſet dicere illam gratiam dari nobis ex noſtris maritis, quod autem non ſit meritorius gloriæ probatur, nam maximè eſſet illius gradus gloriæ, qui correſpondet illi gratiæ, cum gloria non ſit maior quam gratia, conſequens autem apparet falſum, qoia cum illa gratia ſit acceptatio ad gloriam, & illa dator ſine meritis noſtris ſit, vt gloria detur ſine merito.

Obiectionis ſolutio. Actus pœnitentiæ informatus gratiæ eſt meritorius nõ gratiæ, ſed gloriæ reſpondẽti generale

Theologus dicit, quod Angelicus Doctor huic argumento ſatisfacit. p. 3. q. 112. art. 2. dicendo, quod actus ille eſt meritorius, vt optimè eſt probatum, non gratiæ, vt etiam argumentum oſtendit, ſed illius gloriæ, quæ eidem gratiæ correſpondet, quod enim gratia prima non detur ex meritis oſteodit D. Paulus dicendo, gratia non eſſet gratia, ſi ex operibus daretur, gloria igitur præter illam, quæ datur ex ſacramentis, nemini datur niſi ſecundum opera ſua, & prout geſſit in corpore, vt docet Apoſtolus ad Rom. 2 & 2. Cor. 5. vnde nulla eſt repugnantia, quod eadem gloria, quæ correſpondet gratiæ ſine meritis collatæ cadat ſub merito, gloriæ autem correſpondens gratiæ ſacramentali, datur ex ſolo merito Chriſti, vt patet in paruulis, ex his dicitur ad argumenta illa. Illa gratia eſſe acceptationem ad gloriam, ergo prius natura, homo eſt acceptus ad gloriam eidem gratiæ reſpondenti, quam habeat actum contritionis. Reſpondetur (relicta reſponſione aliorum) dicendo, quod gratia duo facit, Primo conſtituit hominem in eſſe ſupernaturali filij Dei, & hac ratione antecedit actum pœnitentiæ, faciens illam meritoriã, Secundo gratia ipſa eſt acceptatio ad gloriam, & hac ratione actus pœnitentiæ eſt prior gratia, diſcurſus vtique eſt phyloſophicus, ſed ſine tali diſcurſu non eſt poſſibile cognoſcere naturam, pœnitentiæ, & virtutum, propterea non eſt mirium ſi carentes ſcientia phyloſophiæ non capiant huiuſmodi difficultates. Hæc ſatis ſint pro ſecundo puncto, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ dubij principalis.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primæ inſtantiæ dicit, gloſſam dicere pœnitentiam eſſe primum, virtutem quantum ad hoc, quod actus pœnitentiæ, primus eſt tempore inter alias virtutes morales, quod & confirmat ſecunda concluſio noſtra, & probata remanet à loco ab authoritate actus enim virtutum moralium grati eſſe non poſſunt Deo, niſi prius peccator per pœnitentiam Deo ſit reconciliatus.

Inſtantia 2.

Inſurgit argumentator, & format ſecundam inſtantiam dicendo, Recedere à termino prius eſſe videtur, quam accedere ad terminum, ſed omnes aliæ virtutes pertinere videntur ad acceſſum ad terminum, cum per omnes ordinatur homo ad bonum agendum, pœnitentia cridinari videtur ad receſſum à malo, ergo pœnitentia videtur eſſe prior omnibus alijs virtutibus.

Inſtant. ſolutio. Pœnitentia prior eſt virtutibus moralibus in executione, ex parte finis, & obiecti virtutes morales præcedunt.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quud licet recedere à termino à quo ſit prius tempore, & prius natura quantum eſt ex parte ſubiecti, ideſt in executione motus, tamen ſecundum ordinem cauſæ agentis, & finalis, quæ mouet agentem prius eſt in intentione accedere ad terminum ad quem, homo enim non perficitur à loco in quo eſt, niſi eo animo, vt perueniat in alium, huiuſmodi ordo reperitur in actibus animæ prout docet Ariſt. 2. de Anima, quare ſecunda, & tertia concluſio verum dicunt, ſcilicet, quod pœnitentia eſt prior in exercitatione, moralibus virtutibus, ſed ex parte obiecti, & finis virtutes illę ſunt priores pœnitentia, quod autem virtutes Theologicæ ſint priores pœnitentia natura, etiam in exercitio alia eſt ratio, ſcilicet, quia virtutes theologales ſunt radices meriti virtutis pœnitentiæ.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo, Ante pœnitentiam eſt peccatum in anima, ſed ſimul cum peccato nulla virtus eſt in anima, ergo ante pœnitentiam nulla eſt virtus, ſed ipſa eſt prima virtus, qui expellit peccatum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus cum D. Thom. ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod pœnitentia apperit additum virtutibus expellendo peccatum per virtutem fidei, ſpei, & charitatis, quæ ſunt naturaliter priores ipſa pœnitentia, ita tamen aperit eis additum, quod ipſe ſimul intrant cum ipſa pœnitentia, nam eodem momento temporis quo lib. arb. mouetur in Deum, per fidem, ſpem, & charitatem, & in peccatum per deteſtationem ſimul remittitur peccatum, & infunditur gratia, cum qua omnes virtutes, tam theologicæ quam morales infunduntur prout oſtendit Doctor Sanctus p. 2. q. 113. art. 7. & 8. vt patet legentibus.

In eodem momento temporis quo infunditur gratia in pęnitẽte infunduntur omnes virtutes.

Quęrit enim Lector an pœnitentia ſolis virtutibus moralibus additum pandat, an etiam Theologicis, Theologicis non videtur, quia illę ſunt priores nam pœnitentia, ergo non videtur, quod pœnitentia illis additum pandere poſſit.

Reſpondet Theologus dicendo, quod D. Th. intendit, quod omnibus virtutibus, etiam Theologalibus, pœnitentis additum pandat, natura qua ratione pœnitentia eſt, id per quod tollitur peccatum, quod eſt impedimentum gratię, & virtutum, aperit eis additum, licet earum opere fulta faciat hoc, prout declaratum eſt. Hęc ſint ſatis, non ſolum pro dubio iſto, ſed pro caſu, & pro tota diſputatione hac.

DI-

DISPVTATIO QVARTA in littera P.

De partibus pęnitentiæ in generali.

LEctor in hac vltima diſputatione, propoſnit duos caſus cum dubijs anexis diſputandos. In primo caſu quærit, vtrum pœnitentia habeat partes, dubium eius quærit, quænam ſint partes eius. In ſecundo caſu inueſtigat. An huiuſmodi partes ſint integrales, & in dubio poſtulat, ſi conuenienter diuidatur pœnitentia, in pœnitentiam ante baptiſmum, in pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium.

Caſus primus.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN hoc primo caſu Lector quærit, vtrum pęnitentiæ debeant partes aſſignari? & pro vtraque parte format argumenta, primo pro parte affirmatiua ſic, partes ſunt ex quibus perfectio alicuius integratur, ſed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus, ſcilicet, contriſione, confeſſione, & ſatisfactione, ergo iſtæ partes ſunt aſſignandæ pœnitentiæ.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua argumentatur ſic, Sacramenta ſunt in quibus diuinæ virtus operatur ſalutem, ſed virtus diuina eſt vna, & ſimplex non ergo pœnitentiæ cum ſit vnum ſacramentum debent partes aſſignari.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum tria facit, Primo oſtenditur varietas opinionum, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiua. Quo ad primum dicit ex Illuſtriſſimo Domino Caietano, quod circa hunc tractatum in quo de partibus pœnitentiæ agitur, ſcilicet, contritione, confeſſione, & ſatisfactione, ſciendum eſt varias inueniri de hac re opiniones, Scotus namque in 4. diſtinct. 16. quæſt. 1. tenet, quod iſta tria nullo modo ſint partes ſacramenti pœnitentiæ, & fundamentum eius eſt, quia apud ipſum in eodem 4. diſtinct. 14. quæſt. 4 Sacramentum pœnitentiæ eſt abſolutio ſacramentalis, cuius nulla pars eſt contritio, quæ eſt quoddam ſpeciale in anima, neque confeſſio, quia nihil eſt ipſius ſententiæ ſacerdotis, ſed eſt actus rei accuſantis ſeipſum, neque ſatisfactio, quæ ſequitur abſolutionem ſacramentalem. Durandus verò in 4. diſt. 14. quæſt. 2. art. 1. tenet ſacramentum pęnitentiæ integrari, ex abſolutione, vt forma, & confeſſione, vt materia, contritionem autem non ponit eius partem, ſed diſpoſitionem preuiam, ſatisfactionem autem pro conſequenti, & quoniam inquit Caietanus Illuſtriſſimus, via Doctoris Angelici eſt Canonizata ab vniuerſali Synodo Florentina ſub Eugenio 4. vbi ſic legimus quartum ſacramentum eſt pęnitentia cuius quaſi materia ſunt actus pęnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet dolere de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero, Secunda eſt oris confeſſio ad quem pertinet, vt peccator omnia peccata (quorum memoriam habet) ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium ſacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam, Forma huius ſacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert cum dicit Ego abſoluo te. Hæc ibi ideo Sanctæ Matris Eccleſiæ doctrina monſtrat, tam Scoti quam Durandi opiniones deficere, ex hoc enim, quod ſacramentum pęnitentiæ conſtare dicitur es actibus pęnitentis, vt materia, & abſolutione, vt forma, ſequitur, quod ſacramentum pęnitentiæ non eſt ſola abſolutio ſacerdotis, ex hoc verò, quod actus pęnitentis, qui ſunt, vt materiæ ſacramenti diſtingui dicuntur in tres partes, ſcilicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, ſequitur, quod non ſola confeſſio, vt materia in ſacramento pęnitentiæ, ſtat ergo ſolida doctrina D. Thom. propterea ſecundo loco ponit eius concluſionem.

Partes integrales pęnitẽtiæ ſunt tres, ex decreto Cõcilij Florentini, contritio, confeſſio, & ſatisfactio.

Sacramẽtum pęnitẽtiæ habet tres partes contritionem, cõfeſſionem, & ſatiſfactionem, & habitus ex diuina ſcriptura

Concluſio, Sacramentum pęnitentiæ habet partes tres, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Probatur concluſio iſta, in ſacramento pęnitentiæ ex parte materiæ inuenitur pluralitas, ſed vbicunque inuenitur pluralitas ex parte materiæ, ibi eſt inuenire partium rationem cum partes, ſint in quas tanquam in materiam, totum tanquam in formam, diuiditur ergo, vel ſic partes rei ſunt in quas materialiter totum diuiditur habent enim ſe partes ad totum ſicut materia ad formam per Ariſt. 2. phyſicorum partes enim ponuntur in genere cauſæ materialis, & forma eſt totum in genere cauſæ formalis, vbicunque igitur ratione materiæ inuenitur ratio plurium, ideſt ratio partium, dictum eſt autem in præcedentibus diſputationibus, quod in ſacramento pęnitentiæ actus humani ſe habent per modum materiæ, ergo cum plures actus requirantur ad perfectionem pęnitentiæ, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ille ſunt partes, nam partes ſunt ille ex quibus totius perfectio integratur.

Concluſio iſta ex diuina ſcriptura etiam habetur primo ex Pſalm 79. vbi dicit Propheta, Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſuram, ecce prima pars pęnitentiæ, ſcilicet, contritio, Secunda pars habetur in Pſalm. 31 vbi Propheta ait. Dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam Domino, Tertia pars habetur in Matth. 3. & Luca 3. Facite fructus dignos pęnitentiæ, ecce ſatisfactio, quæ eſt, Tertia pars, & Leuiti-

ci quioto, figuraliter hæ partes oſtenduntur. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam offerat arietem immaculatum de gregibus, ſacerdoti, iuxta menſuram donationem peccati, nam per ly rea peccati intellexit iniquitatem ſuam denotatur prima pars pęnitentiæ, ſcilicet, contritio, quoniam ille, vt reus peccati intelligit iniquitatem ſuam, qui dolet de peccato ſuo, ly offerat arietem immaculatum ſacerdoti, deſignat confeſſioοem, quoniam cum diuerſæ oblationes pro diuerſis peccatis offerri mandaretur (vt multis in locis Leuitici patet) Specialis oblatio ablata ſacerdotem notificabat qualitatem peccati offerentis, & ita gerebat vicem confeſſionis, & ly iuxta menſuram extimationemque peccati, ſignificatur tertia pars, ſcilicet, ſatisfactio, quoniam in hac fit quædam recompenſatio proportionaliter, quamuis non æqualiter corre pondens, offenſæ diuinæ Multi alij loci poſſunt videri apud Poretam, qui abundè tractant de hac materia (ſed illis relictis) & terminato hoc ſecundo puncto nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Solutio argumentorum.

Argumenti ſolutio.
Pęnitentia eſt vnũ ſacramentum licet habeat tres partes integrales, et duæ eſſentiales.

THeologus dicit primo argumento, quod licet virtus diuina ſit vna, & ſimplex, poteſt operari, & per vnum, & per multa propter ſui magnitudinem ratione quorum alicui ſacramento partes poſſunt aſſignari. Nam partes, non aſſignaotur ſacramento pęnitentiæ quaſi, quod virtus actiua Dei operans in ipſo non ſit vna, & ſimplex, immo, & pęnitentia, & quodlibet aliud ſacramentum, ex parte hac, ſcilicet; ratione virtutis diuinæ in eo operantis habet ſimplicitatem, ſed aſſignantur partes ei ad denotandum, quod virtus illa ibi operatur per multa, ſcilicet, per hominis contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra ſupradicta format ſecundum argumentum ſic, pęnitentia, & eſt virtus, & eſt ſacramentum, ſed ei inquantum eſt virtus non aſſignantur partes. Nam virtus eſt habitus quidam, qui eſt ſimplex qualitas mentis, ſimiliter, & pęnitentiæ inquantum eſt ſacramentum non videtur, quod illi ſint partes aſſignandæ, cum baptiſmo, & alijs ſacramentis non aſſignentur partes, ergo pęnitentia vllo modo habet partes.

Argumenti ſolutio.
Pęnitentię, vt virtus nõ aſſignãtur partes vt ſacramentum ſic.

Theologus concedit, quod pęnitentiæ, vt virtus non aſſignantur partes, & negat non ſint aſſignandæ, vt ſacramentum, vt virtus non aſſignantur partes. Actus enim humani, qui multiplicantur in pęnitentia non comperantur ad habitum virtutis vt partes, ſed ſicut effectus. Aſſigoantur partes pęnitentiæ, vt ſacramentum eſt, ad quam actus humani comparantur, vt materia, in alijs autem ſacramentis, materia non ſunt actus humani, ſed aliqua res exterior, vna ſiue ſimplex, vt aqua, & oleum, vel compoſita, vt chriſma. Ideo in alijs ſacramentis non aſſignantur partes. Dicendum igitur eſt ex reſponſione data primo argumento, quod virtus illa diuina in alijs ſacramentis operatur per vnum, ideſt per vnam materiam, ad differentiam pęnitentiæ, in qua operatur per multa.

Argumẽtum tertium.

Vltimum argumentum format Lector, quod eſt tale, pęnitentiæ materia eſt peccatum, ex præcedentibus, ſed peccato non aſſignantur partes, ergo nec &c.

Argumenti ſolutio.
Peccatum eſt materia remota pęnitẽtiæ actua pęnitentis ſunt materia vltima.

Theologus dicit ad antecedens, quod peccatum eſt materia remota in pęnitentia, inquantum, ſcilicet, peccata ſunt materia, vel obiectum humanum actuum, actus autem pęnitentis ſunt propria materia pęnitentiæ prout eſt ſacramentum, partes autem non aſſignantur ſacramento ex parte materiæ remotæ, ſed ex parte materiæ propinque. Hæc pro caſu, nunc proponendum eſt dubium.

Dubium.

IN hoc dubio quærit Lector, An conuenienter aſſignentur partes pęnitentiæ, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, & ab vna parte probat, quod ſint deficientes ex alia partea, quod ſint ſuperabundantes pro prima parte ſic, pars enim hominis non ſolum eſt corpus, quod eſt eius materia, ſed etiam forma eius, quæ eſt anima, ſed tria prædicta, cum ſint actus pęnitentis ſe habent ſicut materia, abſolutio ſacerdotis ſe habet, vt forma, ergo abſolutio ſacerdotis debet poni quarta pars pęnitentię.

Primæ partis probatio.

Partis ſecundæ probatio.

Pro ſecunda parte ſic ratiocinatur. Contritio eſt in corde, & ſic pertinet ad partem interiorem, confeſſio, & ſatisfactio ſunt in opere, & ſic duo vltima pertinent ad exteriorem pęnitentiam, pęnitentia autem interior non eſt ſacramentum, ſed ſola exterior, quę ſenſui ſubiacet. Non ergo conuenienter aſſignantur hę partes ſacramento pęnitentię.

Dubii deciſio pro vtraque parte.

Duplex pars ſacramẽti pęnitẽtiæ eſſentialis, & integralis, prima eſt materia, & forma, ſecunda confeſſio, contritio, & ſatisfactio.

LEctor Theologus pro ſolutione dubij (ſuppoſita vna diſtinctione) duabus concluſionibus ſatisfacit quęſito, poſtea ſoluit inſtantias pro vtraque parte, In caſu oſtenſum eſſe ſacramentum hoc habere partes, meritò in dubio quęritur, quęnam ſunt partes iſte, & quot an ſint tręs, vel plures, vel pauciores. Diſtinctio eſt iſta, duplex eſt pars rei, vt habetur, quinto Methaphyſices, tex. 7. videlicet pars eſſentię, & pars quantitatis, partes eſſentię ſunt in duplici genere, naturali, & logico partes eſſentię naturales ſunt materia, & forma, logicè genus, & differentia. Conſtat enim phyſicè homo ex corpore, & anima, & logica ex genere, & differentia.

Stante hac diſtinctione ponitur prima concluſio, Sacramentum pęnitentiæ conſtat ex duabus partibus, ſcilicet, ex rebus, & verbis, vt baptiſmus

ex

ex ablutione,& forma verborum,& ex genere,& differentia ſicut baptiſmus eſt ſacramentum regenerationis ex aqua, & Spiritu Sancto, iſto modo non quæritur an ſacramentum pœnitentiæ habeat has partes, quia de hoc non eſt dubium. At quia in ſacramento pœnitentiæ, vt dictum eſt materia eſt actus pœnitentis, quæritur an hæc materia ſacramenti diuidatur in partes ſicut quantitas corporis diuiditur in ſuas partes. His pro prima concluſione ſuppoſitis ponitur ſecunda concluſio, quæ eſt iſta.

Contritio, cõfeſſio, & ſatiſfactio ſũt partes materiales pœnitẽtiæ.

Concluſio ſecunda. Contritio, confeſſio, & ſatiſfactio conuenienter ponuntur partes pœnitentiæ,& probatur concluſio iſta, in pœnitentia fit recompenſatio offenſæ Deo factæ ſecundum voluntatem peccantis, & ſecundum arbitrium Dei, in quem peccatur probatur hoc, quia in hoc ſacramento requiritur reconciliatio amicitiæ inter Deum, & peccatorem. Contritio autem ex parte pœnitentis importat, voluntatem recompenſandi, confeſſio importat iſtud, ſcilicet, quod peccator ſubijcit ſe arbitrio ſacerdotis locum Dei gerentis, ſatisfactio eſt illud, quod requiritur ad recompenſandum Deo, pro arbitrio confeſſarij. Confirmatur hoc, pœnitentia, eſt compenſatio offenſæ alio modo inquit D. Thom. in ſua vltima quæſt. 3. partis art. 2. quàm in vindicatiua iuſtitia. Nam in vindicatiua iuſtitia fit compenſatio, ſecundum arbitrium iudicis,& non ad libitum offendentis, vel offenſi, ſed in pœnitentia fit recompenſatio, & ſecundum ſpontaneam voluntatem peccantis,& ſecundum arbitrium Dei in quam peccatur, ratio eſt, quia hic non quæritur ſolum reintegratio æqualitatis iuſtitiæ, ſicut in iuſtitia vindicatiua, ſed magis reconciliatio amicitiæ, quæ fit dum offendens offenſo, ſecundum eius voluntatem recompenſat. Hac igitur ratione requiritur ex parte pœnitentis, Primo quidem voluntas compenſandi, quod fit per contritionem, Secundo quod ſe ſacerdoti ſubijciat, tanquam Dei miniſtro, quod fit in confeſſione, Tertio quod recompenſet ſecundum arbitrium eiuſdem ſacerdotis, quod fit in ſatisfactione, ergo partes pœnitentiæ non ſunt plures, nec pauciores his tribus, prout oſtenſum eſt in caſu authoritate Concilij Florentini. Hoc idem etiam habetur in Concilio Tridentino ſeſſione 14. cap. 3. ſic, ſunt autem quaſi materia huius ſacramenti, ipſius pœnitentis actus, nempè contritio, confeſſio,& ſatisfactio, qui quatenus in pœnitente ad integritatem ſacramenti,& plenamque, & perfectam remiſſionem peccatorum ex Dei inſtitutione requiritur, hac ratione partes pœnitentiæ dicuntur, & Can. 4. Si quis negauerit ad integram,& perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materia ſacramenti pœnitentiæ videlicet, contritionem, confeſſionem,& ſatisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur, Aut dixerit duas tantum eſſe pœnitentiæ partes, terrores, ſcilicet, in conceſſos conſcientiæ agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione qua credit quis proximum remiſſa peccata anathema ſit, ex quibus

Partes integrales pœnitẽtiæ non ſunt plures, vel pauciores tribus.

apparet error Lutheri negantis in quinto ſuo articulo damnato à Leone decimo, has tres eſſe partes ſacramenti, pœnitentiæ, contra huiuſmodi hæreſim eſt D. Chryſoſtomus Can. perfecta de pœnitentia diſtinct. 3. vbi dicit perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre. In corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas, hæc eſt fructifera pœnitentia. Quo circa ſicut ſunt tria peccatorum genera, ſcilicet, in corde, ore, & opere, tot ſunt pœnitentiæ partes, quæ ad ſingulorum remiſſionem ſunt neceſſariæ. Iſtæ igitur ſunt partes pœnitentiæ ſacramenti ex Concilio Florentino,& Tridentino propterea nec Scotus, nec Durandus eſt audiendus, prout notatimus in fundamento pro caſu,& in hoc dubio ex Concilio Tridentino. His ſic declaratis ſoluendæ ſunt inſtantiæ.

Solutio inſtantiarum.

Theologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod quamuis contritio quantum ad eſſentiam ſit in corde, tamen quatenus continet propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, ad exteriorem pertinet pœnitentiam, & hoc inſinuat Doctor Sanctus dicendo, contritio eſſentialiter eſt in corde, & pertinet ad interiorem pœnitentiam virtualiter pertinet ad exteriorem pœnitentiam ratione propoſiti. Ad hoc enim quod contritio ſit pars pœnitentiæ, quæ eſt ſacramentum ſufficit ipſam pertinere virtualiter ad pœnitentiam exteriorem, quod confirmat Concilium Tridentinum ſeſſione 14. capit. 4. Contritio primum locum habet inter dictos pœnitentiæ actus. Animi dolor, & deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat, ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua coniunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiendũ hoc ſacramentum requiritur. Hæc concilium, vbi patet expreſſè, quod contritio, vt pars huius ſacramenti non eſt ſine voto præſtandi reliqua, vt declaratum eſt.

Inſtant. ſolutio.

Contritio eſt in corde quo ad ſuã eſſentiam quo ad propoſitũ ſe extendere ad confeſſionẽ, & ſatisfactionem.

Argumentator impugnat hanc reſponſionem dicendo, contritio non eſt pars ſacramenti eſſentialiter, ſed virtualiter tantum, ergo non ſunt tres partes ſacramenti pœnitentiæ, ſed duæ, ergo Angelicus Doctor in hoc loco eſt ſibiipſi contrarius.

Impugnatio.

Theologus huic impugnationi ſatisfacit dupliciter, Primo cum Illuſtriſſimo Domino Caietano, Secundo cum Magiſtro Dominico à Soto, Primo dicit, quod in contritione plura inueniuntur inter quæ vnum eſt velle compenſare ad arbitrium ſacerdotis, & ratione huius ponitur prima pars pœnitentiæ ſacramenti, tanquam initium eius, ita quod actus iſtæ interior licet ſecundum ſe, non ſpectet ad pœnitentiam exteriorem, vt eſt tamen ratio,& initium exterioris pœnitentiæ, ad exterio-

Impugnationis ſolutio.

In cõtritione reperiuntur multa, vt ſit pars materialis ſacramẽti pœnitentiæ.

rem ſpectat pœnitentiam, & hocmaximè deſumitur à differentia recompenſationis ex iuſtitia, & recompenſatione iuſtitiæ, & amicitiæ, recompenſatio enim iuſtitiæ attenditur ſecundum æqualitatem exteriorem, ſiue ſpontè, ſiue inuitum fiat recompenſatio, vt patet tam in ſolutione pecuniæ quam in abſciſione membrorum ſatisfactum enim eſt iuſtitiæ etiam ſi inuitus reus ſoluerit aut paſſus fuerit. Recompenſatio autem iuſtitiæ, & amicitiæ niſi ſpontè fiat à reo nihil valet, quoniam non eſt reconciliatiua, & quoniam ad ſacramentum pœnitentiæ ſpectat recompenſatio reconciliatiua propterea D.Thom. ponit initium pœnitentiæ velle recompenſare, quod velle, quia clauditur in contritione ideo contritio ponitur prima pars pœnitentiæ ſacramenti in quo ſenſu dicitur in reſponſione, quod virtualiter, ſcilicet, vt eſt initium recompenſationis eſt pars ſacramenti, ſcilicet, inquantum implicat propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, vnde patet, quod contritio non ſolum ſecundum ſe, ſed vt eſt prima pars pœnitentiæ diſtinguitur à confeſſione, & ſatisfactione, nam voluntas recompenſandi diſtinguitur à ſubiectione, & executione.

Contritio ſecundum ſuã eſſentiã eſt in corde, & eo eſt pars pœnitentiæ.

Reſponſio ſecunda D.Thom. non dicit contritionem ſecundum eſſentiam non eſſe partem pœnitentiæ, ſed quod ſecundum eſſentiam eſt in corde nihilominus ſecundum ſuam eſſentiam eſt pars, ſcilicet, quatenus eſt dolor, & deteſtatio peccatorum cum propoſito ea tollendi, ſed quia peccata non tolluntur niſi per propoſitum confeſſionis, & ſatisfactionis, in ſua eſſentia includit tale propoſitum, & ideo ſunt tres partes habentes rationes diuerſas, inter quas contritio eſt aliarum initium, itaquod contritio eſt pars ſacramenti, ſed non eſt pars ſenſibilis, niſi quatenus per confeſſionem, & ſatisfactionem inoteſcit, ſicut patet de conſenſu interno contrahentium.

Inſtantia 2.

Argumentator inſtat ſecundo loco dicendo, In ſacramentis nouæ legis confertur gratia, ſed per ſatisfactionem non confertur gratia cauſa ſubſeqnatur abſolutionem, immo quandoque natura eſt neceſſaria, quando quis in articulo mortis confitetur, ergo non eſt pars ſacramenti.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod ſatisfactio confert gratiam prout eſt in propoſito, & auget ipſam in executione ſicut baptiſmus adultorum accedentium in gratia, cauſa illis auget. Diligenter eſt obſeruanda hæc doctrina inquiunt expoſitores, nam ſatisfactio ſacramentalis auget gratiam ex hoc, quod eſt pars ſacramenti, vnde apperet differentia, quæ eſt inter ſatisfactionem ſacramentalem, & non ſacramentalem, nam ſatisfactio ſacramentalis valet non ſolum ſecundum ſe, ſed etiam ex virtute clauium, ſatisfactio autem non ſacramentalis valet ſolum ſecundum ſe, quoniam à clauibus non emanauit, quo circa plus prodeſt vnus ieiunij dies aut vnus pſalmus ex impoſitione confeſſarij quam ſine tali impoſitione, & hinc ſequuntur duo, Primum quod pœnitentes erant paruam, ſatisfactionem volentes ſibi à confeſſario imponi, Secundum

Valde vtilis eſt facere pœnitentiã ex ordine confeſſarij, quod ſeruare debent negligentes.

quod confeſſores, minus bene prouident pœnitentibus paratis tamen, ad omnia facienda pro culpis delendis (dando illis leuem pœnitentiam) ipſa enim prorogatio ſatisfactionis ſacramentalis virtute clauium, & augere nata eſt gratiam, & plus valere ad ſatisfaciendum pro peccatis.

Impugnatio.

Contra hoc eſt inſtantia, vel impugnatio Durandi in 4. diſt. 16. q. 1. dicentis contra ſatisfactionem, ſcilicet, quod non ſit pars ſacramenti, & probat ſic, Id non eſt pars ſacramenti, ſine quo ſacramentum eſt complectum, vel deficiente illa parte ſacramentum nullum eſt, ſed (ſine ſobſecuta ſatisfactione) ſacramentum pœnitentiæ iam fuit verum ſacramentum, ergo ſatisfactio non eſt pars ſacramenti.

Impugnationis ſolutio. Pars ſacramẽti pœnitentiæ duplex eſſentialis, & integralis.

Theologus cum Caietano, ſoluit hanc impugnationem dicendo, quod pars ſacramenti pœnitentiæ eſt duplex (eſſentialis, vel integralis) ſiue parte eſſentiali, ſacramentum nullum eſt, ſicut nec homo eſt, ſi deſit anima, vel corpus, ſed ſine vna parte integrali ſacramentum verum quidem eſt, ſed imperfectum, ſicut homo ſine manu, eſt verus homo, ſed mancus ſatisfactio non eſt pars eſſentialis, ſed integralis pœnitentiæ, eſt enim pars actuum pœnitentis, qui ſunt, vt materia, ſeu pars eſſentialis ſacramenti, omnes ſimul ſicut manus eſt pars corporis humani, quod eſt materia, & eſt pars integralis corporis, ſic ſatisfactio eſt pars integralis pœnitentiæ.

Inſtantia 3.

Contra hoc inſtat tertio loco Argumentator dicendo, Non eſt idem fructus rei, & pars, ſatisfactio eſt, fructus pœnitentiæ, vt habet Lucæ 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, ergo non eſt pars pœnitentiæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, ad maiorem, quod idem non fructus, & pars rei reſpectu eiuſdem, ſed diuerſa ratione poteſt eſſe vtrumque ſatisfactio eſt pars pœnitentiæ ſacramenti, & fructus pœnitentiæ virtutis.

Inſtantia 4.

Nondum acquieſcit Argumentator inſtat de nouo dicendo, pœnitentia ordinatur contra peccatum, ſed peccatum poteſt fieri ſolum in corde per conſenſum, vt docet Doctor Sanctus p. 2. q. 71. art. 7. ergo, & pœnitentia, ergo ſatisfactio operis non eſt computanda inter partes pœnitentiæ.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & ratio negationis eſt, quia vt inquit Dionyſius de diuinis nominibus cap. 4. quia bonum fit ex integra cauſa, malum autem ſingularibus defectibus, plura enim requiruntur ad bonum quam ad malum, & ideo licet peccatum perficiatur in conſenſu cordis, ad perfectionem tamen pœnitentiæ requiritur, & contritio cordis, & oris confeſſio, & operis ſatisfactio, ex quo venit neganda illatio ſecundæ concluſionis, ſcilicet, quod ſatisfactio operis non ſit computanda inter partes pœnitentiæ, ex hac falſa multa illuſiones oriuntur peccatoribus, qui putant peccata cordium non eſſe confitenda, & pro illis non eſſe ſatisfaciendum, quod obſeruans diabolus ſua illuſione detinet hæreticos illos, qui dicunt confeſſionem ſolo corde factam Deo ſufficere ad ſalutem.

Peccata cordiũ non ſolũ ſunt conterẽda, ſed cõfitẽda, & pro illis eſt ſatisfaciendum.

Ad

Ad id quod pro ſecundo argumento eſt adductum pro dubio, in principio dicunt verum eſſe, quod abſolutio eſt præcipua pars ſacramenti pœnitentiæ, ſcilicet, eſt pars eſſentialis, ſed illa non computatur inter partes integrantes, quia non ſe tenet ex parte materiæ, ſed ex parte formæ, vnde partes integrales pœnitentiæ ſunt tres, nec pauciores plures, & hoc eſt, quod intendit docere hic Doctor Sanctus, & hæc ſint pro dubio, & caſu iſto.

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu quærit, ſi huiuſmodi tria, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſint partes integrales pœnitentiæ, & pro vtraque parte format argumenta, Primo pro parte affirmatiua ſic, Ille dicuntur partes integrales ex quibus perfectio totius integratur, ſed ex tribus prædictis, ſcilicet, contritione, confeſſione, & ſatisfactione, integratur perfectio ipſius pœnitentiæ, ergo ſunt partes integrales eius.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua argomentatur ſic, pœnitentia (vt dictum eſt in præcedentibus diſputationibus) contra peccatum ordinatur, ſed peccatum cordis, oris, & operis ſunt partes ſubiectiuæ peccati, & non partes integrales, cum peccatum de quolibet illorum prædicatur, ergo etiam in pęnitentia contritio cordis, oris, confeſſio, & operis ſatisfactio non ſunt partes integrales.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Antequam Lector Theologus veniat ad deciſionē caſus obſeruat vnum, ſcilicet, quod ex præcedentibus notum eſt huiuſmodi partes pœnitentiæ eſſe materiales, & per conſequens integrales, ſed quia hanc veritatem aliqui negarunt, propterea D. Thom. format hunc caſum pro cuius deciſione Lector Theologus tria facit, Primo recitat duas opiniones falſas circa hanc materiam, & deſtruit illas, Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ, pro fundamento igitur opinionum diuerſarum obſeruandum eſt, tria eſſe partium genera in propoſito noſtro, ſcilicet, eſſentialium, vt materia, & forma, ſubiectiuarum, vt ſpecies in ordine ad ſuum genus, vt homo Leo, &c. in ordine ad animal, & potentiarum. v. g. potentiæ animæ, vt memoria, intellectus, & voluntas, quæ dicuntur potentiæ animæ.

Quo ad opiniones prima opinio in noſtro propoſito fuit quorumdam, qui dixerunt, hæc tria eſſe partes ſubiectiuæ pœnitentiæ, ſed opinio iſta vera non eſt, ratio eſt, quia ſingulis partibus ſubiectiuis adeſt tota virtus totius, & ſimul, & æqualiter ſicut tota virtus animalis inquantum eſt animal ſaluatur in qualibet ſpecie animalis, quæ ſimul, & æqualiter diuidunt animal, ſed hoc non eſt in propoſito falſum eſt, quod tota pœnitentia ſit contritio, vel confeſſio, vel ſatisfactio, ſeiunctim ſumptæ propria alij dixerunt, quod hæc tria ſunt partes potentiales, ſed nec hoc verum eſſe poteſt inquit Doctor Sanctus, quia ſingulis partibus potentialibus adeſt totum ſecundum totam eſſentiam, ſicut tota eſſentia animæ adeſt cuilibet eius potentiæ, non quod intellectus ſit anima, cum ſit eius proprium accidens, vt ait Ariſt. ſed quia in eo eſt tota eſſentia animæ, tota anima adeſt intellectui, tota memoriæ, tota voluntati, ſacramentum pœnitentiæ non continetur totum, in contritione, non totum in confeſſione non totum in ſatisfactione, ſed totum, ſcilicet, forma ſacramenti pœnitentiæ adeſt omnibus ſimul ſicut anima informat ſimul omnes partes corporis, & hæc eſt propria ratio partium integralium, videlicet, vt ſimul ſumptæ recipiant formam. His igitur opinionibus reiectis ponitur concluſio, reſponſione quæſito.

Tria prædicta, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſunt partes integrales pœnitentiæ, Probatur concluſio iſta à ſufficienti diuiſione, quia totum, ſcilicet, pœnitentia non adeſt ſingulis illarum partium, neque ſecundum totam virtutem, neque ſecundum totam eſſentiam ſuam, ſed omnibus ſimul, vt oſtenſum eſt, ſed ad rationem partium integralium exigitur hoc, ſcilicet, quod totum non adſit ſingulis partibus, neque ſecundum totam virtutem eius, neque ſecundum totam eius eſſentiam, ſed omnibus ſimul, ergo ſequitur, quod ſint partes integrales, quod, & clare probat argumentum adductum pro parte affirmatiua, hæc pro ſecundo puncto. Nunc ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Contritio, cōfeſſio, & ſatiſfactio nō ſunt partes ſubiectiuæ, nec potentiales, ſed ſunt partes integrales ſacramenti pęnitentiæ.

Argumentorum ſolutio.

Theologus ſatisfacit primo argumento negando conſequentiam, & ratio negationis eſt, quia licet peccatum cordis oris, & operis ſint partes ſubiectiuæ peccati, & non partes integrales, tamen hæc tria, ſcilicet, quod eſt in corde, & quod eſt in ore, & quod eſt in opere ſunt partes quaſi integrales talis peccati, ſcilicet, cordis, oris, & operis, quia enim pœnitentia perficitur ſimul in his tribus, ſcilicet, corde, ore, & opere, ideo pęnitentiæ hæc tria, ſcilicet, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſunt partes integrales, vnde D. Thom. ad argumentum dicit, quod peccatum, quia rationem mali habet, poteſt in vnum tantum perfici, vt dictum eſt in dubio præcedenti, & ideo, quod in ſolo corde perficitur eſt vna ſpecies peccati, alia ſpecies peccati eſt, quæ perficitur in corde, & ore, Tertia verò ſpecies peccati eſt peccatum, quod perficitur in corde, & opere, & huiuſmodi partes quaſi integrales ſunt, quod eſt in corde, quod eſt in ore, & quod eſt in opere, & ideo pęnitentia, quę in his tribus perficitur hæc tria ſunt partes integrales, circa quam reſponſionem duo obſeruat Poſeta, & ex illis elicit vnum correllarium, primum, quod obſeruat eſt, & ideo, quod in ſolo corde, ly ſolo inquit dicitur ad denotandum, quod de peccato ipſo, vt eſt triplex, ideſt vt vnum eorum diſtinguitur ab alio vult loqui ſic, quodlibet illorum trium, erit peccati ſimpliciter dicti, pars ſubiectiua, ideſt ſpecies contenta, ſub peccato ſimpliciter

Argumenti ſolutio.

Partes integrales ſacramenti pęnitētiæ ſunt, contritio, confeſſio, & ſatisfactio.

dicto, tanquam ſub gratia ſuo, vt ſi diceremus peccatum ſimpliciter dictum, (id eſt nullo addito, quotuplex eſt; & reſpondetur triplex. ſcilicet, vel corde ſolo perpetrato, vel in corde, & ore ſimul, vel in corde, & opere ſimul, ita quod prima ſpecies peccati ſimpliciter dicti, id eſt nullo addito, eſt in corde ſolo, Secunda ſpecies eſt, peccatum ſolum in corde, & ore, Tertia ſpecies eſt in corde, & opere ſolis hinc enim fit, quod nulla pars pęnitentiæ, poteſt eſſe pars ſubiectiua, id eſt ſpecies diſtincta ab alijs partibus, neque enim contritio ſola, neque confeſſio ſola, neque ſatiſfactio ſola habet totam virtutem pęnitentiæ, vt declaratum eſt, ſed tantum omnes tres ſimul, ſicut nec fundamentum ſolum, nec parietes ſoli, nec tectum ſolum habet totam virtutem domus, puta protegere à pluuia, à frigore, &c. ſed tantum hæc omnia tria ſimul, hac de cauſa addit Sanctus Doctor Sanctus in hac reſponſione, & huiuſmodi partes peccati quaſi integrales ſunt, ly partes, non recipit pro vno, ſed pro tribus. Ac ſi aperte diceret. Si accipiatur aliquod vnum peccatum numero, quod motu vno continuato fiat corde, ore, & opere, tunc tria hæc eſſe, ſcilicet, in corde eſſe in ore, & eſſe in opere concurrunt ad integrandum vnum illud peccatum numero, dictum hoc ſoluit argumentum. Nam ſicut pęnitentia eſt vnum quid totum, ex partibus tribus, ſcilicet, contritione, confeſſione, & ſatiſfactione integratum, ita peccatum illud eſt vnum quid totum ex partibus tribus, deformitate, in corde, deformitate in ore, & deformitate in opere integratum, & ſicut partes integrantes pęnitentiam, ſunt in corde (vt contritio) in ore (vt confeſſio) in opere (vt ſatiſfactio) ita partes integrantes peccatum ſunt deformitas in corde, deformitas in ore, & deformitas in opere.

Triplex eſt ſpecies peccati, ſimpliciter ſumpti, abſq; aliquo addito cordis, oris, & operis.

Ex his elicitur vnum correllarium, ergo peccatum, cordis, oris, & operis, aut accipitur pro tribus peccatis, vt declaratum eſt, aut pro vno tantum mortali peccato habens tres deformitates. Si primo modo ſummatur, tunc argumentum loquitur extra propoſitum, licet in minori illa propoſitione dicat verum. Si autem ſecundo modo ſummatur, tunc argumentum eſt ad propoſitum, ſed minor eſt falſa, vt declaratum eſt, vel vt clarius percipiatur ipſa reſponſio huiuſmodi peccata cordis, oris, & operis dupliciter poſſunt conſiderari, Primo per ſe abſolutè, ſecundum propriam rationem, quæ in aliqua harum potentiarum conſummatur, & vt ſic ſunt ſpecies in genera peccati exempli gratia, hæreſis, quæ in intellectu conſumatur, eſt per ſe peccatum cordis, & pariter conſenſus in delectatione venerea, ſine ordine ad opus. Contumelia verò eſt per ſe peccatum, quod conſumatur in ore, & homicidium ſeu adulterium, quod conſumatur in opere eſt peccatum operis, & iſto modo non eſt ſimile de pęnitentia eo, quod malum ex ſingularibus defectibus conſurgit, bonum verò non niſi ex integra cauſa, alio modo diſtinguuntur illa peccata non tanquam genera, ſed tanquam gradus eiuſdem peccati, vt ſi quis conſentiat in homicidium, & dicat ſe perpetraturum illud, & tandem occidat, hoc totum eſt vnum peccatum, habens plures gradus, ſcilicet, in corde, in ore, & in opere, quare in iſto vſu, ſatis eſt confiteri homicidium, & tunc gradus illi ſe habent, vt partes integrantes, ſimiliter ſe habent hæ tres partes pęnitentiæ, quæ ſunt contritio, confeſſio, & ſatiſfactio.

Peccatū cordis, oris, & operis aliquando accipitur pro tribus peccatis, aliquando pro vno habēte illa tres deformitates.

Lector contra prædicta format ſecundum argumentum dicendo, Nulla pars integralis, in ſe continet aliam ſibi condiuiſam, ſed contritio continet in ſe confeſſionem, & ſatiſfactionem in propoſito, ergo non ſunt partes integrales.

Argumētum ſecundum.

Reſpōdetur ſic. Continere in ſe aliquid ſtat dupliciter eſſentialiter, vel virtualiter, tūc ad minorē dicit Theologus, q; vna pars integralis non poteſt continere alterā eſſentialiter, virtualiter autē poteſt. Nam fundamentum quodammodo virtute continet totum ædificium, & hoc modo pęnitentia continetur virtute, in contritione, virtute etiam fundamentum continet parietes, & tectum.

Argumenti ſolutio.

Lector vltimo loco format tertium argumentum, quod eſt tale, ex partibus integralibus ſimul, & æqualiter conſtituitur totum, ſicut linea ex ſuis partibus, ſed hoc non contingit hic, ergo prædictæ non ſunt partes integrales pęnitentiæ.

Argumētum tertium.

Theologus ad maiorem propoſitionem dicit, quod minor illa verificatur, quando partes integrales habent ordinem ſitus inter ſe, modo negatur minor. Nam partes pęnitentiæ non habent ordinem ſitus ad inuicem, ſed tantum ordinem virtutis, & temporis, ille etiam, quæ habent ordinem ſitus inter ſe diuerſimode ſe habent. Nam quædam ſunt, quæ habent ordinem in ſitu conſequenter, vt partes exercitus, aliquam partes ſe tangunt ſicut partes aceruì, aliquando colliguntur, vt partes Domus, aliquæ continuantur, vt partes lineæ, & hæ partes, quia nō ſunt de eſſentia ſucceſſiua, & habens diuerſas virtutes, ſimul, & æqualiter conſtituunt totum, quædam vltra hoc habent ordinem temporis, vt mane, meridies, & veſpere, & iſta, quia ſunt ſucceſſiue, non eodem momento conſtituunt ſuum totum, ſed ſucceſſiue, aliæ autem partes vltra iſta habent ordinem virtutis, ſicut partes animalis habeat hunc ordinem, quarū prima virtute eſt cor, a qua reliquæ pendent, & inter reliquas aliæ ab alijs, & iſto modo ſe habent partes pęnitentię, quare, vt reliquæ legitimè ſint ex contritione pendent, & ſucceſſu temporis vnā integrant materiam ſacramenti, Hęc ſint pro caſu iſto, nunc proponatur dubium.

Argumenti ſolutio. Partes integrales pęnitētiæ, non habēt ordinē ſitus inter ſe, ſed tantum ordinem virtutis, & temporis.

Dubium.

IN hoc dubio quęrit Lector, An conuenienter diuidatur pęnitentia, in pęnitentiam ante baptiſmum, in pęnitentiam mortalium, & in pęnitentiam venialium, & more ſolito, adducit rationes pro vtraque parte dubij, Primo pro parte affirmatiua ſic, D. Auguſtinus, in lib. de vtil. & de medicina pęnitentię ponit prędictas tres pęnitentię ſpecies, ergo conuenienter in illas pęnitentia eſt diuiſa.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, pęnitentia eſt,

Partis negatiuæ probatio.

tia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, baptiſmus autem prima, ergo illud, quod eſt ante baptiſmum, non debet poni ſpecies pœnitentiæ.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Pęnitētia, vt virtus eſt triplex ante baptiſmū poſt baptiſmum, quo ad mortalia, & quo ad venialia.

Concluſio igitur eſt pœnitentia ſecundū, quod eſt virtus conuenienter diuiditur in pœnitentiam ante baptiſmum, in pęnitentiam peccatorum mortalium, & in pœnitentiam peccatorum venialiū, Probatur concluſio iſta diuerſæ ſpecies pœnitentiæ debent accipi ſecundum diuerſas immutationes vitæ ſuæ quas pœnitens intendit, quoniam immutare vitam in melius eſt finis pœnitentiæ, ſed moralia ſpeciem recipiunt à fine, prout habetur. p. 2. q. 1. art. 3. & immutatio tempore nouæ legis à pœnitentia intenta eſt triplex, ſcilicet, vel per regenerationem in nouam vitam, vel per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ, vel per operationem vitæ perfectioris. Primum fit per pœnitentiam ante baptiſmum, Secundum per pœnitentiam mortalium, Tertium per pœnitentiam venialium, ergo conuenienter ſunt aſſignatæ huiuſmodi tres ſpecies pœnitentiæ, declarat aſſumptū, & ratione confirmatur eſt enim conſiderandum vnamquemlibet virtutem operari ſecundum temporis congruentiam veluti ſecundum alias debitas circunſtantias, vnde aliter operatur virtus pœnitentiæ ante baptiſmum quam poſt, pertinet autem ad pœnitentiam, vt deſtruantur peccata præterita cum propoſito emutandi vitam in melius, & talis eſt finis pœnitentiæ, & quia morales actiones accipiunt ſpeciem à fine (vt dictum eſt) conſequens eſt, vt ſecundum diuerſas mutationes quas pœnitens per pœnitentiam intendit diuerſæ ſpecies pœnitentiæ diſtinguantur, eſt autem triplex immutatio à pœnitente intenta, Prima quidem per regenerationem in nouam vitam, & hæc pertinet ad pœnitentiam ante baptiſmum, Secunda verò eſt immutatio per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium poſt baptiſmum, ſed tertia eſt immutatio in perfectiorem operationem vitæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt alias oſtenſum fuit. Confirmatur concluſio iſta, & etiam authoritate diuinæ ſcripturæ oſtenditur, de pœnitentia ante baptiſmū eſt authoritas illa Actuum 2. pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, de pœnitentia mortalium poſt baptiſmum eſt alia authoritas Actuum Apoſtolorum 8 quo in loco Apoſtolus Petrus dixit Simoni Mago iam baptizato, cor tuum non eſt rectum coram Deo, pœnitentiam itaque age de hac nequitia ſua. de pœnitentia venialium, eſt authoritas Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra. Conſtat autem, quod peccatum quantumcunque veniale nunquam remitti poteſt abſque pœnitentia virtute, vt loco ſuo oſtendimus, vnde dicentes Dimitte nobis debita noſtra ſi fructuosè quantum ad remiſſionem ipſorum dicere velint agunt pœnitentiam, ideſt pęnitent de illis, de hoc loquitur Concil Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. dicendo, Licet in hac mortali vita, quantumuis Sancti, & iuſti, in venialia ſaltem peccata quandoque cadunt, non propterea deſinunt eſſe iuſti, Nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis, & vera Dimitte nobis debita noſtra. Hæc ibi. Chriſtus ergo per hoc, quod ſic orare nos docuit connotauit, quod pœnitentia venialium detur, & hoc confirmat authoritas D. Auguſtini, in argumento partis affirmatiuæ dubij.

Triplex immutatio eſt ī tenta à pęnitente dū agit pęnitentia de peccatis ſuis.

Modus quo peccator facere debet ſuā pęnitentiā in hac vita pro peccatis commiſſis.

D. Ambroſius ſcribens ad quandam corruptam dat regulam pœnitentibus, & modum faciendi pœnitentiam dicendo, ſecundum conſcientiæ molem exhibenda eſt pœnitentiæ magnitudo, pœnitentia, ergo non verbis agenda eſt, ſed, & actu. Hæc autem ſic agitur. ſi tibi ante oculos ponas de quāta gloria rueris, & quod eſt à libro vitæ nomen tuum deletum ſit, & ſi iam te credas proppe ipſas poſitam tenebras exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium ſine fine, cum hoc certa fide (ſicut eſt) animo concepens, quia neceſſe eſt præuaricatricem animam tartareis pęnis, & gehenæ ignibus tradi, nec aliud remedium conſtitutum eſſe poſt baptiſmum, quam pœnitentiæ ſolatium quauis afflictionem quamuis laborem, & indecorem ſubires, eſto contenta, dummodo ab æternalibus pęnis libereris, ergo hæc tu tecum cogitans, & mente retractans proprij facti tu ipſa eſto judex crudelior. In primis omnis cura vitæ huius interimenda tibi eſt, & quaſi mortuam te exiſtimans (ſicut es) quomodo poſſis reminiſcere cogita, deinde lugubris tibi accipienda eſt veſtis, & mens ac membra ſingula, digna caſtigatione punienda, amputentur crines, qui per vanamgloria occaſionem luxuriæ præſtiterunt, defluant oculi lachrymas, qui maſculum ſimpliciter non aſpexerunt, paleſcat facies, quæ quondam viruit impudici, denique totum corpus incuria maceretur, cinere aſperſum, & opertum cilicio perhoreſcat, quia male ſibi de pulchritudine placuit, Cor verò ſit liqueſcens ſicut cera ieiunijs inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventulans quare ſit ab inimico ſubuerſum, ſenſus etiam crucietur, quia in membra corporis, cum haberet dominationem malo ceſſit imperio, talis vita, talis actio, ſi fuerit perſeuerans audebit ſperare, & ſi non gloriam, certè pœnæ vacuationem, peccator, ergo ſi ſibiipſi non pepercit à Deo illi parcitur, & futuras pœnas gehenæ perpetuas in hoc paruo vitæ ſpacio compenſauerit ſeipſum ab æterno iudicio liberat, grandi plagæ alta, & prolixa, danda eſt medicina, grande ſcelus grandem habet neceſſitatem ſatisfaciendi, hæc illæ, qui in libro de pœnitentia ait, qui agit pęnitentiam, non ſolum diluere lachrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendationibus factis operire, & tegere delicta ſuperiora, vt non ei imputetur peccatum. In quibus verbis tanquam in imaginem ſit cuique pro ſua cujuſque portione, deſcripta pęnitentia mortalium peccatorum de hac loquitur

con-

Digitized by Google

concluſio noſtra. His terminatis ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ,

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, quod pęnitentia, quæ eſt ante baptiſmũ non eſt ſacramentum, ſed virtutis actus diſponens ad ſacramentum baptiſmi, intentio enim concluſionis eſt, quod pęnitentia, quæ eſt ante baptiſmum ſit deteſtatio præteritorum cum propoſito mutandi vitam in melius, & eſt ſpecies virtutis.

Inſtantia 2.

Inſtat Argumentator ſecundo loco dicendo, quod poteſt deſtruere maius poteſt deſtruere minos, ſed mortale eſt, maius peccatum quam veniale, ergo illa pęnitentia, quæ eſt de mortalibus ſatisfacit venialibus, ergo propter venialia non eſt aſſignaoda aliqua ſpecies pęnitentiæ diſtincta ab alijs.

Inſtant. ſolutio.

Theologus reſpondet dicendo, verum eſſe, quod pęnitentia, quæ delet peccata mortalia, delet etiam venialia, in eodem ſubiecto, ſed non ecõuerſo, ideo pęnitentia venialium ponitur ſpecies alia à ſpecie mortaliom, quia aliquando in aliquo reperiuntur venialia ſioe mortalibus, quæ delet pęnitentia iſta, Ille enim, qoi eſt in gratia, poteſt habere pęnitentiam venialium abſque pęoitentia mortalium.

Inſtantia 3.

Vltimo loco Argumentator format ſuam inſtantiam dicendo, ſicut poſt baptiſmum peccator venialiter, ita etiam ante baptiſmum, ſi ergo poſt baptiſmum diſtinguitur pęnitentia venialium, & mortalium, pari ratione debet diſtingui ante baptiſmum, non ergo conuenienter diuiditur pęnitentia, per has ſpecies,

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam huius inſtantiæ ratio negationis eſt, quia poſt baptiſmum poteſt eſſe peccatum veniale ſine mortali, & per conſequens remiſſio venialium ſine mortalium remiſſione, ſed ante baptiſmum non poteſt eſſe ſine mortali veniale, Tenet enim Doctor, ſcilicet, prout diſputabimus in tractatu de peccato, quod primum peccatum, in homine venienti ad vſum rationis, non poteſt eſſe niſi mortale, & ideo ante baptiſmo in adulto non poteſt eſſe veniale ſine mortali, & per conſequens veniale non poteſt remitti ſine mortali, ideo ante baptiſmom non diſtinguitur pęnitentiam mortalium, & venialium, Secundo dici poteſt, quod (dato, & non conceſſo) quod in adulto poſſet dari veniale peccatum ante mortale reſponſio etiam ſatisfacit, quia comparatio illa de ante baptiſmum, & de poſt baptiſmum tenet in hoc, quod licet ante baptiſmum ſicut poſt baptiſmum poſſet quis peccare tam mortaliter tam venialiter, non tamen ſimilitudo tenet io hoc alio, ſcilicet, quod peccatum veniale poſſit remitti ante baptiſmum, ſicut poſt baptiſmum, Nam pęnitentia virtus reſpicit peccata, vt remiſſibilia, non autem præcisè, vt peccata ſunt, & conſequenter non poteſt peccata venialia ante baptiſmum reſpicere ſic, id eſt ſub ratione remiſſibilitatis pro ſtatu illo. Non enim poteſt remitti veniale ſine mortali, & homo ante baptiſmum eſt in mortali originali ſaltem, cum omnes naſcamur filij iræ, vnde non baptizatus quamdiu non vult baptiyari, tandium eſt incapax remiſſionis venialium, & conſequenter non poteſt ei pro tempore illo competere pęnitentiam venialium, propter hoc igitur non eſt aſſignanda ante baptiſmum talis pęnitentia quaſi diuiſa à pęnitentia mortalium, ſed ſolum aſſignanda eſt pęnitentia mortalium, quæ poſtea (vt dictum eſt ad ſecundum) ſufficit delere etiam venialia. Porro de venialium remiſſione poſt baptiſmum aliter dicendum eſt. Nam ſioe peccato mortali poteſt io aliquo inueniri peccatum veniale, & ideo talis homo eſt capax pęnitentiæ venialium, cum ei poſſit remitti veniali ſine mortali, noo remanente quidem, ſed non reperto in eo tempore remiſſionis peccatorum.

Veniale peccatũ ante mortale oon poteſt reperiri poſt primum actum vſus rationis.

Argumentator contra has ſolutiones inſurgit dicendo, quod nec pęnitentia venialium ex hac doctrina poſſet reperiri in Sanctis illis, qui vnquam peccauerunt mortaliter, puta in Ioan. procurſore, in Hieremia, in Apoſtolis poſt receptionem Spiritus Sancti, in Sancto Dominico, in Sancto Thom, & in alijs ſine numero in qoibus non fuit peccatum mortale, venialia autem ſic, vt oſtenſum eſt ſupra per Concilium Tridentinum, & per authoritates non nullas, Nam ex prima reſponſione primum peccatum in homine poſt vſum rationis veniale eſſe non poteſt, ergo ſi iſta fuerunt perſeuerati à mortali, ergo & à venialibus, ergo cum in illis non eſſent venialia, neque pęnitentia venialium, & tamen Pater noſter D. Dominicus ter in die affligebat ſe diſciplinis, Primo pro culpis ſuis, Secundo pro peccatoribus huius mundi, Tertio pro animabus purgatorij. Impugnatio.

Reſpondet Theologus dicendo, quod difficultas eſt difficilis, tamen dicere poſſumus, quod in his etiam, qui non peccauerunt vnquam mortaliter, ſed tantum venialiter fuit pęnitentia venialium, & ad id quod dicitur, quod datur veniale ante mortale poſt vſum rationis, veriſſimum eſt, regulariter loquendo, ſed ex priuilegio, vt in ſanctificatis, & in perſeueratis non inconuenit primum peccatum fuiſſe veniale, loquendo de primo in ordine ad alia venialia ſubſequentia, non in ordine ad mortale, quod nunquam in illis reperitur D. Thom. in loco illo loquebatur de eo in quo reperitur vtrumque peccatum, ſcilicet, mortale, & veniale, & dicit, quod primum non poteſt eſſe veniale, in eo autem in quo non fuit mortale conceditur poſſe eſſe veniale, & etiam pęnitentiam venialia. Hæc ſint pro dubio caſu, & diſputatione hac.

Impugnationis reſpõſio. Io ſanctificatio, & perſeueratis fuit pęnitentia peccatorũ venialiũ non autem mortalium.

DI-

DISPVTATIO QVINTA in littera P.

De Pollutione nocturna.

LEctor in hac diſputatione tantum vnum caſum cum vno dubio anexo propunit diſputandum.

In caſu ergo quærit Lector vtrum pollutio nocturna ſit peccatum mortale.

In dubio autem inueſtigat. An pollutio nocturna impediat ſumptionem ſanctiſſimæ communis ex neceſſitate.

In caſu igitur quæris Lector, vtrum pollutio nocturna ſit peccatum mortale, & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum, deſumptum ex 15. Leuitici ibi enim habentur hæc verba, vir de quo ægreditur ſemen coitus immundus erit vſque ad veſparum. erit immundus, ergo nocturna pollutio eſt peccatum mortale. Conſequentia probatur. Nam homo non redditur immundus, niſi per peccatum mortale, coram Deum loquendo, ergo talis pollutio peccatum mortale eſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic, Omne peccatum mortale per D. Auguſtinum eſt voluntarium, inquit enim peccatum adeò eſt peccatum, quia voluntarium tolle voluntatem, & peccatum non erit. In dormiendo homo non habet vſum liberi arbitrij nec per conſequens actum, qui ſit voluntarius, ergo pollutio nocturna habita in ſomnis non eſt voluntaria, ergo non poteſt eſſe peccatum mortale.

Caſus deciſio pro utraque parte.

Pollutio nocturna ſecundũ ſe ex propria natura non eſt peccatum mortale.

LEctor Theologus circa hunc caſum, quatuor facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio proponit, & ſoluit dubium, Quarto reſpondet argumentis partis affirmatiuæ caſus.

Quo ad primum inquit Doctor Sanctus nocturna pollutio dupliciter conſiderari poteſt vno modo ſecundum ſe alio modo in ordine ad ſuam cauſam.

Concluſio prima. Pollutio nocturna ſecundum ſe ex ſua natura non eſt peccatum mortale. Concluſio iſta taliter probatur ab Angelico Doctore, omne peccatum dependet à iudicio rationis, In dormiendo homo non habet iudicium rationis liberum, ergo pollutio ſecundum ſe non eſt peccatum mortale, Minor propoſitio probatione non indiget, Maior ſic probatur, Primi motus ſenſualitatis non ſunt peccata niſi inquantum iudicio rationis deprimi poſſunt, ergo omne peccatum præcipuè mortale dependet à iudicio rationis. Hoc confirmat Iſidorus in libro ſententiarum d 6. dicendo, Nec eſt peccatum, quando nolentes nocturnis imaginibus illudimur, ex quibus Doctor Sanctus concludit, nocturna pollutio nunquam eſt peccatum ſecundum ſe, ideſt pollutio nocturna habita in ſomnis, vnde eſt obſeruandum, quod pollutio habita in ſomnis dicitur nocturna, quia tempus dormiendi communiter eſt in nocte. Addit tamen Sanctus Thomas, quod pollutio talis, eſt ſequela peccati antecedentis puta delectationis moroſæ, & ſimilium ſi adeſt conſenſus poteſt eſſe peccatum mortale. Circa quod eſt obſeruandum cum D. Antonino, quod licet pollutio nocturna de ſe non ſit peccatum, data tamen opera ſtudioſè ordinata ad hunc finem puta per nimiam comeſtionem, vel per potum exceſſiuum. ordinatur, vt ſequatur pollutio eſt peccatum ſi quis hoc faceret non ob delectationem, ſed ad commodum naturæ propter ſanitatem non cooperando ad delectationem carnis non peccaret mortaliter, ſimiliter, qui comedit nimis, vel calida ex quo dubitat ſibi ſequi pollutionem in ſomnis, ſi non ſummit iſta ad hunc finem non peccat mortaliter, etiam quod ſequatur pollutio.

Pollutio nocturna cauſata ex præcedẽti delectatione ſi adeſt cõſenſus poteſt eſſe peccatũ mortale.

Concluſio ſecunda, Pollutio nocturna ex parte cauſæ poteſt eſſe peccatum mortale, Angelicus Doctor declarat hanc concluſionem, & poſtea probat illam, dicit enim, quod cauſa huius pollutionis poteſt eſſe triplex Prima eſt corporalis, Secunda eſt interior animalis. Tertia exterior ſpecialis, & declarat ſingulas has cauſas. Primo manifeſtat cauſam corporalem nocturnæ pollutionis dicendo, quod quando humor ſeminalis ſuperabundat in corpore, vel cum facta eſt humoris reſolutio ſiue per calefactionem corporis, vel per quãcunque aliam commotionem, ſomnians dormiẽs ea, quæ pertinent ad expulſionem talis humoris abundantis, vel reſoluti ſicut accidit, quando natura grauetur ex aliqua alia ſuperfluitate, ita quod quando formantur in immaginatione phantaſmata pertinentia ad emiſſionem talium ſuperfluitatum ſi igitur ſuperabundantiam talium humorum eſt ex cauſa culpabili, puta ex ſuperfluitate cibi & potus, tunc nocturna pollutio habet rationem culpæ ex ſua natura, & eſt peccatum mortale ſi autem ſuperabundantia, vel talis reſolutio, non ſit ex aliqua cauſa culpabili nocturna pollutio, non eſt culpabilis, neque in re, neque in ſua cauſa, Secunda cauſa pollutionis poteſt eſſe interior animalis puta cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem dormientem pollui, Concluſio iſta primo declaratur poſtea probatur, declaratur ſic, cogitatio, quæ in vigilia præceſſit pollutionem, quandoque eſt purè ſpeculatiua, puta cum aliquis cauſa diſputationis, vel gratia ſcribendi cogitat de peccatis carnalibus, quandoque autem cum aliqua affectione concupiſcentiæ, vel hororis, & ſubdit Doctor Sanctus contigit autem magis pollutio ex cogitatione carnalium vitiorum, quam ex cogitatione carnalium delectationum. Ratio eſt, quia ex hoc remanet aliquod veſtigium, & inclinatio in anima, ita quod dormiens facilius inducitur in ſua imaginatione ad aſſentiendum actibus, ex quibus ſequitur pollutio, & ſic habet rationem culpæ ex ſua cauſa, quia cogitatio præcedens fuit cum delecta-

Pollutio nocturna ex parte cauſæ põt eſſe mortale peccatũ, quæ cauſa eſt triplex.

lectatione ſenſuali, & conſenſu, ſi tamen fuiſſet ſine conſenſu fuit peccatum veniale, licèt fuiſſet cum delectatione, At ſi delectatio præcedens fuit putem ſpeculatiua, vel cum horore talium actuũ, tunc pollutio inde ſequens non habet rationem culpæ, neque etiam venialis, neque in ſe, neque in cauſa ſua, Tertia cauſa pollutionis nocturnæ eſt ſpiritualis extrinſica, & hoc acidit, quando per operationem demonis cõmouentur phantaſmata dormientis in ordine ad talem effectum, & hoc contingit dupliciter, primo ex culpa de dormientis, quia non ſe præparauit contra illuſiones dæmonis prout facit Eccleſia dicendo, in ſero Deo, Hoſtemque noſtrum comprimè ne polluantur corpora, talis negligentia eſt cauſa, quod pollutio nocturna, peccatum ſit mortale, vel veniale ſecundum, quod multa, vel parua fuit, quandoque talis pollutio eſt abſque omni culpa hominis, ſed ex ſola nequitia diaboli, ſicut legimus, in collactionibus Patrum, de quodam Monacho, qui omnibus diebus feſtiuis patiebatur pollutionem (diabolo operante) vt eum impediret à Sacra communione, & concludit Angelicus Doctor, quod pollutio nocturna in ſe aliquando eſt peccatum, & aliquando eſt ſequela peccati, ſeu effectus peccati præcedentis, cum, ſcilicet, culpa eſt in cauſa ſua, vnde D. Antoninus, vt doctrina ſit clatior dicit, quod pollutio, quantum ſit ex parte ſuæ ſequelæ poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale, vel nullum, ſi pollutio incipit in ſomno, & terminatur in vigilia, & in polluto, conſurgit quædam complacentia ratione eleuationis naturæ, vt melius poſſit ſeruire Deo, vt magis liber exiſtat à ſtimulis carnis, & non complacet ratione alicuius delectationis carnis, nullum eſt peccatum, ſi autem delectatio illa quá ſentiebat ſenſualitas, in dormiendo, (excitato à ſomno) placet ſenſibiliter, ſed ratio non conſentit ſic eſt veniale peccatum, non quidem ratione pollutionis, ſed ratione delectationis habitæ in vigilia, ſi verò excitatas à ſomno non repente, ſed deliberate delectationi aſſentit, ita quod ſibi gratum foré ſi haberet nos debitum receptionis talis materiæ extra matrimonium, cum appetitu coeundi, tunc peccatum mortale eſſet, non ratione pollutionis initiata in ſomno, & terminata in vigilia, quæ iam pertranſit, ſed propter nouum deliberatum conſenſum habitum poſt pollutionem, doctrina iſta eſt Alexandri 2. p. ſummæ. q. 31. apud D. Antoninum 2. p. to. 6. De gulla. c. 5.

Nota.

Pollutio nocturna quo ad eius ſequela poteſt eſſe peccatũ mortale, vel veniale, & nullum.

Nauarus cap. 16. de 6. præcepto, Non mechaberis. c. 6. totam hanc doctrinam ſummatim manifeſtat, Primo oſtendit, quando pollutio nocturna ſit peccatum mortale dicendo, qui procurat, vt contingat ei pollutio, aut placet deliberatè contingentia illius non procurata, aut cum poſſit, & debet eam impedire, & non impedit, aut probabili periculo, vt eueniat ſe exponit cogitando turpia, cum delectatione luxurioſa, aut immiſcendo ſe conuerſationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant à quibus poteſt, & debet ſe auertere mortaliter peccat, & tandem peccat mortaliter, quis quando manducat, vel bibit ad hoc, vt ei adueniat pollutio, etiam, quod hoc faciat ad exonerandam naturam, vt diximus ſupra, at ſi pollutio procuretur mediante alia perſona grauius eſt peccatum, propter participationem in crimine criminoſo, licet non mutet ſpeciem, & grauitas illius variatur ſecundum applicationem ad diuerſas perſonas, ſimiliter ad diuerſos actus venereos, & diuerſificatur ſpecies peccati pollutionis.

Oſtenditur quibus modis homo mortaliter peccat ex pollutione.

Obſeruandum eſt circa pollutionem non voluntariam, ſcilicet, quod tunc non eſt peccatum mortale, quando homo illam non poteſt, vel non debet impedire, ſi non poteſt, non eſt peccatum, quia eſt inuoluntaria, & etiam quia ad impoſſibile nemo tenetur etiam non peccat mortaliter ſi illam impedire poteſt, & non debet. Ratio eſt, quia ad conſtituendum peccatum omiſſionis non ſolum reperitur poſſibilitas operandi, vel faciendi hoc, vel illud, ſed requiritur obligatio ad faciendum hoc, vel illud, inquit enim Dominus Nauarus. Nam qui operi alicui incumbit, ex qua cauſatur pollutio inuoluntaria poteſt impedire huiuſmodi immunditia ceſſando ab operatione illa, & vertendo ſe ad aliud opus, tamen quia non tenetur ceſſare ab illa operatione, ſi non ceſſat, etiam quod ſequeretur inuoluntaria pollutio non peccat, modo non conſentiat, Nam qui ſtudet, vel ſcribit, vel docet, vel diſputat pro ſalute animarum, pertinentia ad luxuriam, ſimiliter audiens talia in confeſſione, ex quibus, ſequitur pollutio inuoluntaria, ſi opus ſuum eſt neceſſarium pro ſalute multorum non tenetur ceſſare ab opere illo, ſed debet ponere omnem diligentiam, vt procul ſit à ſe delectatio carnalis, & multo magis conſenſus eſt illam, & in deſiderium operis, ſi tamen aliquis confeſſarius ſit tantæ fragilitatis, qui ex audientia confeſſionum frequenter patiatur pollutionem inuoluntariam, & nequit effugere delectationem carnalem, & conſenſum in opere relinquere debet officium hoc idem facere debent illi, qui huiuſmodi infirmitatem patiuntur, dum ſtudent, vel ſcribunt, uel docent, uel conſulunt de his mulieribus in confeſſione, uel extra, ſimiliter curſores relinquere debent officium ſuum ſi nequeunt meritare abſque tali immunditia inquiunt Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, Nauarus, & alij Theologi, & Canoniſtæ, quoniam illis dicit ſapiens Eccleſiaſt. 9. Qui amat periculum peribit in illud. Iſti uident periculum peccandi, & non fugiunt, ideo peribunt in illud.

Aliquãdo homo non peccat non impediendo pollutionem etiã, quod poſſit.

Patientes pollutiones cum delectatione exercẽdo officia ſua, etiam Sancta relinquat illa aliter peribunt.

Lector impugnat ultima uerba D. Thom. in corpore. art. adducta in caſu iſto, ubi dicit, quod pollutio nocturna, nunquam eſt peccatum, quandoque tamen eſt ſequela peccati præcedentis, probat enim Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod aliquando pollutio in ſe ſit peccatum, tali enim medio procedit, dormiens in tali ſitu, uel in tali diſpoſitione cum intentione, ut in tali dormitione ſequatur pollutio, non ſolum peccat, antequam dormiat, ſed etiam in ipſa pollutione ſequuta probatur hoc, quia pollutio iſta eſt uoluntaria, & procurata (ſomno mediante) tunc, quia nocturna pollutio affectata in uigilia eſt peccatum,

Impugnatio.

& non

Digitized by Google

& non ſolum eſt ſequela peccati probatur hoc, quia eſt uoluntaria in cauſa ſua, & homo poteſt, & debet prohibere illam cauſam, unde non apparet ueritas doctrinæ Angelici Doctoris.

Impugnationis dilutio.

Theologus per diſtinctionem deſtruit hanc impugnationem dicendo, hominem poſſe peccare in ſomno ſtat dupliciter per ſe, ſcilicet, vel per accidens, quando Doctor Sanctus dicit, quod pollutio nocturna vnquam eſt peccatum, loquitur de pollutione nocturna per ſe (& bene dicit) quoniam homo dum dormit, non eſt Dominus ſuarum actionum. per accidens tamen talis pollutio poteſt eſſe peccatum mortale, & hoc accidit, quando homo non vtitur ſomno, vt ſomno, id eſt, vt vinculo naturali liberi arbitrij, ſed vt inſtrumento liberę malitię ad executionem mali, ex quibus dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus homo in ſomno poteſt peccare mortaliter, non imperatiuè, ſed exequutiuè, ita id quod exequitur per ſomnum ſit inſtrumentum exequutionis ſceleris proprij, ex quo apparet, quod perſona, quę ideo obdormiuit, vt polluatur, vel ex ipſo ſomno, vel ſitu dormientis, vel ex alio via mortaliter peccat, ita quod tale peccatum inchoat elicitiuè, & imperatiuè in vigilia, & conſumetur per inſtrumentum ſomni exequotiuè, in pollutione ipſa, nec obſtat dicere, quod nō eſt in poteſtate hominis (dum dormit) impedire talem pollutionem propterea, quod non eſt peccatum, quia hoc nihil eſt, Nam neque palla bombardę eſt in poteſtate illius, qui emiſit illam, tamen talis imputatur de homicidio cauſato per illam. Satis eſt enim, quod in principio fuit voluntaria, & applicata fuerunt inſtrumenta ad hunc effectum perficiendum. Talis igitur pollutio nocturna, per ſe non eſt peccatum quatenus eſt nocturna, datur tamen aliqua ſequela peccati, quia, ſcilicet, in vigilia fuit deſiderata. Negamus tamen, quod pollutio iſta fuerit voluntaria in ſua cauſa, prout Lector intendebat probare, & ratio cur non ſit voluntaria in ſua cauſa eſt, quia deſiderium non eſt cauſa rei deſideratę, vnde pollutio affectata non eſt propriè voluntaria, ſed volita, voluntarium enim eſt, quod eſt à voluntate, volitum autem eſt obiectum voluntatis. In ſignum cuius poſſum deſiderare mortem meam, non tamen, poſſum procurare illam, poſſum deſiderare mortem proximi (iuſtis de cauſis) non tamen licet mihi illum occidere authoritate priuata, poteſt medicus deſiderare infirmo pollutionem nocturnam pro ſalutem ipſius infirmi, non poteſt tamen procurare illam.

Pollutio in ſemine per ſe nō poteſt eſſe peccatū mortale per accidens tamen eſſe poteſt.

Nota.

Deſiderium pollutionis nocturno, eſt duplex vna quæ cauſa illius alia quæ nō eſt cauſa.

Item obſeruandum eſt, quod affectio, vel deſiderium pollutionis dupliciter conſiderari poteſt, Primo, vt commotiua corporis ad pollutionem, & ſic habet rationem cauſę talis delicti, Secundo conſideratur abſolutè, vt deſiderium tantum etiam ſi cauſa eſſe non poſſit, Primo modo habet rationem cauſę, ſcilicet, imperfectę diſpoſitionis, diſpoſitiuè, videlicet, & per accidens propterea pollutio ſequuta manet in ſuo ordine, & non facit, quod ſit magis peccatum, quam prout eſt in ſe, vel ratione ſequelę. His dilucidatis pro caſu ponendum eſt dubium diſputandum.

Dubium.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN dubio inueſtigat Lector, An pollutio nocturna impediat ſumptionem Sanctiſſimæ Eucharestiæ rationes pro qualibet parte adducit.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta ex 15. Leuitici, vir de quo ægreditur ſemen coitus, immundus erit vſque ad veſperum, ergo talis effuſio pro illa diet impediet ſumptionem ſanctiſſimi ſacramenti Eucharestiæ, valet conſequentia, quia ſacramentum hoc ſummi non poteſt niſi à mundis, & impollutis iſte eſt immundus vſque ad veſperum, ergo ſumere non poteſt illam.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua tale formatur ratiocinium. Nullus impeditur à ſumptione corporis Christi niſi propter peccatum, ſed nocturna pollutio (ex dictis in deciſione caſus) accidit quandoque ſine peccato, ergo talis pollutio non impedit hominē à ſumptione Eucharestiæ.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa deciſionem huius dubij tria facit, Primo obſeruat aliqua pro intelligentia doctrinæ huius, Secundo quatuor concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit, quod ex iam dictis in caſu faciliter cognoſcere poſſumus qualis pollutio impediat ſumptionem ſanctiſſimę Eucharestiæ ex neceſſitate, & qualis ex decentia quadam illa, quæ eſt cum peccato mortali impedit ex neceſſitate illa, quæ eſt ſine peccato impedit ex decentia. His ſtantibus concluſiones ponuntur.

Pollutio nocturna ſecundum ſe conſiderata, nō impedit neceſſario ſumptionem Sanctiſſimæ Eucharistiæ.

Concluſio prima. Pollutio nocturna ſecundum ſe conſiderata, non impedit à ſumptione ſanctiſſimæ Eucharestiæ neceſſario. Concluſio ſic probatur, pollutio nocturna ſecundum ſe conſiderata non eſt, neque eſſe poteſt peccatum mortale, vt patet ex dictis in deciſione caſus, ſed ſolum peccatum mortale impedit ex neceſſitate à perceptione huius ſanctiſſimi ſacramenti, ergo pollutio nocturna ſecundum ſe deſiderata non impedit ſumptionem ſanctiſſimæ Eucharestiæ, & talis pollutus nō ſit reus corporis, & ſanguinis Domini dum manducat corpus Chriſti ratio eſt quia non manducat carnem Chriſti, nec bibit eius ſanguinem indignæ ſolus enim exiſtens in mortali peccato eſt indigno tanti ſacramenti. & homo videtur manifeſtare D. Gregorius ſcribens Auguſtino, Angelorum Epiſcopo in Epiſtola vltima cap. 11 dicendo, Ceſſandum eſſe à cōmunicatione, quando ex turpibus cogitationibus prouenit pollutio, non quando prouenit ex ſuperfluitate cibi, vel potus præcipuè ſi neceſſitas adſit, ecce quod pollutio ſecundum ſe, non impedit talem ſumptionem.

Pollutio nocturna ex cā culpabili neceſſario īpedit ſumptio-

Concluſio ſecunda, Pollutio nocturna proueniens ex cauſa mortali impedit ſumptionem ſanctiſſimæ Eucharestiæ neceſſario. Concluſio iſta probatur diſcurendo per ſingulas cauſas pollu-

tionis

nem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ex non culpabili minime.

tionis quandoque (dicit Doctor Sanctus) Pollutio in ſomno prouenit à cauſa extrinſica ſpeciali, ſcilicet, ex illuſione dæmonis, qui format talia phantaſmata in phantaſia, ex quorum apparitione pollutio interdum ſequitur, quandoque pollutio cauſatur à cauſa extrinſica ſpeciali ſenſitiua, ſcilicet, à præcedentibus cogitationibus, aliquando ex cauſa intrinſica corporali, vel ex ſuperfluitate, ſeu ex debilitate materiæ, & addit quælibet harum triũ cauſarum, poteſt cauſare pollutionem nocturnã, & ſine peccato, & cum peccato veniali, & cum mortali, ſi pollutio eſt ſine peccato, vel cum peccato veniali non impedit ex neceſſitate ſumptionem huius ſanctiſſimi ſacramẽti, ita, ſcilicet, quod homo ſit reus corporis, & ſanguinis Domini, ſi autem ſit cum peccato mortali impedit talem ſumptionem, ex neceſſitate, & declarat doctrinam hanc ſic. Illuſio dæmonum, quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionem, & orationem, quæ negligentia poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale, hoc manifeſtat Magiſter Dominicus à Soto in 4. d. 12. q. p. art. 7. quo in loco dicit illi, qui nunquam illuſiones iſtas diaboli ſentit non imputatur ad culpam talis illuſionis impræparatio, tamen illæ, qui ſæpè illis vexatur, tenetur ſe præparare ad pugnant, deuotione, præcibus, ieiunijs, & alijs macerationibus, & quia talis, & tanta poteſt eſſe negligentia iſtius in præparando ſe ad vincendas tentationes, & illuſiones dæmonis, vt eſſet peccatum mortale, & in tali caſu pollutio nocturna neceſſario impedit ſumptionem, ſcilicet, communionis, at quia hoc cum difficultate dignoſci poteſt, conſulendus eſt caſus, cum confeſſario docto, & prudenti, ad cognoſcendum, quando pollutio nocturna impedit, & quando non, vt facit Monachus illæ, qui omni die Dominico, quando ſummere debebat ſanctiſſimam cõmunionem à diabolo illudebatur, quod cognoſcentes Sancti Patres illi decreuerunt, vt ſummeret ſanctiſſimam Euchareſtiam, quia Monachus illæ non erat in culpa, & ceſſauit illuſio.

Ille qui debet ſum nota Santiſſimam Communionem ne illudetur a diabolo per nocturnam pollutionem deberſe præparare ad vincẽda tentationes.

Similiter, & laſſiuæ cogitationes quandoque eſſe poſſunt omnino ſine peccato. v. g. dum quis gratia lectionis, vel diſputationis, aut in audientia confeſſionum aſtringitur de talibus rebus cogitare, tales cogitationes, cum non ſint cum delectatione moroſa, & conſenſu non cenſentur immundæ, ſed honeſtæ, licet quandoque ex illis ſequatur pollutio, quæ pollutio de neceſſitate ſacramento non impedit ſumdtionem ſanctiſſimæ Euchareſtiæ. At ſi adeſſet conſenſus in opere, vel in delectatione ſeu cogitatione erit peccatum mortale, vel veniale ad minus, ſimiliter etiam, & cauſa corporalis, quandoque eſt ſine peccato puta, quando procedet ex infirmitate naturæ, vnde quidam, etiam in vigilia abſque peccato patiuntur fluxum ſeminis talis fluxus non eſt peccatum ſi hoc prouenit ex ſuperfluitate naturæ, quandoque autem eſt cum peccato puta cum prouenit ex ſuperfluitate cibi, vel potus, hoc enim poteſt eſſe peccatum veniale, vel mortale licet frequentius ſit mortale inquit Doctor Sanctus cum non naſcatur

Quando pollutio ſequitur ex delectatione moroſa eſt peccatũ mortale, et impedit Sanctiſſimã Cõmunionem.

niſi ex cogitationibus, quæ faciliter conſenſum pariunt.

Concluſio tertia, Pollutio nocturna ex quadam congruentia impedit hominem, à ſumptione ſanctiſſimæ Euchareſtiæ, & hoc facit duplici de cauſa, Primo propter corporalem fœditatem, quæ ſemper accidit in pollutione, cum qua propter reuerentiam ſacramenti non decet ad ſacrum altare accedere. In ſignum cuius volentes ſacra tangere, Primo manus lauant (niſi fortè talis immunditia ſit perpetua) vel diuturna ſicut lepra, vel fluxus ſanguinis, vel ſol ſeminis, vel id genus, huiuſmodi morbi, non faciunt homines indignos ſanctiſſimę Communionis, Secundo talis immunditiam ex decentia impedit propter vagationem mentis, quę nocturnam pollutionem ſequitur præcipuè dum ex turpi cogitatione proceſſit.

Pollutio nocturna quæ eſt ſine culpa ex quadam decentia impedit a Sãtiſſima Communione.

Concluſio quarta, Impedimentum pollutionis ex congruentia poſt poni debet propter aliquam neceſſitatem, & probat hoc Doctor Sanctus tali medio, ſcilicet, authoritate D. Gregorij dicendo, Impedimentum hoc poſt poni debet, cum fortaſſe, aut dies feſtus agitur aut exhibere miniſterium pro eo, quod ſacerdos alius deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Debet tamen ſacerdos in tali caſu ſe præparare ad celebrandum, mediante preuia confeſſione (ſi adeſt copia confeſſoris) ſi non adeſt, mediante maxima deuotione.

Impedimentum pollutionis ex decentia tempore neceſſitatis debet poſt poni.

Obſeruandum autem eſt ex doctrina Magiſtri Dominici à Soto pro maiori intelligentia huius doctrinæ, quod ſi quis in vigilia daret cauſam pollutionis in ſomno, ſed antequam dormiret legitimè pęniteret, pollutio in ſomno ſubſequuta non eſſet peccatum, ratio eſt, quia cauſa eius fuit ablata (tamen illa ſequuta) optimè faceret iſtę, ſi confiteretur, occaſionem datam de qua pęnituit, vt conſcientia tutior ſit. Nam ſi aliquis percuſſiſſet hominem letaliter, & protinus confiteretur delictum ſuum, ſi tamen poſtea percuſſus moritur, neceſſe eſt tunc confiteri homicidium, quod antea non conſtabant fuiſſe homicidium, ita proportionaliter dicendum eſt de pollutione ſequuta, ex cogitatione in vigilia, de qua prius pęnituit. His ſtantibus ſoluendę ſunt inſtãtię partis negatiuę dubij.

Notandum dignum.

Inſtantiarum ſolutio.

THeologus primę inſtantię ſatisfacit dicendo, quod pollutio nocturna, quę ſine peccato eſt ex parte cauſę, non impedit acceſſionem ad ſanctiſſimam Communionem, ex neceſſitate, impedit tamen ex quadam decentia, vt dictum fuit in tertia concluſione.

Inſtant. ſolutio.

Contra inquit Argumentator, pollutio per ſe non impedit, vt habitum eſt in prima concluſione, ſed ratione culpę tantum, quid opus fuit formare hoc quęſitum, cum peccatum mortale impediat talem ſumptionem ſiue ſequatur ſiue non ſequatur pollutio?

Impugnatio.

Theologus ſatisfacit huic impugnationi dicendo cum Magiſtro Dominico à Soto, quod pollutio de ſe (etiam ſecluſo peccato) eſt impedimen-

Impugnationis diluuie.

tum

tum receptionis huius ſanctiſſimi ſacramenti, ex congruentia quadam, propterea neceſſe fuit formare de hoc quæſitum & diſtinguendum, quando eſt cum peccato, & quando eſt ſine peccato, quando impedit neceſſario, & quando ex congruentia quadam.

Argumentator non acquieſcit vult enim probare, quod pollutio nocturna ſine peccato nullo modo impediat acceſſum ad ſanctiſſimam Communionem, inquit enim D. Gregorius in Epiſtola ad Auguſtinum Epiſcopum Anglorum in fine libri 2. regiſtri ad 10. interrogationem dicit hæc verba. Si quis ſua coniuge, non cupiditate voluptatis raptus, ſed tantum creandorum liberorum gratia vtitur, iſte profectò, ſiue de ingreſſu Eccleſiæ, ſiue de ſumendo corpore Dominici miſterio ſuo, eſt iudicio relinquendus, quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere ſi ergo carnalis pollutio, etiam vigilantis, ſi ſit ſine deccato non prohibet hominem à ſumptione corporis Chriſti, multo minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

Inſtant. ſolutio.

Theologus ad hanc inſtantia dicit, quod D. Thom. ſtat in ſua reſponſione data primæ inſtantiæ dicendo, quod coitus coniugalis ſi ſit ſine peccato, puta ſi fiat cauſa prolis generandæ, vel cauſa reddendi debitum non impedit (niſi ex congruentia) ſcilicet, propter immunditiam corporalem, & diſtractionem mentis, vt docet D. Hieronymus, vt refertur 33. q. 4. Can. Sciatis, dicendo, Si panes propoſitionis ab his, qui vxores tetigerant comedi non poterant, quanto magis panis, qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his coniugibus, qui paulo ante amplexibus violari, atque contingi. Non quia nuptias condemnamus, ſed quod eo tempore quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare carnalibus operibus non debemus, quod dictum D. Hieronymi tenet inquit Angelicus Doctor ex quadam congruentia, non autem ex neceſſitate, prout dicebat D. Gregorius dicendo, talis eſt ſuo iudicio relinquendus, & addit Doctor Sanctus, Si verò non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere, ex ſententia D. Gregorii tunc prohiberi debent ne accedant ad ſanctiſſimam Communionem, ſi tamen in opere matrimoniali non fuit peccatum mortale non peccant mortaliter accedere ad ſanctiſſimam Communionem, bene autem ſi adeſſet peccatum.

Veſtes matrimonialis gratia prolis procreandæ non impedit ſūptionē Cōmunionis ex cōgruētia ſi eſt ex libidine impedit ex neceſſitate.

Inſtantia 3.

Contra hanc reſponſionem inſtat Argumentator dicendo, Aliæ immunditiæ corporales, quæ ſecundum legem impediebant ab ingreſſu loci Sancti in noua lege non impediunt ſumptionem Euchareſtiæ, vt patet de muliere parturiente, & meſtruata, vel fluxum ſanguinis patienti, ergo neque pollutio, quæ eſt ſine peccato ex ſua immūditia impedire debet, à tali ſūptione.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam, & aſſignat cum D. Thom. rationem negationis dicendo, quod non eſt par ratio de alijs immunditijs, & de immunditia ex pollutione. Nam immunditiæ diuturnæ, ſiue quæ ſunt perpetuæ non impediunt ſumptionem ſanctiſſimæ Euchareſtiæ, tamen in veteri legi impediebant acceſſum ad Sancta, ex quadam tamen decentia impedit pollutio nocturna ſumptionem ſanctiſſimæ Communionis, ſcilicet, per illum diem quo hoc accidit, hoc enim figuratum fuit Deut. 23. quo in loco dicitur, Si fuerit inter vos homo, qui nocturno polluto ſit ſomnio, egrediatur extra, caſtra, & non reuertatur priuſquam ad veſperam lauetur aqua. Ioan. Gerſon de natura celebrationis, conſideratione, ſecunda reſpondet huic difficultati dicendo, vnam eſſe immunditiam corporalem, quæ adiunctam habet ſpiritualem, vel ſecundum veritatem, vel ſecundum apparentiam, qualis eſt pollutio, & hæc eſt, quæ impedit Communionem, alia eſt, quæ nullam habet imaginem culpæ, ſed horroris, & abominationis, & hæc non impedit, ſed magis commiſerationem mouet, vt habetur de clero ægrotante, quo in loco dicitur, afflicto non eſt addenda afflictio. Nec obſtat C. Tuanos vbi ſacerdos propter lepram amotus fuit à miniſtratione Eccleſiæ Parochialis. Nam illi non fuit interdictum conſecrare, ſed miniſtrare ſacramentum populo propter horrorem.

Pollutio Cōmunionē ſanctiſſimā impedit licet illæ immunditiæ corporis dicitur, vt ſic impediunt.

Inſtantia 4.

De nouo inſtat Argumentator dicendo, Peccatum veniale non impedit hominem à ſumptione huius ſacramenti, nec etiam mortale poſt pœnitentiam, ſed data, quod pollutio proueniat ex aliquo peccato præcedenti, ſiue corporale, ſiue turpium cogitationum, quod peccatum plerumque eſt veniale, & ſi aliquando eſt mortale, poteſt contingere, quod de manè pœniteat, & peccatum ſuum confitetur, ergo in tali caſu non debet impedire à ſumptione huius ſanctiſſimi ſacramenti.

Inſtant. ſolutio.

Doctor Angelicus breuiter, & paucis verbis ſoluit hanc inſtantiam dicendo, ſic licet per contritionem, & confeſſionem, auferatur reatus culpæ, non tamen aufertur corporalis immunditia, & diſtractio mentis, ex pollutione cauſata, igitur ex decentia, ſi non ex neceſſitate per ſpacium 24. horarum debet pollutus abſtinere à Sacra Communione, hæc eſt reſponſio formalis, & optima.

In hac tamen materia diuerſi diuerſimodè loquuntur, vt eſt videre apud Magiſtrum Dominicum à Soto in 4 d. loco citato ſupra in reſponſione ad 4. Ne igitur in hac difficultate erremus, dictus Magiſter ponit aliquas propoſitiones fundamentales inter quas ponitur iſta.

Solū peccatū mortale, & excōmunicatio ex neceſſitate impedit ſumptionem ſanctiſſimā Euchareſtiæ.

Propoſitio prima. Nullum eſt impedimentum Euchareſtiæ de neceſſitate, niſi peccatum mortale ex ſententia D. Th. in deciſione dubij præſentis etiam excommunicatio neceſſario impedit, licet reperiatur in aliquo exiſtenti in gratia, ſ., in verò contrito, & parato obedire Sanctæ Matri Eccleſię.

Secunda propoſitio eſt quantumcunque fuerit pollutio enormiſſima non ſolum in ſomno, ſed etiam in vigilia, vt fornicatio, adulterium, vel quid ſimile, poſt legitimam pœnitentiam non remanet impedimentum de neceſſitate ad ſanctiſſimam Communionem (Difficultas conſiſtit in cogno-

ſcendo, quando pœnitentia eſt legitima ex omni parte. ſed illa ſuppoſita) illa remouet omne impedimentum, quod neceſſario impediat.

Nulla pollutio quacũque ex cauſa proueniat neceſſario à ſanctiſſima Communione impedit ſi delecta eſt culpa per pœnitentiam.

Hoc probatur, Peccatum mortale non eſt impedimentum ex neceſſitate, niſi ratione culpæ, culpa autem tollitur per pœnitentiam, ergo illa remota per ipſam pœnitentiam nullum remanet impedimentum ex neceſſitate, quod autem ſola culpa impediat habetur ex verbis D Pauli dicentis, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. Probatio autem illa nil aliud eſt, niſi examinatio conſcientiæ in ſacramento pœnitentiæ, in quo homo per claues Eccleſiæ in gratia Dei reſtituitur. Hoc idem probatur ſecundo, Sublata culpa, ex pollutione non remanet niſi immunditia corporalis, & mentis diſtractio ſed iſta non impediunt receptionem ſanctiſſimæ Communionis per D. Thom. in deciſione dubij, niſi ex congruentia, & decentia, ergo per acta pœnitentia pro pollutione homo iam pollutus non impeditur ex neceſſitate à ſanctiſſima Communione, & confirmatur hoc. Nam ſordes illa, & mentis diſtractio tanta emergit ex pollutione licita, inquit Magiſter Dominicus à Soto, ex coniugali opere, ſicut ex adulterio, ergo delecta culpa, non eſt cur magis (quantum ad neceſſitatem) impediat ſecunda pollutio quam prima. Vlterius corroboratur hoc hac alia ratione, ſunt alia peccata grauiora, quam fornicatio, vel adulterium, ſeu quam quodcunque aliud peccatum carnis, puta homicidium hæreſis, infidelitas, quæ magis obſtant communioni quam peccata carnalia, & tamen peccata illa per pœnitentiam delecta, non remanet impedimentum ad ſanctiſſimam Communionem, ergo neque pollutio qualiſcunque affert impedimentum neceſſario, ſi delecta eſt per pœnitentiam, præcipuè, quia quandoque per iracundiam oritur magis perturbatio mentis, & diſtractio, quam per actionem venercam, & iratus eſt tam ineptus ad ſumptionem ſanctiſſimæ Communionis, quam pollutus, immo magis.

Accedere ſtatim ad Communionẽ poſt pollutionẽ in vigilia ſuppoſita pœnitẽtia culpa eſt mortalis ſi adeſt ſcandalũ nõ autem ſemoto illo.

Propoſitio tertia, Poſt flagitioſam, & enormem pollutionem in vigilia, quantumcunque ſit per pœnitentiam remiſſa, illico intra horam immo nec eodem die, ad Euchareſtiam, ſine aliqua vrgente, & honeſta cauſa accedere, irreuerentia culpabilis eſſet (genere tamen ſuo non eſſet mortalis) niſi adeſſet ſcandalum. v.g. ſi reperirentur delicti conſcij, aut propter temeritatem, quia non debet homo ita faciliter credere ſe legitimè eſſe contritum, & quod dicimus de pollutione affirmamus de quocunque peccato, de recenti commiſſo delecto per pœnitentiam. Tanta enim eſſet irreuerentia homicida cruentis manibus, ac blaſphemus polluto ore illico ad Euchareſtiam accedere, quanta eſſet in ordine, ad pollutum, & magis, vt omnibus patet.

Propoſitio quarta, De ſe immunditia carnis innocentiam quandam præ alijs affert, in ordine ad ſanctiſſimam Communionem, ſcilicet, ad illam

Nota.

accedere ſine cauſa dixerim inquit Magiſter Dominicus à Soto, ſine cauſa, quia tempore præcepti, & ad protegendum honorem ſuum, fieri poſſet communio ſine culpa, licet inſtitutum Cartuſienſium ſit, vt noctè polluti (etiam citra culpam) mane non ſolum non celebrare, verum neque ad gradum altaris accedere: quod forſitan eſt in cauſa, vt aliqui ex pudore indiſcreto, abſque ſacramentali confeſſione accedant ad celebrandum, & eſt defectus, ex vtraque parte.

Polluti debẽt abſtinere ſanctiſſima Communione per ſpacium 24. horarum.

Propoſitio quinta, Tempus abſtinendi à ſanctiſſima Communione propter immunditiam pollutionis, ex ſententia Theologorum, & Canoniſtarum eſt vigintiquatuor horarum hoc rationabiliter quidem, Primo propter authoritates illas veteris teſtamenti Leuitici 15. & Deut. 23. quibus in locis iubetur pollutum manere extra caſtra, vſque ad veſperam, Secundo propter rationem phyſicam, quoniam in diurno ſolari circulo cenſentur vires ſenſuum, in ſuo ordine reuocari, Tertio quia in Concilio Elibertano dicitur, quod homo ante conſecrationem, à propria vxore abſtinere debet, aut quatuor, aut octo diebus. Tamen tempus 24 horarum fuit (potius doctorum) ſanũ concilium quam præceptum, quo circa inquit Magiſter Dominicus à Soto, priuſquam communicandus eſt, ſaltem noctè illa petere debitum irreuerentiam eſt, nunquam tamen mortalis, neque forſitan venialis, ſi fiat procreandi cauſa (ſi autem fiat ex libidine non eſt peccatum mortale) niſi indebito modo exerceant, nam facere concilium quale eſt abſtinere per ſpacium 24 horarum à ſanctiſſimæ Communione poſt pollutionem licitam (genere ſuo) non obligat ad culpam. Reddere debitum infra tempus iſtud nulla eſt culpa, licet ex decentia ſit abſtinendum à communione ſi poſſibile eſt abſque indignatione maxima coniugis, vel ſaltem confitenda eſt indecentia illa pro placatione propriæ conſcientiæ. Petens autem debitum, debet abſtinere à communione omnino, ſi non ex neceſſitate, ex maxima decentia.

Petere debitum in noctè ante Communionẽ irreuerentia eſt magna non mortalis, at reddere nulla culpa eſt.

Inſtantia 5.

Vltimo loco inſtat Argumentator dicendo, Grauius peccatum eſt homicidium, quam peccatum fornicationis, ſed ſi aliquis in eadem noctè ſomniat ſe homicidium perpetraſſe aut furtum, aut aliquod aliud peccatum commiſiſſe, propter hoc non impeditur à receptione ſanctiſſimæ Euchareſtiæ, ergo neque propter pollutionem cauſatam in ſomno putantis ſe fornicare impediri debetur.

Inſtant. ſolutio.

Alia crimina in ſomnis nõ impedit ſanctiſſimã Communionẽ pollutio aũt ſic.

Theologus dicit huic inſtantiæ conſequentia non currere, & rationem aſſignat dicendo, quod ſomnium aliorum criminum non cauſat immunditiam corporalem, neque tantam diſtractionem mentis, ſicut fornicatio ſomniata propter intẽ am delectationem, ſubdit tamen Angelicus Doctor Si tamen ſomnium homicidij prouenit ex cauſa, quæ eſt peccatum mortale, ratione ſuæ cauſæ impedit à ſumptione huius ſanctiſſimi ſacramenti, His pro dubio declaratis, ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento dicit, quod pollutus ex cauſa pollutionis erit immundus ex pollu-

pollutione nocturna ſecundum ſe ex parte corporis ex parte animæ non erit immundus, quia dormiens, vt ſic non eſt Dominus ſuorum actuum, neque vt ſic poteſt refrenare illos.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit, & format ſecundum argumentum dicendo, Meritum, & demeritum habet fieri circa idem, ſed dormiens poteſt quis mereri, ergo, & peccare, ſeu demereri, Maior propoſitio eſt per ſe nota, Minor probatur, Salamon dormiens à Domino impetrauit donum ſapientiæ, vt habemus 3. Reg. 3. & 2 Par. 1. ergo dormiendo poteſt quis demereri, ergo & pollutio nocturna poteſt eſſe peccatum.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad minorem, quod Salamon non meruit à Domino ſapientiam in dormiendo, ſed meruit hoc antequam dormiret, & ſomnium, vel viſio illa facta fuit in ſignum præcedentis deſiderij, ideo D. Auguſtinus ſuper Gen. 12. ad literam, dixit, quod talis poſtulatio Deo placuit.

Argumẽtum tertium.

Contra hanc reſponſionem Lector format tale argumentum, quicunque habet vſum rationis peccare poteſt, ſed in dormiendo quis habere poteſt vſum rationis, ergo peccare poteſt, Maior propoſitio probatione non indiget, Minorem experientia docet, Nam frequenter aliquis in ſomnijs ratiocinat, & prælegit vnum alteri, conſentiens, vel deſcentiens, ergo in ſomnis poteſt aliquis peccare, & ſic nocturna pollutio in ſomnis poteſt eſſe peccatum, cum ex genere ſui actus ſit peccatum.

Argumenti ſolutio. In dormiẽdo homo nõ poteſt peccare mortaliter q nõ habet vſũ rationis liberum.

Theologus ad minorem propoſitionem dicit, quod ad peccandum non ſufficit qualiſcunque vſus rationis, ſed requiritur vſus rationis omnino liber concedimus, quod aliquando dormiens vtitur ratione, ſed imperfectè ſecundum, quod vires ſenſitiuæ interiores magis, vel minus opprimuntur à ſomno propter vaporis turbulentiam, vel puritatem, & ſecundum hoc vſus rationis magis, vel minus impeditur, nunquam tamen vſus rationis eſt omnino liber in dormiente, ideo dormiens (vt ſic) peccare non poteſt.

Argumẽtum quartum.

Nondum acquieſcit Lector format vltimum argumentum, quod eſt tale. Fruſtra increpatur, & inſtruitur, qui non poteſt vti, vel agere ſecundum rationem, vel contra rationem, ſed homo in ſomnis inſtruitur à Deo, & increpatur, ergo in ſomnis aliquis agere poteſt, ſecundum vel contra rationem, quod eſt bene, vel male agere, mereri, vel demereri, ex quo ſequitur, quod pollutio nocturna ſecundum ſe poſſit eſſe peccatum cum ex genere ſui actus ſit peccatum, Maior propoſitio notiſſima eſt, quia ad impoſſibile nemo tenetur, Minor probatur authoritate Iob 33. quo in loco ſcriptum eſt per ſomnium in viſione nocturna, quando ſuper ſolet occupare homines, tunc aperit aures noſtrorum, & erudit eum inſtruit diſciplina, ergo homo in ſomno inſtruitur à Deo, & increpatur.

Argumenti ſolutio.

Theologus ſoluit argumentum hoc dicendo cum D. Th. quod in ſomnis non impeditur appræhenſio rationis per quam iudicium perficitur, per conuerſionem ad phantaſmata ſenſibilia, quæ ſunt prima principia cognitionis humanæ, ex quibus infert Angelicus Doctor, quod homo dormiẽdo poteſt appræhendere aliquid de nouo, vel ex reliquijs præcedentium cogitationũ, vel ex phantaſmatibus oblatis, vel etiam ex reuelatione diuina, vel ex immiſſione Angeli boni, vel mali. Non tamen ex hoc ſequitur, quod homo in ſomno poſſit mereri, vel peccare, quia ad hæc vltra iſta requiritur iudicium liberum, quod reperiri non poteſt in dormiente. Hæc dicta ſint pro dubio, & caſu, & pro tota hac diſputatio, & pro ſigillo diſputationum in litera. P. Accedamus ad litera. R.

DISPVTATIO PRIMA in littera R.

De Rapina.

Lector in hac diſputatione proponit caſum vnum cum nonnullis dubijs ab illo ægredientibus.

In caſu ergo quærit Lector vtrum furtum, & rapinam ſint peccata differentia ſpecie?

In primo dubio inueſtigat, An rapina fieri poſſit ſine peccato?

In quæſito quærit, An liceat Chriſtiano ſeruũ ſuum furari, vel rapere de manu infideli, Authoritate propria.

In ſecundo dubio inquirit, An Rapina ſit grauius peccatum quam furtum? vel econuerſo.

In caſu ergo quærit Lector, vtrum furtum, & rapina, ſint peccata differentia ſpecie, & more ſolito format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum Ariſt. 5. Ethicorum c. 2. in fine tom. 5. diſtinguit furtum à rapina, dicendo ablatio rei occultè eſt furtum, Rapina fit violentia, ergo furtum, & rapina differunt ſpecie.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua argumentatur ſic. Furtum, & rapina differunt ſecundum occultum, & manifeſtum, furtum enim importat occultam acceptionem, rapina autem violentam acceptionem, & manifeſtam, ſed in alijs generibus peccatorum occultum, & manifeſtum non diuerſificant ſpeciem, vt patet de adulterio, de homicidio, &c. ergo furtũ, & rapina non ſunt peccata ſpecie differentia.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro caſu iſto tria facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo proponit, & ſoluit dubia, Tertio reſpondet argumentis partis negatiuæ.

Furtũ, & rapina differũt ſpecie inter ſe.

Concluſio, Furtum, & rapina ſunt peccata ſpecie differentia, & ſic probatur differentia ſpecifica actuum attenditur penes formalem, & proximam differentiam obiectorum, ſed inter furti, & rapinæ obiecta eſt formalis, & proxima differentia, ergo furtum, & rapina ſpecie differunt, Maior propoſitio eſt clara de ſe, Minor probatur ſic à D. Thom. Ambo hæc vitia in hoc conueniunt, quod opponuntur commutatiuæ iuſtitiæ quatenus per

huiuſmodi vitia iniuſtum fit, ideſt ius alienum violantur non enim patitur quis iniuſtum volens prout docet Ariſt. 5. Ethic. c. 9. ante medium tomi 5. ex hoc enim furtum, & rapina habent rationem peccati, quia acceptio eſt inuoluntaria ex parte eius cui aliquid ſubtrahitur pro cuius maiori intelligentia dicit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, quod intentio D. Th. in litera, non eſt inferre diuerſitatem ſpecificam furti, & rapinæ, ex diuerſa diſpoſitione mentis perſonæ læſæ, & rationem adducit dicendo, Accidit enim peccato, in eo qualitercunque læſus diſponatur in mente ſua, ſed ex diuerſa ratione obiecti circa, quod verſatur ex hoc namque, quod iniuſtæ acceptionis iniuſtum facit pater obiectum acceptionis vtrobique eſſe iniuſtum, & quia iniuſtum in ordine ad aliquem eſt, claudit in ſe inuoluntarium illi, cum nullum patiatur iniuſtum volens, conſequens eſt, vt ſecundum diuerſam rationem inuoluntarij diuerſificantur ſpecies iniuſti ac per hoc acceptio iniuſta inuoluntarij per violentiam diſtinguatur ſpecie, ab acceptione iniuſta inuoluntarij per ignorantiam, & ſic conſtituuntur duæ ſpecies, ſcilicet, furtum accipiendo occultè alienum, & rapinæ violenter accipiendo alienum, quod ſic manifeſtatur inuoluntarium (teſte Ariſt. 3. Ethic. cap. 1. tom. 3. dupliciter dicitur) ſcilicet, per ignorantiam, & per violentiam. Furtum autem dicit inuoluntariam acceptionem (innocente Domino) Rapina dicit inuoluntarium (Domino ſciente) ac vim patiente, ergo rapina, & furtum differunt ſpecie, cum obiecta formalia illorum ſpecie differant, & ſic declaratur, duplex eſt obiectum vitij contra iuſtitiam commutatiuam, ſcilicet, materiale, & formale, materiale eſt accipere alienum, formale (accipere illud per vim, vel Domino neſciente) Si acceptio eſt per vim eſt rapina. Si Domino neſciente eſt furtum, dummodo acceptio illa ſit contra voluntatem Domini, vel ſit inuoluntariè permiſſa.

Rapina, & furtū in ordine ad obiecta differunt ſpecie in rapina ſue nitur inuoluntariū ſcitum. In furto inuoluntariū occultum.

Iuriſtæ aſſignant alias differentias inter furtum, & rapinam, quæ potius ſunt differentiæ accidentales, quam ſpecificæ. Dicunt enim, quod furtum fit in tenebris, rapina in luce, aut, quod furtum fit in abſentia Domini, rapina in eius præſentia, At quia iſta accidunt furto, & rapinæ in his formaliter non differunt, ideo propria differentia eſt, quod furtum fit abſque violentia, rapina autem, & latrocinium, cum violentia. Furtum enim fieri poteſt præſente Domino. Fur enim ſagax furatur etiā coram oculis Domini, & rapina fieri poteſt abſentes Domino. v. g. ſi claudatur Dominus rei in aliqua habitatione, vt exire non poſſit ad impediendum furtum, vel minatur illi, vt permittat illud facere. Rapina igitur eſt, quando per vim rapitur alienum. Furtum autem quando accipitur alienum non per vim, ſed Domino neſciente.

Rapina eſt acceptio rei alienæ p violentiā, & furtū acceptio occulta eiuſdem rei.

Iuriſtæ ponunt aliam diſtinctionem de furto, dicunt enim, quod ſunt duo genera furti quorum alterum eſt occultum, alterum verò manifeſtum, iſta diſtinctio nihil facit ad propoſitum noſtrum, quoniam furtum manifeſtum in loco illo, eſt quando fur in fragranti crimine comprehenditur, & ibi non eſt ſermo de rapina, vnde non debemus recedere à doctrina Theologorum, in diuina ſcriptura etiam fit mentio de rapina Deut. 28. in quo loco Deus manifeſtauerat violentiam quam ſuſtinere debebat populus illæ dicendo, Omni tempore opprimaris violentia, & ibi dixerat Aſinus tuus rapietur in conſpectu tuo, ſcilicet, per violentiam, & Ezechielis 22. Populi terræ rapiebant, violenter, & cap. 18. per vim nihil rapueris. His igitur relictis, ponamus dubia.

Dubium primum.

IN hoc dubio inueſtigat Lector, An rapina poſſit eſſe ſine peccato, & format ſua ratiocinia pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Accipere prędam ab hoſtibus licitum eſt, ſed accipere prædam per violentiam rapina dicitur, ergo rapina in aliquo caſu licita eſt, Minor propoſitio ab omnibus conceditur, Maior eſt D. Ambroſij in libris de Patriarchis lib. 1. de Abraham. c. 3. à medio to. 4. dicit enim ibi, cum præda eſt in poteſtate victoris decet militarem diſciplinam, vt Regis ſeruent omnia, ſcilicet, ad diſtribuendum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratio ſumitur ex diuina ſcriptura Iſaiæ 6. & formatur ſic, de quolibet licitè accepto poteſt offerri ſacrificium Deo, vel oblatum, ſed ſacrificium, vel oblatio Deo fieri non poteſt de habitis ex rapina, ergo rapina non poteſt fieri ſine peccato, Maior propoſitio eſt certa. Minor habetur in Iſaiæ 6. quo in loco dicit Deus, Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſtum, ergo holocauſtum, & oblatio Deo non poteſt offerri de rapina.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii deciſio pro parte negatiua principaliter.

LEctor Theologus in gratia præſentis dubij tria facit, Primo obſeruat vnum, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuæ. Quo ad primum dicit à quo fuit motus Doctor Sāctus ad formandū hoc quæſitum dicendo, quod in vltimo caſu de furto inueſtigatum fuit, & declaratum, quod tempore neceſſitatis extremæ licitum eſt furari, igitur merito quærimus modo ſi in aliquo caſu licita ſit rapina, quod idem eſt, An fieri poſſit rapina ſine peccato, Secundo eſt obſeruandum, quod de rapina loqui poſſumus tripliciter, primo formaliter, ſecundo in ordine ad Rempublicam præcipientem illam, tertio in ordine ad abuſum illorum, qui rapiunt, vel præcipiunt rapinam.

Concluſio prima, Rapina formaliter ſumpta vllo pacto eſt licita, neque fieri poteſt ſine peccato ſi ſit publica, & multo minus priuata authoritate. Concluſio iſta ſic probatur, ſicut furtum formaliter ſumptum ſine peccato eſſe non poteſt ita neque rapina, immo à fortiori hoc probatur. Nam rapina fit per violentiam, quæ infert maiorem iniuriam proximo quam furtum. Iam diximus in caſu illo in diſputatione de furto, quod

Rapina formaliter ſumpta ſine peccato fieri nō poteſt quacūque authoritate, hoc fiat.

acce-

acceptio occulta rei alienæ licita non eſt furtum. Ita acceptio licita per violentiam, quando fit iuridicè formaliter non eſt rapina, quod enim rapina formaliter ſumpta non poſſit eſſe licita, & per conſequens ſine peccato mortali probatur ſic. Id quod ex intrinſica ratione includit iniuſtitiam intrinſicè eſt malum, neque bono fine fieri poteſt. At rapina eſt huiuſmodi, ergo ex propria natura eſt mala, ergo bono animo fieri non poteſt, ergo quacunque authoritate, hoc fiat, vt ſit erit peccatum. Ne igitur doctrina iſta confuſionem pariat aliæ concluſiones ſunt ponendæ.

Sola Reſpublica authoritate publica vim inferre poteſt in ſubditorũ res abſque nota rapinæ priuata pſona hoc facere nõ poteſt.

Concluſio ſecunda, Sola reſpublica, & Princeps, qui eius vices gerit, per violentiam (citra iniuriam) poreſt aliquid à ſuis ciuibus extorquere. Concluſio iſta ſic probatur. Nam quicunque priuata authoritate per violentiam aliquid accipit, raptor eſt, & latro, & reus huius iniquitatis. Conclusio iſta ſic probatur quo ad vtramque partem, quo ad primum ſic, violentiam inferre proprium eſt publicæ authoritatis, quod ſic manifeſtatur, violentia idem eſt, quod coactio, vis autem coactiua, ſolum in Republica reperitur, ſeu in Principe eius, qui illam gubernat, poteſtas enim iſta à natura data eſt ad cohibendos homines à malo, aducendoſque illos ad bonum. Conceſſio autem iſta, non permittitur exequi à perſona priuata, ſed à publica tantum, quæ à maturo conſilio exequntioni mandanda eſt, ex quibus ſequitur, quod violentia quam facit Reſpublica, vel Princeps in perſonas priuatas, & res illorum, non eſt rapina ſi iuridicem facta ſit, ſiue violentiam illam exerceat contra extrenos hoſtes, ſiue contra internos malefactores, data modo ſeruetur ordo iuris, quod hoc fieri non poſſit à perſona priuata probatur. Nam huiuſmodi violentia, in priuata perſona habet rationem rapinæ, qua de cauſa non licet priuatæ perſonæ, ſine authoritate publicæ poteſtatis, rem propriam de manu alterius, vi rapere niſi in caſu præſentaneo, quando, ſcilicet, licet vim vi repellere, vel in caſu extremæ neceſſitatis, pro tuitione vitæ propriæ, vel vitæ proximi ſui, & tunc, cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Rapina in Principe, & Iudice grauius peccatũ eſt quã in perſona priuata.

Concluſio tertia, Si Princeps aut Iudex, aut alius quiuis magiſtratus, ſua abuſus fuerit poteſtate, per violentiam rapiendo quippiam à ciuibus, iſtæ inſignè ſcelus rapinæ committit, & ad reſtitutionem tenetur, quod ſic oſtenditur. Nam tanto grauius erit peccatum quanto ſublimior eſt perſona à quo procedit peccatum illud, Sicut tanto dignior erit opus, quantum perſona à quo venit eſt dignior, Ratio eſt quia oculi ſubditorum, & inferiorum reſpiciunt actiones ſuperiorum, & vt in pluribus ipſum ſequuntur, præcipuè in malo, & in bono, ſimiliter ſi Iudices occultè rem alienam rapiunt, ſub vmbra publicæ poteſtatis, furtum illorum eſt ſcelus grauiſſimum ſtrictiſſime obligans ad reſtitutionem rei alienæ, & ad ſatisfaciendum pro ſcandalo dato. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Præda capta in bello iuſto rapina nõ eſt, bene autem ſi capta eſt in bello iniuſto.

THeologus cum D. Thom. ſatisfacit inſtantiæ primæ dicendo, Aut illi, qui deprædant hoſtes habent bellum iuſtum, vel iniuſtum, ſi bellum eſt iuſtum ea, quæ milites per violentiam acquirunt, eorum efficiuntur, in quo caſu, violentia illa non habet rationem rapinæ, ideo ad reſtitutionẽ nec ad tenentur, & in hoc caſu loquitur D. Ambroſius loco citato, poſſunt tamen peccare milites iſti in acquiſitione, vel acceptione prædæ inquit Doctor Sanctus etiam ſi habeant iuſtum bellum, puta rapiendo res illas per cupiditatem, pugnando principaliter, non propter iuſtitiam, ſed propter prædam, dicit enim D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini ſermone 19. Propter prædam militare, peccatum eſt, Si autem bellum eſt iniuſtũ, præda illa eſt rapina, & ad reſtitutionem omnes tenentur, qui participarunt de præda capta ex triplici capite bellum poteſt dici iniuſtum, Primo ex authoritatis defectu. Nam ſoli Principes habentes merum Imperium ius habent indicendi, vel gerendi bellum reliqui verè Magnates, & Poteſtates Regibus ſubditi tale ius non habent, poſſunt tamen violentia vti in malefactores ſibi ſubditos, Si autem mouent bellum contra extraneas perſonas rapinam committunt, etiam ſi alias habeant iuſtam cauſam, Secundo bellum dicitur iniuſtum ex cauſa. Ad mouendum bellum requiritur cauſa iuſta pro qua tot periculis bellorum ſuccumbunt gentes ciuitates, & regna. Bellorum namque tũ milites, non ſolum prophanatũ omnia, verum, & ſpecialis ſalus Reipublicæ, & ſacra omnia, & fides ipſa periclitantur. Tertio ad bellum iuſtum requiritur forma iuris, & eo magis quam in iudicio priuato. Ratio eſt, quia tractatur de ſumma rerum, de ruina, vel ſalute patriæ, de vita, & de morte multorum, de amiſſione, vel acquiſitione regni, & publicæ ſubſtantiæ præda igitur capta in bello iuſto, non ſolum ad reſarcienda dãna, verum vt inter milites diſtribuatur licita eſt, non autem ſi bellum eſt iniuſtum bellum tamen aliquando erit iniuſtum ex parte Principis iuſtum autem ex parte militis prout abundè oſtendimus in diſputatione de bello.

Bellũ iniuſtũ dicitur ex tribus ex defectu authoritatis, ex cauſa, & ex forma iuris non ſeruata.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, Si verum eſſet, quod rapina formaliter eſſe non poſſet abſque peccato ſequeretur, quod ferre omnes Principes terræ damnarentur, valet conſequentia, quia omnes illi à ſubditis ſuis (varijs vijs) multa extorquent, quod pertinet ad rationem rapinæ, ergo peccarent per quod peccatum damnarentur, quod nullus inudet dicere dicendum, ergo eſt, quod rapina formaliter poſſit eſſe ſine peccato.

Inſtant. ſolutio.

Theologus per vnam diſtinctionem ſoluit hãc inſtantia dicendo, ea quæ exigunt Principes à ſubditis, vel exigunt iuſtè, vel iniuſtè ſi iuſtè, hoc non accipiunt per rapinam, ſi iniuſtè rapina eſt, Si ea, quæ exigunt Principes à ſubditis exigunt propter bonum commune conſeruandum, etiam ſi vio-

lentia adhibeatur non eſt rapina. ſi autem indebitè extorqueant Principes per violentiam rapina eſt, ſicut, & latrocinium, & tanto magis delinquunt Principes quanto eorum poteſtati non eſt, qui reſiſtere poſſit vnde D. Auguſtinus in quarto de ciuitate Dei in principio tomi 5. dicebat Remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia, quia & latrocinia quid ſunt niſi parua regna, prout affirmat Ezech. 22. dicendo Principes eius in medio eius, quaſi lupi rapientes prædam, ex quibus concludimus, quod Principes iſti ad reſtitutiones tenentur, ſicut & latrones, & tanto magis peccant quam latrones (inquit Angelicus Doctor) quanto periculoſius, & communius, contra publicam iuſtitiam agunt, cuius ipſi poſiti ſunt cuſtodes, & mirum non eſt, ſi tales Principes ſic agentes contra iuſtitiam, etiam ſi omnes eſſent, quod omnes damnarentur. Multi tamen Principes ſunt timoratæ conſcientiæ, qui à iuſtitia recedere non intendunt. Hac de cauſa Sancta Mater Eccleſia, vt Principes non audeant extorquere bona ſubditorum contra iuſtitiam declarant (in bulla cœnæ Domini) ponentes onera indebita ſubditis excommunicatus, à qua excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi onere illo leuato, & facta debita reſtitutione, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, nec ab alio ſunt ſoluendi niſi à Summo Pontifice, vel ab eo, qui vicem eius gerit (in hac parte.) Rapina adeò eſt odibilis Deo, quod non vult, vt aliquid, quod ex rapina procedit illi offeratur in ſacrificium, licet ſacrificium ex ſui natura gratiſſimum ſit Deo. Inter ſacrificia, holocauſtum teneb[?]t primum locum, & nihilominus Deus non permittit, quod de rapina ei offeratur holocauſtum, prout dicebat ipſemet Deus Iſaiæ 6. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſtum, cum ergo Deus odio habet rapinam multo magis odio habebit raptorem, & illus, qui ſub pallio ſanctitatis hoc faciunt.

Principes aggrauátes iniuſte ſubditos ſuos ſunt raptores, & excõmunicati, & ad reſtitutioné tenẽtur

Argumẽtum tertium.

Argumentator non acquieſcit, inſtat de nouo dicendo, Licitum eſt auferre ab aliquo, id quod non eſt eius, ſed res quas infideles habent non ſunt ſuæ, ergo videtur, quod ab infidelibus quiſque poſſit rapere bona, quæ apud illos ſunt, Maior propoſitio in bono ſenſu ab omnibus conceditur, Minor autem ſic probatur ex D. Auguſtino (in Epiſtola. Ad Vicẽtium Donatiſtam Epiſtola 48.) dicenti. Res falſo appellatis veſtras, quas neque iuſtè poſſidetis & ſecundum leges Regum terrenorum amittere iuſſi eſtis. ergo cum res quas poſſident infideles non ſint ipſorum infidelium, licitum erit rapere illas ab eis, in quo caſu rapina non erit peccatum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus dicit difficultatem motam eſſe maximi momenti nihilominus cum D. Thom. duobus verbis ſoluit illam. Solutio enim conſiſtit in hoc, quod intantum aliqui infideles res ſuas iniuſtè poſſident, in quantum ſecundum leges Terrenorum Principum illas amittere iuſſi ſunt vnde auferre res illas ab eis, vt ſic, non eſt rapina, dummodo hoc fiat non priuata, ſed publica authoritate. Reſponſio eſt digna tanto doctore qualis D. Thom. ſed quia obſcura aliquantiſper eſt. Alter Thomas, Cardinalis Illuſtriſſimus Caietanus tria obſeruat in hac reſponſione, Primum quod dicit D. Thom. eſt quod infideles res ſuas, intantum iniuſtè poſſident, inquantum ſecundum leges terrenorum Principum amittere eas iuſſi ſunt, Secundum eſt, quod huiuſmodi res, ab eis priuata authoritate non poteſt auferri, Tertium quod hoc fieri poteſt publica authoritate. Quo ad intelligentiam primæ inueſtiganda ſunt tria, Primum qui ſunt iſti infideles, Secundum qui ſunt iſti Principes, Tertium quæ nam ſunt res de quibus eſt ſermo. Quo ad primum ſciendum, quod infideles ſunt in triplici ordine quidam ſunt de iure, & de facto ſubditi Chriſtianis, vt Iudæi hęretici, & mauri, qui ſunt in terris Chriſtianorum inter iſtos hæretici ſunt priuati rebus & ſeruis, & de iſtis loquebatur D. Auguſtinus loquendo contra Donatiſtas, vniuerſos enim hæreticos Sacri Canones priuant omnibus bonis, vt patet cap. Cum tu, de vſuris lib. 6. cap. 2. Omnes iſti infideles per leges Principum Chriſtianorum compelli poſſunt pro bono publico, ad quod iuſtitia requirit, Secũdi infideles ſunt, qui de iure, & non de facto ſubditi ſunt principibus Chriſtianis, vt ſunt infideles occupantes terras Chriſtianorum, ſcilicet, illi qui poſſident terram, quæ olim ſub dictione noſtra fuerunt, vt ſunt Afri, Seraceni, & Turcæ Grætiam tyrannicè poſſidentes. Iſti infideles ſi eorum Principes Chriſtiani, vel eorum hæredes viuunt illis de iure ſubditi ſunt in quorum ſunt dominijs, & ſi nullus ſupereſt hæres ſubditi ſunt Eccleſiæ Romanæ, vel Principi illo Chriſtiano, cui Eccleſia tradidit terram illam, pertinet enim ad Summum Pontificem prouidere de Principe Chriſtiano in tali caſu, pro defenſione fidei Catholicæ, & iſti infideles de iure gentium parere debent legibus à tali Principe Chriſtiano ſancitis, & ſi non obediunt, non authoritate priuata, ſed publica ſunt puniendi. Nulla enim priuata authoritate eorum bona poſſunt deprædari, aut diripere, quoniam præter regiones bona domeſtica ſua ſunt, præcipuè ſi ſua induſtria lucrati ſunt ea, qua de cauſa inquit Magiſter Dominicus à Soto. Nemo illis moleſtus eſſe poteſt, niſi facultate, & conceſſione Principis vnum obſeruat Illuſtriſſimus Dominus Caietanus inquit enim verum eſt, quod quo ad bellum inferendum iſtis quilibet Chriſtianus Princeps habens authoritatem indicendi bellum pro Republica propria, poteſt ex communi voto (quamuis tacito) Chriſtiani populi prædictis inferre bellum, & licitè poſſidere illa, quæ obtinebant, Si nullus ſuper eſſet hæres Chriſtianus. Si autem ſuper eſſet deberet ſua ſibi reſtitui hóc enim eſt commune votum Chriſtianorum in nouis Hiſtorijs Principum Chriſtianorum quorumcunque bellantium contra Mahumetanos.

Infideles ſunt in triplici differẽtia quidã ſubditi Chriſtianis de iure, & de facto, quidã de iure, & nõ de facto quidã non ſunt ſubditi nec de iure, nec de facto.

Nota contra quos infideles iuridicè bellare poſſunt, & cõtra quos nõ Principes Chriſtiani.

Tertij infideles, qui nec de iure, neque de facto ſunt ſubditi, principibus Chriſtianis ſecundum temporalem iuriſdictionem, vt ſunt illi, qui nunquam fuerunt ſubditi Imperio Romano, qui poſſidens terras illas inhabitatas à noſtris. In quibus Chriſtianum nomen nunquam fuit, vt ſunt Iudęi.

Domi-

Domini illarum terrarum verè ſunt Domini etiã, quod ſint infideles, ſiue Regali, ſiue Politico Regimine gubernant. Nec ſunt propter infidelitatem à Domino ſuo priuati, cum dominium ſit de iure gentium, & infidelitas eſt de iure diuino, quod vis non tollit ius poſitiuum inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ex ſententia D.Th. 2.2. q. 10. Cõtra hos infideles inquit ipſe nullus Imperator, nullus Rex, nec Eccleſia Romana mouere bellum poteſt ad occupandas terras illorum, aut ſubijciendo eos temporaliter. Ratio eſt quia nulla ſub eſt cauſa iuſti belli cum Ieſus Chriſtus Rex Regum cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra miſerit ad capiendam paſſionem mundi, non milites armatæ militiæ, ſed Sanctos Patres Prædicatores ſicut oues inter lupos, & confirmat hoc Illuſtriſſimus Dominus Caietanus dicendo, vnde nec in teſtamento veteri, vbi armata manu poſſeſſio erat capienda vllis infidelium bellum indiciſſet legitur, eo ſolum, quod infideles eſſent, ſed ſi hoc fecerint erat, vel quia nolebant dare tranſitum, vel quia eos offendebant, vt Madianitæ, vel quia ex conceſſione diuinæ volebant recuperare ſuum, vnde grauiſſimæ peccarent Chriſtiani ſi fidem Ieſu Chriſti per hanc viam ampliare contenderent, nec eſſent legitimi Domini illorum, ſed magna latrocinia committerent, & ad reſtitutionem tenerentur tanquam iniuſti bellatores poſſeſſores, vel occupatores, ex quibus concludit Caietanus ipſe, quod mittendi ſunt ad hos populos Prædicatores, & viri optimi, qui verbo, & exemplo conuerterent eos ad fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & non mittere illos, qui eos opprimunt, & ſcandelizant. Multa in hoc propoſito dicunt Magiſtri Dominici Banenſis 22. q. 10. art. 10. & Sotus de iuſt. & iure. lib. 5. q. 3. art. 5. digna conſideratione, quæ non oportet hic adducere, videantur ibi.

Quæſitum.

QVo ad ſecundum inquirit Caietanus Illuſtriſſimus, An liceat Chriſtiano ſeruum ſuum captiuum furari, & rapere ab infidelibus, qui de facto non ſubſunt Principibus Chriſtianis loquendo de authoritate priuata, rationes enim ad ſunt quo ad vtramque partem.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua ratio validiſſima adeſt. Nam accipere ſuum vbicunque inueniatur, meliori modo quo poſſit (ſe moto ſcandalo) licet, ergo & Dominus iſtæ poterit ſeruum ſuum eripere à ſeruitute infidelium, & illum ponere in ſuam libertatem.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio, Si licitum eſſet (priuata authoritate) rapere captiuum à ſeruitute infidelium, licitum etiam eſſe furari & rapere res quas iniuſtè detinent, ſed hoc non licet ex iam dictis in dubio, ergo neque ſeruos licet rapere, vel furari. Maior probatur, quia ſeruus quædam poſſeſſio Domini eſt ſicut res aliæ, & vtrumque poſſidet infidelis, ergo non licet furari ſeruum illius.

Quæſiti deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus duo facit pro quæſito iſto, Primo ſoluit illud vnica concluſione affirmatiua, Secundo ſatisfacit inſtantiæ partis negatiuæ.

Licitum eſt cuilibet auxilium præbere captiuo, vt eripiatur à ſeruitute ĩfideliũ, non ſolũ publica, ſed priuata authoritate.

Concluſio eſt iſta, Non ſolum publica authoritate, ſed priuata etiam (data opportunitate) rapere ſeruum à captiuitate infidelium licet. Concluſio iſta ſic probatur, Nam licitum eſt auxilium præbere tali ſeruo ad ſui liberationem, ergo & ipſum furari, & rapere poteſt, Antecedens patet, quia iniuſtè ſeruus iſtæ ab infideli oppreſſus eſt, & in libertate exiſtens habet iuſtum bellum contra infidelem iſtum, & Dominus ſuus poteſt, & debet opem ferre tali ſeruo ſiue occultè, ſiue manifeſtè, per modum furti, vel rapinæ, ergo poteſt ſeruum ſuum furari, vel rapere, neque in hoc quęritur alia publica authoritas, ſufficit enim in caſu iſto lex illa, quæ concedit, vt cuilibet liceat vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, Satis enim inculpata tutela eſt, quando pro libertate Chriſtiani iniuſtè detenti per modum furti, vel rapinæ liberatur ratio eſt, quia talis libertas præcioſior eſt auro, & omni lapide præcioſo, immo omni bono, in quo apparet lædi infidelis per hos actus, præcipuè, quia non adeſt ſpes iuſtitiæ apud quamcunque iudicem pro libertate iſtius, Hoc videtur affirmare D.Amb. in lib. de officijs dicendo, qui non repellit iniuriam à ſocio (cum poteſt) tam eſt in vitio quam illæ, qui facit iniuriam, quod dictum verificatur præcipuè de captiuis detentis ab infidelibus pro cuius maiori intelligentia eſt obſeruandum, id quod dicit Illuſtriſſimus Caietanus, ſcilicet, quod res iniuſtè detentæ ab infidelibus ſunt in duplici differentia quædam illarum poſſidentur ab eis non iniuſtè, puta ſtatus, & alia bona legitimè acquiſita quarum ſunt verè Domini. Contra bona iſta nulla priuata authoritate, inuadere quis illos poteſt, quia iſta non pertinent ad bona alicuius particularis perſonæ, quædam autem res ab ipſis infidelibus ita iniuſtè poſſidentur, quia ſunt bona alterius particularis perſonæ, vt res furatæ raptæ, vel per vſuras extortæ. Iſtæ res poſſunt accipi per modum furti, abſque ſcandalo tamen ſi aliter haberi non poteſt. Accipere autem res illas per modum rapinæ authoritate priuata, non licet, cum impoſſibile ſit hoc fieri, prout in pluribus (ſine ſcandalo) vlterius, quia actus de ſe eſt illicitus, non enim licet priuatæ perſonæ ius ſibi, armata manu facere, quia in terris Chriſtianorum eſſet in iniuriam Principis, & in terris infidelium magnum immineret periculum illicitum enim videtur hoc, niſi vbi tanta adeſſet commoditas oblata, vt omnia inconuenientia ceſſarent, & omnino remota eſſet omnis ſpes iudicis. In tali caſu liceret ius ſibi facere contra hos hoſtes Chriſtianorum, ex his ad inſtantiam illatam pro parte negatiua quæſiti patet reſponſio, ſcilicet quare liceat per modum rapinæ Chriſtianos à ſeruitute infidelium liberare, licet non conueniat auferre alias res ab illis iniuſtè poſſeſſas.

Inſtan-

Digitized by Google

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Fieri ſi eſt per modū rapinæ ſeruū de manu infidelium priuata authoritate rapere, nō autem res alias ab ipſis poſſeſſas.

THeologus ad inſtantiam factam dicit, quod conſequentia, ibi facta non currit, ratio eſt inquit, quia liberatio ſerui habet rationem recuperationis factæ in continenti, quoniam omni viuo continuè infertur violentia per ſolutionis dum detinetur in ſeruum, ereptio autem rerum non habet talem rationem, quia acceptio illarum iam tranſit in rem iudicatam, vnde requiritur in hoc authoritas publica, ex his ſoluta ſunt omnia quæſita ab Illuſtriſſimo Domino Caietano formata, & quare ſeruum poſſimus iuſtè eripere de manu infidelium authoritate priuata, & quare hoc non liceat ex parte aliarum rerum, quæ ad manus infidelium peruenerunt, ſcilicet, quare hoc non licet ſemper, & quare liceat aliquando.

Ab infidelibus igitur ſubditis Chriſtianis de iure, & de facto, poſſunt Domini ſtatus in quo ſunt per ſententiam auferre ſeruos, & res, ab his autem qui de iure, & non de facto ſubditi exiſtunt poſſunt omnes Chriſtiani Principes omnia iſta per viam belli auferri ab eis, & tempore belli iuſti omnia fiunt accipientium dummodo bella facta ſint publica authoritate, vt dictum eſt ſupra, & iſta ſint pro quæſito iſto. Ad aliud dubium tendamus.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio inquirit Lector, An rapina ſit grauius peccatum quam furtum? & rationes pro vtraque parte adducit?

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, Illud eſt grauius peccatum, quod à lege grauius punitur, ſed magis punitur rapina quam furtum à lege, ergo rapina eſt grauius peccatum quam furtum, Maior propoſitio ab omnibus conceditur, dicit enim diuina ſcriptura ſecundum menſuram delicti erit plagarum modus, Minor propoſitio oſtenditur ex diuina ſcriptura, Ezech. 18. dicitur, per vim nihil rapuerit. Rapina enim ad furtum addit vim dici diuino Deus nihil per vim rapuerit, vult dicere, quod omnino quiſque procul à rapina exiſtat. Probatur intentum etiam ab effectu Gen. 34. Maximam vindictam fecerunt filij Iſdrael contra raptorem ſororis ſuæ Dinæ, quod vnquam ſimile quid factum fuit contra furem, ergo maius peccatum eſt rapina ipſo furto, in cuius corroboratione, in Concilio Trid. ſeſſ. 24. de refor. Matri. cap. 6. Raptor, & dantes concilium auxilium, & fauorem excommunicati decernuntur, ne perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, ergo grauius peccatum eſt rapina ipſo furto.

Raptores conciliatores auxiliatores ſūt excōmunicati infames, & incapaces oīum dignitatum in perpetuo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratiocinatur ſic, Illud eſt grauius peccatum in comparatione ad aliud peccatum, quod in ſe continet malitiam alterius peccati vltra propriam ſic ſe habet furtum in ordine ad rapinam ergo furtum eſt grauius peccatum ipſa rapina, & non minus, Maior propoſitio eſt clarior ipſo ſole, Minor probatur facilimè. Furtum, & rapina in hoc conueniunt, quod vtrumque eſt acceptio rei alienæ. At furtum non eſt ſimplex acceptio rei alienæ, ſed habet fraudem, & dolum adiunctum, quod non habet rapina, Fraus autem dolus de ſe habet rationem peccati, vt oſtendit Angelicus Doctor a 2. q. 55. art. 4. & 5. ergo rapina non eſt grauius peccatum ipſo furto.

Dubii deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Thom. circa dubium hoc duo facit, Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuę.

Grauius peccatū eſt rapina ipſo furto, multis de cauſis oſtenditur.

Concluſio eſt iſta, Rapina eſt grauius peccatum quam furtum, Concluſio iſta clariſſimè probat ratio adducta pro parte affirmatiua dubij, nihilominus declaratur de nouo, in ſuperioribus dictum fuit, & rapina, & furtum habent rationem peccati propter inuoluntarium quod reperitur ex parte eius, cui aliquid auferitur, ſimiliter dictum fuit, quod in furto inuenitur inuoluntarium per ignorantiam. In rapina inuoluntarium inuenitur non per ignorantia, ſed per violentiam. Furtum enim, & rapina in hac vna ratione obiecti conueniunt, quod ambo eſt acceptio rei alienę contra Domini voluntatem. Furtum autem tollit voluntarium per ignorantiam rapina autem illud tollit per violentiam. At violentia ex rigore, & ex diametro magis opponitur voluntati quam ignorantia, ergo eſt grauius peccatum rapinaque furtum. Minor probatur, Nam violentia (aperto marte) pugnat contra actum voluntatis, ignorantia autem efficit inuoluntarium per abſentiam actus voluntatis, qui ignorat, neque vult, neque non vult, ſed qui reſiſtit non vult, immo omnino non vult, & ideo rapina eſt grauius peccatum quam furtum, inquit Doctor Sanctus, Hoc etiam confirmatur ex parte iniurię, quia maiorem iniuriam facit Domino rei Raptor, quam Fur. Nam fur in furando oſtendit ſe timere Dominum rei, propterea nō audet in oculis illius furari, ſed hoc facit in occulto. Raptor contemnit Dominum rei, ideo abſque metu contra illum inuehit, quare non ſolum in bonis lędit, verum, & in honorem per iniuriam, & non ſolum in bonis, & in honorem iniuriam infert, verum, & periculum vitę apponit. Raptor, & Latro armis vtuntur quibus reſiſtentem periniunt. Furant pauore, & metu ſemper eſt pallidus timens ne compręhendatur in furto. Hac de cauſa iura omnia, quę furibus vitam indulgent, Latronem, & Raptorem mortuum nolunt, immo locus ſacrus non eſt ſibi in ſuffragium, in ſignum, quod homines iſti peſſimi ſunt, & odibiles apud Deum, & apud homines. His igitur ſtantibus pro dubij deciſione ſoluendę ſunt inſtantię partis negatiuę dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus primę inſtantię dicit ad minorem, quod licet in furto reperiantur fraus, & dolus. In rapina autem inuenitur violentia iniurioſa

mani.

Digitized by Google

Rapina grauius peccatũ eſt ipſo furto eſt paris cõperandis.

manifeſta contra Dominum rei raptæ,& alia multa iniqua inueniuntur. quæ non ſolum præponderant fraudi,& dolo, ſed ſuperant in malo ſine comparatione, ex quibus apparet rapinam eſſe grauius peccatum ipſo furto.

Inſtantia 2.

Argumentator inſurgit,& contra hanc reſponſionem inſtat tali medio dicendo verecundia eſt timor de turpi actu teſte Ariſt.4. Ethic. c.9. to.5. Sed magis verecundantur homines de furto, quã de rapina, ergo furtum eſt turpius rapina ipſa, ergo grauius peccatum, quam illa.

Inſtant.ſolutio.

Homo q vitur ratione deeſt, & magis verecũdari de rapina quã de furto

Theologus dicit ad minorem, quod homines magis deberent (ſecundum rectam rationem) verecundari de rapina, quam de furto, cum rapina grauius peccatum ſit quam furtum, nihilominus homines viuentes ſecundum ſenſualitatem, qui magis gloriantur de virtutibus externis,quam de internis,quæ tolluntur per peccatum, hac de cauſa homines ſenſuales minus verecundantur de rapina, quam de furto, In peccatis enim quæ fiunt cum aliquo metu,ſemper (vt ſic) eſt minor culpa quam in illis, quæ abſque metu fiunt, vt in diſputationibus de peccato oſtendimus. Furtum cum metu fit, rapina ſine metu ideo rapina eſt grauius peccatum, quam furtum, vnde rapina eſt turpis per ſe,& cauſa maximæ verecundiæ,tamen apud homines ſenſuales furtum maiorem verecundiam quam rapina generat, quia in rapina apparet temeritas eius,& non audacia, in furto timiditas ne compræhendatur in crimine.

Inſtantia 3.

De nouo inſtat Argumentator contra prædicta tali medio, quantum aliquod peccatum pluribus nocet, tanto grauiſſimum eſſe videtur, ſed per furtum nocumentum infertur magnis,& paruis per rapinam nocumentum infertur ſolum in potentibus, quibus poteſt violentia inferri, ergo grauius peccatum videtur eſſe furtum, quam ipſa rapina.

Inſtant. ſolutio.

Nocumẽtum rapinæ grauius eſt nocumento furti an pro eſt cũ quidem.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod maior propoſitio eſt vera, quando nocumentum eſt æquale ex parte vtriuſque,ſcilicet, ex parte furis,& raptoris modo negatur minor, & rationẽ negationis aſſignat quoniam nocumenta, quæ inferuntur per rapinam regulariter ſunt grauiora illis,quæ inferuntur per furtum, vt de ſe patet, & iſta dicta ſint pro dubio iſto modo ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo ad minorem, quod non eſt par ratio de furto,& rapina,& de alijs generibus peccatorum, & rationem aſſignat dicendo, quod in alijs generibus peccatorum non attenditur ratio peccati ex aliquo inuoluntario, ſicut attenditur ex peccatis oppoſitis iuſtitiæ, in iſtis enim vbi occurrit diuerſa ratio inuoluntarij ibi eſt diuerſa ſpecies peccati, vt accidit in rapina in ordine ad furtum.

Argumẽtum ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem inſurgit dicendo,Moralia recipiunt ſpeciem à fine, vt habetur ex doctrina Sancti Thomæ p.2. q.1. art.3. Sed furtum, & rapina ordinantur ad eundem finem,ſcilicet, ad accipiendam rem alienam, ergo non differunt ſpecie.

Argumenti ſolutio.

Finis remotus rapinæ et furti eſt idẽ, proximus autem non.

Theologus ſatisfacit huic inſtantiæ diſtinguendo finem, dicit enim, quod duplex eſt finis, ſcilicet, remotus, & proximus, moralia accipiunt vtique ſpeciem à fine, non à fine remoto, ſed à fine proximo, Accipere rem alienam eſt finis communis remotus furti,& rapinæ,finis autem proximus furti, eſt acceptio rei alienæ neſciente Domino ſiue occultè. Finis proximus rapinæ eſt acceptio rei alienæ manifeſtè per vim.

Argumẽtum tertium.

Contra inquit Lector, Sicut rapitur aliquid, ad poſſidendum,ita rapitur mulier ad delectandum, ſed raptus dicitur, ſiue mulier auferatur publicè, ſiue occultè, ergo & res poſſeſſa rapi dicitur, ſiue publicè,ſiue occultè rapiatur,ergo,rapina, & furtum non differunt ſpecie, Minor propoſitio manifeſta eſt ex ſe, Maior probatur inquit enim Iſidorus in libro Ethimologiarum. Raptor dicitur corruptor, & rapta dicitur corrupta, ergo mulier rapitur ad delectandum.

Argumenti ſolutio.

De ratione furti eſt, qui fit occultum rapina nõ poteſt eſſe occulta ſaltem, ex parte mulieris raptæ.

Theologus dicit ad minorem propoſitionem, quod raptus mulieris non poteſt eſſe ocultus, ex parte mulieris raptæ, licet occultus eſſe poſſit ex parte aliarum à quibus mulier ipſa rapitur, ideo adhuc remanet ratio rapinæ ex parte mulieris raptæ, vnde raptus manifeſtè eſſentialiter differt furto,& iſta ſufficiant pro caſu iſto, & dubijs anexis,& tota diſputatione hac.

DISPVTATIO SECVNDA in littera R.

De Rixa.

LEctor in hac diſputatione tantum vnum caſum abſque dubijs proponit, in quo quærit vtrum Rixa ſemper ſit peccatum argumenta adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiuæ tale format argumentum, Illud eſt peccatum immo mortale peccatũ, quod ab Apoſtolo computatur inter opera carnis, ſed rixa ab Apoſtolo computatur inter opera carnis,ergo rixa eſt peccatum mortale,Maior propoſitio eſt clara de ſe, cum ibi dicat Apoſtolus, qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt, Minor ſimiliter eſt eiuſdem Apoſtoli ad Galatas 5. quo in loco ponit rixam inter opera carnis, ergo rixa non ſolum eſt peccatum,ſed mortale peccatum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua adeſt tale argumentum, Rixa eſt contentio quædam,ſed contentio ex his quæ diximus in diſputatione de contentione non, eſt ſemper peccatum,ergo nec rixa eſt ſemper peccatum,& per conſequens de ſe non erit peccatum mortale,Minor propoſitio ex dictis in diſputatione illa eſt certa,Maior autem declaratur ſic D.Iſidorus lib.10. cap.27. quod incipit Religioſus in fine capitis illius quo in loco tractat de Ethimologia dicit. Rixoſus à ricto camino eſt dictus, ſemper enim ad contradicendum, paratus eſt, & iurgio

gio

gio delectatur, & prouocat contendentem, ergo rixa contentio quædam eſt.

Caſus deciſio pro utraque parte.

LEctor pro deciſione caſus iſtius tria facit, Primo ponit vnam diſtinctionem, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio ſoluit argumenta partis negatiuæ caſus. Quo ad primum eſt obſeruandum, quod rixa eſt duplex, prima eſt rixa propriè dicta, ſecunda eſt rixa impropriè dicta, vel rixa eſt duplex propria, & propriiſſima prout dicit Magiſter Seraphinus à Porcta, quod idem eſt, ſtante hac diſtinctione ponuntur concluſiones.

Concluſio prima, Rixa impropriè dicta, & imperfecta, poteſt eſſe ſine peccato, vel eſt peccatum veniale, quod inſinuabat Regius Propheta dicendo, Iraſcimini, & nolite peccare, ergo datur rixa bona, quæ non eſt peccatum, & imperfecta, quæ eſt peccatum veniale.

Rixa propriiſſimè ſumpta ſéper eſt peccatū mortale impropriè ſūpta minime.

Concluſio ſecunda, Rixa propriiſſime ſumpta eſt peccatum mortale ſemper Ambas concluſiones declarat Angelicus Doctor comparando rixam contentioni optimè quidem, inquit enim ſicut contentio importat quandam contradictionem verborum, ita & rixa importat quandam contentionem in factis. hoc enim innuere volebat gloſſa interlinealis, in D. Paulū ad Galatas 5 ex quibus infert Angelicus Doctor, ideo rixa conſtat eſſe, quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas perſonas agitur, non ex aliqua publica authoritate, ſed magis ex inordinata voluntate, & concludit, ideo rixa eſt ſemper peccatum, vide ſufficienter concludit intentum ſupradictarum concluſionum.

Rixa in eo, q alterū īuadit iniuſtè ſéper eſt mortale. In eos qui ſe defendit aliquando eſt mortale aliquādo eſt veniale, aliquādo, non eſt peccatum.

Ne igitur ex verbis occaſionem errandi accipiamus oſtendit, quando incidit peccatum, quando bellum factum eſt non ex publica authoritate dicendo, In eo, quod alterum inuadit iniuſtè eſt peccatum mortale, Ratio eſt, quia inferre nocumentum proximo, etiam opere manuali non eſt abſque mortali peccato, Sub ſumo ego minorem, ſed qui alterum inuadit iniuſtè infert nocumentum proximo, ergo peccat mortaliter.

Ex his concluſionibus deducit Doctor Sanctus hoc correllarium rixa in eo, qui ſe defendit poteſt eſſe abſque peccato, & quandoque cum peccato veniali, & quandoque cum peccato mortali ſecundum diuerſitatem paſſionis animi, & ſecundum diuerſum modum defendendi ſe, & declarat hoc exemplariter inquit enim ſi ſolo animo repellendi iniuriam illatam, & cum debito moderamine inculpatæ tutelæ rixa non eſt peccatum, immo inquit talis defenſio licet ſit cum aliqua animi perturbatione, non poteſt dici propriè rixa, ex parte eius, qui ſe defendit (Cum ſit de iure naturæ, vim vi repellere) Si verò, qui ſe defendit, hoc facit animo vindictæ, vel odij, vel cum exceſſu debitæ moderationis ſemper eſt peccatū aut mortale, aut veniale, veniale, quando leuis animi motus odij, vel vindictæ ſe immiſce, vel cum non multum excedit moderatam defenſionem. Mortaliter tamen peccat quis defendendo ſe, quando firmo animo, impugnantem inſurgit, ad eum occidendum, vel grauiter illum offendendum, ecce periculum, ad quod ſe exponunt rixoſi, & nihilominus viri, & mulieres rixoſi ad hoc non attendunt, & licet multoties peccant mortaliter non aduertunt, nec mirum, quia vt inquit Terentius, impedit ira animam ne poſſit cognoſcere verum.

Nota.

Vt igitur magis intelligatur mala natura rixæ, bonum eſt videre cuius ſit filia, quia inquit Dominus, bona arbor bonos fructus facit, & mala arbor, malos fructus facit, vt igitur percipere poſſimus cuius filia ſit rixa inquirit hoc D. Thom. ex parte animi lædentis dicendo, dupliciter vnus alium lædere intendit, cum igitur rixa propriè ſumpta ordinata ſit ad lexionem proximi, vel lædens abſolutè intendit læxionem proximi ſiue in occulto ſiue in manifeſto, hoc pertinet ad odium ratio eſt, quia qui odit inimicum quærit eum offendere, quod manifeſtat ſapiens dicendo, odium ſuſcitat rixas, vel lædens intendit offendere inimicum (eo ſciente, & repugnante) quod importatur nomine rixæ, inquit D. Thom. & hoc propriè pertinet ad iram quæ eſt appetitus vindictæ, ex his deducitur vltima concluſio, quæ ſic deſcribitur.

Rixa propriè ſumpta eſt filia iræ aliquādo oritur ab odio, à ſuperbia à vanagloria, & nocet multum.

Concluſio vltima, Rixa propriè eſt filia iræ, occaſionaliter tamen venit ab odio, & eſt valde nociua, Angelicus Doctor hanc concluſionem declarat dicendo, Non enim ſufficit irato, quod latenter noceat ei contra quem iraſcitur, ſed vult, quod ipſe ſentiat, & contra voluntatem ſuam aliquid patiatur in vindicta eius, quod facit, ex quibus apparet, quod rixa propriè oritur ex ira. Vlterius rixa aliquando procedit à ſuperbia, & à vanagloria non propriè, ſed occaſionaliter, inquantum ex his aliquando quis incitatur ad rixam, quia ad iniuriam ſibi reputat, quod alius ſe ei proferat. Hoc totum manifeſtat ſapiens, Prouerb. 28. dicendo, qui ſe iactat, & dilactat iurgia concitat, & multos alios malos defectus producit ipſa rixa, licet illa ex multis procedat, & multis nocet.

In primis nocet rixa, quia per eam generantur odia, & diſcordiæ in mentibus rixantium inter ſe, ex ſententia ſapientis. Prouerbiorum 17. qui meditatur diſcordias, ſeminat rixas. ſcilicet, qui intendit inter aliquos diſſeminare diſcordias procurat, quod ad inuicem rixentur, vt inde in eorum cordibus per rixas odia, & diſcordiæ generentur. Nec hoc eſt impoſſibile, quoniam vnum peccatum poteſt imperare actum alterius peccati ordinandum illum ad finem, à ſe intentum. Nocet rixa corpori, quia plus frequenter mali, recipit rixoſus in ſe, quam alter contra quem eſt ipſa rixa, vt experientia ipſa docet.

Rixoſus puni tur pęna pecuniaria, & etiā pęna corporali.

Rixoſus quandoque punitur pœna pecuniaria, quandoque pœna corporali à iudice ipſo ſecundum exceſſus quantitatem, nec de hoc eſt mirandum, quoniam iura, vt habetur 23. q. finis. c. finis. mandant puniri iſta, vbi ordinant puniri, & homicidæ, & qui rixantur, & qui rixæ fuerunt occaſio. Nocet tandem rixa animæ, quoniam occidit illam

cum

cum ſit peccatum mortale, qoia igitur rixa digna eſt maxima punitione, ideo dicamus Domino Deo, diſſipa ergo Deus gentes, qui volunt bella iſta rixarum, vt recipiant pœnam ſuorum delictorum. His ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum Solutio.

Argumenti ſolutio. Rixa dupliciter ſumitur propriè, & impropriè.

THeologus ſatisfacit primo argumento dicendo quod ibi D. Iſidorus non loquitur de rixa propriè dicta, ſed de rixa communiter ſumpta rixa enim propriè ſumpta non eſt contentio, quoniam contentio importat contradictionem verborum. Rixa autem importat quandam contentionem in factis, ideo argumentum non concludit contra nos, intelligit Iſidorus inquit Doctor Sanctus in illis verbis tria, quæ in ordinationem rixæ declarant. Primum rixoſus promptitudinem animi habet ad contradicendum, hoc autem ſignificat cum dicit, ſemper ad contendendum paratus, ſcilicet, ſiue bene, ſiue male dicat, vel faciat proximus ſuus, Secundum in ipſa contentione delectatur, vnde ſubdit, & in iurgia delectatur. Tertium ipſe prouocat alios ad contradictionem, ideo ſubdit (& prouocat contendentē) eſt enim rixa quoddam bellum partiale inter priuatas perſonas.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit, & vult probare, quod rixa propriiſſime ſumpta non ſit peccatum mortale, tali medio. Non debemus affirmare peccatum mortale eſſe in ſeruis Dei, ſed rixa propriiſſime dicta de qua loquimur reperta fuit in Sanctis, ſcilicet, in Iſaac, & incolis terræ, ex qua rixa ortum fuit, quod foderunt alium puteum, ergo rixa propriè dicta non eſt ſemper peccatum mortale.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo, falſam eſſe minorem. Non enim rixa fuit in Iſaac, ſed in Incolis terræ illius fuit rixa, ipſi enim contra ſeruos Iſaac iniuſte, rixati ſunt propter puteum quem foderunt ſerui Iſaac illo in loco, propterea incolæ illi peccauerunt mortaliter, & non ſerui Iſaac, & multo minus Iſaac ipſe.

Argumētum tertium.

Non acquieſcit Lector de nono conatur probare intentum ſuum dicendo, rixa eſt quoddam bellum particulare (vt ex iam dictis patet) ſed bellum non ſemper eſt peccatum, ergo rixa etiam propriiſſimè ſumpta non ſemper eſt peccatum.

Argumenti ſolutio. Rixa fit affectu priuato, & bellū authoritate publica.

Theologus dicit ad minorem, quod ad hoc, quod bellum ſit iuſtum requiritur, quod ſit factū authoritate publica. Rixa autem fit priuato affectu iræ, vel odij, propterea non poteſt eſſe iuſtum bellum, & per conſequens ſemper erit peccatum mortale, quod non ſic occurrit de bello, quod poteſt eſſe iuſtum, & iniuſtum, factum authoritate publica, & priuata, & vt magis hoc percipiatur Doctor Sanctus vnum declarat, dicit. Si enim miniſter Principis, aut Iudicis, publica poteſtate aliquos inuadat, qui ſe defendunt, non dicuntur ipſi rixari, bene Domino rixari illi, qui publicæ poteſtati reſiſtunt, vnde miniſtri iuſtitiæ non peccant exercendo prudenter officium ſuum, peccant autem, qui ſe defendunt immoderatè. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, totaque diſputatione.

Nota.

DISPVTATIO PRIMA in littera S.

De ſatisfactione ſacramentali.

LEctor proponit aliquos caſus diſputandos in dubijs annexis circa ſatisfactionem ſacramentalem.

Caſus primus, vtrum homo poſſit Deo ſatisfacere pro ſe, & pro alio?

Caſus ſecundus, vtrum homo ſatisfacere poſſit Deo pro peccatis cōfeſſis de quibus eſt cōtrictus?

Caſus tertius, vtrum ieiunium, oratio, & eleemoſyna conuenienter dicātur opera ſatisfactoria?

In primo caſu quærit Lector, vtrum homo ſatisfacere poſſit Deo pro ſe, vel pro alio?

In primo dubio inueſtigat, An vnus pro alio ſatisfacere poſſit?

In ſecundo dubio inquirit, An homo ſatisfacere poſſit pro vno peccato ſine alio?

In caſu primo, ergo quærit Lector, vtrum homo ſatisfacere poſſit Deo pro peccatis ſuis? & iuxta ordinem præfixum format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum inquit D. Hieronymus, qui dicit Deum aliqoid impoſſibile homini præcipiſſe anathema ſit, ſed Deus præcipit homo eſt, vt Deo ſatisfaciat pro peccatis ſuis, ergo homo pro illis ſatisfacere poteſt, Maior propoſitio non indiget probatione, Minor ſe probatur inquit enim Dominus Lucæ 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, ergo poſſibile eſt, quod homo ſatisfaciat Deo pro peccatis ſuis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ſic argumentatur, Satisfactio debet æquari offenſæ (vt de ſe patet) Sed offenſa in Deum commiſſa infinita eſt, ergo homo Deo ſatisfacere non poteſt pro peccatis ſuis, Minor propoſitio probatur Dei bonitas eſt infinita, ergo offenſa in illum facta, eſt infinita, Actio autem hominis finita eſt, ergo homo non poteſt ſatisfacere Deo.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum quatuor facit. Primo ponit ſua fundamenta, pro intelligentia doctrinæ, Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubia illaque reſoluit, Quarto ſatisfacit argumentis partis affirmatiuæ caſus.

Satisfactio tripliciter accipitur, primo pro merito Chriſti, ſecūda pro pęna pro peccatis aſſumpta, tertio pro pęnitentia iniuncta à confeſſario.

Quo ad primum conſiderandum eſt, quot modis accipitur ſatisfactio, & quid ſit ſatisfactio ipſa ſacramentalis. Tripliciter (inquit Magiſter Dominicus à Soto in 4. d. 19. quæſt. 1. art. 1.) accipitur ſatisfactio, Primo pro quocunque remedio, quod haberi poteſt ad remiſſionem peccatorum in quo caſu excellenter paſſio Chriſti fuit ſatisfactio pro peccato humani generis. In hominibus (modo ſuo) ſacramentum pœnitentiæ: ſcilicet, contrictio, confeſſio, & ſatisfactio, dicitur ſatisfactio pro peccatis,

poteſt, & Deo ſatisfacere pro illa, Maior de ſe eſt clara per D.Hieronymum Deus enim implementum non percipit, Deus obligat peccatorem ad pęnam, ergo peccator illam ſubſtinere poteſt, Minor probatur a D.Th. in corpore articuli ex doctrina Ariſt. 8. Ethic.dicẽdo Attamen inter pares cõſtituitur iuſtum,& aliter inter impares, ſcilicet inter filios,& parẽtes,inter creatorem, & creaturas. Inter æquales iuſtum, in æqualitato conſiſtit,v.g. qui deceſſe debet dnm reddat. At Dijs,& Parentibus,& Magiſtris, a quibus eſſe,& virtutes recepimus non poſſumus reddere æquiualens. Vt inſinuat Regius Propheta dicendo. Quod retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ideo tunc Deo ſatisfacimus, quando illi æquale reddimus, ſecundum proportionem. v.g. vt ſicut ille erga nos fecit quod ſuam bonitatem, & omnipotentiam decebat. Ita & non erga Deum faciamus pro poſſe noſtro toto cordę ore, & animo. Et in hoc ſenſu poſſumus Deo ſatisfacere. Nam ſicut Deo ſatisfacimus pro beneficijs receptis gratias illi agendo. Ita ſat eſt,quod per iniurijs illatis ſatisfacimus gemendo affligendo nos,veniam petendo, & ſatisfaciendo illi meliori modo quo poſſumus pęnitentiam agendu(mediante eius auxilio, & gratia.

Homo ex mi ribca ꝓprijs ſatisfacere non pōt Deo bene hoc poteſt gratia Dei mediãte

Concluſio ſecunda, Nihil quod Deo offerimus pro ſatiſfactione noſtrorum delictorum alicuius pretij niſi in Dei gratia ſit factum. Concluſio iſta ſic probatur. Inter nos & Deum nulla eſt ratio iuſtitię,niſi ex eius gratia,& acceptatione procedat; hoc nullus philoſophorum nouit,licet Ariſt.dixerit Dijs, Parentibus, & Magiſtris non poſſumus reddere æquiualens. Non enim noſcę poterant phyloſophi,quantum diuina Maieſtas antecellat Parentum,& Magiſtrorum dignitate. Clarum .n. eſt,quod parentibus poſſumus, quãtum ad vitam attinet temporalem, iuſtos & gratos nos exhibere,ſimiliter erga Magiſtros,non facere,etiam proprijs facere viribus. At hoc facere non poſſumus erga Deum, Deus enim in infinitum vires noſtras excedit. Ideo ratio iuſtitiæ ergo tantam maieſtatem reperiri in nobis eſt implere, niſi hoc ex eius gratia oriatur, totum hoc inſinuare intendebat Iſaias 64. dicendo. Omnes iuſtitiæ noſtræ ſicut pannus menſtruatæ. Oportet enim ad hoc, quod ſatisfactio noſtra ſit Deo accepta,quod perſona a qua procedit grata ſit,Deo ex quo infertur, quod nullus in mortali exiſtens pro peccatis ſuis Deo ſatisfacere poſſit. Verum hoc facere poteſt poſt gratię receptionem habitę per contritionem, vel per ſacramentum pœnitentiæ.

Concluſio tertia, Homo quatenus membrum Chriſti quatenus operatur virtute Chriſti poteſt Deo ſatisfacere de condigno.

Virtute Chriſti pro peccatis noſtris, etiam ex cõdigno ſatisfacimus Deo

Concluſio ſic probatur. Nam Dominus videſui de iuſtitia condigna pro nobis ſatisfecit. Vnde,quia membra illius effecti ſumus. Et membra operantur in virtute capitis modo ſibi proportionato, ideo ratione iuſtitiæ illius ſatisfacimus, & nos pro nobis Deo, modo innens illi per gratiam coniuncti. Satisfactio enim quam facimus Deo, non eſt ſecundum æqualitatem proportionis. Actiones enim noſtræ non ſunt euſdem ordinis cum actionibus Dei. Satisfactio tamen noſtra ſecundum æqualitatem proportionabilitatis, proportionata eſt ſatisfactioni Dei, prout declarauimus in prima noſtra concluſione. Inter nos, & Deum eſt ordo inferioris ad ſuum ſuperiorem. Ex his enim concludimus, quod non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſi ly ſatis, æqualitatem quantitatis importat, poteſt tamen ſatisfacere, ſi ly ſatis importat æqualitatem proportionabilitatis. His pro caſus dilucidatio eſt poſitis, vt magis veritas percipiatur ponenda ſunt dubia, & dilucidanda.

Dubium primum.

IN dubio quærit Lector, An vnus pro alio ſatisfacere poſſit. Et rationes pro vtraque parte format.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Id poteſt homo facere ad quod illud hortatur Apoſtolus. Sed Apoſtolus ſuadet Chriſtianis, vt vnus pro alio ſatisfaciat, ergo vnus pro alio ſatisfacere poteſt. Maior propoſitio eſt clara. Minor vero probatur, inquit Apoſtolus ad Galatas 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Inter onera Chriſtianorum vnum eſt pęna debita pro peccato, ergo vnus pro alio poteſt illum ſoluere, & ſatisfacere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua,tale ratiocinium formatur, ad ſatisfactionem requiritur meritum, ſed vnus pro altero mereri, vel demereri non poteſt ergo, neque ſatisfacere. Maior propoſitio eſt certa, Minor ſic probatur. Dicit Dauid Domino Deo. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Et Apoſtolus 2. c.5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. vt referat vnuſquiſque propriea corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, ergo nemo poteſt pro alio ſatisfacere.

Dubii deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit. Primo ponit opiniones hæreticorum. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias.

Quo ad primum ſciendum eſt, quod hæretici apertas dicunt, quod vnus non poteſt pro altero ſatisfacere. Dicunt enim quod nos pro nobis ipſis mereri, & ſatisfacere non poſſumus,multo minus hoc facere poſſumus,pro alijs.Dicunt.n. quod proprium eſt Chriſti, pro nobis mereri, & ſatisfacere. At nos catholici,oppoſitum tenemus. Imò vt filij dilecti Sanctæ Matris Eccleſiæ, cum ipſa, alia voce dicimus. Credimus communionem ſanctorum. Cum hac pia matre noſtra tenemus, quod vnus pro alio ſatisfacere poteſt, non ſolum ex prouiſione facta illi pro quo Chriſtus ſatisfecit,ſed ex mera charitate fidelium,dicit.n Eccleſia in ſimbulo. Credo Sanctorum Communionem. Hoc ſuadet Apoſtolus affirmando nos omnes eſſe

Extra ſacramentum pęnitentiæ certũ eſt, quod vnus pro alio mereri,& ſatisfacere poteſt.

membra Chriſti, & hortatur nos. vt tanquam comembra vnus pro alio operetur. Paulus enim non tantum ſibi ambulat, ſed pro vtilitate totius corporis. Oculus ſimiliter hoc facit, vidit non tantum ſibi, ſed toti corpori hoc idem affirmat Apoſtolus de alijs membris. Hoc idem, & nos Chriſtiani pro inuicem laborare debemus. Et non ſolum quo ad bona temporalia debemus nos ſuccurrere ad inuicem ſed efficacius, quo ad ſpiritualia, hoc autẽ facit manifeſtum Apoſtolus. Ad Coloſſenſes, Primo dicendo Gaudeo nunc in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, ideſt ſatisfacio pro vobis ſicut ſatisfecit Chriſtus. Veriſſima enim ſunt verba Apoſtoli, ſi rectè percipiatur. Ecce quod Apoſtolus pro ſalute animarum Coloſſenſium gaudenter ſufferebat paſſiones, vt ſatisfaceret pro illis Ideo dicit Gaudeo nũc in paſſionibus meis pro vobis. Et addit, & adimpleo, ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, .i. ſatisfació pro vobis, ſicut ſatisfecit Chriſtus Ieſus .n. Dominus ſufficienter ſatisfecit pro vobis, cum paſſio illius fuiſſet meriti infiniti. Non tamen ſatisfecit ſimpliciter quo ad efficaciam. Ratio eſt, quia cuique tuum paſſio Chriſti applicata eſt modo finito pro diuerſa diſpoſitione recipientium. Et quia orationes & merita Sanctorum diſponunt, cor peccatoris, ſi pro illo ſunt factæ, ideo nos reddunt capaciores fructuum paſſionis Chriſti, quibus mediantibus purgamus à peccaris, & ſic ſi .ſ. merentur, & ſatisfaciunt pro nobis. Hæc pauca incidenter diximus de paſſione Chriſti deſcendamus ad intentum noſtrum, vt cognoſcere poſſimus, ſi vnus pro alio perſoluere poſſit partem, vel totam pœnitentiã impoſitã pęnitenti ab ipſo confeſſario. Et vt clare pcipiamus, procedamus cũ D. Th. hic.

Angelicus Doctor in corpore Articuli 2. q. 13. in ſupplemẽto ad 3. p. ponit vnam diſtinctionem, & poſtea iuxta membra diſtinctionis, ponit duas concluſiones. Diſtinctio ex hoc habetur, pęna ſatisfactoria ad duo eſt ordinata ad ſolutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando, ac ſi dicat. Satisfactio ſacramentalis conſideratur dupliciter in ordine ad peccata præterita, & ad futura, vt ſatisfactoria pro peccatis commiſſis, & vt medicina pro peccatis futuris, ſtantibus his, ponuntur concluſiones reſponſiue quæſito.

Pœnitentia prout eſt medicina facienda eſt ab eo, qui peccauit vt ſatisfactio ſua grata ſit Deo.

Concluſio prima, pœnitentiam quatenus eſt medicina pro peccato vitando in futurum, non poteſt perſoluendo vnus pro alio facere. Concluſio iſta experientia probatur. Nam ex ieiunio vnius caro alterius non maceratur, neque ex actibus vnius, alter bonus efficitur, loquendo per ſe, hoc ſit poſſibile per accidens, Clarum eſt, quod ieiunium meum non affligit corpus tuum. Similiter quod flagella illius non cruciat carnes tuas, q; orationes meæ non eleuant mentem tuam in Deũ per ſe loquendo, eleuat vtique mente orantis ex puro corde. Poteſt tamen opus bonum ab vno factum prodeſſe alteri per accidens, inquantum alteri per iſta bona opera, quis mereri poteſt augmentum gratiæ, vel charitatis quæ efficaciſſimum medium eſt, ad euitandum peccatum, ſed hoc eſt per modum meriti magis, quam per modum ſatisfactionis, per modum meriti de congruo, non autem per modũ meriti de condigno. Ex hac diſtinctione ſatisfaciendi pro altero, per accidens, & nõ per ſe obiectionem vnã format argumentator, volens oſtendere, quod quis pro altero, non per accidens ſe, per ſe ſatisfacere poſſit, ſic dicendo.

Impugnatio.

Per mediũ orationũ Sanctorum multi conuerſi ſunt ad Deum, vt patet de Saulo, qui oratione Stephani de perſequutore effectus es, vas electionis, ergo ſignum eſt, quod ſi iſti ſatisfaciebant pro talibus peccatoribus, pnt ſatisfactio eſt medicinę.

Impugnationis dilutio.

Reſpondet Doctor Sanctus, huic tacite obiectioni dicendo, quod Sancti iſti ſatisfecerunt vtique pro peccatoribus illis non per ſe, ſed per accidens quatenus obtinuerunt illis augmentum gratiam, & potius meruerunt per modum meriti, quã per modum ſatisfactionis.

Vnus pro alio ſatisfacere poteſt, prout pęnitẽtia datur pro expiatione pęnæ peccati.

Concluſio ſecunda, pęnitentia prout eſt ſolutio debit. i. prout eſt ſatisfactoria, vnus pro alio ſatisfacere poteſt. Quod in idem reddit. ſ. quia quantũ ad ſolutionem debiti, vnus pro alio ſatisfacere poteſt, ſuppoſito, quod vterque ſit in charitate, aliter opera illorum non eſſent ſatisfactoria coram Deo, de hoc adeſt exemplum in vitis Patrũ, ibi dicitur quod quidam charitate motus pęnitentiam fecit pro peccato proximi ſui. Et Deus illi peccatori dimiſit peccatum. Confirmatur ratione. Charitas magis poteſt apud Deum, quam apud homines, ſed apud homines vnus pro alio poteſt debitum ſoluere, ergo a fortiori hoc fieri poteſt, in foro Dei, in iudicio diuino, & hoc ſatisfaciendo, vnus pro alio in ſolutione pęnitentiæ datæ pro peccatis a confeſſario. Obſeruandum tamen eſt, quod pœnitentiam quæ in confeſſione datur ex vſu fidelium nullus cõmittit ſibi pęnitentiam iniunctam alteri, nec vnus facit illa pro alio ſiue ſit ieiunium, ſiue oratio ſiue eleemoſyna. Ratio eſt, quia vt in pluribus imponitur non ſolum ad tollendas pęnas peccatorum præteritorũ, ſed datur, vt medicina ad cauanda futura, ideo ponitur inter opera perſonalia. Nihilominus ſi confeſſarius aliqua iuſta cauſa motus iudicaret pęnitentiam hanc eſſe faciendam ſi pęnitente, vel ab alio loco illius ſatisfaceret vtique, cum lex communis ſit, vt vnus pro alio ſatisfacere poſſit, præcipuè ſi pœnitentia pertinet ad eleemoſynam, ad peregrinationem, vel ad quid ſimile, nec requiritur ad hoc, quod ſacerdos imponat, quod pœnitentia per alium fieri poſſit, vt pęnitens ſit impotens ad faciendam pœnitentiam illam, quia tunc non teneretur illam pœnitentiam acceptare, & multo minus facere, cum ad impoſſibile nemo tenetur, ſatis eſt, quod aliqua cauſa iuſta pœnitens moueatur. Si tamen pœnitentia non ſolum eſſet ſatisfactoria, ſed medicina, non debet permitti vt vnus pro alio ſatisfaciat, vel quod pęnitens faciat illum per eũ, vel per alium, quod idẽ eſt. His ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Vnus pro alio poteſt pęnitentiam facere, prout eſt ſatisfactoria, non aũt prout eſt medicina pęnitentis.

Nota.

Inſtan.

Digitized by Google

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam, & aſſignat rõnem negationis dicẽdo quod nõ eſt ulem iudiciũ de merito de cõdigno, & de ſatisfactione.

Nã merito reſpondet pmiũ eſſentiale, quod in viſione Dei conſiſtit. Viſio .n. Dei reſpondet mõditia cordis dicit Dñs Beati mundo corde quoniã ipſi Deũ videbunt. Cor autẽ purificatur per opera charitatis. Clarum eſt.n. quod opera vnius nõ acceptãtur pro alio. Cũ ſolus Chriſtus alteri mereri potuit de cõdigno Satisfactioni autem reſpondet remiſſio pęnæ. Et quo ad hoc vnus pro alio poteſt ſatisfacere, ſi pęna eſt ſolutio debiti, ſi autem pęnitentia data eſſet medicina vna, pro alio poteſt mereri augmentũ gratię, & ſic per accidens iuuat pęnitenti in ſatisfactione. Obſeruat tamen vnũ Magiſter Dominicus a Soto dignũ memoriæ.ſ. quod ſatisfactio vnica facta pro alio loquendo de his quæ pertinent ad ſolutionem debiti, ſi eſt inter viuos ſatisfacit de condigno de iuſtitia, & certa lege. non ſi eſt pro defuncto. Ratio eſt, inquit, quia illæ eſt extraneam merendi, & ſatisfaciendi more viuẽtium. Mera autem ſolutio debiti fit ab eo, qui eſt in gratia, & per illa qui eſt in gratia propria nõ eſt aſſignanda ratio cur Deus inter viuos nõ acceptat ſatisfactionem vnius factam pro alio de iuſtitiã, cũ non appareat in contrarium aliquid. Quando ſatisfactio facta eſt pro defuncto non eſt ſatisfactio de condigno, & ex iuſtitia, ratio eſt quia illæ eſt extra viã merendi, & ſatisfaciendi more viuentium propterea ſatisfactione viuentium illis proſunt tantum per modum ſuffragij ex congruo nõ ex condigno, ex miſericordia nõ ex iuſtitia fiũt huiuſmodi ſatisfactiones a fidelibus, ad hoc, vt Deus acceptet, illas ſi placet. Addit tamen vnum obſeruãdum Magiſter Dominicus a Soto quod ſi defunctus in legatis reliquit vel reliquerit tales ſatisfactiones, tũc ſatisfactiones illæ ipſi proſunt ex condigno. Ex quibus apparet iniquitas illorum qui non perſoluũt legata defunctorum, ipſi enim crudeliter permittunt animas illas in purgatorio cruciari. Ad quos vertens oculos Concilium Carthaginenſe 4. cap. 95. dixit hæc verba, qui oblationes defunctorum aut negant Eccleſijs, aut cum difficultate reddunt tanquam egentium necatores excommunicatur. Hoc idem confirmat Concilium Vienenſe. cap. qui oblationes defunctorum retinent. Et Concilium Agathenſe. cap. clerici, vel ſeculares dicit. Apparet enim quod qui non ſoluunt legata, iniuſtè retinent bona defunctorum, & non ſinunt animas illas exire a carcere purgatorij. Vnde merito dicuntur necatores animarum, quia ipſi non ſoluendo legata ſunt in cauſa, quod animæ illæ non liberantur a pęnis purgatorij quæ morti corporali æquiparantur. Heu quot, & quanti necatores animarum, & excommunicati in qualibet ciuitate, & loco Chriſtianorum reperiuntur.

Satisfactio facta pro alio ĩter viuos eſt de condigno, ptinet ad iuſtitiam, facta pro defuncto eſt de cõgruo pertinet ad miſericordiã.

Nota.

Non perſoluentes legata defunctorum ſunt excõmunicati tãquã necatores animarum.

Inſtantia 2.

Argumenta inſurgit contra prædicta, & inſtat dicendo. Sicut ſatisfactio eſt pars integralis pęnitentiæ. Ita contritio, & confeſſio, ſed nullus poteſt conteri, vel confiteri pro altero, ergo neque pro altero ſatisfacere poteſt.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentia, & aſſignat rationem negationis dicendo quod contritio ordinatur contra culpam quæ occidit animam. Ideo ille qui peccauit cuius anima eſt ſauciata, debet per amaram potionem contritionis purgare animam ſuam aliter maneret in morte quia per contritionem vnius alius non liberatur. Similiter per confeſſionem homo ſe ſacramento Eccleſiæ ſubijcit, non enim poteſt vnus pro alio ſacramentum accipere, ergo neque confiteri. Aſſumptum probatur. Nã per ſacramentum gratia datur ſuſcipienti, & non alij, ideo vnus pro alio confiteri non poteſt. Alia tamen eſt ratio de ſatisfactione, nam vt medicina poteſt per merita aliorum iuuari. Et vt ſolutiua debiti ab alio perfici.

Licet vnus ꝑ alio non poſſit cõteri, vel confiteri, põt tamen ſatisfacere.

Inſtantia 3.

Argumentator non acquieſcit de nouo inſtat dicendo. Si vnus pro alio erat ſibi meretur, ergo ſi poſſet pro alio ſatisfacere ſimul ſatisfaceret per ſe, & ſic non teneretur ſatiſfacere pro peccatis propriis, qm̃ vnica ſatisfactione ſatisfacit pro duobus.

Inſtantia ſolutio.

Theologus negat conſequentiam. Ratio negationis aſſignatur a D. Th. dicendo, quod in ſolutione debiti attenditur quantitas pęnæ, at in merito attenditur charitatis radix. Dum .n. qui meretur alteri de congruo, meretur ſibi plus de condigno, vel minus, ſecundum gradum charitatis quo meretur. Non tamen dum ſatisfacit pro alio ſatisfacit pro ſe, bene meretur per ſe, vitam æternam, quia facit opus charitatis quod eſt quid maius, quam remiſſio pęnæ. Non ſatisfacit pro ſe, quia idem opus non poteſt ſoluere duo debita.

Qui ſatisfacit pro alio poteſt mereri ꝑ ſe, licet, non ſatisfacta pro ſe.

Ex his Magiſter Seraphinus a Porreta ſoluit vnam difficultatem. An ſcilicet vna Miſſa tantundem pro multis, ſicut pro vno ſatisfaciat? Et dicit ſi loquamur de relaxatione pęnæ purgatorij, non ita. Ratio eius eſt, quia magis ſatisfacit ſi dicatur pro vno tantum quia ſatisfactio facta pro vno, nõ ſufficit pro duobus, vel pluribus. quod certiſſimũ eſt vniuerſaliter, & communiter loquendo, ſed ſeruatis ſeruandis a ſacerdote celebrante, ita poteſt pro pluribus ſatisfacere ſicut pro vno, non ſimpliciter, ſed modo declarando, in diſputatione de Miſſa, ex doctrina Illuſtriſſimi Caietani, quæ doctrina optima eſt. Nihilominus loquendo ſimpliciter dicimus, quod Miſſa dicta pro multis ſicut dicta pro vno, non ita ſatisfacit pro delendis pęnis purgatorij. Et in ordine ad hoc in Concil. Trid. ſeſſione 25. Decreto 2. de reformatione cap. 4. ordinatum fuit vt Epiſcopi, & Generales regulariũ ad numerum congruentem perducant quantitatẽ miſſarum pro tuẽda conſcientia ſacerdotum, quod obſeruare debet quælibet ſacerdos, ne grauetur eius conſcientia. Nec in hoc curendũ eſt ad valorẽ Miſſæ, vel ad magnitudinem charitatis Eccleſiæ, quia requiritur perfecta applicatio miniſtri.

Modo ſecundum ſatiſfacit Miſſa dicta pro multis ſicut pro vno ſimpliciter loquendo ex parte ſacerdotis.

Inſtantia 4.

Vltimo loco argumentator inſtat dicendo. Si vnus pro alio ſatisfacere poteſt ſequeretur, quod ſtatim, quod vnus illorum ſatisfecit alius ſtatim adhibitũ liberaretur. ergo ſi moreretur poſtquam

tom pœna debita ſoluta eſt, ſtatim ad cęlum euolaret, vel ſi puniretur, quod duplex pœna redderetur pro eodem peccato, ſcilicet illius, qui ſatisfacere incepit, & illius qui punitur in purgatorio, quod abſurdum eſt dicere.

Inſtantia ſolutio.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam, dicendo, quod in caſu, quod vnus acceptat pęnitentiam datam a confeſſario pro alio faciendam duo remanent obligati ad illam pœnitentiam. Primus ratione commiſſi à ſe peccati. Secundus ratione promiſſi. Et quo ad vſque non ſit ſatisfactum vterque obligatus remanet. Primus ratione debiti. Secundus ratione promiſſi, & ſi vterque moreretur, non facta ſolutione, ad illam vterq; teneretur.

Permittentes perſoluere pęnitētiam pro alio ſatisfacere debent pro ſalute animarum proximorum, & ſuarum.

Maxima charitas tamen eſt voluntarie ſatisfacere pro alio, quia qui hoc obſeruat meretur vitā æternam. Et illæ pro qua facta eſt pœnitentia illa liberatur à pęna peccati. Vnde Concilium Maguntinum. Can. 26. dicit ab infirmis in articulo mortis poſitis per presbyteros pura inquirēda eſt confeſſio, non tamen illis imponenda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda. Et cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudijs pondus pœnitentiæ ſubleuandus. Vt ſi forte migrauerint, ne alieni ex conſortio bonorum fiant. Ecce quod amici pœnitentis. Orationibus eleemoſynis, & ieiunijs ſatisfacere poſſunt pro infirmis, & legitimè impeditis. Ad quod hortatur nos Apoſtolus Paulus dicendo. Alter alterius, onera portate, & ſic implebitis legem Chriſti, igitur impotentes quærant eos qui pro illis ſatisfaciant, de licentia confeſſarij. Et amici hoc libenter faciant, vt digni efficiantur eterno conſortio, & gloriā beatorum. His ſtantibus. Ad vltimum dubium accedamus.

Nota.

Dubium ſecundum.

IN hoc dubio inueſtigat lector. An pœnitens ſatisfacere poſſit pro vno peccato (relicto alio) rationes adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Eorum qui connexionem adinuicem non habent vnum poteſt auferri, ſine alio, ſed peccata non habent connexionem adinuicem, ergo vnum peccatum poteſt exitiari ſine alio, per ſatisfactionem, ergo pęnitens ſatisfacere poteſt pro vno peccato ſine alio. Minor probatur. Si .n. peccata eſſent annexa, qui haberet vnum peccatū, habere oīa peccata ſimul ergo, &c.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format hanc rationem authoritate Iſaiæ 58. ibi enim dicit Propheta, Deus non acceptat ieiunium illorum qui ad contentiones, & lites ieiunabunt. Sed ſatisfactio noſtra nihil nobis prodeſt, ſi illa non acceptat Deus, ergo non poteſt ſatisfacere Deo, illæ qui habet aliquod peccatum, ergo non poteſt ſatisfacere pro vno ſine alio, ſicut ieiunium Iudæorum illis, non iuuabat propter contentionem.

Confirmatur intentum ratione. Satisfacio eſt medicina curans peccata præterita, & perſeuerās a futuris. At peccata ſine gratia non poſſunt curari, & vbi eſt peccatum non poteſt eſſe gratia, ergo pœnitens, non poteſt ſatisfacere Deo pro vno peccato, niſi pro omnibus ſatisfaciat.

Dubii ſolucio pro parte negatiua principaliter.

LEctor Theologus circa hoc dubium tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis affirmatiue.

Diſtinctio iſta pro intelligentia talis quæſiti. Vel ergo in dubio hoc quærimus de reali ſatisfactione effectiue, & actualiter, vel de intentione ſatisfacientis. Si loquimur in primo ſenſu reſpondetur affirmatiue, ſi in ſecundo negatiue. Modo ponamus concluſiones.

Satisfacio realis. & effectiuè poteſt fieri primo de vno peccato, poſtea vero de alijs.

Concluſio prima, Pęnitens effectiue, & realiter, prius ſatisfacit pro vno peccato quam pro alio, quod hoc ſit poſſibile, ratio pro parte affirmatiua adducta clare manifeſtat, quod hoc fiat de facto, experientia docet. Clarum eſt, quod prius ſatisfactio fit pro vno peccato, quam pro alio, v. g. ſi pęnitenti præcipiatur a confeſſario ieiunium per adulterio. Oratio pro blaſphemia, & eleemoſyna pro furto, quòd dum pęnitens ieiunat ſatisfacit pro adulterio, & non pro blaſphemia, vel pro furto. Dum erat ſatisfacit pro blaſphemia, & non pro alijs. Similiter dum facit eleemoſynam ſatisfacit pro furto, & non pro alijs peccatis, vt experiētia docet, ergo loquendo de ſatisfactione effectiua, & reali pęnitens poteſt prius ſatisfacere pro vno peccato, quam pro alio meritoriè.

Impoſſibile eſt de vno peccato ſatisfacere Deo ſine alio. ex parte in ē ſoois pęnitēus.

Concluſio ſecunda. Pęnitens ex parte ſuæ intentionis ſatisfacere non poteſt pro vno peccato, niſi intendat ſatisfacere pro omnibus peccatis.

Declaratur concluſio, & poſtea probatur. In caſu vel dubio iſto q̄rimus ſi Petrus, v. g. habeat ſatisfacere pro tribus peccatis ſupranominatis ex ordine dato ſibi a cōfeſſario, ſi poteſt terminare in mēte ſua velle ſatisfacere pro adulterio, & nolle ſatisfacere pro alijs peccatis in iſto ſenſu Angelicus Doctor, negatiue reſpondet. Concluſio ſic probatur. Nā oportet, quod modus ſatisfactionis ſit talis, q̄ tollit offenſam Dei, & per conſequens, quod reſtituat hominem in Dei amicitiam, ſed ſatisfacio nō poteſt reſtituere in amicitia Dei, ſi aliquod peccatū in animo ſatisfacientis remanet. qui autē non vult ſatisfacere pro aliquo peccato eſt in peccato hoc patet, quia peccatum, eſt nolle ſatisfacere Deo pro aliquo peccato cōmiſſo, per conſequēs talis nō eſt capax amicitiæ Dei. Sicut non eſt dignus amicitię hominis illæ qui in aliquo vult offendere hominē illum. Exempli gratia ſi quis non vult ſatisfacere, pro alapa data. parat viam vt proximus ſuus illi alapā reſtituat. vel ſe diſponit addendam illi aliā de nouo. Ita illę qui quærit Deo ſatisfacere ꝓ vno peccato, & non vult ſatisfacere pro alio, ſimul & ſemel petit veniam, & offendit Deū, petit veniam, v. g. de adulterio perpetrato, & offendit Deū, nolens petere veniā de alijs peccatis, vel ſatisfaciendo pro vno, & nolēs ſatisfacere pro alijs. Propterea non ſatisfacit Deo quia non quærit amicitiā eius, quā habere nō pōt quis dū perſeuerat in peccato.

Totum

Digitized by Google

Illi qui ſunt i gratia ſatisfacere poſſuut pro vno peccato ſine alio, illi qui non ſunt in gratia hoc nõ poſſũt facere.

Totum hoc (paucis verbis) voluit oſtendere Magiſter Dominicus à Soto dicendo, Ille qui eſt in gratia Dei, ideſt qui intendit ſatisfacere Deo pro omnibus ſuis peccatis, poteſt ſatisfacere prius pro vno quam pro alio, Ille autem, qui non eſt in gratia, & charitate pro nullo ſatisfacere poteſt, qui autem vult ſatisfacere pro vno, & non vult ſatiſfacere pro omnibus, non eſt in gratia, & charitate, ergo pro nullo peccato ſatisfacere poteſt, ergo de vno ſatiſfacere non poteſt ſine alio. Confirmatur hoc, ſatisfactio ſacramentalis reſpondere debet contritio, & confeſſio, cum omnes tres hę partes integrales ſint pœnitentiæ ſacramenti ſed homo, non poteſt eſſe contritus de vno peccato, & non de alijs confiteri fructuoſè vnum peccatum alijs occultatis, ergo neque poteſt ſatisfacere pro vno, niſi habeat intentionem ſatisfaciendi pro omnibus ſuis peccatis demonſtratio iſta eſt inſolubilis, vt tamen clarius percipiatur doctrina iſta cum Magiſtro Dominico à Soto ponimus has duas concluſiones ſequentes.

Nota.

Prima cõcluſio pro nullo peccato mortali quis ſatisfacere poteſt, quo ad pœnam niſi prius fuerit dimiſſum quo ad culpam, Concluſio iſta ſic probatur, eſt enim implicatio contradictionis, vt remittatur pœna peccati ante culpam. Nam neceſſario reatus pœnæ concomitatur culpam, quicunque enim manet in culpa neceſſario manet in reatu pœnæ, & quod hoc verum ſit patet à ſigno. Nam ſi quis moreretur non remiſſa ſibi culpa neceſſario damnaretur ad infernum properaret, vbi non ſolum guſtaret pœnam damni, ſed etiam pœnam ſenſus, dato, quod multa opera ſatisfactoria feciſſet in hac vita, ergo ſignum clarum eſt, quod pœna non remittitur niſi prius remiſſa culpa fuerit, in eo autem, qui non vult ſatisfacere, niſi pro vno mortali, & non pro omnibus reperitur culpa, vt patet, ergo non poteſt ſatisfacere pro vnius peccati pœna, ſi pro omnibus non intendit ſatisfacere, & vt concludamus intentum noſtrum, dicimus cum Apoſtolo Iacobo, qui in vno offendit reus factus eſt omnium, Iſte non vult agere pœnitentiam niſi pro vno, propterea offendit Deum in vno, ſcilicet, quod non vult ſatisfacere pro omnibus, ergo reus factus eſt omnium.

Nõ poteſt qs Deo ſatisfacere pro culpa, vel pœna niſi exiſtat in gratia.

Concluſio ſecunda, Nulla ſatisfactio pro remiſſa culpa fieri poteſt Deo niſi ab eo, qui eſt in gratia eius conſtitutus, & probatur ſic. Nihil, quod in ſatisfactione Deo offertur gratum eſt illi, niſi factum ſit in gratia eius, & ſuo fauore, ratio eſt, quia ad hoc, quod opus noſtrum Deo ſatisfaciat oportet, quod acceptetur à Deo, ſed qui intendit ſatisfacere pro vno peccato, & non pro alijs facit opus non acceptum Deo, ergo non eſt ſatisfactorium, ergo homo non poteſt ſatisfacere Deo pro vno peccato niſi habeat intentionem ſatisfaciendi etiam pro alijs. His igitur ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus primæ inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod peccata eſſe annexa ad inuicem ſtet dupliciter, Primo ex parte conuerſionis, Secundò ex parte aduerſionis, ex parte conuerſionis non ſunt annexa ex parte auerſionis autem ſic, propterea poteſt eſſe auaritia ſine luxuria, ira, ſine inuidia, & ſic de alijs, cum igitur ſit connexio ex parte auerſionis non poteſt dimitti vnum peccatum ſine alio. Ratio eſt, quia vbi manet vnum peccatum adeſt obex gratiæ, ſine qua gratia nulla ſit remiſſio peccatorum, Charitas enim, quæ eſt vinculum perfectionis, operit multitudinem peccatorum, ſimiliter gratia ipſa non habitat in anima ſubdita peccatis. Connexio igitur peccatorum attenditur pœnes ab auerſione à bono commutabili, ad bonum incommutabile, non autem à conuerſione ad bonum commutabile, vt dictum eſt ſupra.

Non datur cõnexio peccatorũ ex parte conuerſionis bene autẽ ex parte auerſionis.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumentator contra hanc reſponſionem dicendo, Deus eſt magis miſericor quam homo, ſed homo recipit vnius debiti ſolutionem ſine alio, ergo multo magis Deus recipit ſatisfactionem vnius peccati, ſine alio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod duplex eſt inæqualitas, ſcilicet, iuſtitiæ, & amicitiæ. In obligatione debiti reperitur tantum inæqualitas iuſtitiæ, ideo ſatis eſt, quod in reſtitutione tungatur ad æqualitatem iuſtitiæ, quod quidem poteſt fieri ſoluto debito vno (non ſoluto, alio) ſed vbi eſt offenſa non ſolum eſt inæqualitas iuſtitiæ, ſed amicitiæ, eſt vnde ad tollendam inæqualitatem offenſæ non ſolum requiritur, quod reſtituatur æqualitas iuſtitiæ, ſatisfaciendo pœnæ debitæ, ſed requiritur etiam reſtitutio æqualitatis amicitiæ, quæ eſſe non poteſt, vbi reperitur culpa ex parte ſatisfacientis, vt inquit Doctor Sanctus in 3. p. q. 86. art. 3. ad 4. dicendo, ſic vna culpa, vel offenſa non dimittitur ſine altera, cum per D. Auguſtinum, Impium ſit dimidiam veniam ſperare.

In ordine ad illa, quæ ſe tenent ex parte iuſtitiæ vnum ſolum poteſt ſine alio non autẽ, quæ ſe tene ex parte amicitiæ.

Inſtantia 3.

Non acquieſcit Argumentator vltimo loco inſtat dicendo, ſatisfactio, vt ex diffinitionibus illius habemus eſt peccatorum cauſas excidere, nec ſuggeſtionibus additum indulgere ſed hæc ſeruãtur (vt in pluribus circa vnum peccatum) ſine alio, refrenando v.g. luxuriam, non oppugnando auaritiam, ergo pœnitens poteſt ſatisfacere pro vno peccato, ſine alio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat minorem, & ad probationem dicit, quod ille, qui ſatisfacit pro vno peccato, & non intendit ſatisfacere pro alijs non excidit omnes cauſas peccandi, ſed aliquas tantum. Ratio eſt, inquit Doctor Sanctus, quia per D. Gregorium, vnum peccatum, non delectum per pœnitentia (ſuo pondere) trahit ad aliud, ideo qui vnum peccatum retinet, non ſufficienter cauſas alterius peccati excidit, His ſtantibus pro dubij deciſione, ſoluenda ſunt argumẽta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Theologus primo argumento dicit, quod argumentum concludit de offenſa, & de ſatiſfactione ſecundum ſe conſiderata, non autem de ſatisfactione facta in gratia offenſa enim dicitur

Satisfactio noſtra ex gratia eſt virtutis infinitæ, quia ab infinita miſericordia Dei venit.

infinita ex parte obiecti offenſi, Ita ſatisfactio dicitur infinita ex parte gratiæ, ſatisfactio enim accipit infinitatem, quia ab infinita miſericordia informata eſt gratia virtute cuius homo Deo pro infinita offenſa ſatisfacere poteſt, cum gratia faciat ſatisfactionem virtutis quodammodum infinitæ, licet ex propria natura ſit finita, & præcipuè hanc infinitatem ſatisfaciendi accipit homo, vt eſt membrum Chriſti, & vt operatur virtute Chriſti qui eſt virtutis infinitæ, formaliter tamen ſatisfactio noſtra à gratia habet virtutem infinitam ſatisfaciendi, in ſignum cuius Angelicus Doctor dicit, quod ſi gratia daretur alicui, alio modo, quam per meritum Chriſti mediatoris Dei, & hominum, vel venturi ſaltem etiam ſufficeret ſatisfactio, facta in gratia ad delendam culpam infinitam.

Ex quibus apparet error manifeſtus Lutheri (damnatus à Concil. Trid.) dicentis hoc vocabulum ſatisfactio periculoſum habet ſenſum, quaſi Deo quiſque pro vllo peccato ſatisfacere poſſit. Nihilominus apud nos Catholicos hoc verbũ ſatisfactio periculoſum non eſt, quia homo (ſi non ex proprijs meritis) virtute Chriſti Domini ſatiſfacere Deo poteſt pro peccatis ſuis.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, ſatisfactio facienda eſt de proprio, & non de alieno, ſed omne bonum, quod habet homo eſt Dei, & non ſui, ergo cum nihil boni habeatur pro ſua culpa Deo ſatisfacere non poteſt.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit argumentum, & negat illationem concluſionis Concedimus enim, quod omnia, quæ habet homo eſt Dei, diximus tamen, quod Deus bonorum temporalium conſtituit nos Dominos, propterea homo circa illa operatur, vt Dominus per ſuum arbitrium, vnde ex hoc, quod per ſuum arbitrium agit, Deo ſatisfacere poteſt de eo, quod à Deo accepit, & ſatisfacit de proprio, verum tamen eſt, quod quicquid Deo damus, quod ab ipſo accepimus, damus tamen illud, vt noſtrum, quoniam nos Deus, Dominos illorum fecit, vt igitur clarius percipiamus hanc doctrinam ponamus exemplum, donat tibi aliquis diues centum ſcuta (illis à te acceptis) eius agrum ab eodem dimitæ (iuſto prætio) illa ſcuta primo, tua non erant, facta ſunt tua ex dono, quando autem emiſti agrum illum emiſti illum tuis proprijs pecunijs, & per conſequens fuit emptio realis, & de iuſtitia tibi debetur ager illæ. Modo ad rem noſtram deſcendamus, Deus donauit homini libertatem hanc, vt ſit Dominus ſuorum actuum, ideo homo, vt Dominus ſuarum operationum Deo ſatisfacit pro offenſis ſibi illatis. Recompenſatio iſta imputatur homini tanquam propria, non quia radicaliter primo ſit ab homine, ſed quia illam habet ex dono Dei, Operatio tamen iſta hominis Deo non ſatisfacit niſi ſit informata gratia, ſic ergo de iuſtitia homo ſatisfacit Deo, quod facere tamen non poteſt homo ſine Dei miſericordia à qua eſt gratia, quæ grata, & accepta reddit ſatisfactionem hominis, ipſi Deo, ex quibus apparet, quod Chriſtianus non in proprijs operibus ſpem ſuæ ſalutis ponere debet, ſed in Dei miſericordia.

Licet omnia bona noſtra ſint à Deo, ex noſtro tamen Deo ſatisfacimus pro culpis noſtris.

Inſtantia.

Lector inſtat contra hanc doctrinam dicendo, Homo totum tempus ſuum in Dei ſeruitium expendere debet, ſed tempus admiſſum non poteſt recuperari, ergo homo recompenſationem Deo facere non poteſt pro tempore, quod in honorem Dei non exercuit?

Inſt. reſpõſio Tẽpus admiſſum non poteſt recuperari quo ad adeſſe, bene aũt quo ad cumulum meriti.

Theologus ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod licet homo, non poſſit tempus præteritum recuperare, poteſt tamen in futuro recompenſare illud, quod in præterito facere debebat, & hoc adimplet faciendo diligentius, & copioſius, & feruentiori animo in vna hora, id quod facere debebat prius in vno die, vel addendo ad id quod tenebatur ex præcepto, opera ſuperogatoria, vt fecerunt Apoſtolus Paulus, Maria Magdalena, & multi alij Sancti, qui tempore adoleſcentiæ ſuæ vitioſè conſummarunt tempus, & ad Deum conuerſi, totis viribus Deo ſeruierunt, & recuperauerunt tempus perditum, vt fecerunt ſerui illi, qui vna hora laborauerunt in vinea Domini, & pares facti ſunt illis, qui portauerunt pondus, diei, & æſtus, & iuſtè quidem, quia æqualiter meruerunt, & forſitan magis, formaliter igitur ad inſtantiam dicimus, quod licet tempus recuperari, quo ad eſſe non poſſit bene autem quo ad meritum.

Argumẽtum tertium.

Lector format vltimum argumentum dicendo, Peccatum actualem grauius eſt originali, ſed pro originali peccato, nemo potuit ſatisfacere, ergo multo minus ſatisfacere poterit pro culpa actuali.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit maiorem dicit verum eſſe, quod peccatum originale minus habet de ratione peccati quam actuale peccatum tamen eſt grauius malum inquit, quia eſt infectio totius naturæ humanæ, hac de cauſa, inquit Angelicus Doctor non potuit expiari per ſatisfactionem vnius puri hominis, poteſt tamen inquit, quilibet homo (gratia diuina ſuffultus) occurrere ad nocumentum perſonale ſatisfaciendo pro peccato ſuo actuali. Hæc ſufficiant pro caſu iſto, & eius dubijs. Modo ad alium caſum properamus, & dubia illius.

Caſus ſecundus.

Lector proponit caſum cum dubijs ab illo egredientibus, de ſatisfactione in ordinem ad hominem exiſtenti in mortali.

In caſu ergo quærit, vtrum exiſtens in mortali poſſit ſatisfacere pro peccatis confeſſis de quibus fuit contritus?

In primo dubio inueſtigat, An ſatisfactio facta in mortali incipiat valere poſt acquiſitionem charitatis?

In ſecundo dubio interrogat, An bona facta extra charitatem, ſint aliquo modo meritoria?

In tertio dubio poſtulat, Si opera facta extra charitatem valeant ad mitigationem penarum infernalium?

Lector igitur in hoc caſu inquirit, vtrum exiſtens in peccato mortali poſſit ſatisfacere pro peccatis

catis

catis confeſſis de quibus fuit contritus, & format ſua argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua format tale argumentum, Si homo in mortali exiſtens non poſſet ſatiſfacere pro peccatis confeſſis, & contritis, hoc proueniret, quia ſine gratia, & charitate Deo ſatisfacere non poſſumus, ſed hoc non videtur verum, ergo homo exiſtens in mortali, ſatisfacere poteſt pro peccatis confeſſis & contritis. Maior propoſitio ex iam dictis habetur, Minor probatur Daniel dixit Nabuchodonoſori Regi exiſtenti in mortali, Peccata tua, o Rex eleemoſynis redime, ergo & homo ſatisfacere poteſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua Argumentator ſic, inquit Sapiens vniuerſa delicta operit charitas, ſed virtus ſatisfactionis eſt illa, quæ operit delicta, ergo hoc facere non poteſt homo ſine charitate, & gratia, ergo ſatisſactio facta in peccato non ſortitur ſuum effectum. ergo homo in mortali exiſtens non poteſt ſatisfacere pro peccatis confeſſis, de quibus fuit contritus,

Caſus deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa hunc caſum quatuor facit. Primo obſeruat aliqua, Secundo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito, Tertio proponit dubia illaque ſoluit, Quarto ſatisfacit argumentis pro parte affirmatiua caſus.

Quo ad primum ex doctrina Angelici Doctoris habemus, quod fuerunt aliqui Doctores, qui partem affirmatiuam caſus tenuerunt dicentes, quod ſatisfactio etiam ſoluta in mortali tenet, nec pro peccatis pro quibus facta eſt ſatisfactio in mortali ſi tali deſcendat ad infernum pateretur. Doctrina iſta non habet fundamentum propterea à fidelibus fugienda eſt.

Homo i mortali exiſtens non poteſt ſatiſfacere pro peccatis contritis, & confeſſis.

Concluſio reſponſiua quæſito, Homo in mortali exiſtens non poteſt ſatisfacere pro peccatis confeſſis, & contritis. Concluſio iſta ſic probatur, Nullus Deo ſatisfacere poteſt, qui in Dei amicitia non exiſtit, ſed exiſtens in mortali non manet in amicitia Dei, ergo non poteſt ſatisfacere Deo pro peccatis contritis. & confeſſis, Minor propoſitio eſt certiſſima, Maior declaratur, & probatur declaratur ex doctrina Ariſt. 9. Ethicorum ibi dicit Phyloſophus, quod æqualitas in ſatisfactione ad Deum non eſt ſecundum æqualitatem, ſed magis ſecundum acceptionem ipſius, ex quibus concludit Angelicus Doctor, quod ad hoc, quod homo Deo ſatisfacere poſſit oportet, quod ſit iam illi offenſa dimiſſa per contritionem præcedentem, & quod opera ſatisfactoria grata ſint Deo, quod eſſe non poteſt ſine charitate, vnde concludit, quod opera facta ſine charitate, vel in peccato mortali nuo poſſunt eſſe ſatisfactoria. Circa quam probationem Magiſter Seraphinus à Poreta obſeruat vnum dicendo, quod charitas dat operibus noſtris (vt grata ſint Deo) dicendo, quod propoſitio iſta, minus dicit, & plus ſignificat, dicit, quod charitas facit opera noſtra grata Deo, & ſignificat, quod nil aliud à charitate hoc facere poteſt, ex quibus directè concluditur. ergo non exiſtens in charitate Deo ſatisſacere non poteſt, probatur hoc, inter opera ſatisfactoria eleemoſyna eſt opus præcipuum, ſed eleemoſyna facta extra charitatem non eſt ſatisfactoria, ergo neque ſatiſfactio valet facta extra charitatem, Maior propoſitio eſt clara de ſe, Minor probatur per Apoſtolum 1. Cor. 13. vbi dicit, Si diſtribuero in cibum pauperum, &c. charitatem non habuero, nihil mihi prodeſt, ergo ſatisfactio facta in mortali non valet. Hoc idem corroborat Magiſter Dominicus à Soto his alijs rationibus. Nulla fit remiſſio culpæ neque pœnæ niſi in virtute paſſionis Chriſti, vt patet, ſed paſſio Chriſti non applicatur ei, qui eſt in peccato, ergo illæ, qui eſt in peccato, ſicut non poteſt ſatisfacere pro culpa, ita nec pro pœna. Demonſtratio eſt ad hominem multæ ſoliditatis apud Chriſtianos. Idem probatur ratione. Beneficientia eſt effectus beneuolentiæ, per D. Thom 22. q. 31. Sed inter Deum, & peccatorem, non eſt beneuolentia, ergo neque beneficientia reſpectu donorum gratiæ, & gloriæ, ſed ſine Dei beneficientia non fit remiſſio peccatorum. Non enim alius à Deo dimittere poteſt peccatum, vt dicebant Iudæi. Quis poteſt dimittere peccatum niſi ſolus Deus. ergo peccatori non remittitur pęna peccati, dum manet in peccato, ergo exiſtens extra charitatem Deo pro peccatis ſuis ſatisfacere non poteſt, In ſignum cuius Deus, primo reſpicit offerentem poſtea oculos dirigit ad holocauſtum. Si offerens gratus eſt Deo, gratum eſt etiam ſacrificium eius, ſi illæ non eſt gratus nec ſacrificium eius eſt gratum, quod manifeſtat Moyſes 2 Geneſ. dicendo, Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. ad Abel primo, & ad munera eius ſecundario, corroborat intentum Theologus ſic. Mutatio pœnæ ęternę in temporalem per ſacramentum pęnitentię venit ex gratia, & amicitia Dei, ergo, & ſolutio talis pęnę fundatur in tali amicitia. At qui peccat rumpit talem amicitiam, ergo ſatisfacere Deo non poteſt quo ad vſque maneat in peccato, bene autem dum per pęnitentiam acquirit gratiam, & charitatem, & vt ſigillum ponamus huic diſcurſui ex ſententia D. Pauli in argumēto adducto pro parte negatiua caſus confirmamus intētum ſic, Ibi Apoſtolus cognoſcere facit, quod omnia opera etiam, quod ſint de genere bonorum nihil illi prodeſſe poſſunt (ſi charitas non adeſt) ergo nec pęnitentia facta extra charitatem prodeſſe poſſet, inquit enim Apoſtolus, Si diſtribuero in cibum pauperum omnes facultates meas, ecce eleemoſyna, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, ecce ieiunium, & oratio, charitatem autem non habeam nihil mihi prodeeſt, ergo neque pęnitentia prodeeſt ſi non eſt facta in charitate.

Sola virtus charitatis facit opera noſtra grata Deo quibus Deo ſatisfacimus pro peccatis.

Falſa reſponſio.

Aduerſarij huic inſolubili demonſtrationi dicunt, quod opera facta extra charitatem non proſunt ad gratiam, & ad gloriam prodeſſe tamen poſſunt, quo ad ſolutionem temporalis pęnę pro qua fit pęnitentia.

Deſtructio reſponſionis.

Theologus dicit quod reſponſio iſta nihil valet. Et rationem aſſignat dicendo. Si opera extra

tra

tra eharitatem facta ad hoc prodeant multũ prodeſſet, & non nihil, vt inquit Apoſtolus Paulus. Imò quia nihil proſunt etiam quo ad hoc. Lamentabantur Iudæi Iſaiæ 58. dicendo Deo quare ieiunauimus,& non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras,& nexuiſti? Opera iſta de genere ſuo ſunt ſatisfactoria, nihilominus non fuerunt Deo accepta. Et cur illi populo non fuiſſet accepta manifeſtat Dominus dicendo. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas noſtra,& omnes debitores veſtri repetitis. Et ſubdit Deus. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? Hoc etiam manifeſtat ſapiens dicendo. Prouerb. 15. Victimę impiorum abominabiles Domino. Ne igitur multiplicatio rationum (& corroboratio noſtræ concluſionis confuſionem pariat & non diſtinctionem. Siſto pedem, & pono ante oculos terminationem Sacri Concilii Trid. ſeſſ. 14. c 8. quo in loco dicitur. Dum ſatisfactionem patimur pro peccatis Chriſto Ieſu, qui pro peccatis veſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, & concludit loquendo de Chriſto Domino. In quo viuimus, in quo mouemur, in quo ſatisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent &c. Si ergo non viuimus in Chriſto dum ſatisfacimus pro noſtris peccatis noſtræ ſatisfactiones ex Sacro Concilio non ſunt acceptæ Deo, & per conſequens non ſatisfaciunt. In Chriſto enim Ieſu viuimus per charitatem, ergo ſoli illi, qui in charitate ſunt, Deo ſatisfacere poſſunt. Qui plura videre cupit legat Magiſtrum Seraphinum a Porteta, loco ſupra citato in addit. ad 3. par. quia nos ad profundiorem intelligentia doctrinæ deſcendimus ad dubia diſcutienda.

Qui non viuunt in Chriſto Domino, ſatisfacere Deo non poſſunt pro peccatis ſuis ex Sacro Conc. Trid.

Dubium primum.

LEctor in hoc dubio inueſtigat. An ſatisfactio facta in mortali incipiat valere poſt acquiſitionem charitatis. Et pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt tale ratiocinium. Sicut efficacia ſatisfactionis impeditur per peccatum. Ita efficacia baptiſmi impeditur per fictionem. Sed baptiſmus incipit valere, recedente fictione ſtatim ergo & ſatisfactio recedente peccato, incipit valere.

Partis negatiuæ, probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio opera extra charitatem facta nulla habent vitam. At quod nunquam vixit non poteſt reuiuiſcere. ergo opera extra eharitatem facta nunquam obtinebunt remiſſionem peccatorum. Maior propoſitio ex his quæ dicta ſunt in caſu ſunt certiſſima. Minor probatur eharitas non informat actum qui ab illo aliquo modo non procedit, ſed opera facta in peccato, vllo modo a virtute charitatis procedunt. ergo a eharitate informari non poſſunt, & per conſequens aliquo modo ſatisfactoria eſſe non poſſunt.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit. Primo ponit opinionem aduerſariorum. Secundo ſatisfacit quæſito vnica concluſione tertia ſoluit inſtantias partis affirmatiue.

Quo ad primum inquit Doctor Sanctus. Quidam dixerunt quod opera facta in charitate, quæ opera viua dicuntur, ſunt meritoria uitæ æternæ, & ſatisfactoria reſpectu pœnæ peccatorum. Opera facta extra charitatem, adueniente charitate, viuificatur quo ad hoc quod ſunt ſatisfactoria, nõ tamen quo ad hoc quod ſint meritoria uitæ æternæ D. Th. dicit quod hoc dictum quo ad primam partem eſt fictitiam. Et hoc ratione oſtendit dicendo. Opera noſtra ex eadem radice ſunt meritoria,& ſatisfactoria, ſcilicet ex hoc quod ex charitate procedunt. ergo ſi per opinionem noſtrorum aduerſariorum. Opera quæ non ſont facta in charitate, meritoria non ſunt, ergo neque ſatisfactoria, ualet conſequentia quia opera per aduẽtum charitatis non uiuificabuntur, quia nunquam fuerunt uiua. Imò ex oppoſito uiuificarentur per aduentum charitatis quo ad ſatisfactionem uiuificarentur etiam quo ad meritum. cum utrumque fluat a eharitate. His poteſt adiungi id quod obſeruat Angelicus Doctor. in 3. p. q. 89. art. 6. ubi dicit quod opus mortuum dupliciter ſumitur, uno modo effectiue, inquantum eſt cauſa mortis, in quo ſenſu peccata, dicuntur opera mortifera, & ſunt opera illa mortua de quibus loquitur Apoſtolus Hebræorum. 9. dicendo Sanguis Chriſti emũdabit conſcientias ueſtras ab operibus mortis. Iſta opera mortua non uiuificantur per pœnitentiã. ſed magis oboletur inquit Doctor Sanctus. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue, ſ. quia carẽt uita ſpirituali. quæ eſt charitas ipſa, per quam anima Deo coniungitur, unde opera bona moralia dicuntur mortua inquantum non procedunt ex principio uitę ſpirituali, quæ eſt charitas. Nec iſta per pœnitentiam fiunt uiua. His ſuppoſitis ponitur concluſionis.

Opera bona mortua per aduentũ charitatis nõ fiũt meritoria vitæ æternæ neque ſatisfactoria.

Concluſio igitur eſt iſta ſatisfactio facta in mortali (adueniente charitate) non reuiuiſcit, ſed eſt reiteranda. Concluſio ex iam dictis eſt certa nihilominus Doctor Angelicus illam ſic manifeſtat dicendo. Differentia mortis, & vitæ in operibus eſt ſecundum comparationem principij, quo procedunt. Opera enim eadem numero quę venerunt a principio naturali, vt ſunt moralia, nõ poſſunt procedere à principio ſupranaturali. hoc eſt certum, quoniam tranſeunt, & iterum reſumi non poſſunt, eadem numero unde impoſſibile eſt quod opera iſta mortua fiant viua per pœnitentiam. Ex quibus infert, ego ſi per D. Th. opera iſta non poſſunt fieri viua, quia procedunt a principio naturali, ergo nõ erunt ſatisfactoria ſicut nec meritoria. Et quia ſententiam hanc expreſſe tenet Angelicus Doctor ideo dicendum eſt, quod ſatisfactio in mortali facta per aduentum charitatis non reuiuiſcit.

Satisfactio in mortali facta per aduẽtum charitatis nõ reuiuiſcit ſed eſt reiterãda.

Argu-

Digitized by Google

Impugnatio.

Argumentator inſurgit contra hãc doctrinam dicendo in fauorem aduerſariorum. Remota cauſa remouetur effectus, ſed quare opera de genere bonorum moralium ſine charitate facta non fuerunt viua, hoc fuit ex defectu charitatis & gratiæ, ſed iſtæ defectus tollit per pœnitentiam ergo per pœnitentiam opera mortua viuificatur, & ſic ſunt ſatisfactoria per aduentum charitatis.

Impugnationis dilutio.

Opera moralia facta in mortali per aduentũ gratiæ non viuificantur, quoniam nõ proceſſerunt ex gratia.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod opera de genere bonorum ſine charitate facta dicuntur mortua propter defectum charitatis, & gratiæ, ſicut principij hoc autem nõ præſtatur ei per pęnitentiam ſequentem. Vnde ex tali principio procedunt, ſcilicet, quod talia opera numero quæ ex charitate non procedunt, procedant nunc ab illa quia iam tranſierunt opera illa, & quando erant non fuerunt ſatisfactoria, multo [illegible]us quando non ſunt, quoniam licet anima pęnitentis acquirat gratiam, opera moralia iuſta non fuerunt meritoria, nec ſunt quia à gratia tamquam à principio non procedant his ſtantibus ſoluẽdę ſunt inſtãnę partis affirmatiuę dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat ſimilitudine aſſignatam in prima inſtantia, & aſſignat duplicem rationem negationis: In primis dicit quod ſimilitudo nõ currit quia baptiſmus imprimit characterem, ſatisfactio autem ſacramentalis hoc non facit. Vnde licet per charitatem tollatur fictio & peccatum, ita quòd Baptiſmus ſtatim ſortiatur ſuum effectum, hoc non accidit in ſatisfactione ſacramentali. Vnde adueniente charitate ſatisfactio in mortali facta, non reuiuiſcit nec ſortitur ſuum effectum. Secundo reſpondet dicendo quòd non eſt eadem ratio de baptiſmo, & de pœnitentia Baptiſmus iuſtificat ex ipſo opere operato, quod eſt opus Dei, & non hominis. Satisfactio quæ eſt opus hominis iuſtificat ex parte operantis, quod facere non poteſt ſine charitate, forma talis bonis operis.

Satisfactio in mortali facta reiterãda eſt, quia vt ſic eſt opus hominis tantum.

Inſtantia 2.

Argumentator pro parte aduerſa format ſecundam inſtantiam dicendo. Confeſſio ficta ſine contritione facta ſicut baptiſmus, recedente fictione, ſortitur ſuum effectum, ergo & ſatisfactio adueniente charitate, ſortitur ſuum effectum.

Inſtant. ſolutio.

Theologus negat conſequentiam. Et ratio negationis eſt quia Confeſſio ſicut Baptiſmus quantum ad iuſtificationem ex opere operato eſt opus Dei. Satisfactio autem eſt opus hominis. Opus enim mortuum hominis, vt dictum eſt in deciſione dubij non viuificatur, opus bonum Dei. ſ. factam in charitate mortificatum per peccatum reuiuiſcit per aduentum charitatis.

Impugnatio.

Contra inquit. Argumẽtator. Clarum eſt quod ſatisfactio, iniuncta à ſacerdote, virtute clauium operatur ergo licet ſit facta in mortali, adueniente charitate ſortitur ſuum effectum.

Impugnationis dilutio.

Theologus dicit quod conſequentia eſt nulla, tenet vtique conſequentia quo ad aliqua, non autem quo ad omnia eſt vtique maioris meriti per actum clauis, quam eſſet antea, non tamen valet ad hoc quod ſatisfactio facta in mortali per aduẽtum charitatis, ſit fructuoſior, ratio eſt quia eſt opus mortuum hominis, quod numquam reuiuiſcit cum numquam fuit viuum. Et ad hoc vt aliquid reuiuiſcat oportet quod prius fuerit viuus, & poſtea mortificatum. Concedimus quod plus valet pœnitentia facta ex ordine confeſſarij, quã facta ex propria electione ſupposito tamen hoc. ſ. quod vtraque ſit facta in gratia, quia prima operatur virtute clauium. Secunda autem non. Ex hoc tamen non habet talem virtutem, vt virtute clauiũ o[illegible]a facta in mortali, vt viuificãtur. Imò oppoſitum affirmat D. Th. in 3. par. vt diximus ſupra, prout confirmat D. Th. hoc in loco comparãdo. Sacramentum baptiſmi ad ſatisfactionem dicendo. Adueniente charitate, quæ expellit fictione & peccatum, Baptiſmus ſortitur ſuum effectum, non autem ſatisfactio, & aſſignat rationem dicendo, quia baptiſmus imprimit characterem, & iuſtificat ex opere operato. Nullum iſtorum facit ſatisfactio ſacramentalis, quod aduertere debent Thomiſtæ contrariæ ſententiæ.

Satisfactio virtute clauiũ facta, poteſt multa q̃ non poteſt facta ex propria electione.

Inſtantia 2.

Inſurgit Argumẽtator ſequens oppoſitam ſententiam formans ſecundam inſtantiam ſic dicendo Si fructus ſatisfactionis factæ in peccato poſtea per charitatem non viuificarentur neceſſario eſſet, vt poſtea, eamdem pœnitentiam imponeretur, quod non videtur eſſe de vſu Eccleſiæ, ergo ſignum eſt, quod adueniente charitate, pœnitentia facta in mortali incipit valere.

Inſtant. ſolutio.

Theologus pro dictæ inſtantiæ ſolutione, duo facit primo dicit quod D. Th. ex ſententia Doctorum contrariæ opinionis ſatisfacit in fauorem partis affirmatiuæ in rei veritate tamen ſatisfacit pro parte negatiua. Et quod hoc verum ſit diligenter ſunt obſeruanda vera D. Th. verum eſt quod Angelicus Doctor in 4. Sententiarum, videtur fauere partem affirmatiuam. Et de hoc non eſt mirũ: quia loquitur ibi vt comentator. Et in 3. par. vt oſtenſum eſt explicite, & implicite hoc in loco oppoſitam ſententiam tenet quia loquitur ex propria ſententia. Diuidit ergo opera ſatisfactoria dicendo quod opera ſatisfactoria ſunt in duplici differentia aliquæ relinquunt effectum poſt ſe, aliqua verò non. Illa quæ relinquunt effectũ poſt ſe ſunt ieiunium, eleemoſynam, peregrinationem, &c. Illa quæ non reliquunt effectum poſt ſe ſunt meditationes, orationes, viſitationes Eccleſiarum, &c. Ieiunium debilitat corpus, eleemoſyna minuit ſubſtantiam. & hoc de ſimilibus dici poteſt, opera iſta relinquunt effectum poſt ſe. Oratio, meditatio, vel viſitatio Eccleſiarum non relinquunt effectum poſt ſe. Stante hac diſtinctione operum, dicunt Doctores contrariæ opinionis, quod opera ſatisfactoria quæ relinquunt effectũ poſt ſe, etiam quod ſatisfactio facta ſit in peccato mortali, ſatisfactio illa non eſt reiteranda, bene ſatisfactio illa eſt reiteranda quæ poſt ſe non relinquit effectum, ratio iſtorum eſt, quia ſatisfactiones iſtæ quantum ad id quod remanet per aduentum charitatis, vel nouæ pœnitentiæ gratæ

Opera ſatiſfactoria, quæ relinquunt poſt ſe effectũ adueniẽte charitate reuiuiſcunt, non autẽ illæ quæ talem effectũ non relinquunt de mẽte aliquorum.

ſunt

Digitized by Google

ſunt Deo. Illæ autem ſatisfactio quæ poſt ſe non relinquit effectum totaliter trãſit propterea, quia non ſunt quando de nouo homo conteretur, vel pœnitet. Pœnitentiæ illæ reiterandæ ſunt. Litera ſeu reſponſio iſta D. Tho. quo ad ſuperficiem talem generat ſenſum. At veri Theologi, & perfecti Thomiſtæ ſtare non debent in ſuperficiem literę debemus relinquere corticẽ, & penetrare ad medullã. Quando igitur dicit Magiſter videtur Doctor Angelicus loquendo de ſatisfactionibus, relinquentibus affectum poſt ſe. Tales ſatisfactiones in peccato factæ quantum ad hoc quod de eis manet, Deo per pęnitentiam ſunt acceptæ. Senſus literæ eſt. Non quod tale opus mortuum per nouam charitatẽ viuificetur. Aliter Doctor Sanctus contradiceret ſibi ipſi, dum dicit in hac reſponſione ad ſecundum quod ſatisfactio, in mortali facta, adueniente charitate non ſortitur ſuum effectum, & aſſignat rationem quia ſatisfactio iſta non imprimit characterem cum non ſit opus Dei, ſed hominis. Et in 3. par. dicebat quod ſatisfactio Deo accepta procedit a charitate iſta in formis procedit ab homine. ſ. a voluntate humana vt ſic. Illo in loco Angelicus Doctor docere intendit, qood effectus illarum ſatisfactionum manens poteſt viuificari, non quatenus mortuus natus fuerat in ſatisfactione facta in peccato, ſed quatenus de nouo per charitatem infuſam pęnitenti Deo offertur quod videtur manifeſtare Angelicus Doctor in litera dicendo. Et tales ſatisfactiones in peccatis factæ non oportet quod iterentur, quia quantum ad hoc quod de eis manet, per pœnitentiam Deo acceptæ ſunt. Tanquam ſi diceret D. Thom. quod iſtę effectus puta corporis debilitatio, vel diminutio ſubſtantiæ, proueniens ex ordine confeſſarij, licet non viuificentur, quia effectus iſtæ nũquam fuit viuus, nec vt ſic gratus eſt Deo, tamen quia pęnitus opus illud, quod in peccato fecerat, prout eſt de genere bonorum moralium, & factũ ex comiſſione ſui Patris ſpiritualis, licet, nõ debito mõ, de nouo motus affectus charitatis illũ offert Deo, tale opus incipit Deo placere. Ita quod ex litera D. Th. elicio ego, pro captu meo, quod actus interior a quo proceſſit ſatisfactio relinquẽs vel nõ relinquẽs effectũ poſt ſe, ſi ſatisfactio facta fuit in mortali quod ſit reiteranda, prout expreſſe habemus ĩ litera quo ĩ loco dicitur. Actus aũt interior, quia materialiter tranſit, nullo modo viuificatur, ſed oporteret quod iteretur. Cum ergo talis actus interior illo modo viuificatur, etiam debeat reiterari ſequitur quod ſatisfactio facta in mortali, ſi non relinquat effectum poſt ſe, quæ principaliter in actu interiori conſiſtit. Vt eſt oratio meditatio, ſit reiteranda. Alia autem ſatisfactio quæ relinquit poſt ſe effectum, & effectus illæ manet quod neceſſario, & ipſa reiteranda ſit quo ad actum interiorem. De nouo offerendo ſatisfactionem illã Deo, licet facca ſit virtute clauium, quia inquit Doctor Angelicus, quantum ad hoc quod de eis, ſ. ſatisfactionibus manet, per pœnitentiam, Deo acceptæ ſunt. Per pęnitentiam ſatisfactiones illæ Deo acceptæ ſunt per D. Tho. ergo præcipuè per pœnitentiam ſacramentalem, quæ eſt ſacramentum, per quod miniſter & pęnitens virtute clauium operatur. Ex hac doctrina pro aſſicuratione conſcientiarum pęnitentium dicere poſſumus, quod quando pęnitens nouit feciſſe pęnitentiam ſuam in mortali, totis viribus debet reddire ad cor, denuò pęnitentiam agere de peccatis, accedere de nouo ad ſanctiſſ. Confeſſionem manifeſtare Confeſſario ſuo quomodò ſatisfacit in mortali, notificare qualitatem ſatisfactionis factæ. Si fuit oratio, vel alia deuotio, quæ principaliter reſpicit actum interiorem, debet reiterare illam dum fuerit in charitate, quia actus interior materialis tranſit, & nullo modo viuificari poteſt. Et bene erit ſi hoc faciat de ordine Confeſſarij, & ab eo accipiat pęnitentiam pro ſua negligentia, quia nõ perſoluit ſuam pęnitentiam dum erat in charitate. Si ſatisfactio facta in mortali reliquit effectũ poſt ſe, narret ſacerdoti qualitatem ſatisfactionis ſibi impoſitæ, & ſi eſt alter Confeſſor manifeſtet occaſionẽ pęnitentiæ ſibi datæ, & roget vt acceptare dignetur actum interiorem per quem de nouo offert Deo ſuam pęnitentiam relinquentem effectum poſt ſe, puta ieiunia eleemoſynas, itinera & ſimilia ſibique pro negligentia ſua iniungat pęnitẽtiam, & diminuat de præterita, prout Deus inſpirauerit. Cuius votis debet condeſcendere. Confeſſarius hortando illum ad perſoluendam pęnitentiam quam primum, præcipuè quo ad illas partes, quas fecerat in mortali.

Nota.

Nota.

Ordo ſeruandus, circa reiteratiõẽ pęnitentiæ, ſeu ſatisfactionis factæ in mortali.

ſatisfactio pęnitẽtialis formaliter loquẽdo facta ĩ peccato mortali eſt reiteranda.

Ex his faciliter omnes Doctores concordantur. Verum eſt cum Magiſtro Dominico a Soto quod pęnitentia facta in mortali, ſiue relinquat effectũ poſt ſe, ſiue non reiteranda eſt, quo ad actum interiorem dolere maximè de negligentia ſua. Si ſatisfactio non reliquit effectum poſt ſe. De nouo faciat pęnitentiam illam ſibi iniunctam. Si ſatiſfactio reliquit effectum poſt ſe, de nouo applicat pęnitentiam pro peccatis per actum internũ Deo, pręcipuè de conſenſu Confeſſari, ſed ſi poteſt etiã illam retinere, abſque nullo ſuo incommodo hoc faciat vt in conſcientia ſit tutior. Omnes igitur Doctores veniunt in hoc quod pęnitentia facta in mortali, ſiue relinquat effectum poſt ſe, ſiue non ſit reiteranda, quo ad actum interiorem, quo ad actum exteriorem reiteranda eſt omnino ſatisfactio illa quæ poſt ſe non reliquit effectum.

Cõcordia Doctorum, circa ſatisfactio facta in mõrtali qualiter ſit reiterãda.

Illa autem quæ poſt ſe reliquit effectum de neceſſitatem, quo ad actum externum ſecundum aliquos non eſt reiteranda, ſed eſt optimum conſilium illam reiterare, & magis tutum in conſcientia. Hæc dicta ſunt pro dubio iſtud. Aliud ponamus.

Dubium ſecundum.

LEctor in hoc ſecundo dubio interrogat. An bona facta extra charitate, ſint aliquo modo meritoria. Rationes ſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua. Omnis actus virtuoſus eſt meritorius, ſed multa bona facta extra charitatem ſunt actus virtus eſt. Vt honorare Parentes,

elee-

eleemoſyna, & ſimilia ergo bona iſta ſunt meritoria aliquo modo.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Primam merendi eſt gratia ex dictis in præcedentibus, ſed in illis qui exiſtunt extra charitatem non eſt gratia, ergo nec principium merendi, ergo bona facta extra charitatem vllo modo ſunt meritoria.

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor circa dubium hoc tria ſunt facienda. Primo obſeruanda ſunt aliqua, ſecundo duabus concluſionibus reſpondendum eſt quæſito, tertio ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Quo ad primũ ſunt aliqui qui diſtinguunt meritum dicendo quod duplex eſt meritum, de congruo. ſ. & de condigno. Dicunt enim aliqui quod bona facta extra charitatem ſunt meritoria de cõgruo, non autem de cõdigno. Aliqui dicunt quod bona iſta iuuant ad euitandam tranſgreſſionem præcepti.

Alij dicunt quod bona iſta facta extra gratiam iuuant multum ad obtinenda a Deo temporalia bona.

Meritum de condigno ſe tenet ex parte operantis meritum ex congruo, ſe tenet ex parte dantis.

Secundo notandum eſt quid ſit meritum, & quot modis ſumatur inquit Doctor Sanctus meritum proprie dicitur actio qua efficitur, vt ei qui operatur ſit aliquid iuſtum dari. Meritum igitur cũ ſit duplex condigni, & congrui. Ideo conſiderandum eſt in actione qualitatem meriti, vt ſcire poſſimus an ſit meritum congrui, vel condigni. Ex qua cõſideratione videbimus in diffinitione meriti ex parte cuius ſe tenet iuſtitia. Si ex parte recipientis ſe tenet eſt meritum ex condigno, ſi ſe tenet ex parte dantis eſt meritum ex congruo. Quando agens operatur opus dignum tali præmio actio agentis dicitur meritoria de condigno. Dignus eſt operarius dicit Dominus mercede ſua. Si autem pręmium eſt alterius ordinis ab actione, tamen, actio ad illud ordinatur tale dicitur meritum ex congruo, in quo ſenſu inquit Doctor Sanctus. Aliquid enim decet datum dare, quod tamẽ accipiens non habet debitum recipiendi, in quo ſenſu loquitur D. Anſelmus dicendo, Deus iuſtus eſt cum peccatoribus parcit, quia cum decet. Vbi canit Eccleſia. Deus cui proprium eſt miſerere & parcere. His ſtantibus ponuntur concluſiones reſponſiuè.

Opera extra charitatẽ facta dicuntur meritoria de congruo diſponunt nos ad temporalia, & eadem ad æterna.

Concluſio prima. Opera extra charitatem facta dicuntur meritoria ex congruo multipliciter. Concluſio iſta ſic probatur. Nam in omnibus illis bonis, quæ gratis dantur prima ratio dandi eſt amor. Et quia temporalia, & æterna ex diuina bonitate nobis donantur. Ideo opera facta extra charitatem ex cõndigno non ſunt meritoria, neque boni temporalis, neque æterni apud Deum, ſed diuinam bonitatem decet, vt in rebus inueniat diſpoſitionem, qua homo ex bonis extra charitatem factis acquirat propria bona iſta.

Concluſio ſecunda bona iſta facta extra charitatem ex congruo diſponunt nos ad temporalia, & Deus ex illis ordinat nos ad æterna, non autem ex condigno, hoc enim manifeſtat Angelicus Doctor dicendo. Bona tẽporalia, & æterna ex diuina bonitate nobis donantur; ideo opera facta extra charitatem ex condigno non ſunt meritoria, neq; boni temporalis, neque æterni apud Deum. Sed quia diuinã bonitatem decet vt in rebus inueniat diſpoſitionem qua homo ex bonis extra charitatem factis acquirit, propterea bona iſta dicuntur mereri ex congruo, vt Deus nos diſponat ad triplex bonum. Ad temporalium conſequutionem. Ad diſpoſitionem ad gratiam. Et ad aſſuetudinem bonorum operum. Dicit tamen D. Th. quod proprie bona iſta non dicuntur meritoria, quia Deus non dat illa ex debito iuſtitiæ, ſed ex amore, gratis enim dona illa nobis peccatoribus concedit Deus, quia hoc bonitati ſuæ congruit. Imò quia nos Deus amat, cõcedit tẽporalia, diſponit nos ad gratiam, & cõducit nos per vias rectas, ex quibus apparet ſtultitia Palagij dicentis hominem poſſe mereri vitam æternam abſque gratia. Et nihilominus, vt patet ex iam dictis homo per opera ſua bona, extra gratiam factã non ſolum, non põt mereri æterna, ſed nec tẽporalia, vt diſuſè oſtẽdit Magiſter Seraphinus a Poreta in appendice huius articuli, vt quiſque ibi ad placitum videre poteſt.

Congruẽtia merendi in operibus bonis moralib. eſt in Deo, qui gratis dat bona ſua.

Congruitas iſta de operibus bonis extra charitatem factis non reperitur in operibus ipſis. Sed in Deo qui ordinat illa ad melius bonum obſeruandum igitur eſt, quod quando Doctor Angelicus dicit, quod opera iſta bona moralia diſponunt nos ad gratiam non intendit, quod diſponat nos proxime ad illam, ſed remote. Opera iſta inquit Magiſter Dominicus a Soto non debent dici meritoria bonorum temporalium, neque de cõgruo. Et rationem aſſignat quia omne meritum fundatur in amicitia. Vnde inquit diſtinguenda ſunt bona iſta temporalia. Si illa concedit Deus, vt media ad gratiam cadunt ſub merito de congruo, non ex propria natura, ſe propter bona quæ fecit homo, in gratia. Et non propter bona facta extra charitatem.

Impugnatio.

Argumentator impugna: hanc concluſionem, hoc medio dicendo cum D. Auguſtino. Nullum malum impunitum, neque bonum irremuneratum. Inquit enim Pater iſtæ in Pſalmo. Miſerere mei Deus. Aut Deus punit, aut homo punit, ergo ex oppoſito, omne bonum eſt remuneratum, & per conſequens eſt meritorium aliquo modo.

Impugnxtionis dilutio.

Theologus ſatisfacit huic impugnationi dicendo certum eſſe, quod ex nobis poſſumus deficere malum facere, & demereri. Bonum autem ex proprijs viribus facere non poſſumus ſine Dei auxilio ſpirituali, prout affirmat ipſemet Deus dicendo. Perditio tua ex te Iſrael, ſalus autem tantummodo ex me, propterea bonum quod facit homo extra charitatem exiſtens non eſt ſimpliciter bonum cui Deus aliquid debeat, eſt tantum bonum ſecundum quid... morale, cui bonum non aſſignatur aliquod meritum. Et ſi habet, aliquod meritum illud habet ex congruo, quæ congruitas eſt in Deo, & non in operibus ipſis moralibus, vt dictum eſt ſupra. Ex his habemus ſolu-

Opera facta extra charitate non ſunt meritoria, & gratuitas illorum ex bonitate procedit.

tionem

rionem ad inſtantiam factam, pro parte affirmatiua dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad maiorem propoſitionem dicit quod omnis actus virtuoſus eſt meritorius proprie, vel improprie de condigno, vel de congruo modo ad quod dicimus, quod actus moralis bonus hominis exiſtentis in mortali eſt meritorium improprie, non eſt meritorius ex condigno. Sed ex congruo, non ex congruentia exiſtenti in ipſo bono morali, ſed ex congruentia reperta in Deo, qui ſecundum quod condecet ſitæ bonitati, bonis iſtis mediantibus diſponit ad bona temporalia acquirenda. Imò quod magis eſt ad æterna.

Inſtant. ſolutio.

Inſtantia autem pro parte negatiua optime cõcludit de merito de condigno, quia agens exiſtẽs in gratia, virtute gratia vitam æternam, acquirit, vltra alia bona temporalia, quibus Deus electis ſuis prouidet in neceſſarijs, vt clare cognoſcere poſſunt electi, & dilecti a Deo. Hęc dicta ſint pro dubio iſto, proponamus vltimum dubium dilucidandum.

Dubium tertium

LEctor in hoc dubio inquirit. An opera facta extra charitatem valeant ad mitigatione pęnarum infernalium. Rationes adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua videtur eſſe D. Tho. hic, & ad eſt ratio de ſumpta ex Ezechielis 25. quo in loco legimus Deum dediſſe Nabuchodonoſur terram Aegypti, pro eo quod laborauit in obſequium Dei, qui quidem labor cum eſſet hominis gentilis videtur factus eſſe in peccato, ſi ergo Deus pro labore bono facto in peccato præmium obtulit ergo mitigauit pęnas, quas paſſurus erat in inferno.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt opinio quorundam dicentium, quod propter opera bona facta in peccato mortali licet non minuatur pęna in inferno, quantum ad ſubtractionem alicuius partis eius. Fortificatur tamen damnatis per ſubtractionẽ paſſibilitatis. Vel ſaltem, vt dicunt, alij remittitur eis vermis conſcientiæ, ergo opera facta extra charitatem mitigant pęnas inferni, quantum ad aliquid non autem ſimpliciter.

Dubii deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quęſito. Secũdo ſoluit inſtãtias pro parte vtraque. Quo ad primum D. Tho. pro clariori intelligentia. Concluſio is ponit vnam diſtinctionem, quæ talis eſt. Dimittere pęnas infernales ſtat dupliciter. Vno modo, vt quis liberetur a pęna quã iam meruit. Alio modo opera iſta dicuntur mittigare pęnas inferni, inquantum impediũt culpam per quam homo meretur pęnas æternas ſtãte hac diſtinctione, ponuntur concluſiones reſponſiue quæſito.

Concluſio prima opera facta extra charitatem non valent ad mitigationem pęnarum infernaliũ, quas quis meruit pro culpis commiſſis, concluſio enim intelligitur ſic. ſ. quod nullus liberatur, a pęna ſui peccati, niſi ſit abſolutus a culpa. effectus. n. pęnæ eſt culpa. Effectus autem remoueri non poteſt niſi remota cauſa, cum dicatur in libris de cauſis. Poſita cauſa ponitur effectus, & remota cauſa, remouetur effectus. Et quia opera facta extra charitatem non poſſunt tollere culpam, per conſequens nec pęnam, vel culpam tollere poſſunt, vel mittigare. Cum dicat Deus. Deut. 25. Secundum menſuram delicti, erit plagarum modus. Ex quibus apparet falſitas opinionis illorũ, qui dixerunt opera iſta fortificare ſubſtantiam, vt facilius tollerent pęnas inferni. Pęna enim eſt proportionata culpæ, culpa non minuitur, per huiuſmodi bona moralia facta in mortali, ergo nec pęna, ſimiliter nec facilius tolleratur pęna a damnatis illis. Eadem ratione fallunt dicentes, quod diminuitur pęna quantum ad vermem conſcientiæ. Vt diximus in ratione pro parte negatiua dubij. Manet enim delictum ergo & plaga.

Bona facta extra charitatẽ non tollunt pœnas inferni quas iã meruerat ipſæ peccator.

Concluſio ſecunda opera bona moralia facta extra charitatem, intantum mitigant pęnas inferni, inquantum impediunt culpam per quam homo meretur pęnas inferni. Concluſio triplici de cauſa dicitur & eſt vera. Primo, quia homo per talia opera fugit reatum omiſſionis, quod alias incurreret. v. g. Ieiunãs in peccato mortali vigiliam aliquam de præcepto, euadit reatum omiſſionis ieiunij, Perſoluens horas Canonicas in mortali, non incurrit in omiſſionem diuini officij, ex quibus fugit pęnas inferni pro peccatis omiſſionis. Secundo huiuſmodi bona opera moralia diſponunt, aliquo modo ad bonum. Vt homo ex minori contemptu in futuro peccet. Tertio vt effugiat multa peccata. Exemplũ impoſſibile per bona iſta opera aſſueſcit ad bonos actus, morales & ex minori impetu operatur malum, & per conſequens minus peccat, & minori pęna punietur in inferno. Exemplum tertij. Tempore quo illa operatur bona iſta moralia, non operatur malum, & per conſequens multa peccata, quę pro illo tunc facere poſſet non facit. Et per conſequens fugit pęnas illas quas in inferno pateretur. Ex his in. ſoluuntur inſtantiæ factæ pro vtraque parte dubij.

Bona moralia triplici de cauſa mitigat pęnes inferni futuras & ad bona temporalia diſponũt. & euitare facit multa pericula.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ad inſtantiam pro parte affirmatiua dicit, quod opera facta extra charitatẽ de congruo, in ſenſu declarato in dubio præcedenti, ſunt meritoria, quo ad bona temporalia, hoc apparet in loco citato de Nabuchodonoſori ſimiliter diminuunt pęnas peccatorum futurorum, quia non ſunt, ingrata, ſicut eſſent, remotis bonis illis moralibus, ſimiliter afferũt dilectionem,

Opera bona facta extra charitatem ſũt multa venia peccato[illegible]

vt

vt habetur 3. Reg. cap. 21. de Acab. Cui cum illi Dominus comminatus eſſet magnum ſupplicium, propter mortem Naboth.humiliauit ſe Acab Deo qua humiliatione motus Deus, ipſæ diſtulit vt ne in diebus ſuis malum induceret ſuper populum ſuum. Tandem bona iſta proficiunt ad bonorum temporalium cōſecutionum. Ecce quam vtile ſit, exiſtentibus in peccatis, bene agere. Immo D. Auguſt.lib. 5. de Ciuitate Dei.c. 12. & 15. dicit Deus propter iuſtitiam, & ſtrenua opera Romanorum dediſſet illis imperium, quæ omnia in bono ſenſu rediguntur.

Inſtantia ſolutio.

Pro parte negatiua dictum fuit abundanter in declaratione primæ concluſionis huius dubii, modo relictis dubijs ſoluenda ſunt argumentum pro parte affirmatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dupliciter, primo dicendo, quod ſine gratia nō fit ſatisfactio Deo, hortabatur n. Daniel Nabuchodonoſori Regi, vt peccata ſua redimeret eleemoſynis, non quia per illam (pro tunc) ſatisfacere poſſet Deo pro peccatis ſuis, ſed dabat illi conſilium hoc vt per eleemoſynam, & bona opera ex parte ſui ſe diſponeret ad remiſſionem peccatorum. Solutio iſta bona vtique eſt, ſed ſolutio D. Thom. melior eſt. Dicit.n. Doctor Angel. quod Daniel in loco illo pręcepit Nabuchodonoſor Regi, vt a peccatis recipiſceret, deinde eleemoſynis Deo ſatisfaceret pro pęnis ſuorum peccatorum, hoc.n. importat reddimere peccata, i. pęnam ſoluere pro peccatis. Et veram pęnitentiam vtrumque requirit. In pęnitentia inquit Magiſter Seraphinus a Porreta, ex litera Doctoris Angelici. Duo ſunt neceſſaria .ſ. ceſſare a peccato, & ſatisfacere pro peccatis, vtrumque.n. neceſſarium eſt. Non.n. vere eſt pœnitens ille, qui a peccato ceſſat, & pro peccatis cōmiſſis non agit pœnitentiam. Ratio.n. hoc ſuadet. Nam multi neceſſitate ducti ab actu peccati ceſſant, non tamen ſunt pęnitentes, quia non agunt pęnitentiā de pręteritis, nec ceſſat mala voluntas.

Ad pęnitentiam non ſufficit ceſſare a peccatis, ſint oportet pęnitere, & de pręteritis pęnitētiam agere.

Argumētum ſecundum.

Lector contra hanc reſponſionem inſurgit dicendo. Si ſatisfactio quæ fit extra gratiam nō eſſet ſatisfactoria. Sequeretur hoc incōueniens, i. quod nullus eſſet certus. An pro peccatis ſuis ſatisfecerit. Homo.n. certus nō eſt. An odio, vel amore dignus ſit & per conſequens deberet ſatisfactionē repetere. Et quod aggrauat magis ſatisfactio iſta nō eſſet implectiua præcepti ſacerdotis iniungentis pęnitentiam, qua de cauſa ſacerdotes de nouo illi pęnitentiam deberet iniungere, &c.

Argumenti ſolutio.

Theologus concedit totum argumentum dicendo veriſſimum eſſe, quod nullus certus eſſe poteſt. An amore, vel odio dignus ſit. An.ſ. ſatisfactio pro peccatis facta, ſit facta in gratia Dei. Vt affirmare videtur ſapiēs dicendo Ecclef. 5. De propitiato peccato, noli eſſe ſine metu. Nihilominus, neque ex hoc quis perturbari debet, & repetere pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem niſi pro certo noueret illam perſoluiſſet in mortali. Sicut qui accedit ad communionem neſciens ſe eſſe in mortali cui ſubiacet, reatum indignæ ſumptionis non incurrit. Ita qui putat in charitate ſatisfeciſſe ſuam pœnitentiam, licet non ſatisfecerit, nō incidit in peccatum omiſſionis, fecit enim quod in ſe erat, propterea excuſatur. Notādum tamē eſt, quod finaliter nemo ſcit. An odio, vel amore dignus ſit, poteſt tamen ſcire quando ſit dignus odio. Et quando certus eſt ſe eſſe in peccatū. At ſcire non poteſt ſi ſit dignus amore propter peccata occulta.

Satisfacias pro culpis putaus eſſe in gratia excuſatus, ſi talem ſatisfectum mortali fecit.

Ad id autē quod additur in argumento. ſ. quod ſatisfactio illa facta in mortali non eſſet implectiua præcepti confeſſarij. Et quod ſacerdos de nouo deberet aſſignare pœnitentiam. Reſpondemus, & dicimus, quod pœnitentia illa facta in peccato, licet non tollat pęnas Purgatorij, ſatisfacit nihilominus præcepto Eccleſiæ. ſ. ſacerdotis, quæ non iudicat niſi de externis, per conſequens talis pęnitens non peccat in caſu illo mortaliter faciendo pęnitentiam ſuam extra charitatem, peccat tamen venialiter ex ſua negligentia, propter iacturam quam patitur, quia ſi feciſſet illam in gratia obtinuiſſet veniam pœnæ luende in Purgatorio.

Pęnitentis ſacta in mortali Eccleſiæ ſatiſfacit, ſed non liberat a pęnis purgatoriu.

Contra hanc reſponſionem inſurgit Durandus in fauorem Scoti dicendo, quod ſententia iſta D. Tho. eſt dura, & offert occaſionem obſtinationis peccatoribus, vt a bonis operibus ceſſent. Cum audiant pœnitentiam factam in mortali nullius eſſe momenti apud Deum.

Impugnatio prima.

Thomiſta negat, quod doctrina iſta Doctoris Angelici ſit dura, immò ſuauis eſt, dicit.n. Dominus; Iugum.n. meum ſuaue eſt, &c. Et affirmat doctrinam hanc Angelicam eſſe ſuauem, & valde vtilem ad exercitandos inconſideratos homines. Vt recipiſcant, & conſiderent magnum detrimētum, quod patiuntur, non perſoluendo ſtatim ſuā pœnitentiam iniunctam ſibi a Patre ſuo ſpirituali, vnde patet, quod doctrina iſta nō eſt dura, ſed multum neceſſaria ad emoliendum cor inconſideratis peccatoris.

Impugnationis dilutio.

Non acquieſcit Durandus ex hac doctrina, inquit ſequeretur, quod homo pro peccato remiſſo, in inferno æterne puniretur, v.g. ſi homicida poſt obtentam veniam, incideret in futurum, pro furto, & homicidio in inferno cruciaretur, quoniam non ſatisfecit in gratia, pro homicidio, ſed inconueniens, videtur aſſerere, quod temporalis pœna Purgatorij mutetur in æternam in infernum, ergo dicendum eſt, quod pœnitentia facta extra charitatem ſatisfaciat.

Impugnatio ſecunda.

Cognoſcere, quod pęnitētia facta ī mortali ſatiſfacit reddit cauſā pęnitentem.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicēdo veriſſimam eſſe, quod pęna temporalis Purgatorij non delectam per ſatisfactionem factam in gratia efficiatur æterna in inferno. Nec dicas tu, impoſſibile eſſe, quod temporale efficiatur æternum, ergo nec illa pœna temporalis ſit æterna.

Impugnationis reſpōſio.

Dicimus enim quod temporale effici ęternum, ſtat dupliciter per ſe.ſ. & per accidens. Temporale, vtique nō poteſt fieri æternū, per ſe loquendo,

Siquis ad infernũ deſcendit pro pęnitẽtia facta in mortali, & pro venialibus in æternum punitur.

per accidens tamen fieri poteſt. Pœna temporalis numquam venit æterna per ſe, poteſt tamen venite æterna per accidens, ratione ſtatus illius cuius eſt talis pęna. Nam ille, qui deſcendit in infernũ, manet inimicus Dei, & numquam illi reconciliabitur, per conſequens pęna illa pro homicidio, licet mutata fuit in temporalem per confeſſorem, & ſacramentum pęnitentiæ. At quia pro illa ſatisfactum non fuit in hac vita in charitate, perſeuerabit pœna illa in tali perſona in perpetuum. Imò eadem ratione accidentaria, iſtæ talis pro venialibus punitur in æternum. Clarum eſt quod in inferno nulla fit remiſſio pęnæ. Aliter in inferno daretur redemptio, quod eſt contra id quod canit Eccleſia dicẽs. In inferno nulla eſt redemptio, Similiter ib. eſſet ſpes aliqua, & refugium, quod nullus admittit. Dixit enim Pater Abraham diuiti illi. Recordare fili quod recepiſti bona in vita tua, Lazarus ſimiliter mala. Nunc etiam hic conſolatur, tu vero cruciaris. Ecce quod in inferno cruciatus numquam deficiet.

Impugnat 3. Contra inquit Durandus. Si hoc eſſet Deus ſe, oſtenderet valde crudelem puniendo æternaliter in inferno pro his quæ temporaliter erant punienda in hoc mundo, vel in Purgatorio.

Impugnationis ſolutio. Theologus negat aſſumptum, & rationem aſſignat huius negationis dicendo, quod modus debitus inordine. v. g. ad homicidius (ex ſui natura) erat perpetuus, ſed Dei gratia fuit mutatus, vt per remiſſionem culpę talis modus fieret temporalis. Ideo quando homo, culpa ſua fit hoſtis Dei, nulla fit illi ieiunia, ſi tamquam hoſtis perpetuò puniatur. Dum. n. homo ab hac vita recedit conſtituitur ei plagarum modus, vt pro quocumq; delicto, non delecto per pęnitentiam perpetuò puniatur.

Pœnitia ſoluẽda in mundo in tẽpore in inferno eſſe ctum eſt æternum.

Argumẽtum tertium. Lector ponit vltimum argumentum pro ſigillo doctrinæ huius caſus, inquit. n. ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur, ſed pęnitens quando pęnitentiam incœpit erat in charitate, ergo tota ſatisfactio ſequens ex illa charitate informata intentionem efficacem habebit. Confirmatur intentum, ſatiſfactio conſiſtit in quadam adequatione culpæ ad pęnam, ſed talis adequatio pœnæ fieri poteſt ab eo, qui non habet charitatem, ergo non exiſtens in charitate poteſt ſatisfacere pro peccatis ſuis.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento dicit, quod intentio illa, interrumpta eſt per peccatum ſequens. Ideo nullã vim dat operibus factis poſt peccatũ. Ad hoc. n. quod intẽtio ferat vim operibus, ſequẽtibus oportet q in principio actionis ſit actualis, & virtualiter reperiatur in tota actione. Ecce exemplum, quando quis proijcit lapidem, tactus ſemper eſt cum lapide, dicit. n. Ariſt. mouens, & motũ oportet eſſe ſimul. In principio tactus tangit actualiter, quia tangit lapidem dum proijcit illũ. In toto reſiduo motus, tactus eſt virtualiter inquã tum virtus in principio impreſſa in lapidem illũ concomitatur. Dato caſu, quod aliquis in medio itineris obuiaret lapidi illi reſiſtendo fortiter motui illius ceſſaret motus eius, & per conſequens motio illa virtualis impreſſa in illo, in principio motus a proijciẽte ceſſaret. Idem occurrit in propoſito noſtro. Quando quis in charitate exiſtens, incipit facere ſuam pęnitentiam, informauit actũ illum, ſed præualuit peccatum, quia ſtatim quod pęnitens conſentit peccato corrumpitur motus charitatis in ſatisfactione exiſtens. Imò tollitur ipſa charitas, & per conſequens ſatisfactio ſubſequens nullum prorſus robor a charitate habet, ecce claritas doctrinæ Angelicæ.

Satisfactio incepta in charitate perſeuerare nõ poteſt ſi interrumpatur peccato, peccatũ enim charitatem tollit.

Ad confirmationem dicimus, quod exiſtens extra charitatem non poteſt Deo ſatisfacere; ratio eſt, quia prout in deciſione caſus diximus, Satiſfactio ſacramentalis, non ſolum fundatur in iuſtitia, ſed præcipuè in amicitia, quam reperiri debet inter Deum, & hominem. Imò principaliter ſatisfactio fundatur in amicitia, quæ ſine charitate eſſe non poteſt. Hæc dicta ſunt pro caſu iſto, & hijs ab illo egredientibus. Modo ponamus vltimum caſum.

Caſus tertius.

Lector proponit tertium caſum diſputandum cum dubijs, circa opera ſatisfactoria, quo ad eſſe, & qualitatem illatum in ordine ad ſacramentum pęnitentiæ.

In caſu ergo quęrit. Vtrum opera ſatisfactoria ſacramentaliter ſint illa tria communiter dicta. ſ. ieiunium oratio, & eleemoſynam.

In dubio inueſtigat. An ſatisfactio ſacramentalis fieri poſſit de alias debitis, puta ieiunare die ieiunij Eccleſię. Audire Miſſam die feſto, &c.

In caſu quęrit Lector. Vtrum merito illa tria, ſcilicet ieiunium, oratio, & eleemoſyna conuenienter dicuntur opera ſatisfactoria. Argumenta formatur pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum. Id quod habetur ab vſu Eccleſię tenendũ eſt pro certo a quocũq; fideli, ſe per vſum Eccleſię cõfeſſarij per pęnitentia peccatorũ aſſignãt ieiunia, vel orationes, vel eleemoſynas, ergo iſta ſunt opera ſatisfactoria in foro ſacramenti pœnitentię.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua format tale argumentum circa orationem. Opus ſatisfactorium, ex doctrina D. Th. q. 15. art. 1. in ſupplemento. 3. p. debet eſſe pęnale, ſed oratio pęnam non habet. Imò ipſa remouet pęnã triſtitię, ergo oratio non eſt cõputanda inter opera ſatisfactoria. Min. autem ſic probatur, ex D. Iacobo Apoſt. cap. 5. Triſtatur aliquis in vobis oret, & pſalat, ergo oratio remouet pęnam.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro caſu iſto tria facit. Primo, vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quęſito. Secundo. prononit dubium, & ſoluit. Tertio, reſpondet argumentis partis negatiuę caſus.

Opera ſatiſfactoria in ſacramento pęnitentiæ ſunt ieiunium oratio, & eleemoſyna.

Concluſio. Opera ſatisfactoria ſacramentaliter ſunt illa tria communiter dicta. ſ. ieiunium, oratio, & eleemoſyna, Angelicus Doctor volens oſtendere opera illa tria ſupra nominata

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſatisſactoria, hoc modo procedit. Satisfactio ſacramẽtalis talis eſſe debet inquit, per quam aliquit nobis ſubtrahamur ad honorem Dei. Nos nõ habemus niſi tria bona a quibus aliquid ſubtrahere poſſumus in honorem Dei. Prima ſunt bona animæ. Secunda ſunt bona corporis. Tertia ſunt bona fortunæ .ſ. bona exteriora. Ex bonis fortunę ſubtrahimus nobis p eleemoſynã. Ex bonis corporis per ieiunium. ex bonis animæ, per orationem. Et hoc tertium fit, dum per orationem totaliter Deo nos ſubijcimus.

Hæc tria non ſolum in ſatisfactione reperiuntur ex parte præteritorum peccatorum, ſed etiam ex parte futurorum .ſ. ratione medicinæ, & perſeuerantiæ a peccatis ex ſententia D. Auguſtini, inquit Doct. Sanctus. Et hoc manifeſtatur authoritate Apoſt. Ioan. cap. 4. a quo tres radices peccatorum ponuntur .ſ. concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Contra concupiſcentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiſcentiam oculorum ordinatur eleemoſynam, contra ſuperbiam vitæ ordinatur oratio, ratio eſt, quia oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, ex D. Auguſtino ſuper Matth. Similiter opera iſta ad ſatisfactionem pertinent, prout ſatisfactio indulgere nõ debet aditum ſuggeſtionibus. Omne peccatum, vel eſt in Deum, vel in proximum, vel in ſeipſum. Contra peccatum in Deum ponitur oratio, contra peccatum in proximum ponitur eleemoſyna, contra peccatum in noſipſos eſt ieiunium.

Aſſignatur ordo iſtarum operationũ ſatisfactoriarũ per pęnitentiam peccatorum.

Ordo iſtarum operationum ſpeculatiuè eſt aſſignatus, prima eſt oratio, quæ ordinatur ad Deũ, ſecunda eſt ieiunium, quæ ordinatur ad nos, tertia eſt eleemoſyna, quę ordinatur ad proximum. Exequutiuè tamen alius ordo ſignatur, prima eſt ieiunium, ſecunda oratio, tertia eleemoſyna per ieiunũ .n. corpus extenuatur, & fit ſpiritualè, vt orationi, quæ eſt eleuatio mentis in Deum non ſit impedimentum. Poſtea quia per orationes beneficia a Deo impetramus hinc benefici efficimur eleemoſynas largiendo pauperibus. Non ſolum enim ex ieiunio, & oratione beneficia, & miſericordia prouieniunt, ſed omnes virtutes. Nam ſicut omnia mala, ex ſenſualitate carnis veniunt radicaliter, & complectitur per conſenſum anima. Ita attenuatum corpus per ieiunium, & impinguatus animus per orationem apparet omne bonum, hoc autem manifeſtat Eccleſia in pręfatione ieiunij dicendo Deo. Qui corporali ieiunio vitia comprimis mẽtẽ eleuas virtutẽ largitis, & præmia, &c. His ſtantibus ad dubium eſt deſcendendum.

Dubium.

IN dubio hoc inquirit Lector. An confeſſarius ſignare poſſit, loco pœnitentiæ ipſi pęnitenti ieiunia vigiliarũ, orationes, alias illi ex voto, vel ſtatu obligatas, vel eleemoſynã faciendam alicui exiſtenti in maxima neceſſitate, ad quam ex præcepto charitatis tenetur, etiam quod confeſſarius hoc non imponeret illi. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. In caſu quo martyrium eſt in præcepto ſatisfactio per illud fit, quia qui moritur pro Chriſto ad plenum ſatisfacit pro peccatis ſuis, ergo quis ſatisfacere poteſt ſacramentaliter per opera ſatisfactoria alias debita. Vſus Eccleſię etiam hoc manifeſtat. Nam in multis caſibus confeſſarij pro pœnitentia aſſignant ieiunia de pręcepto, orationes neceſſarias. Et incurrere in neceſſitate poſito.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Satisfacere eſt facere ęquale debito, ſed ęqualitas non apparet, quando reſtituitur id quod alias eſt debitum, v. g. ſi tu deberes mihi decem ſcuta realiter, & reſtitueres mihi ex mea pecunia decem ſcuta non ſolueres debitum. Ita ſi ieiunas ieiunium pręcepti non ſatisfaceres pro peccatis cõfeſſis ſacramentaliter. Ratio ſuadet, quia prius tenebaris ad illud ieiunium perſoluendum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit. Primo ponit diuerſas opiniones circa hanc materiam. Secundo vnica concluſione, cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ſatisfacit quęſito, pro parte affirmatiua. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuę, iuxta ſententiam aduerſariorum.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod circa hunc caſum, multi multa dicunt Scotus, & multi Thomiſtę tenent partem negatiuam, vt Paludanus. Syl. Campolus moti ratione adducta pro parte negatiua dubij, & alijs ſimilibus, Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus Caietanus, quęſt. 1. in tractatu de ſatisfactione tenet partem affirmatiuam, Magiſter Dominicus a Soto in 4. ſententiarum videtur tenere viam mediam, tandem tamẽ venit in ſententia Caietani Illuſtriſſ. Et quia ſententia iſta Illuſtriſſ. Domini Caietani tutiſſima eſt, cum illo ponemus concluſionem ſequentem.

Dare poteſt confeſſarius pro pęnitẽtia opera ſatisfactoria alias debitas ipſi pęnitenti.

Concluſio. Confeſſarius iuſtis ex cauſis poteſt pro pœnitentia aſſignare pœnitenti ieiunium de pręcepto, vel operationes alias debitas, hoc .n. multis rationibus ſuadet Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & probat (ſupoſito tamen hoc fundato) ſcilicet, quod idem opus dum eſt opus iuſtitię, & amicitię, ſumptum a diuerſis principijs multiplicis eſſe efficatiæ. In his enim quæ ſunt mixta, vt ſunt illa, quæ ad ſacramentum pœnitentiæ pertinent, talis autem conditionis eſt ſatisfactio noſtra, quia de ſe non eſt ſufficiens ſecundum æqualitatem exactam a pura iuſtitia, ſed ſecundum diuinã acceptationẽ, ergo dum ſatisfactio noſtra a multis capitibus accipit virtutem operandi præſtantiorem effectum producit. Intentum ſic probatur. Eadem pęna ſi a minori charitate procedit, eſt minus ſatisfactoria ſi a maiori charitate eſt magis ſatisfactoria, ergo pœna alias debitas, ſi procedat a maiori charitate, vel a virtute clauium erit plus ſatisfactoria, quam ipſa ſecundum ſe. Vt eſt alias debita, ergo pœna alias debita aſſumi in ſatisfactionem pœnitentialem licet.

Dare pro pęnitentia Pęnas alias debitas pęnitenti virtute clauium ſunt magis ſatisfactoriæ quam ſine illa.

Aſſumptum eſt clarũ de excelentia ſatisfactionis Chriſti; propter excellentiſſimam charitatem, a qua procedebat. Concluſio ex his neceſſario ſequitur. Et confirmatur ſic, honorare parentes eſt de præcepto. Si quis extra charitatem illos honorat ſatisfacit præcepto. Si autem ex charitate hoc facit, & ſatisfacit præcepto, & meretur vitam æternam de condigno. Similiter qui facit eleemoſynam egeno ſatisfacit præcepto (etiam ſi ſit in mortali) ſi eſt in gratia vltra quod ſatisfacit præcepto meretur vitam beatam. Ita qui ſeiunat tempore ſuo ſatisfacit præcepto Eccleſiæ; etiam ſi non ſit in gratia Dei. At ſi eſt in gratia ex hoc quod ſatisfacit præcepto Eccleſiæ acquirit ſibi patriam cæleſtem. Si autem hoc facit virtute clauium ſatisfacit etiam pro peccatis confeſſis. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuę dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, ſatisfactio eſt duplex. Prima ex mera iuſtitia de qua eſt ſermo in ratione adducta pro parte negatiua. Secũda ſatisfactio fundatur in amicitia. Primo ſecundario tamen in iuſtitia, & talis eſt ſatisfactio ſacramentalis. Prima ſatisfactio ſemper fit ex proprio. Secunda aliquando non ex proprio ſimpliciter, ſed de accepto a creditore, dummodo pro ſatisfactione ſit datum. Et in hoc ſenſu poteſt fieri ſatisfactio de alias debito. In cuius ſignum, inquit Caietanus Illuſtriſſ. Laudabilis multorum confeſſariorum conſuetudo antiqua, vt patet in veteri Breuiario (qui abſoluendo pęnitentem dicit) prout notatum eſt etiam in Breuiario præſenti. In oratione illa, Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Et addit, & quicquid boni feceris; vel intendis facere, & mala, quę ſubſtines, & patienter ſubſtinebis. Sint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, & non dicit, quicquid ſuper erogationis boni feceris, vel mala vitæ condignũ ſubſtinebis.

Satisfactio fieri poteſt etiã quod omnino non ſit ex proprijs, ſi ſatisfactio principaliter in amicitia fundatur.

Nota.

Impugnatio.

Impugnat hanc doctrinam Paludanus dicendo, quod ſi cui fuerit impoſita pro pęnitentia eleemoſynam, & illam pęnitens, daret alicui poſito in extrema neceſſitate, in illa pęnitentia impleret, cum ſub præcepto charitatis talem eleemoſynam facere debebat. Et idem affirmat de præcepto ieiunij, ergo nullus ſatisfacere poteſt pro peccatis, alias debitis, ſiue ſit oratio, ſiue ieiunium, ſiue eleemoſyna, & addit Paludanus, quod oratio illa dicta a ſacerdote ſuper pęnitentem, & quicquid bonis feceris itelligitur de bonis ſuperogatorijs.

Impugnationis ſolutio.

Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod in vtraque Paludanus decipitur, quia in vtroque ſatisfacit, pro culpis virtute clauium Magiſter Dominicus a Soto relinquit has extremas ſententias, & ponit mediam corroborando ſententiam Illuſtriſs. Domini Caietani, & illam declarat, & applicat ad caſus particulares. Dicit. n. quod Eccleſia ieiunia Quadrageſimalia, & Quatuor temporũ; & Vigiliarum, in ſatisfactionem peccatorum inſtituit, & quod ieiunia iſta applicari poſſint pro ſatisfactione peccatorum in ſacramento pęnitentiæ. Clarum eſt quod idem homo teneri poteſt ad ieiunium, v. g. Aſſumptionis ex præcepto Eccleſiæ, ſimiliter ex voto, & ex conſtitutione ſuæ religionis, talis ieiunando in die illa ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, voto ſuo, & ſuæ Religioni, ergo a ſimiliter. Si confeſſarius in confeſſione alicui imponit vt ieiunet in vigilia S. Laurentij ieiunando ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & præcepto cõfeſſarij. Magiſter, Dominicus a Soto tamen dicit (& bene vtiq;) quod opera iſta alias debita non ſunt iniũgenda more ordinario, quia niſi ſpecificantur opera illa non intelliguntur de alias debitis. V. g. ſi dicas pœnitenti, ieiuna tribus diebus dic officium mortuorum, fac tantam eleemoſynam, abſq; alia ſpecificatione, non ſatisfaceret pęnitens ſi pro peccatis ſuis ieiunaret tres dies Quadrageſimæ, vel diceret officium mortuorũ, ad quod tenetur quali bet hebdomada, vel ſi daret eleemoſynam alicui in extrema neceſſitate poſito. At ſi hoc faceret ex ordine expreſſo confeſſarij; ſatisfaceret, & præcepto diuino, & præcepto confeſſarij. Et oppoſitum faciendo contra vtrumque præceptum peccaret. Vnde inquit Magiſter, Dominicus a Soto; quod quãdoquo erit ſalutare cõcilium iniungere tales pęnitentias. v. g. ſi pęnitens non ſeruat ieiunium de præcepto, ex aliqua leui cauſa, bene erit imponere, vt ieiunet illis diebus, vt in poſterũ non ſit negligens ad hoc faciendũ. Similiter, ſi eſt auarus, qui non vult ſuccurrere egeno (in extremis poſito) poteſt Confeſſarius obligare illum ad hoc faciendum, vt aſſueſcat ſeruare præceptum charitatis, & ſic de alijs eſt dicendum.

Confeſſarij poſſunt in cõfeſſione dare in pęnitentia opera ſatisfactoria etiam obligata alias ſed non paſſiua.

Argumentator inſurgit contra hanc reſponſionem dicẽdo, quod doctrina iſta eſt contra D. Anſelmum. Inquit. n. D. Anſelmus, in libro Cur Deus homo, per illa fit ſatisfactio, quæ non poſſunt ab hoĩem exigi, niſi peccaſſet, ergo de his q̃ cadunt ſub præcepto nõ põt fieri ſatiſfactio ſacramẽtalis.

Inſtantia 2.

Theologus dicit, ꝙ inſtantia iſta non facit ad propoſitũ, quoniã D. Anſelmus, illo in loco oſtendit, quod ſatisfactio fieri debet per pęnalia, quæ nobis, nõ eſſẽt pęnalia ſi homo nõ peccaſſet. igitur dicit ꝙ ſatisfactio fit per illa q̃ nõ poſſet ab hoĩe exigi niſi peccaſſet. His igitur pro dubio ſtãtibus, ſoluẽda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Inſtantia ſolutio.

Argumentorum ſolutio.

THeologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod duplex datur reſponſio. In primis per diſtinctionem dicit Doctor Sanctus ex ſentẽtia aliorũ quod duplex eſt oratio quędã quę eſt contemplatiuorũ quorum conuerſatio in cęlis eſt, & talis oratio, quia plenè eſt dilectione non eſt ſatisfactoria. Iſta eſt oratio mentalis, quæ eſt, abſque vllius pœnæ miſtura. Alia oratio eſt vocalis, quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam, & eſt ſatisfactoria.

Argumenti ſolutio.

Duplex oratio mentalis, & vocalis, & vtraq; eſt ſatiſfactoria ſacramẽtaliter.

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum reſponſum eſt de mente D.Thom. ſcilicet, quod omnis oratio etiam mentalis, eſt ſatiſfactoria non ſolum, quia meritoria, ſed quia eſt afflictiua carnis ex D.Gregor. ſuper Ezechielem. Vbi dicit, Dum creſcit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio in nobis fortitudo carnis, in cujus figura. Neruus femoris Iacob ex lota Angeli emarcuiſſe legitur Geneſ. 32. Vnde Doctor Angelicus dicit, licet oratio habeat ſuauitatem ſpiritus, habet tamen afflictionem carnis, & loquitur ibi D. Thom. de omni oratione. Non eſt tamen danda pro pœnitentia ſacramentali oratio mentalis, ſed vocalis, vt illudetur pœnitens a Dæmone, in perſoluendo pœnitentiam ſuam. Neque omnis operatio ſatisfactoria debet eſſe pęnalis, ſatis eſt quod habeat pęnalitatem anexam.

Argumentum ſecundum. Lector format ſecundum argumentum ad excludendam eleemoſynam ab ipſa ſatisfactione ſacramentali ſic dicendo. Omne peccatum, vel eſt carnale, vel ſpirituale, Sed per D. Hieronym. ieiunio ſanatur peſtis corporis, & oratione peſtis animæ, ergo ſuperflue aſſignatur oratio, opus ſatisfactorium.

Argumenti ſolutio. Theologus, per diſtinctionem ſatisfacit huic argumento dicendo, quod aliquod dicitur peccatum carnale dupliciter. Vno modo inquantum in ipſa delectatione carnis complentur, vt luxuria, & gula. Alio modo dicitur peccatum carnale, quia habet ordinem ad carnem quamuis non in delectione carnis, ſed magis in delectatione animæ conſiſtit, vt auaritia, & peccata ſimilia, talia.n. peccata ſunt media inter carnale, & ſpirituale peccatum. Ideo pro illis ſatisfaciendum eſt mente, & corpore mēte orando corpore eleemoſynas largiēdo pro illis. Iſta peccata media ab Apoſt. ad Gal. 5. vocantur opera carnis ibi.n. dicit. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio immunditia, &c. Iſta ſunt verè carnalia. At non firmatur in illis, ſed numerat, & media ſubdendo, ibi auaritia, diſſenſiones, &c. Iſta peccata media inter carnalia cōnumerat, quia ad commodum corporale, & carnale ordinantur.

Triplex peccatum datur .ſ. corporale ſpirituale, & medium.

Argumentum tertium. Lector format tertium argumentum ad excludendum ieiunium, & orationem, ab operibus ſatisfactorijs, quod eſt tale ſatisfactio eſt neceſſaria ad emundationem peccatorum, ſed eleemoſyna ab omnibus peccatis emundat ex Domini ſententia, Lucæ 11. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis, ergo alia duo, ſcilicet oratio, & ieiunium ſunt ſuperflua.

Argumenti ſolutio. Theologus cum D.Thom. huic argumento ſatisfacit dicendo, verū eſſe, quod in aliquibus caſibus eleemoſyna pro quolibet peccato ſatisfacit loquendo, tamen regulariter iuxta qualitatem peccati danda eſt pęnitentia per legem illam, per ea quis peccat per ea & torquetur, & per regulam medicorum, contraria contrarijs curantur. Oratio eſt medicina contra verba impertinentia. Ieiunīu contra laxiuiam. Eleemoſyna contra auaritiam. Iſta ſunt remedia oportuna, quia nihilominus nō oībus æqualiter proſunt, ideo ſi quis ieiunare non poteſt oret. Si non eſt capax fructus orationis diſtribuat ſubſtantiam ſuam in eleemoſynam, ſi nō habet aliquid ad diſtribuendum oret, vel ieiunet. Ideo dicit Angelicus Doctor. Et qui non poteſt vnum ex his perficere iniungatur aliud, præcipue eleemoſyna, quia pauper ille orabit, & ieiunabit pro illo, quod obſeruandum eſt pręcipue cum his qui eleemoſynā facere poſſunt. Eleemoſyna optima operatio ſatisfactoria vtique eſt, tamen quia libidinoſus libentius eleemoſynam faceret quam ieiunaret, illi vt ſic eleemoſyna non eſt iniungenda, ſed ieiunium, quia ieiunium eſt medicina contra libidinem, ideo libidinoſus ieiunare debet, orare, & eleemoſynam facere, vt pauperes pro illo orent,

Satiſfactio variari poteſt ab iſto confeſſario præcipue eleemoſyna eſt optimū opus ſatisfactorium.

Obſeruandum tamen eſt quod ſicut omnia peccata redducuntur ad ſupra nominata, ita omnis pęnitentiam ad aliquam illarum trium ſatisfactionum reducitur. Quicquid ad afflictionem pertinet totum ad ieiunium refertur inquit D. Thom. quicquid in vtilitatem proximi expenditur habet rationem eleemoſynæ, ſimiliter quæcumq; latria Deo offertur vim habet orationis. Vnde vnū opus aliquando habet plures rationes ſatisfaciendi. Ex quibus apparet ſtultitia hæreticorum .ſ. Iouiniani dicētis ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum. Pelagij aſſerētis orationem prorſus eſſe inutilem, & mollius virtutis. Oſtenſum eſt.n Ieiunia, & orationes eſſe opera ſatisfactoria, ergo ſunt alicuius momenti. Vnde merito hæc hæres damnauit Cōcil. Trid. de his omnibus ad hanc diſputationem pertinentibus ſatis dictum ſit.

Aliæ ſatisfactio. a tribus ſupra nominatis reducuntur ad illas tres.

DISPVTATIO SECVNDA in littera S.

De Seditione.

LEctor in hac diſputatione vnum caſum proponit cum ſuo dubio anexo. In caſu quærit, Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccato. Et in dubio, an ſit mortale peccatum.

Caſus.

IN iſto caſu igitur Lector quærit. Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum. Et more ſolito format argumentum, pro vtraque parte.

Primo pro parte affirmatiua ſic D. Paulus 2. Corinth. 12. dicit quod ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam, ſed eſſe tumultum ad pugnam eſt peccatum diſtinctum contra alia peccata, ergo ſeditio eſt ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua argumētatur ſic. Inquit Iſidorus in lib. 10. Etymologiarum. Seditioſus eſt qui diſentionem animarum facit, & di-

Partis negatiuæ probatio.

Digitized by Google

ſcordias gignit, ſed ex hoc quod aliquis aliquod peccatum procurat non peccat alio peccato genere niſi illo quo procurat, ergo videtur quod ſeditio non ſit ſpeciale peccatum a diſcordia diſtinctum.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus breuiter declarat hunc caſum, pro cuius deciſione tria facit. Primo manifeſtat diſtinctionem repertam inter bellum rixam,& ſeditionem. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis dubij. Quo ad primum diſtinctio reperta inter hæc eſt iſta quæ in duabus conſiſtunt. Primo quidem quia bellum, & rixa importāt mutuā impugnationem in actu, ſeditio hoc neceſſario non exigit, quia ſeditio poteſt dici, ſiue fiat huiuſmodi impugnatio in actu, ſiue fiat præparatio ad talem impugnationem, prout declarat Gloſſ. in verbis citatis. D. Pauli dicendo, quod ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam, ſ. cum aliquis ſe præparant,& intendant pugnare. Bellum & rixa dicunt quantam contradictionem actualem. Secundo differunt, quia bellum proprie eſt contra hoſtes extraneos, quaſi multitudinis ad multitudinem. Rixa autem eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos, ſeditio proprie eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe diſſentientes, puta cū vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam. Ex his eliciuntur concluſiones, pro ſecundo loco ponendæ.

Oſtendit in quo cōuenit, vel diſtinguitur ſeditio a rixa, et bello vel in quo cōuenit cum illis.

Concluſio prima. Seditione eſt quodā ſpeciale peccatum. Probatur concluſio iſta quia ſeditio habet ſpeciale bonum pro obiecto cui opponitur vnitas multitudinis.

Concluſio ſecunda. Seditio quantum ad aliquid conuenit cum bello,& rixa. Quia omnia iſta tria. ſ. Bellum, Rixa, & ſeditio important contradictionem.

Concluſio tertia. Seditio quantum ad aliquid differt a bello, & rixa. Probatur concluſio iſta. Quia ſeditio importat impugnationē, ſiue in actu, ſiue in potentia. i. in præparatione factam, vt patet ex D. Paulo, & ex Gloſſa. Ad Cor. 12. Epiſtola ſecunda. Bellum autem & rixa importat impugnationem in actu factam, illa in præparatione. Secundo, quia ſeditio eſt, vnius partis multitudinis eiuſdem ad aliam partem, bellum vnius multitudinis ad aliam multitudinem. Rixa autem vnius hominis ad vnam, vel paucorum ad paucos. Hæc pro ſecundo puncto. Nunc ad tertium eſt deſcendendum. ſ. ad ſolutionem argumentorum.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ſatisfacit, primo argumento dicendo. Quod ſeditioſus dicitur qui ſeditiones excitat. Cum ergo ſeditio quandam diſcordiā importat propterea ſeditioſus, qui diſcordiam facit, non quamcumque diſcordiam, ſed inter partes alicuius multitudinis. Nam diſcordia eſt communius quid quam diſcordia talis. i. diſcordia ſeditioſorum, quæ vnico vocabulo dicitur ſeditio. Diſcordia autem & debellantibus, & de rixantibus, & de contendentibus, & ſeditioſis dici poteſt, ſeditio proprie de ſeditione prædicatur. Obſeruandum tamen eſt quod peccatum ſeditionis, non ſolum eſt in eo qui diſcordia ſeminat, ſed etiam in eis qui inordinate ab inuicem diſſentiunt.

Diſcordia ſe habet vt genus ab bellū rixam, et ſeditionem. Et hæc ſcientia ſpecies illius.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra prædicta dicendo. Seditio diuiſionem quandam importat, ſed nomen etiam ſchiſmatis ſumitur a Schiſ. vt habetur 2.2. q.39.art.1. ergo peccatum ſeditionis non videtur diſtinctum a peccato ſchiſmatis.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo ad minorem quod ſeditio licet in hoc termino ſcripturæ, conueniant in ſchiſmata, differt tamen ab ea in duabus. Primo, quia ſchiſma opponitur ſpeciali virtuti multitudinis. ſ. vnitati Eccleſię, ſeditio autem opponitur temporali, vel ſeculari multitudinis vnitati, puta ciuitatis, vel regni. Secundo, quia ſchiſma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalem, ſed ſolum importat diſſenſionem ſpiritualem. Seditio autē importat præparationem ad pugnam corporalem.

Seditio, et ſchiſma in duobus diſtīguūtur licet cōueniant in vno.

Argumētum tertium.

Contra hoc ſe opponit Lector dicendo. Omne ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctam, vel eſt vitiū capitale, vel ab aliquo vitio capitali oritur, ſed ſeditio, neq; computatur inter vitia capitalia, neq; inter vitia, quæ ex capitibus oriuntur. Vt clara eſt videre apud D. Greg. Moral. 31. vbi vtraque vitia diſtincte numerantur, ergo ſeditio non eſt ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad min. quod ſeditio ſicut, & ſchiſma ſub diſcordiæ, quæ eſt filia ſuperbiæ continetur, vtrunque vitium eſt diſcordiam quædam non verius ad vnum, non multitudinis ad multitudinem, ſed partium multitudinis ad inuicem. Schiſma a diſcordia, immediate venit a diſcordia, & mediata diſcordia a ſuperbia, ita & ſeditio, prima venit ſecūdum actum interiorem, ſecunda ſecundum actum exteriorem. Hæc vult pro caſu iſto. Nunc autem proponatur dubium.

Dubium.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN hoc dubio quærit Lector. An ſeditio ſit ſemper peccatum mortale. Et pro vtraque parte rationes adducit. Primo pro parte affirmatiua ſic Apoſt. Paulus 2. Cor. 12. prohibet ſeditiones inter alia peccata, quæ mortalia ſunt, ergo ſeditio eſt ſemper peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua talis eſt ratio. Seditio importat tumultum ad pugnam, vt habetur in Gloſ. ſuper Paulum adductam in caſu. Sed pugna, nam eſt ſemper peccatum mortale, ſed quandoque eſt ſine peccato, iuſta, & licita, vt oſtendit Angelicus Doctor 2.2.q 42.art.1. de bello, ergo multo magis ſeditio poteſt etiam ſine peccato mortali,

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione dubij pręſentis duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit obiectiones partis negatiuę.

Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & grauius, quā rixa.

Concluſio prima eſt. Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Probat concluſionem iſtam ſic. Lector dicendo, Seditio opponitur vnitati multitudinis, i. populi ciuitatis, vel regni. Populi autem multitudo præcipue includit ſapientes, non eſſe cętum multitudinis, ſed cętum iuris, cum ſenſu, & vtilitatis communionis ſociatum prout dicit D. Auguſtinus, lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 21. ante medium, & lib. 19. cap. 22. tom. 5. Vnde manifeſtum eſt vnitati cui opponitur ſeditio, eſſe vnitatē iuris, & communis vtilitatis. Cum ergo ſeditio opponatur communi bono, & iuſtitiæ, ergo ex ſuo genere, eſt peccatum mortale, quod confirmatur ex argumento, pro parte affirmatiue adducto, in quo Apoſtolus numerat ſeditionem inter peccata mortalia.

Concluſio ſecunda. ſeditio illa eſt tantum grauius peccatum quantum bonum commune, quod impugnatur per ſeditionem eſt magnū, & quam bonum priuatum, quod impugnatur per rixam. Peccatum autem ſeditionis Primo quidē, & principaliter pertinet ad eos, qui ſeditionem procurāt, qui grauiſſime peccant. Secundo ad eos, qui illas ſequuntur perturbantes, contra bonum commune. Illi autem qui bonum commune defendunt eis reſiſtentes, non ſunt dicendi ſeditioſi, ſicut nec illi qui ſe defendunt dicuntur rixoſi. Hæc pro primo puncto, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit primam inſtantiam dicēdo, duplicem eſſe pugnam licitam, & illicitam, pugna quæ eſt licita, fit pro communi bono, & vtilitate. Seditio autem eſt pugna mala, eſt contra bonum commune multitudinis, vnde ſemper eſt peccatum mortale.

Inſtantia 2.

Argumentator inſtat dicendo, Seditio eſt diſcordia quædam, vt habetur in caſu iſto, ſed diſcordia, poteſt eſſe ſine peccato mortali, & quandoque etiam ſine omni peccato, ergo, & ſeditio.

Inſtantia ſolutio.

Reſpondet Theologus dicendo, quod duplex eſt diſcordia. Prima ab eo, quod non eſt manifeſte bonum. Secunda quæ manifeſte eſt mala, quæ opponitur vtilitati communi. Prima poteſt eſſe non ſolum ſine peccato mortali, ſed etiam ſine omni peccato. Secunda autem non poteſt eſſe ſine peccato mortali, & talis diſcordia eſt ſeditio, quæ opponitur vtilitati multitudinis, quæ eſt manifeſte bonum, & eſt ſemper peccatum mortale.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo. Laudantur illi, qui multitudinem a poteſtate tyrannicam liberant, ſed hoc de facili non poteſt fieri, ſine aliqua diſſenſione multitudinis, de vna pars multitudinis nititur retinere tyrannum, aliam vtrò nititur eum abijcere, ergo ſeditio poteſt fieri ſine peccato.

Inſtantia ſolutio.

Theologus ſimiliter per diſtinctionem ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod regimen tyrannicum eſt duplex ſimplex, & ſecundum quid, vel ſecundum rationem, aut ſecundum nomen tantum. Regimen tyrannicum ſimpliciter, prout tyrannicum eſt, non eſt iuſtum, quia non ordinatur ad bonum commune, ſed ad bonum priuatum regentis, prout dicit phyloſophus lib. 3. Politicorum, cap. 5. & lib. 8. Ethic. c. 10. Vnde perturbatio iſtius regiminis non habet rationem ſeditionis, niſi forte, inquit D. Th. quando ſic inordinatè perturbatur tyranni regimen, quod multitudo ſubiecta maius detrimentum patitur, ex perturbatione conſequuti, quam ex tyranni regimine. Et ſubdit D. Th. Magis autem tyrannus ſeditioſus eſt, qui in populo ſibi ſubſtituto diſcordias, & ſeditiones nutrit, vt tutius dominari poſſit. hoc enim tyrannicum eſt. Cum ſit ordinatum ad bonum proprium. Præſidentis cum multitudinis nocumento.

Duplex eſt regimen tyrannicū, ſimpliciter, & ſecūdum quid, quod idē eſt, quo ad rem, & quoad modum.

Vnde ad argumentum dicitur, quod quærere multitudinem liberare a tyranno, non eſt ſeditio illa enim diſſeſſio multitudinis contra tyrannum ſimpliciter dictum licet quādoque nominatur ſeditio, loquutio eſt impropria, quoniam talis tractatus non eſt contra bonum commune, ſed pro bono communi propterea non eſt vitium, ſed virtus.

Duplex eſt tyrannus ſimpliciter, & ſecundū quid, quo ad ius, vel quo ad modum regnandi.

Notandum eſt iterum circa ly regionem tyrannicam, ſumitur dupliciter, ſimpliciter, & ſecūdum quid. Tyrannus ſimpliciter eſt illæ, qui non habet ius dominij, ſed in tranſactus eſt, contra iuſtitiam, nec ſeruat modum regiminis debitum. i. nō ordinat re uera regimen ſuum ad bonum commune multitudinis, ſed ſub ectæ, ſed ad bonum priuatum ſummet gerentis. Tyrannus ſecundum quid eſt, qui vnum illorum duorum importat. Vel quia non habet ius ad dominium verum, vel non ſeruat modum regiminis debitum. Poteſt eſſe tyrannus ratione tituli ſolum, quia non habet verum ius dominij. Et tamen modo regendi debito vtitur. i. nō ad proprium bonum, ſed ad bonum ſubditorum gubernans. Et vice verſa poteſt eſſe verus. i. legitimus Dominus, & tamen peccaret tyrannice, in modo gubernandi, prout docet D. Th. 2 d. 44. art. penult. Et opuſc. 20. c. 22. q. 64. art. 3. & ibi Caiet.

Ly perturbatio, ſecundum ſe tantum conſiderata, ad ſeditionem pertinet. Si autem venit aliunde, ſcilicet ex expulſione tyranni non dicitur neque eſt ſeditio.

Notandum, quod tyrannus multipliciter dicatur, vt declaratum eſt, non debet æquali modo iudicari de perturbatione illius. Nam perturbari non licet, qui eſt tyrannus ſolum, quo ad modum regendi, vt expellatur a dominio, quoniam ius verum dominij habet, bene poteſt procurari, vt a modo tyrannico gubernandi ſe emendat, & modum legitimum gubernandi manifeſtatur. Tyrannum autem, qui eſt intruſus non habens verum ius dominij, poteſt aliquis ordinatæ, ſcilicet ſeruato ordine

Digitized by Google

dine hic dato a D. Th. perturbare ad hoc, vt expellatur à dominio, quia talis nullum habet ius, quod præſupponitur ad verum domino. De tyranno, vel regimine tyrannico hæc incidenter ſint dicta.

Obſeruandum tamen eſt in calce huius diſputationis ordo vitiorum oppoſitorum pari. Poſt diſcordiam in corde, & contentionem in ore, quatuor vitia in opera ſunt ordinata. Schiſma reſpectu Eccleſiæ vniuerſales quæ vrbem comprehendit, bellum ad diuerſa regna nationes, &c. Rixa ad perſonas quaſcumque ſeditio ad partes vnius multitudinis ſe extendit. Hæc ſint pro dubio, & caſu iſto, & pro diſputatione hac.

DISPVTATIO TERTIA in littera S.

De contractu ſocietatis.

LEctor in hac diſputatione proponit duos caſus cum dubijs ab illis egredienti bus.

Caſus primus, vtrum contractus ſocietatis ſit licitus.

Caſus ſecundus, vtrum licitum ſit pecuniam in ſocietatem ponere, ſaluo capitali.

Lector igitur in primo caſu, quærit vtrum contractus ſocietatis ſit licitus.

In dubio inueſtigat, An ſit licitus contractus iſtæ v.g. Petrus conferat Paulo centum in ſocietatem, & conditione, vt ex illis centum Petrus non poſſit amittere niſi quandoque, ſed neque lucrari niſi quaudoque.

Lector igitur in hoc primo caſu inquirit, vtrum contractus ſocietatis ſit licitus. Et pro vtraque parte (more ſolito) format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua format tale argumẽtum. Ille contractus licitus eſt, qui eſt approbatus à Summi Pontificibus. Contractus ſocietatis eſt, talis ergo eſt licitus. Maior propoſitio probatione non indiget, Minor ſic probatur, in cap. vſuras, de donatione inter virum & vxorem. Innocentius Papa Tertius, approbat contractus ſocietatis, ergo talis contractus eſt licitus, & fieri poteſt.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua adeſt tale argumentum, Si contractus iſte licitus eſſet ſequeretur, quod in tali contractu iuridicè vnus exponere poſſit totam pecuniam periculo, & alius tantum operas ſuas, ſed hoc non videtur iuſtum ergo, talis contractus non eſt licitus. Maior propoſitio ſic probatur. Nam in aliquibus ſocietatibus magis æſtimantur opera vnius ſocij, quam pecuniæ alterius, ergo vnus exponere poteſt periculo tantum operas ſuas, & reliquus totam pecuniam.

Partis negatiuæ probatio.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor pro caſus deciſione facit quatuor, Primo obſeruat aliqua pro tota hac diſputatione. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio proponit dubium, & ſoluit illud, Quarto ſatisfacit argumentis pro parte negatiua caſus.

In primis eſt obſeruandum, quod contractus ſocietatis eſt conuentio ſiue pactum quorundam ad negotiandum, lucri gratia. Socij verò dicuntur, quia ad negotiationem conferunt in communi pecuniam, ſiue induſtriam, & operas. Secundo eſt obſeruandum, quod contractus ſocietatis eſt duplex quidam dicitur contractus eiuſdem rationis, v.g. quando ſocij communi pecunia, communi induſtria, communi diligentijs, & communibus miniſtris negotiantur. Alter contractus eſt, & dicitur diuerſæ rationis, quando v.g. quilibet ſocius confert in communi rem differentem. Vt ſi Petrus ponat pecuniam Paulus induſtrias Ioannes operas miniſterij. Tertio eſt notandum, quod contractus iſtæ diuerſæ rationis adhuc dupliciter fieri poteſt. Primo modo ita qui pecuniam confert exponat eam periculo, vel lucro proportionabiliter, cum induſtria alterius ſocij, quæ tanti æſtimatur, quanti ipſa pecunia, Altero modo, vt qui pecuniam confert obligat alium ſocium, vt ſaluam illam ſeruet. Quarto obſeruandum eſt, quod de contractu ipſius ſocietatis diuerſæ rationis, in primo ſenſu dubitatio ſeu difficultas nulla eſt, quando licita ſit cum de hoc definitum ſit perinde impertinens eſt inquirere. An negotiatio illa fuit ab vno, vel a duobus, &c. ergo ſi æqualitas ſeruetur inter ipſos ſocios licita erit. Vlterius eſt obſeruandum. quod ſocietas tripliciter ſumitur, primo in ordine ad communionem, & diuiſionem bonorũ, quæ in ſocietate ponuntur. Secundo prout eſt in animalibus quæ ſocia dicitur, Tertio in ſpiritualibus, etiam dicuntur ſocietates. Relicta ſocietate, in tertio ſenſu ſumpta, quoniam non deſeruit propoſito noſtro, ſocietas in primo ſenſu eſt duorum, vel plurium conferentium, ſuam pecuniam induſtriam, vel laborem ad lucrandum, vt habetur deciſione 174 de ſocietate, Societas eiuſdem rationis, prout in prima diſtinctione, in qua ſocij communi pecunia, communi induſtria, communibus diligentijs, & miniſtris negotiantur. In quo contractu inquit Magiſter Dominicus a Soto vnum cumulum ſuarum pecuniarum congregant, & habent miniſtros communes, quod quidem genus ſocietatis illuſtribus mercatoribus, in vſu frequentiſſimo eſt, ſcilicet genuenſibus Florentinis, Venetis, & ſimilibus in quo genere ſocietatis nulla datur ratio dubitandi, quicunque enim pecunia ſua negotiatur ſubit eius periculum, quibus tamen ex pentarum ratio, pro rata ſuæ cuiuſcumque ſortis contingit, ſicut, & lucri diſtributio. Alterum genus ſocietatis eſt, vbi vnus ponit pecuniam, alter vero induſtrias, & operas, vt habetur ſocietatem. ff. pro ſocio, vel ponit induſtriam cum aliqua parte pecuniæ, & de huiuſmodi contractibus peculiariter, eſt quęſtio. Exempli gratia, adeſt hic vir honeſtus, qui non habet negotiandi peritias, habet tamen nummos dotales, vel aliter acquiſitos, quos apud mercatorem collocat, vt pro rata ſibi detur pars dotis, quærimus enim ſi hoc ſit licitum.

Duplex eſt cõtractus ſocietatis, alter eiuſdem rationis, alter alterius rationis.

Triplex contractus ſocietatis mercium animalium, & rerum ſpiritualium.

Concluſio reſponſiue. Si quis pecuniam ſuam ponit in ſocietatem, & ſubiacent periculis eius,

con-

Contractus ſocietatis, in quo qui ponit pecuniã ſubiacet periculis eſt licitus.

contractus talis eſt licitus. Hoc ſapit aliquam ſi ſtam. Concluſio iſta authoritatibus, & rationibus confirmatur. In primis concluſio eſt iuris Pontificij, capi. per vno, & Iuris Ceſarei. Inſtitu. de ſocietate per totum. & cap. ar. ff. pro ſocio. quæ quidem iuta ex natura rei colliguntur, vt patebit ex rationibus ſequentibus. Nam cum negotiatio licita ſit nihil refert. An tu ipſe pecunia tua propria negotiaris, an verò alteri cauſa comiſtas qui ſuo nomine negotium illud exercet, dummodo ſub ſuo dominio pecunia maneat. Qui autem pecuniam ſuam in ſocietatem ponit dominium eius nõ transfert, ſed penes ſe teneat, ſi modo ſubeat periculum, ergo licitè poteſt lucrum recipere, quod pro illa pecunia illi contingit.

Modus diuerſus formandi contractus ſocietatis.

Quomodo autem tunc debeat fieri lucri diſtributio ſic eſt facienda debet. Primo cumulum fieri omnium ſortium ſingulis æſtimatis, vt de quolibet conſtet, quota ſit pars totius cumuli, v.g. ſunt duo ſocij quorum quilibet confert mille in ſocietate, & conducunt miniſtros pertentum ad finem anni, deductis expenſis laboribus, & ſalario miniſtrorum, reperiunt in communi Archa exempli gratia, quattuor millia ſcuta, tunc quilibet eorum debet habere duo millia. Si verò reperitur ſocietas etiam in damno mille aureorum diuidendum eſt mille reſiduum, accipiendo quilibet illorum quingentos aureos. In hoc contractu nulla cadit fraus.

Secundus contractus diuerſæ rationis dicitur, & ſit dupliciter, v.g. ſunt duo ſocij vnus ponit pecuniam totam, & alter operas ſuas ſeu primus ponit totam pecuniam, alter induſtriã, ſeu operas miniſterij, cum aliqua parte pecuniæ, ad hoc vt induſtria, cum illa parte pecuniæ reperiatur æquiualẽs pecuniæ, & ſorti principali ad iudicium viri prudentis in tali negotio. Vnde alter ſocius, vltra operas debet ſtare ad vtile, & damnum iuxta portionem ſuæ pecuniæ. Debet nihilominus antequam contrahatur ſocietas æſtimari, tam operæ, & induſtriæ, quam pecuniæ, & ex ipſis fiat quaſi vna ſumma communis illis proportionabiliter ſecundum ratas, & in fine ſocietatis. Deducta prius, ſorte pecuniaria, ſeruetur diuiſio tam in lucro, quam in dãno, ac ſi talem ſummam pecuniæ poſuiſſet proportionabiliter, v.g. Tres ſocij venerũt ad ſocietatem vnam. Petrus poſuit mille aureos, Franciſcus poſuit induſtriam extimatam quingentis aureis, Antonius poſuit labores ſuos æſtimatos mille auris, tunc ſtabilienda eſt ſocietas, ac ſi omnes tres poſuiſſent duo millia, & quingentos aureos, tempore autem diuiſionis prius pecunia in ſortẽ poſita eleuãda eſt, deinde lucrum ex ea habitum. Et ſi, v.g. lucrati ſunt quingentos aureos, ducenti ſunt aſſignandi Petro, ducenti Franciſco, & centũ Antonio. Hæc ſentẽtia non ſolum eſt Magiſtrorũ Soti, & Bannenſis, ſed Nauarri. Et Authoris deciſionum Aurearum Pœnitentiarij, & aliorum, Vt igitur clarius percipiatur doctrina ponamus dubium diſputandum.

Datur modo conſtituendi ſocietatem, & diſſoluendi illam proportionaliter quo ad lucrũ vel ad damnum.

Dubium.

IN dubio inueſtigat Lector, an ſit licitus contractus iſte, v.g. Petrus ponit mille in ſocietate cũ Paulo ac. conditione, vt ex illis mille Petrus non poſſit amittere, niſi quinque pro centenario, neque lucrari niſi quinque. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua, eſt talis ratio lucrum eſt proportionatum damno, & damnum lucro, & nulla pars eſt grauata, ergo contractus erit iuſtus ex vtraque parte. Nam qui ponit pecuniam ſuam in ſocietatem exponit ſe æquali periculo, & lucro.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua. Ratio conuincit. Nam reuera in noſtro caſu iſte, non exponit pecuniam ſuã totam in negotiatio, ſed tantum quinque reliqua autem 95. dat ſocio mutuo, & non exponit illam periculo, at quinque negotiationi expoſita, non ſunt apta ad lucranda alia, quinque ergo iniquus eſt contractus.

Partis negatiuæ probatio.

Dubii deciſio pro parte negatiua principaliter.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes.

Concluſio prima, qui ponit multam pecuniam in ſocietatem, hac lege, vt non ſubeat periculum niſi certe partis non poterit recipere de lucro niſi tantum quantum illi parti reſponderit, ſecundum proportionem ad totum cumulum, quod exponitur negotiationi, verbi gratia Petrus exponit periculo quinque, & Paulo trigintaquinque ex his quadraginta lucrati ſunt ſedecim. Petro debetur duo, & Paulo quattuordecim, quia ex quolibet quinario lucrati ſunt duo, vt ex computatione patet. Nam ſicut ſe habet quinque quæ exponit Petrus ad 40. ita ſe habent duo ad 16. eſt enim proportio ſubamphiata.

Ex pecunia in ſocietate poſita, nõ poteſt recipi de lucro niſi proportionaliter ad periculũ ſubiaceat.

Vnde Magiſter Dominicus a Soto, de iuſtit. & iure. lib. 6. q. 6. art. 1. dicit. Per hæc quorundam deceptio detegitur qui arbitrantur poſſe quempiã in ſocietate ponere mille, eo pacto, vt quintæ parti tantum periculum ſubeat, quantamque partem pariter recipiat lucri. Contractus iſte non eſt licitus. Nam cum alter ſubeat periculum alterius quattuor partium, illa ratione meretur alias quattuor partes lucri. Ex quo ſequeretur, quod pro ſua induſtria nihil reciperet. Ad hoc enim, quod contractus ſit licitus non ſolum ad pecuniam ſocij reſpiciendum eſt, ſed etiam ad induſtriam alterius ſocij, & proportionaliter lucrum eſt diſtribuendum. Pari modo ſi quis induſtriam ponit aliquam ſimul appoſuit pecuniam percipere debet ex lucro quantum operæ, & induſtriæ valent, & per conſequens quanti periculi ſubiacet pecunia ipſa.

Concluſio ſecunda, Si autem Petrus in contractu diceret, Si iactura tanta fuerit, ſcilicet vſque ad quinque ſit tota mea, ſi plus reliqua ſit tua, ſi lucrum

Quãdo ſocij æqualiter ſe habent ad lucrum, & ad damnũ contractus eſt licitus.

Digitized by Google

crum etiam fuerit vſque ad quinque ſit meum totum, ſi plus reliquum totum ſit tuum. Talis contractus licitus erit. Ratio eſt, quia Petrus & Paulus æqualiter ad lucrum, & damnum ſe exponunt. Et hic eſt caſus inquit Magiſter Dominicus a Soto citatus, c. de illa. Inſtit. de ſoci. vbi ſanciunt poſſe alterum ſociorum lucri quidem duas partes ſuſcipere damni verò unum niſi, Tertiã partẽ, vt ſi v.g. poſuit Paulus cẽtum, & Petrus ducenta in ſocietatem, At Paulus vltra hoc poſuit induſtrias, & labores, quod fortitan magis æſtimatur quam alia centum, tunc iuſtè accipere poterit medietatem lucri, totius ſortis, & amplius præcipue, vbi adeſt parũ de periculo, & multum de labore, & induſtria tunc enim cumulus vellet ſexcenta, trecenta ſunt pecuniæ, & trecenta induſtriæ, & operæ, iſta vltima pertinent ad paulum. Similiter, & lucrum ſuæ pecuniæ. Ita quod primij illi debentur duæ partes lucri. Tertia debetur Petro pro ſua portione. tunc Paulus dẽt recipere duas tertias, Petrus vero vnã in damno autem Paulus non ſubiacet niſi periculo vnius tertiæ partis. Petrus vero duarum. Ex his manent ſolutæ rationes adductã pro vtraque parte dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantia ſolutio.

LEctor ad inſtantiam pro parte negatiua, dicit quod cõtractus illæ vt ſit licitus oportet, quod ſit fortuitus iuxta intelligentiam ſecundæ concluſionis.

Et ad inſtantiam pro parte affirmatiua, variè loquuntur Theologi, & Doctores. Aliqui dicunt, quod finita ſocietate, ſi nihil eſt lucratum non debet, qui operas poſuit illas perdere, ſed eſſet illi aliquid ex ſorte tribuendum. Rationem aſſignãt, dicendo qui ſtant ad damnum ſtare etiam debet ad lucrum proportionaliter. Operæ enim in negotiatione æſtimandæ ſunt iuxta valorem pecuniæ, & plus & minus, ſecundum qualitatem negotiorum, & ex illis faciendum erat cumulum vnũ, ergo ſi perditę, & amiſſæ ſunt operæ, perdit medietas cumuli, alia medietas, quæ relicta eſt diuidenda eſt proportionaliter inter eum qui poſuit pecuniam. Et illum qui operas ſuas exercuit.

Quando in ſocietate amittitur capitale ſubiacet, qui ponit pecuniam, quãdo nihil lucratur, totum damnum remanet illi, q operas poſuit.

Reſponſio iſta non placet Magiſtro Dominico a Soto, nec Bannenſi, meritò quidem dicit enim, quod quemadmodum ſi capitalis iactura fiat, totũ amittere debet qui pecuniam poſuit in ſocietatem. Et viceuerſa, ſi ſaluo capitali, nihil lucri accreſcat damnum totum venire debet in illam, qui labores, & induſtriam poſuit. Ratio eſt, quia nexus cõtractus ſocietatis ſtat in hoc, vt alter ſubeat periculum capitalis, alter verò periculum operum. Et hac habetur ex lege ſocietatis, quia hæc reciprocè ſe reſpondent ad hoc, vt ſocietas ſit legitima, aliter ex ſententia aliorum deueniendum eſſet ad hoc, quod in caſu amiſſionis capitalis, illæ qui poſuit operas, præcipue in principio negotiationis deberet ſatisfacere proportionaliter principali de pecunia perdita, quod nullus concedit.

Impugnatio.

Contra, inquit argumentator, Socius qui poſuit operas ſuas, non debet eſſe peioris conditionis, quam miniſter in eadem ſocietate. Miniſter autem reportat lucrum etiam ſi facta eſt iactura in pecunia, ergo ſocius etiam debet reportare lucrum, quando ex pecunia nihil acquiſitum fuit.

Impugnationis diſſolutio. Conditio ſocij eſt melior conditione miniſtri propter ſpem maioris lucri.

Theologus deſtruit hanc impugnationem dicendo conſequentiam eſſe falſam, vel quod non concluditur ex proportionibus in argumento, quia ex illis etiam concludi poteſt, quod ſi facta fuerit iactura in tota pecunia deberet reportare lucrum, qui poſuit induſtriam, cum hoc faciat miniſter.

Vnde ad maiorem dicimus, quod ſocius eſt melioris conditionis, quam miniſter in contractu ſocietatis. Ratio eſt, quia ſpes maioris lucri poſita eſt in ſocio, quæ pretioſior eſt, quam certitudo lucri miniſtri.

Nota.

Societas tripliciter conſideratur ſecũdum ſe, in ordine ad negotiationem, et in ordine ad miniſtros.

Pro maiori intelligentia horum omnium, ſcilicet huius partitionis lucri, vel damni inter ſocios. Obſeruandum eſt, quod alicuius negotiationis induſtria tripliciter poteſt æſtimari, Primo ſecundum ſe, Secundo in ordine ad negotiationem, Tertio mixtum. Induſtria iſta conſiderata ſecundum ſe taliter ſe habet, v.g. ſi ſocius locaret operas ſuas alijs ſocijs pro ſtipendio, v.g. 20. in quo ſenſu iſtæ non conſideratur formaliter vt ſocius, ſed vt purè miniſter conductus. Induſtria iſta ſimiliter conſiderata in ordine ad lucrum in negotiatione ſocietatis pluri æſtimari ſolet, quam priori modo, quia vt ſocius æſtimabit, v.g. vt centum in ordine ad ſocium vt miniſter æſtimabitur vt decem. Tertio modo conſiderari poteſt iſta induſtria mixtim ita vt ipſe ſocius poſtquam locauerit ſuas operas, alijs ſocijs, tanquam miniſter illorum dicat ſe velle conferre ſtipendium ſuum datum, vel dandum in ſocietatem exponendo illud damno, vel lucro. In primo ſenſu nihil damni, vel lucri recipit, vt miniſter, ſed illud recipit ratione pecuniæ poſitæ in ſocietate. Id autem quod accipit pro mercede, non faciunt ad contractum ſocietatis in ordine ad ſocios. In ſecundo modo, æqualiter omnes ſocij ſe habent. In tertio ſenſu loquendi duplex eſt contractus vnus in ordine ad ſocios, cum quibus lucratur, alius in ordine ad miniſterium propter, quod expoſcit mercedem.

Nota.

Societas æqualis eſſe debet ad lucrum, & damnum, ſeu ad periculum.

Tandem circa omnia iſta commercia, & ſocietates hoc vtile principium, debet obſeruari, vt vnicuique ſociorum ſit æqualis ſors proportionabiliter, cum fortuna alterius ſocij, tam ad lucrum quã ad damnum. At verò quando res dubia fuerit an ſit iſta æqualitas in aliquo contractu, vel non, tunc poterunt ſocij cedere iuri ſuo, & reputare æqualẽ eſſe contractum ſicut accidit in emptione, quando neſcitur pretium rei, tunc iuſtum pretium dicitur, quod coemptores iudicarunt iuſtum in quo conuenerunt. Et ratio eſt, quia in tali contractu propter communem ignorantiam vterque ſe exponit pari fortunæ ſtantibus his ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuę caſus.

Argu-

Digitized by Google

Argumentorum Solutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus argumēto in quo dicebatur, quod iniquum eſt alter ſocius ſubiacere periculo mille, vel decem millium ſcutorum, & alter ad nihilum.

Iam diximus quod operæ iſtius æſtimatur, ſicut & pecunia illa propterea cum ſubeat periculum amittēdi operas ſuas, ſicut & ille pecuniam ſuam, manet in eadem naui cum illo, & ſubiacet eidem periculo.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, Si talis ſocietas eſſet legitima ſequeretur, quod maxima pars lucri deberetur ei, qui poſuit pecuniam, ſequela probatur, quia quantitas pecuniæ puta decem millia ducatorum magis æſtimatur, quam operationes, & induſtria alterius ſocij.

Argumenti ſolutio.

Induſtriam ſocij debet æſtimare cū quantum valet, pecuniæ in ſocietate poſitæ.

Lector Theologus negat ſequelā. Et ad probationem dicit, quod induſtria poteſt eſſe tanta, vt æſtimatur magis, quam tota pecunia in ordine ad negotiationem præcipue, vbi maxima induſtria requiritur, pecunia enim niſi ſit in manū induſtrioſi viri non lucratur, vnde ſicut ponens pecuniam ſubiacet periculis multis, Ita quia cum illa negotiatur, imò multoties remanet pecunia, & negotiator occiditur a latronibus, &c. Stantibus his pro caſu, & dubio ponendus eſt alius caſus.

Caſus ſecundus.

IN ſecundo caſu Lector quærit. Vtrum licitum ſit pecuniam ponere in ſocietatem, (ſaluo capitali?)

In dubio primo inueſtigat, An licitus ſit ille contractus quando ſocius, qui pecuniam confert obligat alterum ſocium, vt ſeruet eam integram, & inſuper lucrum reſpondeat?

In ſecundo dubio, Interrogat vtrum ſocietas quæ dicitur, ſocietas de officio licita ſit?

In tertio dubio poſtulat, An ſocietas animaliū iuſta, & licita ex propria natura ſit?

In dubio quarto petit Lector, An licitum ſit dare pecora ruſtico cum pacto, quod tradens recipiat omnes fructus quo ad uſque perſoluatur totum ſuum capitale (& capitali recepto) poſtea pecora ſint communia?

Lector in caſu iſto quærit, Vtrum licitum ſit pecuniam ponere in ſocietatem, (ſaluo capitali,) & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumētum, in cap. per veſtras, de donatione inter virum, & vxorem permittitur, vt maritus dotalem pecuniam, apud mercatorem ponat, vt eius lucro viuat. At hoc exequi non poteſt, niſi ſaluo capitali, ergo licitum eſt pecuniam in ſocietatem ponere (ſaluo capitali.) Minor probatur, quia dos debet ſalua cōſiſtere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumētum deſumptum ex lege. C. pro ſocio, quo in loco ſocietas illa approbatur, vbi vnus pecuniam confert, alter vero operas. Et ex oppoſito reprobare videtur contractum illæ ſocietatis vbi vnus, neque periculum pecuniarum neque laborum ſubit, ergo licitum non eſt ponere pecuniam in ſocietatem (ſaluo capitali.)

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hanc caſum tria facit. Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito. Secundo proponit dubia illa quam diſſoluit. Tertio ſoluit argumenta pro parte affirmatiua caſus. In primis tamen obſeruat, quod quęſtio iſta eſt in controuerſia inter Doctores tamen quia controuerſia iſta paruam ambiguitatem habet (ideo relicta illa) ad concluſionem reſponſiuam ſe vertit.

Licitum non eſt ponere pecuniam in ſocietate. ſaluo capitali.

Concluſio neutiquam licitus eſt contractus vbi quis pecuniam ponit, vt nulli ſe exponat periculo, ſed alter tenetur quicquid accidit eundem ſeruare indemnem.

Concluſio iſta certiſſima eſt, quia hęc in rei veritate non eſt ſocietas, ſed verè mutuum. Eo enim ipſo inquit Magiſter Dominicus a Soto, quod alter periculo ſuæ pecuniæ ſubit efficitur illius pecuniæ Dominus, cui res perit ſi perdatur ergo quicquid vltra capitale mutuator illę recipiat eſt viura, ergo in hoc contractu, nulla adeſt ſocietas. Rationis hoc manifeſtat. Nam ille nihil ponit, quandoque pecuniam in virtute, iam non eſt ſua ſed eſt, eius cui mutuauit, ſub obligatione ad reſtitutionem faciendam, & vt ad rem noſtram deſcendamus dicimus, quod ille qui neque operas, neque pecuniam exponit periculo, non bene negotiatur, & non eſt verè ſocius. Illa enim eſt vera negotiatio, vbi propria negotiationis pecunia, negotio exponitur. Et vt clarius percipiatur veritas doctrinæ huius ponamus dubia diſputanda.

Dubium primum.

LEctor in dubio hoc quærit, An contractus ſocietatis licitus ſit, vbi qui ponit pecuniam obligat ſocium, vt ſeruet capitale, & det lucrum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, Qui contulit pecuniam ſocio ad negotiandum, poterit poſtea cum illo facere contractum aſſicurationis talem, v.g. Petrus ponit mille apud Paulum, vt Paulus negotietur. Et præterea, ipſe Petrus petit a Paulo, vt aſſicuret mille pro quinquaginta. Item petit ipſe Petrus a Paulo, vt emat lucrum quod ſperatur pro cento, tunc arguitur ſic. Ecce quod Petrus in caſu propoſito, ſoluo capitali, quod contulit in ſocietatem recipit aliquod lucrum ab alio ſocio obligando illum, vt reddat ergo quis dare poteſt in ſocietatem pecuniam ſuam, ſaluo capitali. Probatur conſequentia, quoniam omnes contractus iſti liciti ſunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratio deſumitur, ex his quæ dicta ſunt pro deciſione caſus, quia iſtæ nihil ponit in rei veritate in ſocietatem, ergo ex illa nihil lucri accipere poteſt.

Si quis ad infernũ deſcendit pro pœnitẽtia facta in mortali, & pro venialibus in æternum punitur.

per accidens tamen fieri poteſt. Pœna temporalis numquam venit æterna per ſe, poteſt tamen venite æterna per accidens, ratione ſtatus illius cuius eſt talis pęna. Nam ille, qui deſcendit in infernũ, manet inimicus Dei, & numquam illi reconciliabitur, per conſequens pęna illa pro homicidio, licet mutata fuit in temporalem per confeſſorem, & ſacramentum pęnitentiæ, At quia pro illa ſatisfactum non fuit in hac vita in charitate, perſeuerabit pœna illa in tali perſona in perpetuum. Imò eadem ratione accidentalia, iſte talis pro venialibus punitur in æternum. Clarum eſt quod in inferno nulla fit remiſſio pęnæ. Aliter in inferno daretur redemptio, quod eſt contra id quod canit Eccleſia dicẽs. In inferno nulla eſt redemptio. Similiter ibi eſſet ſpes aliqua, & refugium, quod nullus admittit. Dixit enim Pater Abraham diuiti illi. Recordare fili quod recepiſti bona in vita tua, Lazarus ſimiliter mala. Nunc etiam hic conſolatur, tu vero cruciaris. Ecce quod in inferno cruciatus numquam deficiet.

Impugnat 3.

Contra inquit Durandus. Si hoc eſſet Deus ſe, oſtenderet valde crudelem puniendo æternaliter in inferno pro his quæ temporaliter erant punienda in hoc mundo, vel in Purgatorio.

Impugnationis ſolutio.

Pœnitia ſoluẽda in mundo in tẽpore in inferno eſſe ẽtum eſt æternum.

Theologus negat aſſumptum, & rationem aſſignat huius negationis dicendo, quod modus debitus in ordine, v.g. ad homicidius (ex ſui natura) erat perpetuus, ſed Dei gratia fuit mutatus, vt per remiſſionem culpę talis modus fieret temporalis. Ideo quando homo, culpa ſua fit hoſtis Dei, nulla fit illi ieiunia, ſi tamquam hoſtis perpetuò puniatur. Dum.n. homo ab hac vita recedit conſtituitur ei plagarum modus, vt pro quocumq; delicto, non delecto per pęnitentiam perpetuò puniatur.

Argumẽtum tertium.

Lector ponit vltimum argumentum pro ſigillo doctrinæ huius caſus, inquit.n. ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur. ſed penitens quando pęnitentiam incoauit erat in charitate, ergo tota ſatisfactio ſequens ex illa charitate informata intentionem efficacem habebit. Confirmatur intentum, ſatiſfactio conſiſtit in quadam adequatione culpæ ad pęnam, ſed talis adequatio pœnæ fieri poteſt ab eo, qui non habet charitatem, ergo non exiſtens in charitate poteſt ſatisfacere pro peccatis ſuis.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento dicit, quod intentio illa, interrumpta eſt per peccatum ſequens. Ideo nullã vim dat operibus factis poſt peccatũ. Ad hoc.n. quod intẽtio ferat vim operibus, ſequẽtibus oportet q in principio actionis ſit actualis, & virtualiter reperiatur in tota actione. Ecce exemplum, quando quis proijcit lapidem, tactus ſemper eſt cum lapide, dicit.n. Ariſt. mouens, & motũ oportet eſſe ſimul. In principio tactus tangit actualiter, quia tangit lapidem dum proijcit illũ. In toto reſiduo motus, tactus eſt virtualiter inquãtum virtus in principio impreſſa in lapidem illũ concomitatur, Dato caſu, quod aliquis in medio itineris obuiaret lapidi illi reſiſtendo fortiter motui illius ceſſaret motus eius, & per conſequens

Satisfactio incepta in charitate perſeuerare nõ poteſt ſi intemperatur peccato, peccatũ enim charitatem tollit.

motio illa virtualis impreſſa in illo, in principio motus a proijciẽte ceſſaret, Idem occurrit in propoſito noſtro. Quando quis in charitate exiſtens incipit facere ſuam pęnitentiam, informauit actũ illum, ſed præualuit peccatum, quia ſtatim quod pęnitens conſentit peccato corrumpitur motus charitatis in ſatisfactione exiſtens. Imò tollitur ipſa charitas, & per conſequens ſatisfactio ſubſequens nullum prorſus robor a charitate habet, ecce claritas doctrinæ Angelicæ.

Ad confirmationem dicimus, quod exiſtens extra charitatem non poteſt Deo ſatisfacere, ratio eſt, quia prout in deciſione caſus diximus, Satisfactio ſacramentalis, non ſolum fundatur in iuſtitia, ſed præcipuè in amicitia, quam reperiri debet inter Deum, & hominem. Imò principaliter ſatisfactio fundatur in amicitia, quæ ſine charitate eſſe non poteſt, Hæc dicta ſunt pro caſu iſto, & hijs ab illo egredientibus. Modo ponamus vltimum caſum.

Caſus tertius.

Lector proponit tertium caſum diſputandum cum dubijs, circa opera ſatisfactoria, quo ad eſſe, & qualitatem illarum in ordine ad ſacramentum pęnitentiæ.

In caſu ergo quęrit. Vtrum opera ſatisfactoria ſacramentaliter ſint illa tria communiter dicta. ſ. ieiunium oratio, & eleemoſynam.

In dubio inueſtigat. An ſatisfactio ſacramentalis fieri poſſit de alias debitis, puta ieiunare die ieiunij Eccleſię, Audire Miſſam die feſto, &c.

In caſu quęrit Lector. Vtrum merito illa tria, ſcilicet ieiunium, oratio, & eleemoſyna conuenienter dicuntur opera ſatisfactoria. Argumenta formatur pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua eſt tale argumentum. Id quod habetur ab vſu Eccleſię tenendũ eſt pro certo a quocũq; fideli, ſe per vſum Eccleſię cõfeſſarij per pęnitentia peccatorũ aſſignãt ieiunia, vel orationes, vel eleemoſynas, ergo iſta ſunt opera ſatisfactoria in foro ſacramenti pœnitentię.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format tale argumentum circa orationem. Opus ſatisfactoriũ, ex doctrina D.Th. q. 15. art. 1. in ſupplemento. 3. p. debet eſſe pęnale, ſed oratio pęnam non habet. Imò ipſa remouet pęnã triſtitię, ergo oratio non eſt cõputanda inter opera ſatisfactoria. Min. autem ſic probatur, ex D. Iacobo Apoſt. cap. 5. Triſtetur aliquis in vobis oret, & pſalat, ergo oratio remouet pęnam.

Partis negatiuæ probatio.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

Lector Theologus pro caſu iſto tria facit. Primo, vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quęſito. Secundo proponit dubium, & ſoluit. Tertio, reſpondet argumentis partis negatiuę caſus.

Opera ſatiſfactoria in ſacramento pęnitentiæ ſunt ieiunium oratio, & eleemoſyna.

Concluſio. Opera ſatisfactoria ſacramentaliter ſunt illa tria communiter dicta. ſ. ieiunium, oratio, & eleemoſyna. Angelicus Doctor volens oſtendere opera illa tria ſupra nominata

eſſe

eſſe ſatisfactoriũ hoc modo procedit. Satisfactio ſacramẽtalis talis eſſe debet inquit, per quam aliquid nobis ſubtrahamur ad honorem Dei. Nos nõ habemus niſi tria bona a quibus aliquid ſubtrahere poſſumus in honorem Dei. Prima ſunt bona animæ. Secunda ſunt bona corporis. Tertia ſunt bona fortunæ, ſ. bona exteriora. Ex bonis fortunę ſubtrahimus nobis p eleemoſynã. Ex bonis corporis per ieiunium, ex bonis animæ, per orationem. Et hoc tertium fit, dum per orationem totaliter Deo nos ſubiicimus.

Hæc tria non ſolum in ſatisfactione reperiuntur ex parte præteritorum peccatorum, ſed etiam ex parte futurorum. ſ. ratione medicinæ, & perſeuerantiæ a peccatis ex ſententia D. Auguſtini, inquit Doct. Sanctus. Et hoc manifeſtatur authoritate Apoſt. Ioan. cap. 4. a quo tres radices peccatorum ponuntur. ſ. concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Contra concupiſcentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiſcentiam oculorum ordinatur eleemoſynam, contra ſuperbiam vitæ ordinatur oratio, ratio eſt, quia oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, ex D. Auguſtino ſuper Math. Similiter opera iſta ad ſatisfactionem pertinent, prout ſatisfactio indulgẽte nõ debet aditum ſuggeſtionibus. Omne peccatum, vel eſt in Deum, vel in proximum, vel in ſeipſum. Contra peccatum in Deum ponitur oratio, contra peccatum in proximum ponitur eleemoſyna, contra peccatum in noſipſos eſt ieiunium.

Aſſignatur ordo iſtarum operationũ ſatisfactoriarũ per pęnitentiam peccatorum.

Ordo iſtarum operationum ſpeculatiuè eſt aſſignatus, prima eſt oratio, quæ ordinatur ad Deũ, ſecunda eſt ieiunium, quæ ordinatur ad nos, tertia eſt eleemoſyna, quę ordinatur ad proximum. Exequutiuè tamen alius ordo ſignatur, prima eſt ieiunium, ſecunda oratio, tertia eleemoſyna per ieiuniũ. n. corpus extenuatur, & fit ſpirituale, vt orationi, quæ eſt eleuatio mentis in Deum non ſit impedimentum. Poſtea quia per orationes beneficia a Deo impetramus hinc benefici efficimur eleemoſynas largiendo pauperibus. Non ſolum enim ex ieiunio, & oratione beneficia, & miſericordia proueniunt, ſed omnes virtutes. Nam ſicut omnia mala, ex ſenſualitate carnis veniunt radicaliter, & complectiua per conſenſum anima. Ita attenuatum corpus per ieiunium, & impinguatus animus per orationem apparet omne bonum, hoc autem manifeſtat Eccleſia in pręfatione ieiunij dicendo Deo. Qui corporali ieiunio vitia comprimis mẽtẽ eleuas virtutẽ largiris, & præmia, &c. His ſtantibus ad dubium eſt deſcendendum.

Dubium.

IN dubio hoc inquirit Lector. An confeſſarius ſignare poſſit, loco pœnitentiæ ipſi pęnitenti ieiunia vigiliarũ, orationes, alias illi ex voto, vel ſtatu obligatas, vel eleemoſynã faciendam alicui exiſtenti in maxima neceſſitate, ad quam ex præcepto charitatis tenetur, etiam quod confeſſarius hoc non imponeret illi. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. In caſu quo martyrium eſt in præcepto ſatisfactio per illud fit, quia qui moritur pro Chriſto ad plenum ſatisfacit pro peccatis ſuis, ergo quis ſatisfacere poteſt ſacramentaliter per opera ſatisfactoria alias debita. Vſus Eccleſię etiam hoc manifeſtat. Nam in multis caſibus confeſſarij pro pœnitentia aſſignant ieiunia de pręcepto, orationes neceſſarias. Et incurrere in neceſſitate poſito.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Satisfacere, eſt facere ęquale debito ſed ęqualitas non apparet, quando reſtituitur id quod alias eſt debitum, v. g. ſi tu deberes mihi decem ſcuta realiter, & reſtitueres mihi ex mea pecunia decem ſcuta non ſolueres debitum. Ita ſi ieiunas ieiunium pręcepti non ſatisfaceres pro peccatis cõfeſſis ſacramentaliter. Ratio ſuadet, quia prius tenebaris ad illud ieiunium perſoluendum.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit. Primo ponit diuerſas opiniones circa hanc materiam. Secundo vnica concluſione, cum Illuſtriſſimo Domino Caietano ſatisfacit quęſito, pro parte affirmatiua. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiuę, iuxta ſententiam aduerſariorum.

Quo ad primum obſeruandum eſt, quod circa hunc caſum, multi multa dicunt Scotus, & multi Thomiſtę tenent partem negatiuam, vt Paludanus. Syl. Campolus moti ratione adducta pro parte negatiua dubij, & alijs ſimilibus, Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus Caietanus, queſt. 1. in tractatu de ſatisfactione tenet partem affirmatiuam, Magiſter Dominicus a Soto in 4. ſententiarum videtur tenere viam mediam, tandem tamẽ venit in ſententia Caietani Illuſtriſſ. Et quia ſententia iſta Illuſtriſſ. Domini Caietani veriſſima eſt, cum illo ponemus concluſionem ſequentem.

Dare poteſt confeſſarius pro pęnitẽtia opera ſatisfactoria alia debitas ipſi pęnitenti.

Concluſio. Confeſſarius iuſtis ex cauſis poteſt pro pœnitentia aſſignare pœnitenti ieiunium de pręcepto, vel operationes alias debitas, hoc. n. multis rationibus ſuadet Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, & probat (ſupoſito tamen hoc fundamento) ſcilicet, quod idem opus dum eſt opus iuſtitię, & amicitię, ſumptum a diuerſis principijs multiplicis eſſe efficatiæ. In his enim quæ ſunt mixta, vt ſunt illa, quæ ad ſacramentum pœnitentiæ pertinent, talis autem conditionis eſt ſatisfactio noſtra, quia de ſe non eſt ſufficiens ſecundum æqualitatem exactam a pura iuſtitia, ſed ſecundum diuinã acceptationẽ, ergo dum ſatisfactio noſtra a multis capitibus accipit virtutem operandi præſtantiorem effectum producit. Intentum ſic probatur. Eadem pęna ſi a minori charitate procedit, eſt minus ſatisfactoria ſi a maiori charitate eſt magis ſatisfactoria, ergo pœna alias debitas, ſi procedat a maiori charitate, vel a virtute clauium erit plus ſatisfactoria, quam ipſa ſecundum ſe. Vt eſt alias debita, ergo pœna alias debita aſſumi in ſatisfactionem pœnitentialem licet.

Dare pro pęnitentia Pęnas alias debitas pęnitenti virtute clauium ſunt magis ſatisfactoriæ quam ſine illa.

Digitized by Google

Aſſumptum eſt clarũ de excelentia ſatisfactionis Chriſti, propter excellentiſſimam charitatem a qua procedebat. Concluſio ex his neceſſario ſequitur. Et confirmatur ſic, honorare parentes eſt de præcepto. Si quis extra charitatem illos honorat ſatisfacit præcepto. Si autem ex charitate hoc facit, & ſatisfacit præcepto, & meretur vitam æternam de condigno. Similiter qui facit eleemoſynam egeno ſatisfacit præcepto (etiam ſi ſit in mortali) ſi eſt in gratia vltra quod ſatisfacit præcepto meretur vitam beatam. Ita qui ieiunat tempore ſuo ſatisfacit præcepto Eccleſiæ; etiam ſi non ſit in gratia Dei. At ſi eſt in gratia ex hoc quod ſatisfacit præcepto Eccleſiæ acquirit ſibi patriam cæleſtem. Si autem hoc facit virtute clauium ſatisfacit etiam pro peccatis confeſſis. His ſic declaratis, ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

Theologus Illuſtriſſimus Dominus Caietanus ſatisfacit primæ inſtantiæ dicendo, ſatisfactio eſt duplex. Prima ex mera iuſtitia de qua eſt ſermo in ratione adducta pro parte negatiua. Secũda ſatisfactio fundatur in amicitia. Primo ſecundario tamen in iuſtitia, & talis eſt ſatisfactio ſacramentalis. Prima ſatisfactio ſemper fit ex proprio. Secunda aliquando non ex proprio ſimpliciter, ſed de accepto a creditore, dummodo pro ſatisfactione ſit datum. Et in hoc ſenſu poteſt fieri ſatisfactio de alias debito. In cuius ſignum, inquit Caietanus Illuſtriſſ. Laudabilis multorum confeſſariorum conſuetudo antiqua, vt patet in veteri Breuiario (qui abſoluendo pęnitentem dicit) prout notatum eſt etiam in Breuiario præſenti. In oratione illa, Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Et addit, & quicquid boni feceris; vel intendis facere, & mala, quę ſubſtines, & patienter ſubſtinebis. Sint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, & non dicit, quicquid ſuper erogationis boni feceris, vel mala vltra condignũ ſubſtinebis.

Satisfactio fieri poteſt etiã quod omnino non ſit ex proprijs, ſi ſatisfactio principaliter in amicitia fundatur.

Nota.

Impugnatio.

Impugnat hanc doctrinam Paludanus dicendo, quod ſi cui fuerit impoſita pro pęnitentia eleemoſynam, & illam pęnitens, daret alicui poſito in extrema neceſſitate, minima pęnitentia impleret, cum ſub præcepto charitatis talem eleemoſynam facere debebat. Et idem affirmat de præcepto ieiunij, ergo nullus ſatisfacere poteſt pro peccatis, alias debitis, ſiue ſit oratio, ſiue ieiunium, ſiue eleemoſyna, & addit Paludanus, quod oratio illa dicta a ſacerdote ſuper pęnitentem, & quicquid bonis feceris intelligitur de bonis ſupererogatorijs.

Impugnationis ſolutio.

Theologus cum Illuſtriſſimo Domino Caietano deſtruit hanc impugnationem dicendo, quod in vtraque Paludanus decipitur, quia in vtroque ſatisfacit pro culpis virtute clauium. Magiſter Dominicus a Soto reliquit has extremas ſententias, & ponit mediam corroborando ſententiam Illuſtriſſ. Domini Caietani; & illam declarat, & applicat ad caſus particulares. Dicit. n. quod Eccleſia ieiunia Quadrageſimalia, & Quatuor temporũ, & Vigiliarum, in ſatisfactionem peccatorum inſtituit; & quod ieiunia iſta applicari poſſunt pro ſatisfactione peccatorum in ſacramento pęnitentiæ. Clarum eſt quod idem homo teneri poteſt ad ieiunium, v. g. Aſſumptionis ex præcepto Eccleſiæ, & qualiter ex voto, & ex conſtitutione ſuæ religionis, talis ieiunando in die illa ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, voto ſuo, & ſui Religioni, ergo a ſimiliter. Si confeſſarius in confeſſione alicui imponit vt ieiunet in vigilia S. Laurentij ieiunando ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & præcepto cõfeſſarij. Magiſter Dominicus a Soto tamen dicit (& bene vtiq;) quod opera iſta alias debita non ſunt iniũgenda more ordinario, quia niſi ſpecificantur opera illa non intelliguntur de alias debitis. V. g. ſi dicas pœnitenti, ieiuna tribus diebus dic officium mortuorum, fac tantam eleemoſynam, abſq; alia ſpecificatione, non ſatisfaceret pęnitens ſi pro peccatis ſuis ieiunaret tres dies Quadrageſimæ, vel diceret officium mortuorũ, ad quod tenetur quaslibet hebdomada, vel ſi daret eleemoſynam alicui in extrema neceſſitate poſito. At ſi hoc faceret ex ordine expreſſo confeſſarij, ſatisfaceret, & præcepto diuino, & præcepto confeſſarij. Et oppoſitum faciendo contra vtrumque præceptum peccaret. Vnde inquit Magiſter Dominicus a Soto, quod quãdoque erit ſalutare cõſilium iniungere tales pęnitentias. v. g. ſi pęnitens non ſeruat ieiunium de præcepto, ex aliqua leui cauſa, bene erit imponere, vt ieiunet illis diebus, vt in poſterũ non ſit negligens ad hoc faciendũ. Similiter, ſi eſt auarus, qui non vult ſuccurrere egeno (in extremis poſito) poteſt Confeſſarius obligare illum ad hoc faciendum, vt aſſueſcat ſeruare præceptum charitatis, & ſic de alijs eſt dicendum.

Confeſſarij poſſunt in cõfeſſione dare in pęnitentia opera ſatisfactoria etiam obligata alias ſed non paſſiua.

Argumentator inſurgit contra hanc reſponſionem dicẽdo, quod doctrina iſta eſt contra D. Anſelmum. Inquit. n. D. Anſelmus, in libro Cur Deus homo, per illa fit ſatisfactio, quæ non poſſunt ab hoĩem exigi, niſi peccaſſet, ergo de his q̃ cadunt ſub præcepto nõ põt fieri ſatisfactio ſacramẽtalis.

Inſtantia 2.

Theologus dicit, ꝙ inſtantia iſta non facit ad propoſitũ, quoniã D. Anſelmus, illo in loco oſtendit, quod ſatisfactio fieri debet per pęnalia, quæ nobis, nõ eſſẽt pęnalia ſi homo nõ peccaſſet, igitur dicit ꝙ ſatisfactio fit per illa q̃ nõ poſſet ab hoĩe exigi niſi peccaſſet. His igitur pro dubio ſtãtibus, ſoluẽda ſunt argumenta pro parte negatiuã caſus.

Inſtantia ſolutio.

Argumentorum ſolutio.

Theologus primo argumento ſatisfacit dicendo, quod duplex datur reſponſio. In primis per diſtinctionem dicit Doctor Sanctus ex ſentẽtia aliorũ quod duplex eſt oratio quædã quę eſt contemplatiuorũ quorum conuerſatio in cęlis eſt, & talis oratio, quia plenè eſt dilectione non eſt ſatisfactoria. Iſta eſt oratio mentalis, quæ eſt, abſque vllius pœnæ mixtura. Alia oratio eſt vocalis, quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam, & eſt ſatisfactoria.

Argumenti ſolutio.

Duplex oratio mentalis, & vocalis, & vtraq; eſt ſatisfactoria ſacramẽtaliter.

ſecun-

ſecundum reſponſum eſt de mente D.Thom.ſcilicet, quod omnis oratio etiam mentalis, eſt ſatiſfactoria non ſolum, quia meritoria, ſed quia eſt afflictiua carnis ex D.Gregor.ſuper Ezechielem. Vbi dicit, Dum creſcit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur proculdubio in nobis fortitudo carnis, in cujus figura. Neruus femoris Iacob ex lota Angeli emacuiſſe legitur Geneſ. 32. Vnde Doctor Angelicus dicit, licet oratio habeat ſuauitatem ſpiritus, habet tamen afflictionem carnis, & loquitur ibi D. Thom. de omni oratione. Non eſt tamen danda pro pęnitentia ſacramentali oratio mentalis, ſed vocalis, vt illudetur pœnitens a Dæmone, in perſoluendo pœnitentiam ſuam. Neque omnis operatio ſatisfactoria debet eſſe pęnalis, ſatis eſt quod habeat pęnalitatem anexam.

Argumentum ſecundum.

Lector format ſecundum argumentum ad excludendam eleemoſynam ab ipſa ſatisfactione ſacramentali ſic dicendo. Omne peccatum, vel eſt carnale, vel ſpirituale, Sed per D. Hieronym. Ieiunio ſanatur peſtis corporis, & oratione peſtis animæ, ergo ſuperflue aſſignatur oratio, opus ſatisfactorium.

Argumenti ſolutio.

Theologus, per diſtinctionem ſatisfacit huic argumento dicendo, quod aliquod dicitur peccatum carnale dupliciter. Vno modo inquantum in ipſa delectatione carnis complentur, vt luxuria, & gula. Alio modo dicitur peccatum carnale, quia habet ordinem ad carnem quamuis non in delectione carnis, ſed magis in delectatione animæ conſiſtit, vt auaritia, & peccata ſimilia, talia.n. peccata ſunt media inter carnale, & ſpirituale peccatum. Ideo pro illis ſatisfaciendum eſt mente, & corpore mēte orando corpore eleemoſynas largiēdo pro illis. Iſta peccata media ab Apoſt. ad Gal. 5. vocantur opera carnis ibi.n. dicit. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio immunditia, &c. Iſta ſunt verè carnalia. At non firmatur in illis, ſed numerat, & media ſubdendo, ibi auaritia, diſſenſiones, &c. Iſta peccata media inter carnalia cōnumerat, quia ad commodum corporale, & carnale ordinantur.

Triplex peccatum datur .ſ. corporale ſpirituale, & medium.

Argumētum tertium.

Lector format tertium argumentum ad excludendum ieiunium, & orationem, ab operibus ſatisfactorijs, quod eſt tale ſatisfactio eſt neceſſaria ad emundationem peccatorum, ſed eleemoſyna ab omnibus peccatis emundat ex Domini ſententia, Lucæ 11. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis, ergo alia duo, ſcilicet oratio, & ieiunium ſunt ſuperflua.

Argumenti ſolutio.

Theologus cum D.Thom. huic argumento ſatisfacit dicendo, verū eſſe, quod in aliquibus caſibus eleemoſyna pro quolibet peccato ſatisfacit loquendo, tamen regulariter iuxta qualitatem peccati danda eſt pęnitentia per legem illam, per ea quis peccat per ea & torquetur, & per regulam medicorum, contraria contrarijs curantur. Oratio eſt medicina contra verba impertinentia. Ieiuniū contra laxiuiam. Eleemoſyna contra auaritiam. Iſta ſunt remedia oportuna, quia nihilominus nō oībus æqualiter proſunt, ideo ſi quis ieiunare non poteſt oret. Si non eſt capax fructur orationis diſtribuat ſubſtantiam ſuam in eleemoſynam, ſi nō habet aliquid ad diſtribuendum oret, vel ieiunet. Ideo dicit Angelicus Doctor. Et qui non poteſt vnum ex his perficere iniungatur aliud, præcipue eleemoſyna, quia pauper illæ orabit, & ieiunabit pro illo, quod obſeruandum eſt pręcipue cum his qui eleemoſynā facere poſſunt. Eleemoſyna optima operatio ſatisfactoria vtique eſt, tamen quia libidinoſus libentius eleemoſynam faceret quam ieiunaret, illi vt ſic eleemoſyna non eſt iniungenda, ſed ieiunium, quia ieiunium eſt medicina contra libidinem, ideo libidinoſus ieiunare debet, orare, & eleemoſynam facere, vt pauperes pro illo orent.

Satisfactio variari pōt ab iſto confeſſario præcipue eleemoſyna eſt optimū opus ſatisfactorium.

Obſeruandum tamen eſt quod ſicut omnia peccata redducuntur ad ſupra nominata, ita omnis pęnitētiam ad aliquam illarum trium ſatisfactionum reducitur. Quicquid ad afflictionem pertinet totum ad ieiunium refertur inquit D. Thom. quicquid in vtilitatem proximi expenditur habet rationem eleemoſynæ, ſimiliter quæcumq; latria Deo offertur vim habet orationis. Vnde vnū opus aliquando haber plures rationes ſatisfaciendi. Ex quibus apparet ſtultitia hæreticorum.ſ. Iouiniani dicētis ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum, Pelagij aſſerētis orationem prorſus eſſe inutilem, & mollius virtutis. Oſtenſum eſt.n. Ieiunia, & orationes eſſe opera ſatisfactoria, ergo ſunt alicuius momenti. Vnde merito hæc hæres damnauit Cōcil. Trid. de his omnibus ad hanc diſputationem pertinentibus ſatis dictum ſit.

Aliæ ſatisfactio. a tribus ſupra nominatis reducuntur ad illas tres.

DISPVTATIO SECVNDA

in littera S.

De Seditione.

LEctor in hac diſputatione vnum caſum proponit cum ſuo dubio anexo. In caſu quærit, Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccato. Et in dubio, an ſit mortale peccatum.

Caſus.

IN iſto caſu igitur Lector quærit. Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum. Et more ſolito format argumentum, pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Primo pro parte affirmatiua ſic D. Paulus 2. Corinth. 12. dicit quod ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam, ſed eſſe tumultum ad pugnam eſt peccatum diſtinctum contra alia peccata, ergo ſeditio eſt ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte autem negatiua argumētatur ſic. Inquit Iſidorus in lib. 10. Etymologiarum. Seditioſus eſt qui diſeutionem animarum facit, & di-

ſcordias gignit, ſed ex hoc quod aliquis aliquod peccatum procurat non peccat alio peccato genere niſi illo quo procurat, ergo videtur quod ſeditio non ſit ſpeciale peccatum a diſcordia diſtinctum.

Deciſio caſus pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus breuiter declarat hunc caſum, pro cuius deciſione tria facit. Primo manifeſtat diſtinctionem repertam inter bellum rixam, & ſeditionem. Secundo tribus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit argumenta partis dubij. Quo ad primum diſtinctio reperta inter hæc eſt iſta quæ in duabus conſiſtunt. Primo quidem quia bellum, & rixa importãt mutuã impugnationem in actu, ſeditio hoc neceſſario non exigit, quia ſeditio poteſt dici, ſiue fiat huiuſmodi impugnatio in actu, ſiue fiat præparatio ad talem impugnationem, prout declarat Gloſſ. in verbis citatis. D. Pauli dicendo, quod ſeditiones ſitnt tumultus ad pugnam, f. cum aliquis ſe præparant, & intendunt pugnare. Bellum & rixa dicunt quantam contradictionem actualem. Secundo differunt, quia bellum proprie eſt contra hoſtes extraneos, quaſi multitudinis ad multitudinem. Rixa autem eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos, ſeditio proprie eſt inter partes vnius multitudinis inter ſe diſſentientes, puta cũ vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam. Ex his eliciuntur concluſiones, pro ſecundo loco ponendæ.

Oſtendit in quo cõueniat, vel diſtinguitur ſeditio a rixa, et bello vel in quo cõuenit cum illis.

Concluſio prima. Seditione eſt quodã ſpeciale peccatum. Probatur concluſio iſta quia ſeditio habet ſpeciale bonum pro obiecto cui opponitur vnitas multitudinis.

Concluſio ſecunda. Seditio quantum ad aliquid conuenit cum bello, & rixa. Quia omnia iſta tria. ſ. Bellum, Rixa, & ſeditio important contradictionem.

Concluſio tertia. Seditio quantum ad aliquid differt a bello, & rixa. Probatur concluſio iſta. Quia ſeditio importat impugnationẽ, ſiue in actu, ſiue in potentia. i. in præparatione factam, vt patet ex D. Paulo, & ex Gloſſa. Ad Cor. 12. Epiſtola ſecunda. Bellum, autem & rixa importat impugnationem in actu factam, illa in præparatione. Secundo, quia ſeditio eſt, unius partis multitudinis eiuſdem ad aliam partem, bellum vnius multitudinis ad aliam multitudinem. Rixa autem vnius hominis ad vnam, vel paucorum ad paucos. Hæc pro ſecundo puncto. Nunc ad tertium eſt deſcendendum. i. ad ſolutionem argumentorum.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

Diſcordia ſe habet, vt genus ab bellũ rixam, et ſeditionem. Et hæc ſcientia ſpecies illius.

THeologus ſatisfacit, primo argumento dicendo. Quod ſeditioſus dicitur qui ſeditiones excitat. Cum ergo ſeditio quandam diſcordiã importat propterea ſeditioſus, qui diſcordiam facit, non quamcumque diſcordiam, ſed inter partes alicuius multitudinis. Nam diſcordia eſt communius quid quam diſcordia talis. i. diſcordia ſeditioſorum, quæ vnico vocabulo dicitur ſeditio. Diſcordia autem & debellantibus, & de rixantibus, & de contendentibus, & ſeditioſis dici poteſt, ſeditio proprie de ſeditione prædicatur. Obſeruandum tamen eſt quod peccatum ſeditionis, non ſolum eſt in eo qui diſcordia ſeminat, ſed etiam in eis qui inordinate ab inuicem diſſentiunt.

Argumẽtum ſecundum.

Lector inſurgit contra prædicta dicendo. Seditio diuiſionem quandam importat, ſed nomen etiam ſchiſmatis ſumitur a Sciſſ. vt habetur 2.2. q.39. art. 1. ergo peccatum ſeditionis non videtur diſtinctum a peccato ſchiſmatis.

Argumenti ſolutio.

Theologus huic argumento ſatisfacit dicendo ad minorem quod ſeditio licet in hoc termino ſcripturæ, conueniant in ſchiſmata, differt tamen ab ea in duabus. Primo, quia ſchiſma opponitur ſpeciali virtuti multitudinis. i. vnitati Eccleſię, ſeditio autem opponitur temporali, vel ſeculari multitudinis vnitati, puta ciuitatis, vel regni. Secundo, quia ſchiſma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalem, ſed ſolum importat diſſenſionem ſpiritualem. Seditio autẽ importat præparationem ad pugnam corporalem.

Seditio, et ſchiſma in duobus diſtĩguũtur licet cõueniant in vno.

Argumẽtum tertium.

Contra hoc ſe opponit Lector dicendo. Omne ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctam, vel eſt vitiũ capitale, vel ab aliquo vitio capitali oritur, ſed ſeditio, neq; computatur inter vitia capitalia, neq; inter vitia, quæ ex capitibus oriuntur. Vt clam eſt videre apud D. Greg. Moral. 31. vbi vtraque vitia diſtinctè numerantur, ergo ſeditio non eſt ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum.

Argumenti ſolutio.

Theologus dicit ad min. quod ſeditio ſicut, & ſchiſma ſub diſcordiæ, quæ eſt filia ſuperbiæ continetur, vtrunque vitium eſt diſcordiam quædam non verius ad vnum, non multitudinis ad multitudinem, ſed partium multitudinis ad inuicem. Schiſma a diſcordia, immediate venit a diſcordia, & mediata diſcordia a ſuperbia, ita & ſeditio, prima venit ſecũdum actum interiorem, ſecunda ſecundum actum exteriorem. Hæc vnit pro caſu iſto. Nunc autem propoatur dubium.

Dubium.

Partis affirmatiuæ probatio.

IN hoc dubio quærit Lector. An ſeditio ſit ſemper peccatum mortale. Et pro vtraque parte rationes adducit. Primo pro parte affirmatiua ſic Apoſt. Paulus 2. Cor. 12. prohibet ſeditiones inter alia peccata, quæ mortalia ſunt, ergo ſeditio eſt ſemper peccatum mortale.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua talis eſt ratio. Seditio importat tumultum ad pugnam, vt habetur in Gloſ. ſuper Paulum adductam in caſu. Sed pugna, nam eſt ſemper peccatum mortale, ſed quandoque eſt ſine peccato, iuſta, & licita, vt oſtendit Angelicus Doctor 2.2. q 42. art. 1. de bello, ergo multo magis ſeditio poteſt etiam ſine peccato mortali.

Dubii

Digitized by Google

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro deciſione dubij præſentis duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit obiectiones partis negatiuę.

Concluſio prima eſt. Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale. Probat concluſionem iſtam ſic, Lector dicendo, Seditio opponitur vnitati multitudinis.i.populi ciuitatis,vel regni. Populi autem multitudo præcipue includit ſapientes,non eſſe cętum multitudinis,ſed cętum iuris, cum ſenſu,& vtilitatis communionis ſociatum prout dicit D.Auguſtinus, lib. 2.de ciuitate Dei, cap.21. ante medium,& lib. 19.cap. 22. tom. 5. Vnde manifeſtum eſt vnitati cui opponitur ſeditio,eſſe vnitatē iuris,& communis vtilitatis.Cum ergo ſeditio opponatur communi bono, & iuſtitiæ, ergo ex ſuo genere,eſt peccatum mortale, quod et inſinuatur ex argumento, pro parte affirmatiue adducto, in quo Apoſtolus numerat ſeditionem inter peccata mortalia.

Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & grauius, quā rixa.

Concluſio ſecunda. ſeditio illa eſt tantum grauius peccatum quantum bonum commune,quod impugnatur per ſeditionem eſt magnū, & quam bonum priuatum, quod impugnatur per rixam. Peccatum autem ſeditionis Primo quidē,& principaliter pertinet ad eos,qui ſeditionem procurāt, qui grauiſſime peccant. Secundo ad eos, qui illas ſequuntur perturbantes, contra bonum commune. Illi autem qui bonum commune defendunt eis reſiſtentes, non ſunt dicendi ſeditioſi,ſicut nec illi qui ſe defendunt dicuntur rixoſi. Hæc pro primo puncto, nunc ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus ſoluit primam inſtantiam dicēdo. duplicem eſſe pugnam licitam, & illicitam, pugna quæ eſt licita,fit pro communi bono,& vtilitate. Seditio autem eſt pugna mala, eſt contra bonum commune multitudinis, vnde ſemper eſt peccatum mortale.

Inſtantia 2.

Argumentator inſtat dicendo, Seditio eſt diſcordia quædam,vt habetur in caſu iſto,ſed diſcordia, poteſt eſſe ſine peccato mortali, & quandoque etiam ſine omni peccato, ergo, & ſeditio.

Inſtantia ſolutio.

Reſpondet Theologus dicendo, quod duplex eſt diſcordia. Prima ab eo,quod non eſt manifeſte bonum. Secunda quæ manifeſte eſt mala,quæ opponitur vtilitati communi. Prima poteſt eſſe non ſolum ſine peccato mortali,ſed etiam ſine omni peccato. Secunda autem non poteſt eſſe ſine peccato mortali, & talis diſcordia eſt ſeditio, quæ opponitur vtilitati multitudinis, quæ eſt manifeſte bonum,& eſt ſemper peccatum mortale.

Inſtantia 3.

Vltimo loco inſtat argumentator dicendo. Laudantur illi, qui multitudinem a poteſtate tyrannicam liberant,ſed hoc de facili non poteſt fieri,ſine aliqua diſſenſione multitudinis, de vna pars multitudinis nititur retinere tyrannum,aliam vero nititur eum abijcere, ergo ſeditio poteſt fieri ſine peccato.

Inſtantia ſolutio.

Theologus ſimiliter per diſtinctionem ſoluit hanc inſtantiam dicendo, quod regimen tyrannicum eſt duplex ſimplex,& ſecundum quid,vel ſecundum rationem,aut ſecundum nomen tantum. Regimen tyrannicum ſimpliciter, prout tyrannicum eſt,non eſt iuſtum, quia non ordinatur ad bonum commune,ſed ad bonum priuatum regentis, prout dicit phyloſophus lib.3. Politicorum,cap.5. & lib. 8.Ethic. c.10. Vnde perturbatio iſtius regiminis non habet rationem ſeditionis,niſi forte,inquit D.Th. quando ſic inordinatè perturbatur tyranni regimen, quod multitudo ſubiecta maius detrimentum patitur,ex perturbatione conſequuti, quam ex tyranni regimine. Et ſubdit D. Th. Magis autem tyrannus ſeditioſus eſt, qui in populo ſibi ſubiecto diſcordias,& ſeditiones nutrit,vt tutius dominari poſſit. hoc enim tyrannicum eſt. Cum ſit ordinatum ad bonum proprium. Præſidentis,cum multitudinis nocumento.

Duplex eſt regimen tyrannicū, ſimpliciter,& ſecū.ſum quid, quod idē eſt, quo ad rem, & quoad modum.

Vnde ad argumentum dicitur, quod quærere multitudinem liberare a tyranno, non eſt ſeditio illa enim diſſeſſio multitudinis contra tyrannum ſimpliciter dictum licet quādoque nominatur ſeditio, loquutio eſt impropria, quoniam talis tractatus non eſt contra bonum commune, ſed pro bono communi propterea non eſt vitium, ſed virtus.

Notandum eſt iterum circa ly regionem tyrannicam, ſumitur dupliciter,ſimpliciter,& ſecūdum quid. Tyrannus ſimpliciter eſt ille, qui non habet ius dominij, ſed in tranſactus eſt,contra iuſtitiam, nec ſeruat modum regiminis debitum.i. nō ordinat te uera regimen ſuum ad bonum commune multitudinis, ſed ſub ecta, ſed ad bonum priuatum ſui met getentis. Tyrannus ſecundum quid eſt,qui vnum illorum duorum importat. Vel quia non habet ius ad dominium verum,vel non ſeruat modum regiminis debitum. Poteſt eſſe tyrannus ratione tituli ſolum, quia non habet verum ius dominij. Et tamen modo regendi debito vtitur.i.nō ad proprium bonum, ſed ad bonum ſubditorum gubernans. Et vice verſa poteſt eſſe verus.i.legitimus Dominus,& tamen peccaret tyrannice,in modo gubernandi, prout docet D.Th.2 d.44 art.penult. Et opuſc.20.c.22. q.64.art.3. & ibi Caiet.

Duplex eſt tyrannus ſimpliciter,& ſecundū quid, quo ad ius, vel quo ad modum regendi.

Ly perturbatio, ſecundum ſe tantum conſiderata, ad ſeditionem pertinet, Si autem venit aliunde, ſcilicet ex expulſione tyranni non dicitur neque eſt ſeditio.

Notandum,quod tyrannus multipliciter dicatur,vt declaratum eſt,non debet æquali modo iudicari de perturbatione illius. Nam perturbari non licet, qui eſt tyrannus ſolum,quo ad modum regendi,vt expellatur a dominio,quoniam ius verum dominij habet,bene poteſt procurari,vt a modo tyrannico gubernandi ſe emendat,& modum legitimum gubernandi manifeſtatur. Tyrannum autem,qui eſt intitulus non habens verum ius dominij, poteſt aliquis ordinatæ, ſcilicet ſeruato ordine

dine hic dato a D. Th. perturbare ad hoc, vt expellatur à dominio, quia talis nullum habet ius, quod præſupponitur ad verum domino. De tyranno, vel regimine tyrannico hæc incidenter ſint dicta.

Obſeruandum tamen eſt in calce huius diſputationis ordo vitiorum oppoſitorum pati. Poſt diſcordiam in corde; & contentionem in ore, quatuor vitia in opera ſunt ordinata. Schiſma reſpectu Eccleſiæ vniuerſales quæ vrbem comprehendit, bellum ad diuerſa regna nationes, &c. Rixa ad perſonas qualcumque ſeditio ad partes vnius multitudinis ſe extendit. Hæc ſint pro dubio, & caſu iſto, & pro diſputatione hac.

DISPVTATIO TERTIA in littera S.

De contractu ſocietatis.

LEctor in hac diſputatione proponit duos caſus cum dubijs ab illis egredientibus.

Caſus primus, vtrum contractus ſocietatis ſit licitus.

Caſus ſecundus, vtrum licitum ſit pecuniam in ſocietatem ponere, ſaluo capitali.

Lector igitur in primo caſu, quærit vtrum contractus ſocietatis ſit licitus.

In dubio inueſtigat, An ſit licitus contractus iſtæ v.g. Petrus conferat Paulo centum in ſocietatem, & conditione, vt ex illis centum Petrus non poſſit amittere niſi quandoque, ſed neque lucrari niſi quandoque.

Lector igitur in hoc primo caſu inquitit, vtrum contractus ſocietatis ſit licitus. Et pro vtraque parte (more ſolito) format ſua argumenta.

Pro parte affirmatiua format tale argumẽtum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Ille contractus licitus eſt, qui eſt approbatus à Summi Pontificibus. Contractus ſocietatis eſt, talis ergo eſt licitus. Maior propoſitio probatione non indiget, Minor ſic probatur, in cap. vſuras, de donatione inter virum & vxorem. Innocentius Papa Tertius, approbat contractus ſocietatis, ergo talis contractus eſt licitus, & fieri poteſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua adeſt tale argumentum, Si contractus iſte licitus eſſet ſequeretur, quod in tali contractu iuridicè vnus exponere poſſit totam pecuniam periculo, & alius tantum operas ſuas, ſed hoc non videtur iuſtum ergo, talis contractus non eſt licitus. Maior propoſitio ſic probatur. Nam in aliquibus ſocietatibus magis æſtimantur opera vnius ſocij, quam pecuniæ alterius, ergo vnus exponere poteſt periculo tantum operas ſuas, & reliquus totam pecuniam.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor pro caſus deciſione facit quatuor, Primo obſeruat aliqua pro tota hac diſputatione. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio proponit dubium, & ſoluit illud, Quarto ſatisfacit argumentis pro parte negatiua caſus.

Duplex eſt cõtractus ſocietatis, alter eiuſdem rationis, alter alterius rationis.

In primis eſt obſeruandum, quod contractus ſocietatis eſt conuentio ſiue pactum quorundam ad negotiandum, lucri gratia. Socij verò dicuntur, qui ad negotiationem conferunt in commune pecuniam, ſiue induſtriam, & operas. Secundo eſt obſeruandum, quod contractus ſocietatis eſt duplex quidam dicitur contractus eiuſdem rationis, v.g. quando ſocij commoni pecunia, communi induſtria, communi diligentijs, & communibus miniſtris negotiantur. Alter contractus eſt, & dicitur diuerſæ rationis, quando v.g. quilibet ſocius confert in communi rem differentem. Vt ſi Petrus ponat pecuniam Paulus induſtrias Ioannes operas miniſterij. Tertio eſt notandum, quod contractus iſtæ diuerſæ rationis adhuc dupliciter fieri poteſt. Primo modo ita qui pecuniam confert exponat eam periculo, vel lucro proportionabiliter, cum induſtria alterius ſocij, quæ tanti æſtimatur, quanti ipſa pecunia, Altero modo, vt qui pecuniam confert obligat alium ſocium, vt ſaluam illam ſeruet. Quarto obſeruandum eſt, quod de contractu ipſius ſocietatis diuerſæ rationis, in primo ſenſu dubitatio ſeu difficultas nulla eſt, quando licita ſit cum de hoc definitum ſit perinde impertinens eſt inquirere. An negotiatio illa ſuit ab vno, vel a duobus, &c. ergo ſi æqualitas ſeruetur inter ipſos ſocios licita erit. Vlterius eſt obſeruandum, quod ſocietas tripliciter ſumitur, primo in ordine ad communionem, & diuiſionem bonorũ, quæ in ſocietate ponuntur. Secundo prout eſt in animalibus quæ ſocia dicitur, Tertio in ſpiritualibus, etiam dicuntur ſocietates. Relicta ſocietate, in tertio ſenſu ſumpta, quoniam non deſeruit propoſito noſtro, ſocietas in primo ſenſu eſt duorum, vel plurium conferentium, ſuam pecuniam induſtriam, vel laborem ad lucrandum, vt habetur deciſione 174. de ſocietate, Societas eiuſdem rationis, prout in prima diſtinctione, in qua ſocij communi pecunia, communi induſtria, communibus diligentijs, & miniſtris negotiantur. In quo contractu inquit Magiſter Dominicus a Soto vnum cumulum ſuarum pecuniarum congregant, & habent miniſtros communes, quod quidem genus ſocietatis illuſtribus mercatoribus, in vſu frequentiſſimo eſt, ſcilicet genuenſibus Flurentinis, Veneris, & ſimilibus in quo genere ſocietatis nulla datur ratio dubitandi, quicunque enim pecunia ſua negotiatur ſubit eius periculum, quibus tamen ex peniatum ratio, pro rata ſuæ cuiuſcumque ſortis contingit, ſicut, & lucri diſtributio. Alterum genus ſocietatis eſt, vbi vnus ponit pecuniam, alter vero induſtrias, & operas, vt habetur ſocietatem. ff. pro ſocio, vel ponit induſtriam cum aliqua parte pecuniæ, & de huiuſmodi contractibus peculiariter, eſt queſtio. Exempli gratia, adeſt hic vir honeſtus, qui non habet negotiandi peritias, habet tamen nummos dotales, vel aliter acquiſitos, quos apud mercatorem collocat, vt pro rata ſibi detur pars dot s, quærimus enim ſi hoc ſit licitum.

Triplex contractus ſocietatis mercium animalium, & rerum ſpiritualium.

Concluſio reſponſiue. Si quis pecuniam ſuam ponit in ſocietatem, & ſubiacent periculis eius,

con-

Digitized by Google

Contractus ſocietatis, in quo qui ponit pecuniã ſubiacet periculis eſt licitas.

contractus talis eſt licitus, Hoc ſapit aliquam vſuram. Concluſio iſta authoritatibus, & rationibus confirmatur. In primis concluſio eſt iuris Pontificij, cap. per vno, & Iuris Ceſarei. Inſtitu. de ſocietate per totum, & cap. ac. ff. pro ſocio. quæ quidem iura ex natura rei colliguntur, vt patebit ex rationibus ſequentibus. Nam cum negotiatio licita ſit nihil refert. An tu ipſe pecunia tua propria negotiaris, an verò alteri cauſa comiſtas qui ſuo nomine negotium illud exercet, dummodo ſub ſuo dominio pecunia maneat. Qui autem pecuniam ſuam in ſocietatem ponit dominium eius nõ transfert, ſed penes ſe teneat, ſi modo ſubeat periculum, ergo licitè poteſt lucrum recipere, quod pro illa pecunia illi contingit.

Modus diuerſus formandi contractus ſocietatis.

Quomodo autem tunc debeat fieri lucri distributio ſic eſt facienda debet. Primo cumulum fieri omnium ſortium ſingulis æſtimatis, vt de quolibet conſtet, quota ſit pars totius cumuli, v.g. ſunt duo ſocij quorum quilibet confert mille in ſocietate, & conducunt miniſtros peruentum ad finem anni, deductis expenſis laboribus, & ſalario miniſtrorum, reperiunt in communi Archa exempli gratia, quattuor millia ſcuta, tunc quilibet eorum debet habere duo millia. Si verò reperitur ſocietas etiam in damno mille aureorum diuidendum eſt mille reſiduum, accipiendo quilibet illorum quingentos aureos. In hoc contractu nulla cadit fraus.

Secundus contractus diuerſæ rationis dicitur, & fit dupliciter. v.g. ſunt duo ſocij vnus ponit pecuniam totam, & alter operas ſuas, ſeu primus ponit totam pecuniam, alter induſtriã, & operas miniſterij, cum aliqua parte pecuniæ, ad hoc vt induſtria, cum illa parte pecuniæ reputatur æquiualẽs pecuniæ, & ſorti principali ad iudicium viri prudentis in tali negotio. Vnde alter ſocius, vltra operas debet ſtare ad vtile, & damnum iuxta portionem ſuæ pecuniæ. Debet nihilominus antequam contrahatur ſocietas æſtimari, tam operæ, & induſtriæ, quam pecuniæ, & ex ipſis fiat quaſi vna ſumma communis illis proportionabiliter ſecundum ratas, & in fine ſocietatis. Deducta prius, ſorte pecuniaria, ſeruetur diuiſio tam in lucro, quam in dãno, ac ſi talem ſummam pecuniæ poſuiſſet proportionabiliter, v.g. Tres ſocij venerũt ad ſocietatem vnam. Petrus poſuit mille aureos, Franciſcus poſuit induſtriam extimatam quingentis aureis, Antonius poſuit labores ſuos æſtimatos mille auris, tunc ſtabilienda eſt ſocietas, ac ſi omnes tres poſuiſſent duo millia, & quingentos aureos, tempore autem diuiſionis prius pecunia in ſortẽ poſita eleuãda eſt, deinde lucrum ex ea habitum. Et ſi v.g. lucrati ſunt quingentos aureos, ducenti ſunt aſſignandi Petro, ducenti Franciſco, & centũ Antonio. Hæc ſentẽtia non ſolum eſt Magiſtrorũ Soto, & Bannenſis, ſed Nauarri. Et Authoris decisionum Aurearum Pœnitentiarij, & aliorum, Vt igitur clarius percipiatur doctrina ponamus dubium diſputandum.

Datur modo conſtituendi ſocietatem, & diſſoluendi illam proportionaliter quo ad lucrũ vel ad damnum.

Dubium.

IN dubio inueſtigat Lector an ſit licitus contractus iſte, v.g. Petrus ponit mille in ſocietate cũ Paulo ac tali conditione, vt ex illis mille Petrus non poſſit amittere, niſi quinque pro centenario, neque lucrari niſi quinque. Rationes enim adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua, eſt talis ratio lucrum eſt proportionatum damno, & damnum lucro, & nulla pars eſt grauata, ergo contractus erit iuſtus ex vtraque parte. Nam qui ponit pecuniam ſuam in ſocietatem exponit ſe æquali periculo, & lucro.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua. Ratio conuincit. Nam re vera in noſtro caſu iſte, non exponit pecuniam ſuã totam in negotiatio, ſed tantum quinque reliqua autem 95. dat ſocio mutuo, & non exponit illam periculo, at quinque negotiationi expoſita, non ſunt apta ad lucranda alia, quinque ergo iniquus eſt contractus.

Dubii deciſio pro parte negatiua principaliter.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito, Secundo ſoluit inſtantias oppoſitum concludentes.

Ex pecunia in ſocietate poſita, nõ poteſt recipi de lucro niſi proportionaliter ad periculũ ſubiaceat.

Concluſio prima, qui ponit multam pecuniam in ſocietatem, hac lege, vt non ſubeat periculum niſi certe partis non poterit recipere de lucro niſi tantum quantum illi parti reſponderit, ſecundum proportionem ad totum cumulum, quod exponitur negotiationi, verbi gratia Petrus exponit periculo quinque, & Paulo triginta quinque ex his quadraginta lucrati ſunt ſedecim. Petro debetur duo, & Paulo quattuordecim, quia ex quolibet quinario lucrati ſunt duo, vt ex computatione patet. Nam ſicut ſe habet quinque quæ exponit Petrus ad 40. ita ſe habent duo ad 16. eſt enim proportio ſubamplata.

Vnde Magiſter Dominicus a Soto, de iuſtit. & iure. lib. 6. q. 6. art. 1. dicit. Per hæc quorundam deceptio detegitur qui arbitrantur poſſe quempiã in ſocietate ponere mille, eo pacto, vt quintæ parti tantum periculum ſubeat, quantamque partem pariter recipiat lucri. Contractus iſte non eſt licitus. Nam cum alter ſubeat periculum alterius quattuor partium, illa ratione meretur alias quattuor partes lucri. Ex quo ſequeretur, quod pro ſua induſtria nihil reciperet. Ad hoc enim, quod contractus ſit licitus non ſolum ad pecuniam ſocij reſpiciendum eſt, ſed etiam ad induſtriam alterius ſocij, & proportionabiliter lucrum eſt diſtribuendum. Pari modo ſi quis induſtriam ponit aliquam ſimul appoſuit pecuniam percipere debet ex lucro quantum operæ, & induſtriæ valent, & per conſequens quanti periculi ſubiacet pecunia ipſa.

Quãdo ſocij æqualiter ſe habent ad lucrum, & ad damnũ contractus eſt licitus.

Concluſio ſecunda, Si autem Petrus in contractu diceret, Si iactura tanta fuerit, ſcilicet vſque ad quinque ſit tota mea, ſi plus reliqua ſit tua, ſi lucrum

Digitized by Google

Argumentorum Solutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus argumēto in quo dicebatur, quod iniquum eſt alter ſocius ſubiacere periculo mille, vel decem millium ſcutorum, & alter ad nihilum.

Iam diximus quod operæ iſtius æſtimatur, ſicut & pecunia illa propterea cum ſubeat periculum amittēdi operas ſuas, ſicut & ille pecuniam ſuam, manet in eadem naui cum illo, & ſubiacet eidem periculo.

Argumētum ſecundum.

Lector inſurgit contra hanc reſponſionem dicendo, Si talis ſocietas eſſet legitima ſequeretur, quod maxima pars lucri deberetur ei, qui poſuit pecuniam ſequela probatur, quia quantitas pecuniæ puta decem millia ducatorum magis æſtimatur, quam operæ omnes, & induſtria alterius ſocij.

Argumenti ſolutio. Induſtriam ſocij debet æſtimare cū quantum valet, pecuniæ in ſocietate poſitæ.

Lector Theologus negat ſequelā. Et ad probationem dicit, quod induſtria poteſt eſſe tanta, vt æſtimatur magis, quam tota pecunia in ordine ad negotiationem præcipue, vbi maxima induſtria requiritur, pecunia enim niſi ſit in manū induſtrioſi vui non lucratur, vnde ſicut ponens pecuniam ſubiacet periculis multis, Ita quia cum illa negotiatur, imò multoties remanet pecunia, & negotiator occiditur a latronibus, &c. Stantibus his pro caſu, & dubio ponendus eſt alios caſus.

Caſus ſecundus.

IN ſecundo caſu Lector quærit. Vtrum licitum ſit pecuniam ponere in ſocietatem (ſaluo capituli?)

In dubio primo inueſtigat, An licitus ſit ille contractus quando ſocius, qui pecuniam confert obligat alterum ſocium, vt ſeruet eam integram, & inſuper lucrum reſpondeat?

In ſecundo dubio, Interrogat vtrum ſocietas quæ dicitur, ſocietas de officio licita ſit?

In tertio dubio poſtulat, An ſocietas animaliū iuſta, & licita ex propria natura ſit?

In dubio quarto petit Lector, An licitum ſit dare pecora ruſtico cum pacto, quod tradens recipiat omnes fructus quo ad uſque perſoluatur totum ſuum capitale (& capitali recepto) poſtea pecora ſint communia?

Lector in caſu iſto quærit, Vtrum licitum ſit pecuniam ponere in ſocietatem, (ſaluo capitali,) & format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua tale format argumētum, in cap. per veſtras, de donatione inter virum, & vxorem permittitur, vt maritus dotalem pecuniam apud mercatorem ponat, vt eius lucro viuat. At hoc exequi non poteſt, niſi ſaluo capitali, ergo licitum eſt pecuniam in ſocietatem ponere (ſaluo capitali.) Minor probatur, quia dos debet ſalua cōſiſtere.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt tale argumētum deſumptum ex lege. C. pro ſocio, quo in loco ſocietas illa approbatur, vbi vnus pecuniam confert, alter vero operas. Et ex oppoſito reprobare videtur contractum illæ ſocietatis vbi vnus, neque periculum pecuniarum neque laborum ſubit, ergo licitum non eſt ponere pecuniam in ſocietatem (ſaluo capitali.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa hanc caſum tria facit. Primo vnica concluſione negatiua ſatisfacit quæſito. Secundo proponit dubia illa quam diſſoluit. Tertio ſoluit argumenta pro parte affirmatiua caſus. In primis tamen obſeruat, quod quæſtio iſta eſt in controuerſia inter Doctores tamen quia controuerſia iſta paruam ambiguitatem habet (ideo relicta illa) ad concluſionem reſponſiuam ſe vertit.

Licitum non eſt ponere pecuniam in ſocietate, ſaluo capitali.

Concluſio neutiquam licitus eſt contractus vbi quis pecuniam ponit, vt nulli ſe exponat periculo, ſed alter tenetur quicquid accidit eundem ſeruare indemnem.

Concluſio iſta certiſſima eſt, quia hęc in rei veritate non eſt ſocietas, ſed verè mutuum. Eo enim ipſo inquit Magiſter Dominicus a Soto, quod alter periculo tuæ pecuniæ ſubit efficitur illius pecuniæ Dominus, cui res perit ſi perdatur ergo quicquid vltra capitale mutuator illę recipiat eſt viura, ergo in hoc contractu, nulla adeſt ſocietas. Rationis hoc manifeſtat. Nam ille nihil ponit, quandoque pecuniam in virtute, iam non eſt ſua ſed eſt, eius cui mutuauit, ſub obligatione ad reſtitutionem faciendam, & vt ad rem noſtram deſcendamus dicimus, quod ille qui neque operas, neque pecuniam exponit periculo, non bene negotiatur, & non eſt verè ſocius. Illa enim eſt vera negotiatio, vbi propria negotiationis pecunia, negotio exponitur. Et vt clarius percipiatur veritas doctrinæ huius ponamus dubia diſputanda.

Dubium primum.

LEctor in dubio hoc quærit, An contractus ſocietatis licitus ſit, vbi qui ponit pecuniam obligat ſocium, vt ſeruet capitale, & det lucrum.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio, Qui contulit pecuniam ſocio ad negotiandum, poterit poſtea cum illo facere contractum aſſicurationis talem, v.g. Petrus ponit mille apud Paulum, vt Paulus negotietur. Et præterea, ipſe Petrus petit a Paulo, vt aſſicuret mille pro quinquaginta. Item petit ipſe Petrus a Paulo, vt emat lucrum quod ſperatur pro cento, tunc arguitur ſic. Ecce quod Petrus in caſu propoſito, ſoluo capitali, quod contulit in ſocietatem recipit aliquod lucrum ab alio ſocio obligando illum, vt reddat ergo quis dare poteſt in ſocietatem pecuniam ſuam, ſaluo capitali. Probatur conſequentia, quoniam omnes contractus iſti liciti ſunt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ratio deſumitur, ex his quæ dicta ſunt pro deciſione caſus, quia iſtæ nihil ponit in rei veritatem ſocietatem, ergo ex illa nihil lucri accipere poteſt.

Du-

Dubii deciſio pro parte negatiua.

LEctor Theologus circa dubium hoc duo facit Primo ſex concluſionibus ſatisfaciet quæſtio. Secundo ſoluit inſtantias partis affirmatiuæ dubij.

Concluſio prima, exponere pecuniam ſuam negotiationi obligando ſocium, vt aſſicuret capitale, & aliquod certum lucrum, & vt emat lucrum ſperatum, vſura eſt. Et ſocietas leonina.

Concluſio iſta eſt communis Sanctorum Doctorum Theologorum, & ſic probatur. In tali contractu eſt verè lucrum ex mutuo. Nam in caſu illo Paulus ſocius efficitur mutuatarius, cū maneat Dominus pecuniæ illius abſque obligatione ad negotiandum. ergo ceſſat ſocietas, & lucrum quod exigit Petrus eſt ratione mutui. Et confirmatur hoc. Nam alius nullus contractus damnaretur tanquam vſurarius, ſi approbaretur iſte. Do tibi mille, vt reddas mihi ſupra mille quinquaginta.

Aſſignatur modo quo dans pecuniā ſuā in ſocietatem poſſit ſeruare capitale illæſum.

Concluſio ſecunda, contractus ſocietatis, & contractus conditionis lucri poſſunt fieri cum eodem ſocio, dummodo principale relinquatur periculo expoſitum.

Concluſio iſta probatur quia ibi nulla reperitur inæqualitas, neque ratio vſuræ, ergo concluſio noſtra vera eſt. Antecedens probatur, quia tunc ſeruatur proprietas vtriuſque contractus, neque alter alterum deſtruit, vlterius lucrum, quod ſperatur æſtimabile eſt (iuſto pretio) ſecundum contingentiam, vt ſit magis vel minus ergo poterit conſignari quoddam medium in ipſo pretio, quod ſit iuſtum.

Pecunia cum ſocietate poſita poteſt aſſicurari, vt ſolum ſit capitale.

Concluſio tertia, contractus aſſicurationis capitalis fieri poteſt cum eadem ſocio, dummodo nō fiat contractus venditionis lucri, & dummodo iuſtum pretium detur ſocio pro aſſicuratione.

Concluſio iſta ſic probatur, contractus iſtæ aſſicurationis ſecundum ſe licitus eſt, & iuſtus, niſi vitiatur ex coniunctione ad alterum contractum, & reducetur ad lucrum ex mutuo, ſed in prædicto caſu non inducitur ad mutuum, ergo eſt licitus. Min. propoſitio probatur. Nam per ipſum mutuū ipſæ mutuatarius efficitur Dominus pecuniæ, & poteſt illam expendere, in quos velit vſus, ſed Paulus ſocius in prædicto caſu non efficitur Dominus pecuniæ, ſed tenetur ex contractu ſocietatis cum ea negotiari in commodo Petri.

Secundo probatur, concluſio iſta Petrus exponit ſe periculo admittēdi pretium, quod dedit pro aſſicuratione capitalis, ſi forte nullum fuerit lucrū, vel minus quam pretium aſſicurationis, ergo talis contractus tutiſſimus eſt in conſcientia, & extra.

Contractus aſſicurationis capitalis, & cōtractus vēditionis lucri poteſt fieri cum duobus, vel eſt quod eodem.

Concluſio quarta, contractus aſſicurationis capitalis, & contractus venditionis lucri poſſunt fieri cum eodem ſocio, dummodo precium aſſicurationis, ſit æquale cum pretio venditionis lucri.

Concluſio ſic probatur. Nam in tali caſu contractus illi reducuntur, & reſoluuntur in vnum cōtractum mutui gratis, v.g. verbi gratia ſi Iacobus conferat mille Ioanni in ſocietatem. Et dat centum pro aſſicuratione, & poſtea recipit centum pro lucro quod ſperatur, tunc certè remanebit Iacobus cum mille quæ a principio dederat Ioanni abſque aliquo lucro, vel damno, ergo huiuſmodi contractus licitus fuit, quia quilibet aſſicurare poteſt ſuū capitale, iuſto pretio, poteſt vendere lucrum, quod ſperatur ex ſocietate hac, &c.

Concluſio quinta, ſi pretium aſſicuratinis ſit minus, quam pretiū, quod datur pro lucro illo, quod ſperatur, & venditur, contractus eſt vſurarius, probatur hoc. Nam Petrus, v.g. in tali caſu, ſaluo capitali, obligat Paulum, vt aliquid plus reddat, ergo accipit lucrum ex mutuo. Confertur hoc. quia Paulus manet Dominus ipſius pecuniæ, neque tenetur negotiari, ergo diſſoluitur contractus ſocietatis, & manet purus contractus mutui cum lucro mutuatoris. Et per conſequens eſt contractus vſurarius. ſaltem interpretatiuè, ergo contractus iſte non eſt licitus.

Concluſio ſexta, Si pretium aſſicurationis ſit minus, quam pretium lucri, quod operatur, vel emitur ab altero ſocio iniuſtus eſt contractus ex parte Pauli aſſicurantis.

Concluſio iſta ſic probatur, quoniam Petrus recipit certum detrimentum abſque ſpe lucri, ergo ſocietas iſta non eſt æqualis, ibi tamen non eſt vſura, quia Paulus faciens iniuriam Petro, non eſt mutuator.

Vt igitur doctrinæ veritas clarius percipiatur. obſeruandum eſt, quod contractus iſti tres, ſcilicet ſocietatis aſſicurationis capitalis, & aſſicurationis lucri, dupliciter fieri poteſt, Primo cum diuerſis, & hoc licitum eſt apud omnes, Secundo cum eodem ſocio. Et hoc dupliciter, Primo eodem tempore, & in eodem inſtrumento. Secundo diuerſis temporibus, & diuerſis inſtrumentis. Primum ſapit vſuram, Secundum non. Et quod hoc ſit, verum ſic declaro, Ponamus caſum, quod Petrus & Paulus, vellent in ſocietatem ponere ſuam pecuniam. Et dicat Petrus Paulo, ego contraho tecum ſocietatem, hac lege, vt inter nos conueniamus, tam de pretio aſſicurationis, quam de quantitatem lucri. Contractus iſte inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus, in Opuſc. 16. reſponſionum q. 11. habet pallium mutui, & videtur vſurarius, quia de pecunia mutuata lucrum accipere vult, Secundum quod dicit Illuſtriſſimus ipſe Caietanus eſt, quod qui ponit pecuniam in ſocietate, communi lege ſocietatis poteſt ſucceſſiua formare cū reliquo ſocio, hos tres contractus, ſcilicet aſſicurationis ſocietatis, & lucri ſperati, licitè quidem, v.g, Petrus a principio bona fide, & liberè dat pecuniā ſuam in ſocietatem, vt ſocius negotiatur cum ea, pro indiuiſo lucri. Poſita pecunia ipſa in negotiatione, Petrus vult ſe aſſicurare de capitals, ſimiliter de lucro ſperato, & de hoc loquitur cum ſocio, qui eum aſſicurat ad tātum pro centenario, & conuenit cum eo de lucro ſperato, hoc ſecundum licitum erit, inquit Illuſtriſſimus Dominus Caietanus. Et confirmat ratione ſic dicendo. Iſtos duos contractus poſteriores poteſt Petrus cōficere cum alio tertio, vt patet ergo, & cum ſocio. Ioannes

Socius poteſt tribus cōtractibus aſſicurare ſocium ſuum de lucro poſito in ſocietate ſeruatis ſeruandis.

poteſt

Digitized by Google

poteſt Petrum aſſicurare de capitali, & ſimiliter emere ab eo lucrum ſperatum, ergo & ſocius hoc facere poteſt, quia quod facere poteſt cum tertio facere etiam poterit cum ſocio, hoc probatur, quia ſocius non eſt inferioris conditionis, quam tertius illæ, dummodo Petrus det pro aſſicuratione Paulo, id quod exigit iuſtitia. Et vendatur lucrum ſperatum, ad arbitrium peritorum. Exempli gratia, Petrus ponit in ſocietatem centum ſcuta a quibus ſperat in ſua portione lucrari duodecim, vult aſſicurare principale, & lucrum. Paulus ſocius aſſicurat illum ad quattuor pro centenario quo ad capitale. Et vltra hoc vendit Petrus Paulo lucrum ſperatum ad rationem octo pro centenario. Formato igitur inter Petrum & Paulum contractum ſocietatis formatur. Secundus contractus aſſicurationis inter eas ad quattuor pro centenario, deinde ſocij iſti formant. Tertium contractum emptionis, & venditionis lucri ſperati certificando lucrum, ſcilicet ad rationem octo pro centenario. Ita quod iſtis tribus contractibus formatis. Petrus reſtat in tuto de quattuor plus, vel minus pro centenario. Et iuſtè, & licitè quidem.

Aſſicurare capitale poſitũ in ſocietate, & lucrũ ſperatum a ſocio in eodem cõtractu ſocietatis ſapit vſuram.

Nam per hoc contractus, qui grauatur in vna parte in alia ſubleuatur, & econuerſo. Paulus in caſu noſtro grauatur, dum in ſe accipit periculum ſortis, ad quod non tenebatur. Ex alia parte ſubleuatur, quia datur illi pro tali aſſicuratione quatuor pro centenario, ergo contractus ille aſſicurationis eſt licitus, quia in illo pro periculo ſortis datur iuſtum pretium. Similiter in tertio contractu Petrus ſubleuatur ab omni moleſtia in certi lucri a Paulo, accipienti in ſe tales moleſtias, pro qua ſubleuatione Paulus accipit in ſpe aliquid ex vtraque parte iuſtum ſeruatur, vnde ſententia Illuſtriſs. Domini Caietani veriſſima apparet formaliter loquendo.

Nauarrus autem vltra hoc dicit, quod hi contractus fieri poſſunt eodem tempore ſimul, quod confirmat Ioannes Maior. in 4. diſt. 15. q. 49. imò dicit, quod non ſolum formaliter & explicitè, ſed etiam implicitè, & æquiualenter, vt ſi quis (inquit) negotiator publicè proteſtatur paratum eſſe ad accipiendam pecuniam a quocunque volente illã conferre in ſocietatem, cum pacto de aſſecuratione ſortis ad rationem quatuor pro centenario, & cum pacto de recipiendo quatuor pro lucro certo deductis expenſis. Intellecta hac proteſtatione venit alius confert Paulo centum dicens ei: Confero tibi in ſocietatem centum ſcuta ad negotiandum cum ſecuritate ſortis, & certitudine lucri iuxta proteſtationem tuam. Imò dicit Nauarrus hũc contractum approbatum fuiſſe a Papa in capitulo per tuas de donatione inter virum & vxorem. Sine tamen tali aſſicuratione, & emptione & venditione lucri ſperati, contractus ſocietatis, ſaluo capitali vllo modo eſt licitus, ſecundum veram ſententiam, Licet Io. Maior, Ioan. Andreas, & multi alij oppoſitum teneant.

Inter has ſententias qualis ſit certior, & tutior in conſcientia nulli dubium eſt, quod prima eſt certiſſima ſcilicet, quod aſſicuratio capitalis facienda ſit cum tertio, ſimiliter venditio incerti lucri ſperati, cum tertio eſſet facienda. Sententia autem Io. Andreæ, & Nauarræ manifeſte eſt falſa ſapit enim vſuram implicitam, ideo omnino eſt excludenda. Vera autem & ſequenda ſententia, ſi eſt bene intellecta, eſt illa Caietani Illuſtriſs. Ne igitur decipiamur attente obſeruare debemus. In caſu noſtro oportet realiter, & abſque omni fraude, quod Petrus ponens pecuniam ſuam apud Paulum in ſocietatem, vere & realiter illam in ſocietatem ponere cum omnibus circunſtantijs, & conditionibus requiſitis ad perfectum contractum ſocietatis ſuperius declaratis. Poſita pecunia in ſocietate, formato contractu, & acceptato, ab vtraque parte, & collocata pecunia in manu ſocij exponenda, vel expoſita in negotiatione. Petrus quærere poteſt aliquem qui illum aſſicuret de capitali, & formet contractum aſſicurationis cum tertio, vel etiam cum ſocio; ſi ſocius hoc liberè, & promptè facere velit, at non ex timore ne diſſoluatur ſocietas, vel alia ex cauſa, ſed hoc facit, quia hoc illæ vtile ſibi videtur, & non timet de periculo, Similiter cum eodem ſocio poteſt formare, ſecundũ contractum de certo pretio lucri ſperati incerti, dummodo non exeat limites iuſtitiæ doctrina iſta certiſſima.

Doctrina obſeruanda pro aſſecuratione ſortis in ſocietate poſitæ. & lucri ſperati.

Impugnant hanc doctrinam Caietani Illuſtriſs. Magiſtri Dominici Soti, & Bannenſis, ſic dicendo. Si formantur hi tres cõtractus ſimul cum ſocio, vel ſucceſſiue, contractus ſocietatis reducitur formaliter, vel virtualiter ad contractum mutui cum lucro, quod vſurarium eſt, ergo non eſt licitus.

Impugnatio.

Antecedens probatur. Nam ſocius illæ efficitur Dominus pecuniarum, quas alter ſocius contulit in ſocietatem, & ſic ex mutuo ſoluit tot pro centenario. Nec eſt par ratio de illo, qui non eſt ſocius dum aſſicurat, quia illæ non efficitur Dominus pecuniarum, ſed ſupponit ſe periculo pro illo pretio dato ſibi pro aſſicuratione.

Theologus negat antecedens. Et ad probationem dicit, quod eſſe dominum, vel effici dominũ pecuniarum, ſtat dupliciter, ſcilicet per ſe, vel per accidens, in ratione perſonæ vnius vel plurium, Modo Paulus ſocius in propoſito caſu, non per ſe, ſed per accidens efficitur Dominus pecuniarum Petri, i. pecuniarum in ſocietate poſitarum. Non per ſe efficitur Dominus quoniam non efficitur Dominus vt ſocius, ſed per accidens efficitur Dominus quatenus fungit officio aſſicuratoris, i. quatenus eſt ſimul ſocius, & aſſicurator. Non eſt Dominus vt ſocius vt patet, non vt aſſicurator, quoniam aſſicurator, vt ſic non eſt Dominus pecuniæ, eſt tamen Dominus, vt ſocius aſſicurator, vt ſocius ergo dant medietatem lucri Petro, vt aſſicurator accipit a Petro tot pro centenario, vt emptor lucri incerti dat lucrum certum Petro, & accipit incertum. Cum igitur formaliter hi tres contractus de ſe ſint liciti, liciti erunt inter quoſcunque ſint facti. Siue inter extraneos, ſiue inter propinquos, ſiue inter ſocios, ſiue inter tertias perſonas. At neſcire diſtinguere huiuſmodi perſonas, quatenus ſocios, ſcilicet prout iſte eſt ſocius, vel aſſicurator capitalis, vel vt emptor lucri incerti eſt in cauſa, quod Magiſtri illi, literatiſſime quidem Sotus ſcilicet, & Bannes ſo

Impugnationis diluuio.

Pecunia poſita in ſocietate aſſicurata a ſocio efficitur aſſicuratoris non per ſe, ſed p accidens.

Digitized by Google

opponunt Illuſtriſſimo Domino Caietano. Nec mirum eſt, quoniam vt dicit ipſemet Caietanus alibi, vt plurimum ſapientes in his, quæ ſunt per accidens decipiuntur & falluntur, vt experientia docet.

Impugnat. 2. Inſurgunt contra hanc reſponſionem Doctores contrariæ ſententiæ dicendo, ſi doctrina iſta vera eſſet ſequeretur, quod non ſolum ſucceſſiuè poſſent formari ab eiſdem hi tres contractus, ſed ſimul, imò includere has omnes conditiones in vno tantum contractu, vt affirmat Nauarus. Io. Andreas, & alij, hoc fieri non licet ſimul, ergo neque ſucceſſiue.

Impugnatio. nis deſtructio. Theologus negat conſequentiam. Et ratione negationis aſſignat dicendo, quoniam ſi ſocij hoc facerent in principio eodem vel pluribus contractibus contractus, vel eſſet vſurarius, vel haberet ſpeciem contractus vſurarij, qui ex mutuo accipe, retur lucrum, vnde talis non appareret tealis ſocietas, ſed mutuum palliatum.

Impugnat. 3 Contra inquit Bannes, ex hac doctrina, ad minus ſequitur quod Paulus dimittere poteſt negotiationem illam, & facere aliud.

Reſponſio. Theologus negat conſequentiam, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod deſtructa ſocietate contractus ſequentes deſtruuntur. His ſic ſtantibus ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiue dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio. PRimæ inſtãtiæ dicit. Lector Theologus, quod quilibet illorum ſeparatim fructus licitus eſt, ſi tantum fiat ſimul non eſſet liciti ratione adductæ pro deciſione dubij ſi tamen facti eſſent cum ſocio in ſucceſſu temporis liciti eſſent ſtando in doctrina Caietani.

Inſtantia 2. Argumentator contra hanc reſponſionem inſtat dicendo, Si alij qua ratione contractus illæ eſſet illicitus maxime eſt, quia in tali caſu Petrus eſſet mutuator, & valet recipere lucrum ex mutuo, ſed ipſæ non eſt mutuator ergo. Min. probatur. Nam depoſitarius, qui aſſicurat depoſitum non reducit depoſitum ad mutuum, vt habetur in cap. finis de depoſito, ergo quando Paulus aſſicurat Petro ſuas pecunias, non efficitur mutuator, ſed potius depoſitarius ad negotiandum.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat Min. & ad probationẽ dicit, quod non eſt eadem ratio de depoſitario aſſecurante depoſitum, & de ſocio aſſecurante capitale, & lucrum, quia depoſitarius non efficitur Dominus depoſiti, etiam ſi aſſicuret depoſitum, ſed tenetur ſeruare illud, & illud in proroptu habere ad voluntatem deponentis. At vero ſocius, qui aſſicurat capitale, & lucrum, efficitur Dominus pecuniarum vtique, non vt mutuator proſit dici Bannes, ſed vt aſſicurator & emptor, quaſi per accidens, modo declarato ſupra. Et quia manet ſocius per ſe tenetur negotiari ad vtilitatem alterius ſocij.

Inſtantia 3. Inſtat vltimo loco lector dicendo, Mille auri expoſiti negotiationi pluris æſtimantur, quam non expoſiti, ergo Petrus poteſt exigere a Paulo ſocio, & illum obligare, vt reddat plusquam mille, pro mille expoſitis negotiationis.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, vel Petrus, intendit poſt contractum ſocietatis aſſicurare principale & vendere lucrum, quod ſperatur, vel non? ſi non ad aliud non poteſt obligare Paulum, niſi ad id quod tenetur ex contractu ſocietatis, ſi vult aſſicurare capitale, poteſt hoc facere, nouo contractu, & ſi vult vendere lucrum ſperatum ex negotiatione poteſt facere alio contractu, modo declarato in deciſione dubij iuxta doctrinam Caietani, in qua manere debemus, relicta in hac parte doctrina magiſtrorum Soti, & Banneſis. His pro dubio iſto poſitis ad aliud procedamus.

Ille qui in ſocietate poſuit pecuniã poteſt illam aſſicurare, et ſuperabundans lucrum recipere.

Dubium ſecundum.

IN ſecundo dubio interrogat Lector an ſocietas, quæ nomine ſocietatis de officio dicitur licita ſit, rationes adſunt pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio. Pro parte affirmatiua validiſſima ratione ſuadetur. Huiuſmodi ſocietas de officio paſſim fit in Alma Vrbe Romæ, quæ eſt caput Mundi. In qua reſidet Summus Pontifex, a quo regulantur omnia quę ad conſcientiam pertinent, ergo huiuſmodi ſocietas de officio licita eſt.

Partis negatiuæ probatio. Pro parte negatiua eſt talis ratio, ſocietas illa licita non eſt vbi manifeſtè apparet vſura palliata. Sed in ſocietate de officio hoc manifeſte cognoſcitur ergo non eſt licita.

Dubij deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto tria facit. Primo declarat titulum dubij. Secundo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias partis negatiue.

Quo ad primum eſt obſeruandum, quod reperitur aliqua ſocietas, quæ dicitur ſocietas de officio, & fit hoc pacto. Adeſt, verbi gratia, Franciſcus Notarius, qui in Palatio habet officium fructiferum. Iſtæ indiget pecunijs accedit ad mercatorem, vel ad diuitem aliquem, & petit ab eo centum ducatos aureos ad partem ſui officij, quod poteſt fructificare, verbi gratia, duodecim pro centenario, hoc pacto tamen, quod ſi in ſpacio ſex menſium accidit mori, cum qui dedit pecuniam amiſſum ſit capitale, nec illud ad hæredes pertinere debeat. Si autem ſuperuixerit, quod habeat partem fructuum ſui officij proportionaliter, ſiue fuerint duodecim, ſiue plus minusve, quo ad vique ipſæ qui dedit pecuniam relinquere illam voluerit in ſocietate, ad partem officij, ratione moræ declarans ſeipſo dicendo, quod poſt ſex menſes nõ intendit pecuniam ſuam in ſocietate relinquere.

Concluſio reſponſiua, contractus ſocietatis ad partem officij, debitis circunſtantijs ornatus eſt licitus, ratione adducta pro parte affirmatiue dubij

ſua-

Contractus ſocietatis ad partem de officio debitis circunſtãtijs ornatus licitus eſt.

ſuadetur,& declaratur ſic. Ad hoc quod contractus iſtæ ſit licitus,ſeruandæ ſunt,in illo hæ circunſtantiæ,& conditiones, Primo neceſſe eſt,quod illæ, qui accipit ad partem officij, vere habeat officium fructiferum & non fictitiæ. Secundo, quod realiter fructificat tantum quantum vult pro centenario,illæ qui dat pecuniam ad ſocietatem officij, aliter eſſet contractus vſurarius. Tertio, quod in tali contractu ſeruantur conditiones requiſitæ. ad reales contractus ſocietatis, in ordine ad damnum emergens,& lucrum ceſſans. Ita quod vnus ſocius,non ſit magis aggrauatus quam alius,v.g. ſi officium fructificat decem pro centenario non accipiat niſi decem, illæ qui centum in ſocietate ponit.

Vlterius conſiderandum eſt, ſi ſocietas iſta facta ſit ad tempus taliter, quod ita ſit in libertate Primi ſicut. Secundo ſocij,ſe poſſint ſe liberare in fine ſocietatis, vel quandocunque niſi adſit legitimum impedimentum, & ſic de ſimilibus eſt affirmandum. Modo ad caſum noſtrum pro periculo ad quod ſe exponit illæ qui dat pecuniam ſuam cum conditione amittendi capitale, ſi infra ſex menſes mori contigerit. Iſte poteſt obligare ſocium, vt officium eius declaret remanere obligatum pro tanto tempore, ad tot pro centenario. Si verè officium ſuum tantum fructificat, ſimiliter quod non poſſit ſe liberare, reſtituendo illi pecuniam, non niſi quando placuerit illæ, qui poſuit pecuniam ſuam ad ſocietatem officij,cum periculo amiſſionis capitalis ſi mori cum contingerit. Nam ad hoc obligatur qui pecuniam accipit non ex lege, ſenſuaria, non ex lege liuellaria, non ex lege ſocietaris, ſed ratione periculi, in quo poſuit ſeipſum ſocius ſub illa conditione, ſcilicet ſub amiſſione capitalis in caſu mortis ante ſex menſes. Ex his habemus ſolutionem inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum Solutio.

Inſtant. ſolutio.

Illæ qui mutuat pecuniã ſuam ſub pallio ſocietatis vſura eius eſt.

THeologus ſatisfacit inſtantiæ factæ dicendo, quod apparet manifeſtè vſura palliata vtique in ſocietate illa vbi non reperiuntur debitæ circunſtantiæ requiſitæ, prout in deciſione dubij. Idem autem qui fictè mutuant pecuniam ſuam ſub pallio, talis ſocietatis, ei qui non habent officium non poſſunt in conſcientia eſſe ſalui. Ratio eſt, quia iſti non realiter dant ad ſocietatem officij, ſed fictitiam cum dent illam ei qui ſciunt non habere tale officium, ſed volunt ex ſimplici mutuo habare fructum talis ſocietatis,quod eſt vſura manifeſta. In quo errore multi reperiuntur præcipue in ciuitate Romæ, & in ſtatu Sanctiſſimi Domini Papæ. Hæc ſint pro dubio iſto aliud ponatur.

Dubium tertium.

IN dubio iſto poſtulat lector, an ſocietas animalium ex propria natura ſit iuſta,& licita. Pro vtraque parte adducit rationes.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio. Illa ſocietas eſt iuſta,& licita ex ſua natura, in qua ſeruantur leges, ſed dantur multæ leges de ſocida animalium,ergo vbi illæ ſeruantur, ſocietas illa iuſta eſt & licita, ergo ex ſua natura iuſta, & licita eſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt talis ratio. Illa ſocietas licita, & iuſta eſſe non poteſt vbi vna pars magis aggrauatur quam alia, in ſocida autem animalium, res ſic ſe habet, nam ruſtici vt in pluribus vltra iuſtum grauantur, prout experientia docet, ergo talis ſocietas licita & iuſta eſſe non poteſt.

Dubii deciſio pro vtraque parte.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit. Primo obſeruat aliqua ſcitu neceſſaria. Secundo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio ſoluit inſtantias vtriuſque partis. Quo ad primum eſt obſeruandum,quod ſocietas animalium quæ propriè dicitur ſocida fit multis modis Primo per modum ſocidæ ſeu ſocietatis,Secundo per modum iuſtitiæ, Tertio per modum locationis, per modum venditionis. Societas animalium per modum ſocidæ fit multipliciter. Primo per viam ſocietatis expreſſæ,& hoc fit quado expreſſe traduntur animalia ruſtico,vel ſocio in ſocidam ſecũdum leges ſocidæ. Secundo cum pacto quod lucrum, & damnum ſit commune, vtique ſcilicet ei qui dat, & ei qui recipit, cum pacto tamen, quod ex fructibus ſocidæ ſubtrahatur, Primo capitale pro illo qui dat animalia,& capitali ſalute,pro animali dato in ſocida, tunc animalia orta ex illis ſint & remaneant communia pro indiuiſo, & quo ad damnum & quo ad lucrum vterque modus licitus eſt, ſi Dominus animalium ante ſolutionem capitelis ſubiacet periculis mortis infirmitatis, & infortunij animalium. Tertio dantur animalia in ſocida hoc pacto, vt recipiens teneatur ſubrogare agnos in loco ouiom demortuarum, vel aliunde ſupplere. Hæc ſocida prohibita eſt per conſtitutionem Sixti V. Quæ incipit. Deſtabilis auaritiæ. Quarto modo dantur animalia in ſocida cum periculo capitalis, & damni reſpectu Domini animalium, cum certo lucro tamen ſiue animalia fructificant ſiue non. Hic contractus prohibitus eſt eadem conſtitutione Felicis recordationis Sixti V. His ſuppoſitis ponunt concluſiones.

Socieras ſeu ſocida animalium fit multipliciter.

Socidas animalium eſt licita quãdo altera pars nõ eſt aggrauata vltra iuſtum illicita. quando contra iuſtitiam altera partẽ aggrauata.

Concluſio prima, Ad hoc quod ſocietas animalium ſeu ſocida licita ſit oportet, quod neutra pars ſit aggrauata ad iudicium boni viri, ſed quod ęqualis ſit conditio vtriuſque partis quo ad commoditatem & ad damnum.

Concluſio iſta eſt communis ſententia omnium Doctorum, de ratione enim cuiuſcumque ſocietatis eſt, quod qui guſtat de commodo guſtet de incommodo, qui participat de vtilitate,participet de damno, vt illæ qui eſt ſocius conſolationum ſit etiam ſocius tribulationum.

Digitized by Google

Concluſio ſecunda, ſocietas ſeu ſocida vbi aggrauatur altera pars eſt illicita. Et contractus ſocidæ eſt iniuſtus.

Concluſio iſta habemus clare ex dictis ſuperius præcipue ex decreto modo citato. Sixti V. vt igitur clarius habeatur notitia harum concluſionum vltra ſupradicta, obſeruandum eſt principaliter in ſocida. Vtrum animalia dentur a Domino in ſocida Ruſtico æſtimata, vel non æſtimata, ſi æſtimata tunc eſt vera venditio animalium, quoad medietatem. v.g. ſi diceret Dominus animalium Ruſtico do tibi hos duos boues valore quinquaginta aureorum æſtimatos. i. taxatos tempore ſocietatis contractus, vt ſoluas mihi medietatem ſcilicet vigintiquinque credita pecunia, Et poſtea nobis ſint omnia communia, tam lucrum quam damnũ, ſocida iſta iuſta & licita eſt. At ſi Dominus ratione pecuniæ creditæ vellet habere lucrum pro duobus partibus, & Ruſticus pro tertia tantum, ſocietas iſta eſſet iniuſta, quia in tali contractu reperiretur mutuum palliatum. Ruſticus tamen tenetur quam primum ſoluere Domino ſuo illa vigintiquinque ne damnum emergeret Domino, quoniam tranſacto tempore præfixo, ſi verè Dominus pecuniæ damnum pateretur poſſet recipere a Ruſtico aliquid ratione damni emergẽtis, non tamen ſtatim hoc facere poteſt.

Nota modũ conſtituendi contractum ſocidæ animalium inter Dominum, & Ruſticum.

Similiter ſi conuenirent, vt damnum vſum ſit ruſtici, contractus eſſet iniuſtus, & eſſet contra cõſtitutionem Sixti V. Papæ vnde ad hoc quod iuſtus ſit cõtractus quilibet pro rata de periculo debet ſentire. Cum æqualiter diuidi debeat commoditas, & damnum.

Si autem animalia perirent culpa, & negligentia Ruſtico, ipſæ teneretur ad totum damnum, nõ autem ſi perirent naturaliter, vel caſualiter.

Si autem daretur animal non æſtimatum Ruſtico puta vaca (hac lege) in ſocidam. Vt fructus eiũs ſint communes. Iſta ſocietas non eſt emptio vt eſt in prima, quia ſi ruſticus emiſſet tale animal totum fructum eſſet ſuum, quia animal puta vaca empta, & labor in gubernatione eius ad ruſticum pertineret. Sed quia in tali caſu non eſt emptio, licet fructus æqualiter ſint diuidendi. Ideo ſi animal moritur ſolo domino perire debet, aliter reduceretur ad contractum venditionis pro medietate, credita pecunia, vt iam dictum eſt, quod non licet in poſteriori caſu, quoniam æſtimatio rei fit, quando res venditur, & non poſt venditionem, ſtãdum eſt enim æſtimationi pro tempore traditionis. Si animal eſſet deterioratum, quilibet debet ſentire de damno, & non eſt ſtandum ad exiſtimatam factam, quando erat ſanum. Multæ aliæ fallaciæ in huiuſmodi contractibus committuntur ex malitia vtriuſque partis quę omnino remouendæ ſunt pro poſſe, præcipuè quando animalia dantur non ęſtimata, in quo caſu periculum omne manet apud Dominum illorum, niſi hoc eueniſſet ex culpa, vel dolo ruſtici, vt dictum eſt, quia tunc ruſticus ad damnum teneretur pro quantitate culpæ, vel doli.

Si autem operæ, & induſtriæ eſſent æquales animalibus fructus erunt communes, ſi non qui plus de ſuo ponit plus debet habere, & qui minus, minus exequi debet, ad iudicium boni viri. Et æqualitas iſta ſeruanda eſt in animalibus omnibus, tam in magnis, quam in paruis. Nam vbi eſt eadem ratio ibi idem eſt iudicium.

Quando dantur animalia per modum cuſtodię, ibi non transfertur dominium, ideo & emolumentum, & damnum manet apud tradentem, vnde ſi fętus meliorantur, meliorantur Domino. Si pereunt, Domino pereũt niſi pereant dolo, vel culpa cuſtodis, tũc iſtos damnum ſubſtinere debet.

Quando dantur animalia per modum locationis. Si locatio eſt iuſta, contractus eſt licitus, ſi fuerit notabiliter iniuſta eſt illicita præcipue, quando cogitur agricola ſoluere locationem pro tempore quo non laborauit, vel plus quam debet, vel cogitur ſubiacere damno, quod non euenit ex culpa ſua realiter. Ex quibus inferimus quod quælibet ſocidam in qua non ſeruatur æqualitas lucri, & damni iuxta ſortem animalium in ſocietatem poſitam, iniquam eſſe & leoninam, hoc autem præcipue reperitur, quando Dominus animalium ſubiacere non vult periculis, niſi adeſſet contractus aſſicurationis, modo declarato in dubio ſuperiori, ſcilicet primo, His ſtantibus faciliter ſoluuntur inſtantiæ pro dubio factæ.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtant. ſolutio.

INſtantia pro parte affirmatiua facta, rectè concludit in fauorem primæ concluſionis, ſicut & illa facta pro parte negatiua, pro ſecunda igitur concedimus illas in bono ſenſum. Relicto igitur hoc dubio ponimus vltimum.

Dubium quartum.

LEctor in hoc dubio interrogat, An licitum ſit dare pecora ruſtico, cum pacto quod tradens recipiat omnes fructus illorum quo ad vſque perſoluatur totum ſuum capitale, quo recepto, poſtea pecora ſint communia. Et more ſolito. Rationes pro vtraque parte adducit.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt ratio validiſſima. Quãdo homo in actionibus ſuis a iuſto non recedit licite agit, Dominus in actione iſta a iuſto non recedit, ergo licite agit, ergo licitum eſt dare pecora ruſtico cum pacto, quod tradens recipiat omnes fructus illorum, quoad vſque perſoluat totum ſuũ capitale. Maior propoſitio probatione nõ indiget. Minor probatur Dominus in actione iſta quærit ſe æqualem facere ipſi ruſtico, in ſocida iſta Ruſticus in illa nihil de ſuo, habet ergo, Dominus poteſt recipere ex fructibus pretium pecorum, ad hoc vt pecora, & fructus communes exiſtant Domino & paſtori, ergo talis ſocietas licita, & iuſta apparet.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio validiſſima, qui recipit damnum, & vtile recipere debet, & ęconuerſo hoc clarum eſt, ſed pro tẽpore, quod Dominus recipit omnes fructus pecorum. Ruſticus recipit tantũ damnũ ratione laboris, in cuſtodiendo illa,

& pe-

& periculi ſi perirent, Dominus tantum vtile ſentit recipiens fructus, & non ſubſtinens labores, & expenſas, ergo contractus talis ſocietatis licitus cauſa non poteſt.

Dubii deciſio pro utraque parte.

LEctor Theologus circa dubium hoc tria facit. Primo ponit vnam diſtinctionem bimembrem. Secundo iuxta membra diſtinctionis ponit duas concluſiones reſponſiuas. Tertio ex illis ſoluit inſtantias, vtriuſque partis dubij. Quo ad primum ponitur talis diſtinctio. Vel periculum omnium manet apud Dominum, vel eſt commune Domino, & Paſtori, ita quod ſi pecora pereant, pereant tam Domino quam ruſtico. Ex hac diſtinctione concluſiones oriuntur.

Licet in ſocietate dare pecora cum pacto quod tradens recipiat omnes fructus quo ad vſque perſoluat capitale ſeruatis ſeruandis.

Concluſio prima, Si periculum totum manet apud Dominum, licet date pecora ruſtico cum pacto quod tradens recipiat omnes fructus illorum quo ad vſque perſoluatur totum capitale, & poſtea ſint omnia communia.

Concluſio iſtæ manifeſte probatur ratione adducta pro parte affirmatiua dubij.

Et licet Ruſticus pro tunc pro labore ſuo, nihil recipiat. Accipit tamen cumulate poſt ſolutionem capitalis, ſcilicet dimidium gregis, & pro illo tunc accipit dominium omnium pro ſua portione, ſeu illud acquirit.

Concluſio ſecunda, Si periculum manet pro indiuiſo contractus illæ non eſſet licitus. Concluſio probatur, quia tunc Ruſticus ſubiaceret duplici damno, & amiſſionis laboris, & periculi ouium.

Et Dominus tantum ad vnum teneretur, ſcilicet ad partem periculi, vel ad nihil ſi ruſticus ad totum periculum eſſet ſubiectus, quod eſt contra iuſtitiam. Vnde D. Anton. In 2. p. tit. 1. c. 7. §. 39. dicit in caſu noſtro. Tutius eſſet ſi Dominus traderet pecora ſua, pro tribus vel quattuor annis, & in fine temporis æqualiter diuideret fructus cum capitali. Ita quod tradens ſubiret pericula caſuum fortuitorum. Et recipiens pericula, & damna .i. negligentia ſua orta ſufferre.

Damnum ſocidæ ex triplici cauſa venire poteſt ideo periculum aliquando eſt commune, aliquando non.

Pro maiori intelligentia omnium iſtorum obſeruandum eſt, quod damnum poteſt euenire tripliciter Primo ex natura. Secundo ex fortuna. Tertio ex culpa ſeu ex incuria. Si pecora pereunt ex prima cauſa. Ruſticus non tenetur reſtituere Domino gregis. Ratio eſt, quia ſi fuiſſent oues gregis penes Dominum illum, erant perituræ. Si pereunt ex fortuna, ex bello, vel igne, &c. periculum debet eſſe commune. In quo caſu ruſticus ſatisfacere tenetur Domino pro dimidia damni recepti. Cum lex valeat quod lucrum, & damnum ſit commune .i. quelibet pars ſentiat de damno, & de vtili, quod intelligitur, etiam quo ad ſetus, quia medietas illorum pertinet ad Dominum, & alia medietas ad ruſticum. Si autem damnum prouenit ex negligentia. Ruſticus tenetur ſatisfacere quo ad omnia Domino ſuo. Omnia iſta ſeruanda ſunt niſi factũ eſſet aliquod pactum iuſtum inter partes in traditione aium, cui ſtãdum eſt in omnibus ad temouendas omnes difficultates. Si autem factum eſſet contra iuſtitiam & in præiudicium tertij, proijciendum eſſet, & ſtandum in his, quæ diximus modo. Multi alij caſus in die euenire poſſunt qui his regulis regulandi ſunt. Ex his n. ſolutæ manent rationes adductæ pro vtraque parte dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantia ſolutio.

THeologus ſatisfacit inſtãtijs adductis pro dubio dicẽdo, quod ratio, pro parte affirmatiua dubij rectè cõcludit in fauorẽ primę concluſionis.

Ratio autem pro parte negatiua, propoſita recte, deſeruit ſecundæ concluſioni. Ideo ambas libenter admittimus. ſed nihil contra nos concluditur. Modo ſoluenda ſunt argumenta pro parte affirmatiua caſus,

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio.

THeologus ad primũ argumẽtum dicit, quod aliqui dicunt, quod gener, vel maritus poteſt lucrari de dote vxoris ſuæ poſita apud mercatorem, ſaluo capitali, & hoc facere poſſunt dicũt pro ſubſtentatione oneris matrimonij. Et hoc idem affirmant de viduis, & pupillis. Et addunt, q. hoc illis conceditur a Summis Pontificibus. in cap. illo per noſtras, &c. Cui ſententiæ videtur ſubſcribere. Nauara cap. 17. in 7. præcepto nomero 256. At Magiſter Dominicus a Soto lib. 9. de iuſtit. & iure, q. 6 art. 2. ad primum oppoſitum affirmat, & rationabiliter quidem. Dicit enim, quod dare ad vſuram cum ſit contra ius diuinum, & contra ius naturæ, nulla ratione eſt diſpenſabile, ſcilicet, quod aliquis cuiuſcumque ſtatus dare poſſit ad vſuram, ideo nullus, ſaluo capitali, poteſt ponere pecuniam ſuam in negotiationem. Nec eſt Summus Pontifex illæ contrariæ ſententiæ, Nam illo in loco Papa Marito, & ſimilibus intendit concedere aliquid, quod non concedatur omnibus Chriſti fidelibus, ſcilicet, vt ſaluo capitali ponat dotem vxorem ſuæ in ſocietatem hoc enim non intendit Pontifex aliud in capitulo illo intendit viſi declarare quo modo maritus de fructibus doctis viuere poſſit, videlicet ſi illam apud tutam mercatorẽ collocare voluerit inte communi ſocietatis exponendo illam periculis ſocietatis, quod ſi ipſæ ſub tali periculo ſtare non vult aſſicurare illam faciat modo declarato in dubijs.

Nulli licet neque marito, neque vidua, & ponere pecuniam ſuam in ſocietate ſaluo capitali.

Impugnationis ſolutio.

Contra inquit argumentator, ſi doctrina iſta vera eſſet Papa nihil concederet marito, quod non ſit conceſſum alijs, hoc non eſt dicendum. Nec id quod adducit Sotus eſt contra noſtrum intentũ, inquit Argumentator concedimus enim, quod accipere aliquid ex mutuo eſt contra ius diuinum, & naturæ, ſed dicimus quod maritus non mutuat mercatori, ſed dat illi pecuniam ſuam in ſocietatem. Et ad hoc vt non pereat vult ſecurationem accipere ab eo, & aliquando pactum facit cum illo de lucro incerto.

Impugnatio.

Theologus dicit, q. Papa non concedit marito aliquid, ſed tantum ortatur ſecurare dotẽ, & ne ſit

occaſionem illam in ſocietatem ponere, vel inueſtire, quod forſitan illi nõ liceret ſi eſſet per diues, cum negotiatio non ſit licita de ſe niſi pro neceſſitate familiæ, vel patriæ, vt dictum eſt loco ſuo.

Argumẽtum ſecundum.

Lector format vnum argumentum contra prędicta dicendo. Poteſt qui amplam pecuniam in ſocietatem ponit, conuenire cum ſocijs, vt non ipſe totum periculum ſubeat, ſed ipſi, partem aliquam, ergo pari ratione inter eos conuenire poſſunt, vt alij periculum ſubeant, ipſi autem pecuniam ponat.

Argumenti ſolutio.

Socius non poteſt ſtare ad lucrũ, niſi pro illa portione qua ſubiacet periculo.

Theologus ſatisfacit huic argumento dicendo, quod reſponſio eſt facilis. Concedimus enim, quod quipiam poteſt ponere in ſocietatem decem millia ſcuta exempli gratia, cum pacto vt non ſubeat periculum niſi medietatis. Sed tunc lucrari non poteſt, vel lucrum ex ſocietate recipere non poteſt, niſi pro medietate illa quæ ſubeſt periculo, pro alia medietate nihil poteſt accipere, niſi ſi aſſicurare illam fecerit ſoluenda tot pro centenario, iuxta qualitatem periculi, cui ſubeſt negotiatio illa. Ratio eſt, quia ſi pars iſta aſſicurata non eſt, manet ſub mutuo, in manu ſocij, & ſub periculo illius. Nam pro mutuo nihil eſt lucrandum ex lege naturæ, & diuina. Vt pluries dictum eſt. Et de hoc inter Doctores non eſt controuerſia. Hæc dicta ſint pro caſu iſto, & dubijs eius, & tota hac diſputatione.

DISPVTATIO QVARTA in littera S.

De Suſuratione.

LEctor in hac diſputatione proponit vnum caſum, cum vno dubio annexo ſatis per vtili.

In caſu ergo quærit, vtrum ſuſurratio ſit peccatum diſtinctum a detractione.

In quæſito poſtulat, An omnes ſuſurrationes ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime,

In dubio inueſtigat, An detractio ſit grauius peccatum quam ipſa ſuſurratio.

In caſu ergo quærit, vtrum ſuſurratio ſit peccatum diſtinctum a detractione? Et format argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentum deſumitur ab Apoſtolo Rom. 1. quo in loco dicit Apoſtolus plenos malignitate. Suſurrones, & detractores, quo in loco dicit gloſſa ſuſurrones, ideſt inter amicos, diſcordias ſeminantes. Detractores, qui eorum bona negant, vel minuunt, ergo ſuſurratio eſt peccatum diſtinctum a detractione. Hoc enim confirmat ſapiens, declarando naturam ſuſurrationis, & oſtendendo illam eſſe diſtinctam a detractione. Prouerb. 26. dicendo verba ſuſurronis, quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis, & Eccleſiaſt. 12. Suſurrans commutabit vultum ſuum. At nullum iſtorum effectuum facit detractio, vt de ſe patet, ergo detractio diſtinguitur a ſuſurratione, & per conſequens ſuſurratio eſt peccatum diſtinctum a detractione.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua ex authoritate Iſidori format argumentum. Inquit Iſidorus in libro Ethymologiarum. Suſurro de ſono locutionis appellatur, quia non in facie alicuius, ſed in aure loquitur detrahendo, ſed loqui de altero detrahendo ad detractionem pertinet, ergo ſuſurratio non eſt peccatum diſtinctum a detractione.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus circa caſum iſtum tria facit Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo proponit dubium illud quæ ſoluit. Tertio ſatisfacit argumentis, pro parte negatiua caſus, pergamus ad primum.

Suſurratio cõueñit cũ detractione in materia, & forma. & modo loquendi, & diſtinguitur.

Concluſio Suſurratio ex parte finis diſtinguitur a detractione, licet conueniat cum illa, in materia, modo, & forma. Concluſio iſta declaratur, & probatur.

In primis eſt obſeruandum, quod detractor, & ſuſurro in tribus conueniunt, ſcilicet in materia, in forma, & in modo loquendi. Primo in materia. Nam tam ſuſurro, quam detractor dicit malum contra proximum ſuum. In forma conueniunt loquendo, ambo in occulto, in modo locutionis, quia ambo loquuntur animo placato, ex quibus non eſt mirum, ſi apud Doctores quandoque vnũ pro alio accipiatur. Vnde gloſſa exponens dictũ illud Eccleſiaſt. quinto. Non appelleris ſuſurro, ideſt detractor, inquit gloſſa. ex parte tamen finis ſuſurratio, a detractione diſtinguitur. Finis detractoris eſt denigrare famam proximi (hac intentione) mala illa de proximo ſuo dicit, quæ eum diffamare poſſunt, vel per quę fama eius diminuatur. Finis autem ſuſurronis eſt ſeparare amicos frangereque amicitias illorum, prout affirmat Gloſſa in verbis illis. Prouerb. 26. Subſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt dicendo, quod finis ſuſurrationis eſt ſeparare vnum amicum ab alio. Et ideo ſuſurro talia verba dicit de proximo, quæ poſſint commouere animum audientis, contra illum de quo loquitur, vt manifeſtat Eccleſiaſt. 28. dicendo, vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habitantium immittit inimicitias, ecce officium ſuſurronis, & detractoris.

Tria mala facit ſuſurratio Dei beneuolentiam excludit ſimiliter & hominum, & inducit peccatum mortale.

In his differt ſuſurro a detractore. Nam ſuſurro non intendit ſimpliciter malum dicere, ſed dicere illud quod poſſit animum vnius turbare contra alium, etiam ſi id quod dicit ſit bonum in ſe. tamen eſt apparens malum inquantum diſplicet ei cui dicitur, D. Antoninus 2. par. tit. 8. cap. 5. dicit, quod ſuſurratio, tria mala facit. Excludit beneuolentiam diuinam, tollit amicitiam humanam, & inducit nequitiam moralem. Et probat diffuſe ſingula membra, cuius probationes in his conſiſtit. Et primo, quod ſuſurratio excludat amicitiam diuinam. Nam Salamon Prouerb. 6. dixit hæc verba. Sex ſunt quæ odiuit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius.

Ocu-

Digitized by Google

Oculos ſublimes, linguam mendacem manus effundentes innoxium ſanguinem. Cor machinans cogitationes peſſimas. Pedes veloces ad currendum in malum pro ferētem mendacia. Teſtem fallacem Et eum qui inter fratres ſeminat diſcordiā. Hoc vltimum eſt ſuſurro, cuius proprium eſt inter fratres diſſeminare diſcordias. Vnde manifeſtum eſt, quod ſuſurratio excludit beneuolētiam Dei. At excluſa Dei beneuolentiam omnia bona tollūtur a nobis, quia omnia bona, quæ habemus ex Dei beneuolentiam proueniunt. Nam ad hoc Dei filius venit in mundum, & vſque ad mortem crucis laborauit. Vt filios Dei qui erant diſperſi congregarent in vnum. Ioan. 11. Venit vt diſſolueret opera diaboli. Ioan. 1. cap. 2. Sed ſuſurro totis viribus conatur amicos concordes diuidere, & diſperdere, qua de cauſa mirum nō eſt. Si Chriſtus Dominus nequeat illos ſufferre. Nam ipſæ magis dilexit Eccleſiam, quam corpus ſuum ſanctiſſimum. Ideo libenter mortuis eſt pro nobis, teſte D. Ioan. Apoc. 1. dicenti, Lauit nos a peccatis noſtris a ſanguine ſuo. Suſurrones potius dicendi ſunt filij Diaboli, quam filij Dei. Nam ſua lingua fraudulenti quærunt facere filios Dei, filios diaboli. Vt experientia docet.

Suſurratio tollit amicitiam quæ homini eſt neceſſaria propter quatuor præcipue.

Veniamus ad ſecundum malum, quod facit ſuſurratio. Ipſa enim ſuſurratio tollit amicitiam repertam inter homines, quæ eſt maximum bonum, & neceſſarium in hac vita, prout inſinuat Eccleſiaſtes dicendo. Amico fideli nulla eſt comparatio. Amicitia enim propter quatuor eſt homini neceſſaria. Primo reſpectu virtutis. Secundo reſpectu vtilitatis ad proximum. Tertio reſpectu conſeruationis vnitatis. Quarto & vltimo reſpectu neceſſitatis occurrētis. Conſideremus primū, & poſtea alia tria. Quātum ad primum. Amicitia reducit homines ad virtutem, per quam efficiuntur boni. Nam virtus facit bonum habentem, & bonum reddit opus eius. Amicitia eſt virtus moralis ordinans homines ad vnionem, cum dictis, & factis. Ipſa reducit ad iuſtitiam, tamquam pars ad ſuum totum, quia ſicut iuſtitia reddit vnicuique quod ſuū eſt, ita amicitia reddit cuilibet pro equitate. Differt a iuſtitia in hoc, quia iuſtitia attendit ad debitum neceſſitatis. Amicitia attendit ad debitum honeſtatis, vt homines conuerſando ſimul virtuosè, & delectabiliter pertranſeant hāc vitam ſine Dei offenſa. Cum ergo ſuſurratio quærat ſummouere amicitias, & virtutes, & loco illarū ponere diſcordias, & litigia, vt affirmat ſapiens. Prouerb. 26. dicendo. Subſtratone ſubtracto iurgia conquieſcunt. Ergo ſuſurratio tollit amicitias. Amicitia neceſſaria eſt ex parte vtilitatis. Nam ex amicitia multa beneficia recipiunt homines reciprocè. Experientias enim docet, quantę vtilitatis ſint parentes filij, & filij grati parentibus: quantæ fratres, & amici in ſimul, hoc enim manifeſtat ſapiens dicendo, qui inuenit amicum, inuenit theſaurum Et econtrario dicendo. Veh ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe, huiuſmodi amicitias tollit ſuſurro, ergo peſſimus eſt, quod confirmat Eccleſiaſtes 27. dicendo. Omnis

Amicitia vtilis eſt oībus hoībus, quā quærit deſtruere ſuſurratio.

ſuſurrus maledictus erit.

Veniamus ad tertium fructum amicitiæ, qui conſeruatio pacis, maxima neceſſaria vitæ hominum. Illud eſt maxime neceſſarium, quod eſt cōſeruatiuum populi regni ciuitatis, & familiæ, ſed amicitia eſt conſeruatiua pacis, & concordiæ populi. ciuitatis Regni, & familiæ, ergo eſt neceſſaria. Maior propoſitio de ſe patet. Minor probatur. Amicitia facit omnia communia inter amicos. Illa vnit amicos in vno velle, & in vno nolle, teſte Cicerone dicenti Amicus eſt alter ego. Vbi eſt vera amicitia, lites non habent locum, iuſtitia non eſt neceſſaria. Et quia ſuſurratio hoc bonum tollit, ideo Apoſtolus Paulus, 2. Cor. 12. vult ſuſurrones tolli ex medio Chriſtianorum dicendo. Ne forte ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint in nobis.

Vltimus fructus amicitiæ relictis alijs. Amicitia eſt valde neceſſaria ad ſubueniendum neceſſitatibus occurrentibus. Ipſa vtilis ac neceſſaria eſt Diuitibus, pauperibus, iuuenibus, ſenibus, tribulatis, & felicibus Primo amicitia vtilis, & neceſſaria eſt diuitibus. Primo ad hoc vt poſſint cōmunicare bona ſua alijs. Secundo, vt habeāt cum quibus conuerſare, primum clarum eſt de ſe. Ad quid enim diues congregat diuitias, ſi non habet cum quibus vti poſſit illis Nulla enim eſt vtilitas fortunæ bonorum ſi ex illis nullus recipit beneficium. Ad beneficium laudabiliter fit amicis, ergo amicitia quo ad communionem, & diſtributionē bonorū diuitibus eſt neceſſaria, ſimiliter quo ad conuerſationem neceſſaria eſt amicitia. Homo eſt animal ſociabile, Sociabilitas præcipuè cum guſto eſt inter ſuperior. Ipſa amicitia ergo maxime vtilis eſt hominibus diuitibus, pro conſeruatione bonorum fortunæ; bona enim fortunæ ſine amicis cōſeruari non poſſunt. Ratio huius rei eſt, quia quanto magis fortuna arridet tātum ſunt minus ſecura bona illa; quoniam habent plures inſidiatores, qui enim vult multa bona conſeruare, indiget multis cuſtodibus, ne aliqua infortunia (ex propria culpa) accidat. Secundo loco amicitia vtilis eſt, & neceſſaria pauperibus. Nam tempore neceſſitatis diuites amici, ſunt illorum refugium. Vnde Dauid Rex dicebat Deo. Refugium pauperum in tribulationibus, quod confirmabat ſapiens dicendo. In omni infortunio amici ſunt vtiles, & neceſſarij. Tertio iuuenibus amicitia eſt neceſſaria. Nam iuuenes proni ſunt ad peccandum, propter concupiſcentiam delectationum, propter audaciam, & ſimilium, vt affirmat diuina Scriptura. Geneſ. 8. Senſus enim hominis, & humana cogitatio prona ſunt ad malum, ab adoleſcentia ſua. Iſta pronitas ad malum per amicos regulatur, reprehenſionibus ex hortationibus, & conſilijs, per quæ homo, vel totaliter fugit peccatum, vel frequentiam peccatorum. Quarto loco amicitia vtilis eſt ſenibus. Ratio eſt, quia illis debetur reuerentia, & ipſi indigent naturali potentia. Senes. n. propter reuerentiam quæ eis debetur, & propter defectum naturalis impotentiæ, ſcilicet, propter debilitatem corporis, & infirmitatem, quæ comitantur

Amicitia vtilis ac neceſſaria eſt oībus generibus hominū multis ex cauſis diuitibus.

Pauperibus, Amicitia nō ſolum eſt vtilis, ſed neceſſaria.

Amicitia vtilis, & neceſſaria eſt ſenib. et iuuenibus.

Dubium.

IN dubio hoc quæſit Lector. An ſuſurratio ſit grauius peccatum ipſa detractione. Rationes.n. adducit pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua eſt talis ratio deſumpta ex Eccleſiaſt. quinto, quo in loco dicit Sapiens. Denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia, ergo grauius peccatum eſt ſuſurratio, quam detractio. Et confirmatur hoc ex 6. Prouerb. vbi dicitur. Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, hoc ſeptimum eſt peccatum illorum, qui ſeminat diſcordias inter fratres, ideſt ſuſurrario, ergo ſuſurratio eſt grauius peccatum, quam detractio?

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua formatur tale ratiocinium. Peccata oris conſiſtunt in hoc quod aliquis mala dicit. Sed detractor dicit de proximo ſuo ea quæ ſunt mala, ſimpliciter ergo ſuſurratio non eſt grauius peccatū ipſa detractione. Minor probatur, quia ex his oritur infamia, vel diminuitur fama. Suſurro non curat niſi dicere mala apparentia.ſ. quæ diſplicet audienti, ergo grauius peccatum eſt detractio, quam ſuſurratio, ergo ſuſurratio non eſt grauius peccatum, ipſa detractione.

Deciſio dubii pro parte affirmatiua.

LEctor Theologus pro dubio iſto duo facit. Primo vnica concluſione affirmatiua ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Suſurratio grauius peccatū eſt, quā detractio, & contumelia.

Concluſio. Suſurratio eſt grauius peccatum ipſa detractione. Concluſio, hoc medio probatur. Peccatum in proximum, tanto grauius eſt quantum nocumentum ei illatum grauius eſt, ſed ſuſurratio grauius nocumentum infert, quam detractio, vel contumelia, ergo eſt grauius peccatum. Maior propoſitio de ſe eſt clara. Minor ſic probatur. Per contumeliam deſtruitur honor per detractionem fama, per ſuſurrationem diruitur amicitia, ſed amicitia eſt maius bonum, quam honor, vel fama, ergo ſuſurratio eſt grauius peccatum, quam detractio, vel contumelia. Minor probatur. Amicitia eſt maxima omnium virtutum, vel aliquid excellentius, ex D.Thom. 2 2. quæſt. 23. art. 3. ad primum

Amicitia eſt bonum præſtantius, quā ſit fama, vel honor.

Sed fama non eſt tam excellens bonum ſicut virtus, imò fama ſequitur virtutem, vt membra corpus, ergo iniuria quæ deſtruit amicitiam grauior eſt illa quæ deſtruit famam, & etiam illa quę leuat honorem. Cum honor ſit minus bonum, quam ipſa fama. Vt manifeſtauimus in diſputationibus de contumelia, & de detractione. Minor formatur hoc alio modo. Inter cætera bona exteriora præeminet amicus, cum dicat Ariſt. 8. Ethicorum. Sine amicis nullus viuere poteſt, quod corrobotat Sapiens. Eccleſ. 6. dicendo. Amico fideli nulla eſt comparatio, ergo id quod remouet amicum grauius peccatum eſt, quam illud quod tollit famam, vel honorem. Conſequentia probatur. Fama quæ per detractionem tollitur ad hoc neceſſaria eſt, ut homo idoneus ad amicitiam habeatur, ergo ſuſurratio eſt maius peccatum, quam detractio, & etiam quam contumelia, cum amicus ſit melior quam honor, & amari, quam honorari. Ex 8. Ethicorum c. 8. T. 5. Vnde Phyloſophus in eodem 8 dicit. Nihil condecentius eſt quam amicorum copia, quia non ſolum illis omnia ſont cōmunia, ſed illi omnes, ſunt quaſi unū. Amicus eſt alter ego. Vnde illi qui abundant amicis nihil deeſſe poteſt in hac uita. ergo ſuſurratio quæ tollit amicos maximum peccatum eſt.

Inſurgit Lector contra prædicta dicendo. Detractio, & amicos diſſoluit ſicut & ſuſurratio, ergo non diſtinguitur ab eo. Impugnat. 1.

Theologus ad antecedēs dicit, quod dirumpere amicitias ſtat dupliciter per ſe primo, uel conſecutiue. Suſurro per ſe primo, ſtangit amicitias, Detractor hoc facit per accidēs conſecutiuè. Intentum enim detractoris eſt denigrare famam. Si autem ex hoc ſequatur fractio amicitiæ cum aliquo ex eo quod amiſit famam, hoc eſt per accidens, & conſecutiuè, & non eſt per ſe intentum. Impugnationis diſſurtio.

Impugnat hanc doctrinā ſecundo loco, Lector dicendo. Videtur quod fama pretioſiur ſit quam amicitia, & per conſequens detractio quæ eſt contra famam ſit grauius peccatum, quam ſuſurratio quæ eſt contra amicitias. Et probatur ſic intentū. Illud eſt pretioſius, quod latius extenditur, ſed fama ſic ſe habet in ordinem ad amicitiam, ergo præſtantior eſt ipſa amicitia. Minor ſic probatur pluribus manifeſtum eſt iſtæ eſſe doctus & præſtantiſſimus quam quod ſit amicus, ergo fama magis ſe extendit quam amicitia. Impugnat 2.

Theologus negat mi. proprium, & ad probationem dicit, quod quicumque notitiam habet integritatis iſtius hominis, & ſuæ virtutis præſtantiæ (niſi coruptus ſit moribus, ipſum amat ſinceri, animo imò amicitia virtuti germana eſt, igitur ſicut virtus vllo modo a fortuna pendet, ita & habere amicos, potius a virtute naſcitur, quam a fortunæ temeritate. Impugnatiōnis ſolutio.

Quærit Lector. An ſuſurratio abſque vlla culpa eſſe poſſit? Interrogatio prima.

Resp.

Huic quæſito dicit Theologus, quod ſi ſuſurratio proueniat ex leuitate materię veniale peccatum eſſe poteſt, imò dari poteſt caſus, quod non ſit peccatum, v.g. ſi ſuſurratio ordinata eſt ad dirimēdam perniicioſam amicitiam, dummodo fiat intra infamationem proximi non eſt peccatum, ſed virtus, etiam ſi manifeſtantur nonnulla vitia naturalia illius hominis, puta dicendo, quod talis eſt difformis, & ſimilia. Sed diuidere amicos, quorum amicitia fundata eſt in virtute, & honeſto certiſſime eſt peccatum mortale, & præcipuè ſi iſtæ de amicis intenderet facere inimicos. Si autem tenderes ad hoc vt inter illos non ſit tanta familiaritas quæ poteſt eſſe cauſa alicuius mali, non tamen hoc facis vt efficiantur inimici poteſt eſſe veniale peccatum. Suſurratio poteſt eſſe ſine peccato cum peccato et grauiſſimū peccatum.

Denuo quærit Lector dicendo. Poſſum ne licitè Interrogatio ſecunda.

quętere

quærere ſeparare amicum ab amico, non hac intentione, vt efficiantur inimici, ſed vt ego ingrediar loco alterius amici, pro comodo meo, vel alterius?

Reſp. Theologus huic interrogationi dicit. Vel hoc facis infamando illum apud amicum ſuum, vel tantum manifeſtando aliqua ſua vitia naturalia ſi primum hoc facere non potes ſinè peccato mortali, ſi ſecundum hoc fieri poteſt ſine peccato aliquando cum peccato veniali, præcipuè ſi coniunctio illa in amicitia proueniat gratioſè, non autem ex debito iuſtitiæ. His declaratis, modo ſoluendæ ſunt inſtantiæ partis negatiuæ dubij.

Inſtantiarum ſolutio.

Inſtantia ſolutio. THeologus cum D. Tho. ad primam inſtantiam dicit, quod ſpecies, & grauitas peccati magis attenditur ex fine quam ex obiecto mortali hac de cauſa ſuſurratio grauius peccatum eſt, quam detractio, licet aliquando detractor peiora dicat. Intentio enim finis eſt tanquam obiectum, mala dicta ſunt obiectum materiale, ſpecies ſumitur ab obiecto formali, non autem ab obiecto materiali.

Inſtantia 2. Argumentator inſurgit, & format ſecundum inſtantiam dicendo. Quicumque aufert alicui famam, aufert ei nō ſolum vnum amicum, ſed multos. Suſurratio tantum aufert vnum amicum fama plures, ergo grauius peccatum eſt detractio, quam ſuſurratio. Minor propoſitio certa eſt. Maior ſic probatur. Intellectus vniuſcuiuſque refugit amicitiam perſonarum infamatū, quod oſtendit diuina Scriptura. 2. Paralip. 19. contra quoſdā qui hoc non fecerāt lamentabatur dicens. His qui oderunt Dominum, amicitias iungeris.

Inſtant. ſolutio. Theologus huic inſtantiæ ſatisfacit dicendo, quod fama eſt diſpoſitio ad amicitiam, & infamiam ad inimicitiam, clarum eſt quod diſpoſitio non eſt tantæ excellentiæ, quantæ eſt id ad quod diſponit. Ex quibus infert S. Thom. Ideo illæ qui operatur ad aliquod quod eſt diſpoſitio ad inimicitias minus peccat, quam illæ qui ad inimicitiam inducendam operatur, primum facit detractor, ſecundū ſuſurro. Vnde dicendum eſt grauius peccatum eſſe ſuſurrationem, ipſa detractione. Detractor in potentia operatur contra amicitiam, ſuſurro in actu, ideo grauius eſt eius peccatum.

Suſurratio tollit amicitiā detractio ordinata eſt ad tollendā amicitiam.

Inſtantia 3. Non acquieſcit Argumentator contra inquit iſto dicendo. Qui detrahit fratri ſuo, detrahit legi, & per cōſequens Deo qui eſt legiſlator, & per conſequēs eius peccatum eſt contra Deum, quod eſt grauiſſimum inter peccata. Peccatum autem Suſurronis eſt in proximum tantum ergo peccatum detractoris grauius eſt, quam peccatum ſuſurronis.

Inſtant. ſolutio. Theologus negat minorē. Et ad maiorē dicit, quod illæ, qui detrahit homini cenſetur detrahere legi, quia operatur contra legem de dilectione proximi. Contra quam legem fortius operatur ſuſurro, & Deus prius offendit cū ſit ipſamet dilectio, teſte D. Ioan. 1. cap. 4. Dicens Deus charitas eſt.

Suſurratio magis opponitur dilectioni proximi, quam detractio.

Et hoc totum confirmat Sapiens Prouerb. 6 dicendo. Sex ſunt qui odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, hoc ſeptimum eſt illę, qui ſeminat diſcordias inter fratres. His pro dubio ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta pro parte negatiua caſus.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. THeologus ad argumentum dicit, quod ſpecies, & diſtinctio delictorum magis conſideratur ex parte finis, quam ex parte materiæ, vel formæ. Vnde ſuſurro inquantum dicit malum de alio materialiter, & non formaliter detrahit, tamen quia malum, quod dicit, & omnia quæ operatur ordinat ad diſſoluēdas amicitias in eo cōtra quam ſuſurrat, propter formaliter dicendus eſt ſuſurro, licet materialiter ſit detractor.

Argumētum ſecundum. Inſurgit Lector, & contra hanc reſponſionem format ſecundum argumentum dicendo, quod reſponſio iſta non videtur deſeruire diuinę Scripturę. Leuit. 19. Vbi dicitur, Non erit criminator, nec ſuſurro in populis, ſed criminator idem videtur eſſe, quod detractor ergo ſuſurratio, & detractio non diſtinguntur.

Argumenti ſolutio. Theologus negat minor, & rationem negationis aſſignat dicendo, quod Criminator differt a ſuſurrone, & a detractore Criminator eſt illę, qui publicè crimina alijs imponit, vel accuſando, vel conuitiando. Detractor occultè quærit diffamare proximum ſuum. Et ſuſurro quærit frangere amicitias, ex fine enim apparet, quod Criminator, Detractor, & Suſurro differunt ſpecie. **Nota.**

Argumētum tertium. Non acquieſcit Lector format vltimum argumentum authoritate, diuinę Scripturę, dicendo, Sapiens Eccleſ. 28. ſic dicit, Suſurrus, & bilinguis maledictus erit, ſed bilinguis, & Detractor idem eſt, vt de ſe patet, proprium enim eſt detractoris duplici lingua loqui, aliter in abſentia, & aliter in pręſentia, ergo ſuſurro idem eſt quod Detractor.

Argumenti ſolutio. Theologus huic argumento ſatisfacit, dicendo, quod licet ſuſurro, & detractor diſtinguantur formaliter, Suſurro etiam poteſt dici bilinguis, quo ad modum procedendi, quia nititur ſuſurro, rumpere amicitias ex vtraque parte, propterea duobus linguis vtitur in ordine ad duos amicos vni dicens malum de alio. Non tamen formaliter eſt bilinguis. Bilinguis formaliter ſumptus eſt illę qui in facie loquitur vno modo, & poſt tergum alio modo. De his enim loquitur Sapiens dicendo, Eccleſ. 28. Suſurro eſt bilinguis, maledicus, multos, n. turbauit, pacem habentes. Et 26. Prouerbiorum. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. Verba ſuſurronis dicuntur quaſi ſimplicia, licet ſecundum ſe, ſint duplicia, quia ſuſurro eſt bilinguis, aliud habet in corde, & aliud in ore. Dominator enim verba iſta peruenire ad intima cordis, quoniam amicitia, quę in cordere ſidet ex intimis cordis euelere conatur. Hactenus de his.

Suſurro meritò dici poteſt bilinguis ſi non formaliter materialiter.

DISPVTATIO PRIMA in littera V.

De Extrema Vnctione.

LEctor (more ſolito) proponit diſputandum caſum vnum cum dubijs annexis, circa extremam Vnctionem.

In caſu ergo quærit, vtrum Sacramentum extremæ Vnctionis exhibendum ſit, tantum infirmis ab hac vita decedentibus, ſeu laborantibus in extremis.

In dubio inueſtigat. An Sacramentum hoc, exhibendum ſit ſtatioſis, & pueris.

Caſus.

IN caſu ergo quærit Lector. Vtrum Sacramentum extremæ Vnctionis exhibendum ſit tantum infirmis ab hac vita decedentibus, ſeu in extremis laborantibus, format. n. ſua argumenta pro vtraque parte.

Partis affirmatiuæ probatio.

Pro parte affirmatiua argumentum deſumitur ex authoritate Apoſtoli Iacobi. cap. 5. quo in loco dicit. Infirmatur, quis in vobis. Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eos, vngentes cũ oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatum ſit, dimittetur ei, ex quibus verbis habemus, quod tantum vngendi ſunt infirmis, in extremis laborantibus, ergo extrema Vnctio tantum infirmis in extremis laborantibus, deſiderantibus remiſſionem peccatorum, & ſalutem animæ exhibenda eſt.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua format ſuum argumẽtum, & probare intendit, quod non ſolum infirmis, ſed & ſanis, & alijs, & exhibenda ſit extrema Vnctio. dicendo. Principalis effectus huius Sacramenti eſt ſanatio animæ, ſed multi ſani corpore egrotant animo, ergo illis etiam exhibendum eſt hoc Sacramentum.

Caſus deciſio pro parte affirmatiua.

LEctor Theol. quatuor facit circa hunc caſum. Primo obſeruat aliqua pro fundamento doctrinæ. Secundo duobus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Tertio proponit, & ſoluit dubium. Quarto ſatisfacit argumentis partis negatiuæ.

Quoad primum, relictis alijs caſibus, diſputatis abunde in hac materia a ſacris Theologis, ſcilicet, ſi extrema Vnctio ſit Sacramentum Eccleſiæ, ſi effectus huius ſacramenti ſit peccatorum remiſſio, & ſanitas corporis, ſimiliter ſi materia huius ſacramẽti, ſit oleũ ſimplex ab Epiſcopo cõſecratum. ſi forma huius ſacramenti ſit illa, quam aſſignat Concilium Florentinum, ſ. per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid deliquiſti per viſum. &c. ſimiliter quicquid deliquiſti per auditũ, &c. Relicta etiam illa quæſtione. ſ. ſi omnes, vel ſoli Presbyteri ſint miniſtri huius Sacramenti, tamquam certa. Multiſq; alijs in tactis dimiſſis, quę quiſque apud Theologos videre poterit, tantum ad caſum noſtrum, modo propoſitum decreuimus deſcendere. Cum igitur in controuerſia poſitum ſit de exhibitione extremæ Vnctionis ponẽdæ ſunt concluſiones reſponſiuę.

Sacramentũ extremæ vnctionis exhibenda eſt tãtum infirmis poſitis in extremis.

Concluſio prima. Sacramentum extremæ Vnctionis exhibendum non eſt niſi infirmis, imò ſi ſanis conferretur non eſſet Sacramentum.

Concluſio iſta probatur, quo ad vtranque partem per diffinitionem ipſius extremæ Vnctionis deſſumptam, ex primo cap. de Sacramento extremæ Vnctionis adiunctis, aliquibus ibi notatis, & ex 4. diſtin. 23. In hac diffinitione Sacramentum accipitur loco generationis, quia ſub noĩe ſacramẽti continentur ſeptem ſacramenta Eccleſiæ, reliqua quæ in illa diffinitione ponuntur ſe habent loco differentiæ. Diffinitio huius ſacramenti eſt iſta. Sacramentum extremæ vnctionis, eſt ſacramentum quo Presbyter vngit certas partes corporis infirmi, probabiliter periclitantis oleo conſecrato, certa verba (cum debita intentione) proferendo. genus igitur huius diffinitionis eſt ſacramentum, diffinitum, eſt extrema vnctio. Prima particula differentiæ eſt. ſ. quo Presbyter vngit, dicit Presbyter ad ſignificãdũ, quod ſolus Presbyter poteſt eſſe miniſter huius ſacramenti, ſequitur quo vngit ad ſignificandum actum exercendum, ab ipſo miniſtro huius ſacramenti, qui actus in vngere conſiſtit, quam vnctionem exercere debet ſacerdos, durante prolatione verborum neceſſariorũ. ſ. per hanc vnctionem, & ſuam piiſſimam miſſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum, vel auditum, &c. Non enim ſufficit vngere finita, verborum prolatione, vel ante prolationis principium, prout etiam quæritur in aliorum ſacramentorum collactione.

Sacramentũ extremæ vnctionis ẽ quo Presbyter vngit certas partes corporis infirmi probabiliter morituri oleo cõſacrato, &c.

Additur in diffinitione quo vngit certas partes corporis, ad oſtendendum, quod non eſt vngendum totum corpus, ſed tantum aliquę partes terminatæ ſunt vngendæ. ſ. viſus, auditus, labia, manus, & pedes, propterea ſubditur in hac diffinitione quod vngendæ ſunt partes aliquæ terminatæ infirmi. Et hoc ad ſignificandum quare ſit ſubiectum huius extremæ vnctionis, ſubiectum ergo eſt corpus infirmi, & non aliud corpus in ſignum quod tale ſacramentum exhibendum eſt tantum infirmus. Vnctio iſta facienda eſt oleo ſacro, quia materia huius ſacramenti eſt oleum oliuarum, per Epiſcopum conſecratum. Eſt etiam facienda vnctio iſta proferendo certa verba cum debita intentione, ratio eſt, quia verba iſta ſunt forma huius ſacramenti tradita Conc. Florent. quæ eſt iſta vt dictum eſt. Per iſtam ſacram vnctionem & per ſuam piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum. Deinde ad auditũ repetendum verba illa dicẽdo, quicquid deliquiſti per auditum. Ad os ſimiliter dicendo, quicquid deliquiſti per os, ad manus, quicquid deliquiſti, per tactum, & ad pedes dicendo, quicquid deli- Nota.

quiſti

Digitized by Google

quiſti per greſſum. Iſta omnia habentur ex verbis Apoſtoli Iacobi, loco ſupracitato, vbi dicit Apoſtolus. Infirmetur quis in vobis inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit dimittentur ei. Per verbum enim infirmetur oſtenditur, quod ſubiectum extremę vnctionis eſt corpus infirmum, per verbum Presbyteros oſtenditur miniſter ſacramenti, per verbum vngeat oleo conſecrato denotantur miniſter, & materia huius ſacramenti. Per verba, orent pro illo manifeſtatur forma. At per verba & alleuabit eũ, oſtendit quod ſacramentum iſtud confert ad ſanitatem corporis, quando expedit infirmo. Tandem verba illa vltima .ſ. Et ſi in peccatis ſit dimittetur ei, oſtenditur quod per hoc ſacramenta dimittuntur peccata. Quæ autem ſint peccata quę per hoc ſacramentum dimittuntur non declarat, certum tamen eſt venialia omnia dimitti, mortalia autem quę odio habet infirmus de quibus eſt contritus, vel ſaltem attritus, & quę meminit, tenet Nauarrus, quod dimittuntur per talem vnctionem, quo fieri poteſt inquit ipſę vt ſi aliquis moriens abſq; hoc ſacramento damnaretur, & vncto eo ſaluaretur, fieri etiam poteſt, vt aliquis ſua peccata confiteri non poſſit, aut quamuis poſſit non cenſet illud neceſſarium ei, quia iam eſt confeſſus (ſine tamen contritione) aut debita attritione ad remiſſionem peccatorum ſufficienti; & poſtea tanta attritio ei ſuperueniat, quę licet de ſe non ſufficiat ad remiſſionem peccatorum mortalium, ſacramenti huius tamen calore adiuncto ſufficeret, ex ſententia communi, inquit Nauarrus. Nam ex virtute ſacramenti aliquis ex attrito fit contritus. Quare magnę curæ nobis eſſe debet huius ſacramenti ſuſceptio, & morientes beati ſemper viuamus. Ex quibus apparet quam grauem delictum comittuntur Prelati, & Curati animarum, qui ſua culpa permittunt diſcedere ab hac vita infirmi abſque ſacramentis .ſ. Confeſſionis Viatici, & extremę vnctionis. Omnes enim cuſtodes infirmorum debent cum prudentia monere infirmos, ſi in periculo mortis exiſtunt ut pręparent animam ſuam, ad bene moriendum, oſtendendę illi quantę utilitatis ſit receptio ſacramentorum. Aliter contra illos dicet Dominus. Requirã oues meas de manibus paſtorum. Veh utique illi qui ex culpa ſua aliqui damnati fuerunt. His ſtantibus eſt probanda concluſio, ſcilicet, quod ſacramentum extremę unctionis, exhibendum ſit tantum infirmis, hoc enim exigitur non ſolum de neceſſitate pręcepti, ſed etiam de neceſſitate ſacramenti, inquit Magiſter Dominicus a Soto. Ratio huius concluſionis ex D. Thom. in 4. d. eſt talis. Nam internus effectus ſacramenti, debet per externam cerimoniam deſignari. At ſacramentum hoc eſt quędam ſpiritualis curatio, ergo non debet applicari, niſi infirmis, ergo non ſanis.

Nota.

Extrema vnctio ex propria natura liberat infirmũ a venialibus aliquando & a mortalib.

Notare debent Prælati et habentes curam infirmorum graue peccatum cõmiſſum ex out negligentia circa extremam unctionem.

Impugnatio.

Lector contra hanc concluſionem inſurgit, dicendo cum Durando contra doctrinam hanc Angelici Doctoris. Si extrema unctio applicãda eſſet tantum infirmis ſequeretur quod baptiſmus, non deberet applicari, niſi ei, qui ſordibus eſt, cum per extremam unctionem, ſignificatur interna lotio. Imò & pęnitentia non deberet impendi, niſi mortuis corporaliter, cum ipſa ſit ſuſcitatio ſpiritualis, ſed iſta omnia abſurdiſſima ſunt, ergo & primum dictum eſt abſurdum, & nihil concludit.

Theologus excludit ſecundam impugnationem, poſtea primã ſatisfacit, primum excludit dicendo, illam eſſe ridiculam, quoniam clarum eſt, quod ſacramẽta non competunt niſi viuentibus, propterea non poteſt dici, quod pœnitentia ſit ſuſcitatio corporalis, bene autem ſpiritualis viuentibus tamen.

Impugnationis dilutio.

Ad id autem quod dicitur de ablutione baptiſmi, dicitur, quod ablutio corporalis etiam mundis competit. Ratio enim quam adducit Doctor Sanctus ſumitur pro declaratione verbi Apoſtoli dicẽtis, quod infirmus aliquando ſanatur per hãc vnctionem, & declaratur ſic.

Subiectũ extremę vnctionis eſt homo infirmus, et non alius homo.

Sanus enim habet multa remedia contra peccata, quæ remedia non habet infirmus poſitus in extremis inquit Durandus, hoc tamen non concedit Magiſter Dominicus a Soto, dicit .n. quod omnia remedia contra peccatum, quæ habent ſani, habent etiam infirmi ſaltem antequam vſum rationis admittant, & ſubdit ratio potiſſima eſt, quia effectus huius ſacramenti, non ſolum eſt cõferre gratiam, vt faciunt alia ſacramenta, ſed etiã ab infirmitate corporea liberare. Ex quibus apparet clare, quod ſubiectum huius ſacramenti eſt homo infirmus. Et fundatur ſententia D. Thom. in verbo Apoſtoli. Infirmetur quis in vobis. Vlterius adeſt authoritas Innocentij, cap. vnico, de ſacra vnctione, quo in loco vocat oleum huius ſacramenti oleum infirmorum.

Quod autem extrema vnctio non ſit, adhibenda ſano oſtenditur a ſigno. Nam ſi abſolueretur puer in quo nullum eſſet peccatum actuale, ibi nõ eſſet ſacramentum pœnitentiæ, cum ſacramentum pœnitentiæ inſtitutum ſit remiſſionem peccatorum. Ita ſi vngeretur illæ qui non eſt infirmus nullum eſſet ſacramentum, ratio iſtius veritatis eſt, quia non eſſet confecta in materia diſpoſita, quæ eſt infirmus. Exemplum ſimile habere poſſumus in ordinibus ſacris. Si enim mulier ordinaretur ſacerdotali ordine nullum eſſet ſacramentum, Ratio eſt quia mulier nõ eſt ſubiectum capax ordinis ſacri præcipuè ſacerdotij. Hoc confirmat Hugo. lib. 2. par. 15. vbi dicit, quod vt homines intelligerent infirmitates corporeas ex peccatis oriri, inſtitutum eſt hoc ſacramentum infirmorum proprium, quo per remiſſionem peccatorum ſanantur infirmitates.

Extrema vnctio ſi exhiberetur ſanis, nõ eſſet ſacramẽtum, ideo illi non eſt exhibenda.

Concluſio ſecunda. Sacramentum extremæ Vnctionis non debet exhiberi, niſi infirmis habentibus ſe in periculo mortis, uel exiſtentibus propę morti. Concluſio iſta directam eſt contra Lutherum dicentem tale ſacramentum exhibendum eſſe omnibus infirmis, cum Apoſtolus Iacobus, non dicat, Si infirmus moriatur, aut proximus

Extrema vnctio exhibenda nõ eſt, niſi infirmis laborãtibus in extremis.

ſit

Digitized by Google

ſit morti,ſed ſi quis infirmetur. In quibus verbis, inquit Lutherus nullum infirmum ab hoc ſacramento excludit. Vnde inquit ipſæ ſine ratione vocatur extrema vnctio cum dari poſſit quibuſcumque infirmis. Et ſi dicitur extrema dicitur talis inquit ipſæ in ordine ad alia ſacramenta, puta ad baptiſmum,&c.& non quia datur in extremo uitę tantum, Vt igitur appareat veritas noſtræ concluſionis, & error Lutheri probamus intentum authoritate & rationibus. Authoritate Concilij Tridentini in quo ſancitum eſt, quod extrema vnctio nõ detur, niſi infirmo de cuius morte timetur, quem quidem vſum ſeruat vniuerſalis Eccleſia. Cui ergo adhærere debemus. Eccleſiæ ſanctæ, vel Luthero iniquo determinationã Sacri Concilij, vel errori hominis diabolici? Relinquamus ergo Lutherum, & diabolicam eius doctrinam, & ſequamur doctrinam Catholicam, iuxta Decretum Sacri Concilij, & vt clarior appareat noſtra concluſio, probemus illam rationibus Theologalibus.

Cuſtoditur Lutheri temeritas obloquẽtis de ſacramento extremę vnctionis

Primo ſic probatur ex D. Thom, inquit enim cum hoc ſacramentum ſit remedium vltimum, quod ſuis fidelibus admonere poteſt Eccleſia, non debet illud adhibere niſi illis, qui iam iam ab hac luce comigrant, vt eas ad fouendum cęleſti felicitate diſponat, ergo &c.

Secundo probatur concluſio iſta ex effectibus ſacramenti huius ſic. Effectus præcipuè extremæ vnctionis eſt perfecta remiſſio peccatorum, vſque ad abſterſionem reliquiarum illarum, ſed tale remedium non congruit applicari, niſi in extremũ articulum vitæ, quando & infirmus reliquijs ſuorum peccatorum grauius vexatur, ſcilicet merore, & metu, propter propinquitatem mortis vbi deficit tempus agendi pœnitentiam, ergo in extremis vitæ, danda eſt extrema vnctio.

Tertio probatur ſic. Iſtud ſacramentum nõ eſt dandum niſi poſt viaticum. Viaticum autem (vt nomen ſonat) miniſtrari non debet, niſi ingrediẽtibus viæ vniuerſæ carnis, ergo ſacramentum hoc exhibendum non eſt niſi poſitis in extremis vitæ ſuæ.

Quarto hoc etiam ſuadetur ex parte ſecundi effectus huius ſacramenti, qui eſt ſanatio corporis per ſupranaturalem virtutem huius ſacramenti fit. Remedium ſupranaturale non eſt adhibendum, vbi ſufficiens eſt remedium naturale præcipuè, cum hoc remedium adhibeatur in corroboratione fidei noſtræ, Si autem applicaretur hoc ſacramentum, quando remedium naturale ſufficienter ſanitatem conferre poſſet, ſanitas non aſſignaretur ſacramento, ſed medicinæ naturali, quod in detrimentum fidei proueniret. Apoſtoli enim dono miraculorum ſanabant infirmos, non quoſcumque, ſed præcipuè illos, qui via naturali ſanari non poterant, vt obſeſſos a dæmonibus, & alios detentos aliqua infirmitate incurabili, ergo & hoc ſacramentũ debet eſſe medicina illorũ, qui via naturali ſanari non poſſunt, ergo dandum eſt infirmis poſitis in extremis. Ex quibus apparet error Lutheri. Nam cum infirmus debeat recipere medicamentum ſupranaturale, oportet quod deſidat de remedijs naturalibus, ergo quando laborat in extremis remedium extremæ vnctionis recipere debet. Ex hoc autem non eſt inferendum, quod ſit expectandus articulus, quo infirmus ſenſu prorſus careat, aut tẽpus, quo infirmus omnino deſperet de ſua ſalute, quod ſic declaratur. Nam ex parte primi effectus, ſcilicet remiſſionis peccatorum, oportet quod infirmus ſenſus habeat actu, vel ſignis aliquibus appareat habere, vt ſacramenti deuotione afficiatur, & animi illaritate corroborata ſpe gloriæ recreetur. Hoc etiam poſtulat affectus corporalis ſalutis, vt eius ſalus omnino non ſit deſtituta. Nam ſacramentum hoc operatur, vtique ſupernaturaliter, tamen non operatur per modum miraculi, quia adiuuat naturales cauſas, inquit Magiſter Dominicus a Soto. Vnde non debet expectari articulus, quo eędem naturales cauſæ roborari non poſſint. Sed hoc fieri debet dũ aliqua ſpes ſalutis durat. Hoc enim oſtendunt orationes quas, Eccleſia permittit. Inſtanter enim Dei clementiã deprecatur, vt infirmo opem ferat, (vt ſanitate ei reſtituta) valeat infirmus maieſtati diuinæ deſeruire.

Extrema vnctio dãda eſt in extremo vitæ. quando medicamẽta naturalia nõ iuuant.

Nota.

Obſeruandum eſt etiam quod non ſatis eſt, vt quis ſit in periculum mortis ad hoc vt illi detur extrema vnctio, vel vt illam, quis ſuſcipere poſſit, oportet ai quod talis ſit infirmus. Ex ſententia iã dicta Apoſtoli Iacobi. Infirmetur quis in vobis, Quare illæ qui periculoſum mare intrat, aut bellum vbi imminet pręſentaneum periculum mortis, aut condemnatus morti violenti, non debet recipere tale ſacramentum, ratio aſſignatur, quia nullus iſtorum eſt, diſpoſitus ad illud nec eſt capax illius. Et ſi ei daretur nullum ſacramentum eſſet, quia homo iſtæ non eſt ſubiectum tale, in quo locum habere poſſit effectus, ſecundarius huius ſacramenti. ſ. ſalus corporis. Aliam rationem adducit Nauarrus. ſ. cur morbo morienti, vel ſenio, & non alia via morienti miniſtrandum ſit ſacramentum hoc dicendo, quod illæ qui moritur infirmitate, vel ſenectute habet iudicium turbatum, & ad eſt illi imbecillitas omnium ſenſuum corporalium, & indiget ſupranaturali auxilio, præcipuè, quia in illa hora Dæmon illum agitat repreſentando illi, omnia peccata commiſſa oſtendendoque illi pęnas præparatas, vt deſperet de Dei miſericordia. qui vſu venire non ſolet his quibus violenter vita eripitur, cum talis moriatur integro iudicio, & diſcurſu, neque ex huiuſmodi præſentationibus affliguntur. Vnde iſtis talis extrema vnctio non eſt neceſſaria, vt eſt neceſſaria infirmis, & ſenibus. His ſic ſtantibus quod proponendum eſt dubium diſputandum.

Extrema vnctio dãda eſt infirmis & ſenibus non tamẽ illis qui morti violenti ſe exponũt, vel moriuntur.

Dubium.

IN hoc dubio inquirit Lector. An extrema vnctio exhibenda ſit Amentibus, & furioſis, & pueris rationes ſunt pro vtraque parte.

Pro parte affirmatiua adducit rationes, quo ad vtramque partẽ quæſiti. Primo pro fatuis, & amentibus ſic, fatuis, & amentibus datur ſacra-

Partis affirmatiuæ probatio.

Digitized by Google

mentum baptiſmi, quod eſt præſtantius ſacramẽto extremæ vnctionis, ergo illis non eſt negandũ ſacramentum extremæ vnctionis. Probatur ſimiliter quod exhibenda ſit extrema vnctio pueris ſic. Sunt aliqui pueri qui indigent ſanatione corporis ſicut & viri infirmi, ergo & illis exhibenda eſt extrema vnctio, per quam acquiritur aliquando ſanitas corporis.

Partis negatiuæ probatio.

Pro parte negatiua eſt ratio validiſſima extrema vnctio datur ad excitandam deuotionem, & ſpem gloriæ. At ſtultus etiam puer non eſt capax talis deuotionis & ſpe (vt de ſe patet) ergo illis non eſt exhibenda extremæ vnctionis ſacramentum.

Dubii deciſio pro parte negatiua formaliter.

LEctor Theologus circa hoc dubium duo facit. Primo duabus concluſionibus ſatisfacit quæſito. Secundo ſoluit inſtantias partis negatiuæ.

Non oībus amentibus et furioſis denegãda eſt extrema vnctio ſed ſimpliciter talibus tãtum.

Concluſio prima. Amentibus, & furioſis ſacramentum extremæ vnctionis non eſt concedendum, niſi aliquibus potiantur lucidis interualis quibus poſſint ad deuotionem adduci vt illud peteret, & deuote reciperet. Probatur ſic concluſio iſta. Nam vt dictum eſt effectus huius ſacramenti eſt excitare animi deuotionem, & ſpem gloriæ, Qui autem a natiuitate, vel perpetuò eſt amens non eſt capax huius effectus, ſcilicet excitandi deuotionem animi, & acquirendi ſpem gloriæ, ergo tali amenti, vel furioſo non eſt concedendum hoc ſacramentum. Obſeruandum tamen eſt quod quando infirmus ſanæ mentis petit hoc ſacramẽtum, licet poſtmodum phreneſi agitetur poteſt, & debet illi adhiberi ſacramentum hoc, niſi timeretur quod aliqua indecentia, vel vituperatione deturparet ſacramentum hoc. In quo caſu non eſſet illi danda extrema ipſa vnctio.

Pueris nõ eſt exhibẽda extrema vnctio etiã quodagitentur corporis infirmitate.

Concluſio ſecunda. Hoc ſacramentum pueris miniſtrandum non eſt, etiam quod agitẽtur corporis infirmitate. Concluſio iſta eadem ratione probatur, qua probata fuit prima concluſio. Nam pueri ipſi deuotionem habere non poſſunt erga hoc ſacramentum, neque affectum ſingularem circa cœleſtem patriam, quæ omnia cauſat ſacramentum extremæ vnctionis, ergo pueri non ſunt capaces talis ſacramenti. Similiter in illis peccata actualia non reperiuntur. At ſacramentum hoc inſtitutum eſt cõtra reliquias peccatorum actualium, vel contra reliquias peccati originalis (non abſolute) ſed quatenus per actualia ſunt cõfirmatæ, quod in pueris non habent locum. Cum igitur ſacramentum hoc in pueris, neque principalem effectum, neque ſecundariam poſſit producere. Infirmitates enim in puero, ex puro peccato originali ortum habent, contra quod non eſt ſacramentum extremæ vnctionis, ſed baptiſmus. Sequitur quod fruſtra daretur illis tale ſacramentũ, & per conſequens nulla ex cauſa eſt illis exhibendum, Vnde dicit Magiſter Dominicus a Soto, quod non eſt exhibenda pueris extrema vnctio, niſi tempore illo, quo illis viaticum porrigeretur. Rationẽ aſſignat, quoniam hoc ſacramẽtum ſuccedit viaticum, vt tactum eſt ſupra. Nunc ſoluẽdæ ſunt inſtantiæ partis affirmatiuæ.

Inſtantiarum Solutio.

Inſtant. ſolutio.

THeologus negat conſequentiam primæ inſtantiæ, & aſſignat rationem negotiationis dicendo, quod baptiſmus nullum motum proprium ſuſcipientis illum requirit, quod certiſſimum eſt, quod tale ſacramentum confertur pueris ante vſum rationis, & etiam amentibus. At hoc ſacramentum requirit deuotionem, vel ſaltem affectum ad ipſum in eo qui illud ſuſcipere vult. Ex quibus appaiet, quod non eſt par ratio, ſcilicet, quod ſi in amentibus, & furioſis confertur baptiſmus, quod eiſdem debeat conferri extrema unctio.

Amentibus, & pueris cõfertur baptiſmus Non autem ſacramẽtum extremę vnctionis.

Inſtant. ſolutio.

Ad ſecundam inſtantiam de pueris, ex iam dictis, dicit quod infirmitates puerorum, ullo modo ad peccata actualia attinent, contra quę ſacramentum hoc eſt inſtitutum. Hæc dicta ſint pro dubio. Nunc ad doctrinam caſus denuo pergamus.

Diuerſi modequis peccare pōt, circa ſacramẽtum extremæ vnctionis.

Circa hunc caſum nihil aliud dicere decreui, niſi quod contra ſacramẽntum extremæ uuctionis quiſque multis de cauſis peccare poteſt. Peccat mortaliter illæ qui tenet extremam unctionem non eſſe bene diffinitam in Concil. Triden, Seſſ. 14. aut dubitat, de ueritate dictorum ibi. Credens, aut credere debens ea eſſe ab Eccleſia, & a Concilio definita. Vltra homo mortaliter peccat, ſi uerbo, uel ſcripto hoc exprimat, & eſt excommunicatus excommunicatione in Cœna Domini, quo in loco dicitur Hereticam eſſe dicere extremã unctionem non eſſe uerè, & propriè ſacramẽtũ inſtitutũ ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, & promulgatum a D. Iacobo Apoſtolo, cap. 1. Aut non conferrè gratiam ſicut alia ſacramenta, aut non remittere peccata, aut non leuare infirmum. Aut iam ceſſaſſe quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, cap. 2. Aut ritum eius quem obſeruat Eccleſia Romana repugnare ſententiæ beati Iacobi. Ideò quod eum poſſit iuſtè mutari, & contemni. cap. 3. Aut D. Iacobum per presbyteros intellexiſſe ſeniores populi. Ideò poſſe per alios, quam per Sacerdotes, & Epiſcopos miniſtrari, cap. 4. Nemo tamen inferat ex his, inquit Nauarrus, non poſſet Eccleſia alia uti uerborum æquipollentium forma, quia licet ipſemet Dominus illud inſtituerit uerba tamen formalia, quibus eſt miniſtrãdum non præſcripſit. Adeò quod D. Amb. uerbo indicatiuo utatur. ſ. Vngo te, & eſt communis ſententia. Vlterius eſt obſeruandum quod ſi conſtitutus in articulo mortis, per contemptum non petit hoc ſacramentum. Ita ſi non petit filio, ſeruo, famulo, pupillo, aut alij ſuæ curæ commiſſo, peccat mortaliter. Similiter mortaliter peccat, qui accipit illud credens, uel credere debens eſſe in mortali, ſine confeſſione, uel contritione, uel tali attritione, q̃ uirtute ſacramenti ex at-

Non curans ſe præparare ad extremã vnctionẽ in periculo mortis peccat mortaliter.

tri to

tuto fiat contritus. His pro caſu ſtantibus ſoluenda ſunt argumenta partis negatiuæ.

Argumentorum ſolutio.

Argumenti ſolutio. Sanus nõ eſt capax totius effectus ſacramenti extremę vnctionis.

THeologus ſoluit argumento dicendo, quod licet ſanus ſit capax primi effectus ſacramenti extremæ unctionis, ſcilicet remiſſionis peccatorum non eſt tamen capax, alterius effectus eius, ſcilicet, ſanitatis, propterea ſacramentum hoc, nõ debet applicari, niſi ſubiecto, quod utrinſque effectus ſit capax, ſcilicet, remiſſionis peccatorum, & ſanitatis corporalis, præſertim, inquit Magiſter Dominicus a Soto, quia applicatio eiuſdem ſacramenti debet fieri per modum curationis, quæ non conuenit niſi infirmis. Hoc idem confirmat Doctor Angelicus, dicendo. Sicut Pueri in uentre matris non ſunt baptiſmi capaces. Ita neque ſani ſunt apti, ut hoc ſacramento ungantur. Hæc dicta ſint pro caſu, & diſputatione iſta.

FINIS.

Digitized by Google

TABVLA DISPVTATIONVM
In hoc Opere contentarum.

In littera A.
Diſputatio prima, de Abortu. car. 1
Diſputatio ſecunda, de Abſolutione ſacramentali. 5
Diſputatio tertia, de Contractu Aſſicurationis. 13
Diſputatio quarta, de Auaritia. 18
In littera B.
Diſputatio prima, de Bannito. 9
Diſputatio 2. de Baptiſmo. 32
Diſputatio 3. de Bello. 43
Diſputatio 4. de Blaſphemia in genere. 81
Diſputatio 5. de Blaſphemia in Spiritu ſancto. 90
In littera C.
Diſputatio prima de cambijs. 99
Diſputatio 2. de Cenſibus. 125
Diſputatio 3. de Santiſſima Communione. 136
Diſputatio 4. de Confeſſione. 146
Diſputatio 5. de Conſanguinitate. car. 233
Diſputatio 6. de Contentione. 261
Diſputatio 7. de Contritione. 265
Diſputatio 8. de contumelia. 310
Diſputatio 9. de Conuerſione peccatoris. 316
In littera D.
Diſputatio prima, de Deriſione. 321
Diſputatio 2. de Detractione. 326
Diſputatio 3. de Dilectione. 336
Diſputatio 4. de Diſcordia 349
Diſputatio 5. de Duello. 354
In littera E.
Diſputatio de emptione, & venditione. 359
In littera F.
Diſputatio prima, de Famia, & Infamia. 389
Diſputatio 2. De furto. 402
In littera H.
Diſputatio de Homicidio. 418
In littera I.
Diſputatio de Iudicio temerario. car. 470
In littera L.
Diſputatio de Contractu Liuellario. car. 476
In littera M.
Diſputatio de Monte Pietatis. 487
In littera O.
Diſputatio prima, de Fugienda occaſione peccati. 493
Diſputatio 2. de operibus factis in peccato mortali. 496
In littera P.
Diſputatio prima, de Pace. 500
Diſputatio 2. de Sacramento pęnitentiæ. 503
Diſputatio 3. de virtute pęnitentiæ. car. 531
Diſputatio 4. de partibus pęnitentiæ. 553
Diſputatio 5. de Pollutione nocturna. 561
In littera R.
Diſputatio prima, de Rapina. 567
Diſputatio 2. de Rixa. 573
In litera S.
Diſputatio prima, de Satisfactione ſacramentali. 575
Diſputatio 2. de Seditione. 593
Diſputatio 3. de Contractu ſocietatis. 596
Diſputatio 4. de Suſſuratione. 606
In littera V.
Diſputatio de Sacramento extremæ vnctionis. 611

Digitized by Google

TABVLA DE CASIBVS, ET DVBIIS,

In hoc Opere contentis.

Diſputatio prima in littera A.
De Abortu.
Caſus.

IN hoc caſu quærit Lector. Vtrum ad occultandum peccatum, & ſcandalum vitandum, & liberandum prægnantem a periculo mortis, liceat illi dare medicinam, vel alia via procurare abortum. 1

Diſputatione ſecunda. De Abſolutione ſacramentali.

Lector in hac diſputatione proponit vnum caſum, cum nonnullis dubiis diſcutiendis.

Caſus.

In caſu iſto quærit Lector. Quotuplex clauis requiratur. Vt rite Confeſſor abſoluere poſſit, & abſolutio teneatur. 6

In primo dubio poſtulat. An abſolutio a peccatis impenſa, prius quam ab excommunicatione teneat. Ita quod non ſit iteranda confeſſio.

In ſecundo dubio petit. An confeſſarius excommunicatus abſoluendo peccat, & abſolutio ab illo data teneat. 8

Et vtrum tali caſu pœnitens peccat.

In tertio dubio ſcire deſiderat. Vtrum abſolutio conditionalis de peccatis, & de excommunicatione ſit validam. 9

In quarto dubio inueſtigat. Si in articulo mortis, vel in maximo periculo exiſtens poſſit abſolui a quocumque peccato, a quocumque ſacerdote. 10

Diſputatio tertia. De contractu Aſſicurationis.

Lector in hac diſputatione proponit tantum vnum caſum, cum vno dubio, & quæſito.

Caſus.

In caſu quærit Lector. Vtrum contractus aſſicurationis ſit licitus, in ordine ad res maritimas, & terreſtres. 13

In dubio poſtulat. An liceat nauem vacuam aſſicurare, tamquam ſi eſſet onuſta mercibus. 16

In quæſito interrogat. An licitum ſit aſſicurare vitam alicuius. 17

Diſputatio quarta. De Auaritia.

Lector in hac diſputatione proponit tres caſus, cum aliquibus dubiis dignis conſideratione.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector. Vtrum Auaritia ſit peccatum. 18

In primo dubio poſtulat. An Auaritia ſit peccatum ſpeciale. 19

In ſecundo dubio inueſtigat. Cui virtuti opponatur Auaritia. 20

Caſus ſecundus.

In caſu ſecunda inquirit Lector. Si Auaritia ſit ſemper peccatum mortale. 21

In primo dubio petit. An Auaritia ſit grauiſſimum peccatum. 23

In ſecundo dubio ſcire deſiderat. An Auaritia ſit peccatum carnale, vel ſpiritale. 25

In tertio dubio poſtulat. Si habens de ſuperfluo cogi poſſit, ad dandum illud pauperibus. 26

Caſus tertius.

In præſenti caſu quærit Lector. Vtrum Auaritia ſit vitium capitale. 27

In primo dubio inueſtigat. An proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, inuiolentia, & contra miſericordiam obduratio ſint Auaritiæ filiæ. 27

Diſputatio prima in littera B.
De Bannito.

Lector in hac diſputatione proponit tantum vnum caſum diſcutiendum, ſine dubiis.

Caſus.

Lector in hoc caſu inquirit. Vtrum cuilibet liceat interficere bannitum, banno capitali. 29

Diſputatio ſecunda. De Baptiſmo.

In diſputatione iſta Lector proponit duos caſus dilucidandos cum propriis dubiis.

Caſus primus.

Lector in hoc caſu quærit. Vtrum baptizari poſſit proles, periclitans, in vẽtre matris, ſcilicet baptizando matrem (loco prolis) vel alio modo congruo. 32

In primo dubio inueſtigat. An cum non poſſit baptizari puer periclitans in vtero matris laborantis in extremis. Vel morti damnatæ. Ad hoc vt filius viuat, & non decedat ab hac vita ſine baptiſmate, poſſit aperiri corpus matris, vt extra hanc prolem, illamque baptizare. 35

In dubio ſecundo inueſtigat. An ſi infans antequam moreretur mitteret caput, vel brachium, vel pedem extra vterum matris, tunc poſſit baptizari tale membrum. taliter quod eſſet verum ſacramentum per quod anima illa duceretur ad vitam æternam poſt mortem illius. 36

In dubio tertio poſtulat. Quid eſſet agendum. Si dum infans portatur ad fontem ſanctiſſimi baptiſmi decideret ſine baptiſmate propter defectum acquæ, vel alia de cauſa. Vtrum anima illa eſſet ſalua, vel damnata. 38

In quarto dubio petit. An infideles qui neſciunt, neque ſcire poſſunt præceptum baptiſmi (ſine quo nullus ſaluatur) Vtrum ſint excuſabiles, & alia via ſaluari poſſint. 39

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu inquirit. Quando Principes, & Magnates quærunt eſſe ſuſceptores infantis abſentis, a fonte baptiſmi, qui baptizantur, & leuant tales filios per ſuos procuratores, quos mittunt ad tale officium peragendum. Quærimus, ſi in caſu iſto cognationem ſpiritalem contrahant ipſi Principes, vel Magnates, cum

inſante leuato a fonte, & parentibus eius. Vel hanc cognationem ſpiritualem contrahant procuratores leuantes talem filium. 41
In dubio poſtulat Lector. An ſi baptizatus baptizat, vel leuat a fonte per hunc filium infidelis, contrahantur compaternitas inter baptizantem, & parentes baptizati. 42

Diſputatio tertia. De Bello.

Lector hoc in loco proponit tres caſus diſputandos, cum dubijs illorum valde neceſſarijs.

Caſus primus.

In caſu primo ergo iſto quærit Lector. Vtrum aliquod bellum ſit iuſtum. 43
In primo dubio poſtulat. An licitum ſit bellare inter Chriſtianos. 44
In ſecunda dubio interrogat. An authoritas indicandi bellum ſit in ſolo Prencipe non habente ſuperiorem in terram. 47
In tertio dubio inueſtigat. Vtrum licitum ſit quando inditum eſt bellum contra Chriſtianos vocare in ſui auxilium milites infideles. 50
In quarto dubio petit. An (quando bellum exercetur) authoritate priuata, & non publica, teneatur bellatores ad reſtitutionem. 51
In quinto dubio ſcire deſiderat. Si liceat Principi dubio de iuſtitia belli, indicere, bellum, alteri Principi. 52
In ſexto dubio quærit Lector. Vtrum milites teneatur examinare iuſtitiam belli. Et militare in bello dubio. 56
In ſeptimo dubio interrogat. Quando conditiones pacis fuerunt iuſtæ, bona in dicto bello rapta, & damna data ſubiaceant reſtitutioni. 58
In octauo dubio inueſtigat. An quando bellum eſt iniuſtum, ex eo quia non vult acceptare conditiones ſufficientes, Princeps & milites teneantur ad reſtitutionem. 58
In nono dubio petit. An ſiniſtra intentio Principis indicentis bellum ſit peccatum mortale, obligãs ad reſtitutionem. 61
In decimo dubio ſcire deſiderat. Si in bello iuſto licitum ſit Principi, & militibus afferre mala iſta innocentibus. 62
In vndecimo dubio inueſtigat. An in bello iuſto licitum ſit occidere innocentem. 63
In duodecimo dubio interrogat. Vtrum illi qui capti ſunt in bello iuſto poſſint fugere Dominos ſuos, abſque peccato. .66

Caſus ſecundus.

In ſecundo caſu quærit Lector. Vtrum Clericis, & Epiſcopis licitum ſit bellare, ſeu pugnare. 68
In primo dubio inueſtigat. An omnibus Clericis, in vniuerſum prohibitum ſit bellare. 69
In ſecundo dubio interrogat. Quo iure prohibitũ ſit bellare Clericis omnibus, diuino, vel humano. 70
In tertio dubio poſtulat. An Clerici aliquando poſſint bellare ſine licentia Papæ. 70
In quarto dubio petit. Vtrum Clerici bellantes ſine licentia Pontificis, maneant irregulares. 73
In quinto dubio quærit Lector. An quando non peccat Clericus bellando, maneat irregularis. 74
In ſexto dubio inueſtigat. An Clerici in bello iuſto poſſint expoliare hoſtes bonis ſuis. 75
In ſeptimo dubio interrogat. Si licitum ſit militibus accipere bona Clericorum, & Eccleſiaſticorum in bello iuſto. 76
In vltimo caſu quærit Lector. Vtrum licitum ſit in bellis, vti inſidijs. 78

Caſus tertius.

In primo dubio poſtulat. An promiſſio, & fides data hoſtibus, ſit illi in omni euentu ſeruanda. 78
In ſecundo dubio ſcire deſiderat. An liceat diebus feſtiuis bellare. 79
In tertio dubio petit. Si tantum in bello defenſiuo licitum ſit bellare in die feſto. Et vtrum ſit peccatum bellare ſine neceſſitate. 80

Diſputatio quarta. De Blaſphemia in genere.

In hac diſputatione Lector proponit caſus duos, cum ſuis dubijs.

Caſus primus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum Blaſphemia opponatur confeſſioni fidei. 81
In dubio inueſtigat. An Blaſphemia ſit ſemper peccatum mortale, vel aliquando veniale. 83

Caſus ſecundus.

In caſu ſecundo inquirit Lector. Vtrum Blaſphemia ſit maximum peccatorum. 85
In primo dubio inueſtigat. An Blaſphemia includat in ſe grauitatem infidelitatis. 86
In ſecundo dubio interrogat. Si damnati in inferno blaſphemant. 88

Diſputatio quinta. De Blaſphemia in Spiritum ſanctum.

In iſta diſputatione Lector proponit duos caſus cũ dubiis annexis.

Caſus primus.

In primo caſu inquirit Lector. Si Blaſphemia in Spiritum ſanctum, ſit idem cum peccato ex certa malitia. 90
In dubio poſtulat. Quot, & quænam ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. 91

Caſus ſecundus.

In vltimo caſu quæric Lector. Vtrum peccatum in Spiritum ſanctum ſit irremiſsibile. 95
In dubio ſcire deſiderat. An homo primo peccare poſsit in Spiritum ſanctum. 97

Diſputatio prima in littera C. De Cambijs.

In hac diſputatione proponuntur quatuor caſus, cũ dubiis eorumdem.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector. Vtrum Ars Campſoria ſit licitum. 99
In primo dubio poſtulat. An ſint plures ſpecies cambiorum. 101
In ſecundo dubio inueſtigat. An Cambium minutum ſit licitum. 103
In primo quæſito interrogat. Si liceat cuilibet pro huiuſmodi opero, accipere aliqd vltra fortẽ. 103
In ſecundo quæſito ſcire deſiderat. Vtrum licitè quis in Nundinis poſsit ponere menſam aliquam ad emendas omnes ſpecies pecuniæ ad exercitandam artem ſuam campſoriam pro commoditate populi. 104

Caſus

Caſus ſecundus.

In ſecundo caſu quærit lector. Vtrum cambium ratione loci, ſit licitum. 105

In primo dubio ſcire deſiderat. An ratione temporis licitum ſit accipere precium cambijs. 107

In ſecundo dubio petit. Si Campſori liceat, vt pecuniam in ſuo cambio conſignantam in numerato ſoluat, mercedem aliquam accipera. 107

Caſus tertius.

Lector in hoc caſu quærit. vtrum liceat pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius, vbi plus valet commutare. 109

In primo dubio poſtulat. An licitum ſit monetarum cambiam per diuerſitate locorum. & varietate precij monetarum. 111

In ſecundo dubio inquirit. Si cambiorum precia inter Campſores variari poſſint. 113

In tertio dubio petit vtrum cambium ad incertam ſolutionis quantitatem ſit licitum. 118

In quarto dubio ſcire deſiderat. An liceat, pretermiſſe. Primis nundinis; in alias ſequentes transferre cambium. 118

Caſus quartus.

In iſta caſu quærit lector. Vtrum cambia ad proxima loca einſdem Regni, ſint licita. 119

In primo dubio inueſtigat. An cambia facta ad primas Nundinas (tempore & loco diſtantes) maiori precio pro diſtantia ſint licitas. 120

In ſecundo dubio interrogas. Si quando mercator, remittit venditorem ad menſarium. vt ab eo recipiat pecuniam, rei vendita. liceat Campſori exigere præmium a venditora pre mutata, vel numerata pecunia. 121

In tertio dubio ſcire deſiderat. An cenſales, vel mediatores Cambiorũ ſiccorum ſeu iniuſtorum peccẽt mortaliter & ad reſtitutionẽ teneãtur. 122

Diſputatio ſecunda. De cenſibus.

In hac diſputatione tantum vnus caſus proponit diſputandus, dignus ſcitu: cum tribus dubijs anexijs.

Caſus.

In caſu ergo quærit lector. Vtrum cenſuum emptio ſit vſuraria. 125

In primo dubio poſtulat. An cenſus tam temporalec, quam perpetui ſint liciti. 128

In quæſito ſcire deſiderat vtrum licitum ſit emere cenſu temporale pro certo tempori, minori precio. quam fuerit tota ſummam ſingularium penſionum. v.g. tota pẽſio ſunt viginti millia ſcuta ſoluendo in viginti annis mille in anno. 128

In ſecũdo dubio petit lector. Si licita ſit cenſum emptio cum pacto retrouendendi. 130

In tertio dubio inueſtigat. An illa qui vult liberare ſe à cenſibus. poſſit ſe liberare per partes ideſt liberare ſe ab vna parte cenſus. cũ nõ poſſit ſe liberare a toto illo. 132

Diſputatio tertia. De ſantiſſima communione.

In hac diſputatione proponitur tantũ vnus caſus diſputandus, cũ duobus dubijs accedere.

Caſus.

In caſu ergo quærit lector, vtrũ accedẽti ad ſantiſſimã cõmunionẽ, ſatis ſit. vt priuatim ſecum excutiet conſcientiam ſuam. 136

In quæſito quærit quis, in hoc loco. An ſola verecũdia in cauſa eſſe poſſit communicandi abſque, confeſſione: v.g. Si ſubditus qui reſeruatam contraxit culpam, & pre verecundia non audet illa confiteri Prælato ſuo qui tamen Prælatus nõ vult alteri authoritatem in tali caſu comittere. Sed vult illum audire confeſſionem illinc, 138

In primo dubio inueſtigat. Si omnibus fidelibus. in articulo mortis dando ſit communio, etiam ſi ſit damnatus ad morte. 139

In primo quæſito poſtulat. Si dandum eſt viaticum illi qui dãnatus eſt ad mortẽ violentã. 140

Quæſitum ſecundũ. An ille qui accepit ſantiſſimã communionem in infirmitatem pro viatico & ſuper vixeris pro aliqua hebdomada vel menſe poſſit iterum accipere ſantiſſimã Euchariſtiã in eadem infirmitate per modum viaticii. Vel pro ſui denominatione. occaſione ſantiſſimi Jubilei. Vel aliquorum Indulgentiarum. 140

In ſecundo dubio interrogat. An ille qui vult ſuſcipere hoc ſantiſſimum ſacramentum. Omnino debeat eſſe ieiunus. 141

Diſputatio quarta. De confeſſione.

Lector in hoc diſputatio proponit multus caſus cum dubijs ad illis egredientibus.

Caſus primus.

In prima caſu quærit lector. Vtrum Confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem. 146

In primo dubio poſtulat lector. An confeſſia ſacramentalis. Sit de iure naturali. 148

In ſecundo dubio interragat. An omnes ad confeſſionem tentantur. 151

In tertia dubio ſcire deſiderat. Si aliquis poſſit confiteri peccata que non fecit. 154

In quarte dubio inueſtigat. An ſtatim homines peccatum ſuum confiteri teneantur. 156

Ponuntur aliqui caſus particulares in quibus. aliquis accidere poteſt ad ſantiſſimam Communionem, vel ad celebrandam Miſſam abſque actuali confeſcione, etiam quod in mortali exiſtat. Ex terminatione. Cõc. Trid. ſeſſ. 12. Can. 11. c. 7. 158

Quæſitum primum. vtrum qui ſemel in anno cõfeſſus eſt (& ſine ſua culpa) oblitus eſt alicuius peccati teneatur cũ primũ peccatũ illud ad memoriã venerit pergere ad confitendum illud. vel licite differe poſsit confeſsionem illius vſque, ad annũ ſequentẽ, cũ iã fecerit quod in ſe erat. vt ſatisfaceret præcepto diuino & Eccleſiæ ſimul. 158

In ſecundo quæſito petit. Si ille qui in Quadrageſima non eſt confeſſus, tranſata quadrageſima ſtatim teneatur confiteri peccata ſua. 160

In quinto dubio poſtulat. An Papa poſsit eum aliqua diſpenſari. Ne homini confiteatur. 160

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu quærit. Vtrum ſacramentalis confeſſio, ſit ſacramẽtalis peccatorum accuſatio, ad indulgentiam delictorum obtinendam, virtute clauium Eccleſia. 163

In primo dubio ſcire deſiderat. An ſedecim cõditiones quæ confeſſioni aſsignari ſolent a patribus ſint congruentes aſsignatæ. Et ſint neceſſariæ omnes eodem moda. 166

In ſecundo dubio poſtulat. An confeſsio debeat eſſe integra, taliter vt omnia peccata pænitens confiteatur. 168

In quæſito interrogat. Si peccata occulta, & oblita

ſubia-

Digitized by Google

ſabiaceant præcepto confeſtionis. Vtrum homo teneatur illa conſiteri. 169
In dubio tertio inueſtigat. An ſingula peccata quo adnumerum cum omnibus circunſtantiis. ſint fideliter confitendo. 159
Interrogatio prima quærit, ſi ſimplex ſtuprum differat ſpecie a fornicatione vel ſit circunſtantia aggrauans fornicationem, mutat ſpeciem, vt facit ſtupram, &c. 172
Interrogatio ſecanda eſt, Vtrum confeſſarij teneantur interrogare pœnitentes vt confeſſio illorum ſit integra. 173
In quarto dubio ſcire deſiderat, ſi neceſſarium ſit confiteri omnia peccata eidem ſacerdoti. 174
In quæſito petit lector, an ſi pœnitens vult integrã confeſſionem facere coram epiſcupo, epiſcopus teneatur illum audire. 178
In interrogatione poſtulat, ſi ille qui a reſeruatis caſibus ſemel abſolutus eſt, liber fuerit poſtea, quoties noluerit confeſſionem reiterare, ab eiſdem abſolui. 180
In quæſito petit; an quando pœnitens habet plura peccata quorum aliqua offerret illi periculum confiteri. Prælato qui non vult dare authoritatem abſoluendi alteri, vtrum peccator tunc abſtinere poſſit a confeſſione, vel ſalubrius ſit illa peccata dumtaxat illi confiteri, quæ non ſubiacent aliquo periculo, relictis alijs. 180
In quinto dubio ſcire deſiderat, an confeſſio debeat eſſe ſecreta. 182

Caſus tertius.

In caſu iſto quærit lector, vtrum neceſſarium ſit confiteri etiam non ſacerdotibus. 185
In primo quæſito poſtulat, vtrum in caſu neceſſitatis in abſentia ſacerdotis homo teneatur confiteri laico. 186
In quæſito ſecundo ſcire deſiderat, an in hoc noſtro ſeculo conſiliũ eſſet facere laicas cõfeſſiones. 187
In primo dubio poſtulat, ſi neceſſarium ſit, quod homo confiteatur proprio ſacerdoti. 187
In quæſito interrogat, an liceat confiteri peccatum ſuum, complici ſuo in tali crimine. 190
In ſecundo dubio interrogat, an pœnitens alteri, quam proprio ſacerdoti poſſit confiteri ex priuilegio, vel de mandato ſuperioris. 191
In quæſito pro ſecando dubio diſputatio eſt 40. de Poliaco, ſi confeſſi Religioſi, ex priuilegio teneantur confiteri, proprio ſacerdoti. 193
In tertio dubio inueſtigat lector, an pœnitens in fine vita ſua poſſit abſolui a quolibet ſacerdote. 197
Quæſitum primum, an huiuſmodi libertas erga poſitum in extremis, ſit de iure diuino, vel de iure Pontificio. 199
In ſecundo quæſito inueſtigat, ſi in articula mortis talis abſolutio dari poſſit etiam ab Apoſtata, ab hæretico, & ab abſciſſo ab Eccleſia. 200
In tertio quæſito, petit an laicus, in articulo mortis abſoluere poſſit ab huiuſmodi cenſuris extra ſacramentum. 200
In vltimo quæſito ſcire deſiderat quid eſſet dicendum, ſi hic poſitus in extremis nollet ſatisfacere pro cenſuris ipſius. 202
In quarto caſu diſputat lector de ſigillo cõfeſſionis.

Caſus quartus.

In caſu iſto quærit lector, vtrum in quolibet euentu teneatur, homo celare ea quæ habet ſub ſigillo confeſſionis. 203
In primo dubio inquirit lector. An ſigillum confeſſionis ſe extendat ad alia quam ad eã quæ ſunt de confeſſione. 205
In quæſito cupit ſcire lector. Si forte peccator non abſoluitur, vtrum liceat in aliquo caſu interrogatus ſacerdos dicere. Iſte non eſt abſolutus. Ego illum non abſolui. 216

De confeſſione informi, & rationabilitate ius.

Caſus quintus.

In hoc caſu quærit lector, vtrum confeſſio poſſit eſſe informis. 216
In dubio primo inquirit lector an confeſſio informis ſit valida, & non reiterando neceſſario. 218
In quæſito poſtulat lector quantus debeat eſſe dolor ad acquirendam gratiam ſacramentalem in confeſſione. 221
In difficultate interrogat ſi recedente fictione confeſſionis acquiratur gratia ſacramentalis. 222
In ſecando dubio ſcire deſiderat lector. Si confeſſio generalis ſufficiat ad delenda peccata oblita in confeſſione. 224

Caſus ſextus.

In ſexto caſu lector quærit. An confeſſio liberat a morte peccatorem. 228
In primo dubio poſtulat lector. An confeſſio liberet, aliquo modo, a pœna peccati cum liberet a culpa illius. 229
In ſecundo dubio petit lector vtrum cõfeſſio aperiat Paradiſum. 231

Diſputatio quinta. De Conſanguinitate.

In hoc diſputatione lector proponit quatuor caſu cum dubijs annexis diſcutiẽdis.

Caſus primus.

In primo caſu quærit lector vtrum definitio cõſanguinitatis ſitrectè & benè aſſignata. 233
Lector in dubio poſtulat: An Pater, & filius ſint conſanguinei. 235

Caſus ſecundus.

In caſu iſto quærit lector vtrum conuenientèr cõſanguinitas diſtinguatur, per gradus et lineas. 237
In dubio ſcire deſiderat. Si ad obtinendam diſpenſationem in ſimilibus gradibus ſufficit tantum gradum remotiorem exprimere, vel ſit neceſſe vtrumque gradum declarare. 239

Caſus tertius.

In præſenti caſu quærit lector vtrũ conſanguinitas de iure naturali, impediat matrimonium. 241
In primo dubio poſtulat. An prohibitiones in Leuitico poſita modo in lege noua vim habeant. Itaquod circa hoc duo quærimus, primum vtrum infideles qui in illis gradibus contraxerunt. Si modo conuerterentur ſint ſeparãdi ſecũdo ſi Papa ſuper aliquem illoram diſpẽſare poſſit. Hęc duo ad inuicem conuertuntur. 243
In ſecũdo dubio petit lector. An cõſanguinitas quæ eſt in recta linea in primo grada impediat matrimonium iure naturali vt inter Patrem & filiam, vel inter matrem, & filium. 245
In tertio dubio inueſtigat. Si matrimonium inter

genitores & genitos, adeò (iure naturæ) ſit prohibitum, vt etiam in natura integra vitaretur. 246

In quorto dubio interrogat. An taliter matrimonium inter genitores & genitos ius naturæ reprobet. Vt ob nullam cauſam publicam poſſit in eo diſpenſari. 246

In hoc dubio quinto petit. An in omnibus alijs gradibus linea recta, ſit irritum & nullum matrimonium. 249

In ſexto dubio ſcire deſiderat Lector. Vtrum aliquis gradus conſanguinitatis in linea tranſuerſali impediat iure naturæ matrimonium. 251

Caſus quartus.

Lector in vltimo caſu quarit. Vtrum ab Eccleſia taxari poſſint gradus cõſanguinitatis impedientes matrimonium. 255

In dubio poſtulat. An Principes ſeculares (etiam ſub lege Euangelica) habeant facultatem cohibendi matrimonium, quo ad aliquos gradus. Et matrimonia contracta contra tales ordinationes eſſent nulla. 257

Diſputatio ſexta in littera C.

De contentione.

Lector in hac diſputatione proponit tãtum vnum caſum dilucidandum, ſine dubijs.

Caſus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum contentio ſit peccatum mortale. 261

Diſputatio ſeptima, De contritione primæ partis Sacramenti penitentiæ.

Lector in hac diſputatione proponit multos caſus diſputandos cum dubijs annexis.

Caſus primus.

In primo caſu quarit Lector. Vtrum diffinitio contritionis ſit bene aſſignata. ſ. Contritio eſt dolor pro peccatis aſſumptus &c. 265

In primo dubio poſtulat. Si contritio ſit actus virtutis. 268

In ſecundo dubio ſcire deſiderat. An attritio poſſit fieri contritio. 271

Caſus ſecundus.

In caſu iſto inquirit Lector. Vtrum homo conteri debeat de penis, & de omnibus peccatis. 273

In primo dubio inueſtigat. Si penitens debeat conteri de peccato actuali committendo, & de peccato alieno. 275

In ſecundo dubio interrogat. An conterendum ſit de ſingulis peccatis mortalibus. 278

In quæſito poſtulat. Si in penitente requirantur tot contritiones, quot peccata in illo reperiuntur, vel ſufficiat vnica contritio ad delenda omnia peccata illius. 278

In quæſito petit Lector. An dolor habitus in principio contritionis ſit vera, ac perfecta contritio. An non. 279

Caſus tertius.

In caſu iſto quæritur. Vtrũ contritio ſit maior dolor qui poſſit in mundo reperiri. 281

In primo dubio inueſtigat. An talis dolor poſſit eſſe nimis magnus. 283

In ſecundo dubio inueſtigat. Si poſſit eſſe maior dolor de vno peccato quam de alio. 285

In quæſito quarit. An conſilium ſit quod Confeſſor ſuadeat penitentibus. Vt proponant ſe non amplius peccare, etiam pro vitanda morte conſanguinearum filiorum amicorum. Ad vitandam infamiam, vel ad fugiendam mortem. 289

Caſus quartus.

In iſto caſu quarit Lector. Vtrum tota hac vita ſit tempus contritionis. 289

In primo dubio poſtulat. An expediat continuè de peccata dolere. 290

In ſecunda dubio ſcire deſiderat. Si poſt hanc vitã Anima de peccatis conteratur. 292

Caſus quintus.

In caſu iſto quarit Lector. Vtrum peccati remiſſio ſit contritionis effectus. 296

In primo dubio inueſtigat. An contritio totaliter poſſit reatum pena tollere. 298

In quæſito ſcire deſiderat. Quid nam operatur ſacerdos dum abſoluit contritum. Et quomodo vera ſunt verba confeſſoris. ſ. Ego abſoluo te a peccatis tuis, cum iam contritus abſolutus erat a Deo, &c. 300

In ſecunda dubio interrogat. An parua contritio ſufficiat ad delectionem magnorum peccatorum. 302

Diſputatio octaua. De contumelia.

In hac diſputatione Lector proponit diſputand tantum vnum caſum cum dubiis annexis.

Caſus.

In caſu quarit Lector. Quid ſit contumelia. Si conſiſtit in verbis. 306

In primo dubio poſtulat. An omnis contumelia ſit peccatum mortale. 308

In quæſito ſcire deſiderat. Vtrum contumelia ſit grauius peccatum, quam detractio. 310

In ſecunda dubio Lector petit. Si homo debeat ſuſtinere contumelias ſibi illatos. 312

Interrogat Lector in quæſito primo. An ſit præceptum habendi ſemper animum præparatum actualiter ſufferendi iniurias & cõtumelias, loco & tempore ſuo. 312

In quæſito ſecundo inueſtigat Lector. Si quando mihi licet reſiſtere contumelioſa. Tunc fas ſit mihi pro vna ſuſcepta iniuria, vel contumelia aliã reiicere. Vt ſi dicit mihi latronem dicere illi poſſim ſicarium. 313

In tertio dubio ſcire deſiderat. Quanam ſit origo contumelia, ſcilicet a quo oritur contumelia. 314

Diſputatio nona. De conuerſione peccatoris.

In hac diſputatione Lector proponit vnum caſum, cum dubio, & quæſito diſputandum.

Caſus.

In caſu ergo quarit Lector. Vtrum cum homo peruenerit ad vſum rationis teneatur ſe conuertere in Deum vltimum finem. 316

In quæſito poſtulat. An infans baptizatus teneatur in principio ſuæ diſcretionis ſe conuertere ad Deum, ut etiam non baptizatus. Et an teneamur docere illum vt confiteatur de hoc, quomodo ſe geſſit. 318

In

In dubio petit. An ſemper in conuerſione peccatoris requirantur formaliter illi ſex motus, eo ordine quo hic Angelicus Doctor conſtituit, ſcilicet ex parte Dei, ex parte intellectus, & ex parte, voluntatis noſtræ. 319

Diſputatio prima in littera D. De Deriſione.

Lector in hac diſputatione intelligit dilucidare caſum vnum cum interrogatione & dubio.

Caſus.

In caſu quærit Lector. Vtrum deriſio ſit ſpeciale peccatum linguæ diſtinctum ab aliis peccatis linguæ. 321

In interrogatione ſcire deſiderat. Cur Doctor Sanctus non tractauit de Murmuratione tractando de peccatis linguæ. 321

In dubio poſtulat. An deriſio poſſit eſſe peccatum mortale. 322

Diſputatio ſecunda. De Detractione.

Lector in hac diſputatione proponit tres caſus, cũ dubiis eorumdem.

Caſus primus.

In caſu primo quærit. Vtrum detractio ſit denigratio famæ per verba. 326

Difficultas circa modum detrahendi proximum per verba ironice dicta. 329

Caſus ſecundus,

Lector in caſu iſto ſecundo inquirit. Vtrum detractio ſit peccatum mortale. 329

Caſus tertius.

In præſenti caſu quærit Lector. Vtrum detractio ſit grauius peccatum omnibus aliis peccatis quæ in proximum committuntur. 330

In dubio poſtulat Lector. An audiens & tollerans detrahentem grauiter peccat. 332

In quæſito petit. Si Prælatus, vel Superior peccat non reſiſtẽdo ſubdita detractori infamanti aliã perſonam, ſibi non ſubditam, ſed extraneam. Ita vt teneatur ad reſtitutionem faciẽdam ipſi extraneo detracto. 333

Diſputatio tertia. De Dilectione.

In hac diſputatione. Lector proponit tres caſus dilucidando cum dubiis eorumdem.

Caſus primus.

Lector in primo caſu quærit. Vtrum ex charitate magis teneamur diligere Deum, quam proximum noſtrum. 336

In dubio ſcire deſiderat. An homo magis teneatur diligere Deum quam ſeipſum. 337

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu ſecundo diſputare intendit de dilectione peccatorum.

In caſu iſto quærit. Vtrum peccatores ex charitate ſint diligendi. 340

In dubio inueſtigat. An peccatores diligat ſeipſos. 341

In quæſito interrogat. Si Iuſtus magis diligat corpus ſuum quam peccator. 342

Caſus tertius.

In præſenti caſu inquirit Lector. Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis diligere inimicos. 344

In dubio poſtulat. An homo de neceſſitate ſalutis teneatur oſtendere inimico ſuo ſigna particularia, & effectus dilectionis. 346

In primo quæſito ſcire deſiderat. Vtrum ſi mihi occurrat obuiam inimicus tenear illum ſalutare verbo, & ſigno. Secundo. Si me ſalutauerit cum reſalutare. Tertio. Si veniam poterit illam concedere, & remittere pœnam, etiã taxatam a Iudice. 347

Diſputatio quarta. De Diſcordia.

In hac breui diſputatione. Lector quærit quid ſit diſcordia. Et quæ nam fuit diſcordia reperta inter Apoſtolos.

Caſus.

In caſu ergo quærit Lector. Vtrum diſcordia ſit peccatum mortale, & a quo ortum habet. 349

In dubio poſtulat. An fuerit vera diſcordia illa quæ inter Apoſtolos reperta fuerit. 353

Diſputatio quinta. De Duello.

Lector in hac diſputatione proponit tantum vnum caſum dilucidandum, ſine dubiis.

Caſus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum duellum ſit licitum. 354

Diſputatio in littera E. De Emptione & venditione.

In diſputatione hac Lector proponit tres caſus cum dubijs.

Caſus primus.

In caſu primo quærit Lector. Vtrum licitè aliquis poſſit vendere rem plus quam valet. 359

In primo dubio inueſtigat. An negotiatores emendo & vendendo poſſint extendere iuſtum pretium. 363

In ſecundo dubio interrogat. Quid nam ſunt caſus illi, in quibus emptor, vel venditor ad reſtitutionem teneatur. 364

In tertio dubio petit. An licita ſit negotiatio venditionis, in illis rebus quibus emptores male vtuntur vel illas ad malum finẽ ordinantur. 366

Caſus ſecundus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum (expectata pecunia) liceat vendere rem carius, quam numerata pecunia. 369

In primo dubio inquirit. Si quando periculum timetur ex venditione credito, amiſſionis totius pecuniæ, ſeu capitalis. Aut expenſarum, pro recuperatione pretij, licitum ſit vendere aliquid plus iuſto pretio. 375

In ſecundo dubio ſcire deſiderat. An licitum ſit pro minore pretio emere pagas acerbas. 371

In tertio dubio (ex oppoſito) inueſtigat. An liceat rem melius emere (anticipata pecunia) præcipuè in emptione lanarum. 372

In quarto dubio petit. Vtrum licitum ſit emere magnam copiam mercium. Vt poſtea venundatur minutim cum magno lucro. 373

In hoc vltimo dubio poſtulat. Si liceat vendere merces credito pro pretio quo valitur ſunt, tempore quo plus venderentur, non taxando tempus præfiſſum 374

Caſus tertius.

Lector in caſu iſto quærit. Vtrum venditio reddatur

Digitized by Google

tur illicita propter defectum rei venditæ. 378
In primo dubio inueſtigat. An uitium rei annullet contractum venditionis, & emptionis. 381
In ſecundo dubio interrogat. Vtrum venditor teneatur manifeſtare vitium rei vendendæ præcipuè in mixtione lanarum. 381
In tertio dubio poſtulat. Si in hoc æqualis ſit conditio ementis, & vendentis. 385
In quarto dubio petit. An liceat negotiando aliquid carius vendere, quam emere. 386

Diſputatio prima in littera F. De Fama, & infamia.

Lector in hoc loco proponit duos caſus dilucidandos cum dubijs illorum.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector. Si reuelare crimen occultum vni viro grauiſſimo, qui retinebit illud occultum apud ſe, ſit peccatum mortale, & contra iuſtitiam. 388
In dubio poſtulat. An infamatus in vno loco de uno delicto, ubique ſit infamatus de delicto illo. 390

Caſus ſecundus.

In ſecunda caſu mouet, Lector quæſtionem illam celebrem inter Thomiſtas. Vtrum homo poſſit, diffamare ſeipſum, abſque hac quod ad reſtitutionem teneatur. 391

Diſputatio ſecunda, De Furto.

Lector in hac materia de furto proponit diſputandos tantum tres caſus cum dubijs illorum.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector. Vtrum furtum ſit acceptia rei alienæ, vel ſit accipere rem alienam occultè. 402

Caſus ſecundus.

In caſu iſto ſecundo inquirit Lector. Vtrum furtũ ſit ſemper peccatum. 305
In primo dubio inueſtigat. Si res inuentæ ſint inuentoris. Vel ſi detentio illorum ſit furtum. 405
In ſecundo dubio interrogat. An theſauri inuenti ſint inuentoris, vel Domini fundi, uel Principis. 406
In ſcrupula quærit, An Princeps poſſit condere legem. Vt theſaurus propria dictus inuentus a quocumque ſit Principis ſtatus. 408
In correllario ſcire deſiderat. Si theſaurus inuentus in domibus antiquis ſit emptoris domus, uel hæredum. 408
In tertio dubia poſtulat. Si res habitæ pro derelictis ſint inuentoris, uel conſignando ſint ueris Dominis. 409
In quarto dubio petit. An qui non poteſt iure ordinis recuperare rem ſuam, poſſit illam furtim accipere. 410

Caſus tertius.

Lector in tertio caſu, & in dubijs illorum tractat de qualitate peccati furti.
In iſto caſu quærit Lector. Vtrum furtum ſit peccatum mortale. 411
In prima dubia poſtulat. Si licet occidere furem cuius furtum eſt peccatum mortale. 412
In ſecundo dubio inquirit. An furtum in quacumque materia (etiam minima) ſit peccatum mortale. 412
In tertio dubio petit. An materia furti quæ ſufficit ad peccatum mortale ſufficiat ut Iudex Eccleſiaſticas poſſit ferè ſententiam excommunicationis. Vt reſtituatur male ablatum. 415

Caſus quartus.

In ultimo caſu quærit Lector. Vtrum alicui liceat furari in caſu neceſſitatis. 416
In dubio poſtulat. Quænam neceſſitas iudicanda ſit extrema quæ excuſat a peccato furti. 417

Diſputatio in littera H. De Homicidio.

Lector in hoc loco ponit multos caſus cum dubijs illorum diſputandos.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector. Vtrum homicidium ſi peccatum mortale. 418
In dubio poſtulat. An Iudex licitè poſſit occidere iniquos pro tranquilitate populorum. 420

Caſus ſecundus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum perſona priuata occidere poſſit peccatorem. 423
In primo dubio poſtulat, An homo poſſit ſe defendere a ſuo inimico. & illum offendere. 424
In ſecunda dubio petit. Vtrum priuata perſona occidere poſſit. Tyranum. 425
In tertio dubio inueſtigat. An homo poſſit occidere furem, uel latronem. 426
In quarta dubio interrogat. Si liceat Clericis occidere malefactores. 427
In quæſito ſcire deſiderat. Quo iure prohibitum ſit Clericis occidere malefactores. ſ. iure natura, aut diuino, uel Eccleſiaſtico. 427

Caſus tertius.

In præſenti caſu inquirit Lector. Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum. 431
In dubio inueſtigat. An occidens ſeipſum peccat contra iuſtitiam quæ eſt ad ſeipſum, uel contra illam quæ eſt ad proximum, aut contra illã quæ eſt ad Deum. 433
In quæſito interrogat. An poſſit dari aliquis caſus, in quo liceat homini interficere ſeipſum. 435

Caſus quartus.

In iſto caſu quærit Lector. Vtrum liceat interficere innocentem. Seu utrum teneamur ponere uitam pro defenſione innocentis. 438
In primo dubio inquirit. Quid nam ſit agendum, Quando tyrannus quærit ab aliquo ciuitate. Vt interficiatur innocens. 439
In ſecunda dubio interrogat. An liceat uitam ponere pro defenſione amici innocentis, uel pro quocumque alio innocente. 441
Lector in hac diſputatione proponit caſum & dubia diſputanda circa illum qui defendendo ſeipſum occidit inuaſorem.

Caſus quintus.

In caſu ergo iſto quærit Lector. Vtrum liceat occidere inuaſorem defendendo ſeipſum. 445
In primo dubio inquirit. An licitum ſit occidere inuaſorem, in defenſionem ſuppſius, ſeruatis ſeruandis. 446
In ſecundo dubio inueſtigat. An ſit licitum præuenire

nire eum qui poſtquam illum percuſſit, ſe ſeparauit a percuſſo. 448

In tertio dubio interrogat, ſi liceat præuenire percuſſorem. v. g. vxor qui certa eſt quod vir eius vult illam, illa nocte occidere, poſſit præuenire meritum qui vult illam occidere, vel liceat occidere eum qui contra ipſum in iudicio procedit, vt occidatur a Iudice iuſtè vel iniuſtè. 449

In dubio quarto poſtulat. An licitum ſit intendere occiſionem aggreſſoris, ad liberandam vitam propriam vis bona ſua. 451

In dubio, ſcilicet petit. Si homo tenentur fugere aggreſſorem. 453

Caſus ſextus.

Lector in hac diſputatione tractare vult de homicidio caſuali cum dubijs ab illo procedentibus.

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum occidens aliquē caſualiter, incurrat reatum homicidij. 455

In primo dubio inueſtigat. Si quis taliter incautè, & ex graui negligencia occidit aliquem, reus ſit homicidij reatu, vel incurrat in irregularitatem, & peccatum mortale præcipuè ſi inuaſor eſt in peccata mortale. 458

In ſecundo dubio poſtulat. Si denuntians coram iudice in cauſa ſanguinis, ex qua ſequitur mors efficiatur irregularis. 460

In tertio dubio interrogat. Vtrum Religioſi in bello exiſtentes efficiantur irregulares. 463

In quarto dubio petit. An ſciens, & potens eruere a morte proximum ſuum, & non faciens, ſit irregularis. 464

In quinto dubio interrogat Lector. Si irregularitas aliquando contrahatur pro culpa veniali. 466

In ſexto dubio inueſtigat. An per mutilationem homo efficiatur irregularis. 467

In ſeptimo dubio ſcire deſiderat. Si diſpenſatio irregularitatis præcipuè propter homicidium. Sit ſeruata ſummo Pontifice. 468

Diſputatio in littera I. De Iudicio temerario.

Lector in hac diſputatione proponit vnum caſum dilucidandum cum vno dubio.

Caſus.

In caſu quærit Lector. Vtrum iudicium temerarium, ex leui ſuſpenſione ſumptoſit peccatū mortale. 470

In dubio inueſtigat. An ſuſpicio non egrediens limites, ad vtramque partem, dum aut iudicium temerarium ſit peccatum mortale. 474

Diſputatio in littera L. De contractu Liuellario.

In hoc loco Lector proponit aliquos caſus diſputandos cum dubijs eorumdem.

Caſus primus.

Lector in primo caſu quærit. Vtrum indigens pecunia poſſit illam accipere ad liuellum, Et dare illam ad liuellum ſi habet. 476

In dubio interrogat. An gener poſſit vti fructibus rei ſibi liuellatæ, quoadusque in integrū ſatisfactum fuerit de dote. 478

Caſus ſecundus.

Lector in hoc caſu quærit. Vtrum illa qui vendit poſſeſſionem ſuam (iuſta pretio) illi qui non habet pecuniam ſufficientem ad ſolutionem totius pretij. Inquirit, ſi vendendus poſſeſſionem illam poſſit conſtituere penſionem annualem ſuper poſſeſſionem eamdem, ad rationem quinque, vel ſex pro centenario. Secundum ſummam non ſoluti pretii ex contractu venditionis. Et quoadusque ſoluat pretium penſionis. Ipſe emptor ad omnia grauamina, realia, & perſonalia ordinaria, & extraordinaria, teneatur ſimpliciter. 481

Caſus tertius.

In vltimo caſu inquirit Lector. Vtrum liceat fundare liuellum. v. g. mille ſcutorum ſupra fundum nō limitatum, ſuis terminis, puta. Ad quinque, vel ſex pro centenario, libera ab omni grauamine. 484

In primo dubio interrogat. An quis (abſque pecunia) emere poſſit poſſeſſionem vnam, non exburſata pecunia, cum pacto ſoluendi quinque vel ſex pro centenario, loco liuelli, quoadusque ſoluat totum capitale. 485

In ſecundo dubio inueſtigat. An abundans pecunia poſſit illam dare diuerſis ſub contractu liuellario, ad quinque vel ſex pro centenario, iuxta morem patriæ, cum pacto retrouendendi, ſub forma, &c. 486

Diſputatio in littera M. De Monte Pietatis.

Lector in hac diſputatione proponit vnum caſum cum nonnullis dubiis dilucidandus.

Caſus

In caſu iſto quærit Lector. Vtrum Mons pietatis. Vſurarius, vel pius ſit iuſtus, vel iniuſtus. 487

In primo dubio poſtulat. An de facto dominium Montis Pietatis translatum ſit in Rempublicam. Vel potius in communitatem pauperum. 489

In ſecundo dubio ſcire deſiderat modum, quo Ruſtici erigūt ſuum Montem. Et ſi licitus ſit. 490

Diſputatio prima in littera O. De fuggienda occaſione peccati.

Caſus.

In primo caſu quærit Lector. Vtrum homo debeat remouere a ſe occaſionem peccandi, quo ad ſe & quo ad alios.

Quod ſi hoc facere noluerit poſtulat. Si Cōfeſſarius illum abſoluere poſſit. 493

Diſputatio ſecunda. De operibus, factis in peccato mortali.

In hac diſputatione pro Lector proponit duos caſus diſputandos.

Caſus primus.

In primo caſu quærit. Vtrum opera in peccato mortali facta apud Deum aliquid merentur. 496

Caſus ſecundus.

In ſecundo caſu poſtulat. An ſuffragia facta a peccatoribus pro mortuis illa proſint. 497

Diſputatio prima in littera P. De Pace.

In diſputatione hac Lector proponit vnum caſum cum dubio annexo dilucidandum.

Caſus

Caſus.

Lector in præſenti caſu inquirit, Vtrum offenſus teneatur facere pacem in ſcriptis, quando ab offenſione ſit rogatus ad hoc faciendum, in propria vel pro interpoſitam perſonam. 500

In dubio poſtulat, An index pœnam debitam relaxare poſſit reo. 501

Diſputatio ſecunda, De Sacramento pœnitentiæ.

Lector in hac diſputatione. Lector proponit quinque caſus cum dubijs illorum.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector vtrum pœnitentia ſit ſacramentum. 503

In dubio poſtulat, An pœnitentiæ ſacramentum habeat propriam materiam. 505

Caſus ſecundus.

In ſecundo caſu inquirit, quæ nam ſit forma ſacramenti pœnitentiæ. 506

In dubio petit, Si impoſitio manuum requiratur ad hoc ſacramentum. 513

Caſus tertius.

In tertio caſu quærit Lector vtrum hoc ſacramentum ſit de neceſſitate ſalutis. 515

In dubio interrogat, An pœnitentia habeat ordinem ad alia ſacramentum. 517

Caſus quartus.

In quarto caſu inquirit Lector, Si conuenienter fuerit inſtitutum in noua lege. 519

In ſcrupulo primo an ſacramentum pœnitentiæ inſtitutum ſit in Euangelio, & quo in loco. 521

In ſcrupulo iſte ſecundo ſcire deſiderat. Si pœnitentia ſit de iure naturali quo ad dolorem; quo ad remedium, & quo ad ſignum. 522

In dubio inueſtigat, An pœnitentia durare debeat, vſque ad finem vitæ. 523

Caſus quintus.

In vltimo caſu quærit Lector, vtrum pœnitentia poſſit eſſe continua. 524

In dubio ſcire deſiderat, Si ſacramentum pœnitentiæ reiterari poſſit. 526

Diſputatio tertia, De virtute pœnitentiæ.

Lector in hac diſputatione proponit tres caſus diſcutiendos cum ſuis dubijs.

Caſus primus.

In primo caſu Lector quærit, Vtrum pœnitentia ſit virtus. 531

In dubio poſtulat, An pœnitentia ſit ſpecialis virtus. 534

Caſus ſecundus.

In hoc caſu quærit Lector, Vtrum virtus pœnitentiæ ſit pars iuſtitiæ. 539

In dubio poſtulat, An voluntas ſit proprium ſubiectum pœnitentiæ. 543

In quæſito interrogat Lector, Vtrum dato quod pœnitentia ſit in voluntate, habeat paſſionem neceſſario in ſenſu. 544

In dubiaculo petit, An dolor idem in eodem appetitu ſenſitiuo generent habitum, ſicut deteſtatio generat habitum in voluntate. 545

Caſus tertius.

Vtrum principium pœnitentiæ inquit Lector, ſit ex timore. 546

In hoc dubio poſtulat Lector, An pœnitentia ſit prima virtutum. 550

Diſputatio quarta, De partibus integralibus pœnitentiæ.

Lector in hac diſputatione proponit duos caſus, cum dubijs annexis diſputandos.

Caſus primus.

In primo caſu quærit, Vtrum pœnitentia habeat partes. 553

In dubio inueſtigat quæ nam ſunt partes pœnitentiæ. 554

Caſus ſecundus.

In ſecundo caſu inquirit, Vtrum huiuſmodi partes ſint integrales. 557

In dubio poſtulat, An pœnitentia conuenienter diuidatur in pœnitentiam ante baptiſmum in pœnitentio mortalium, & pœnitentia venialium. 558

Diſputatio quinta, In littera P, De Pollutione.

Lector in hac diſputatione tantum vnum caſum cum ſuo dubio proponit diſcutiendum.

Caſus.

In caſu quærit Lector, Vtrum pollutio nocturna ſit peccatum mortale. 561

In dubio autem inueſtigat, An pollutio nocturna ex neceſſitate impediat ſumptionem Sanctiſſimæ Cõmunionis. 563

Diſputatio prima, In littera R. De Rapina.

Lector in hac diſputatione proponit caſum vnum diſputandum, cum nonnullis dubijs ab illo egredientibus.

Caſus.

In caſu ergo quærit Lector, Vtrum furtum & rapina ſint peccata differentia ſpecie. 567

In primo dubio poſtulat, An rapina fieri poſſit ſine peccato. 568

In quæſito petit, An liceat Chriſtiano ſeruum ſuum furari, vel rapere de manu infideli, authoritate propria. 571

In ſecundo dubio inueſtigat, An rapina ſit grauius peccatum ipſo furto, vel econuerſo. 572

Diſputatio ſecunda, De Rixa.

Lector in hac diſputatione tantum vnum caſum abſque dubijs proponit.

Caſus.

In caſu iſto quærit Lector, Vtrum Rixa ſemper ſit peccatum. 573

Diſputatio prima, In littera S. De ſatisfactione Sacramentali.

In Diſputatio prima de ſatisfactione ſacramentali, Lector proponit aliquos caſus, cum dubijs illorum.

Caſus primus.

In primo caſu quærit Lector, Vtrum homo ſatisfacere poſſit Deo pro ſe, vel pro alijs. 575

In primo dubio inueſtigat, An vnus pro alio ſatisfacere poſſit. 577

In ſecundo dubio interrogat, An homo ſatisfacere poſſit pro vno peccato ſine alio. 580

Caſus ſecundus.

In caſu iſto quæris Lector, Vtrum exiſtens in mortali ſatisfacere poſſit pro peccatis confeſſis de quibus fuit contrictibus. 582

In hoc primo dubio inueſtigat Lector, An ſatisfactio

facta in mortali incipiat valere poſt acquiſitionem charitatis. 584
In dubio ſecundo interrogat, An bona facta extra charitatem ſint aliquo modo meritoria. 586
In dubio tertio poſtulat, An opera facta extra charitatem valeant ad mitigationem pœnarum infernalium. 588
In præſenti caſu quærit Lector, Vtrum opera ſatisfactorio ſacramentalia ſint illa tria communiter dicta. ſcilicet ieiunia, orationes, & eleemoſyna. 590
In dubio inquirit Lector, An confeſſarius aſſignare poſſit loco pœnitentiæ ipſi pœnitenti Ieiunia vigiliarum orationes alias illi ex voto, vel ex habitu obligatas, vel eleemoſynas faciendas poſito in caſu extremæ neceſſitatis ex præcepto charitatis, etiam quod confeßarius hoc illa non aſſignaret, loco pœnitentiæ ſuorum peccatorum. 591

Diſputatio ſecunda, De ſeditione.

Lector in hac diſputatione proponit tantum vnum caſum cum dubijs.

Caſus.

In caſu quærit Lector, Vtrum ſeditio ſit ſpeciale peccatum diſtinctum ab alijs peccatis. 593
In dubio ſcire deſiderat, An ſeditio ſit ſemper peccatum mortale. 594

Diſputatio tertia, De contractu ſocietatis.

Lector in hac diſputatione proponit duos caſus cum dubijs eorumdem.

Caſus primus.

Lector in primo caſu quærit, Vtrum contractus ſocietatis ſit licitus. 596
In dubia inueſtigat, An iſte contractus ſit licitus, v.g. Petrus ponit mille ſcuta in ſocietate cum Paulo, hac conditione, vt ex illis mille Petrus non poſsit amittere niſi quinque pro centenario, neque lucrari niſi quinque pro centenario. 597

Caſus ſecundus.

In caſu iſto inquirit Lector, Vtrum liceat ponere pecuniam in ſocietatem (ſaluo capitali.) 599
In dubio poſtulat, An contractus ſocietatis licitus ſit, vbi qui ponit pecuniam obligat ſocium, vt ſeruet capitale, ab omni periculo, & det lucrum. 599
In ſecundo dubio petit, An ſocietas quæ dicitur de officio ſit licita. 601
In tertio dubio interrogat, An ſocietas animalium ex propria natura ſit iuſta, & licita. 601
In quarto dubio inueſtigat, An licitum ſit dare pecora ruſtico cum pacto, quod tradens recipiat omnes fructus, quo ad vſque perſoluat totum ſuum capitale. Et capitale recepto poſtea pecora ſint communia. 604

Diſputatio quarta, De ſuſurratione.

Lector in diſputatione iſta, proponitur vnum caſum cum dubiis illius.

In caſu ergo quærit Lector, Vtrum Suſurratio ſit peccatum diſtinctum ab aliis peccatis. 606
In quæſito poſtulat, An omnes ſuſſurrationes ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsime. 608
In dubio inquirit, An detractio grauius peccatum ſit ipſa ſuſſuratione. 608

In littera V. De Vntione extrema.

Lector in hac diſputatione proponit tantum vnum caſum cum ſuo dubio.

Caſus.

In caſu ergo quærit Lector, Vtrum ſacramentum extremæ vnctionis exhibendũ ſit tantum infirmis in extremis laborantibus. 611
In dubio poſtulat, An ſacramentum hoc exhibendum ſit furioſis amantibus pueris, & damnatis ad mortem.

F I N I S.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA DE REBVS NOTABILIBVS,

In hoc Opere contentis.

A *Abortus.*

ASſignantur pœnæ ex ſacris Concilijs contra procurantes abortum, & illas præcipuè quę manent modo. 1

Procurantes quomodocumque abortum fętus animati, vel innanimati, ſubiacent pęnæ homicidij. 2

Clerici procurantes abortum, priuantur Clericali beneficio. Et caſus iſtæ reſeruatur Papæ. 2

Contra procurantes abortum, Indices ſeculares procedere debent. Adeſt Bulla Sixti V, Gregorij XIIII. 2

Oſtenditur perſonæ quæ ſubiacent pęnas procurantium abortum. 3

Si ex ludo cauſatur abortus, aliquando excuſantur ludentes, aliquando non, præcipuè ſi ludens eſſet ſacerdos, 3

Confeſſarij deputati ab Epiſcopo, poſſunt abſoluere a peccato, & ab excõicatione ortu ex ab ortu. 4

Grauiſſimum peccatum eſt procurare abortum, etiã ſi fiat ad euitandum ſcandalum, & periculum vitæ delinquentium. 4

Medicina data prægnanti poteſt cauſare abortũ per ſe, vel per accidens. 60

Omnes cooperantes ad procurandum abortum homicidæ ſunt, & ab Eccleſia ſunt excommunicati. 443

Abſcindere.

Abſcindere membra pro ſalute corporali licet, non autem pro ſalute ſpirituali. 5

Abſcindere virilia nõ licet ad fugiendom ſtimulum carnis, & delectationes venereas. 433

Abſolutio.

Ad abſolutionem peccatornm duæ claues requiruntur in Cõfeſſario Sacri Ordinis, & iuriſdictionis. 6

Duæ claues ad abſolutionem neceſſario concurrentes, non diſtinguuntur re, ſed ratione rantum. 6

Oſtenditur peccati Confeſſarij grauitas, ignoranter abſoluentis a peccatis ſibi incognitis. 6

Neceſſario prius eſt abſoluendus excommunicatus ab excommunicatione, quam a peccatis. 7

Abſolutus a peccatis antequam ſit abſolutus ab ęxcommunicatione incognita, poteſt obtinere gratiam Dei. 7

Exiſtens in excommunicatione abſoluendo pœnitentem, aliquando illum abſoluit, aliquando non, aliquando peccat mortaliter, aliquando non. 8

Excommunicatus toleratus poteſt abſoluere ſubditos ſuos dum eſt requiſitus, nec quærendo illum ſubditus peccat. 8

Prælati intruſi abſoluendo non abſoluunt, tenet abſolutio ſi electio talis Prælati eſſet inualida. 9

Abſolutio ab excommunicatione poteſt eſſe conditionalis, de futuro, de pręſenti, & de præterito. 9

Abſolutio conditionata de peccatis, tenet de præterito, & de præſenti, de futuro non. 9

Abſoluendus eſt pęnitens, a quocumque ſacerdote a reſeruatis, oblitis in confeſſione. Vbi adderat authoritas. 10

Soli ſacerdotes habent antboritatem abſoluendi a peccatis, etiam in caſu extremæ neceſſitatis. 10

In articulo mortis, ſeu in caſu extremæ neceſſitatis quilibet ſacerdos poteſt abſoluere a quocumque peccato. 11

Non ſacerdos non poteſt abſoluere a peccatis, neque in caſu extremæ neceſſitatis. 11

Laicus in caſu neceſſitatis poteſt baptizare, non tamen abſoluere a peccatis. 12

Limitatur omnibus Confeſſoribus a papa Clemente VIII. authoritas abſoluendi a reſeruatis, etiam a locorum Ordinariis. 13

In articulo mortis abſoluendus eſt infirmus etiam ſi non potuiſſet perficere ſuam confeſſionem iam incaptam. 175

Infirmus in extremis exiſtens, ſi ſignum contritionia alicuius peccati oſtẽdit ſacerdoti eſt abſoluendus aliter non. 176

A pœnitentia publica poteſt abſolui infirmus, qui prius oſtendit ſignũ pęnitentiæ, etiam poſt amiſſionem ſenſus. 176

Quando infirmus nullum peccatum manifeſtare poteſt verbo, vel nutu, non poteſt abſolui ſacramentaliter. 177

Abſolutio peccatorum directè cadit ſuper peccatis confeſſis. Indirectè, & cõſecutiuè ſuper oblitis, ſine culpa pœnitentis. 129

Confeſſarius tenetur abſoluere pęnitentẽ, in caſu dubio in quem deſcendit opinio peritorum, etiam quod ipſæ ſit contrariæ opinionis. 181

Abſolutio ab excommunicatione peti poteſt per litteras. Non autem abſolutio ſacramentalis. 184

Peregrinum abſolui non poteſt a reſeruatis ab vtroque Epiſcopo ſub cuius cura eſt, & ſub quo reperitur pro tunc ſine licentia. 188

Plebani, & Religioſi mendicantes poſſunt abſoluere ſuum pœnitentem extra dięceſim non ſolum fratres, ſed ſeculares etiam. 195

Iuriſdictio abſoluendi a peccatis reperitur in Papa, in Epiſcopo in Curatis. Et in confeſſoribus approbatis ordine diuerſo. 196

Poſitus in articulo mortis poteſt abſolui a quocumq; ſacerdote a quocumque peccato, & a qualibet cenſura. 198

Poſitus in articulo mortis poteſt abſolui ſimpliciter a quocumque ſacerdote. 190

Poteſtas abſoluendi a quocumque peccato, & cenſura in articulo mortis, a quolibet ſacerdote eſt de iure poſitiuo. 199

In articulo mortis quando hæreticus vel apoſtata intẽdit facere quod fuit Eccleſia põt abſoluere. 200

Laicus in articulo mortis nõ poteſt abſoluere, neque a peccatis, neque ab excommunicatione. 200

Authoritas abſoluẽdi in articulo mortis, ab oĩ peccato, & cẽſura, ꝓuenit ab Eccleſia, & nõ a Ceſare. 201

Abſolutus in articulo mortis a quocūque ſacerdote, nō indiget vt abſoluatur a proprio ſacerdote. 222

Abſolutio data ab aliquibus ſacerdotibus excommunicatis tenet ab aliquibus non tenet. 219

Nullus excommunicatus poteſt prius a peccatis abſolui quam ab excommunicatione. 221

Errant Confeſſarij qui inter abſoluendum a peccatis dimittunt illam particulam, & ab omnibus alijs quorum memoriam non habes, &c. 225

Pœnitens dum abſoluitur, ab omnibus peccatis abſoluitur, ratio eſt quia perſona illius abſoluitur. 226

Verba illa in abſoluendo. ſ. Et quorum memoriam non habes, licet non ſint de eſſentia ſacramenti, non tamen ſunt ſuperflua. 226

Quando ſacerdos abſoluit contritum. Verè quantū ſit ex ſe, abſoluit illum. Tria genera penitentium ſe repræſentant, confeſſario quos omnes abſoluit Confeſſor, quantum ſit ex ſe. 300

Abſolutio ſacramentalis producit multos effectus dignos in contrito, licet non liberet illum a peccatis. 300

Nullus (de lege ordinaria) a Deo abſoluitur, q prius ab Eccleſia non fuerit abſolutus. 301

Ad hoc vt aliquis digne ſumat ſanctiſſimam Euchariſtiā, requiritur quod ſit abſolutus ante Deū, & in facie Eccleſiæ. 305

Partiales, & ſeditioſi non poſſunt abſolui a peccatis ſuis, niſi relicto malo affectu contra alios, & facta reſtitutione damni, & honoris aliorum dati, nec danda eſt illis ſepultura. 352

Errant Magiſter dicendo, quod ſacerdos Eccleſiæ non abſoluit a peccatis, ſed oſtendit eſſe abſolutum. Hæreſis eſt dicere ſacerdotem miniſterialiter non abſoluere a peccatis. 509

Verè & propriè ſacerdos abſoluit a peccatis penitentem efficienter inſtrumentaliter tamen. 509

Abſolutio quantum ſit ex ſe, liberat penitentem a peccatis, quando penitus non eſt indiſpoſitus. 509

Ego te abſoluo. i. ſacramentum abſolutiones tibi impendo, inquit D. Thom. 509

Contritus vere abſoluitur a peccatis a ſacerdote, quantum ſit ex ſe, & ex parte ſacramenti. 510

Magiſter fuit ſeductus putans, non eſſe maiorem virtutem in ſacerdotibus noſtris, quam in legalibus in abſoluendo. 510

Solus Deus per authoritatem abſoluit a peccatis Sacerdos abſoluit vt Miniſter Chriſti. 510

Abſolutio ſacramentalis a peccatis eſt actus iudicialis Eccleſiæ, per ſacrum Concil. Trid. ex Decreto Pij V. 511

Deus abſoluit peccatorem authoritate innata propria. Sacerdos illum abſoluit authoritate Chriſti Domini. Abſolutio peccatorum fit ſub determinata forma. Abſolutio excommunicationis non habet formam determinatam. 512

Exponitur dupliciter. Ego impendo ſibi ſacramentum abſolutionis, loco Ego te abſoluo. 513

Abſolutio poteſt eſſe certa dupliciter, interius & exterius, quę a Deo eſt certa vtroque modo, quæ ab homine eſt certa tantum exterius. 513

Abſolutio eſt principalis pars ſacramenti, eſt pars eſſentialis, non autem integralis. 557

Actus, & Actio.

Vnus actus poteſt habere duos effectus, vnum intentum, & aliam non. Actus ſumit ſuam ſpeciem ab obiecto intento. 445

Duo exempla ponuntur in actibus moralibus ad cognoſcendam quando ceſſare debemus ab operatione propter malum euitandum. 452

Documenta ad cognoſcendum quando perſiſtere poſſumus in actione bona, licet ex ea per accidēs ſequatur effectus malus. 452

Ab actione bona vel non mala, aliquando (ex dilectione proximi) ceſſare debemus neceſſario. 453

Actus facti extra charitatem, poſſunt eſſe moraliter boni, licet non ſufficiant ad merendam gratiam. 548

Accuſatio.

Accuſatus poteſt iuridice ſe defendere, quando accuſatur de falſo crimine, vel de crimine occulto. 450

Adulterium.

Chriſtus Dominus non abrogauit legem illam contra adulteram. Sed cum adultera vti voluit miſericordia ſi deſiſteret a peccato. 422

In Concil. Trid. præcipitur vt adulteri contumaces excommunicentur. 495

Amicitia.

Amicitia vtilis eſt omnibus contra quam eſt ſuſurratio quæ quærit deſtruere illam. 607

Comendatur amicitia in ordine ad omnes virtutes. 607

Amicitia vtilis & neceſſaria eſt omnibus generibus hominum multis & diuerſis ex cauſis. 607

Amicitia eſt vtilis non ſolum, ſed neceſſaria pauperibus, & diuitibus ſimiliter ſenibus, & iuuenibus. 697

Amicitia eſt neceſſaria tribulatis, ad tollendas afflictiones, vtilis eſt felicibus in via, & in patria. 608

Amicitia eſt bonum præſtantius quam fama, vel honore. 609

Amicitia virtuti germana eſt, ideo non petit a fortuna, ſicut nec virtus ipſa. 609

Appetitus.

Duplex appetitus vnus eſt regulatus a ſenſu alius a ratione. In defenſione noſtra ſequi debemus appetitum regulato a ratione, & non a ſenſu, vel a paſſione. 425

Aßicuratio.

Aſſicuratio eſt pactum de ſuſcipiendo periculum in ſe rei aliene pro pretio aliquo. 13

Aſſicuratio per modum ſalui conductus pertinet, ad Principes, & Dominos ſtatus. 14

Aſſicuratio per modum ſponſionis eſt idem quod aſſicuratio per modum ſcommiſſæ. 14

Aſſicuratio per modum fidei infirmis, fit pro re dubia. 14

Aſſicuratio per modum fenoris nautitij, idē eſt quod ipſum fenus nautitium. 14

Contractus aſſicurationis ornatus debitis circumſtantijs licitus. 14

Quan-

Digitized by Google

Quando in contractu aſſicurationis cõtinetur fraus. Contractus talis eſt illicitus. Si ſe tenet ex parte aſſicurantis. 15

Si in contractu aſſicurationis committitur fraus ex parte aſſicuratoris contractus eſt illicitus. 15

Aſſicuratio facta circa nauem vacuam, vt onuſtam mercibus, poteſt eſſe licitum, & non licitum. 16

Contractus aſſicurationis fieri poteſt, & pro ſorte principali, & pro lucro ſperato de mercibus. 16

Aſſicuratio etiam fieri poteſt de rebus terreſtribus. Si adeſſet aliquod periculum. 17

Contractus aſſicurationis vitæ hominis de ſe eſt licitus. Per accidens aliquando non eſt licitus. 17

Contractus aſſicurationis, & contractus venditionis lucri, poteſt fieri cum duobus, vel cum eodem. 600

Socius poteſt tribus contractibus aſſicurare ſocium ſuum, de lucro pecuniæ poſitæ in ſocietate, &c. 600

Attritio.

Oſtenditur quando quis ex virtute clauium, ex attrito fit contritus. 222

Manifeſtatur in quibus differt veraciter contritus ab attrito, & via ducendi attritum ad eſſe contritum. 269

Ponuntur multas cauſas, & differentiæ repertæ inter attritionem, & contritionem. 271

Attritio ex obiecto attritionis, non poteſt fieri contritio, neque ex obiecto contritionis, neque alia via. 271

Attritus ex infuſione gratiæ, & charitate, ex ui clauium poteſt fieri contritus. 272

Attritio non manet ſimul cũ contritione. Per aduentum contritionis deſinit eſſe attritio.

Actus attritionis per actum contritionis tranſit, cum ſit actus naturalis. Cõtritio autem eſt actus ſupra naturalis.

Attritio cum ſit actus naturalis, non poteſt fieri contritio qui eſt actus ſupra naturalis. 272

Auaritia.

Auaritiam eſſe peccatum res certiſſima eſt, cum ſit appetitus inordinatus habendi bona externa. 18

Auaritia ſumitur tripliciter. Primo vt radix omnium malorum. Secundo vt eſt appetitus inordinatus, ad omnia indifferenter. Tertio vt ſpeciale peccatum. 19

Auaritia eſt inordinatus appetitus pecuniæ, i. inordinatus appetitus boni vtilis. 19

Auaritia prout importat immoderatã acceptionem, & conſeruationem diuitiarum opponitur iuſtitiæ. 20

Auaritia exiſtens in corde opponitur liberalitati. 20

Auaritia quandoque eſt contra Deum, quandoq; eſt contra proximum, quandoque cõtra ſeipſum. 21

Auaritia ſecundũ ꝗ opponitur iuſtitię, ex ſuo genere eſt peccatum mortale, poteſt aliquando eſſe peccatum veniale. 22

Auaritia prout opponitur liberalitati eſt peccatum mortale, aliquando eſt peccatum veniale. 22

Multipliciter homo peccare poteſt mortaliter, & venialiter peccato auaritiæ. 22

Auaritia ex parte obiecti non eſt maximum peccatum, ſed bene ex parte boni cui ſubijcitur homo. 23

Auaritia turpiſſimum peccatum eſt. Et oſtenditur eſſe grauiſſimum peccatum inter alia peccata. 23

Ex auaritia multa mala, & peccata nonnulla oriuntur. Auaritia ſimpliciter non eſt maximum peccatum. 24

Auarus non timet perdere vitam, vt poſſidere poſſit pecuniam. 24

Auaritia dicitur Idolatria, non proprie, ſed improprie. 24

Auaritia computatur inter peccata ſpiritualia, non autem inter carnalia peccata, 25

Auaritia eſt vitium medium, inter vitia corporalia, & ſpiritualia, formaliter autem eſt ſpirituale peccatum. 25

Auarum dictum a B. Baſilio, contra crudelitatem Auari. 26

Auaritia quæ conſiſtit in appetitu, vel deſiderio pecuniæ eſt peccatum mortale. 27

Ex auaritia oriuntur tamquam filiæ ſeptem peccata, præcipuè ſecundum appetitum finis. 28

Deſcribitur duplex modus, ex quo elicimus Auaritia habere ſeptem filias, 28

B *Bannitus.*

Occidens Bannitum ſub pœna capitis, non tamen cum facultate, vt occidatur a quocumque peccat mortaliter, & ad reſtitutionẽ damni dati tenetur. Capientes, vel occidentes Bannitum in proprio ſtatu, ex ordine Principis non operãtur contra iuſtitiam. 30

Reſtitutio occiſi Banniti facienda eſt hæredibus, iuxta ſententiam viri prudentis (pro qualitate damni dati.) 30

Aſſignatur modus faciendi reſtitutionem, pro bannito occiſo, hæredibus occiſi, ab occiſore. 31

Qui occidit Bannitum, authoritate priuata operatur contra ius familiæ illius, & ad reſtitutionem tenetur. 31

Miniſter Iuſtitiæ occidendo Bannitum, ex odio peccat mortaliter. Ad reſtitutionem tamen non tenetur. 32

Baptiſmus.

Infantes exiſtentes in vtero matris vllo modo baptizari poſſunt. 32

Baptizata matre prægnante, non eſt baptizatus filius exiſtens in vtero eius. 33

Puer non baptizatus, ſi moriatur ſine baptiſmo, in fide parentum etiam fidelium, non ſaluatur. 33

Morientes abſque baptiſmata, neq; per benedictiones, & orationes parentum poſſunt ſaluari. Solus baptiſmus eſt medium opportunum pro ſolute animarum noſtrarum. 34

Morientes pro Chriſti nomine in ventre matris, ſaluantur quia baptizantur in proprio ſanguine. 34

Non licet occidere mulierem prægnantem, laborantem in extremis, vt ex ventre eius extrahatur filius, & baptizatur. Mortua matre prægnante, ſtatim aperienda eſt, & filium viuum ab ea extrahere, vt baptizetur. 35

Digitized by Google

Si mulier damnata morti veniret ad hos terminos, aperiendum eſſet corpus eius extrahere filium, vt baptizaretur. 35

Dabilis eſt caſus, in quo aperienda eſſet mater prægnans. Vt filius viuus extraheretur, & baptizaretur. 36

Regulariter, non eſt aperiendus venter matris grauidæ, vt filius eius poſſet baptizari. 36

In periculo mortis. Si puer ex vtero emiſerit aliquod membrum, baptizandus eſſet diuerſimode tamen. 36

Perfectiori modo anima eſt in capite, quam in alio quocumque membro. Ideo baptizatus in capite non eſt rebaptizandus. 37

Ex diuina diſpenſatione baptiſmus (non in capite) receptus, validus eſt, vel poteſt eſſe. 37

Baptiſmus acqua, vel Spiritus, vel ſanguinis, facit videre regnum Dei. Et ſine illo nullus regnum Dei videre poteſt. 38

Quid eſſet agendum, vbi eſſet difficile habere acquam ad baptizandum. Et puer laboraret in extremis dicitur. 39

Aſſignatur modus quo infidelis aliquis ſaluari poſſit abſque baptiſmate in re. 39

Hi qui nequeunt habere notitiam de præcepto baptiſmi, ex Dei miſericordia forſitan ſaluantur. 40

Sanctificati in vtero non indigent baptiſmo pro ingreſſu cælorum. 41

Non Princeps mittens procuratorem ad leuandum de fonte baptiſmi, eſt Patrinus, ſed Procurator ille eſt Patrinus. 41

Baptizans filium infidelis, eſt Patrinus filij baptizati non tamen eſt compater eius Patris. 42

Pueri ſine actuali baptiſmo ſaluari non poſſunt. Adulti ſine actuali confeſſione ſaluari poſſunt. 203

Baptiſmum aperit paradiſum venientibus ad fidem Chriſti Confeſſio aperit illum Chriſtianis peccatoribus verè penitentibus. 232

Nullus baptizatus, ſi eſt in mortali, ante confeſſionem in voto, vel in re poteſt intrare in regnum cælorum. 232

Baptiſmus eſt generatio ſpiritualis, & fit vnica actione. Contritio eſt alteratio ad talem vitam, & eſt multiplex. 280

Bellum.

Ad bellum iuſtum tria requiruntur Authoris Principis. Cauſa iuſta bellandi, & recta intentio bellantium. 43

Quinque ex cauſis bellum redditur iniuſtum, & illicitum, & eſt peccatum mortale contra charitatẽ, & iuſtitiam. 44

Militibus licet ire ad iuſtũ bellum, nõ ſolum, quo ad ea quæ ad fidem pertinent, ſed ad alia bella iuſta.

Milites pergentes ad bellum iniuſtum peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur, quod accidit etiam aliquando in bello dubio. 44

Bellum per ſe non eſt intrinſecè malum, ſed eſt licitum in omni lege (ſeruatis iuſtis conditionibus.) 45

Bellum, ſi per ſe ſummatur videtur diſſonare rationi, poteſt tamen dehoneſtari ratione finis. 46

Vti bello non licet (perſonis priuatis) publicis perſonis ſic. 47

Bellum ex ſui natura, non eſt malum, poteſt tamen dehoneſtari aliquibus circumſtantijs. 47

Republica imperfecta, & eius Princeps, poteſt vti bello defenſiuo, abſque facultate Principis ſuperioris. 48

Republica perfecta, vel eius Princeps poteſt gerere bellum aggreſſiuum contra hoſtes. 49

Princeps perfectus, qui paſſus eſt iniuriam ab alio Principe, poteſt licitè contra eum inire bellum.

Quilibet Princeps vti poteſt bello defenſiuo. Offenſiuo autem ſolum ſupremus illo vti poteſt. 49

Per ſe loquendo licitum eſt conducere in auxilium iuſti belli milites extraneos, etiam infideles. 51

Per accidens & ratione malorum effectuum illicitum eſt, & grauiſſimum peccatum ducere milites infideles in auxilium iuſti belli. 51

Agere bellum aggrediendo quoſcumque hoſtes (ſine authoritate Principis, eſt peccatum mortale. 51

Deuaſtantes oppida, & incendentes bona hoſtium in bello (priuata authoritate) ad reſtitutionem tenentur, niſi hoc facerent, vt poſſent recipere bona ſua propria ab inimicis retenta vi. 52

Illi qui pugnant, ſine authoritate Principis tenentur reſtituere omnia damna, quæ ex tali bello ſequuntur. 52

Princeps diligentiſſime examinare debet cauſas iuſti belli, antequam moueat bellum alteri Principi. 53

Si iuſtitia belli (facto diligenti examine) eſt dubia, non poteſt quis bellare contra eum qui eſt in pacifica poſſeſſione. 53

Si res dubia non poſſidetur ab aliquo debet diuidi, vel per recompenſationem Principes conuenire debeat, nec bellare liceat. 54

Principi qui non eſt in poſſeſſione ſtatus debet fieri reſtitutio, ſi maior eſt eius iuſta prætentio, ſi autem qui poſſidet bona illa hoc facere non vult, ſubiacet bello illi inhibendo. 54

Dubium ſufficiens ad mouendam litem, non eſt ſufficiens ad indicendum bellum. 55

Milites ſubditi, & ſtipendiarij in bello dubio, de iuſtitia poſſunt militare, & ſuum ſequi Principem. 56

Nullus miles qui certus eſt, quod Princeps eſt dubius de iuſtitia belli poteſt ſub illo militare. 57

Accedentes ad bellum indifferenter, ſiue iuſtum ſiue iniuſtum, ſunt in ſtatu peccati mortalis. 57

Omnia capta & damna data in bello iniuſto obnoxia ſunt reſtitutioni quæ facienda eſt a Principe, & a militibus. 58

Ad damna reſartienda in bello iniuſto, ex ignorantia, regulariter tenetur Princeps. Milites autem non niſi ex cauſa. 58

Si bellum non eſt inchoatum Princeps tenetur acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam, aliter ad reſtitutionem teneretur. 59

Si bellum inchoatum eſt, & ſubſecutæ ſunt cædes, non tenetur Princeps acceptare ſatisfactionem ſibi oblatam, 59

Prin-

Princeps Chriſtianus ex charitate acceptare debet ſatisfactionem ſibi oblatam, & remouere bellum Cum omni cautela tamen. 60

Recta intentio eſt vna conditio neceſſaria ad bellum iuſtum, cuius finis eſt pax. 61

Duplex intentio recta bellandi, communis, vt in omni actione virtuoſa, & propria bellandi.

Bellare ex malitia, in iuſto bello, poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale, non tamen obligat ad reſtitutionem.

Praua intentio Principis bellantis, damnificans propriam Rempublicam eſt peccatum mortale, obligans ad reſtitutionem, 61

Princeps qui indicit bellum iniuſtum, & illi qui duxerunt ſocios ad bellandum, ad reſtitutionem damni tenentur. 62

Quando bellum iuſtum eſt defenſiuum tantum, tunc licet hoſtes lædere, quantum ſatis eſt ad defenſionem, vel recuperationem rerum propriarum. 62

Quando bellum iuſtum eſt, ſi eſt aggreſſiuum, licitum eſt inferre hoſtibus damna neceſſaria ad cōpenſationem & ſtabiliendam pacem. 63

Bona mobilia capta a militibus (in iuſto bello) ſunt ipſorum militum, nec ſubiacent reſtitutioni, & ſatisfactioni. 63

In bello iuſto per ſe directe ex intentione, non licet occidere innocentem. 64

Occidere in iuſto bello innocentem per accidens, & præter intentionem non eſt peccatum. 64

Licitum eſt in bello iuſto expoliare, & in captiuitatem ducere innocentes, cognitos innocentes. 64

In bello iuſto non licet interficere innocentes, etiam propter timorem futuri damni. 65

Republica poteſt in iuſto bello priuare innocentes bonis exterioribus, vita autem non. Et etiam alia occaſione neceſſaria. 66

Ex ignorantia, & per accidens dari poteſt bellum iuſtum ex vtraque parte per ſe autem non.

Captiui capti in iuſto bello (ſi data occaſione) fugiūt dominos ſuos, non peccant, neque ad reſtitutionem tenentur. 66

Seruis emptis in bello iuſto licet fugere dominos ſuos. 67

Bellica exercitia maxime repugnant illis officijs quibus Epiſcopi, & Clerici deputantur, ideo illa ſunt prohibita clericis. 69

Clerici in minoribus conſtituti non peccant mortaliter bellando, venialiter autem ſic. 69

Clerici conſtituti in maioribus bellando ſine licentia Papæ, peccant mortaliter, etiam quod bellum ſit defenſiuum. 70

Bellare non eſt prohibitum clericis iure diuino, vel naturali, ſed iure poſitiuo eccleſiaſtico, fundato in iure diuino. 70

In tempore extremæ neceſſitatis clericis licet bellare, in bello defenſiuo (manu propria) etiam ſine diſpenſatione Papæ. 71

Clerici etiam in bello offenſiuo poſſunt manu propria militare ſi adſit maxima neceſſitas Eccleſiæ, vel vtilitas Chriſti.

Non licet clerici bellare (manu propria) in bello offenſiuo, ſolum ad victoriam conſequendam.

Clericus in bello defenſiuo, & offenſiuo, tempore neceſſitatis bellare poteſt.

Clericus habens dominium temporale in Republica perfecta poteſt indicere bellum Duces conſtituere, &c. 71

Quicunque clericus, etiam non habens dominium temporale, poteſt conuocare Principem ſecularem ad gerendum bellum pro defenſione eccleſiæ ſuæ. 72

Clerico non licet hortari milites ad occidendos hoſtes in bello iuſto, vllo tempore.

Clericis licet perſuadere militibus, vt fortiter ſe gerant, in bello iuſto. 72

Quando clericus bellat, de licentia Papæ, in quocunque bello, non efficitur irregularis. 73

Clericus bellando ſine licentia Summi Pontificis, in bello iniuſto, efficitur irregularis.

In bello iuſto, non niſi ſit cauſa occiſionis, vel mutilationis, non fit irregularis, & poteſt abſolui ab Epiſcopo. 73

Clericus bellans illicitè (ſine Papæ licentia) efficitur irregularis. 73

In bello aliqui clerici efficiuntur irregulares occidendo, vel mutilando, licet non peccent. 75

Aliquibus clericis, in iuſto bello licet expoliare hoſtes bonis ſuis, aliquibus non. 75

Eccleſię in bello iuſto per ſe expugnari non poſſunt, per accidens autem aliquando ſic. 76

Non licet militibus, in bello iuſto, per ſe, accipere bona Eccleſiæ, vel clericorum per accidens, aliquando ſic.

Hoſtes, in bello iuſto, aliquando gaudent immanitate Eccleſiæ, aliquando non. 76

In bello iuſto, in aliquo caſu, licet comburere Eccleſias, & illa quæ in ea ſunt, ſcilicet quando vrget neceſſitas, alias non. 77

Clerici in bello pugnare debent, armis ſpiritualibus, non autem armis naturalibus.

Clerici poſſunt inuitare Principes ad bellum iuſtum, illiſque præbere auxilium, militare manibus proprijs illis non licet. 77

Nullus debet fallere hoſtes in bello, ei dicendo falſum, vel non ſeruando promiſſum. 78

In bello ſeruanda eſt fides, & promiſſum, loquendo per ſe, per accidens, autem aliquando non expedit. Ex parte hoſtium. 78

Occultatio conſiliorum, ne ad hoſtes perueniant, pertinet ad rationem inſidiarum, quibus licitum eſt, vti in bello iuſto. 79

Exercere bellum iuſtum in diebus feſtiuis licet (ſi opus fuerit) ceſſante neceſſitate non licet. 79

Licet bellare in die feſto, bello defenſiuo, & offenſiuo, quando bellum eſt iuſtum. 80

Bellare abſque neceſſitate vrgente in die feſto, ſi non amittitur Miſſa non eſt peccatum. 80

Licet bellare in die feſto, non ſolum tempore neceſſitatis, ſed iuſtæ opportunitatis. 81

Occulta conſilia belli, non ſunt manifeſtanda hoſtibus. 81

Bellum iuſtum eſt duplex aliud vindicatiuum, & aliud defenſiuum. 355

Cle-

Digitized by Google

Clericus, etiam in bello iuſto, non debet accipere arma offenſiua, ſine magna neceſſitate. 464

Præda capta in bello iuſto rapina non eſt, capta in bello iniuſto rapina eſt. 569

Bellum iniuſtum dicitur ex tribus, ſcilicet ex defectu authoritatis, ex cauſa iniuſta, & ex defectu formæ iuris. 569

Declaratur contra quos infideles poſſunt Principes Chriſtiani bellare, & contra quos bellare non poſſunt. 570

Blaſphemia.

Blaſphemia eſt maledictio ſeu conuitium falſum contra diuinam excellentiam. 82

Blaſphemia duplex perfecta, & imperfecta perfecta procedit ex odio contra Deum, imperfecta procedit ex ira. Blaſphemia conſiſtit indicere intus, vel extra aliquid contra Deum voluntarie, vel cum fide, vel ſine fide. Oris blaſphemia confeſſioni fidei opponitur quia illi attribuitur, quod non conuenit illi, ſcilicet fidei noſtræ. 82

Blaſphemus ab hæretico tantum gradu vno differt, quia quod dicit ore corde non credit, hæreticus autem credit. 82

Tripliciter quis blaſphemare poteſt, ore, corde, & opere, vnde triplex eſt blaſphemia oris, cordis vel operis. 83

Blaſphemia ex ſuo genere eſt, ſemper peccatum mortale ratione imperfectionis actus, vel materialiter, poteſt eſſe veniale. 83

Blaſphemia opponitur præcepto diuino reductiuè, modo, ſed formaliter. Blaſphemans motus ab ira, ſi aduertit quod dicit peccat mortaliter, ſi non aduertit peccat venialiter. 84

Blaſphemia perfecta formaliter, eſt peccatum mortale, imperfecta poteſt eſſe peccatum veniale 84

Blaſphemia eſt contra Deum, vel in ſeipſa, vel relatius Deus ad creaturas. 85

Blaſphemia non habet plures ſpecies. Non omnes blaſphemiæ ſunt vnius ſpeciei, modi illarum tamen ſunt diuerſi. 85

Blaſphemia eſt maximum peccatum, pertinens ad genus infidelitatis, & aggrauat illud. Infidelitas (ſimpliciter loquendo) eſt grauius peccatum blaſphemia. Blaſphemia procedens ex odio Dei eſt grauius peccatum, infidelitate ipſa. 86

Blaſphemia cum odio Dei, vel procedens ex odio Dei grauius peccatum eſt, quocumque alio peccato. 86

Aliqui blaſphemiant ex ſcientia, aliqui ex ignorantia inuincibili, aliqui ex ignorantia affectata, & iſta eſt peſſima. 87

Blaſphemia hæretici conculcantis imaginem Chriſti eſt magis blaſphemia catholici, ratione circunſtantiæ. 87

In blaſphemo eſt demeritum infidelitatis, licet in eo non ſit infidelitas. 87

Blaſphemia perficitur ex odio Dei, ſicut laus diuina ex fide perficitur. 87

Blaſphemia in corde aggrauatur, ex blaſphemia in verbis data. 87

Deteſtatio diuinæ iuſtitiæ reperta in damnatis eſt cordis blaſphemia modo, poſt iudicium merſerit oris, etiam blaſphemia. 88

Damnati blaſphemant, quia amant peccata, & odio habent punitorem peccatorum. 88

Blaſphemia (ex parte obiecti) grauius peccatum eſt homicidium, non tamen ex parte damni illati. 89

Blaſphemia eſt grauius peccatum periurio, & hæreſi, loquendo per ſe. 89

Peccatum in Spiritum ſanctum, ſecundum omnem acceptionem, dicitur blaſphemia, licet non ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ. 90

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter accipitur formaliter directè, virtualiter interpretatiue. 90

Peccatum ex malitia, vt malitia dicitur inclinatio habitus non eſt idem quod peccatum in Spiritum ſanctum. 91

Blaſphemia in Spiritum ſanctum dupliciter ſumitur, eſſentialiter, ſcilicet, & perſonaliter. 91

Blaſphemia ſeu peccatum in Spiritum ſanctum per D. Auguſtinum dicitur finalis impœnitentia. 91

Peccatum in Spiritum ſanctum, dicitur quando eſt contra bonitatem quę attribuitur Spiritui ſancto, quando procedit ex certa malitia, & ex electione. 92

Peccare ex contemptu illorum, quæ impediunt electionem peccati, eſt peccare in Spiritum ſanctum. 92

Sex ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, impenitentia, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidia fraternæ gratiæ. 92

Inconſideratio ſpecierum peccatorum in Spiritum ſanctum, & remediorum peccatorum eſt occaſio, quod multi damnantur. 93

Blaſphemia in Spiritum ſanctum poteſt eſſe peccatum oris, cordis, vel operis, & quodlibet aliud peccatum poteſt eſſe tale. 94

Peccatum in Spiritum ſanctum, prout dicit finalem impœnitentiam omnino eſt irremiſſibile. 95

Blaſphemus conſuetudinarius non eſt abſoluendus niſi oſtendat ſigna emendationis. 95

Peccatum in Spiritum ſanctum non æqualiter dicitur remiſſibile, vel irremiſſibile, proportionaliter tamen ſic. 96

Odium Dei perfectum grauius peccatum eſt blaſphemia ipſa, vt ſic, non tamen vt blaſphemia includit odium Dei. 96

Peccare in Spiritum ſanctum dictum blaſphemia ex certa malitia nullus poteſt a principio. 97

Bonum.

Bonum humanum eſt triplex. Primum eſt bonum animæ, Secundum eſt bonum corporis, Tertium eſt bonum exteriorum rerum. 331

Bona inuenta quæ nunquam peruenerunt ad manus alicuius de iure naturæ ſunt inuentoris, de iure gentium ſunt diuidenda. 406

Bona naufragantium reſtituenda ſunt Dominis, vel miniſtris illorum ſeu hæredibus. 409

Bona inuenta reſtituenda ſunt Domino, ſi Dominus non inueniatur, qui inuenit illa retinere illa poteſt ſtando in lege naturæ. 409

De conſilio, & non de præcepto eſt bona inuenta, diſtri-

diſtribuire pauperibus, non inuento Domino illorum. 409
Inuentorum bonorum, Domini incogniti, ex iuſtitia inuentor tenetur quærere Dominum illorum, omni & meliori modo. Et non inuento poteſt illa diſtribuere. 410
Nullum bonum irremuneratum, neque malum impunitum reperitur apud Deum. 497

C *Cambium*.

Cambium eſt commutatio vnius rei in aliam, quod fieri poteſt tripliciter. 100
Cambium ex circumſtantijs, redditur licitum, & illicitum. 100
Oſtenditur differentia cambij ab alijs commutationibus, & manifeſtatur in quo conſiſtat. 100
Onera triplicia quæ variant lucra cambiorum licita ab illis requiſita. 101
Cambium ſecundum ſe turpitudinem quandam denotat, honeſtis tamen de cauſis licitum eſt. 101
Cambium non eſt genus aliquarum ſpecierum in ordine ad res, vt res ſunt. 101
Cambiorum genus differt ab emptione, & venditione. 102
Aſſignatur differentia cambij a cæteris contractibus aliorum negotiorum. 102
Cambium aliud dicitur reale, & aliud dicitur cambium ſiccum. Oſtenditur enim natura vtriuſque. 102
Cambiorum, alia manifeſti ſunt iniuſta, alia iuſta, & alia dubia de ſua natura. 102
Genera Cambiorum ſunt quatuor minutum, per litteras, ſiccum, & monetarum. 102
Oſtenditur quid nam ſit, cambium iuſtum, quid iniuſtum, quid purum, quid impurum, quid reale, & quid ſiccum. 102
Cambire monetam pretioſiorem, quo ad materiam, pro viliori, cum aliqua vtilitate licet. 103
Cambium minutum ſiue nantale licitum eſt, cum lucro moderato, pro vſu Reipublicæ. 103
Campſor per ſe loquendo, nihil ex cambiatione monetarum accipere poteſt. Per accidens autem, aliquando poteſt aliquid accipere. 104
In Cambijs campſor accipit aliquid pro labore ſuo, & periculis quibus ſe exponit, non autem pro mottuo. 105
Campſor in Cambijs per litteras, licitè accipit pretium proportionatum. 105
In Cambio conſideratur tempus non per ſe, ſed per accidens, præterea tempus, non vitiat cambium. 105
Campſor poteſt accipere pretiũ pro cambio, etiam quod illi afferat commodum ſoluere cambium illi alteri in tali loco. 106
Ad hoc quod cambium, licitum ſit tria, vel quatuor neceſſario requiruntur, loquendo de cambio per litteras. 106
Contractus cambij, vbi non eſt vera tranſmiſſio pecuniæ eſt cambium ſiccum, & palliatum, & vſurarium. 106
Non licet ratione temporis accipere pretium pro cambio ipſo. 107
Ars numularia ſine campſoria, ſuam originem traxit a cupiditate rerum temporalium. 108
Campſor dum actualiter reddit Domino pecuniam, poteſt retinere pro ſe quinque pro millenario. 108
Campſores recipiunt quinque pro millenario, in cãbio, pro ſuo ſtipendio, & non aliter. 108
Cambire monetã minoris valoris, i. gradus, pro alia ſuperioris gradus, abſque recompenſatione iniquitas. i. ratione metalli. 109
Non licet cambire pecuniam eodem pretio quo currebat tempore acceptionis, ſi aucta eſt authoritate Principis. 110
Cambiare monetam in vna Prouincia, Vt eamdem reſtituatur in alia, vbi pluris æſtimatur vſurarium eſt. 210
In reſtitutione cambij requiritur equalitas pretij monetarum. In reſtitutione mutui non attenditur æqualitas pretij. 111
Ex tribus pretium cambiorum poteſt augeri vel minui. 111
Licitum eſt in loco vbi eſt inopia pecuniæ cambire, pro maiori pecunia pro loco vbi eſt abundantia pecuniarum. 112
Augetur pecunia cambij, propter multitudinem eorum qui quærunt ad cambium. 112
Pro cambio licet accipere pretium pro mutuo, autẽ non licet. 112
Ad iuſtitiam cambij multa ſunt obſeruanda, & conſideranda. 112
Pretium cambij poteſt augeri, in ordine ad diuerſa regna, non autem in ordine ad idem regnum regulariter loquendo. 113
Variatur pretij cambiorum, procedit ex abundantia, vel pecunia monetarum. 113
Aſſignatur cauſa quare legitima augeri, vel minui poſſunt cambiorum pretio. 114
Oſtenditur mercatorum malitia in augmentatione, vel diminutione pretij cambiorum. 114
Copia accipientium ad cambium eſt cauſa augendi pretiũ cambiorum. Raritas eſt cauſa minuendi de pretio aliorum. 114
Illi qui tantum ad cambium ordinant pecuniam ſuã, & non ponũt illam in cambio mortaliter peccant, & ſunt in malo ſtatu. 114
Aſſignantur pretia circa cambia licita, vel illicita, iuſta, vel iniuſta. 114
Circularis motus in cambijs non excuſat campſorem a mortali, propter lucri auiditatem. 115
Manifeſtatur anxietas aliquarum qui ſub pallio cambij, exercent vſuras palliatas. 115
Dare ad cambium pro primis nũdinis, & poſtea, pro ſecundis licet. Dare illud pro pluribus nundinis non licet. 116
Cambium iuſtum eſſe dicitur, quia emitur pecunia abſens, propter quam abſentiam minus valet, pretio legali. 116
In cambio perfecto quatuor cõcurrunt perſonæ, duę vbi datur vel accipitur, & duæ vnde ſoluitur. 116
Oſtenditur quando quis ad recambium teneatur, & quando

quandonon teneatur. 117

Aſſignantur varij & diuerſi cambij fictitij, imò expreſsè vſurarij. 117

Cambium ad incertam quantitatem ſolutionis, eſt licitum, ſemotis fraudibus & dolis. 118

Ex prolongatione temporis nundinarum, non licet aliquid accipere pro cambio. 118

Non poteſt augeri pretium cambij propter dilationem temporis ſolutionis illius. 119

Pro cambijs inter quæcumque loca propinqua, realia, & candida, poteſt recipi pretium paruum, non autem magnum. 119

Cambia quæ ſoluuntur in eodem loco in quo dantur, ſunt cambia ſicca, & tenent primam locum. 120

In ordine ad loca diſtantiora oſtendit Doctor quale eſſe debeat pretium ſumendum, pro cambio. 120

Menſarius excuſatur ab iniuſtitia dum accipit quinque pro millenario a venditore, ex cambio, ſi res vendita non valet tantum. 121

Menſarij totum ſtipendium recipere debent a mercatoribus, & campſoribus quorum ſunt cuſtodes. 122

Pretium pro cuſtodia cambij dare debent campſores, & venditores. 122

Senſales cambiorum ſiccorum, & iniuſtorum peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur. 123

Factores mercatorum, qui cambia vſuraria faciunt ſcienter ad reſtitutionem tenentur. 123

Senſales, & miniſtri cambiorum illicitorum peccant mortaliter, vt in pluribus, & ad reſtitutionem tenentur. 123

Bulla Pij V. Papæ pro reformatione Cambiorum. 124

Captiuis.

Non licet captiuis fugere Dominos ſuos, ſi illis dederunt fidem de non fugiendo. 67

Caſtitas.

Ab infidelibus mulieribus caſtis adiſcere debent mulieres Chriſtianæ defendere ſuam caſtitatem. 738

Dabilis eſt caſus quo mulier pro defenſione ſuæ pudicitiæ, & caſtitas poteſt interficere oppreſſore abſque peccato. 438

Oppreſſor mulieris caſtæ ſi remanet occiſus eſt cauſa ſui mali, quoniam mulier aliter fugere non poteſt. 438

Cauſa.

Cauſæ in diuerſis generibus cauſarum poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ. 521

Cenſus.

Declaratur quid nominis Cenſus, & multiplex eius acceptio. 125

Cenſus eſt ius percipiendi penſionem ſiue in fructibus, ſiue in pecunia, ſiue in re alia vtili. 125

Vnuſquiſque poteſt fundere cenſum in bonis ſuis fructiferis liberis. 126

Iure poteſt quis pecuniarum cenſum, conſtituere ſuper bonis ſuis, ſub forma venditionis. 126

Contractus cenſus pecuniarius, ex ſui natura, liciſſimus eſt, 126

In omnibus quattuor generum cauſarum cõtractus licitiſſimus apparet. 127

Licitũ eſt emere ius ſeu ſenſum perſonale, ſi perſona fructiſera eſt, immo ſimpliciter. 127

Dari cenſus perſonalis multipliciter probatur. 127

Cenſus temporales, & perpetui, ſunt liciti, & licitè emi poteſt quemlibet illorum. 128

Cenſus temporalis eſt licitus, ſi factus ſit, ſub debitis clauſulis. 129

Emeret cenſum qui annuatim habetur, ſi exburſatur pecunia tota ſimul, pro iuſto pretio licet. 129

Declaratur quid ſi cenſus perſonalis perpetuus, & non perpetuus. 129

Contractus cenſus, ſuper vita alicuius, per ſe licitus eſt, per accidens tamen poteſt eſſe illicitus. 130

Licitum eſt emere cenſum (iuſto pretio) cum pacto retrouendendi. 130

Vſura eſt emere cenſum, cum pacto redimendi illum. 131

Illam conditionem, ſcilicet redimendi cenſum per partes, non eſt neceſſe ponere in contractu. 132

Conditio illa ſoluendi cenſum per partes, licite poni poteſt in contractu. 133

Non eſt neceſſe ponere particulam illam in contractu cẽſus ſcilicet poſſe illam redimere, licet illam amittere, ſcilicet per partes. 133

In redemptione cenſus, æqualis eſt conditio diuitis, & pauperis. Sicut, & in alijs contractibus. 133

In contractu cenſus, ſubintelligitur poſſe illum redimere per partes. 133

Bulla Pij V. de Cenſibus, cum declaratione eius neceſſaria ponitur. 133

Pro formatione contractus cenſuum, ponuntur quatuordecim conditiones ſeruandæ. 134

Res quæ pro cenſu deſignanda eſt debet eſſe precio conformis valori cenſus, & non excedere, & ſubiecta eſſe periculis in ordinem ad eum qui emit cenſum. 135

Fructus fundi cenſus conformis eſſe debet fructui producto a fundo, vel tantum vnum pro centenario excedere. 135

Pecunia, vt ſic non eſt vendibilis, eſt vendibilis, vt materia cenſus. 135

Circumſtantia.

Circunſtantia eſt accidens actioni adiacens varians qualitatem rei in genere ſuorum augendo, vel diminuendo, & ſunt ſeptem. 171

Circunſtantiæ peccati, ſunt iſtæ quis, quid, vbi quibus auxilijs. Cur, quomodo, & quando. 171

In confeſſione admittendi ſunt circunſtantiæ pertinentes, impertinentes autem non. 171

Circunſtantia minuens peccatum licitè manifeſtari poteſt in confeſſione. 172

Circunſtantiæ mutantes ſpeciem moralem, in genere moris neceſſario ſunt confitendæ. 172

Omnis circunſtantia notabiliter aggrauans peccatum, ſiue muret ſpeciem, ſiue non, neceſſario eſt confitenda. 172

Stuprum nolitum ex parte puellæ non eſt conditio aggrauans peccatum fornicationis per ſe loquendo. 173

Circunſtantia alterius perſonæ afferens periculum infamiæ,

Digitized by Google

infamiæ, vel mortis tacenda eſt in cōfeſſione, alio modo occultanda. 181

Clerici.

Clericis non conuenit effundere ſanguinem aliorum ſed bene parati eſſe ad effundendum ſanguinem pro Chriſto debent. 75

Vnuſquiſque tenetur defendere clericum oppreſſum ſub pœna excommunicationis, & irregularitatis. 465

Cognatio.

Triplex cognatio, carnalis, ſpiritualis, & legalis, declaratur natura cuiuſcumque illorum. 234

Communio.

Sumpturus ſanctiſſimam communionem non tenetur confiteri ſi non eſt conſcius peccati mortalis, vel dubitat de hoc, ſi confitetur bene facit. 136

Accedens ad ſanctiſſimam Communionem cū peccato aliquo, ſi illud ignorat cum culpa non excuſatur, ſi ſine culpa exuuntur. 137

Exiſtens in mortali habens copiam Confeſſoris, ſi non confitetur, & recipit ſanctiſſimam Communionem peccat mortaliter. 137

Si non habet copiam Confeſſoris, & tenetur Communionem recipere, non peccat ſi conteretur de peccato ſuo. 137

Aliquando non licet accedere ad ſanctiſſimam Cōmunionem, etiam poſt confeſſionem grauiſſimorum peccatorum. 137

Synodus Tridentina declarat præceptum diuinum de præcedentia Confeſſionis ante Communionē, (ſi adeſt copia confeſſorum.) 137

In caſu neceſſitatis, quis poteſt accedere ad ſanſtiſſimam communionem abſque præuia confeſſione, (modo ſit contrictus.) 138

Dantur multi caſus neceſſitatis, in quibus quis poteſt ſumere Euchariſtiam, abſque præuia confeſſione, etiam exiſtens in mortali. 138

Exiſtens in periculo mortis peccat mortaliter ſi non quærit, vel deſiderat ſanctiſſimam communionem, ſimiliter curatus familiares, & illi qui habēt curam talis infirmi peccant mortaliter, non procurando, vt detur illi viaticum. 140

Sacra Communio non eſt deneganda damnatis ad mortem violentam, tamen cum maxima cautela eſt illi miniſtranda. 140

Communicatus per modum viatici poteſt denuo cōmunicari ex deuotione. Et etiam per modum viatici. 141

Non ieiunus, tempore ſanitatis non debet, neque poteſt ſumere Corpus Chriſti, ſeu ſāctiſſimam Communionem. 142

Reprobatur opinio Lutheri aſſerentis, contra Eccleſiam Corpus Chriſti, ſeu ſanctiſſimam communionem ſumendam eſſe ſtomaco nō ieiuno. ibid.

Infirmis, ſi periculum eſſet in mora, danda eſſet ſanctiſſima communio poſt cibum. ibid.

Damnantur curati illi qui nolunt miniſtrarare ſanctiſſimam communionem, infirmis non ieiunis. ibid.

Licet Chriſtus Dominus communicauit diſcipulos ſuos poſt Cœnam, Chriſtiani tenentur accipere ſanctiſſimam communionē ante alios cibos. 142

Abrogatus fuit vſus communicādi poſt cibum ſumptum in die Cœnæ Domini, tempore D. Auguſtini. 143

Poteſt quis mane ſumere ſanctiſſimam communionem, etiam quod totam noctem duxiſſet inſomnem. Dum modo poſt mediam noctem non ſumpſiſſet aliquid per modum cibi, vel potus, & mēs eius non eſſet turbata. 143

Poſt ſanctiſſimam communionem requiritur aliqua mora, ex decentia, antequam ſumantur alij cibi, iuxta ſacros Canones. 144

Sacerdoti non ieiuno, non licet conſecrare corpus Chriſti, ad communicandum infirmum laborantem in extremis. 144

Multis ex cauſis, & in multis caſibus homo debet ſe præparare per confeſſionem, ante ſanctiſſimam communionem. 145

Ex iure diuino ante communionem, exiſtens in mortali tenetur ſe præparare, confeſſione mediante. 145

Declaratur dictum Apoſtoli pro ſuſcipientibus ſanctiſſimam communionem. ¶ Probet autem ſeipſum homo, &c. 158

In articulo mortis licet communicare infirmum qui requirit confiteri, dum oſtendit ſigna contrictionis. 158

Excommunicatus nullo modo admittendus eſt ad ſanctiſſimam communionem, habens caſum reſeruatum, ſemel amitti poteſt. 159

In mortali exiſtens, aliquando ex culpa Confeſſarij poteſt ſumere Euchariſtiam, etiam quod confeſſio non ſit integra. 159

Nullus contritus accedere debet ad ſanctiſſimam communionem abſque actuali confeſſione. 305

Ad hoc vt aliquis ſumat dignè ſanctiſſimam communionem requiritur quod ſit abſolutus coram Deo. Et in facie Eccleſiæ. ibid.

Contritus nollens confiteri ante ſanctiſſimam communionem, data poſſibilitate, reus eſt corporis & ſanguinis Domini. ibid.

Neceſſario contritus ſumpturus ſanctiſſimam Euchariſtiam probare ſe debet per actualem confeſſionem. 306

Confundantur hæretici dicentes non eſſe neceſſarium, ſumentibus ſanctiſſimam Euchariſtiā probare ſeipſos per contritionem, & confeſſionem. 306

Confeſſio

In Confeſſario duæ claues requiruntur, quæ inter ſe non differunt re, ſed ratione tantum. 6

Oſtenditur peccati grauitas confeſſarij ignorantes abſoluentis peccatores a peccatis illorum. 6

Oſtenditur error confeſſorum ignorantium, & manifeſtatur grauis culpa illorum. 7

Non licet confiteri laico peccata occulta, ne ex hoc oriatur infamia pœnitenti, vel alteri. 12

Prælatus non debet eſſe difficilis in concedendā ſuā authoritatem. Confeſſori Docto. & bonæ conſcientiæ. 139

Confeſſio in omni lege neceſſaria fuit poſt peccatū, ſed non fiebat eodem modo. 146

Variæ fuerunt opiniones circa inſtitutionem ſacramenta-

mentalis confeſſionis. 147

Confeſſio neceſſaria eſt ſimpliciter, ſuppoſita peccato mortale, in re, vel in propoſito. 147

Non tangunt punctum veritatis D. Bonauentura. Et Scotus circa materiam confeſſionis. 148

Chriſtus Dominus inſtituit ſacramentum confeſſionis Matth. 16. Et Ioan. 20. ibid.

De iure diuino facienda eſt confeſſio coram ſacerdote, occultè. De iure Eccleſię eſt vt ſeruetur ſigillum eius. ibid.

Ex præcepto Eccleſiæ confeſſio ſacramentalis facienda eſt ſemel in anno, tempore Paſchali. ibid.

Qui non confitetur in Paſchate, non facit duo peccata. ſ. vnum contra præceptum diuinum aliud contra præceptum Eccleſiæ, ſed tantum vnum. 149

Sacramentalis confeſſio, non eſt de iure, naturæ eſt de iure diuino. ibid.

Confeſſio ſacramentalis non eſt contra ius naturæ, imò eſt conformis illi. ibid.

Occulta ſecreta proximorum manifeſtare non licet. Noſtra manifeſtare poſſumus præcipuè in confeſſione manifeſtate illa debemus. 150

In lege veteri, non dabatur cõfeſſio ſacramentalis. In lege autem noua ſic. ibid.

Confeſſio delicti coram iudice facienda eſt. De iure naturæ. ibid.

Exiſtentes in mortali peccato, iure diuino, tenentur ad confeſſionem. Non exiſtentes in tali peccato non tenentur, &c. 151

Quilibet Chriſtianus etiam non exiſtens in peccato, ex præcepto Eccleſiæ, tenetur confiteri in Paſchate reſurrectionis Domini. ibid.

Confeſſio peccatorum venialium, licet non ſit neceſſaria, eſt vtilis, & laudabilis. 152

Occulta peccata cordium præcipuè mortalia, neceſſario ſubiacent confeſſioni. ibid.

Omnia & vniuerſa peccata ſubiacent ſacramentali confeſſioni. 153

Accedentes ad confeſſionem, aliqui examinant ſuã conſcientiam, aliqui non. Primis iuuat particula illa poſita in abſoluendo, ſ. quorum memoriam non habes. Secundis autem non iuuat. ibid.

In confeſſione explicãdus eſt numerus peccatorum, cum circumſtantijs aggrauantibus, vel mutantibus ſpeciem. ibid.

Non licet cuique confiteri peccatum quod certò ſcit non habere aliter peccaret mortaliter. 155

Dicere mendacium, aduertenter, in ſacramento confeſſionis eſt peccatũ mortale, & ſacrilegium. 156

Statim poſt peccatum, homo tenetur habere propoſitum confitendi, ſi adeſſet contritio. 157

Tempore Quadrageſimali, per ſe vnuſquiſque ad confeſſionem tenetur pro ſuſcipienda ſanctiſsima Euchariſtia in Paſchate. Ibid.

In multis caſibus plures in anno facienda eſt ſacramentalis confeſsio. ibid.

Confeſsio facta in quacumque parte anni, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. ibid.

Duo collectiuè excuſant ſacerdotem exiſtentem in mortali celebrarent, ante confeſsionem. 158

In articulo mortis licet communicare infirmum, qui nequit confiteri, dum oſtendit ſigna contritionis. ibid.

Sacerdos celebrans, ſi non poteſt confiteri peccatũ, quod ad memoriam tunc ſibi venit conteratur pro poſſe. ibid.

Exiſtens in mortali, aliquando, ex culpa confeſſarij poteſt ſummere ſanctiſsimam Euchariſtiam, etiã quod confeſsio non fuerit integra. 159

In peccatore miniſtrante ſacramenta Eccleſiæ neceſſario requiritur contritio, Confeſsio autem maxima vtilis eſt illi. ibid.

Peccatum oblitum in confeſsione, ſtatim quod ad memoriam venit eſt confitendum de neceſsitate ſalutis ex conſilio. 160

Qui non eſt confeſſus in Paſchate, tenetur confiteri quam primum, nec poteſt differre confeſsionem vſque ad alium annum. ibid.

Papa non poteſt omnino aliquem diſpenſare, a ſacramento confeſsionis. 161

Papa poteſt diſpenſare in confeſsione quo ad tempus, puta ad biennium, &c. ibid.

Infuſio gratiæ fit per confeſsionem in re vel in voto. At efficacius, per confeſsionem in re. 162

Duplex cõfeſsio, ſ. Laudis & fraudis, prima eſt in gloria Dei, ſecunda in manifeſtationem noſtrorum peccatorum. 163

Sacramentalis confeſsio, eſt ſacramentalis accuſatio peccatorum ad indulgentiam, virtute clauium, obtinendam. 164

Confeſsio ſacramentalis eſt, actus virtutis pœnitentiæ. ibid.

Confeſsio eſt per quam morbus latens, ſpe veniæ aperitur. ibid.

Accedens ad confeſsionem debet credere ſe eſſe in charitate, vel per confeſsionem illam requirere. 165

Confeſsio vocalis ſacramentalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram proprio ſacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur. ibid.

Confeſsio ſacramentalis eſt actus virtutis pœnitentiæ, quo ſpecialis, diſtincta ad particulas vocalis, & ſecreta peccatorum, quæ memoriæ occurrunt fit manifeſtatio, cum ſubiectione ſacerdoti poteſtatem habenti clauium, facta cum ſpe veniæ ad remiſſionem conſequendam. 166

Conditiones perfectæ & completæ confeſsionis ſacramentalis, ſedecim ſunt. ibid.

Omnis Chriſti fidelis tenetur omnia ſua peccata, mortalia præcipuè, corde ore, & opere, etiam remotiſſima confiteri. 168

Confeſſio auricularis, ſingulorum peccatorum antiqua fuit, incepit a tempore Apoſtolorum, & perſeuerat vſque modo. 169

Pœnitens tenetur confiteri, omnia & quæcumque peccata oblita cum ad memoriam venerint, differenter tamen. ibid.

Numerus peccatorum eſt de neceſſitate confeſsionis. Vt quiſque ſingula confiteatur. 170

Non eſt de neceſſitate confeſsionis ſigillatim numerare peccata, ſatis eſt. vt numerus explicetur, taliter quod ſacerdos illum percipiat. ibid.

In confeſſione licet manifeſtandæ ſint diſtinctè, ſpe-

cies

cies & circumſtantię peccatorum,non eſt neceſſe ſigillatim illas declarare explicitè,& explicare numerum illarum. 170

Mendacium non ſolum mortale in confeſſione eſt mortale. Verum & veniale, ſi factum ſit materia confeſſionis. 171

Ita quod ſuper illo fundatum ſit iudicium confeſſoris,circa peccata confeſſa. ibid.

In confeſſione admittendæ ſunt circumſtantiæ pertinentes,impertinentes autem non. ibid.

Circunſtantia minuens peccatum licitè manifeſtari poteſt in confeſſione. 172

Circunſtantiæ mutantes ſpeciem in genere morum, neceſſariò confitendæ ſunt. ibid.

Omnis circunſtantia notabiliter aggrauans peccatū (ſiue mutet ſpeciem) ſiue non,neceſſario eſt confitenda. ibid.

Pęnitens licet confiteri poſſit genus tantum delectationum venerearum (vbi non fuit conſenſus) melius eſt,& ſpecies confiteri. 173

Confeſſarij per ſe non tenentur interrogare pęnitentes,ſed tenentur illos audire,& conformiter ad illorum dicta iudicare. Per accidens tamen aliquando tenentur interrogare aliquos,vt confeſſio illorum ſit perfecta. ibid.

Modus ſeruandus a confeſſario circa pęnitentes, in actu confeſſionis declaratur. 174

Tanta diligentia facienda eſt a pęnitente, dum confiteri vult peccata ſua,in recolenda, & reducenda illa ad memoriam, quantam facit in quocumque opus arduum,quod ſibi præmit. 174

Omnia peccata cum ſuis circumſtantijs eidem ſacerdoti ſunt confitenda, aliter confeſſio eſſet dimidiata. 175

Confeſſio dimidiata, vel diuiſa, eſt, duplex, per ſe & per accidens, ex intentione, vel ex neceſſitate. ibidem.

In articulo mortis abſoluendus eſt infirmus, etiam ſi non poterit perficerit ſuam confeſsionem inceptam. ibid.

Infirmus in extremis exiſtens ſi ſignum contritionis alicuius peccati ore vel nutu oſtenderit coram ſacerdote abſoluendus eſt. 176

Confeſſor debet illum abſoluere, aliter non poteſt abſoluere illum. ibid.

Confeſsio ſacramentalis neceſſario fieri debet immediatè ſacerdoti aliter non eſſet confeſsio. ibid.

Documentum obſeruandum a confeſſario, cum infirmo poſito in extremis in ordine ad confeſsionem,& ad abſolutionem ſacramentalem. ibid.

Aſsignantur quatuor modi quibus vti debet confeſſor in abſoluendo a reſeruatis, additur tamen quintus quo vti debet confeſſor. 177

Integritas confeſsionis, eſt, de iure diuino propterea diuidi non poteſt niſi in caſu neceſsitatis in quo diſpenſat ius diuinum. 178

Prælatus abſoluere debet a reſeruatis, relictis alijs peccatis inferiori confeſſario. Vel dare illi authoritatem abſoluendi ab illis. 179

Abſolutio peccatorum directè cadit ſuper peccatis confeſsis, indirectè autem & conſecutiuè ſuper oblitis ſine culpa confitentis. ibid.

Per nouā receptionē ſacramēti augetur gratia. Et per nouam erubeſcentiam in confeſsionem peccatorum, augetur meritum. 180

In aliquibus caſibus licet occultare aliqua peccata in confeſsione, ſi pro tunc non poſsit adire alteri. ibidem.

Quando periculum adeſt ex parte confeſſoris, ſi integra fiat confeſsio, poteſt diuidi confeſsio, quando alteri non poteſt confiteri. ibid.

Circonſtantia alterius perſonæ afferens periculum infamiæ,vel mortis, tacenda eſt in confeſsione aliter non. 181

Confeſſarius non debet tractare extra cōfeſsionem, ea quę habet in confeſsione,etiam de licentia pęnitentis rectè loquendo. 181

Confeſſarius tenetur abſoluere pęnitentem, in caſu dubio, in quo deſcendit opinio peritorum, etiam quod ipſæ ſit oppoſitæ opinionis. ibid.

Confeſſarius caute procedere debet in cauſis, in quibus reperitur diuerſitas opinionum Doctorum. 182

Eſſe ſecretam, licet nō ſit de eſſentia confeſsionis eſt tamen neceſſarium ad eius ſubſtētiationem. ibid.

Oſtenditur malignitas voluntatis hęreticorum contra ſecretam confeſsionem. 183

Mutus tenetur ad confeſsionem faciendam per nutus,vel meliori modo quo poteſt. 184

Confeſsio nutibus facta, ab his qui loqui poſſunt eſt nulla, & peccant mortaliter illam qui ſic confitentur. ibid.

Impugnatur Paludanus,& Scotus,quo ad confeſsionem factam per literas. ibid.

Confeſsio facta in ſcripto, coram ſacerdote, valida eſſe poteſt, & etiam non valida. ibid.

Confeſsio facta per nutus valida eſſe non poteſt,bene autem ſi facta eſſet per interpretem. 185

Solus ſacerdos eſt miniſter ſacramenti confeſsionis, & illi ſoli facienda eſt ſacramentalis confeſsio. 186

Laicus in caſu neceſsitatis, poteſt audire confeſsionē, non tamen abſoluere a peccatis. ibid.

Confeſsio facta laico tempore neceſsitatis, ex deſiderio ſacerdotis (& alia de cauſa) multum iuuat. ibid.

Confeſsio facta non ſacerdoti tempore neceſsitatis aliqualiter iuuare poteſt propterea eſt vtilis. 187

Laicus audiens confeſsionem, neque a venialibus abſoluere poteſt. ibid.

Proprius ſacerdos miniſter ſacramenti confeſsionis, eſt triplex Papa, Epiſcopus,& Parochus. 187

Approbati ad audientiā confeſsionis dicuntur cōfeſſarij proprij,non tñ ſunt cōfeſſarij ordinarij. 188

Confeſſario neceſſario fieri debet proprio ſacerdoti, vel alteri,de licentia tamē proprij ſacerdotis. ibid.

Aſsignantur confeſſarij ordinarij, omnibus ſtatibus perſonarum. ibid.

Confiteri proprio ſacerdoti eſt de iure diuino,& etiā de iure poſitiuo humano. ibid.

Proprius ſacerdos eſt Parochus, ſiue ſit Clericus ſecularis,ſiue ſit Religioſus, dummodo gerat curā animarum. 189

Electio diſcreti cõfeſſarij, ſe extendit ad probatos ab ordinaria pro tali penitenti. 189
Quando confeſſio patitur iactura, ex parte confeſſarij. Penitens poteſt adire alteru confeſſario petita etiam non obtenta licentia. ibid.
Confiteri proprio ſacerdoti non infert incommodũ penitenti, ſed maximum commodum. 190
Confeſſio cõcubinæ ſacerdotis, facta eidem ſacerdoti, vt in pluribus, eſt inualida, & ſacrilegium. ibid.
Religioſi mendicantes (ex priuilegio) vbique audire poſſunt confeſſiones ſecularium. 191
Habens iuriſdictionem a Papa, ex ordine, vel priuilegio, poteſt audire confeſſionem, & abſoluere a peccatis. ibid.
Impeditus ab audientia confeſſionis, poteſt illam audire, ſi ei tribuatur facultas, ab habente authoritatem. 192
Comendatur confeſſio facta Religioſis mendicantibus approbatis ad audientiam confeſſionis. ibid.
Oſtenduntur conditiones neceſſarij requiſitæ ad perfectum confeſſarium. ibid.
Declaratur in quibus conſiſtit prudentia confeſſarij, & quam neceſſaria ſit. ibid.
Confeſſor in quo non eſt bonitas vitę cõfitendo peccatores illaqueat animam ſuam, & aliorum. 193
Cõfeſſi Religioſis mendicantibus, non tenentur eadem peccata confiteri proprio ſacerdoti. 194
Hęreſis eſt dicere, q cõfeſſi religioſis mẽdicantibus, teneantur cõfiteri ſuo Parocho, eadẽ peccata. ibi.
Ex decreto ſummorum Pontificum penitens nõ tenetur confiteri proprio ſacerdoti peccata confeſſa religioſis mendicantibus. ibid.
Religioſi vbi non ſunt fratres, poſſunt confiteri confeſſario ſeculari, & ab illis abſolui. 195
Regularis approbatus ad audientiam confeſſionis ſemel ſemper eſt approbatus, nec poteſt amplius examinari nec ſuſpendi ab eodem Epiſcopo. ibid.
Habens priuilegiũ eligendi ſibi confeſſorẽ debet eligere vnum de approbatis regulariter. 196
Quando populus confitetur priuilegiatis, non fit prę iudicium curato, ſed fit beneficium populo. ibid.
Abſolutus ab habente authoritatem, non tenetur cõfiteri peccata (de quibus eſt abſolutus) iterũ proprio ſacerdoti. 197
Confiteri eadem peccata pluries prudenter vtile eſt imprudenter repetere confeſsionem eſt inutile, & damnoſam. ibid.
Manifeſtatur authoritas confeſſariorũ regulariũ, ex ſacris Concilijs, & Decretis ſummorum Pontificum. 201
Authoritas confeſſariorum mendicantium, reſtricta ſunt a Clemente Octauo. ibid.
Pueri ſine actual. baptiſmo ſaluari nõ poſſunt. Adulti autem ſine confeſsione, iure ſaluari valent. 203
Confeſsio ſoli ſacerdoti eſt facienda & propter abſolutionẽ, & propter ſatisfactionem, quæ ſunt partes integrales penitentiæ. ibid.
Peccata habita in confeſsione ſub ſigillo confeſsionis ſeruanda ſunt. 204
Sacerdos tripliciter tenetur ad ſigillũ confeſsionis. Iure naturę, iure diuino, & iure humano. ibid.
Neceſsitas ſigilli confeſsionis requiritur ex parte ſacramenti, & ex parte vtilitatis Eccleſiæ. ibid.
Aſsignantur pęnæ grauiſsime in quas incurrit ſacerdos frangens ſigillum confeſsionis. ibid.
Non datur caſus in quo liceat aperire ſigillum confeſsionis. 205
Sigillum confeſsionis directè non ſe extendit niſi ad illa de quibus eſt ſacramentalis confeſsio, indirectè etiam ad aliqua alia. ibid.
Res aliqua quæ non ſunt de ratione confeſsionis in multis caſibus cadunt ſub ſigillo confeſsionis. ibidem.
Concionatores poſſunt reprehendere peccata habita in confeſsione, non debent tamen dicere illa habuiſſe in confeſsione. 206
Non licet confeſſario manifeſtare hunc ſibi confeſſum nõ abſoluiſſe (etiam quod verũ diceret.) ibid.
Deus manifeſtauit ſigillum confeſsionis eſſe ſeruandum a confeſſoribus. Ezech. 18. ibid.
Nullum ſecretum cadere poteſt ſub ſigillo confeſsionis, niſi habitum ſit in confeſsione, etiam ſi permittatur. 207
Accipere extra confeſſionem aliquid ſub ſigillo confeſſionis, peccatum eſt graue, ſeu mortale. ibid.
Habita extra confeſſionem ſub ſigillo confeſsionis reuelarj poſſunt iudici, ſi pręcipiat vt reueletur, habita in confeſsione non. ibid.
Sigillum confeſsionis factæ laico, non eſt ſigillum cõfeſsionis eſſentialiter, ſed participatiue. 208
Soli ſacerdotes formaliter per ſe, tenentur ad ſigillũ confeſsionis. ibid.
Aliquis qui non eſt ſacerdos participatiue teneri poteſt ad ſigillum confeſsionis. ibid.
Audiens caſu, ſeu induſtria confeſsionem alicuius cõfitentis ſacerdote reuelando peccata illa peccat mortaliter & grauiter. 209
De licentia confitentis confeſſarius poteſt reuelare confeſsionem abſque fractione ſigilli. ibid.
Maxima prudentia vti debet confeſſarius in aperiendu ſigillũ cõfeſsionis de licentia penitentis. 210
Omni cautela vti debet confeſſarius in manifeſtando delictum penitentis etiam ſi hoc facit de eius licenti. ibid.
Oſtenditur quid agere debeat confeſſarius qui errauit abſoluendo a reſeruatis, vel a quibus abſoluere non debebat. ibid.
Quando confeſſarius ordinem recipit a penitente, vt libere tractat negotium aliquod illud negotium non pertinet ad ſigillum confeſsionis. 211
Sacerdos id q ſciuit ante vel poſt confeſsionẽ põt illud manifeſtare iuridice, ſed cum grano ſalis. ibid.
Confeſſarius tenetur celare illa eadem audita ab eo quatenus ſcit illa vt Deus. 212
Homo de his quę in cõfeſsione, & extra nouit, loqui non debet abſque maxima neceſsitate. ibid.
Reuelare ſibi dicta in confeſsione poteſt quis dupliciter formaliter, vel materialiter. ibid.
Confeſſor tenetur non reuelare quod ſcit in confeſſione vt ſic quando illa ſeu alia via poteſt illa reuelare tempore neceſsitatis. ibid.
Diuerſa eſt ſcientia qua ſcimus rẽ in confeſsione, ab ea qua ſcimus illam extra confeſsionem. 213

Sigillum

Sigillum confeſſionis ſeruandum etiam quod ſecuta non ſit abſolutio, & confeſſio ſit informis. 213
Quando quis accedit ad confeſſionem, vt decipiat, vel ſeducat confeſſarium, eius confeſſio non cadit ſub ſigillo. ibid.
Confeſſarius non poteſt aperire ſigillum confeſſionis etiam ſi præcipiatur illi ſub pęna excommunicationis Papalis. 214
Confeſſarius veraciter dicere poteſt ſe neſcire illa quæ ſcit in confeſſione abſque eo quod ſit periurus. ibid.
Confeſſarius dicendo ſe ſcire, & ſe neſcire quæ nouit in confeſſione verum dicit. 215
Quando interrogatur ſacerdos ſi in confeſſione audiuit hoc vel illud peccatum, reſpondere debet non licet tibi reſpondere de re hac. ibid.
Pęnitens potius quam manifeſtare ſuam confeſſionē Tyranno, debet mortem ſubire. ibid.
In aliquo caſu neceſſitatis licet tacere aliquam circūſtantiam peccati etiam mutantem ſpeciem, vel agrauantem habita in confeſſione. ibid.
Quando quis ex confeſſione nouit aliquam eſſe indignum prælaturæ non poteſt illum eligere nec illam confirmare in illam. 216
Quid facere debeat Prælatus qui via confeſſionis aliquos ſuos miniſtros eſſe indignos oſtēditur. ibid.
Confeſſio, qua ratione eſt actus virtutis, non poteſt eſſe informis. 217
Confeſſio quatenus a pars ſacramenti, quantum ad ſubſtantiam poteſt eſſe vera confeſſio, & informis. ibid.
Acceptandi ſunt ad pęnitentiam illi qui nolunt pro tunc relinquere peccata, modo faciant confeſſionem informem. 218
Confeſſio aliquando eſt reiterabilis ex parte confeſſarij, aliquando ex parte pęnitentis, aliquando ex parte ſacramenti. 219
Confeſſio facta ſacerdoti non habenti iuriſdictionē, vel intentionem abſoluendi, eſt inualida, & reiteranda eſt. ibid.
Ex parte confeſſoris confeſſio quinque modis pōt eſſe inualida, nō ſatisfactoria, & reiterabilis. ibid.
Inducens confeſſarium excommunicatū occultum, ad audientiam confeſſionis (ſine neceſſitate) aduertenter peccat mortaliter, & confeſſio eſt inualida, & eſt reiterabilis. ibid.
Confeſſio cui non ſequitur abſolutio eſt inualida, & eſt reiteranda eodem anno. 220
Omnibus viribus infirmus debet procurare optimū confeſſorem, & accipere ſanctiſſimam Communionem antequam diſcedat ab hac vita. ibid.
Confeſſio reiterabilis eſſe poteſt, vel ex parte contritionis, vel ex parte confeſſionis, vel ex parte ſatiſfactionis. ibid.
Sine maximo dolore peccatorum in confeſſione, non acquiritur gratia ſacramentalis. 221
Pęnitens ſi non habet debitam contritionem, dum accedit ad confeſſionem, doleat, aliter non obtinet gratiam Dei. ibid.
Recedente fictione prioris confeſſionis ſinceriter factæ ſacramentum ſortitur ſuum effectum, nec eſt reiteranda confeſſio. 222
Occultare aliquid in confeſſione facit illam inualidā, & reiterabilem. ibid.
Oſtenditur quibus de cauſis liceat aliqua peccata tacere in confeſſione. ibid.
Mutilare peccata in confeſſione contingit dupliciter ſcilicet, directè & indirectè. 223
Reperiuntur aliqui defectus ex parte ſatisfactionis inualidantes confeſſionem, in quo caſu reiterabilis eſt confeſſio ipſa. ibid.
Triplici de cauſa confeſſor in confeſſione dat pęnitentiam pęnitenti. ibid.
Duplici de cauſa ex parte pęnitentis confeſſio neceſſario eſt reiteranda. ibid.
Ponitur ſumma omnium caſuum propter quos venit reiteranda confeſſio. 224
Confeſſio generalis peccatorum alia eſt ſacramentalis, alia non eſt ſacramentalis. ibid.
Confeſſio generalis facta poſt confeſſionem particularem coram ſacerdote, ſufficit ad delenda mortalia oblita inculpabiliter. 225
Aſſignantur ratio quare ſint confitenda peccata oblita dum veniunt ad memoriam. ibid.
Nullus certus eſſe poteſt ſi dimiſſa ſint ſibi peccata per confeſſionem, licet poſſit habere aliquam coniecturam. 226
Pęnitens ſubijciens ſe clauibus recipit fructum ſacramenti, vel in actu confeſſionis, vel adueniente charitate in illa. 227
Contritio & ſatisfactio extra charitatem reperiri nō poteſt, confeſſio autem ſic. ibid.
In confeſſione aliquorum pœnitentiū os cordi concordat. Aliorum autem non. ibid.
Confeſſio liberat a morte peccati cauſando gratiam in pęnitente. 228
Per confeſſionem in pęnitente, confertur, aut augetur gratia, & abſoluitur a peccatis. 229
Confeſſor vere abſoluit a peccatis pęnitentem contritum ſibi confeſſum. ibid.
Confeſſio (adiuncta abſolutioni) liberat a culpa & a pęna, tam æterna, quàm temporali. ibid.
Confeſſio facta pluries de eiſdē peccatis, minuit pęnā, cōfeſſio magis operatur in re quā in voto. 230
Pęna purgatorij eſt nobis in proportionata in hac vita, fit tamē nobis proportionata per cōfeſſariū aſſignantem pęnitentiā pro peccatis confeſſis. ibid.
Declaratur dictū illud, voluntas pro facto reputatur. In ordine ad ſacramentum confeſſionem. ibid.
Remota culpa per confeſſionem remanet pęna peccati ſoluanda in hoc vel in futuro ſeculo. 231
Sacramētalis confeſſio aperit paradiſum, quantum ſit ex parte ſui, ſi non adſit impedimentum, ex (parte pęnitentis.) ibid.
Baptiſmus aperit paradiſum venientibus ad fidem Chriſti, confeſſio aperit illum Chriſtianis peccatoribus verè pęnitentibus. 232
Nullus baptizatus peccator ante confeſſionē in voto vel in re poteſt introire in regnum cęlorum. ibid.
Pęnitentia data pęnitentibus a confeſſario ſi non eſt proportionata quantitati peccati, ſoluenda eſt in purgatorio. ibid.
Confeſſio ſacramentalis dat ſpem ſalutis fidelibus, peculiari modo. ibid.

Digitized by Google

Confeſſio præcipuè, vt pars ſacramenti dat pœnitentibus, ſpem vitæ æternæ. 233
Confeſſio tribuit ſpem ſalutis principaliter, ſatisfactio illam præbet ſecundario. 233
B.V.M. non tenebatur confiteri, Habens tantum peccatum veniale debet confiteri. Ille qui nullum habet peccatum præſentari ſe debet ſacerdoti tempore præcipuè Paſchatis, & vt tutior accedat ad Euchariſtiam. 300
Tria genera pœnitentiũ accedũt ad confeſſionẽ, quos omnes Confeſſarius quantũ ſit ex ſe abſoluit. 300
Repetere in confeſſione eadem peccata pluries ex humilitate, nõ tamen ex diffidentia vtile eſt. 301
Nullus cõtritus accedere debet ad ſanctiſſimam Euchariſtiam, abſque actuali confeſſione. 305
Neceſſario contritus ſumpturus Euchariſtiã probare ſe debet per actualem confeſſionem. 306
Confunduntur hæretici dicentes non eſſe neceſſarium ſumentibus ſanctiſſimã Euchariſtiã probare ſeipſos per confeſſionem, & contritionem. 366
Vbi in Bullis conceditur authoritas confeſſarijs abſoluendi a cenſuris intelligitur talis authoritas abſoluẽdi ab irregularitate contractã per culpã. 469
Laudabiliter & fructuosè quis de venialibus confitetur. Et Cõfeſſor debet illa abſoluere quoniam effecta ſunt materia confeſſionis. 506
Damnatur hæreſis Lutheri dicentis peccatum eſſe cõfiteri venialia, & omnia peccata mortalia. ibid.
Carens omni culpa non poteſt confiteri. Nec B.V.M. confitebatur Ioan. Euangeliſtæ, nec alteri, vt dicunt aliqui. 506
Abſente votum confeſſionis expreſſo nõ eſt neceſſarium confiteri bene tempore ſuo, Vtile eſt illud habere poſt peccatum. 516
Exiſtens in mortali non poteſt accedere ad Communionem abſque actuali confeſſione, ſi adeſt copia confeſſoris. 517

Concupiſcentia.

Concupiſcentia dicitur peccatum impropriè quia ex peccato procedit, & ad peccatum inclinat. 231

Conſanguinitas.

Conſanguinitas eſt vinculum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagine cõtractum. 234
Conſanguinitas, ideſt ſanguis vnitas deriuatur conſanguinitas a loco & ſanguine, ideſt ab vno ſanguine. 235
Angeli non ſunt conſanguinei, Chriſtus Dominus, Et Maria Mater eius ſunt conſanguinei opere Spiritus ſancti. ibid.
Parentes & filij verè ſunt conſanguinei. Cum inter illos, ſit ſanguis vnitas. ibid.
Conſanguinitas non ſumitur a ſtipite remoto, bene a ſtipite propinquo. 236
Vinculum quod contrahitur per propaginem potius dicitur conſanguinitas, quam carnalitas. 237
Linea conſanguinitatis eſt ordinata collatio perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcẽdentiũ, diuerſos cõtinens gradus. 237
Gradus conſanguinitatis in minori numero ſunt apud canoniſtas quam apud legiſtas. 238
Linea conſanguinitatis dicitur per ſimilitudinem ad lineam naturalem, ſeu mathematicam. ibid.
Linea conſanguinitatis, & conſanguinitas non eſt idem, diſtinguuntur pluſquam formaliter. ibid.
Declaratur in quo conſiſtat diuerſitas graduum cõſanguinitatis. ibid.
Triplex eſt linea conſanguinitatis. Aſcendentium deſcendentiũ & trãſuerſalis, vel collateralis. ibid.
Lineæ conſanguinitatis aſcendentium & deſcendentium ſunt idem re, non autem ratione, tranſuerſalis, ab illis diſtinguitur. ibid.
Dantur regulæ tres ad cognoſcendum in quo gradu conſanguinitatis diſtent inter ſe cõſanguinei. 239
Fratres inter ſe & in ordine ad ſuos genitores, ſunt in primo gradu conſanguinitatis. ibid.
Pro diſpenſatione obtinenda exprimendi ſunt gradus vtriuſque conſanguinitatis. Si propinquior eſſet primus gradus, aliter non. 240
Arbor conſanguinitatis diſtinctè deſcribitur pro intelligentia prohibitionis matrimonij contrahendi. 240
Conſanguinitas diuerſimodè impedit matrimoniũ, aliquibus de iure naturæ, aliquibus de iure diuino, aliquibus de iure humano. 242
Aſſignatur gradus conſanguinitatis, inter quos prohibitum eſt, matrimonium de iure diuino. ibid.
De iure diuino poſitiuo, nullus gradus conſanguinitatis prohibitus eſt modo, bene autem de iure Eccleſiaſtico. 244
Matrimonium in alijs gradibus, a primo conſanguinitatis in linea tranſuerſali, iure naturali nõ ſunt irrita. 251
Animalia bruta abbominantur ſe, commiſcere cum ſuis genitoribus, cognitis ab ipſis ratione reuerentiæ conſanguinitatis. 255
In lege noua plures cõſanguinitatis gradus ſunt prohibiti a matrimonio. 256
Gradus conſanguinitatis in Eccleſia varietatem ſuſceperunt in ordine ad matrimonium. 257
Connubium inter fratres, & ſorores prohibitum fuit in quacumque lege. Et inter filios ſororum ab Eccleſia tempore D. Auguſtini. ibid.
Quando dicitur quod prohibitio matrimonij facta eſt vſque ad ſextum, vel ſeptimum graduũ affinitatis, & conſanguinitatis, Idẽ gradus intelligitur per ſextum, & ſeptimum gradum. ibid.

Contentio.

Contentio eſt impugnatio veritatis, cum cõfidentia clamoris. Contendere enim eſt contra aliquem tendere. 260
Contentio tripliciter conſideratur, & ſumitur, ſcilicet materialiter, formaliter, & virtualiter. 260
Contentio ſecundum quod importat impugnationem veritatis & indebitũ modũ eſt peccatũ mortale. ibi.
Triplex contentio prima eſt emulationis, ſecunda diſputationis, tertia litigationis. ibid.
Factum mirabile ponitur in quo oſtenditur contentionẽ debere eſſe procul a Chriſtianis præcipuè a Religioſis. ibid.
Contentio inter Iudeos, & Gentiles ad Chriſti fidẽ conuerſos fuit maxima. 262
Contentio pro impugnanda falſitate poteſt eſſe laudabilis, & poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale. 262

Con-

Contentio diſputationis triplex, prima contra veritatem, ſecunda ſine audientia, tertia inutilis. 262
Contentio litigioſa ſi non fit ſecundum iura (ſed ex cauſatione) fugienda eſt, quia non, fit ſine peccato. 263
Contentio cum intentione impugnandi veritatem peccatum mortale eſt. ibid.
Contentio contra falſitatem, ſi fiat ſine modo, & cauſat ſcandalum eſt & peccatum mortale. ibid.
In diſcipulis Chriſti erat contentio imperfecta, non autem perfecta, peccatum veniale eſſe poterit, mortale autem non. 264
Gaudere de contentione poteſt quis dupliciter. ſ. per ſe, vel per accidens, primum non eſt ſine peccato, ſecundum ſic. ibid.
Contentio imperfecta, vel materialis poteſt eſſe ſine peccato ſaltem mortali perfecta autem contentio non. ibid.
Exemplum notandum ad diluendam diſcordiam, & remouendas contentiones. ibid.

Contractus.

Contractus eſt actus humanus inter duos ex quo in vtroque oritur obligatio ad alterutrum. 359
Diuerſæ ſunt ſpecies contractuum, & varij modi contrahadi vt eſt videre apud M. Dominicum a Soto lib. 6. q. 3. art. 1. 360
Contractus aſſicurationis capitalis, & contractus lucri, poteſt fieri cum duobus, vel cum eadem. 600
Tribus contractibus poteſt ſocius aſſicurare ſocium, de lucro pecuniæ poſitæ in ſocietate. ibid.

Contritio.

Oſtenditur quando quis virtute clauium ex attrito fit contritus, & quando non, niſi recedente fictione. 222
Contritio & ſatisfactio non poſſunt eſſe ſine charitate. Confeſsio autem ſic. 227
Per contritionem in voto minus minuitur de pœna, quam per contritionem ſacramentalem. 230
Contritio dupliciter conſideratur, ex parte eius ſcilicet, a quo nomen imponitur. Et ex parte eius ad quod nomen impoſitum eſt. 266
Contritio definitur vt eſt virtus, & vt eſt pars ſacramenti, vtroque modo eſt dolor aſſumptus pro peccatis. ibid.
Contritio eſt dolor (non ſenſus) ſed deteſtatio peccatorum quatenus veniunt in offenſam Dei, cum propoſito mutandi vitam, & confitendi, & ſatiſfaciendi pro illis. ibid.
Declaratur definitio contritionis quo ad ſingulas particulas poſitas in ea. ibid.
Contritio eſt compunctio, & humilitas mentis cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore Iudicij. 267
Ad contritionem concurrunt lachrymæ cordis, & corporis ſimul. ibid.
Timor Iudicij particularis, & vniuerſalis concurrit ad contritionem peccatorum, cum ſpe veniæ illorum. ibid.
Contritio eſt remittens, & annihilans peccatum exiſtens inter ſpem, & timorem ipſius pœnitentis. ibid.
Manifeſtantur requiſita ad veram contritionem, vel ad eſſe verè contritum. 268
Contritio eſt pœnitudo voluntaria cum dolore maximo actuali, vel virtuali proprij peccati commiſſi quatenus eſt offenſa Dei perfectè dilecti, cum ſpe veniæ, & propoſito non peccandi amplius, ſaltem mortaliter, confitendi & ſatiſfaciendi. 268
Contritio quo ad ſignificatum nominis, non eſt virtus. Eſt tamen virtus in ordine ad id ad quod impoſitum eſt nomen, & eſt pars ſacramenti. 269
Contritio quæ eſt virtus. Vel virtus contritionis, quod idem eſt, eſt pars ſacramenti pœnitentiæ. ibid.
Manifeſtatur in quibus differat veraciter contritus ab attrito, & via ducendi attritum ad extra contritum. ibid.
Contritionis eſſentia eſt diſplicentia voluntaria de peccato. Et dicitur dolor cauſatiuè, & non aliter. 270
Damnatur impietas Lutheri reprobantis virtutem contritionis, dicentis contritionem facere hominem hypocritam. ibid.
Aſſignantur multæ cauſæ contritionis a quibus contritio procedit, & ex quibus cognoſcitur. ibid.
Ponuntur quinque differentiæ repertæ inter attritionem, & contritionem dignæ conſideratione. 271
Attritio ex obiecto attritionis, nõ poteſt fieri contritio neq, ex obiectio cõtritionis, neq; alia via. 171
Attritus poteſt fieri contritus virtute clauium attritio autem non poteſt fieri contritio. 272
Contritio eſt dolor pro peccatis voluntarius, ad delendum actum voluntarium peccati. 273
Virtus contritionis non datur nobis a Deo, niſi nobis conſentientibus. ibid.
Vere contritus tenetur confiteri peccata ſua, & pro illis ſatisfacere. ibid.
De malis pœnæ vtique poteſt eſſe dolor, non autem contritio. Contritio eſt de malis culpæ. 274
Dolor de virtute amiſſa per peccatum non eſt contritio, ſed principium contritionis. ibid.
Non datur contritio de peccato originali, ſed dolor. De actuali peccato datur contritio, & dolor. ibidem.
Contritio de peccato originali, in Adamo reperiebatur, in nobis talis contritio reperiri non poteſt. 275
Contritio prima pars ſacramenti pœnitentiæ ad omne actuale peccatum ſe extendit. ibid.
Non datur peccatum actuale de quo non ſit conterẽdum cum oẽ tale peccatum ſit commiſsũ. ibid.
De peccatis futuris non eſt contritio bene adhibenda eſt cautela. ibid.
Contritio virtuoſa habet annexum, propoſitum non peccandi in futuro. 276
Contritio ex parte obiecti eſt peccatorum præteritorum. At ex parte actus poteſt eſſe etiam futurorum. ibid.
De peccatis alienis non datur contritio, niſi pœnitens particeps in illis. Dolor autem reperiri poteſt. 277

Conteri propriè, & non conteri debet pœnitens de peccatis alienis, diuerſimodè tamen. 277
In principio quæritur quod contritis ſit ſingulorum peccatorum. In fine ſatis eſt quod ſit contritio generalis illorum. 278
Contritio ſingulorum peccatorum requiritur, de iure naturæ, & in ordine ad ſacramentum confeſſionis. 279
Eadem contritio dicitur particularis & generalis, reſpectu diuerſorum. ibid.
Aſſignantur ſex cauſas quibus mediantibus, acquirimus contritionem. ibid.
Baptiſmus eſt generatio ſpiritualis propterea eſt vnicus. Contritio eſt alteratio ad bonum ſpirituale, propterea poteſt eſſe multiplex. 280
Quantitas contritionis reſpondere debet menſuræ delictorum pœnitentium. ibid.
Triſtitia quæ reperitur in inuidia, & in accidia differt a triſtitia reperta in contritione. 281
Diſplicentia exiſtens in voluntate, ſeu in contrito, præteriti peccati debet excludere omnem dolorem. 282
Dolor in contrito non eſt neceſſe quod ſit maximus extenſiuè, dummodo talis ſit intenſiuè. 283
Dolor contritionis in ordine ad ſenſibilia, etiam quod non ſit maior dolor peccatorum, non tollit rationem contritionis. ibid.
Contritionis dolor. Vt eſt diſplicentia in ratione, prout eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimis magna. ibid.
Contritio in ordine ad dolorem ſenſibilem poteſt eſſe nimia, ideo regulanda eſt prudentia. 284
In procuranda conditione peccatorum, pęnitens prudenter procedere debet. ibid.
Modus conterendi in ordine ad offenſam Dei, debet eſſe ſine modo. 285
Contritio exiſtens in ordine ad ſingula peccata maior eſſe debet de maiori peccato, quam de minori. ibid.
Contritio in parte ſenſitiua debet eſſe maiori, de maior peccato, prout ex electione procedit. ibid.
In parte ſenſitiua contritio maior non ſemper eſt de maiori peccato, & econuerſo. ibid.
Contritio habita de omnibus peccatis, etiam habitualiter maior eſt de maiori peccato, quam de minori. 286
Contritio de maiori peccato, ſimiliter & pęnitentia taxanda a confeſſario debet eſſe maior proportionaliter. ibid.
Motus contritionis eſt ſimul, non actualiter, ſed virtualiter, eſt quę intentior, & remiſſior ipſa contritione. ibid.
Dolor contritionis in voluntate, non poteſt eſſe nimis, in ſenſu autem ſic. 287
Gaudium contriti de remiſſione peccatorum, non minuit dolorem contritionis. ibid.
Oſtenditur in quo conſiſtat qualitas contrictionis pro optinenda remiſſione peccatorum. 288
Confeſſarius caute procedere debet in oſtendendo pęnitentibus, ad quid teneantur, ex præcepto contritionis. 289
Contritionis dolor debet manere in homine toto tempore vitæ ſuæ. ibid.
In noſtro æterno ſemper dolere debemus de peccato commiſſo, remiſſo per contritionem cum ſpe vitæ æternæ. 290
Contritionis dolor poſitus in parte intellectiua expedit vt ſemper augeatur. ibid.
Contritionis cõtinuitas habetur ex diuina Scriptura Et etiam ex terminatione Eccleſiæ. 291
Contritionis dolor in parte ſenſitiua licet debeat eſſe continuus moderatus tamen eſſe debet. 191
Regulandus eſt dolor contritionis a prudentia, in pęnitente, non ſolum propria, ſed & peritorum aliquando. ibid.
Dolor contritionis tollit vbique gaudium mundi huius. Non autem gaudium Dei, imò inuenit illud. 292
Triſtitia ſeculi eſt mala, & fugienda. Triſtitia de peccato. ſ. contritio eſt bona. ibid.
Contrionem de peccatis poſt hanc vitam, non poſſunt habere animæ ſeparatæ. ibid.
In patria in beatis, non repetitur contritio proprie dicta. 293
In patria ſancti non ſunt capaces doloris contritionis peccatorum iam dimiſſorum illis. 294
Charitas vię cauſat dolorem contritionis, hoc autem non facit charitas patriæ. ibid.
Charitas in ſeipſa conſiderata eſſe poteſt dolorem. ſ. contritionem peccatorum in ſubiecti vbi ſunt peccata. In alijs non. 254
Oſtenditur quare charitas non cauſat contritionem in beatis, cum cauſat illam in peccatoribus. ibid.
Dolor animarum Purgatorij de culpa, & de pœna peccatorum ſuorum non eſt contritio, cum careat efficatia liberandi a pęnis illorum. 295
Pęnitens exiſtens in gratia dolet & conteritur de dignitate innocentiæ perditæ irrecuperabiliter per peccatum. ibid.
Contritio eſt dolor, & timor filialis, & non ſeruilis. ibid.
Contritus debet dolere de peccato, & gaudere de bonis conceſſis a diuina Prouidẽtia ex occaſione peccati. 296
Contritio ſemper manere debet in contrito. Licet contritus non maneat ſemper obligatus ad ſatisfaciendum. ibid.
Remiſſio peccati eſt effectus contrictionis, prout eſt pars ſacramenti, & pars virtutis pœnitentiæ. 297
Oſtenditur modus quo contritio noſtra vt pars ſacramenti ſit cauſa inſtrumentalis remiſſionis noſtræ culpæ. ibid.
Damnatur Lutherus negans neceſſitatem contritionis in ordine ad remiſſionem peccatorum. ibid.
Contritio ex parte charitatis, & doloris, poteſt eſſe tanta, vt totaliter tollat reatum pęnæ. 298
Per ſacra Concilia habemus, quod delecta peccata per contritionem, remaneat aliquando pęna temporalis in pęnitentem. 299
Contritus multis de cauſis tenetur ad confeſſionem, & ſatisfactionem impoſitam a confeſſario. ibid.
Propter tria perfecti contritus tenetur confiteri tempore Paſchatis, & ſatisfacere quod peccatis ibid.

Nullus poteſt eſſe certus de ſua contritione ex ſacro Concil. Triden. 299
Dolor contritionis dupliciter conſideratur primo in ordine ad intentionem, ſecundo in ordine ad charitatem. In ordine ad intentionem vtique eſt finitus. In ordine autem ad charitatem eſt infinitus. 302
Dolor in contritione informatus charitate, quantūcumque paruus, remittit omnem culpam. 302
Parua contritio eſſentialiter eſt contritio habens omnia pertinentia ad eſſentia contritionis. 303
Contritio parua, efficaciam habet ſaluandi contritū, liberatque eum a culpa, & a pœna. ibid.
Contritio informata charitate, efficaciter delet omne peccatum, magnum & paruum. ibid.
Parua contritio operatur virtute charitatis, quæ eſt virtutis infinitæ liberat a quocumque peccato etiā grauiſſimo. 304
Contritio dicitur magna vel parua per comparationem ad aliam contritionem, non autem per comparationem ad propria peccata. ibid.
Contritio præcedit remiſſionem peccatorum, & eſt cauſa inſtrumentalis illius. ibid.
Nullus contritus accedere debet ad ſanctiſſimam communionem abſque actuali confeſſione. 305
Contritus nollens confiteri ante ſumptionem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, data poſſibilitate, reus eſt corporis, & ſanguinis Chriſti. ibid.
Confunduntur heretici dicentes non eſſe neceſſarium ſumentibus Euchariſtiam probare ſeipſum per contritionem, & confeſſionem ſacramentalem. 306
Adducuntur quam plurimæ laudes contritionis in honorem Dei, & in noſtra vtilitate. ibid.
Contritio eſt in corde quo ad ſuam eſſentiam. At quo ad propoſitum ſe extendit ad confeſſionem, & ſatisfactionem. 555
Contritio ſecundum ſuam eſſentiam eſt in corde, & vt ſic eſt pars penitentiæ. 556

Contumelia.

Oſtenditur in quibus differant & conueniant contumelia conuitium, & vituperium. 307
Oſtenditur in quibus conueniant, & differant contumelia & detractio. Honor & fama. ibid.
Contumelia principaliter in verbis conſiſtit, ſecundario in factis. ibid.
Contumelia eſt iniuria qua obijcitur peccatum coram & in præſentia eius cui irrogatur iniuria. ibid.
Contumelia extenſo vocabulo etiam in factis reperitur, quatenus facta illa habent vim ſignificandi. ibid.
Contumelia fieri poteſt, non ſolum in factis, & in facie, ſed extra faciem in occulto. ibid.
Contumelia poteſt fieri tripliciter, primo in facie contumeliati, ſecundo per litteras, tertio verbis & in ſignis non in præſentia. 308
Aliquando peccatum contumeliæ habet annexum peccatum damni dati inimico. ibid.
Contumelia per ſe & ex intentione fit in præſentia contumeliati per accidens poteſt fieri extra. ibid.
Author libelli infamatorij duplici peccato peccat, peccato iniuſtitiæ, & peccato contumeliæ. ibid.
Contumelia & conuitium principaliter conſiderantur ex intentione proferentis verba illa. 309
Contumelia, ex genere ſuo, eſt peccatum mortale magis quam furtum, & rapina. ibid.
Contumelia ſiue conuitium dictum non ex intentione nocendi, quandoque eſt virtus, quandoque eſt peccatum mortale, & quandoque eſt peccatum veniale. ibid.
Quilibet debet ſe abſtinere a contumelijs, maxime Prælati, & ſuperioris aliter poſſent peccare mortaliter. ibid.
Simpliciter & abſolute grauius peccatum eſt detractio ipſa contumelia, quo ad modum grauior eſt contumelia detractione. 310
Contumelia quantum ad modum eſt grauius peccatum detractione. Detractio ſecūdum ſe eſt grauius peccatum ipſa contumelia. 311
Simpliciter peccatum detractionis eſt grauius peccatum contumelia, ſecundum quid peccatū contumeliæ eſt grauius. ibid.
Contumelia poteſt eſſe ſine peccato, ſi exerceatur prudenter. ibid.
Contumelias ſubſtinere, & ſuberrare debemus loco, & tempore ſicut fecerunt Sancti. 312
Quandoque licitè, & forſitan neceſſario oportet contumelias illatas repellere. ibid.
Aliquando contumelioſis apponendum eſt, aliquādo non, quando ſperatur correctio fratris ſic aliter non. 313
Non licet reſiſtere contumelioſis apponendo illis falſa, vel manifeſtando crimina illorum occulta. ibid.
In iudicio licet excludere falſos teſtes, manifeſtando cauſam excluſionis extra iudicium contra contumelioſos hoc facere non licet, bene autem verbis mitibus illos conuincere poſſumus. 314
Contumelia quæ procedit ex odio maius peccatum eſt, illa quæ ab ira ortum habet. ibid.
Multoties tenemus ſubſtinere contumelias factas nobis, non autem factas proximo noſtro. ibid.
Tollerare contumelias aliquando eſt laudabile, aliquando eſt vituperabile coram Deo. ibid.
Contumelia, vt in pluribus, & principaliter oritur ex ira. 315
Contumelia directè & per ſe procedit ab ira, Indirectè & quaſi per accidens a ſuperbia. ibid.
Contumelia eſſentialiter procedit ab ira per ſimilitudinem procedit a ſtultitia. ibid.
Contumelia ordinata ad ſuū ſignificatum damnificat proximum contumelijs afflictum. ibid.
Contumelia exercetur per verba per ſe, & per facta ſignificantia verba per accidens. 316
Contumelia, Conuitium & imperpetuum tendunt ad eumdem finem modo diuerſo. ibid.
Contumelia, Conuitium & imperium ſunt eiuſdem ſpeciei ad diuerſos fines ordinatas. ibid.
Aſſignatur differentia inter contumelioſum detractorem ſuſurratorem deriſorem, ex parte intentionis. 322

Conuerſio peccatoris.

Statim quod homo peruenit ad vſum rationis tenetur ſe ad Deum conuertere vt ſaluetur. 317

Puer

Digitized by Google

Pueri conuertenti ſe in Deum infunditur lumen ſupernaturale fidei quo cognoſcit Deum. 317
Homo perueniens ad vſum rationis tenetur ſe conuertere ad Deum, eo modo quo poteſt pro illo tunc. 317
Lex naturalis & diuina obligat puerum ad ſe conuertendum in Deum ſtatim quod eſt primum actum vſus lib.arb. 318
Primum peccatum in puero ante ſui conuerſionem nõ poteſt eſſe peccatum veniale, neceſſe eſt quod ſit mortale. ibid.
Infans baptizatus ſicut & non baptizatus tenetur in principio ſuæ diſcretionis conuertere ſe ad Deum, ibidem.
Pueri inſtruendi ſunt ad audienda, & exercenda ſpiritualia, Vt primo actu lib.arb. faciliter conuertatur ad Deum. ibid.
Aſſignantur ſex actus concurrentes ad conuerſionẽ peccatoris, 319
Conuerſio peccatoris, prout eſt ex parte Dei poteſt fieri in inſtanti. ibid.
Ad conuerſionem peccatoris, ſemper eſt neceſſarius motus Dei præuenientis per auxilium ſpeciale. ibid.
Homo conuertere ſe a Deum non poteſt ſine ſpeciali Dei auxilio. 321
Neceſſitas conuerſionis ad Deum poſt primum actũ lib. arb. etiam quod aſſertum eſſet tantum a D. Tho. eſt certiſſima. ibid,
Præceptum conuerſionis ad Deum ſtatim poſt motionem lib. arb. eſt præceptum naturæ declaratũ a Sanctis. ibid.
Coniecturaliter haberi poteſt quando adeſt ſanctus lib. arb. obligans ad conuerſionem ad Deum, & quando homo teneatur ad præceptum confeſſionis, & ſumendi Euchariſtiam, & ad quid ſimile. ibid.
Statim quod homo ſeu puer in quacumque cognitionem Dei venerit ſtatim ad Deum conuertere ſe debet. ibid.
Præceptum de conuerſione in primo inſtanti vſus lib.arb. ad Deum eſt motum naturaliter ſimpliciter ſaltem. 321
Doctrina pro conuerſione peccatoris, a concionatoribus obſeruanda & prædicanda. 528

Culpa.

Quamplex culpa reperitur apud iuriſtas leuis, leuiſſima lata & ampla. 466

D *Damnati.*

Damnati dolent de peccato, non quia penitent peccaſſe, ſed quia puniuntur pro peccatis ab illis cõmiſſis. 293

Debitum.

Petere debitum in nocte, ante communionem irreuerentia eſt non mortalis. At reddere debitum nulla culpa eſt. 566

Defenſio.

In dubiis caſibus inuaſus tenetur ſe defendere cum debita cautela, etiam cum periculo incurſoris. 447
Licitum eſt homini ſe defendere prudenter, etiam cum detrimento vitę aggreſſoris. ibid.
Homo in defenſione rerum ſuarum non peccat occidendo incurſorem. Si aliter illas defendere non poteſt. 451
Defenſio rerum propriarũ, facta debito modo ſtare poteſt cum occiſione inuaſoris, etiam ſine culpa. ibid.
Defenſio & occiſio eſt idem actus materialiter, bonus ex parte defendiſtis ſe, malus autem ex parte inuadentis. 452
Defendens ſeipſum cum moderata tutela non debet intendere occiſionem inuaſoris licet ex illa ſequatur. 453

Deriſio.

Aſſignatur differentia inter contumelioſum detractorem, ſuſurratorem, & irriſorem, ex parte intentionis. 322
Manifeſtatur in quibus Iudæi deridebant Chriſtum Dominum. ibid.
Deriſio eſt actus loquentis quo quis intendit ad erubeſcentiam, & in confuſionem inducere proximum ſuum. ibid.
Deriſio ſecundum ſuam naturam quando eſt circa malum minimi momenti in proximum eſt peccatum veniale. 323
Deriſioſo facta etiam iocosè (etiam de re parua, quãdo illud contra quem fit cõtriſtatur valde eſt peccatum mortale. ibid.
Deriſio de magno male pro paruo reputato mortale peccatum eſt, & tanto maius, quanto perſona illuſa eſt dignior. ibid.
Iuſtorum deriſio eſt mala pro irriſoribus, ſed eſt occaſio merendi patientibus illam pro Dei amore, ibid.
Irriſio contra parentes graue peccatum eſt, & a Deo grauiſſime punitur. 324
Irriſio contra Deum contra fidem, & contra Religionem eſt peccatum grauiſſimum. ibid.
Deriſores Chriſti Domini peccauerunt contra iuſtũ, cõtra Patrem ſuum, & Deũ omnipotentem, ideo peccatum ſunt grauiſſimum. ibid.
Chriſtus factus eſt in deriſum omni populo, id eſt omnibus gentibus, cuiuſcumque gradus & conditionis. ibid.
Omnes peccatores, non verè penitentes derident Chriſtum Dominum, & diuerſi ludibrijs eum affligunt. ibid.
Diuerſi peccatores, diuerſis ludibrijs, & deriſionibus affligunt Chriſtum Dominum. 325
Maximum peccatum eſt deridere Sanctiſsimam Trinitatem, Chriſtum, ſacramenta, & religionem. ibidem.
Omnis deriſio fit in contemptum, & vilipendium deriſi, & in ruinam deriſoris. ibid,
Chriſtus dominus ſuſtinuit illuſiones, Vt illuderet diabolum, & daret nobis modum deridendi, & illudendi illum. ibid,
Deriſio & ſubſanatio conueniunt in fine, in voce tamen differunt conueniunt & differunt in forma a contumelia. 326
Deriſio enim infert nocumentum in ſecuritate conſcientiæ,

ſcientiæ,

ſcientiæ, quod multum offendit Deum, & proximum. 326

Detractio.

Simpliciter & abſolutè grauius peccatum eſt detractio quam contumelia, qua ad modum autem cõtumelia eſt grauius peccatum. 310

Contumelia quantũ ad modum eſt grauius peccatũ detractione. Detractio ſecundum ſe eſt grauius peccatum contumelia. 311

Simpliciter peccatum detractionis eſt grauius peccatum contumelia. ſecundum quid peccatum cõtumeliæ eſt grauius. ibid.

Detractio eſt denigratio famæ per verba occulta, & diſtinguitur a contumelia. 327

Detractor dicitur ſerpens, quia in illo reperiuntur, proprietatis ſerpentis. ibid.

Detractor ſeptem modis denigrat famam proximi ſui, & quaſi ſemper peccat mortaliter. ibid.

Detractio eſt Deo odibilis nocet detractari, & lædit proximo. 328

Minus malum eſt comedere carnes animalium brutorum, & bibere vinum tempore ieiuniorum, quam carnes hominum per detractionem. ibid.

Oſtenditur difficultas reſtituendi famam ablatam per detractionem, & modus reſtituendi illam, ibidem.

Occultum eſt ratio formalis, per quam ratione detractio diſtinguitur a contumelia. 329

Nihil refert ſi detractio fiat coram vno, vel coram multis quo ad eſſe: Inquantum ad grauitatem refert multum. ibid.

Aliquando in eodem actu reperitur detractio, & iudicium temerarium. ibid.

Detractio per ſe eſt peccatum mortale. Non tamen locutio illa eſt detractio formaliter in qua non adeſt intentio denigrandi famam proximi. ibid.

Verba detractoria ex animi leuitate dicta, non eſt peccatum mortale, niſi in materia honeſtæ vitæ. ibid.

Dicere verba detractoria contingit dupliciter formaliter, & materialiter. In primis continetur peccatum mortale in ſecundis non. ibid.

Detractio, ſecundum genus ſuum, maius peccatum eſt quam furtum, minus autem quam homicidiũ, & adulterium. 331

Per accidens detractio grauior eſſe poteſt homicidio, & furto. Per ſe autem homicidium eſt grauius peccatum. ibid.

Inducens ad detrahendum, & qui delectatur in detractione peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. 332

Qui audit cum complacentia detractionem peccat mortaliter; qui audit illam ſine complacentia nõ peccat niſi deprimere poſſit detractorem, ne loquatur contra proximum ſuum, quia tunc peccat poſſet ſaltem venialiter. ibid.

Qui ex verecundia, aut timore, non ſe opponit detractori mortaliter non peccat, venialiter peccare poteſt. ibid.

Prælatus ſimiliter ſuperior tollerans detractorem peccat mortaliter contra iuſtitiam, & charitatem. 333

Prælatus non reſiſtens ſubdito detrahenti, externũ proximum licet mortaliter peccat, non tamen ad reſtitutionem tenetur. ibid.

Prælatus tenetur defendere famam ſubditi ſui ſub reatu peccati mortalis. ibid.

Prælatus & ſuperior tenetur procurare bonum ſpirituale, & temporale ablatum a ſubdito ſuo (mediante detractione.) 334

Quando detractio venit ad aures detracti poteſt illam dimittere, niſi veniat in detrimentum proximi ſui. ibid.

Reprehendẽdus eſt detractor de falſitate, ſi falſum dicit. Vel de temeritate ſi manifeſta crimen occultum. ibid.

Vtilitas quæ aliquando venit ex detractione non venit ex intentione detrahentis, ſed ex Dei ordinatione elicienti alias de malo bonum. ibid.

Detractio contra Chriſtum maius peccatum eſt quã homicidium. Ratio eſt quia eſt detractio & blaſphemia ſimul. ibid.

Detractio eſt maius peccatum quam contumelia. Homicidium tamen eſt maius peccatum ipſa detractione. ibid.

Detractio ſimpliciter grauius peccatum eſt ipſa contumelia. Contumelia quo ad modum grauius peccatum eſt detractione ipſa. 335

Incommoda multa infert detractio, ſuper contumeliam. ibid.

Excecatio mentis prouenire poteſt non ſolum a detractione, ſed ab omni peccato. 336

Detractio non eſt actus virtutis & diſert ab accuſatione, & a correctione. 388

Detractio ferè reperitur in homine quolibet, non tamen in quocumque homine. ibid.

Detractiones & murmurationes minimæ ſunt peccata venialia, & in purgatorio purgantur. ibid.

Non eſt detractio neque peccatum manifeſtare delictum proximi viro prudenti cum cauſa ad capiendum conſilium, &c. 389

Peccatum mortale detractionis eſt reuelare peccatum ſecretum proximi viro prudẽtiſſimo abſque cauſa. ibid.

Ille qui aſſertiuè manifeſtat delictum occultũ proximi detrahit per ſe, qui hoc facit ex auditu detrahit per accidens. ibid.

Manifeſtare delicta occulta ſine neceſſitate minima ſunt veniale peccatum detractionis eſt manifeſtare magna mortale eſt. 390

Detractor aliquando ex iuſtitia tenetur ad reſtitutionem famę proximi ſui, aliquando ex charitate. ibid.

Dilectio.

Signa communia dilectionis neceſſario exhibenda ſunt inimicis particularia non neceſſario. 346

Oſtendere ſigna particularia dilectionis inimico, tẽpore neceſſitatis eſt in pręcepto extra tale tempus eſt de perfectione charitatis. ibid.

In aliquibus caſibus Confeſſarius abſoluere poteſt illum qui ſigna particularia dilectionis oſtendere non vult inimico. 347

Aliquando ratione ſcandali homo tenetur oſtendere ſigna particularia dilectionis inimico. ibid.

Saluta-

Salutationes inimicorum in ordine ad dilectionem non ſunt dimittendæ. Si adeſt ſpes reconciliationis, 347

Debemus diligere proximum opere, & ſinceritate oſtendendo illi ſigna communia dilectionis, propria autem non ſemper. 348

De neceſſitate præcepti eſt diligere inimicos beneſacere illis, & orare pro illis tempore neceſſitatis, (extra hoc tempus non.) 348

Error græcorum dicentium non eſſe neceſſarium oſtendere ſigna dilectionis inimicis. Et quod licet illos decipere fallacijs, & periurijs, ibid.

Inimici vt inimici ſunt, & non ſunt diligēdi, illos diligere debemus, vt homines prout capaces ſunt beatitudine, ibid.

Diligere inimicos eſt opus dignum, & laudabile apud Deum, & apud homines. ibid.

Septem ſunt quæ non inducunt ad dilectionem inimicorum, quę per maxime debent obſeruare concionatores in prædicando. 349

Diſcordia.

Seditio eſt diſcordia non abſolute, ſed inter pares, qui ſunt eiuſdem multitudinis. 350

Diſcordia peccatum mortale eſt inquantum contrariatur concordię prout a charitate procedit, aliter non. ibid.

Tria præcipue cauſant diſcordias in ciuitatibus, quæ euitare debent ciues cordiales. 351

Diſcordia, & partialitas cauſant tria mala in ciuitate, & in conuentibus Religioſorum. ibid.

Oſtenditur crudelitas hominum ſeditioſorum, & partialium, amantium diſcordias. ibid.

Duplex diſcordia, bona & mala, bona eſt virtus, mala eſt peccatum. 353

Apoſtolus Paulus non peccauit ponendo diſcordiā inter phariſeos, & ſaduceos. ibid.

Ponere diſcordiam per ſe inter fratres eſt peccatum mortale, per accidens autem poni poteſt ſine peccato. ibid.

Diſcordia ſe habet vt genus ad bellum rixa & ſeditiones. Et iſtæ ſunt ſpecies illius. 594

Diſpenſatio.

Prælatus mendicantium poteſt diſpenſare in omni irregularitate, exceptis in bigamia, & homicidio voluntario. 73

Pro diſpenſatione obtinēda conſiderādi ſunt gradus vtriuſque conſanguinitatis ſi propinquior cauſat primum gradus, aliter non. 240

Summus Pontifex tantum diſpenſare poteſt ab irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, etiam iuſto. 469

Nullus epiſcopus habet authoritatem diſpenſandi ab irregularitate contracta ex homicidio occulto, per reſpectum ad ordines ſacros, & ad beneficium Eccleſiaſticum. ibid.

Irregularitas poteſt diſpenſari dupliciter, ſcilicet in foro conſcientiæ, & in foro exteriori. ibid.

Diſputatio.

Diſputare contra infideles, & hæreticos non debent niſi viri doctiſſimi, & peritiſſimi, in rebus fidei. 262

Inutiles diſputationes ſunt vitandæ, & dimittendæ a quolibet fideli. 263

Doleri.

Doleri de præterito ſtat dupliciter, ſcilicet cum prudentia, & ſine prudentia. 534

Dubium.

In dubijs tutior pars eſt eligenda, inquit Clemens Papa tertius. 56

Dubium in moralibus eſt duplex ſpeculatiuum, & praticum, ſecundum obligat in conſcientia, non autem primum. 57

Duellum.

Duellum eſt duorum bellum ſeu ſingulare certamē, apud Græcos dicitur Monachia. 354

Sex cauſæ finales repeniuntur ad quas ordinatur duellum. ibid.

Duellum licitum non eſt adueniendum in cognitionem veritatis, 354

Duellum non eſt licitum ad oſtendendas proprias vires. Nec ad fugiendam ignominiam. 355

Duellum non debet permitti ad finiendas lites criminales, vel ciuiles. ibid.

Duellum tam offenſiuum quam vindicatiuum, non eſt licitum, quia contra rationem eſt. ibid.

Datur caſus in quo poteſt oppreſſus acceptare duellum propoſitum ſibi ab oppreſſore. 356

Acceptare duellum ab infamatore in periculum vitę coram iudice licet, ſi aliter euadere non poteſt. ibidem.

Quando bellum iuſtum euidenter eſt in periculo, & proponitur duellum (quaſi tutum) acceptare illud licet. ibid.

Duellum pro defenſione propriæ vitæ in caſu extremæ neceſſitatis poteſt accipi, & non aliter. ibid.

Principes duella concedentibus extra caſum extremæ neceſſitatis peccant mortaliter, licitum eſt permittere mala minora ad fugienda maiora, ibidem.

Nulla ratione (formaliter loquendo) licitum eſſe poteſt duellum proponere nec acceptare. 356

Non licet viro chriſtiano offerre duellum, neque acceptare illud. ibid.

Duellum Dauid contra Philiſteum fuit a Deo, duellum impiorum hominum, eſt a diabolo. 357

Decretum Concil. Trid. contra duellantes ponitur, ibidem.

Principes permittentes duella (In ſtatu ſuo) ſunt excommunicati, & priuati tali ſtatu. ibid.

Duellantes, & Patrini, Conſiliarij, & ſpectatores ſunt excommunicati. ibid.

Bulla Clementis Papæ Octaui, contra duellantes, & participantes de duello ipſo. 357

Duellantes, duello priuato, & ad duellos pertinentes, ſubiacent eiſdem pęnis quibus ſubiacent pertinentes ad duellum publicum. 358

Inuitantes ad duellum per epiſtolas, vel per quid ſimile incidunt in pęnas, & cenſuras fulminatas contra duellantes. ibid.

Terribilis pęna, & excommunicatio fulminatur contra duellantes, & participantes in crimine. 359

Permittentes, & non prohibentes duella ſunt interdicti, & excommunicati. Et ſolus Papa illos abſoluere poteſt. 359

Duellum prohibitũ eſt a Conc. Trid. Alia autem ſingularia certamina illicita ſunt. 449
Datur modus quo inuitatus ad duellum, vel ad ſingulare certamen ſeruare poſſit honorem ſuum nõ acceptando illud. ibid.
Nullo pacto acceptandum eſt duellum, qnia acceptatio eius eſt contra iuſtitiam, & contra terminationem Eccleſiæ. 454

E *Eccleſia.*

In foro exteriori Eccleſia non indicat de occultis, in foro autem conſcientiæ iudicat etiam de interioribus. 154
Quilibet tenetur obedire Eccleſiæ. Cum ipſa ſit regula infallibilis veritatis, nec errare poteſt. 352

Eleemoſyna.

Diues ex debito iuſtitiæ tenetur eleemoſynas facere indigentibus, licet ad hoc cogi non poſſit a iudice, vel a paupere. 26
Extra tempus extremæ neceſſitatis iudex poteſt cogere diuitẽ, eleemoſynam facere de ſuperfluo pauperibus. ibid.
Ea quæ ſuperabundant diuitibus, ex debito naturæ, & miſericordiæ ſunt diſtribuenda pauperibus in eleemoſyna, non ex iuſtitia. 416

Emptio.

Emptio & venditio ſunt contractus Reipublicè neceſſarij. 360
Emptio rei eſt contractio rei pro precio, venditio eſt diſtractio rei pro pretio. ibid,
Quærens emere rem minus quam valet, aut illam vendere plus, fraude vel dolo, peccatum mortale, eſt contra iuſtitiam. ibid.
Si emptio, & venditio ſecundum ſe conſiderantur, non licet rem carius vendere, vel vilius emere quã valet. ibid.
Licitum eſt ementi, & vendenti ducere in pactum pretium rei venditæ vel emptæ, in ordine ad damnum, &c. 360
Quærere emptorem vi leſcit rem vendẽdam, emptor poteſt ſe ſeruare indemnem ſi vẽdit rogatus a cognoſcente damnum qood patitur. 361
Emere rem, non ſibi neceſſariam ex importunitate vẽdentis, poteſt emi vilius, quã valet res ipſa. ibid.
Penuria emptorum per ſe, minuit precium rerum ſicut abundantia illorum auget precium ipſum. ibidem.
Si emptio minoitur vel venditio augetur ex malitia mercatorum facientium manipolium, obligat ad reſtitutionem damni. 362
Quattuor modi aſſignantur quibus variantur pretia iuſta rerum vendendarum, vel emendarum. ibid.
Venditor nõ poteſt ducere in pretium commodum, quod recipit emptor de re a ſe empta. ibid.
Negotiatores decipiendo ſe ſeipſos in emendo vel vendendo peccant, & ad reſtitutionem tenentur. 363
Deceptio in emptione, & venditione in foro cõſcientiæ, etiam citra dimidium, obligat ad reſtitutionẽ, in foro fori non. ibid.
Lex quæ dicit emptori, & venditori licere ſe decipere, eſt permiſſiua, & non præceptiua, vel directiua. 364
Contractus emptionis, & vẽditionis vltra dimidium iuſti precij, aliquando obligat ad reſtitutionem, aliquando non. ibid.
Emptio vel venditio (vltra iuſtum pretium) ex ignorantia praua, obligat ad reſtitutionem, & dat actionem decepto. ibid.
Contractus emptionis, ex mala fide, eſt inualidus, niſi pars læſa, ſciuerit errorem antequam contraheret. ibid.
Contractus emptionis, & venditionis, niſi ſit coactus, licet fiat ex neceſſitate tenet in foro vtroque. 365
Dantur aliqui contractus validi ſed iniqui, & vſurarij.
Læſio, data mala fide in emptione vel venditione, nõ obligat ad reſtitutionem, ante iudicis ſententiam. ibidem.
Emens, vel vendens rem vltra vel citra dimidium iuſti pretij tenetur ad reſtitutionem, ſaltem in foro conſcientiæ. ibid.
Receptio, citra dimidium iuſti pretij, in emptione, vel venditione non punitur iure fori, bene autem iure poli. ibid.
Alia eſt obligatio reſtitutionis iniuſti pretij in emptione, & venditione, a reſtitutione quæ debetur lucri ex ludo. 366
Venditor ſciens, quod emptor ſit abuſurus re quam emit, non peccat regulariter contra iuſtitiam, bene contra charitatem proximi vendendi illã. ibid.
Licet emere pagas acerbas, pretio moderato iuxta cõditionem, & periculum rei. 371
Emens pagas acerbas, pretio iniuſto iniquè operatur, & ad reſtitutionem tenetur. 372
Probabilis ſententia eſt, quod tempore etiam Magiſtri Dominici a Soto illa emptio lanarum anticipata, pro minori pretio eſſet vſuraria. ibid.
Emptio lanarum, anticipata pecunia, viliori precio quam valet vſuraria, & iniqua eſt. ibid.
Emere lanas, anticipata pecunia, minori pretio quo valent, quando emantur, vel quando traduntur vſurarium eſt. 373
Manifeſtatur cauillatio mercatorum ementium lanas, viliori precio quam vellent dum recipiunt illas. ibid.
Contractus emptionis, & venditionis, viliori pretio, anticipata pecunia, quam expectata vſuratius eſt. ibidem.
Emere copiam mercium ad ornamentum pertinentium in negotiando licet, quo ad cibaria, non, niſi poſtquam particulares emerunt ſibi neceſſaria. ibidem.
Emere copiam mercium, vt venundantur in tempore, cum aliquo mediocri, lucro licitum eſt. 374
Aſſignantur tres caſus in quibus licet, vilius emere & carius vendere rem, quam valet. ibid.
Triplex defectus reddit illicitam emptionem, & venditionem, defectus ſcilicet in ſubſtantia, in quantitate, & in qualitate. 379
Emens rem ſanam pro defectuoſa, in ſubſtantia vel quantitate, aut qualitate (ſcienter) peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. ibid.

Digitized by Google

Emens rem ſanam pro defectuoſa ignoranter non peccat ad reſtitutionem tamen tenetur. ibid.
Emptor, & venditor notitiam debet habere de rebus venalibus, in ordine ad vſum illarum, 380
Emptor non tenetur manifeſtare venditoribus, copiã emptorum talium mercium adeſſe de propinquo licet de hoc ſit certus. 384
In emptione, manifeſtanda eſt virtus rei, & venditionem vitium eius, ne altera pars ſit grauata. 385
Virtutem rei occultiſsimum, cognita tantum a peritiſsimo in arte, & non a peritis, emptor peritiſsimus non tenetur manifeſtare venditori. 385

Aeternum.

Duplex æternum, æternum ſimpliciter, & æternum numerum, ſcilicet tempus vitæ præſentis. 290
In numero æterno ſemper dolere debemus de peccato per contritionem remiſſa cum ſpe vitæ æternę. ibid.

Eucharistia.

Nullus poteſt accedere ad ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ exiſtens in mortali ſine confeſſione habita copia confeſſoris. 527
Vſus matrimonialis gratia procreandi, quod lis impedit ſumptionem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ex congruentia, non autem ex neceſſitate. 565
Solum peccatum mortale, & excommunicatio ex neceſsitate impedit ſumptionem Sanctiſsimæ Euchariſtiæ. ibid.
Semoto peccato, & excommunicatione per abſolutionem, non remanet ex neceſsitate impedimentum ſumptionis, Sanctiſsimæ Euchariſtiæ. ibid.
Magis indecens eſt accedere ad Sanctiſsimam Communionem poſt peccata carnis, quam poſt alia peccata. 566
Alia crimina in ſomnium non impediunt ſumptionẽ Sanctiſsimam Euchariſtiæ poſt pęnitentiam. Crimen carnis ſic. ibid.

Excommunicatio.

Omnis excommunicatus (etiam excommunicatione minori) eſt priuatus participatione ſacramentorũ paſſiue. 8
Exiſtens in excommunicatione, abſoluendo pęnitentem aliquando illum abſoluit, aliquando non, aliquando peccat mortaliter, aliquando non. ibid.
Excõmunicatus toleratus poteſt abſoluere ſubditos ſuos, ſi eſt requiſitus, nec peccat ſubditus quærens quod ſuum eſt. ibid.
Abſolutio ab excommunicatione poteſt eſſe conditionalis, de futuro, de præſenti, & de præterito. 9
Excommunicatus nullo modo admittendus eſt ad communionem, habens caſum reſeruatum ſemel amitti poteſt. 159
Abſolutio data ab aliquibus ſacerdotibus excommunicatis tenet ab alijs non tenet. Inducens ſacerdotem excommunicatum ad confitendum mortaliter peccat. 219
Nullus excommunicatus poteſt prius a peccatis abſolui, quam ab excommunicatione. 222
Excommunicatio pro furto, vel pro re minima non eſt ferenda, ſi res eſſet magni momenti poteſt. 415
Prælatus fulminans excommunicationem pro re parui momenti furata, peccat mortaliter. ibid.
Quando furtum eſt peccatum mortale, licet ſit in materia parua, excommunicatio lata contra illud tenet, & eſt timenda. ibid.
Prælati debent ſe abſtinere in præcipiendo aliquid ſub pęna excommunicationis. 416
Ad iuſtam cauſam excommunicationis non ſufficit peccatum mortale, ſed requiritur contumacia etiã furi, vel peccatoris. ibid.

F *Fama.*

Septupliciter quis infamare poteſt proximum ſuum quatuor modis directè, & tribus indirectè. 327
Detractor tribus modis ſeptem denigrat famam proximi ſui, & quaſi ſemper peccat mortaliter. ibid.
Tres excellentię ſapiens aſcribit famæ ſupra honore quantum ad primum, quantum ad ſuauitatem, & quantum ad duritionem. 335
Manifeſtare crimen occultum alicui ſine cauſa eſt diffamare illum. 389
Aliquæ perſonæ de facili infamantur, ex manifeſtatione delicti, aliquæ cum difficultate remanent infamatæ. ibid.
Aliqui per ſe infamant ſeipſum, vel proximum ſuum aliqui hoc faciunt per accidens primi peccant mortaliter, ſemper, ſecundi venialiter aliquando. ibid.
Manifeſtans crimen occultum de viſu abſque cauſa peccat mortaliter. Si hoc facit ex auditu, aliquando peccat venialiter. 389
Solus aſſertor delicti occulti de viſu, infamat proximum per ſe, aſſerentes hoc ex auditu, infamant proximum per accidens. 390
Qui tollunt famam proximi per ſe ad reſtitutionem illius tenentur, qui tollunt illam per accidens, obligantur ad reſtitutionem damni dati. ibid.
Reducuntur ad concordiam Illuſtriſſimus Caietanus, & Magiſtri Dominicus Soto, & Bannenſis in ordine ad proximi diffamationem. ibid.
Reuelatio ex auditu magni criminis occulti ſi denigrat famam obligat ad reſtitutionem non ex iuſtitia, ſed ex charitate. ibid.
Aſſignatur modus reſtituẽdi famam ei contra quem quis locutus eſt ex auditu; vel ex leui ſuſpicione. ibidem.
Quicumque alteri famam ſubſtulit, ſcilicet ex intentione & per ſe, tenetur ex iuſtitia reſtituere illi famam ſuam. ibid.
Manifeſtans infamiam infamati in vno loco, in alio loco, aliquando peccat aliquando non, aliquando peccat mortaliter, aliquando non. 391
Homo non eſt Dominus ſuæ famę, neque poteſt diffamare ſeipſum. Et ſi hoc facit ad reſtitutionem tenetur. ibid.
Infamans ſeipſum etiam in tormentis, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. ibid.
Infamare totum corpus myſticum pro ſalute partis, non eſt minus peccatum, quam infamare proximum pro ſalute propria. 392
Homo abſolute non eſt Dominus ſuę famę, ſicut non eſt Dominus famæ proximi ſui. ibid.
Homo exponere poteſt diuitias pro tuitione vitę ſuę, non tamen poteſt hac de cauſa diffamare ſeipſum. 393
Subſtinere infamiam patienter meritorium eſt diffa-

mare

mare ſeipſum peccatum mortale eſt. ibid

Fama licet non ſit vita, eſt tamen id per quod vita hominis eſt bona,& digna honore. ibid.

Nauarrus ſequitur doctrinam Illuſtriſſimi Caietani, in materia de fama, ſcilicet, quod homo non ſit Dominus ſuæ famæ. ibid.

Fama eſt duplex perfecta,& imperfecta, de ſecunda fama homo eſt Dominus, de prima autem non Caietanus Illuſtriſs. loquitur de prima Sotus de ſecunda. 394

Peccat mortaliter diffamans ſeipſum in his quæ magni momēti ſunt,& ad reſtitutionē tenentur. ibid.

Mulier quæ pro honeſta habetur potius ſeruitutem cum fama bona, quam libertatem cum infamia eligere debet. ibid.

Motus iudicandi adulterium marito ne admittat famam excuſat vxorem a reſtitutione hæreditatis filiorum. ibid.

Sententia Bannenſis in ordine ad dominum propriæ famæ gloſſatur, in bono ſenſu admittitur, in malo impugnatur. ibid.

Infamare ſe & cooperare ad infamationem ſui imperfectam, poteſt eſſe officium virtutis, non autem in ordine ad famam perfectam. ibid.

In re Sotus, & Bannenſis coactè veniunt in ſententia Caietani licet verbis illum impugnant in ordine ad dominium famæ. 395

Diuina ſcriptura reprehendit hos homines, qui ſeipſos infamant, in rebus magni momenti. ibid.

Quilibet homo, in quocumque gradu exiſtens diffamando ſeipſum peccat mortaliter. ibid.

Ex D. Auguſtino, fama noſtra neceſſaria eſt alijs, ſicut nobis, neceſſaria eſt vita noſtra. 395

Sententia Soti in materia de diffamatione ſuiipſius, ducit ad multa inconuenientia. 396

Magiſter Dominicus a Soto, non poteſt bene gloſſare D. Auguſtinum, quando homo eſſet dominus ſuæ famæ. ibid.

Contemnenda eſt fama mundana,& honor huius ſeculi, ad ſeruiendum Deo. ibid.

Infamans ſeipſum iniuriam facit Deo, Eccleſiæ proximo ſuo, & ſibiipſi. 397

Infamans ſeipſum, in foro exteriori non facit iniuriā ſibiipſi, bene facit iniuriam, ſibi in foro cōſcientia.

Infamia perfecta eſt contra charitatem proximi, & contra charitatem ſuiipſius. ibid.

Fama mundana ſuperat bonum pecuniarum. Fama perfecta æquiparatur vitæ,& ſaluti propriæ. ibid.

Homo prudens non ſolum appetit vitam, ſed virtuoſam vitā, non tū vitam infamē, ſed virtuoſam. ibid.

Libertas pro auro totius mundi non poteſt vendi, nec fama quia precioſior eſt libertate. 398

Fama ablata ſatis fit pecunijs, quando recompenſatio fieri non poteſt. Et dantur illæ pro damno, & non pro fama ipſa. ibid.

Compenſare debemus famam mundanam, non tamen famam bonæ conſcientiæ,& virtutum. ibid.

Sufferre debemus infamationem tempore neceſſitatis. At infamare nos ipſos non poſſumus, primum eſt pati, ſecundum eſt agere. 399

Si famam perfectā defendere poſſumus tenemur illā defendere, ſub reatu mortali, aliter nō tenemur. ib.

Propter ſalutem ſpiritualem non licet infamare ſeipſum infamia perfecta, infamia imperfecta, aliquādo licet. ibid.

Pęnitentia publica in primitiua Eccleſia dabatur pro culpa publica, nec infamabat pęnitentem, quia iam infamauit ſeipſum. 400

Honorem & famam mundanam relinquere debemus, vt acquiramus honorē, & famā cęleſtē. ibid.

Sācti manifeſtādo delicta ſua, nō diffamabāt ſeipſos, ſed oſtendebant ſuas imperfectiones manifeſtādo illas in ordine ad virtutes, in illis repertas. ibid.

Aliquando Sancti damnādo errores, loquebantur in perſona peccatorum in quibus talia peccata repetiebantur vel ſi damnabant delicta propria, loquebantur de culpis manifeſtis, cum quibus ſcandalizauerunt proximos ſuos. ibid.

Poſſumus dicere quando aliquando Sancti, diuina inſpiratione moti) manifeſtabant culpas ſibi remiſſas, ad oſtēdendam miſericordiā Dei,&c. ibid.

Dei bonitatem, & prouocandum peccatores ad pęnitentiam iuſtus enim eſt accuſator ſuiipſius. Et hoc non eſt infamare ſe. ibid.

D. Ambroſ. ducendo publicas meretrices in domum ſuam non diffamauit ſeipſum, ſed fecit hoc, vt populus illum iudicaret indignum epiſcopatu, quē timebat acceptare propter ſui imperfectionē. 401

Inſtinctu Spiritus ſancti multi diffamauerunt ſe ſicut, & mutilarunt,& occiderunt, quod alio modo non licet. ibid.

Manifeſtare proprium delictum etiam occultum ad capiendū cōſilium nō eſt diſfamare ſeipſum. ibid.

Non eſt officium virtutis permittere ſe infamari pro amico, nec licet in tali caſu condere ſui iuri. ibid.

Manifeſtans delictum ſuum occultum, in iudicio interrogatus iniudice a Iudice, nō diffamat ſeipſum. Si autem iniuſtè eſſet interrogatus dicendo, veritatem non diffamat ſeipſum in foro conſcientiæ, in foro iudiciali ſic. ibid.

Diffamare ſeipſum eſt mēdacium pernitioſum quod eſt contra Deū, contra Eccleſiam contra Rēpubl. contra ſeipſum, contra propriam familiā,&c. 402

Nō licet imponere ſibi crimē nec infamare ſeipſū ad ſaluandā vitā proprij patris dānati ad mortē. ibid.

Filius.

Filius non poteſt reddere æquiualēns Patri, Nec creatori, ergo neque pater debitor eſt filio, neque Deus creaturæ. 497

Fugere.

Non licet captiuis fugere Dominos ſuos, ſi illis dederunt fidem de non fugiendo. 67

Seruis emptis in bello iuſto licet fugere dn̄s ſuos. ibi.

Quando fuga affert ignominiam homo non tenetur fugere aggreſſorem, quando non affert ignominia fugere debet. 453

Religioſi & debiles ſemper tenentur fugere aggreſſorem, vel ſe defendere ſine armis. 454

Furtum.

Aſſignantur diuerſa acceptio huius nominis fur. 402

Furtum per ſe formaliter ex ſui natura eſt occulta acceptio rei alienę inuito Domino. 403

Tria ſunt de ratione furti iniuſtitia res aliena externa occulte retenta. ibid.

Non eſt furtũ proprie accipere vxorem, vel filiã alienã, accipere ſeruum ſit, extra vſum venereũ. ibid.

Acceptio paruæ rei ab vxore vel filiæ in domo patris non reputatur furtum. In ordine ad ſeruũ ſic. ibid.

Sub iniuſta acceptione, ideſt ſub furto intelligitur etiam iniuſta detentio rei alienæ. 404

Detentio rei alienæ, cum propoſito detinendi illam, eſt peccatum diſtinctum a furto aggrauans illud, obligans ad reſtitutionem. ibid.

Detinens rem alienam (inuicto domino) ex tribus peccare poteſt peccato furti mortaliter. ibid.

Detẽtor rei alienæ ſocietatis peccat mortaliter quotiens reuocat conſenſus retinendi illã, vt ens illa totiens peccat mortaliter, quotiens vtitur illa, ſi vſus illius ſit precio æſtimabilis, & eſt fur. ibid.

Occulta acceptio rei alienæ ſeruatæ apud tertiam perſonam eſt furtum, quoniam eſt contra voluntatem cuſtodis rei. ibid.

Accipere rem furatam occultè (etiam cum te furata ſit propria) poteſt eſſe peccatum mortale. ibid.

Accipere rem ſuam de manu furi ſtatim, quo ad modum eſt rapina, non autem quo ad rem, quia accipit rem ſuam. 405

Accipere rem ſuam occultè ſtat dupliciter cum animo damnificandi proximum ſic eſt furtum, & ſine tali animo, ſic non eſt furtum. ibid.

Accipiens rem ſuam non ſeruato, debito modo peccat, ſed ad reſtitutionem illius non tenetur. ibid.

Occultatio peccati, vt iuſtius quis peccat conſtituit ſpeciem peccati, ſcilicet furti vt diſtinguitur a rapina, &c. ibid.

Furtum ſemper eſt peccatum, quia opponitur iuſtitiæ. Et in eo includuntur dolus & fraus. ibid.

Retinere rem inuẽtam (omnino derelicta) non eſt furtum. Si omnino non eſt derelicta eſt furtũ. 406

Si quis inuenerit rem aliquam quam de propinquo fuerit alicuius animo reſtituendi non committit furtum ſi illam retinet animo non reſtituendi illam vero Domino furtum committit. ibid.

Non committit furtum qui accipit rem etiam cum animo non reſtituendi illam, quando ſit omnino pro derelicta. ibid.

Qui retinet rem alienam inuentam quæ pro derelicta non habetur eſt fur. ibid.

Non eſt furtũ detinere rem inuentam qñ Dñs illius non inueniatur facta debita inquiſitione. 409

Homo peccat accipiendo occultè rem ſuã ab iniquo poſſeſſore, quando iuridice poteſt illam habere, non tamen eſt fur. 410

Non eſt fur nec peccat, qui occultè accipit rem ſuam, quando alia via iuſtè illam habere non poteſt, nõ tenetur tam ad reſtitutionem illius rei, illæ qui iniuſte illam detinebat. ibid.

Si non adeſſet ſcandalum homo poſſet recuperare, rẽ ſibi furatã, occultè ſi adeſſet ſcandalũ non. 411

Accipere rem alienam authoritate propria eſt furtũ. Modo eſt furtũ, qñ hoc fit authoritate publica. ib.

Filij Iſdraeli non fuerunt furi accipiendo occulte ſpolia & vaſa Aegyptiorũ, qm̃ hoc illi præcepit Deus.

Furtum, de genere ſuo eſt peccatum mortale, ex paruitate materiæ eſſe veniale poteſt. Et in tempore neceſſitatis non eſt peccatum. ibid.

Fures incorrigibiles rerum magnarum ſunt occidendi, poteſtate publica, alij ſunt puniendi, alia via. 412

Tempore hebreorum fures non puniebantur pena capitali, quia multum timebant opprobrium. Modo occiduntur quia temerarij ſunt. ibid.

Pro minimo furto, non eſt interficiendus fur, pro maximo autem ſic. ibid.

Furtum rei minime, ſi non adeſt animus nocẽdi proximo poteſt eſſe abſque peccato mortali. 413

Furtum rei minime de ſua natura eſt peccatum veniale. ibid.

Furtum ex parte intentione furi, licet ſit rei paruæ, poteſt eſſe peccatum veniale, & peccatum mortale. ibid.

Furtum rei minime, poteſt eſſe peccatum mortale, non ſolum ex parte furi, ſed ex parte eius, cui furatur. ibid.

Materia grauis & leuis in furto conſideratur dupliciter abſolute, & reſpectiue in vtroque caſu furtũ poteſt eſſe mortale, & veniale. ibid.

Furtum catenus eſt peccatum mortale, quatenus infert multum nocumentum proximo in bonis temporalibus. 414

Qui furatur ſcuta centum Regis, magis peccat abſoluto, quam illæ qui furatur paupercula ſolidum vnum reſpectiue autem non. ibid.

Illæ qui furatur paupercula indigentis peccat peccato furti, peccato crudelitatis, & impietatis. ibid.

Furtum minimum ſi multiplicatur, ex mala conſuetudine, de veniali fit mortale, contra bonum publicum. ibid.

Furtum paruum ex repetitione fit magnũ, & vltimũ, virtute præcedentium fit peccatum mortale. ibi.

Multa furta parua facta ab eodem in ordine ad vnũ, vel ad multos conſtituunt materiam magnam in furto, & peccatum mortale. ibid.

Ad hoc quod furtum ſit peccatum mortale non ſolum requiritur, quod ſit in materia magna, ſed quod factum ſit inuito Domino. ibid.

Furtum quod eſt peccatum veniale in ordine ad filium, vel ad vxorem, poterit eſſe mortale in ordine ad ſeruum, &c. 415

Aliquod furtum filii quod eſt peccatum mortale, cũ ſit ordinatum ad malum finem, nõ obligat filium ad reſtitutionem, &c. ibid.

Furtũ in materia graui ordinatur in detrimentũ Dñi, quod non fit, quando eſt in materia parua. ibid.

Excommunicatio pro furto, vel pro re deperdita, nõ eſt danda, niſi ſit res magni momenti. ibid.

Prælatus fulminans excõicationem pro re parui momenti furata peccat mortaliter. ibid.

Quando furtum eſt peccatum mortale (licet ſit in materia parua) excõicatio tenet, & eſt timẽda. ibi.

Furtum eſt minimum inter peccata mortalia, loquendo per ſe, per accidens tamẽ põt eſſe magnũ. 416

Sapiens dicit furtum eſſe leuem culpam, in comparatione ad homicidiũ, q eſt maximũ peccatũ. ibi.

In tẽpore neceſſitatis furtũ eſt licitũ, i. licitũ eſt accipere rẽ vbicũq; p ſuis neceſſitatib. occurrẽdis. ib.

Accipere rẽ alienã occultè, tẽpore neceſſitatis non eſt furtum, cũ in tali caſu, omnia ſint communia. 417

Appro-

Appropinquanti periculo mortis licet furari, ſique peccato. 418

Qui furatur, vt nobiliter viuat ad reſtitutionem tenetur. Illi aſſignatur pœnitentia ab Eccleſia. ibid.

Propriè loquendo Deus in furto diſpenſare non poteſt, quia furtum intrinſicè, eſt malum. ibid.

Licet furari ſiue accipere rem alienam ad ſubueniendum proximo in maxima neceſſitate poſito. 418

Princeps condere poteſt leges contra fures, illoſque occidere pro pace, & tranquillitate Reipublicæ. 422

Non licet occidere furem quamquam (priuata authoritate) niſi habeatur pro latrone qui ad occidendum venerit.

Licet occidere furem vt inuaſorem, vel aſſaſſinum viatorum, vel depopulatorum nocturnum agrorum. 427

Fur non eſt occidendus a priuata perſona, ſi facit officium latronis occidi poteſt. ibid.

Fur ſi offendit dominum rei, quando offenſa eſt maxima, poteſt occidi. ibid.

A perſona priuata licet accipere furtum de manu furi, dum illud manu tenet, ac dimiſſo furto iudex hoc facere debet. 449

Furtum, & rapina inter ſe differunt ſpecie. 567

Gener.

Gener poteſt vti fructibus rei ſibi hypotecatæ non computando fructus illius hoc facere non poteſt liuellarius. 481

Gladius.

Manifeſtatur vera intelligentia dicti illius Domini, qui accepit gladium, gladio peribit. 302

Omnis qui accipit gladium propria authoritate, gladio peribit. 424

Gratia.

Vltimam diſpoſitionem ad gratiam nullus habere poteſt, ſine ſpeciali auxilio Dei. 571

Tripliciter diſpoſitio ad gratiã differt ab ornatu. 514

Hæreticus.

Hæreticus mentalis, dicens oppoſitum, quod habet in mente, non eſt excommunicatus. 462

Hoſtis.

Non poteſt miles, vt hoſtem præcipitare, ſeipſum cum illo præcipitare, poteſt tamen conſtituere ſi in periculo, vt ab alio præcipitaretur. 436

Homicidium.

Homicidium ſumitur dupliciter, primo ſtricte pro iniuſta occiſione, ſecundo large, pro quacumque occiſionis hominis. 418

Homicidium ſecundo modo ſumpto, ſumitur quadrupliciter. ibid.

Homicidium improprie ſumptum, vel large ſumptum pro quacumque iuſta occiſione hominis, nõ eſt peccatum. 419

Homicidium procedens ex iuſta cauſa, quacunque iuſta occiſione hominis, non eſt peccatum. ibidem.

Iudex interficiens impium, ordine iuſtitiæ ſeruato, meretur nec eſt homicida proprie, non ſeruato talordine peccat mortaliter. ibid.

Homicidium improprie dictum eſt ſine culpa, puta homicidium caſuale proueniens omnino præter intentionem. ibid.

Homicidium perpetratum in iuſto bello non eſt peccatum, etiam quod occidatur inimicus, dum non faciat hoc ex odio, &c. ibid.

Homicidium factum ex ordine Dei præcipientis nõ eſt homicidiũ, neque eſt peccatum neque contra præceptum Dei eſt. ibid.

Non fuit homicida Abraham licet vellet, occidere Iſaac filium ſuum. ibid.

Homicidium proprie ſumptum eſt grauiſſimũ peccatum, a Deo, ab Eccleſia, & a quacunque legem punitum acerbiſſime. ibid.

Septem maximis pœnis Caym fuit punitus a Deo propter homicidium Abelis fratris ſui. ibid.

Homicidiarijs aſſignatæ ſunt ſeptem pœnæ a Deo in diuina ſcriptura. 420

Variæ pœnæ aſſignantur ab Eccleſia Homicidæ. Forum ſeculare illos gladio punit. ibid.

Homicidæ manifeſto aſſignatur in foro Eccleſiæ pœnitentia publica. Occulto penitentia ſecreta varia pro qualitate criminis. ibid.

In ordine ad eos qui occiſi ſunt contra iuſtitiam. ibid.

Homicida eſt Diabolo ſimilis, & in occidẽdo, facit iniuriam Deo Angelo, & proximo ſuo. ibid.

Inter omnia peccata mortalia homicidium peccatum mortaliſſimum eſt. ibid.

Occidendi ſunt mali pernicioſi quando ſalus bonorum hoc exigit homicidium illorum ex ordine legium habetur. ibid.

Differentia non parua repetitur inter occiſionem hominis, & homicidium apud rectè intelligentes. 421

Prohibitum eſt clericis interficere malefactores non de iure naturæ, non de iure diuino ſed de iure Eccleſiaſtico. 428

Apoſtolus Paulus prohibet clericis iniquam perſecutionem, non autem homicidium iuridicè factum. ibid.

Non licet cõmittere homicidium propter quodcunque ſcandalum euitandum, vel ad occultandum malum proprium vel alienum. 443

Omnes concurrentes ad procurandum abbortum, dicuntur homicidæ. ibid.

Occidens inuaſorem peccat peccato homicidij, ſi immoderate ſe defendit, vel ſi intendit occidere illum. 445

Preuenire inuaſorem volentem illum occidere verè peccat peccato homicidij, vt Adultera occidens virum eſt homicida. 449

Confeſſarij caute procedant in iudicando de qualitate homicidij, etiam ſi ſint, ſine culpa. 455

Homicidium caſuale dicitur prout ab homicidio voluntario diſtinguitur ſecundum modum loquendi iuris. 456

Non eſſe homicidium preuiſum fore ſequuturum, ſuppoſita aliqua ommiſſionem dicitur caſuale, vel voluntarium. ibid.

Digitized by Google

Nullum homicidium caſuale, vt caſuale eſt, poteſt eſſe peccatum, peccatũ eſſe poteſt quatenus habet annexum aliquid voluntarium. 456
Dans operam rei licitæ, recta intentione non nocendi aliquem, ſi ex illa ſequatur homicidium non incurrit reatum illius. ibid.
Dans operam rei illicitæ (non habens debitam diligentiam) ſi accidit homicidium talis eſt reus homicidij. ibid.
Tres ſunt conditiones communes homicidij caſualis, dantis operam rei licitæ & rei illicitæ. Et aliæ ſunt propriæ vtriuſque. ibid.
Homicidium caſuale nõ debet eſſe voluntarium indirectè reſpectu illius, qui tenebatur illud prohibere, & euitare. 457
Dans operam rei illicitæ ex qua ſequitur homicidiũ, efficitur irregularis, licet aliquando tamen venialiter peccaro. ibid.
Opus rei illicitæ ſi de ſui natura eſt ordinatum ad homicidium, ſi ſequatur homicidium inducit irregularitatem, ſi non eſt ordinatum ad homicidium non inducit illam. 458
Quando homicidium non eſt ſequens ex illicita actione, & nullo modo eſt volitum, ex illo homicida non fit irregularis. ibid.
Si actio illicita de ſuo genere eſt ordinata ad homicidium. Clericus faciens illum efficitur irregularis ſi ſequitur. ibid.
Quando vulnus lethale eſt (ſi ſequatur mors) etiam ex negligentia medicorum vel infirmi, vulnerans eſt homicida & irregularis. 459
Quando vulnus non eſt lethale, vulnerans non eſt homicida, neque irregularis, etiam quod vulneratus moriatur. ibid.
Duplex eſt cauſa homicidij per ſe & per accidens, proxima & remota. ibid.
Ille qui eſt cauſa proxima homicidij eſt irregularis, non autem ille qui eſt cauſa remota. ibid.
Aſſignantur multa capitula quæ oſtendunt qui nã ſunt illi qui incurrunt irregularitatem propter homicidium, vel mortem vulnerati. ibid.
Homicida intentionalis non eſt irregularis, etiam quod denuntiatio in cauſa ſanguinis cum proteſtatione neceſſaria ſit facta non ſit. 462
Vir percutiens mulierem prægnantem pugno, & ſequitur mors pueris vel matris efficitur irregularis & homicida. 470
Aſſignantur variæ pęnæ homicidæ caſuali, vel quia dat operam rei illicitæ, vel quia non adhibet debitam diligentiam infirmi. ibid.

I *Infernus.*

Licet in inferno non augmẽtatur culpa, pęnæ autem augeri poſſunt, ex damno relicto in mundo. 276
In inferno reperiuntur tria. Pęna damni, pęna ſenſus & æternitas pęnæ conformiter ad tria quæ ſunt in peccato. 298
Bona facta extra charitatem non tollunt pęnas inferni, quas iam meruerat ipſe peccator. 588
Bona moralia triplici de cauſa mitigat pęnas inferni futuras. Et ad bona temporalia diſponunt, & euitate faciunt multa pericula. 588

Infideles.

Infideles ſunt in triplici differẽtia, quidam ſunt ſubditi Chriſtianis de iure, & de facto, quidam de iure & non de facto. Quidam nõ ſunt ſubditi, nec de iure, nec de facto. 570

Ignorantia.

Ignorantia iuris non excuſat a peccato, bene excuſare poteſt ignorantia facti. 227
Ignorantia aliquando, non excuſat a peccato, aliquã do excuſat a toto aliquando a parte. 281

Inimici.

Aliquando ratione euitandi ſcandali homo tenetur oſtendere ſigna particularia amicitiæ inimico. 347
Salutationes inimicorũ non ſunt dimittendæ, ſi adeſt ſpes reconciliationis. ibid.
Tenetur homo, reſalutare inimicum, dum eum ſalutat aliter peccat mortaliter, non tamen tenetur conuerſare familiariter. ibid.
Inimicus non poteſt priuari a beneficio publico, niſi in aliquo caſu particulari. ibid.
Inimico petenti ueniam eſt relaxanda iniuria ſub reatu mortali. Si vltra hoc relaxatur pęna taxata bonum eſt. ibid.
Ex iuſtitia (vt ſcio non tenetur homo) dimittere pęnas pecuniarias aut membrorum inimico. Ex charitate aliquando ſic. ibid.
Error Græcorum dicentium non eſſe neceſſarium oſtẽdere ſigna dilectionis inimicis, imò debemus illos decipere fallacijs, & penurijs. 348
Diligere inimicos eſt opus dignũ & laudabile, apud Deum & homines. ibid.

Innocens.

Duplex innocens in facto & in iure, vel in iure & non in facto. In facto & non in iure. 438
Innocens ex charitate pro liberatione patriæ poteſt exponere membrum & vitam tyranno. Ex iuſtitia non. 441
Perſona publica tenetur liberare innocentem armis cum periculo vitæ. Priuatus cum periculo vitę ad hoc non tenetur. 443
Per defenſione innocentis non licet occidere ſeipſum per ſe, per accidens poteſt exponi vita tali periculo. ibid.
Deus vt Auctor vitæ poteſt præcipere occiſionem Innocentis, & occidens illum ex ordine Dei non peccaret. 444
Occidens innocentem quattuplici de cauſa magis peccat, quem occidens impium. ibid.
Iudex diligenter quærere debet modũ liberandi innocentem a falſis teſtibus, pro nocente probato. At ſi hoc inuenire non poteſt non peccat iudicando eum, ſecundum allegata, & probata. ibidem.

Irregularitas.

Prælatus mendicantium poteſt diſpenſare in omni irregularitate, acceptis in bigamia, & homicidio voluntario. 73
Clerici qui pugnant, etiam quando tenentur pugnare fiunt irregulares ſi occidant vel mutilant, niſi in ſui defenſione. 74

Ex

Ex mutilatione & occiſione, incurritur irregularitas ſemper, niſi quãdo fit in defenſione propriè perſonæ moderate. 75
Omnes miniſtri in cauſa ſanguinis ſunt irregulares, etiam ſi non peccant procedendo in iudicem. 429
Prælati non incurrunt irregularitatem committendo cauſam ſanguinis Iudicibus ſuis. Neque Inquiſitores relaxando reos ſanguine, brachio ſeculeri. 430
Tempore D. Thom. occidens inuaſorem etiam adhibita debite cautela efficiebatur irregularis. 454
Clericus occidens inueſorem, quando poteſt ſugere periculum, alia via, & non fugit illud, efficitur irregularis. ibid.
Clericus ſeruiens infirmis, ſi, adhibita debita diligẽtia, voluat illum, in extremis etiam, & dato quod illi accelleretur mors, talis clericus non efficitur irregularis. 457
Dans operam rei illicitæ, ex qua ſequitur homicidiũ, efficitur irregularis, licet aliquando peccat tãtum venialiter. ibid.
Occiſores infantes dormientes cum illis in lecto peccant mortaliter, & efficiuntur irregulares. ibidem.
Opus rei illicitæ ſi de ſui natura eſt ordinatum ad homicidium inducit irregularitatem, ſi non eſt ordinatum ad homicidium non inducit irregularitatem illam. 458
Quando homicidium ſequens ex illicita actione, nullo modo eſt volita, ex illo homicida non fit irreguleris. ibid.
Ad hoc quod ex actione illicita, ex qua ſequitur homicidium incurratur irregularitas oportet quod actio illa ex ſuo genere eſſe ſoleat cauſa homicidij. ibid.
Clericus occidens caſualiter aliquem in venatione periculoſa non fit irregularis. In periculoſa autem ſic. ibid.
Quando vulnus lethale eſt, ſi ſequetur mors, etiam ex negligentia medicorum, vel infirmi, vulnerans eſt homicida, & irregularis. 459
Quando vulnus non eſt lethalis vulnerans non eſt homicide, neque irregularis, etiam quod vulneratus morietur. ibid.
Ille qui eſt cauſe proxima homicidij eſt irregularis, non autem qui eſt cauſa remote. ibid.
Aſſignantur multa capitula quę oſtendunt qui nam ſunt illi qui incurrunt irregularitatẽ propter mortem vulnerati. ibid.
Clericus chirurgus non efficitur irregularis ſi diligenter gratia pietatis & non lucri, medetur, aliter ſic. 460
Irregularitas eſt impedimentum, iure poſitiuo introductum, ad ſuſcipiendos ordines vel exercendos illos. ibid.
Dubius de irregularitate (in conſcientia) eſt declarandus irregularis in foro exteriori, non ex parte iuris, ſed ex parte facti. ibid.
In æquali dubio de irregularitate, vel excommunicatione pars illa eligenda eſt, in qua eſt minus de periculo. ibid.
Non datur neque eſt dabilis irregularitas, purè mentalis, neque irregularis pure mentalis. ibid.
Irregularitas bigamiæ habet ortum ex natura rei. ſ. ex diuiſione carnis cum pluribus vxoribus, tamen formale tamen habet a legem Eccleſieſtica, quæ prohibet bigemos promoueri ad ordines ſecros. 460
Per baptiſmum tollitur irregularitas homicidij, non autem irregularitas bigamiæ. 461
Occidens aliquem in ſuæ vitæ defenſione non eſt irregularis, bene autem ſi occidit in defenſione vitæ alterius. ibid.
In tribus caſibus poteſt denuntiari quiſque in cauſe ſanguinis, in duobus illorum denuntians efficitur irregularis. ibid.
Homo poteſt incurrere in irregularitatẽ in foro Eccleſiæ, ſine culpa, prout eſt impedimentum ordinum ſacrorum. ibid.
Denuntians in cauſa ſenguinis cum debita proteſtatione, non incurrit in irregularitatem. ibid.
Contra homicidem intentionalem tantum non eſt poſita irregularitatis pęna. ibid.
Laicus, & Clericus in cauſe ſanguinis ſi denuntiat cum proteſtatione debita, non eſt irregularis. 462
Denuntians in cauſe ſanguinis cum debite proteſtatione pro ſe vel pro alio non efficitur irregularis. ibidem.
Doctor docens ſpeculatiuè tele eſſe occidendum nõ eſt irregularis, bene autem ſi doceat praticè. ibid.
Doctor autem & Predicator requiſitus a Iudice in cauſe ſanguinis, debet tantum manifeſtare veritatem iuris, non tamen conſulere mortem rei, aliter eſſet irreguleris. ibid.
Confeſſarius in actu confeſſionis conſulere poteſt in cauſa ſanguinis, ſine eo quod efficiatur irregularis. 463
Inquiſitores non maneant irregulares, tradendo hæreticos brachio ſeculari, quod & dicitur de Epiſcopis. ibid.
Clerici & Religioſi conſiliantes in bello iniuſto, ſi adeſt occiſio hoſtium ſunt irregulares. ibid.
Clericus & Religioſus, conſilians in bello iuſto prudenter non irregularis efficitur. ibid.
In bello offenſiuo, & defenſiuo iuſto clericus conſulans non fit irregularis. ibid.
Clericus cõſilians in bello iniuſto eſt irregularis quãdo ſequitur occiſio ex manu clerici, extra caſum defenſionis proprie vitæ. ibid.
Occiſio facta proprijs manibus, in iuſto bello, niſi pro defenſione debita propriæ vitæ reddit religioſum irreguleſrem. 464
Conſulentes in bello iniuſto Clerici ſunt irregulares, quia non gaudent priuilegia iuris. ibid.
Clerici miniſtrantes arma in bello iuſto non efficiuntur irregulares, quia iſti non intendunt homicidium, ſed defenſionem patriæ. ibid.
Iudex & Princeps non defendens innocentem ſi occiditur ab inueſore, efficitur irregularis, etiam in caſu accidentali. ibid.
Medicus & cuſtos infirmi, quando culpa, vel ſua negligentia moritur infirmus, efficitur irregularis. ibid.

Digitized by Google

Seruus non defendens dominum ſuum in caſu mortis eſt irregularis. 465

Parentes, & conſanguinei non defendentes ſe adinuicem in cauſa mortis non ſunt irregulares, peccant tamen mortaliter, ibid.

Impedientes alium ne defendant ſeipſum, vel proximum ſuum (ſi ſequatur mors) remanet irregularis. ibid.

Ratio quare parentes, & conſanguinei non defendendos ſuos non ſunt irregulares eſt, quia obligatio illorum non eſt in ordine ad iuſtitiam. ibid.

Qui nouit aliquos tractare de occidendo inimicum, ſi nõ impedit (modo ſibi poſſibili) irregularis eſt, ſi mors ſequatur. ibid.

In aliquibus caſibus non defendens proximum ſuũ, (etiam ſecuta occiſione) non eſt irregularis, licet peccat contra charitatem. ibid.

Quiſquis tenetur defendere clericum oppreſſum, ſub pęna excommunicationis, & ſub pęna irregularitatis. ibid.

Irregularitas quandoque incurritur ex actu bono, & iuſto, quandoque ex peccato veniali, aliquando ex peccato mortali. 466

Coram Deo non incurritur irregularitas culpabilis, ſi actio non eſt ſimpliciter deliberata, bene incurritur in foro Eccleſiæ. ibid.

Duplex peccatum veniale indeliberatum, & voluntarium, non per primum, ſed per ſecundum incurrit quis in irregularitatem. ibid.

Aliqui in foro Eccleſiæ iudicantur irregulares qui in foro conſcientiæ non ſunt tales. ibid.

Irregulares in foro Eccleſia debent ſe gerere vt irregulares, ſicut excommunicati in foro Eccleſiæ, licet non ſint tales in conſcientia. ibid.

Mutilans ſeu ſcindens membrum corporis humani ſui, vel alterius efficitur irregularis. 467

Homo per amputationem membrorum, non multo neceſſariorum, ad vſum humanum, non efficitur irregularis, licet mortaliter petet. ibid.

Mutilans membrum perfectum corporis humani efficitur irregularis, vt accidit in homicidio. 468

Mutilans & homicida in ordine ad irregularitatem de pari iudicantur quo ad alias pęnas grauius punitur homicida. ibid.

Duplex irregularitas, prima eſt contracta ſine culpa, Secunda contrahitur cum culpa, Secunda eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſecunda non. ibid.

Homicida, & mutilans voluntariè eſt irregularis. Si hoc factum eſt non voluntariè, non eſt homicida. ibidem.

Vbi in Bullis conceditur confeſſarijs authoritas abſoluendi a cenſuris intelligitur authoritas illa eſſe conceſſa, abſoluendi ab irregularitate contracta propter culpam. 469

Summus Pontifex tantum diſpenſare poteſt ab irregularitate proueniente, ex homicidio voluntario, etiam iuſto. ibid.

Nullus epiſcopus habens authoritatem diſpenſandi, ab irregularitate contracta ex homicidio occulto per reſpectum ad ordines ſacros, & ad beneficium Eccleſiaſticum, bene autem in ordine ad culpam, illam habere poteſt. ibid.

Irregularitas poteſt dupliciter diſpenſari, ſ. in foro conſcientiæ, & in foro exteriori. ibid.

Lamech occidẽdo Cain effectus fuit irregularis, quia non adhibuit diligentiam debitam. ibid.

Vir percutiens mulierem pregnantem pugna ſi mors ſequatur infantis vel mulieris eſt irregularis, & homicida. 470

Nullus condemnatur ſententia irregularitatis, niſi qui ex negligentia vel qui dat operam rei illicitæ occidit. ibid.

Inſtrumentum.

Oſtenditur illa quæ concurrunt ad hoc quod aliquid ſit inſtrumentum in aliqua actione. 297

Iudex.

Iudex procedens ex ſuſpicione ad condemnandum, peccat mortaliter, 473

Iudex non poteſt ad ſententiam diffinitiuam deuenire, ante veram & iuſtam probationẽ facti, ibid.

Iudex per teſtes iuratos poteſt venire in cognitionem veritatis, & etiam per aliqua ſigna. 474

Quando iudex per indicia venit in cognitionem veritatis poteſt præſtare beneficium patienti, non tamen condemnare delinquentem. 475

Iudex inferior nõ poteſt omnino relaxare penas reo, licet ad inſtantiam læſi poſſit illa diminuere. 502

Iudex ſupremus poteſt relaxare pęnam reo, etiam totum contra voluntatem offenſi (ſi bono communi videtur expedire.) ibid.

Regulariter iudex etiam ſupremus non poteſt relaxare omnino pęnam debitam reo, etiam parte læſa petente. ibid.

Homo vt iudex nõ poteſt dimittere omnem pęnam, vt perſona priuata hoc multoties facere poteſt. 502

Iudicium.

Iudicium humanum in puniendo reſpicit bonum publicum, etiam cum detrimento boni priuati. 423

Iudicium importat determinationem rectam iuſtorum, & ſumitur large, & ſtricte. 470

Iudicium tripliciter redditur vitioſum primo ex parte poteſtatis iudicis, Secundo ex modo procedendi, Tertio ex leuibus iudicando. 471

Quatuor ſunt gradus iudicij temerarij, ſeu ſuſpicionis a quibus elicitur iudicium temerarium. ibid.

Iudicium temerarium, idem eſt quod iudicium incõſultè conceptum, abſque legitima cauſa. ibid.

Ex leuibus maliciam alterius pro certo extimare peccatum mortale eſt, & iudicium temerarium. 472.

Tria requiruntur ad hoc vt iudicium temerarium, ſit peccatum mortale. 473

Suſpicio pertingens ad iudicium temerarium eſt de ſuo genere mortale peccatum, contra proximum ſuum. 474

Iudicium temerarium eſt peccatum mortale, non quia eſt prohibitum, ſed quia eſt malum de ſe, & eſt cauſa multorum malorum. ibid.

Iudicium ſuſpitionis exiens ad extra vtique peccatum mortale eſt. Si manet ad intra ſimiliter eſt mortale, ſi eſt de re graui. 475

Iudicium temerarium de re minima, culpa venialis eſt, ſi eſt de re magna mortalis culpa eſt. ibid.

Iudicium

Iudicium temerarium interius, reducitur ad exterius ſicut homicidium interius ad exterius ordinatur. 476

Iuſtificatio.

Iuſtificatio impij ex parte termini fit in inſtanti ex parte principij fit in tempore. 28?

Iuſtum.

Inter Deum & hominem non datur iuſtum, niſi ſecundum quid, quod ſe tenet ex parte acceptationis Dei, Deo non poſſumus reddere æquiualens. 543

L *Lectum.*

In ſacris Canonibus præcipitur parentibus ne retineāt infantes apud ſe in lecto, ſub mortali peccato. 457

Lex.

Neceſſitas excuſat ab obſeruatione legis humanæ, non autem ab obſeruatione legis diuinæ. 198

Lex diuina obligat etiam tempore neceſſitatis, cum periculo propriæ vitæ. 199

Aſſignatur differentia inter legem præceptoriam, ſeu directiuam, & legem permiſſoriam. 364

Lex quæ dicit licere emptori, & venditori, ſe decipere, non eſt præceptiua, ſed permiſſiua. 364

In lege humana multa mala impunita relinquuntur, quod non fit in lege diuina. 483

Libellum famoſus.

Author libelli infamatorij duplici peccato peccat peccato iniuſtitiæ, & peccato contumeliæ. 308

Ponentes libellos famoſos peccant mortale, & in vtroque fore acerbiſſime ſunt puniendi. 328

Libertas.

Libertas pro auro totius mundi non poteſt vendi, nec fama quæ præcioſior eſt auro, & omni lapide pretioſo. 398

Lingua.

Quinque ſunt ſpecies peccati linguæ, ſcilicet cōtumelia, detratio, deriſio, ſuſurratio, & maledictio. 306

Liuellum.

Oſtenditur in quibus conueniant & differant, contractus cenſus, & contractus liuelli. 476

Recipiens pecuniam ad liuellum remanet Dominus rei hypotecatæ, dans autem ad liuellum remanet Dominus fructus rei liuellatæ. 477

Aſſignantur conditiones requiſitæ, ad perfectū contractum liuellarium. ibid.

Qui vult rehabere fundum dato ad liuellum, ſi melioratum eſt debet ſoluere melioramenta. ibid.

Dans vel recipiens ad liuellum, debet habere oculum ad fructum rei hypotecatæ, & non ad lucrū, aliter contractus eſſet vſurarius. ibid.

Fructus rei impignoratæ ſub nomine liuelli debet computari in ſortem principalem, quia ibi nō eſt aliqua venditio. 478

Ad realitatem cōtractū liuellarij tria requiruntur, primo realis exiſtentia rei, ſecundo realis intentio illam vendendi, tertio iuſtum pretium. ibid.

Contractus liuellarius eſt vſurarius ſi non adeſt realis intentio vendendi & emendi fructus rei hypotecatæ. ibid.

Fructus fundi liuellati, non debent eſſe obligati alteri quam illi qui dat pecuniam ſuam ad liuellum. ibid.

Contractus liuellarius non poteſt fundari ſupra re infructuoſa, ſiue ſit vaſa aurea vel argentea, vel genus, &c. ibid.

Eccleſia permittit accipere quinque pro centenario pro liuello, vel cenſu reali, & non pro mutuo. 479

Ad realitatem contractos liuellarij requiritur, quod ſit iuſtus, & voluntarius ex vtraque parte. ibid.

Multi contractus liuellarij eſſe vſurarij oſtenditur valde diligenter. ibid.

Modus quo communiter formantur contractus liuellarius oſtendit illos eſſe vſurarios intentionaliter. ibid.

Aſſignatur modus procedendi in dando pecuniam ſuam ad liuellum cum bona conſcientia. 480

Cōtractus liuellarius, temporibus noſtris, eſt plenus vſurarijs & fallacijs. ibid.

Quando liuellarius minuit de penſione, pro qualitate grauaminum fructuum emptorum eius contractos eſt licitus. ibid.

Contractus liuellarius tunc eſt iuſtus, quando altera pars non eſt aggrauata plus iuſto. ibid.

Contractus liuellarius iniquus efficitur ſi obligatur ad aliquas recognitiones, vltra iuſtum pretium. 481

Oſtenduntur requiſita ad conſtituendos contractus liuellarios. ibid.

Fructus obligati in cōtractu liuellario manent ſubiectu infortunijs & grauaminibus. ibid.

Gener poteſt vti fructibus rei ſibi hypotecatæ non computando fructus illius, hoc facere non poteſt liuellarius. ibid.

Contractus liuellarius, veſtitus debitis circumſtātijs & conditionibus licitus eſt, & approbatus a ſummis Pontificibus. ibid.

Quando venditor in omni euentu vult eſſe ſecuros de capitali, & nihil ſentire de incommodo. Liuellarius contractus eſt vſurarius, quia in tali caſu emptor manet grauatus, vltra iuſtum. ibid.

Liuellarius contractus factus ſub hac forma. Ad rationem quinque, vel ſex pro centenario eſt vſurarius. ibid.

Quæſitum pro cognitione liuellorum, quæ continēt vſuram palliatam, vel manifeſtam. ibid.

Notarij in conficiendos contractus liuellarios, & alios procedant ſinceriter, ne ſint vſurarij. ibid.

Aſſignatur modus formandi contractus liuelli ſupra pecuniam non exburſatam pro ſolutione pretij, totius poſſeſſionis emptę, vel venditæ. ibid.

Pars poſſeſſionis cuius pretium eſt ſolutum libera eſſe debet. Alia manet ſub penſione liuellaria iuſta. ibid.

Non licet formare liuellarium cōtractum, ſupra fundum, non limitatum ſuis terminis. ibid.

Quandoque contractus liuellarius eſt vſurarius ex parte emptoris, quandoque ex parte venditoris. 485

Confeſſarius ad realitatem contractus liuellarij debet inſpicere, vt pœnitens reſipiſcat. ibid.

Accipere

Accipere quinque, vel ſex pro centenario pro pretio non ſoluto, in ordine ad fructus licet non autem in ordine ad pretium licet. 485

Dans ad liuellum pecuniam ſuam, habẽs tantũ oculos ad illa tot pro centenario, & non ad fructus fundi, eſt vſurarius. 486

Negotiator, qui arbitrabatur contractũ ſuũ liuellariũ eſſe licitum, ſtatim quod cognoſcit eſſe vſurarium reſidat illum. ibid.

Contractus liuellarij vſurarij ſunt reſcindendi, reſtituendo male ablata, modo congruo. ibid.

Liuellarius non curans habere notitiam de fundo liuellato, oſtendit contractum ſuum eſſe vſurarium. ibid.

Locus.

Locus ab authoritate negatiuè ſimpliciter ſine aliquo addito nihil valet, cum additione valere poteſt. 514

Locus ab authoritate negatiuè ſi non æquiualet loco ab authoritate affirmatiuè nõ tenet ſi æquiualet tenet. ibid.

Lucrum.

Lucrum ex mutuo ratione temporis eſt vſura, non eſt vſura ratione loci diuerſi. 113

Ceſſate lucrum ſtat duplex ex parte induſtriæ operantis, vel ex parte rei de ſe argumentabilis. 376

M *Malum.*

De duobus malis pęnæ minus eſt eligendum. Malum autem culpæ nõ eſt eligibile eſt fugiendum, quo ad illa dicendũ eſt de duobus malis maius eſt fugiendum, & minus etiam, præcipuè maius eſt fugiendum. 5

Conſulere minus malum, ad euitandum maius malum, bonum & non malum eſt. ibid.

Nulla voluntas poteſt velle malum. Creata voluntas poteſt illud velle ſub ſpecie boni. 91

De duobus malis minus eſt eligendum, vel maius eſt fugiendum. 401

Manipolium.

Triplex eſt manipolium. Vnum iuſtum & licitum, alia dua iniuſta & illicita. 362

Facientes manipoliũ, in foro conſcientiæ non tenentur ad reſtitutionem, niſi conuenerint in pretio iniuſto. ibid.

Martyrium.

Pati martyrium voluntariè ſtat dupliciter, primo ex parte Dei, ſecundo ex parte tyranni. In primo ſenſu, & non in ſecundo martyrium eſt voluntarium. 434

Matrimonium.

Arbor conſanguinitatis diſtinctè deſcribitur pro intelligentia prohibitionis matrimonij contrahendi. 240

Conſanguinitas diuerſimode impedit matrimonium aliquibus de iure naturę aliquibus de iure diuino, aliquibus de iure humano. 242

Aſſignantur gradus conſanguinitatis inter quos prohibitum eſt matrimonium de iure diuino. ibid.

Præcepta impedientia matrimonium in Leuitico nõ remanent, niſi quoad id quod pertinet ad ius naturæ. 243

Prohibitiones in Leuitico reſpectu matrimonij, in tantum obligant inquantum continent de iure naturali, & non plus. ibid.

Non omne prohibitum iure naturali eſt irritum, & nullum præcipuè in ordine ad matrimonium. 244

Non licet contrahere matrimonium cũ vxori fratris defuncti. Tamen in illo Papa diſpenſare poteſt. ibidem.

Matrimonium inter patrem, & filiam, vel inter matrem & filium a natura abhoritur, etiam quod nõ eſſet damnatum a lege. 245

In paradiſo terreſtri (etiam quod Adam non peccaſſet) non admitteretur matrimonium in primo gradu. 246

Matrimonium inter patrem & filiam, vel matrem & filium, ex diſpẽſatione diuina poſſet eſſe licitum, abſque illa non. 247

Monachi & filij nequeunt contrahere matrimoniũ, Illi abſolute. Et iſti eum parentibus, in quacumq; neceſſitate, niſi ex diuina diſpenſatione. 248

Sententia Illuſtriſſimi Caietani præferenda eſt ſententiæ Soti circa matrimonium contrahendum in primo gradu conſanguinitatis. ibid.

Iure naturæ prohibitum eſt matrimonium in primo & ſecundo gradu, in recta linea nõ autem in alijs gradibus. 250

Quando cõmercium carnale eſt illicitum, & inceſtuoſum, matrimonium eſt irritum iure naturali & nullum. 252

Matrimonium in primo gradu lineæ tranſuerſalis, iure naturæ prohibitum eſt regulariter, extra caſum extremæ neceſſitatis. ibid.

In caſu extremæ neceſſitatis licitum eſſet matrimonium inter fratrem & ſororem, abſque particulari diſpenſatione diuina. 253

Matrimonium in alijs gradibus a primo conſanguinitatis in linea tranſuerſali (iure naturæ non ſunt irrita.) ibid.

Ad Eccleſiam pertinet diſpenſare in aliquibus caſibus in ordine ad impedimenta matrimonij, ponere illa, & poſita leuare. 255

In lege naturę plures conſanguinei gradus ſunt prohibiti a matrimonio. 256

Eccleſia poteſt inualidare matrimonium aliquot etiam quod alias validum fuiſſet. 257

Gradus conſanguinitatis in Eccleſia Dei veritatem ſuſceperunt in ordine ad matrimonium. ibid.

Cõcubitum inter fratres, & ſorores prohibitum fuit a quacumque lege. Talis prohibitio facta fuit ab Eccleſia tempore D. Auguſt. ibid.

Quando dicitur quod prohibitio matrimonij facta eſt vſque ad ſextum vel ſeptimum gradum. Idem gradus intelligitur, per ſextum, & ſeptimum. ibid.

Principes catholici ſeculares poſſunt condere leges annullantes matrimonium de conſenſu Papæ, & non aliter. ibid.

Ad Eccleſiam, & non ad Republicam ciuilem pertinet ſtatuere perſonas legitimas, vel illegitimas, in ſacramento matrimonij. 258

Nullum impedimentum ſuperueniens matrimonio, poteſt

poteſt diſcrimine matrimoniũ contractum. 259

Conſentire in matrimonium ſub aliqua conditione. aliquando dirimit matrimonium, & aliquando non dirimit illud. 381

Membrum.

Membrum dicitur illa pars corporis qua exerceatur ſpecialis & diſtincta opera ad perfectioné, totius ordinana. 462

Mutilans ſeu ſcindens perfectũ membrum corporis efficitur irregularis, faciat hoc in ſe vel in alio. ibidem.

Homo per acceptationem membrorum, non multum neceſſariorum ad vſum humanum non efficitur irregularis, licet peccat mortaliter. ibid.

Mutilans membrum perfectum corporis humani, eſt homicida eſt irregularis. In alijs magis punitur homicida. 468

Meritum.

Duplex eſt meritum proprie dictum, & improprie dictum. In hac vita reperitur vtrumque meritum. In purgatorio reperitur ſolum meritum improprie dictum. 293

In hoc ſeculo eſt locus merendi, vel operandi meritoné. In alia vita non datur talis locus. ibid.

Locus merendi eſt in hac vita, licet oppoſitum dicẽt hæretici. In alia vita non datur locus merendi. ibidem.

Homo peccator neque ex condigno, neque ex congruo poteſt aliquid a Deo mereri, licet ad vtrumque meritum diſponatur. 497

Deus abundanter tribuit peccatoribus ſupra id quod meretur, ex operibus illorum. ibid.

Meruerunt Romani apud Deum aliquo modo bona temporalia, ex affectu amoris patriæ. ibid.

Peccator nec ſibi, nec alijs mereri poteſt neque viuis, neque defunctis. 498

Salamon dormiendo non meruit, ſed meruit antequam dormiret. 566

Meritum de condigno ſe tenet ex parte operantis, meritum ex congruo ſe tenet ex parte dantis. 587

Congruentia merendi in operibus bonis moralibus eſt in Deo, qui gratis dat bona ſua. 587

Opera facta extra charitaté non ſunt meritoria. Gratuitas illorum ex bonitate Dei procedit. 587

Omnis actus virtuoſus eſt meritorius proprie, vel improprie, de congruo, vel de condigno, 588

Exiſtens in gratia per bona opera meretur de condigno, vitam æternam. ibid.

Mineralia.

Mineralia (in iure naturæ) ſunt Domini fundi. In iure poſitiuo ponuntur in numero theſaurorum inuentorum. 309

Stando in legibus Regum, & Principum tertia pars eſt inuentoris, aliæ duæ Principis. ibid.

Miſſa.

Miſſa celebrata pro vna ex ſe ſatisfacere poteſt pro multis, hoc tamen aliquando non facit ex defectu ſacerdotis. 579

Mons Pietatis.

Mons Pietatis eſt quædam ſumma pecuniarum ad perpetuum vſum pauperum deputata & ſic multipliciter. 488

Aſſignantur capitula Montis Pietatis, ad quæ tenentur gubernatores montis illius. ibid.

Opera miniſtrorum Montis Pietatis, aliqua ſunt digna ſtipendio aliqua non. ibid.

Mons Pietatis in quo ſeruantur conditiones, neceſſariæ, eſt iuſtus & pius. 489

Pauperes tenentur ſoluere expenſas miniſtrorum Montis pietatis. ibid.

Erector Montis pietatis optimè faceret ſi aſſignaret perpetuum penſionem pro ſubſtentatione miniſtrorum. ibid.

Dominium Montis pietatis limitatum & non abſolutum eſt, manet in Republica, & in Communitate pauperum. 490

Dominium rectum Montis pietatis manet in Communitate pauperum. Gubernatio, & diſpenſatio illius in Republica. ibid.

Mons pietatis quo vtuntur ruſtici. Vt ſic eſt vſurarius, niſi reformatur pro vtilitate pauperum. ibidem.

Mons pietatis approbatur in Concilio Latheranenſi, & excommunicat illos qui improbant illum. ibid.

Concilium Lateranenſe laudat Montem pietatis, ornatum ſuis capitulis. 491

Pauperes accipientes mutuo a Monte ipſo ex rigore iuſtitiæ tenentur ſoluere expenſas miniſtrorum. ibid.

Excuſatur Illuſtriſſimus Caietanus, & reprehenditur Magiſter Dominicus a Soto in ordine addicta illorum contra Montem pietatis. ibid.

Illuſtriſſimus Dominus Caietanus in Concil. Latheranenſi confirmauit Montem pietatis etiam piũ & iuſtum, ſaltem tacendo. ibid.

Omnes miniſtrorum operationes Montis pietatis venire debent in eãdem incõmodum pauperum. 492

Pretium limitatum pro pignore cuſtodiendo in Mõte pietatis eſt legale, & non naturale. ibid.

Pretium miniſtrorum Montis pietatis eſt legale. Vnde, nõ eſt mirum ſi pauperes inæqualiter grauent pro pignore. ibid.

De Mõte particulari pietatis, poſſet accipere aliquid pro mutuo limitato, modo autem pro Monte pietatis abſolute ſumpto. 493

Decretum Concilij Latheranenſi de Monte pietatis, approbatum a Concilio Tridentino ponitur. ibidem.

Mutuum.

Cauillatio illorum qui ex mutuo quærunt mille modis bibere ſanguinem ruſticorum deuorareque ſubiectum illorum. 377

Dare ſub mutuo rem vendibili, & illam reemere, minori pretio. Vt in pluribus vſurarium eſt. ibid.

Fructus rei impignoratæ pro mutuo, computandi ſunt in ſorte principaliter, aliter eſſet vſura. 478

Eccleſia permittit accipere quoque pro centenario, non pro pecunia data mutuo, ſed ad cenſum, vel ad liuellum. 479

Murmuratio.

Licet Doctor Sanctus non tractauerit in genere de murmuratione, tractauit tamen de omnibus eius ſpeciebus. 321

Murmu-

Murmuratio eſt genus,ſpecies eius ſunt contumelia, detractio,ſuſurratio,& deriſio. 322
Murmuratio eſt iniuſta quærela cuiuſcumque contra quem quis loquatur. ibid.

N *Natura.*

Mutata natura, vel mutato ordine naturæ, mutatur ius naturale. Ita tamen quod id quod erat contra ius naturale, non amplius eſt contra tale ius, ſed eſt ſecundum ius naturæ,ſi hoc factum ſit ordinatione diuina. 248
Duplex inclinatio naturalis, materialis & formalis, prima vocatur naturalis ſecundum quid, ſecunda dicitur naturalis ſimpliciter. 438

Neceſſitas.

Extrema neceſſitas in qua licet furari eſt quando homo appropinquatur periculo vitæ, licet non ſit in termino mortis. 417
Neceſſitas illa quæ conſtituit locum in periculo honoris non ſufficit ad hoc, vt homo accipiat aliena, ad ſuum honorem conſeruandum. ibid.
Accipiens aliena in tempore maximę neceſſitatis ad reſtitutionem non tenetur bene ſi accipiat extra tale tempus. ibid.
Puella in periculo amittendi pudorem ob victus pati non dicitur in extrema neceſſitate, quia potius debet mori quam peccare. ibid.
Homine poſito in extrema neceſſitate formaliter ad miſericordiam pertinet cum reſpectu tamen ad iuſtitiam. ibid.
Licet accipere rem alienam ad ſubueniendum proximo in maxima neceſſitate poſito. 418

Negotiatio.

Apud multos negotiatores conficiuntur multi contractus vſurarij. 370
Negotiatio idem eſt quod ſine ocio,quia nō relinquit negotiatores quietos (vllo tempore.) 386
Negotiatio eſt qua quis aliquid emit vt vendat in lucro,abſque eo quod meliorata ſit res ipſa. ibid.
Commutatio naturalis diſtinguitur a commutatione quæ vocatur negotiatio. ibid.
Negotiatio de ſe ab intrinſeco, non eſt bona, neque mala, ſed indifferenter ſe habet ad diuerſos fines. ibid.
Negotiatio aliquibus licet, aliquibus non licet, licet laicis,Clericis autem non licet. ibid.
Negotiatio ex parte finis, ſcilicet ex parte lucri, habet turpitudinem annexam, niſi lucrum ad finem honeſtum ordinatur. 387
Licet gratia negotiationis, res carius vendere, quam emere ratione expenſarum. ibid.
Ars negotiatoria ex multis circunſtantijs redditur illicita in ordine ad ſe ad locum, & ad tempus. ibidem.
Negotiatio ex fine poteſt eſſe bona, & mala licita, & illicita. ibid.
Aliqui negotiatores eijciendi ſunt ab Eccleſia Dei, alij autem non, primi ſunt negotiatores diaboli, ſecundi ſunt negotiatores Chriſti. 387
Pluribus interdicta eſt negotiatio, non quia in ſe ſit mala, ſed quia habet ſpeciem malum. 388

O *Obedientia.*

Quilibet tenetur obedire Eccleſiæ quia ipſa eſt regula infallibilis veritatis, nec errare poteſt. 352

Occaſio.

Duplex eſt occaſio peccati,ſcilicet per ſe,& per accidens, ſimiliter occaſio data, & occaſio accepta. 494
Occaſio per ſe proxima peccati eſt retinere concubinam in domo propria & cetera. Occaſio per accidens eſt negotiatio,&c. ibid.
Occaſio peccatorum data eſt quando quis ſuo malo exemplo inducit proximum ad peccatum. Occaſio accepta procedit a malo animo peccatoris, qui ex occaſione boni accipit occaſionem peccandi. ibid.
Non tenetur pęnitens euitare (ſub reatu mortali) occaſione,ſ.per accidens peccatorum. Vel ab alijs acceptas. ibid.
Homo tenetur euitare occaſiones proximas peccati. Et non dare alteri occaſiones proximas peccandi. ibid.
Notatur quid facere debet illa quæ a proprijs opprimitur, vel impudice conuerſantur ſi nequeunt euitare occaſionem. 495
Occaſio rerum venerarum faciliter inducit ad peccatum,vnde per maxime eſt fugienda. ibid.
Nullus habere poteſt firmum propoſitum non peccandi,ſi nollet fugere occaſionem peccati. ibid.

Occidere.

Qui occidit ſe, facit iniuriam Deo, qui eſt Dominus vitæ Eccleſiæ cuius eſt membrum Reipublicæ, quæ eſt cunctos vitæ populi. 368
Occidendi ſunt mali perniciosi, quando ſalus bonorum hoc exigit. 420
Præceptum non occidendi non ſe extendit ad omnes occiſiones ſimpliciter, ſed ad occiſiones innocentum, & authoritate propria. 421
Scotus errauit valde circa authoritatem occidendi malefactores,authoritate publica. ibid.
Differentia non parua reperitur inter occiſionem hominis, & homicidium, apud recte intelligentes. ibidem.
In præcepto non occides ſub intelligitur, indebitè, nec priuata authoritate,nec ſuu neceſſaria ponere illa. ibid.
Nullus eſt occidendus authoritate propria,bene aliquis eſt occidendus authoritate publica, & iuridica. ibid.
Communitas occidere poteſt infeſtum peſte, ſi noluerit ſegregare ſe ab alijs non autem propter peſtem illam. 422
In noua lege,abſque nouo præcepto occidendi occidere poteſt malefactorem Iudex vigore legis naturæ. ibid.
Occidere nocentem iuridicè poteſt Iudex occidere innocente non poteſt,ſtando in præcepto non occides. ibid.
Non ſunt occidendi mali, quando occidi non poſſunt ſine maximo detrimento bonorum, alias autem ſic. ibid.

Mali

Mali incorrigiles, & pernicioſi bonis, ſunt occidendi. Corrigibiles non, vt pœnitentiam agant. 423
Homo malus eſt occidendus, quia peior eſt ipſa beſtia crudeli. ibid.
Occidere maleſactores licet tantum Principibus habentibus publicam poteſtatem. Priuata perſona non licet. 424
Non licet occidere homines ad vindicandas iniurias ſibi illatas, poteſt tamen homo ſe defendere ab inuaſore. ibid.
Homo offendens inimicum immo occidendo illum defendendo ſe ab illo moderate, non peccat vt ſic. ibid.
Reſpublica habet ius occidendi tyrannum qui poſſidet regnum tyrannicè, & tyrannicè illum gubernat. 425
Cuicumque perſonæ priuatæ licet occidere tyrannũ, tyrannicè gubernantem regnum. ibid.
Laudabiliter tyrannus qui per violentiam ſe fecit Dominus occiditur a priuata perſona. 426
Quando Ciuis occidit tyrannum, non occidit illum, vt perſona priuata ſimpliciter, ſed vt ciuis Reſpublicæ ſuæ. ibid.
Prout fecerunt multi in diuina ſcriptura, & alijs in locis cum maxima laude illorum. ibid.
Non licet occidere furem quemquam, priuata authoritate, niſi habeatur pro latrone qui ad occidendũ venerit. ibid.
Licet occidere furem vt inuaſorem. Vel vt aſſaſſinum viatorum, & depopulatorem nocturnum agrorum. 427
Latronem inſidiantem in itineribus, quilibet poteſt occidere ſecundum legem. ibid.
Fur vt fur non eſt occidendus a priuata perſona, ſi facit officium latronis occidi poteſt. ibid.
Fur offendit Dominum rei. Vnde ſi offenſa eſt maxima Iudex poteſt illum occidere. ibid.
Non licet clericis occidere maleſactores, quia miniſtri Chriſti ſunt. ibid.
Licet Chriſtus non occiderit maleſactores, nec ordinauerit Apoſtolis ſuis vt occiderent, non tamen illud prohibuit. 428
De iure pontificio antiquiſſimo prohibitum eſt clericis interficere maleſactores. 429
Clerici nequeunt ex ſe, ſtando in legibus clericorum occidere maleſactores. ibid.
Clerici principes nequeunt occidere maleſactore per ſe immediatè, bene per miniſtros ſuos. ibid.
Licet clericis principibus authoritatiuè occidere maleſactores. Miniſterialiter autem non. 430
Moyſes & alij miniſtri Dei in veteri teſtamento occiderunt multos vt miniſtri Domini, & non peccarunt. ibid.
Ad occidendum hominem iniquum, requiritur neceſſario iudiciũ, propterea perſona priuata illum occidere non poteſt. ibid.
Vtile eſt communitati vt occidatur impius, iuridicè procedendo poteſtate publica, & non priuata. ibidem.
Hæretici aliqui dicunt quod occidentes ſeipſos ſunt martyres, ſcilicet diaboli non autem Dei. ibid.
Occidere ſeipſum eſt omnino illicitum, & peccatum grauiſſimum contra Deum contra ſeipſum, & cõtra Rempublicam. 432
Varijs de cauſis quis mouetur ad occidendum ſeipſum, ſed nulla illarum bona eſt, niſi procedat ex inſtinctu Spiritus ſancti. ibid.
Occidens ſeipſum non peccat peccato iniuſtitia contra ſeipſum. 433
Occidens ſeipſum peccat contra iuſtitiam commutatiuam in ordine ad Rempublicam, & contra legalem in ordine ad Dei. 434
Homo qui occidit ſeipſum excuſatur a reſtitutione dãni dari Reipublicæ propter impoſſibilitatem. ibidem.
Qui occidit ſeipſum peccat, peccato iniuſtitiæ commutatiuæ, in ordine ad Deum. ibid.
Occidens ſeipſum operatur contra iuſtitiam commutatiuam etiam contra Deum, qui eſt Dominus vniuerſorum (modo ſuo.). 435
Occidens ſeipſum (ex parte ſui) peccat contra charitatem, quia debet diligere ſeipſum poſt Deum. ibidem.
Qui occidit ſeipſum reſpectu ſui peccat contra charitatem. Reſpectu Reipublicæ, & Dei peccat contra iuſtitiam. ibid.
Iudex iniquus, cum non habeat poteſtatem ſupra ſeipſum, non poteſt occidere ſeipſum, licet, alios occidere poſſit. ibid.
Occidere ſeipſum ſtat dupliciter per ſe, & per accidens, ex propria intentione, & extra intentionẽ. Ex propria electione, & inſtinctu Spiritus ſancti. ibidem.
In pęna peccati occidentis ſe, Eccleſia illi non dat ſepulturam, omnę per ſe nullus poteſt occidere ſeipſum. 436
Per accidens & propter intentionem aliquis poteſt occidere ſeipſum. Et hoc non deſiſtendo ab operæ bono incepto propter timorem mortis. ibid.
Quando miles non præcipitando hoſtem, ipſæ præcipitatur ab hoſte, vel ab alio, iſtæ non occidit ſeipſum per ſe, ſed per accidens. ibid.
Occidere ſeipſum ex inſtinctu Spiritu ſancti in aliquo caſu vrgenti licet, & non eſt peccatum. ibid.
Occidere aliquem alium aliquando licet. occidere ſeipſum vnquam licet, niſi ex inſtinctu Spiritus ſancti. ibid.
Nullus per ſe poteſt occidere ſeipſum, per accidens autem ſic, exponendo ſeipſum periculo mortis in aliquo opere virtuoſo. 437
Illæ qui ſe exponit periculo morti (quando non debet occidit ſeipſum) Illæ qui ad illud ſe exponit quando debet non. ibid.
Facta ſanctorum occidentium ſeipſos non ſunt ſequenda, ſed admiranda, quia inſtinctu Spiritus ſancti ſunt facta. ibid.
Sancti per accidens occiderunt ſe pro honore Dei. non autem per ſeipſos ſe interfecerunt. ibid.
Per ſe loquendo ullo modo licet occidere innocentem, per accidens autem aliquando licet. 439
Licet occidere inuaſorem, quando bellum eſt dubium de iuſtitia, quando bellum eſt iniuſtum non licet occidere inuaſorem, niſi ſe defendendo. ibidem.

Quando

Quando bellum eſt inſtum licet occidere innocentē bellantem in bello iniuſto non ſolum ſe defendendo, ſed inuadendo illum. ibid.

Non licet Reipublicæ occidere innocētem pro parte tyranni neque dare illum in manu ſua, vt ab illo occidatur. 440

Lex Ciuilis non poteſt obligare ciuem vt ſe tradat in manum tyranni, vt occidatur ab illo. ibid.

Non licet cōdemnare, nec occidere innocentem, niſi ex ordine diuino. 444

Occidens innocentem quadruplici, de cauſa magis peccat quam qui occidit impium. ibid.

Qui moderate ſe defendit ab inuaſore, non peccat ſi occidit illum. 445

Qui vtitur moderata tutela ad ſui defenſionem non peccat occidendo inuaſorem, ſi intenderet occidere illum eſſet homicidium. ibid.

Occiſio inuaſoris conſideratur dupliciter, vel vt medium intentum ad finē. Vel vt defenſio vitæ propriæ ſecundum eſt licitum primum non. 446

Iudex intendens occidere reum ſe defendentem, libidine vltionis, peccat, ſi hoc facit ex officio non peccat. ibid.

Licitum eſt homini non defendere propriam vitam, quando non poteſt ſe defendere, niſi occidendo inuaſorem. 447

Quando inuaſor eſt maxime neceſſarius communitati, inuaſus non debet illum occidere, ſed fugere, vel mortem pati. ibid.

Ille qui occaſionē dedit, vt ab alio occidatur poteſt pro ſui defenſione occidere inuaſorem, ſi aliter fugere periculum non poteſt. ibid.

Obſeruandum quando (occidens inuaſorem) adhibita debita cautela, peccat mortaliter. ibid.

Inuaſus contra peccatorem poteſt ſe defendere, etiā quod peccator ille maneat occiſus quo ad corpus & animam. 448

Qui non vult occidere inuaſorem pro ſalute animæ illius facit opus charitatis, etiam quod ipſe maneat occiſus. 449

Duplex eſt præuentio in occiſione proxima, prima ſimpliciter, ſecunda ſecundum quid; prima eſt illicita, ſecunda poteſt eſſe licita. ibid.

Duplex præuentio in occiſione proximi; ſimpliciter & eſt quando non ſunt paratæ inſidiæ, ſecunda quando ſunt paratæ. ibid.

In aliquo caſu licet præuenire in occiſione inuaſori, ne inuadendus remaneat occiſus, quando de hoc eſt certiſſimus. 450

Quando quis procurat iniuſtè occidere innocentem gladio Iudicis, poteſt ſe defendere in duello, & extra occidendo illum. ibid.

Quando inuaſor eſt paratus ad occidendum me, indubitanter, poſſum illum præuenire, & occidere pro vitæ meæ conſeruatione. ibid.

Licitum eſt occidere eum, qui quærit contra iuſtitiā auferre bona alterius. Si aliter impediri non poteſt perſecutio. ibid.

Homo in defenſione rerum ſuarum non peccat occidendo inuaſorem, ſi aliter illas defendere non poſſunt. 451

Defenſio rerum propriarum facta debito modo ſtare poteſt cum occiſione inuaſoris, etiam ſine culpa. ibid.

Non excuſantur a peccato illi qui poſſunt bona ſua recuperare abſque occaſione inuaſoris, & illum occidunt. ibid.

Occiſio inuaſoris nō eſt intenta a defendente ſe prudenter. Neque per ſe, neque per accidens, non directè, neque indirectè. 452

Defenſio & occaſio eſt idem actus naturaliter bonus ex parte defendentis ſe, malus autem ex parte inuadentis. ibid.

Cauſa efficiens occiſio inuaſoris eſt duplex phyſica & moralis. Cauſa phyſica eſt defendens ſe, moralis eſt inuaſor. ibid.

Occiſio inuaſoris non debet eſſe intenta, neque per ſe, neque per accidens, neque directè, neque indirectè licet ſequatur. 453

Licitum eſt velle & intendere defenſionem propriæ vitæ, non obſtante occiſione aggreſſoris. ibid.

Defendens ſeipſum cum moderata tutela non debet intendere occiſionem inuaſoris, licet ex illa ſequatur. ibid.

Non licet intendere occiſionem inuaſoris, licet ex debita defenſione illa ſequatur. 454

Non licet clericis ſe defendendo, etiā adhibita debita cautela occidere inuaſorem. Talis tēpore D. Tho. erat irregularis. ibid.

Ille qui occidit inuaſorem, defendendo ſe. Si omnino non habebat alium modum euitandi mortem illius non efficitur irregularis. ibid.

Fornicatio & adulterium numquam ſunt licita. Occiſio autem inuaſoris, licita eſſe poteſt. 455

Oppreſſores infantes in lecto cum illis dormientes irregulares efficiuntur & peccāt mortaliter. 457

Clericus occidens caſualiter aliquem in venatione periculoſa eſt irregularis, ſi venatio non eſt periculoſa, non eſt irregularis. 458

Doctor docēs ſpeculatiuè talem malefactores eſſe occidendum non eſt irregularis, bene autem ſi doceat practicè. 462

Opera.

Operū noſtrorum quatuor ſunt genera, viua, mortua, mortifera & mortificata, ſolum mortificata reuiuiſcunt. 496

Opera facta in peccato mortali nullatenus poſſunt mereri gratiam, etiam adueniente charitate. ibidem.

Opera bona facta a peccatore, licet non ſint meritoria, conferunt multæ vtilitates, peccatori illi. 497

Dupliciter operatio conſideratur, vt opus operans, & vt opus operatum. 498

Tria ſunt quæ faciunt peruenire opera viuorum ad animas defunctorum velut per quaſdam canales. ibid.

Opera virtutum præcepta, pertinent ad eādem virtutem, ſi eſſent præcepta. 534

Opera bona mortua ſeu moralia per aduentum charitatis non fiunt meritoria vitæ æternæ, namque ſunt ſatisfactoria pro peccatis. 584

Opera moralia facta in mortali per aduentum gratiæ non viuificantur, ratio quia non proceſſerunt ex gratia. 585

Opus

Opus bonum Dei mortificatum per peccatum (adueniente charitate) seruiuiſcet opum purum hominis non. 585

Opera ſatisſactoria ſunt in duplici differẽtia, aliqua relinquunt effectum poſt ſe, aliqua vero non. ibidem.

Opera extra charitatem facta dicuntur meritoria de congruo, quia diſponunt nos a corporalia bona, & tandem ad æterna. 587

Opera bona facta extra charitatem ex congruo diſponunt non ad temporalia, & Deus per illa diſponit nos ad æterna. ibid.

Opera facta extra charitatem non ſunt meritoria. Gratuitas autem illorum ex bonitate Dei procedit. ibid.

Opera bona facta extra charitatem non tollunt pœnas inferni quas iam meruerat ipſe peccator. 588

Opera bona facta extra charitatem ſunt multum vtilia peccatori facienti illa. ibid.

P *Partialitas.*

Oſtenditur crudelitas hominum partialium, & ſeditioſorum amantium diſcordias. 351

Partiales & ſeditioſi nequeũt abſolui a peccatis, niſi relicto malo affectu, & facta reſtitutione quo ad damnum datum oppreſſis ab eis. 352

Pauperes.

Pauperes habet ius ſuper diuitias, ſcilicet ſuperfluas diuitum. Ad pauperes diuitias ſuperfluas pertinent. 23

Pax.

Offenſus rogatus ad exhibendam pacem in ſcriptis (ſi offenſor eſt alias dignus) tenetur ſub reatu mortali illi pacem in ſcriptis concedere. 500

Offenſus non tenetur exhibere pacem in conſcientia offenſori, niſi de damno recepto ſit ſatisfactus. 501

Si inimicus eſt malæ qualitatis, etiam quod requirat pacem in ſcriptis, offenſus non tenetur illam concedere. ibid.

Nole concedere pacem homini inæquali non parit ſcandalum, niſi apud non prudentes. ibid.

Ex zelo iuſtitiæ aliquando eſt opus charitatis non concedere alicui inſolutiſſimo pacem in ſcriptis. ibidem.

Offenſus vtique pro damno recepto poteſt recipere pecuniam ab offenſore, non tamen pro pace facienda. ibid.

Peccatum.

Oſtenditur in quibus conſiſtit formaliter peccatũ, & peccatorum grauitas. 23

Excuſatio peccati, eſt circumſtantia aggrauans omne peccatum, & impedit abſolutionem peccatorum. 89

Peccatum in Spiritum ſanctum ſecundum omnem acceptionem dicitur blaſphemia, licet non ſit in aliqua ſpecie blaſphemiæ. 90

Peccatum ex malitia, vt malitia dicitur inclinatio habitus, & non eſt id quod peccatum in Spiritum ſanctum. 91

Peccatum ex contemptu illorum quæ impediunt electionem peccatorum, & inconſideratio illorum eſt occaſio quod multi damnantur. 92

Quodlibet peccatum poteſt eſſe peccatum cordis, peccatum oris, vel peccatum operis. 94

Omne peccatum (ſtando in veritate fidei) dum ſumus in hoc mundo eſt remiſſibile. 95

Peccatum in Spiritum ſanctum non æqualiter dicitur irremiſſibile, ſed comparatiuè. 96

Aliquando peccatum magis graue eſt irremiſſibile, & minus graue eſt irremiſſibile. 97

Peccare in ſpiritum ſanctum ex certa malitia. ſ. ex inclinatione habitus a principio numquam contingit. ibid.

Peccare in Spiritum ſanctum (ex certa malitia) abiiciendo per contemptum retrahentia a peccato, ſupponit plerumque alia peccata. 98

Vir imperfectus poteſt in primo actu peccare in Spiritum ſanctum hoc facere non poteſt vir perfectus. ibid.

Vltima impœnitentia, quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum homo non poteſt peccare primo. Cum finis præſupponat præcedentia. ibid.

De nemine peccatore eſt deſperandum (in hac vita) attenta Dei miſericordia bona autem attenta malignitate peccati. ibid.

Chriſtus Dominus poterat dimittere peccata ſacramentis mediantibus, & ſine illis. 163

Propoſitum abſtinendi a peccato in futuro, contingit tripliciter, ſimiliter non abſtinendi ab illo. 221

Tripliciter ſumitur peccatum veniale, veniale ex genere veniale ex cauſa, veniale ex euentu. 233

In Paradiſo terreſtri (etiam quod Adam non peccaſſet) poſteri potuiſſe peccare. 246

Conſenſus in peccatum eſt duplex affirmatiuus, & negatiuus. Et vterque eſt peccatum imprimantur negligens. 277

Per omne peccatum mortale, nõ eodem modo auerſatur homo a Deo, & conuertitur ad creaturas, ſed modo diuerſo. 280

Peccatũ eſt magis horribile & deteſtabile ipſa morte. Vnde magis eligere debemus mortem quam peccare. 282

Aliud eſt deſiderare exicari medullas corporales, & indicare ſe dignum priuatione oculorum propter peccata. Et aliud iſta procurare. 284

D. Paulus ſe affligebat de minimis peccatis, ac ſi fuiſſent magna. 286

Omnia peccata mortalia auertunt a Deo, ſed non ęqualiter, vnde non ęqualiter conſiderandum eſt de illis. 287

Damnati dolent de peccato, non quia pęnitent peccaſſe, ſed quatenus pro ipſo puniuntur. 293

In pęnitente (Deo reconciliato) non manet locus pudoris, manet tamen in eo locus doloris. 295

In diuina ſcriptura pęnæ peccatorum aliquando vocantur peccata. 301

Peccato mortali debetur pęna infinita extenſiuè, finita autem intenſiuè. 302

Cauſa remiſſionis peccatorum eſt triplex. Principalis eſt Deus inſtrumentalis ſacerdos, & ſacramenta, ordine diuerſo, diſpoſitiua, ſcilicet contritio virtutis. 304

Mortale peccatum ex parte circũſtantiæ poteſt fieri veniale,& veniale mortale. 311

Homo ante vſum rationis non poteſt peccare venialiter, primo quam mortaliter. Sicut neque in ſtatu innocentiæ non poteſt prius peccare venialiter, quam peccaret mortaliter. 317

Maximum peccatum contra proximum eſt homicidium, ſecundum adulterium, tertium peccatum contra famam,quartum eſt furtum. 331

Peccata originem trahunt a modo auerſionis, grauitatem ſumunt in ordine ad obiecto. 335

Executio mentis prouenire poteſt ab omni peccato mortali. 336

Conuertãtur peccatores in infernum, hoc dictum,& increpatio eius intelligitur tripliciter. 343

Infirmis non licet conuiuare cum peccatoribus, perfectis licet, non tamen licet participare de peccatis illorum. 344

Occulte peccare poteſt eſſe ſpecies peccati & poteſt circumſtantia peccati. 405

Acceſſio peccati venialis non præcedentia, aliquando efficitur peccatum mortale. 414

Grauiori peccato reſpondet ſemper grauior pęna in conſcientia,& coram Deo, non tamen in foro Eccleſiæ exteriori. 467

Oſtenditur modus, quo peccatores Deus exaudit,& quando & cur illos non exaudit. 499

Deus aliquando exaudit peccatores quando pro illo erat iuſtus vel Eccleſia. 500

Peccare publicè grauius eſt quam peccare in occulto Peccatum factum in occulto delendum eſt per pęnitentiam. 518

Declaratur quo modo peccatum occultum ſit poſt naufragium,& quomodo ſit ſecunda tabula. 524

De propitiato peccato homo nõ debet eſſe ſine metu ſemper debet eſſe pauidus. 525

Diſplicentia, & placentia peccatorum ſumitur dupliciter.ſ.contrariè,& negatiuè. 525

Ex parte Dei quilibet peccator poteſt Deo reconciliari,& ſi non reconciliatur homo ipſe eſt in culpa. 529

Commendatur Deus & Chriſtus filius eius in ordine ad facultatem tribuendi veniam peccatorum. 531

Non omnis diſplicentia peccatorum pertinet ad charitatem. 549

Peccata cordium non ſolum ſunt conterenda,ſed cõfitenda,& ſatisfaciendum eſt pro illis. 556

Triplex eſt ſpecies peccati ſimpliciter abſque vllo additione.ſ.cordis,oris,& operis. 558

Peccatum cordis, oris, & operis aliquando accipitur pro tribus peccatis aliquando pro vno habente illas tres deformitates. ibid.

Veniale peccatum ante mortale, non poteſt reperiri ſimul cum peccato originali,ſcilicet poſt vſum rationis. 560

In ſanctificatis, & perſeueratis a peccato originali fuit pœnitentia peccatorum venialium, non autẽ mortalium. ibid.

Homo in ſomno poteſt peccare mortaliter,non imperatiuè,ſed executiuè. 567

Non datur connexio peccatorũ ex parte conuerſionis,bene datur ex parte auerſionis. 581

Reperitur triplex peccatum.ſ.corporale, ſpirituale, & medium. 593

Pecunia.

Pecunia formaliter ſeipſa, per ſe non eſt vendibilis, materialiter autem ſic, etiam vendibilis per accidens eſt. 100

Vſus pecuniæ duplex,per ſe & per accidens, & per primo,& per ſe ſecundo. ibid.

Quatruplici de cauſa pecunia in vno loco pluris ęſtimatur quam in alio. 109

Accommodans alicui ſuam pecuniam,illam recipere debet eo pretio quo valebat,quando & vbi illam exburſauit. 111

Pecunia præſens plus valet pecunia abſenti, ratione induſtriæ,& non aliter. 373

Pecunia de ſe caret lucro,accipit vim lucrandi ab induſtria negotiationis. 480

Ex pecunia data non licet aliquid accipere, niſi ratione damni emergentis,vel lucri ceſſantis. 487

Pęne.

Iudex non ſupremus non poteſt relaxare omnino pęnam reo, licet ad inſtantiam rei illam dimittere poſſit. 502

Iudex ſupremus poteſt relaxare pęnam reo (etiam totam ex inſtantia offenſi) ſi bono communi videatur expedire. ibid.

Regulariter Iudex ſupremus relaxare non poteſt pęnam debitam obiecto,etiã parte læſa petẽte. ibid.

Deus relaxare poteſt omnem pęnam,tamen non dimittit illam ſine pęnitentia quæ ſupplet loco pęnæ. ibid.

Homo vt iudex non poteſt dimittere omnem pœnam. Vt perſona priuata,hoc multipliciter facere poteſt. ibid.

Obligatio peccatoris ad pęnam meritò dici poteſt, vinculum in ordine ad reatum peccati. 508

Pęnitentia.

In miniſtro ſacramenti pœnitentiæ duplex poteſtas requiritur ordinis.ſ.& iuriſdictionis. 188

Accipiendi ſunt ad pœnitentiam illi qui volunt pro tunc relinquere peccato, modo faciant confeſſionem etiam in formam, non tamen abſoluendi. 218

Oſtenditur neceſſitas ſacramenti pęnitentiæ, & datur notitia,cur dicatur ſecunda tabula poſt naufragium. 265

In ſacramento pœnitentiæ forma ſe tenet ex parte miniſtri ſacramenti. Materia autem ex parte pęnitenti. ibid.

Culpa cauſat multas pœnas inter quas datur ordo conſiderandus a pœnitentibus, & miniſtris pœnitentiæ. 288

Intelligentia dictorum in diuina ſcriptura de pęnis correſpõdentibus culpis diuerſis in pęnitẽte. 301

Peccato mortali debetur pęna infinita extenſiua, finita autem intenſiua. 302

In primitiua Eccleſia pęnitẽtia publica dabatur pro peccato publico & manifeſto. 400

Pęnitentia eſt quartum ſacramentum Eccleſiæ. Cuius quaſi materia eſt cordis contritio, oris confeſſis,& operis ſatisfactio. 503

Pęnitentia antequam eſſet ſacramentum Eccleſiæ erat virtus diuinitus data. 503

pęnitentia dicitur pęnam tenētia & habet ordinem ad omnes ſuas tres partes. ibid.

Triplex eſt pęnitēs, excellenter, perfectè & ſufficiens pro remiſſione peccatorum ſuorum. 504

Oſtenditur quando pęnitens ex attrito fit contritus, virtute clauium, & quando non. ibid.

pęnitentia quæ in Eccleſia agitur, eſt vnum de ſacramentis Eccleſiæ. ibid.

Sacramentum pœnitentiæ conſtat ex verbis, vt ex forma, ex actibus pœnitentis, vt ex materia proxima. ibid.

Duplex materia ſacramenti pęnitentiæ proxima. ſ. & remota. 505

Maxima proxima ſacramenti pęnitentiæ ſunt actus pęnitentis. ſ. contritio, confeſſio, & ſatisfactio. ibidem.

peccata pęnitentis, ſunt materia remota ſacramenti pænitentiæ, ibid.

Materia remota pęnitentiæ non ſanctificatur in illo ſacramento, proxima autem ſic. ibid.

Ratione ſacramenti pænitentiæ, vel ex parte virtutis illius remittūtur aliquę pęnæ purgatorij. ibi.

pœnitentia propriè, & principaliter eſt contra peccatum actuale mortale, non principaliter eſt contra peccatum veniale. 506

De peccato originali non eſt pęnitentia, propriè & principaliter impropriè, & large poteſt eſſe. ibid.

De peccatis mortalibus, & venialibus, ante baptiſmum commiſſis non eſt pęnitentia delentur per baptiſmum. ibid.

Actus pęnitentis ſunt loco rerum ſenſibilium in ſacramento pænitentiæ. 507

Aliqua ſacramenta habent materiam extrinſecam. Aliqua illam non habent. ibid.

Actus pęnitentis non ſunt materia pęnitentiæ ſacramentis ex ſe fiunt materia dum informantur per pęnitentiam. ibid.

Declaratur quid ſit res quid ſacramentum, quid res & ſacramentum. In ſacramento pęnitentiæ. ibid.

Ponitur opinio temeraria hæreticorum circa formā ſacramenti pęnitentiæ. 508

Ponitur opinio Abulienſis, circa forma ſacramenti pęnitentiæ. ibid.

Erat Magiſter dicendo quod ſacerdos in ſacramento pænitentiæ non abſoluit, ſed oſtendit pęnitentem eſſe abſolutum. 509

Sacramentum pænitentiæ peculiariter inſtitutum eſt ad remiſſionem peccatorum poſt baptiſmum commiſſorum. 510

Forma conuenientiſſima ſacramenti pęnitentiæ, per ſacra Concilia Floren. & Triden. eſt ego te abſoluo. 511

Chriſtus Dominus explicitè non dedit formam ſacramenti pænitentiæ, dedit tamen illam in Eccleſia ſua. ibid.

Duæ ſunt formæ ſacramenti pænitentiæ traditæ a Chriſto Eccleſia vtitur illa data Petro Apoſtolo Ego te abſoluo. 512

Vtraque forma vti poteſt in ſacramento pænitentiæ congruentior tamen eſt dicere, Ego te abſoluo, quam remitto tibi peccata. ibid.

Impoſitio manuum in ſacramento pęnitentiæ erat in vſu in primitiua Eccleſia propterea non eſt contēnenda. 513

Impoſitio manus non eſt neceſſaria in ſacramento pœnitentiæ bene iuuabat in ſanatione infirmi corporaliter. 514

In ſacramento pœnitentiæ. Actus pęnitentis tenent locum materiæ. 515

Sacramentū pęnitentię abſolutè non eſt neceſſarium ad ſalutem. ibid.

Sacramentum pœnitētiæ neceſſarium eſt his qui in peccato mortale exiſtunt. ibid.

Hæretici quærunt impugnare neceſſitatem ſacramēti, poſt peccatum mortale, ſed remanent confuſi. ibidem.

Quatruplex eſt neceſſitas ſacramēti pęnitentię 516

Sacramentum pęnitentię poteſt deeſſe dupliciter in re tantum, & in re & voto ſimul. ibid.

Neceſſitas pænitentiæ poſt lapſum, habetur tamquam de fide ex diuina ſcriptura, & ſacris Concilijs. ibid.

Excluduntur multorum hæreſes circa ſacramentum pænitentiæ. 516

Voluntas non poteſt eſſe bona in pænitente, niſi pęniteat de peccato ſuo. 517

Oſtenditur quomodo ad pęnitentiam requirantur charitas, fides & miſericordia, & optime quidem ibidem.

In his quibus Chriſtus remiſit peccata fuit pęnitentia, ſaltem virtuoſa, ſacramentalis non fuit neceſſaria. ibid.

Pęnitentia a D. Hyeronimo vocatur ſecunda tabula, ſed primo ſic vocata fuit a Tertuliano. ibid.

Integra tabula poſt naufragium, eſt ſtatus baptiſmalis qui dicitur nauis, ſecunda eſt pęnitentia quæ propriè, ſecunda tabula dicitur. 518

Sacramentum pęnitentiæ methaforicè dicitur ſecūda tabula poſt naufragium. ibid.

Abſcondere peccata, non tollit peccata ipſa, vt facit pęnitentia imò & illud peccatum eſt tollendum per pęnitentiam. ibid.

Abſcōdere peccatum in confeſſione, non eſt ſecūda tabula poſt naufragium, ſed eſt contra tabulam illam. 519

Duplex eſt fundamētū ſpiritualis ædificij. ſ. fides, & pęnitētia, fides eſt primū pęnitētia eſt ſecūdū. ibi.

Pęnitentia antecedens baptiſmum eſt pęnitētia virtutis pęnitētia ſequēs baptiſmū eſt ſacramētū. ib.

Pęnitentia abſolutè tenet primum locum inter ſacramenta Eccleſiæ. Reſpectiuè ad tria priora dicitur ſecunda tabula. ibid.

Conuenienter ſacramentum pęnitentiæ in noua lege inſtitutum eſt. 520

Homo debet moueri ad pęnitentiā plus & minus cōformiter iuxta qualitatem delicti commiſſi a ſe. ibidem.

In bonis pęnitētia eſt occaſio ſpei veniæ. In malis eſt occaſio deſperationis. ibid.

Materia ſacramenti pęnitentia fuit inſtituta a Chriſto ante ſuam paſſionem, poſt reſurrectionem dedit præceptum illius. 521

Digitized by Google

Sacramentum pœnitentiæ inſtitutum eſt a Chriſto prædicatum & diuulgatum ab Apoſtolis poſt Chriſti reſurrectionem. 521

pęnitentia eſt de iure naturæ, determinata tamen a iure diuino,& quo ad modum. ibid.

pęnitentia eſt de iure naturali quo ad dolorem, quo ad remedium, & quo ad ſignum fuit poſita a fide. 522

Pęnitentia eſſe remedium peccatorum contingit tripliciter. ibid.

Pęnitentia quæ in veteri lege erat in lege noua fuit declarata, & ordinata ad confeſſionem. ibid.

Declaratur quid ſit ſuſcipere ſacramentum pęnitentiæ in noua lege. 523

Sacramentum pœnitentiæ inſtitutum fuit a Chriſto ante inſtitutionem baptiſmi ſacramenti. ibid.

Pęnitentia interior durare debet vſque ad finem vitæ, licet Hæretici Bergendorum dicant oppoſitum. ibid.

Pœnitentia exterior non oportet vt duret vſque ad finem vitæ, debet durare ad arbitrium Confeſſarij. ibid.

Vera pęnitentia non ſolum remouet peccata præterita, ſed perſeuerat a futuris. ibid.

Duplex pœnitentia interior & exterior, in ſecunda pœnitentia veniunt omnes pęnitentes, in prima tantum perfecti. ibid.

Pœnitentia interior conſiſtit in dolore cordis,& etiã ſenſus, concomitanter tamen dolorem cordis. ibidem.

Ab Eccleſia terminatur tempus pęnitentiæ exteriori. Non autem pęnitentiæ interiori. ibid.

Impoſſibile eſt quod homo actualiter continuè pęniteat abſque interpollutione aliqua. 525

Reducere ſedulo peccata ad memoriam, vt pęniteat, periculoſum eſt incipientibus, perfectis autem vtile. ibid.

Humiliter autem homo tenetur pęnitere continuè de peccatis ſuis, ita vt deſpliciat ei peccata ſua ſaltem negatiuè. ibid.

Pœnitentia interior debet eſſe continua, exterior autem non. 526

Aliquis de pœnitentia poteſt triſtari,& gaudere, ratione diuerſorum, non tamen, ratione eiuſdem. ibidem.

Ad hoc vt pœnitentia ſit continua ſatis eſt quod ſit moderata triſtitia. ibid.

Excluduntur hæreſes circa iterabilitatem ſacramenti pęnitentiæ in ordine ad relapſos. 527

Manifeſtum eſt quod ſacramentum pęnitentiæ eſt reiterabile pluties. ibid.

Baptiſmate homo peccator generatur in vita ſpirituali pęnitentia ſanatur ab infirmitate peccatorum actualium. 528

Ex diuina ſcriptura habemus pęnitentiã eſſe reiterabilem contra opinionem hæreticorum. ibid.

Malitia hominis ab vtitur miſericordia Dei circa ſacramentum pęnitentiæ in ſui ruina. 529

Licet baptiſmus non ſit reiterabilis pęnitentia ſacramentalis reiterabilis eſt. ibid.

Duplex eſt pęnitentia ſolemnis & priuata, pęnitentia priuata reiterabilis ſolemnis autem non. ibid.

Neceſſe eſt pęnitere de eodem peccato pluries, ſi pluries homo in illo caderet. ibid.

Pęnitens, ſi dum actu pęnitet peccat eſt deriſor, ſi autem poſtea peccat, pęnitere debet. 530

Sacramentum baptiſmi eſt irreiterabile, ſacramentum pęnitentiæ reiterabile eſt. ibid.

Benignitas Dei ſuſcipientis promptè peccatorem ad pęnitentia non præbet incentiuum peccandi. Multis peccatoribus illam præbet. ibid.

Facilitas veniæ (quando eſt iniuſta) non autem quando eſt iuſta, eſt incentiuum delinquendi in ſacramento pęnitentiæ. ibid.

Facilitas iniuſta prębet incentiuũ delinquendi, quia vnum peccatum trahit ad aliud faciliter. ibid.

Oſtenditur quid intelligatur per hoc nomen pęnitẽtiæ. Et declarantur ea quæ ſequuntur ad illã. 531

Pęnitentia ſecundum quod eſt triſtitia appetitus ſenſitiui, vt ſic precisè, non eſt uirtus, ſed paſſio. 532

Pęnitentia ſecundum quod eſt triſtitia de peccatis, conſiſtens in voluntate intendenti remouere illud eſt virtus, vel actus virtutis. ibid.

Pœnitentia eſt virtus naturalis in ordine ad peccata. Eſt virtus ſupranaturalis in ordine ad Deum. 533

Pęnitentia de iure naturæ eſt, de iure diuino, & de iure Eccleſiaſtico,& eſt neceſſaria ad obtinẽdam gratiam & remiſſionem peccatorum. ibid.

Pęnitentia eſt virtus. Non quęcumque virtus, ſed virtus diuina, vel virtute, diuina infuſa in corde peccatoris. ibid.

Oſtenditur in quibus differt pœnitentia, vt virtus,& vt ſacramentum. 534

Per pęnitentiam homo, ex vitioſo, fit virtuoſus, & gratus Deo. ibid.

Pęnitentia iuſta eſt, deſiderare non peccaſſe (ſi poſſibile eſſet) & dolere dę peccato commiſſo. ibid.

Pœnitere eſt de re facta, pœnam tenere. ibid.

Pęnitentia eſt ſpecialis virtus (licet non via regia, ſed ex trauerſo inter virtutes ponitur. 535

Nomine pęnitentiæ intelligitur virtus illa, per quam fit conuerſio in Deũ, qui vobis reconciliatur, ibid.

Pœnitentia ordinatur, ad deteſtationem omnium peccatorum in generali prout venũt in offenſam Dei. ibid.

D. Bonauentura, Durandus, & Scotus defecerunt in aſſignatione virtutis pœnitentiæ. ibid.

Actus pœnitentiæ a virtutę charitatis dupliciter poteſt deriuare, ſcilicet elicitiuè, & imperatiuè. ibidem.

Pœnitentiæ virtus eſt diſplicentia peccati præteriti, prout eſt offenſa Dei, intendens operari ad delectionem peccatorum pœnitentis ipſius, cum ſpe veniæ. 536

Non oẽs qui dicunt ſe agere pęnitentiã, pęnitẽs ſunt ſed illi pęnitẽtes ſunt, qui quærũt ſatisfacere Deo interius & exterius. Obiectũ ſpeciale pęnitẽtiæ. ſunt peccata emẽdabilia per actus pęnitẽtis. 537

Phyloſophi non cognouerunt perfectè virtutem pœnitentiæ propterea de illa non tractauerũt, prout delet peccata. ibid.

Pœnitentia expellit peccatum, prout eſt remiſſibile, Dei gratia. 538

Ange-

Angelicus Doctor tractando de ſacramentis non fecit mentionem de pęnitentia, ſed poſtea confecit pęnitentiæ tractatum. 538

Pęnitentia eſt virtus ſpecifica, diſtincta ab alijs virtutibus. ibid.

Pęnitentia non eſt ſpecialis virtus Religionis, quia non eſt actus latriæ per D. Tho. ibid.

Suppoſita culpa, pęnitentia eſt virtus ex trauerſo ingrediens inter alias virtutes. ibid.

Pęnitentia in ſui ratione ſupponit mala, & peccata per ipſam expellenda. ibid.

Pęnitentia quandoque dicitur virtus Religionis, & ſacrificium Deo oblatum. 539

Pęnitentia ſecundũ quod eſt virtus ſpecialis eſt pars iuſtitiæ (licet oppoſitum dicat Lutherus. ibid.

Pęnitentia vltra quod eſt ceſſatio a peccato eſt Dei ſatisfactio pro peccatis commiſſis. ibid.

Iuſtum quod eſt in pęnitentia eſt, iuſtum ſecundum quid, non autem ſimpliciter. 540

Caietanus concordare intendit Scotum, & Durandũ cum D. Tho. in doctrina de pęnitentia. ibid.

Intentio pęnitentis eſt ſatisfacere Deo, primo & per ſe, ſecundo affligere ſe pro culpis commiſſis a ſe. ibidem.

Pęnitentia pertinet ad iuſtitiam vindicatiuam, & ad iuſtitiam commutatiuam. 541

Materia pęnitentiæ non eſt Deus, ſed actus boni hominis quibus Deus offenſus placatur. ibid.

Pęnitentia prout eſt dolor offenſæ Dei, vel proximi eſt ſpecies charitatis, & virtus infuſa. ibid.

Pęnitens licet non ſatisfaciat Deo pro offenſa ſimpliciter, ſatisfacit pro poſſe, & eſt ſufficiens ex acceptatione Dei. 542

Pęnitentia dicit ſingularem modum placandi Deũ, mediante diuino auxilio ad abluenda peccata. ibidem.

Licet pœnitentia ſit ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ concomittatur tamen omnibus alijs virtutibus. ibidem.

Pęnitentia per ſe continetur ſub iuſtitia commutatiua. ibid.

Pęnitentia in ordine ad punitionem, & ad ſatisfactionem pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. 543

Vindicta facta in ſeipſum, in ordine ad Deum eſt pęnitentia. ibid.

Pęnitentia intendit debere culpam pęnitentis requirere amicitiam Dei. ibid.

Pęnitentia prout eſt paſſio non eſt in voluntate ſubiectiuè, ſed in concupiſcibili. ibid.

Pœnitentia vt virtus eſt in voluntate tamquam in ſubiecto, eius effectus eſt propoſitum emendandi. 544

De eſſentia virtutis pęnitentia, non eſt ſenſitalis paſſio, vel affectio. ibid.

Carentia doloris non eſt ſignum impęnitentis cordis præcipuè in uiris perfectis. 545

Pęnitentes imperfecti procurare debent dolorem, & lachrymas contritionis. ibid.

Paſſio reperta pro peccato, & ad hoc quod ſit pœnitentia ſatis eſt quod referatur in Deum. ibid.

Pœnitentia eſt in voluntate præſupponit lineam memoriam delictorum commiſſorum. ibid.

Pœnitentia ſatis eſt quod ſit in voluntate ad generandum dolorem, & triſtitiam in appetitum, ſuo imperio. ibid.

Pęnitentia in voluntate exiſtens excludit peccatum a ſingulis potentiis animę, & a ſenſibus. 546

Habitus pœnitentiæ immediatè infunditur a Deo (nobis tamen diſpoſitiuè cooperantibus.) ibid.

Pęnitentia quan um ad actum quibus Deo operantem cooperamur, ſunt diuiſa in ordine ad ſex motus. ibid.

Actus timoris filialis quo quis pęnitens voluntarius eſt, in quo conſiſtit actus ſpecialis pœnitentiæ. ibidem.

Actus pęnitentis a timore ſeruili incipit, & terminatur in timorem filialem. 547

Impugnatur hæreſis Lutheri contra ſacramentum pęnitentiæ, authoritatibus, & rationibus. 548

Si quis non pœniteret niſi adeſſent pęnæ inferni vana eſſet eius pęnitentia. 549

Pœnitentia procedit a timore, & a motione Dei. ibidem.

Pęnitentia non eſt ſimpliciter, prima virtutum, neq; ordine temporis, neque ordine naturæ. 550

Pęnitentia quantum ad aliquid eſt prima inter cæteras virtutes in ordine ad tempus. ibid.

Ordĩ naturæ virtutes morales, videtur eſſe priores pęnitentia. ibid.

In genere cauſa mortalis motus pęnitentiæ præcedit alios motus, in ordine ad remiſſionem peccatorum. 551

Actus pęnitentiæ elicitur a ſolo lib. arb. Et illã rationem qua antecedit gratia non eſt meritorius. ibidem.

Habitus pœnitentiæ qua ratione præcedit a lib. arb. adeſt prius quam gratia, & eſt poſterior, vt eſt informatus gratia. ibid.

Actus pœnitentię informatus gratia eſt meritorius, non gratiæ, ſed gloriæ reſpondenti gratiæ illi. 552

Pœnitentia prior eſt virtutibus moralibus in executione, ex parte finis & obiecti, virtutes morales præcedunt ipſam. ibid.

Eodem momento temporis, quo infunditur gratia in pœnitente, infunduntur omnes virtutes ibidem.

Pœnitentia præbet additum omnibus virtutibus, non ſolum moralibus, ſed & theologalibus. ibidem.

Partes integrales pœnitentiæ ſunt tres ex decreto Concilij Florentini. Contritio, confeſſio, & ſatiſfactio. 553

Sacramentum pœnitentiæ habet tres partes integrales ex diuina ſcriptura. ibid.

Pęnitentia eſt vnum ſacramentum licet habeat tres partes integrales, & duæ eſſentiales. 554

Pœnitentiæ virtuti non aſſignantur partes Pœnitentiæ ſacramento ſic. ibid.

Peccatum eſt materia remota ſacramenti pęnitẽtiæ. Actus pęnitentis ſunt materia proxima eius. ibi.

Duplex pars ſacramenti pęnitentiæ eſſentialis & integralis, prima ſunt materia & forma, ſecũda ſunt confeſſio, contritio & ſatisfactio. ibid.

Sacramentum pęnitentiæ conſtat ex partibus eſſentialibus,& integralibus. 555

Contritio confeſſio,& ſatisfactio ſunt partes integrales pęnitentiæ, ibid.

Partes integrales pęnitentię non ſunt plures,nec pauciores tribus. ibid.

In conſtitutione reperitur multa ad hoc, vt ſit pars materialis pęnitentiæ. ibid.

ualde vtile eſt facere pœnitentiam ex ordine Confeſſarij,quod ſeruare debet negligentes. 556

Partes ſacramenti pęnitentiæ duplex eſſentialis, & partialis. ibid.

Contritio confeſſio non ſunt partes ſubiectiuæ nec pœnitentiales, ſed ſunt partes integrales pęnitentiæ. 557

Partes integrales ſacramenti pęnitentiæ ſunt contritio,confeſſio,& ſatisfactio. ibid.

Pęnitentia virtualiter continetur in contritione,confeſſione,& ſatisfactione. 558

Partes integrales pœnitentiæ non habent ordinem ſitus in ſe, ſed tantum ordinem virtutis, & temporis. ibid.

Pœnitentia vt virtus eſt triplex.ſ.ante baptiſmum, poſt baptiſmum, quo ad mortalia, & quo ad venialia. 559

Triplex immutatio fit a pęnitente in pęnitẽtia dum agit pęnitentia de peccatis ſuis. ibid.

Docetur modus quo peccator facere debet ſuam pœnitentiam in hac vita, pro peccatis ſuis. ibidem.

Pęnitentia ante paccatum non eſt pars ſacramenti, ſed actus virtutis diſponens ad ſacramentum baptiſmi. 560

Pœnitentia peccatorum mortalium eſt ſpecies diſtincta a pœnitentia peccatorum venialium. ibidem.

Poſt baptiſmum datur pœnitentia peccatorum venialium diſtincta a pęnitentia mortalium. Ante baptiſmum non. ibid.

In ſanctificatis, & perſeueratis fuit pęnitentia peccatorum venialium,non autem mortalium. ibid.

Ad Pœnitentiam non ſufficit ceſſare a peccatis, ſed oportet peniteret de præteritis, & pęnitentiam agere. 589

Confeſſarius dare poteſt pro pęnitentia peccata opera ſatisfactoria,alias debita. 591

Dare pro pœnitentia pœnas alias debitas pęnitenti. Virtute clauium, ſunt magis ſatisfactoria, quam ſine illa. ibid.

Confeſſarij poſſunt iniungere pœnitenti pœnitentiam quo ad opera bona,alias debita,ſed non paſſim. 592

Percuſſio.

Non licet repercutere percutientem, niſi perſeueret in percutiendo, ſtando in lege Chriſti dimittendo diabolum. 448

Pollutio.

Pollutio nocturna ſecundum ſe, & propria natura non eſt peccatum mortale. 561

Pollutio nocturna cauſata ex præcedenti delectatione, ſi adeſt conſenſus poteſt eſſe peccatum mortale. ibid.

Pollutio nocturna ex parte cauſæ poteſt eſſe cauſa peccatum mortale. ibid.

Triplex eſt cauſa pollutionis nocturnæ, prima eſt corporalis, ſecunda interior animalis, tertia exterior ſpiritualis. ibid.

Pollutio nocturna (quo ad eius ſequelam) poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale, aut nullum. 562

Oſtenditur quibus modis homo peccat mortaliter ex pollutione deſiderata vel ſecuta. ibid.

Aliquando homo non peccat non impediendo pollutionem (etiam quod poſſet.) ibid.

Patientes pollutiones (cum delectatione) exercendo officia ſua etiam ſancta relinquant illa, aliter peccarent. ibid.

Pollutio in ſomnis per ſe non poteſt eſſe peccatum mortale, per accidens tamen poteſt eſſe tale peccatum. 563

Pollutio nocturna eſt duplex vna eſt cauſa illius,alia non eſt cauſa illius. ibid.

Pollutio nocturna,ſecundum ſe conſiderata,non impedit (neceſſario) ſumptionem Sanctiſſimæ Eucharistiæ. ibid.

Pollutio nocturna ex cauſa culpabili, neceſſario,impedit ſumptionem Sanctiſſimæ Eucharistię. ibid.

Sumpturus Sanctiſſimam Communionem, ne illudetur a dæmone per nocturnam pollutionem,debet ſe præparare ad reſiſtendum contra immundas illas illuſiones. 564

Quando pollutio ſequitur ex delectatione moroſa eſt peccatum mortale, & impedit Sanctiſſimam Communionem. ibid.

Pollutio nocturna quæ eſt ſine culpa ex quadam decentia impedit ſumptionem Sanctiſſimæ Communionis. ibid.

Impedimentum pollutionis, tempore neceſſitatis debet poſtponi. ibid.

Dans cauſam pollutionis in vigilia, & pęnitens hoc feciſſet ante dormitionem pollutio ſi ſequatur non eſt peccatum. ibid.

Pollutio impedit Communionem Sanctiſſimam, licet aliæ immunditiæ corporis, vt ſic non impediant illam. 565

Per confeſſionem,& cõtritionem tollitur reatus culpæ pollutionis nocturnæ tamen, non tollitur immunditia corporis. ibid.

Nulla pollutio quæ ex cauſa proueniat neceſſario a Sanctiſſima Communione impedit,ſi culpa deleta eſt per pęnitentiam. 566

Accedere ſtatim ad Sanctiſſimam Communionem poſt pollutionem in vigilia. In caſu neceſſitatis licet (ſemoto ſcandalo.) ibid.

Polluti debẽt abſtinere a Sanctiſſima communione per ſeipſum vigintiquatuor horarum. ibid.

Pollutio nocturna impedit Sanctiſſimam Communionem,alia crimina in ſomno viſa non impediũt illam. ibid.

Pollutio nocturna poteſt eſſe peccatum. 567

Præcepta.

Præcepta tradita ab Apoſtolo aliquando ſunt de iure diuino, aliquando de iure pontificio pro regimine Eccleſiæ. 428

Pretium

Pretium.

Duplex pretium legitimum & naturale. Naturale triplex rigoroſum mediocri & pium, loquendo de pretio iuſto. 369

Iuſtum pretium rei eſt, dum res quæ venditor traditur emptori. Res.n.tantum valet quantum exiſtimatur, dum exiſtit. 370

Fideiuſſor aſſicurator rei alienæ, & accomodans alteri equum ſuum accipere poſſunt pretium, venditor credito hoc facere non poteſt. 371

Promiſſio.

Illi qui non ſeruat promiſſionē iuſtam facta, non eſt ſeruata promiſſio vel fides. 79

Purgatorium.

Pęna purgatorij eſt nobis improportionata in hac vita, ſit tamen proportionata a Cōfeſſario aſſignante penitentiam pro peccatis. 230

Penitentia data a confeſſario penitentibus ſi non eſt proportionatæ pęnæ peccatorum illorū, ſoluenda eſt in purgatorio. 232

Dolor animarū purgatorij de culpa, & de pęna ſuorum peccatorum non eſt contritio cum non habeant virtutem ſe liberandi a pęnis illis. 295

Pęnæ purgatorij propriè non ſunt ſatisfactoriæ, ſed ſunt pęnę debitæ pro peccatis. ibid.

In purgatorio minus patitur abſolutus ſacramentaliter, quam contritus non abſolutus (cęteris paribus.) 301

In ordine ad pęnitentiam ſacramentalem remittuntur aliquę pęnę purgatorij. 505

R *Rapina.*

Rapina & furtum in ordine ad obiecta differunt ſpecie. In rapina inuenitur inuoluntarium ſcitum & manifeſtum. In furto inuenitur inuoluntarium occultum. 568

Rapina eſt acceptio rei alienæ per violentiam. Furtum eſt acceptio occulta eiuſdem rei. ibid.

In diuina ſcriptura oſtenditur natura rapinæ factæ per violentiam. ibid.

Rapina formaliter ſumpta, ſine peccato fieri non poteſt, quæcumque authoritate hoc factum ſit. ibidem.

Rapina facta iuſtis ex cauſis, ex ordine Republicæ non eſt peccatum licita eſſe poteſt (in perſona priuata non.) ibid.

Rapina in Principe & Iudice grauius eſt, quam in perſona priuata. ibid.

Præda capta in bello iuſto rapina non eſt. Eſt tamen rapina illa quæ capta eſt in bello iniuſto. ibid.

Principes aggrauantes iniuſtè ſubditos ſuos ſunt raptores & excommunicati, & ad reſtitutionem tenentur. 569

Non licet offerre ſacrificium & holocauſtum, de rebus per rapinam acceptis. ibid.

Licitum eſt cuilibet auxilium prębere captiuo, vt eripiatur a ſeruitute infidelium publica. Et priuata authoritate. 571

Iuſtè poſſeſſa ab infidelibus non licet rapere de manu illorum. ibid.

Licitum eſt per modum rapinæ ſeruum de manu infidelium rapere, non autem alias res, priuata authoritate. 572

Ab infidelibus ſubditis de iure & de facto Chriſtianis non licet rapere bona illorum priuata authoritate. ibid.

Grauius peccatum eſt rapina ipſo furto multis de cauſis. ibid.

Rapina grauius peccatum eſt furto, comparatis comparandis inter ea. 573

Homo qui viuit ratione debet magis verecundari de rapina quam de furto licet ſenſualis homo oppoſitum faciat. ibid.

Nocumentum datum per rapinam proximo maius eſt nocumento illi dato, per furtum. ibid.

Non eſt ratio de furto, & rapina, & de alijs peccatis in ordine ad diuerſificandas ſpecies peccatorum. ibid.

Finis remotus rapinæ, & furti eſt idem. At finis proximus illorum eſt diuerſus. ibid.

Rapina non poteſt eſſe occulta, ſaltem ex parte mulieris raptæ furtum autem omnino, poteſt eſſe occultum. ibid.

Reatus.

Reatus peccati idem eſt quod obligatio ad pęnam peccati propter culpam. 456

Reſeruatio Caſuum.

Decentiſſimum eſt reſeruare caſus grauiores peccatorum Prælatis ſuperioribus. 177

Quinque modi aſſignantur pro abſoluendo a reſeruatis, quinto tamen modo debet vti confeſſor in tali caſu. 177

Aſſignatur modus facilis petendi authoritatem a caſibus reſeruatis, quam gratioſè Prælati concedere debent. 178

Prælatus abſoluere debet a ſibi reſeruatis, relictis alijs peccatis, inferiori confeſſario vt ab illis abſoluat, vel dare debet illi authoritatem abſoluendi ab omnibus ſimul. 179

Peregrinum abſolui non poteſt a reſeruatis ab vtraque Epiſcopo, ſub cuius cura eſt & ſub quo reperitur pro tunc, ſine licentia. 188

Peccatorum reſeruatio ſemper fuit in Eccleſiā Dei præterquam in articulo mortis, ex ſacro Concil. Trid. habetur. 201

Reſtitutio.

Ignorantia inculpabilis, licet in parte excuſat a reſtitutione, non tamen a toto. 58

In foro iudiciali receptum vltra dimidium iuſti pretij obnoxium eſt reſtitutioni. In foro autem conſcientiæ quodcumque iniuſtum habitum in emptione, & venditione reſtitui debet. 368

Qui tollit famā proximi per ſe ad reſtitutionem illius tenetur ex iuſtitia qui tollit illam per accidēs, ex charitate ad hoc tenetur. 390

Reuelatio ex auditu magni criminis occulti ſi tollit famam obligat ad reſtitutionem ex charitate. ibi.

Aſſignatur modus reſtituendi famā ei contra quem quis eſt locutus, ex audita, vel ex leui ſuſpitione. ibidem.

Quicumque alteri inique famam ſubſtulit. ſ. ex intentione, & per ſe (ex iuſtitia) tenetur illi famam reſtituere. ibid.

Infamans ſeipſum in tormentis & extra, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. 391
Illæ qui damnatur ad mortem propter cõfeſſionem factam in tormentis debet reſtituere ſibi famam oſtendendo ſuam innocentiam. 393
In ordine ad tria facienda eſt reſtitutio (modo poſſibili) in alio genere rerum, in ordine ad vitam, ad mutilationem membrorum, & famæ. ibid.
Fama reſtituenda eſt Deo primo, Eccleſiæ ſecundo, & illi a quo fuit ablata tertio. 394
Bona naufragantium ſunt reſtituenda Dominis illorum vel miniſtris aut hęredibus ſuis. 409
Bona inuenta reſtituenda ſunt vero Domino ſi reperitur, aliter ſunt inuentoris, ſtando in iure naturæ. ibidem.
Inuentor rerum, facta diligentia, ſi inuenit Dominũ reſtituat illas aliter diſtribuat, &c. 410
Accipiens aliena in tempore extremæ neceſſitatis ad reſtitutionem non tenetur, bene tenetur, ſi extra tale tempus illa accepit. 417
Qui furatur vt nobiliter viuat, ad reſtitutionem tenetur. 418

Rixa.

Rixa impropriè dicta, ſeu rixa imperfecta, poteſt eſſe ſine peccato. 574
Rixa propriiſſime ſumpta ſemper eſt peccatũ mortale. ibid.
Rixa in eo qui aliam, iniuſte inuadit ſemper eſt peccatum mortale. Rixa in eo qui ſe defendit, aliquando eſt peccatum mortale, aliquando eſt peccatum veniale, aliquando non eſt peccatum. ibidem.
Rixa propriè ſumpta eſt filia iræ. Occaſio naturaliter tamen oritur ab odio, a ſuperbia, & a vanagloria. ibid.
Rixa cauſat multa mala in anima, & in corpore. ibidem.
Rixoſus punitur pęna pecuniaria, & pęna corporis ex iudicis ſententia, & anima eius vulneratur peccato. ibid.
Rixa dupliciter ſumitur propriè, & impropriè. Rixa propriè ſumpta, eſt quodam bellum priuatum. 575
Rixa propriiſſimè ſumpta non reperitur in Sanctis bene autem in peccatoribus multis. ibid.
Rixa fit affectu inordinato, & authoritate priuata bellum autem fit authoritate publica. ibid.

Roſarium.

Priuilegia, & indulgentiæ Sanctiſſimi Roſarij confirmata ſunt a Paulo V. anno Domini 1608. 13

S *Sacerdotes.*

Magiſter decipitur putans non eſſe maiorem virtutem in ſacerdotibus noſtris quam in legalibus in abſoluendo a peccatis. 510

Sacramenta.

Ex Conc. Trid. Sacramenta nouæ legis operatur inſtrumentaliter ad remiſſionem peccatorũ. 297
Sacramenta Eccleſiæ inſtrumentaliter effectiuè concurrunt ad remiſſionem peccatorum. ibid.
Sacramenta nouæ legis, ex opere operato habent ſuã efficaciam in ordine ad ſuſcipientem illa pro quibus offeruntur. 498
Chriſtus vſus eſt aliquibus ſacramentis actiuè, alijs paſſiuè, alijs vllo modo. 523

Saluare.

Deus ex parte ſui vult ſaluare omnes. Illi qui non ſaluantur, ex propria culpa non ſaluantur. 40
Efficacius eſt donum Dei ad ſaluandum homines, quam peccatum Adæ ad damnandum illos. 40
Non eodem modo data eſt poteſtas Apoſtolis in ſanãdos infirmos, & liberando illos a peccatis. 512

Sanguis.

Prohibitio facta clericis de effuſiõne ſanguinis, ſe extendit etiam ad eos qui initiati ſunt primã tonſura. 429
Omnes miniſtri in cauſa ſanguinis ſunt irregulares, etiam quod non peccant, dum iuridicè procedunt. ibid.
Ad dignitatem clericorum pertinet, non poſſe effundere ſanguinem humanum. ibid.
Prælatus Eccleſiæ habens iuriſdictionem temporalem poteſt committere vices ſuas in cauſa ſanguinis Iudici a ſe delegato, non tamen exercere tale officium, per ſe poteſt. 430
Prælati non incurrunt irregularitatem comittendo cauſas ſanguinis Iudicibus a ſe delegatis. Neque Inquiſitores relaxando reos mortis brachio ſeculari. ibid.

Satisfactio.

Satisfactio facta in peccato mortali, ab eo qui poſtea aſſequitur charitatem eſt reiteranda. 273
Satisfactio ſumitur tripliciter, primo pro merito Chriſti, ſecundo pro pęna aſſumpta pro peccatis, tertio pro pęnitentia. 575
Satisfactio ſumitur dupliciter, primo prout eſt opus pęnitentiæ virtutis, ſecundo prout eſt tertia pars ſacramenti pęnitentię. 576
Deffinitio ſatisfactionis ſacramentalis eſt duplex, perfecta, & partialis, quæ multipliciter accipitur. ibidem.
Magna differentia reperitur, inter ſatisfactionem & ſatis paſſionem. ibid.
Satisfactio quæ eſt ex electione pęnitentis, eſt valde meritoria apud Deum, & eſt virtus. ibid.
Omnis ſatisfactio facta (debito modo) proximo fit Deo. At non omnis ſatisfactio facta Deo, fit proximo. ibid.
Satisfactio eſt illatæ iniuriæ compenſatio. Et peccatorum ſuorum exitio, & excluſio. ibid.
Satisfactio eſt iniuriæ factæ Deo compenſatio cum propoſito euitandi peccatum, in futuro. ibid.
Nulla creatura poteſt ad plenũ ſatisfacere Deo pro peccatis hominum. ibid.
Poſſibile eſt, vt homo ſatisfactio Deo pro culpis a Deo ſibi remiſſis. ibid.
Homo ex meritis proprijs Deo ſatisfacere non poteſt bene Deo ſatisfacere poteſt (gratia Dei mediante.) 577
Virtutem Chriſti nos pro peccatis noſtris (etiam ex condigno) ſatisfacere poſſumus. ibid.
Extra ſacramentum pęnitentiæ vnus pro alio mereri poteſt, & etiam ſatisfacere. Et pęnitẽtiam vnus

pro

pro alio facere, quatenus eſt ſatisfactio pro peccatis. ibid.
Pœnitentia prout eſt medicina facienda eſt ab eo qui peccauit, vt ſatisfactio grata ſit Deo. 578
Vnus pro alio ſatisfacere poteſt prout pęnitentia datur pro expiatione pęnæ peccati. ibid.
Vnus pro alio poteſt pœnitentiam facere, prout eſt ſatisfactoria, non autem prout eſt medicina pro peccatis. ibid.
Satisfactio facta pro alio (inter viuos) eſt de condigno pertinet ad iuſtitiam. Ad facta pro defuncto eſt de congruo, & pertinet ad miſericordiam. 579
Licet vnus pro alio non poſſit conteri, vel confiteri, poteſt tamen ſatisfacere. ibid.
Qui ſatisfacit pro alio, poteſt mereri pro ſe, licet nō ſatisfaciat pro ſe. ibid.
Permittētes perſoluere pęnitentiam pro alio illam perſoluere debent, non ſolum pro ſalute animarum proximorum, ſed ſuarum etiam. 580
Pro pęnitentia aſſignata infirmis alius ſatisfacere poteſt, ex conſenſu Confeſſarij. ibid.
Satisfactio realis effectiuè fieri poteſt primo pro vno peccato poſtea vero pro alijs. ibid.
Impoſſibile eſt ſatisfacere Deo pro vno peccato ſine alio, ex parte intentionis pęnitentis. ibid.
Illi qui ſunt in gratia, ſatisfacere poſſunt Deo pro vno peccato ſine alio. Illi qui non ſunt in gratia hoc facere non poſſunt. 581
Non poteſt quis Deo ſatisfacere, pro culpa, vel pęna ſui peccati, niſi exiſtat in gratia Dei. ibid.
Nulla ſatisfactio pro remiſſa culpa fieri poteſt Deo, niſi ab eo qui eſt in gratia eius. ibid.
In his quæ ſe tenent ex parte Iuſtitiæ, pro vno fieri poteſt ſatisfactio ſine alio. Non autem in his quæ ſe tenent ex parte amicitię. ibid.
Illæ qui intēdit ſatisfacere pro vno peccato, & non pro alijs non excidit omnes cauſas peccatorum. ibidem.
Satisfactio noſtra ex gratia, eſt virtutis infinitæ, quia ab infinita miſericordia Dei venit. 582
Licet omnia bona noſtra ſint a Deo, tamen ſatisfactio nobis pro peccatis eſt noſtra. ibid.
Homo ſatisfacere poteſt pro peccato ſuo actuali pro peccato originali ſatisfacere non poteſt. ibid.
Homo exiſtens in mortali non poteſt Deo ſatisfacere pro peccatis contritis, & confeſſis. 583
Sola virtus charitatis facit opera noſtra grata Deo, quibus operibus Deo ſatisfacimus pro peccatis. ibidem.
Opera noſtra ſatisfactoria eſſe non poſſunt, niſi facta ſint ab eo qui eſt in gratia Dei. ibid.
Qui non viuit in Chriſto Domino, ſatisfacere Deo non poteſt pro peccatis ſuis. Ex ſacro Concil. Tridentino. 584
Satisfactio in mortali facta per aduentum charitatis non reuiuiſcit, ſed eſt reiteranda. 584
Satisfactio in mortali facta reiteranda eſt, quia vt ſic eſt opus hominis tantum. 585
Satisfactio eſt opus hominis, quando eſt facta in mortali, ideo non reuiuiſcit per aduentum charitatis. ibid.
Satisfactio, virtute clauium facta, facit multa, quæ facere non poteſt ſatisfactio facta ex propria electione. ibid.
Opera ſatisfactoria quæ relinquunt effectum poſt ſe per aduentum charitatis reuiuiſcunt, aliæ vero non. ibid.
Satisfactio ſacramentalis facta in peccato mortali, formaliter loquendo eſt reiteranda. 586
Aſſignatur ordo ſeruandus circa reiterationem pœnitentiæ, ſeu ſatisfactionis factæ in mortali. ibidem.
Concordantia Doctorum circa reiterationem ſatisfactionis factæ in peccato mortali. ibid.
Ad pęnitentiam non ſufficit ceſſare a peccatis operatis & pęnitere, & de præteritis pœnitentiam agere. 589
Satisfactio pro culpa putans eſſe facta in gratia, excuſat etiam quod in gratia facta non eſſet. ibidem.
Pęnitentia facta in mortali ſatisfacit Eccleſiæ, ſed nō liberat a pęnis purgatorij. ibid.
Scire quod pęnitentia facta in mortali non ſatisfacit reddit cautum pęnitentem. ibid.
Pęnitentia non facta in gratia reliquit pęnam peccati faciendam in inferno in perpetuo. ibid.
Illæ qui pęnitentiam peccator, facit in mortali debet illam facere æternaliter in inferno ſi in mortali moritur. 590
Pęnitentia ſoluenda in tempore in modo in inferno mutatur de temporali in æternam. ibid.
Satisfactio incepta in charitate perſeuerare non poteſt ſi interponatur peccatum, peccatum mortale tollit charitatem. ibid.
Opera ſatisfactoria in ſacramēto pęnitentiæ ſunt ieiunia, orationes, & eleemoſynæ. ibid.
Aſſignatur modus iſtarum operationum ſatisfactoriarum pro pęnitentia peccatorum. 591
Pęnitentia virtute clauium magis ſatisfacit, quam ſine illa, etiam ſi ſit de pœnis alias debitis. ibidem.
Satisfactio fieri poteſt, etiam quod omnino non ſit ex proprijs, ſi ſatisfactio principaliter in amicitia fundatur. 592
Duplex oratio mentalis, & vocalis, vtraque poteſt eſſe ſatisfactoria ſacramentaliter. ibid.
Satisfactio variari poteſt a Confeſſario, præcipuè eleemoſyna eſt optimum opus ſatisfactorium. 593
Alia ſatisfactio a tribus neceſſitatis ſupra reducitur ad vnam illarum ſupradictarum. ibid.

Scandalum.

Propter ſcandalum vitandum non debemus agere contra iuſtitiam. 213
Scandalum actiuum omnino vitandum eſt paſſiuū ſcandalum receptum & non datum non eſt neceſſe euitare. 501

Seditio.

Seditio eſt diſcordia, non abſolute, ſed inter pares, qui ſunt einſdem multitudinis. 350
Seditio peccatum mortale eſt, & tantum grauius eſt, quantum eſt in materia maiori, & inter primates. ibid.

Oſten-

Oſtenditur crudelitas hominum partialium ac ſeditioſorum amantium diſcordias. 351

Partiales ſeditioſi nequeunt abſolui a peccatis, niſi relicto malo affectu, & facta reſtitutione damni dati oppreſſis ab eis. 352

Oſtenditur in quo conueniant, & in quo diſtinguantur ſeditio, rixa, & bellum. 594

Seditio eſt ſpeciale peccatum, quantum ad aliquid conuenit cum rixa & bellum, & quantum ad aliquid diſtinguitur. ibid.

Seditio & ſchiſma, in duobus diſtinguuntur, & in vno conueniunt. ibid.

Seditio eſt ſpecies diſcordiæ, diſtincta à ſchiſmate in ordine ad ſua obiecta. ibid.

Seditio ex ſuo genere eſt peccatum mortale, & eſt grauius peccatum quam rixa. 595

Seditio eſt pugna mala contra bonum commune multitudinis, propria eſt ſemper peccatum mortale. ibid.

Seditio non poteſt eſſe ſine peccato mortali, diſcordia autem poteſt eſſe ſine peccato mortali. ibid.

Societas.

Duplex eſt contractus ſocietatis, Alter eiuſdem rationis & alter diuerſæ rationis. 596

Triplex contractus ſocietatis, ſcilicet mercium, animalium, & rerum ſpiritualium. ibid.

Contractus ſocietatis, in quo qui ponunt pecuniam ſubiacent periculis eſt licitus. 597

Aſſignantur modi diuerſi formandi contractus ſocietatis. ibid.

Datur modus conſtituendi ſocietatem, & diſſoluendi illam proportionabiliter quo ad lucrum, & ad damnum. ibid.

Ex pecunia in ſocietate poſita non poteſt recipi de lucro niſi proportionabiliter in ordine ad periculum. ibid.

Quando ſocij æqualiter ſe habent ad lucrum, & ad damnum contractus eſt iuſtus. ibid.

Quando in ſocietate amittitur capitale totius, qui potuit pecuniam ſubiacet, quando nihil lucratur damnum totũ illi qui operas poſuit, recipit. 598

Societas tripliciter conſideratur, ſecundum ſe, in ordine ad negotiationẽ & in ordine ad miniſtros. ib.

Conditio ſocij eſt melior conditione miniſtri, propter ſpem maioris lucri. ibid.

Societas æqualis eſſe debet in ordine ad lucrum, & ad damnum, ſeu ad periculum. ibid.

Induſtria ſocij poteſt æſtimari æquiualenter ad pecuniam poſitam in ſocietate. 599

Licitum non eſt peccare pecuniam in ſocietate, (ſaluo capitali.) ibid.

Datur modus quo dans pecuniam ſuam in ſocietate, ſaluare poſſit capitale. 600

Pecuniaria in ſocietate poſita, poteſt aſſicurari, vt ſaluum ſit capitale. ibid.

Socius poteſt tribus contractibus aſſicurare ſocium de lucro poſito in ſocietate ſeruatis, ſeruandis. ib.

Somnum.

In ſomno homo poteſt aliquid apprehendere non poteſt tum mereri, vel demereri. 567

In ſomno non poteſt homo peccare, vel bonum facere. ibid.

Stuprum.

Non omne ſtuprum mutat ſpeciem a ſimplice fornicatione præcipue illa quæ eſt volita a puella vnde non eſt conditio aggrauans. 173

Stuprans volentem ſtuprari peccat contra iuſtitiam in ordine ad cuſtodem mulieris ſtupratæ. 435

Suffragia.

Tria ſunt quæ faciunt ſuffragia viuorum peruenire ad animas defunctorum velut per quaſdam canas. 498

Suffragia defunctorum facta per peccatores quo ad opus operatum, ideſt ex parte ſacramenti proſunt defunctis. ibid.

Suffragia peccatoris, prout ſunt a peccatore non proſunt, neque viuis neque defunctis. ibid.

Suffragia ſacerdotis gerentis perſonam totius Eccleſiæ proſunt defunctis & viuis, etiam quod ſacerdos ſit peccator. ibid.

Si Miniſtri Eccleſiæ, & offerentes eſſent in gratia, ſuffragia illorũ magis iuuarẽt pro defunctis. 499

Peccator faciens ſuffragia ſpontè pro iuſto non prodeſt illi, ſi hoc facit vt executor teſtamenti prodeſt. ibid.

Ad hoc quod ſuffragia iuuent defunctis, requiritur capacitas, ex parte defunctorum. ibid.

Ad perſoluenda ſuffragia pro defunctis ſatis eſt ſperare, quod animæ illæ ſint in ſtatu ſalutis. ibid.

Ad hoc vt ſuffragia mortuorum proſint, requiritur capacitas defuncti, & qualitas operis, quod pro illo offertus. ibid.

Suffragia tunc nullum reportat commodum quando ille pro quo fiunt non eſt capax talis ſuffragij aliter ſic. 500

Quattuor ſunt gradus valoris ſuffragiorum defunctorum. ibid.

Non perſoluentes ſuffragia, vel legata defunctorum ſunt excommunicati, tamquam necatores animarum. 579

Theſaurus.

Theſaurus inuentus aliquando eſt inuentores in toto vel in parte, aliquando eſt Domini fundi, vel fodientis illum, vel Principis. 386

Theſauri antiquitus occulti quorum nullus reperiebatur poſſeſſor iure naturæ erant inuentoris. Stando modo in ordine legum ciuilium, media pars eſt Domini agri. 406

Hiſpaniarum Rex iuſtè potuit condere legem ne in mari Indo, quis quærat gemas lapillos (talis theſauros ſibi reſeruantis.) 406

Duplex theſaurus ſcilicet propriè dictus, & impropriè dictus. 407

Qui inuenit theſaurum impropriè dictũ, tenetur illum reſtituere vero Domino, ſeu hæredibus eius. ibidem.

Theſauri inuenti in ſepulchris ibi abſconditi, aliqui ſubiacent reſtitutioni aliqui non. ibid.

Secundum ius naturæ theſauri proprie dicti efficiuntur inuentoris illorum. ibid.

Theſaurus inuentus arte magica (ſtante in lege communi) totus pertinet ad fiſcum. ibid.

Stando in iure communi theſaurus inuentus in proprio fundo, totus eſt inuentoris. ibid.

The-

Theſaurus in fundo alieno ex propoſito inuſtus eſt Domini fundi, inuentus caſu diuidendus eſt, inter inuentorem, & dominum fundi. ibid.

Theſaurus inuentus in agro empto de recenti totus eſt emptoris, ſi inuenit illum. 407

Theſaurus inuentus in agro empto, eſt emptoris & non venditoris, nec tenetur reddere aliquid venditori. 408

Inuentor theſauri non acquiſiuit dominium illius ex venditione alterius, ſed ex inuentione illius. ibid.

Princeps non poteſt condere legem circa theſauros inuentos niſi pro loco vbi coniecturaliter latet, & ex maxima neceſſitate Reipubl. ibid.

Theſaurus in domibus antiquis repertus eſt inuentoris, ſi non adeſt memoria Domini illius, ſi adeſt pertinet ad hæredes illos. ibid.

Mineralia inuenta auri argenti, & metallorum manent ſub legibus theſaurorum inuentorum. 409

Dominus fundi theſauri eſt Dominus illius pro ſua portione. Tempore neceſſitatis Princeps poteſt ſibi applicare illum. 409

Tempus.

Tempus poteſt & non poteſt redimi, ſimpliciter nō, ſecundum quid ſic. 290

Tempus admiſſum recuperari non poteſt quoad eſſe, bene autem quoad cumulum meriti. 582

Teſtes.

Teſtes conuenire poſſunt in mendatio difficiliter tātum, ſi index falſitatem illorū reperire poteſt. 474

Timor.

Charitas mittit foras timorem ſeruilem, non autem filialem, contritio eſt dolor filialis. 295

Timor inferni eſt bonus, & incipientibus plurimum confert ad obtinendam remiſſionem peccatorum. 547

Timor Iudicij conuertit ad Chriſtum innumeram multitudinem Iudęorum Saracinorum & peccatorum. In prædicatione D. Vincentij Ordinis Prædicatorum. ibid.

Timor ſeruilis vtilis eſt, ad remouendo peccatores a peccatis, ad viam ſalutis. ibid.

Non omnis charitas mittit foras timorem. Charitas perfecta hoc facit. 548

Bene agere timore mortis, vel cuiuſcumque mali, & ſeruare legem, ex timore Dei bonum eſt. ibid.

Timor non ſolum filialis, ſed etiam ſeruilis perducit ad regnum Chriſti diuerſimode tamen. 549

Tormentum.

Declaratur qualia torneamenta, ſunt licita, & qualia non, ſeu qualia ſint prohibita, & qualia non. 68

Triſtitia.

Triſtitia ſeculi, eſt mala, & eſt fugienda, triſtitia de peccatis. ſ. contritio eſt bona. 292

Triſtitia carnifex conſcientiæ, eſtque male acta vlciſcens. 533

Triſtitia de malo, vt elicitur a recta ratione eſt virtus. 545

Tyrannus.

Duplex Tyrannus, vnus eſt talis in modo regendi tātum alter eſt talis in modo regendi, & in dominio Regni. 425

Tyrannus in modo regendi tantum, qui eſt vere Dominus ſtatus illius, non poteſt occidi a priuata perſona. ibid.

Republica habet ius ad remouendum, & occidendū Regem tyrannum, tyrannicè gubernantem, ſed aliquando non expedit. ibid.

Cuicumque priuatæ perſonæ licet interficere tyrannum, qui tyrannicè acquiſiuit regnum, & illud iniuſtè poſſidet. ibid.

Semper Republica, & populus eius habet iuſtum bellum contra tyrannum ad expeliendum, illud de Regnu. 426

Laudabiliter tyrannus qui per violentiam vſurpauit regnum occiditur a priuata perſona. ibid.

Cautè procedere debet ciuis in procurando mortem tyranno Principi, ad euitanda maiora mala. ibid.

Quando ciuis occidit tyrannum, non occidit illum, vt perſona priuata ſimpliciter, ſed vt miles, & authoritate Reipublice. ibid.

Non licet Reipublice occidere innocentē pro quiete tyranni, neque tradere innocentem illi, vt ab illo occidatur. 440

Miles inermis non tenetur, ſe dare in manu tyranni armatus competenter poteſt contra illum ire. ibid.

Lex ciuilis non poteſt obligare ciuem ſuum vt ſe tradat in manu tyranni, vt occidatur ab illo. ibid.

Quando tyrannus iuridice procedere vult contra innocentem Reſpublica poteſt dare illum in manu illius. 441

Innocens ex charitate patriæ, poteſt exponere membrum, & vitam in manu tyranni. Ex iuſtitia ad hoc non tenetur. ibid.

Duplex eſt regnum tyrannicum ſimpliciter & ſecundum quid. i. quo ad rem, vel quo ad modum regendi. 595

Duplex eſt tyrannus ſimpliciter & ſecundum quid, quo ad ius regnandi, vel quo ad modum regnandi. ibid.

Tyrannus quo ad rem proijciendus eſt a regno, Tyrannus quo ad modum tantum, eſt regulandus. ibidem.

Venditor.

Venditor abſque peccato vendere poteſt res quę indifferenter ſe habent ad bonum & malum vſum. 366

Venditor ſciens quod emptor ſit abuſurus re ſua non peccat (regulariter loquendo) vendendo illi talem rem. ibid.

Aliquando vendere rem indifferentem ei qui abuſurus eſt tali re ſcienter, peccat mortaliter cōtra charitatem proximi ſui. ibid.

Aliquando peccatum eſt nolle vendere rem ſuam ei qui paratus eſt abutendi illa. 367

Quando venditor poteſt impedire emptorem ab abuſu rei vendendi peccat contra charitatem vendendo rem illam illi. ibid.

Vendere rem nociua contra Rempublicam, & innocentem peccatum contra charitatem & iuſtitiam eſt, obligans ad reſtitutionem. ibid.

Regula illa, res tantum valet quantum vendi poteſt, vera eſt, ſeruatis quatuor conditionibus.) 368

Licet vendere rē cum pacto retrouendendi aliquantiſper

Digitized by Google

tiſper plus (ſtando in iuſto precio.) 369

Non licet res carius vendere credito (extra limites iuſti precii) quam mutuata pecunia. ibid.

In multis caſibus negotiatores vendendo res ſuas, & emendo alienas conficiunt contractus vſurarios. 370

Venditor in conficiendo contractus rei venditæ, credito poteſt ducere in pactum, expenſas faciendas pro recuperatione pecuniæ. ibid.

Venditor non poteſt vltra precium iuſtum aliquid accipere ratione metus expenſarum in recuperando precium rei ſuæ. ibid.

Venditor ab emptore exigere poteſt expēſas ſi quas facit pro recuperanda re ſua (hoc autem in pacto ducere non poteſt.) 371

Venditor ex periculo ad quod liberè ſe expoſuit vendendo res ſuas credito non poteſt illas carius vēdere. ibid.

Tempus requiſitum ad venditionem mercium minutarum computatur pro tempore præſenti, licet ſit futurū tēpus in quo expectatur pecunia. 374

Aſſignantur tres caſus in quibus licitum eſt vilius emere, & carius vendere rem. ibid.

Qui ſeruaturus eſt merces ſuas (rogatus) poteſt illas carius vendere quam valet in præſenti, aliter hoc facere non poteſt. 375

Qui credito vendit pro tempore terminato quo putat res eſſe plus valituras, ſi ſeruaturus erat res illa, carius illam poteſt uendere. ibid.

Differentia aſſignatur inter illum qui vendit bona quæ ſeruare intendebat, quando putabat plus eſſe valitura. Et illum qui non habebat talem intentionem, & vendit (illa credito.) 376

Qui ſeruaturus erat merces ſuas vendendo credito poteſt terminare precium pro tempore illo, Qui non erat illa ſeruatura, tenetur accipere precium bonorum illorum quandocunque illi aſſignatur ab emptore. ibid.

Quando lucrum ceſſat per ſe ei qui vēdit rem ſuam credito, licet carius vendere illā, non autem quando ceſſat per accidens. 378

Merces maritimæ credito venditæ poſſunt pluris vēdere aliquantiſper quam (numerata pecunia) aliæ merces non. ibid.

Vendens rē defectuoſam pro non defectuoſa ſcienter, mortaliter peccat & ad reſtitutionem tenetur. 379

Qui (bona fide) vendit rem defectuoſam pro non defectuoſa, non peccat ad reſtitutionem tamen tenetur. ibid.

Vendere aurum vel argentum alchimicum pro naturali peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. ibid.

Menſuræ rerum venalium neceſſario ſunt diuerſæ propter abundantia copiæ & inopiæ talium rerum. ibid.

Venalium rerum pretium, non conſideratur ſecundum gradum naturæ, ſed in ordine ad vſum illorum qui vtuntur illis. 380

Contractus venditionis redditur illicitus ex defectu rei in ſubſtātia, vel in quantitate, aut in qualitate. ibidem.

Defectus paruus in ſubſtantia quantitate, vel qualitate, rei venalis, ſeu vendibilis non annullat contractum. ibid.

Quando venditur vna res pro alia, ſi ſit eiuſdem perfectionis in ſubſtantia quantitate & qualitate, uēditio eſt ualida. ibid.

Quando una res uenditur pro alia ſi ſit eiuſdem perfectionis uenditio eſt ualida, damnabile tamen eſt mendacium, quod dicitur in illa uenditione. ibid.

In ordine ad menſuram rerum uenalium, non de facili eſt admittenda excuſatio uenditoris in ordine ad ualorem rei uendibilis. 381

Duplex eſt uitium rei uendendæ, unum eſt occultū, & aliud eſt omnibus manifeſtum. ibid.

Venditor manifeſtare tenetur emptori, uitium occultum rei ſuæ, ſi infert damnum illi uel periculum. ibidem.

Venditor non manifeſtans defectum rei uendibilis, ſi affert damnum uel periculum emptori, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. 382

Quando uitium rei uendendæ eſt manifeſtum, uenditor non tenetur manifeſtare illud, bene tenetur minuere de pretio. ibid.

Venditor non tenetur manifeſtare defectum occultum emptori, quando talis defectus nullum ei infert periculum. ibid.

Occultum uitium non pernitioſum rei uendendæ emptori ſtat dupliciter, merè negatiuè, & poſitiuè. ibid.

Declaratur quando uenditor non tenetur manifeſtare uitium non damnoſum, & pernicioſum emptori, & quando tenetur ad hoc. ibid.

Quando pretium non ſolutum relinquitur uenditori pro parte fructuum, fructus illi debentur. Et ille ſoluere debet grauamina illorum. 482

In contractu uenditionis non poteſt uendi neque emi tempus, neque una pars poteſt poni in tuto, manente alia in periculo. 483

Aliud eſt celare uitium rei uendendæ, & aliud tacere illum, primum non licet, ſecundum aliquando licet. 383

Per accidens aliquando uenditor non tenetur manifeſtare uitium rei uendendæ. ibid.

Sit cautus confeſſarius circa pœnitentes occultantes defectus rei uendendæ ab illis. ibid.

Venditio panni ex diuerſis lanis mixti, aliquando peccatum mortale eſt, obligans ad reſtitutionem, aliquando non. 384

Vitium rei uendendæ manifeſtandum eſt, non omnibus, ſed illi qui uult rem illam emere, ne ſit ei occaſio damni, &c. ibid.

Venditor non tenetur minuere de iuſto pretio, licet ſciat (de proximo) futuram eſſe copiam talium mercium. ibid.

Venditor manifeſtare tenetur uitium rei uendendæ non omnibus, ſed emptori ſi petatur, uel ſi affert damnum. 385

Vendere rem carius quam emit, quis ratione temporis, & loci, & expenſarum licet. 386

Quando non eſt ſolutum pretium totius poſſeſſionis uenditor poteſt ſibi reſeruare fructus illius pro-

proportionaliter, & pro illis accipere penſionem iuſtam ad raptam pecuniæ quam habere debet. ibidem.

Venditor non manet Dominus rei venditę ſimpliciter, bene in ordine ad illam partem pro qua non ſibi ſolutum precium eſt. ibid.

Venæ metallorum.

Inuentor venarum metallorũ (data portione Principi, eſt inuẽtoris ipſius, ſi inuẽtor eſt Dñs illius. 409

Viaticum.

Viaticum dandum eſt infirmis prout habetur ex traditione Apoſtolorum, & videtur eſſe de iure diuino. 139

Communicatus per modum viatici poteſt denuo cõmunicari ex deuotione, vel per modum viatici, 131

Infirmus ſtatim moriturus, poſt ſumptionem viatici, non debet iterum ſumere Sãctiſſimam Euchariſtiam. 133

Vindicta.

Vindictæ de offenſa etiam actualiter accepta remittenda eſt Deo. Nec licet vindicare nos ipſos. 448

Vindicari nos de iniuria recepta ab inimico non licet (ſtando in doctrina Chriſti Domini.) ibid,

Vindicare nosipſos non licet, defendere autem nosipſos prudenter licet. 455

Vindicta facta per ſeipſum eſt vitium facta per iudicem eſt iuſtitia facta pro amore Dei eſt pœnitentia. 543

Appetitus vindictæ pertinet ad iraſcibilem, & ad voluntatem (diuerſa tamen ratione.) 545

Vim vi repellere licet.

Declaratur quomodo intelligitur dictum illud vim vi repellere licet, & quando hoc fieri poſſit. 451

Virtus.

In actibus virtutis, quantum ſit ex natura illorum non datur ſuperfluum, neque diminutum, per accidens dari poteſt. 291

Omnes virtutes morales ad quattuor capita reducũtur, ſcilicet ad quattuor virtutes Cardinales. 540

Virtutes ſunt in triplici differentia Theologales morales, & mediæ. 541

Triplex tantum reperitur ſubiectum virtutis. Intellectus appetitus ſenſitiuus, & voluntas. 544

Inter virtutes acquiſitas & infuſas non ſeruatur ordo temporis ſed materia. 555

Vita.

Vitam morti exponere debemus in Dei honorem, pro defenſione uirtutum, & pro tuenda patria. 442

Non licet exponere uitam ſpiritualem pro ſalute ſpirituali totius mundi, ideſt non licet facere peccatum nec ueniale, pro uita ſpirituali cuiuſcumque. ibid.

Aliquando licet exponere uitam corporalem pro ſalute corporali amici innocentis propinqui, vel benemeriti. ibid.

Aſſignatur modus quo vnus poteſt exponere vitam ſuam, pro ſalute alterius. 443

Exponere vitam in periculo mortis pro tuenda vita innocentis, ex charitate quisque poteſt (prudẽter tamen.) 444

Non datur caſu in quo liceret exponere vitam ſpiritualem propriam pro vita ſpirituali proximi oppoſitum dicitur de corporali. ibid.

Vnctio extrema.

Sacramentum extremæ vnctionis exhibendum eſt tantum infirmis poſitis in extremis. 611

Sacramentum vnctionis extremæ eſt quo presbyter vngit corpus infirmi probabiliter morituri oleo conſecrato, &c. ibid.

Extrema vnctio (ex propria natura) liberat infirmum a venialibus. Et aliquando a mortalibus peccatis. 612

Habentes curam animarum grauiſſime peccant ſi ex illorum negligentia, infirmi moriuntur ſine vnctione extrema. ibid.

Subiectum extremæ vnctionis eſt homo infirmus. Et non alius homo. ibid.

Extrema vnctio ſi exhiberetur ſanis, non eſſet ſacramentum ideo illis non eſt exhibenda. ibid.

Extrema vnctio exhibenda eſt infirmis laborantibus in extremis. ibid.

Confunditur Lutheri temeritas obloquentis de ſacramento extremæ vnctionis. 613

Extrema vnctio danda eſt in extremo vitæ, quando medicamenta naturalia non iuuant. ibid.

Vnctio extrema danda eſt infirmis & ſenibus. Non tamen eſt danda illi qui morti violenti ſe exponunt vel ad illam ducuntur. ibid.

Non omnibus amentibus & furioſis deneganda eſt extrema vnctio, quando dantur illis aliqua lucida interualla. 614

Pueris non eſt exhibenda extrema vnctio, etiã quod agitentur corporis infirmitate. ibid.

Amentibus & pueris confertur baptiſmus, non tamen ſacramentum extremæ vnctionis. ibid.

Diuerſimode quis peccare poteſt contra ſacramentum extremæ unctionis. ibid.

Non curans ſe præparare ad vnctionem extremam, in periculo mortis, mortaliter peccat. ibid.

Sanus non eſt capax totius effectus Sacramenti extremæ vnctionis. 615

Voluntas.

Declaratur dictum illud voluntas pro facta reputatur in ordine ad confeſſionem. 230

Voluntarium duplex ſcilicet volitum directè, & nolitum indirectè. 437

Aliquid eſſe a uoluntate contingit dupliciter, elicitiuè, & imperatiuè. 544

Voluntas in qua eſt pęnitentia ſubiectiuè in diuina ſcriptura uocatur cor. 544

Vſura.

Lucrum ex mutuo ratione temporis eſt uſura, non eſt uſura lucrum ratione loci diuerſi. 113

Recipere aliquid ratione mutui (non ex gratitudine, ſed ex debito iuſtitiæ) uſura eſt, aliter non. 362

Accipere ad uſuram non eſt peccatum ab apparato illam dare inducere ad dandum ad uſuram peccatum eſt. 367

Vſurarius non facit iniuriam ei cui dat ad uſuram, quia ille qui eam accipit, liberè accipit pro ſuo commodo. ibid.

Con-

Digitized by Google

Contractus uſuratij reperiuntur apud multos nego tiatores in illorum negotiationibus. 370

Omnes contractus in quibus ſolus vſus pecuniæ venit in conſideratione, ſunt vſuratij. 478

Oſtenditur modus quo confeſſarius reducere debet vſurarium, ad faciendam reſtitutionem malorum acquiſitorum. 486

Contractus liuellarij uſuratij ſunt reformandi cum obligatione reſtitutionis faciendæ. 487

Signum manifeſtæ uſuræ eſt non curare de inſtitia fundi ſub qua ſe curatur pecunia liuellaria. ibidem.

Vſusfructuum.

Res ſunt in duplici differētia, quædam ſunt quorum uſus ſunt ipſa conſumptio quædam ſunt quorum uſus diſtinguitur a re ipſa.

Vſusfructus eſt ius fruēdi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantiam. 482

F I N I S.

Digitized by Google

Errores maiores variantes ſenſum doctrinæ in tractatu iſto prout infra, qui magis ex ignorantia impreſſorum quam ex incuria correctorum poſiti ſunt.

Pro litera P. notatur pagina, & pro C. columna, in qua reperiuntur errores magni (relictis minimis, qui ſunt ſine numero) quos faciliter prudens lector cognoſcere poteſt illas excludere, & obſeruare doctrinam; accipere roſas, & dimittere ſpinas.

In Epiſtola ad Lectorem pro Apoſtolicæ, dicitur Apoſtolicam.

Pag.	Col.	
Pag. 3	Col. 1	Loco penis poni deber penas.
4	2	addendum eſt tribus .ſ. diebus
14	2	loco quid, dicendum Si n. quis
15	1	loco propter, dicendum eſt propterea.
15	2	in fine, loco Conſilij, dicendum non vtili.
27	1	in fine, loco claritatem, dicendum eſt charitatem.
29	2	Radix, loco claritas, dicendum charitas
25	3	loco venialia, dicendum eſt carnalia.
		Et infra loco ſaltem in certa ſpecie, dicendum in certa ſpe.
30	2	dicendum non quinque, ſed tribus concluſionibus.
31	1	Item reſtitutio. Et non conſtitutio.
31	2	loco, cum, authoritate, dicatur ſine.
32	1	loco corpus baptizandus, dicatur baptizandi
40	2	peccatum originale, non originalem
46	2	Ad dictum Domini. Et non ad dictum Dominum,
50	2	Princeps imperfectus, poteſt (loco poſſunt(
56	2	Subito præcipitur. Et non ſinditur dicendum eſt.
59	2	Bellum gerere. Non belli gerere
64	2	in fine ſubſtinet eam, Non eſt dicendum cauſam.
69	2	in 3. probatione ſuperflue eſt ly vnquam loco ſi A
71	2	in debellando vires infideles, loco infidelibus
80	2	addatur pro communi bono, & non tantum.
81	1	loco Blaſphemi, dicendum eſt Blaſphemia, &c.
85	2	dicendum eſt loquimur. Et ex parte ſignificationis.
88	2	loco fingit ſcandalum, dicendum fugit ſcandalum
96	1	in media ſuperfue, ponitur pro perfectus &c.
104	1	Sententia ille Caietani, & non Caietanus
109	2	in impugnatione 1. nedũ eſt mutuantem, loco mutuatum,
115	1	loco dignis ſitum, dicendum eſt dignis ſitu
125	2	dicendum eſt precioũ rerum venaliũ, dicendũ vendibile eſt.
131	2	in fine loco quid natura, dicendũ eſt quid nam eſt vendere
210	2	Repetare omnino non poſſunt (relictis rebus)
214	2	Preuia denunciatia, i. denunciatione
216	2	dicendum eſt partem affirmatiuã, & non pars affirmatiua
246	2	vt eſt videre apud Sotum (Relicto Bannenis)
258	2	In prin. (incõfirmatione) addatur in eſt dũ homo eſt in
259	2	Se præſentet epiſcopo, vel illius penitentiario non penitẽti
261	2	Iſtam deſperationem nullus alius a Papa facere poteſt.
263		In vtroq; argumẽto caſus, incõgrue formata ſunt argumẽta
266	2	Iura neceſſe variãtur pro diuerſa dñia locorũ & temporum
282		Sequenti opinionem D. Thomæ, male dicitur D. Thomas.
282	2	extra dicendum eſt confeſſarius certe, loco cauſa
281	2	loco natura. Nam ſacerdos erat in Eccleſia.
283		Eadem columna, non eſt dicendum eſſentiam, ſed eſcam
283		In fine 2. col. Non de mentibus, ſed de nutibus eſt
295		In fine 1. col. ſine authoritate ſpeciali, non ſpirituali
297		In fine 1. col. dicendum ab omni pena liberatus
297	2	extra dicendum eſt vtile, loco, cum tile
210	2	In medio loco poteſtatem, dicendum eſt poſt. ſ. conf.
212	1	In principio loco nec dicendum eſt. niſi ex craſſa
225	2	In fine loco ſpiritualiter dicendum eſt, ſpecialiter confeſſi
227	2	Nõ eſt dicendũ propter ignorantiã iuriſdictionis, ſed iu
231	2	Scientes quod labor veſter, loco videtur dum eſt ponentur
250	2	in princ. loco ex nominis, dicendum ex noſtris
262	2	B. Io. Bapt. apparuit ſuo Doctori deuoto, &c.
283	2	extra intelligitur negatiue. ſ. etiam quod non ſit maior
324	1	in princ. loco dicit Dominicus dicatur Dominus
344	1	in fine reſp. ad 5. loco dicendum eſt. ne tetigeritis
517	1	propemodum dicitur propter aliud reſponſionem, dicendum propter alium reſpectum
578	1	in princ. loco Paulus, dicendum eſt Pes
587	1	in princ. dicendum eſt principium mercedi, & non primam
591	1	in fine reſponſionis ad primum dicendum eſt, ne illuderetur penitens, & non vt
596	2	In dubio, vbi dicitur niſi quandoque amittere vel lucrari, dicendum eſt, niſi quinque ammittere, vel lucrare

Errores in Tabula de Caſibus, & Dubijs.

In caſu de abſolutione, Abſolutio teneat dicendum eſt.
In tertio dubio dubia dicendum eſt non validam, ſed validam.
In primo caſu de cambijs, dicendum vtrum Ais. Et non Aut
In caſu de Communione, ly accederet non eſt ponendum.
De contritione prima parte Sacramẽti penitentiæ, nõ primæ partis.
In caſu ſecũdo de duello. Non ſi vendas ſed ſi vendens dicendũ eſt,
In Diſputat. De operibus, ſuperflua eſt illa particula Pro.
In Diſputat. de Blaſph. non reductiuè ſed formaliter, opponitur.
89 Blaſphemia grauius peccatum eſt homicidio, loco homicidium.
117 Aſſignantur varia & diuerſa cambia fictitia & vſuraria.
188 Confeſſio (& non confeſſarius) facienda eſt proprio ſacerdoti.
203 Sine confeſſione in re penitens &c. loco iure.
258 Loco celebratent, ponendum eſt celebrantem ante confeſſionem.
312 Subſtinere. & ſuffere, non ſuberare.
318 pueri ſueffaciendi ſunt, loco ſufficiendi.
321 Coniectualiter, &c. quando adeſt motus lib. arb. loc. ſanctus
327 Loco Septem, dicendum eſt detractor tribus modis ſemper &c.
362 precia iuſta vendentium, & ementium (loco emendatum)
365 Gratia procreandi probis (loco quod lis)

Digitized by Google

6-4